VSSATI
—
STORIA
GUSTA
CII VII CÆS

Digitized by Google

K. 2. M. 27

ALBERTINI MVSSATI
Hiſtoria Auguſta
HENRICI VII. CÆSARIS
& alia, quæ extant opera.

LAVRENTII PIGNORII VIR. CLAR. SPICILEGIO, necnon Fœlicis Oſij, & Nicolai Villani, caſtigationibus, collationibus, & notis illuſtrata.

Quibus opportunitatis gratia præmiſſa ſunt Chronica Rolandini, Monaci Paduani, Gerardi Mauriſij, Antonij Godij, Nicolai Smeregi, cum ſupplemento Scriptoris anonymi De rebus geſtis in Lombardia, & Marchia Taruiſina, præſertim verò de his quæ attinent ad Ezerinos, & Albericum de Romano, Vita Riccardi Comitis S. Bonifacij, ac Laurentij de Monacis Ezerinus III.

Succedunt nouiſſimo loco duo Cortuſij De nouitatibus Paduæ, & Lombardiæ, Omnia in reip. literariæ commodum, & vtilitatem ſummo ſtudio, ac diligentia nunc primum in lucem edita.

Cum locupletiſſimis Indicibus Capitum, rerum, & verborum.

CVM PRIVILEGIO.

Bibliotheca Coll. Rom.
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
vol.
loc. fol.
2

VENETIIS, MDCXXXVI.

Ex Typographia Ducali Pinelliana.
Superiorum Permiſſu.

Digitized by Google

PROLOGVS

Super xij. infra positis Libris

DE FACTIS IN MARCHIA TARVISINA.

BIBLIOTECA NA
ROMA
VITTORIO EMANUELE

ANtiquorum solemnis auctoritas, moribus, & doctrinis salubribus imitanda, & ipsi venerandi auctores, sicut in eorum patet operibus, numen Apollinis, & aliorum, quos Deos esse opinabantur, deuotione sedula inuocabant. Et ego minimus modernorum, deditus cultui Christiano, Diuinam gratiam deuotius inuocare præsumo, vt me, qui parua nauicula vectus, lacum tantæ profunditatis, quasi præsumptuosus ingredior, faciat in sequentibus periculorum transire procellas, & ad portum salutis absque naufragio deuenire. Rem namq; non paruam attento, & in qua video non plene sufficere vires meas. Sed meum iacto cogitatum in Dominum, qui voluit quod aliquando irrationabile animal loqueretur. Et veniam peto, quod audeo nunc officio stili submittere, quæ gesta sunt dum adhuc forem in infantia constitutus. Piæ namq; memorię Pater meus Notariæ artem exercens in Padua, animum suum applicuit, vt non solum contractus scriberet, sed & facta quædam de Marchia Taruixina, more bonorum simplicium antiquorum, notaret, notataq; mihi dedit in scriptis, quibus me aliqua super addere iussit, cum iam annus ætatis meæ xxiij. decurrebat. Sic itaque volens ipsi succedere bonæ fidei possessori, paternis scriptis addere attentaui, quæ me partim recolo audiuisse, post eius vero iussa pro magna parte vidisse me profiteor, & scripsisse. Si quibus autem gestis infra notatis per me quicquam fuerit variatum, diminutum, vel additum; veritatis illud lima cupio lucidari: cum in hoc meæ simplicitatis opusculo denotentur quæ facta sunt in Marchia vsque diebus illis, vel circa, currente scilicet anno Domini M. C C. quo sum natus, ad sexagesimum in quo scribo. Non est enim humanæ fragilitati possibile, omnium habere memoriam,

Digitized by Google

vel referre ſingulariter ſingula, prout fiunt. Nam& facta quædam foris a Marchia hic ponuntur: nec iſtud erit meæ intentioni contrarium, cum in hijs etiam ſtuduiſſem, niſi quod alibi ſunt notata. Et ego propono potius facta huius Marchiæ memoranda notare, vt ſint fauente Domino, huic meæ patriæ,cui teneor, vtilia documenta. Erunt autem quæ inferius conſcribentur, Chronica facta quædam a Chronos, Græco dicta, quod Latine tempus interpretatur,cum facta quælibet fere ſint ſuis temporibus attributa. In quibus ad breuitatem laboro,&relinquo ſapientibus quod inſufficienter,vel minus bene dictum fuerit, corrigendum. Immo ſupplicanter expoſco, vt aliquis poſt me veniens, culturæ ſuæ aratro debeat adæquare, quod moui meo croſſo foſſorio, & abrupi. Scribo quoq; proſaice hac de cauſa, quia ſcio, quæ dixero poſſe dici a me per proſam plenius, quam per verſus, & cum ſit his temporibus dictamen proſaicum intelligibilius, quam metricum apud omnes. Sed vtinam viueret Virgilius, vel Lucanus, quoniam impoſito mihi digne ſilentio, copioſam haberent materiam, qua ſuum poſſent altum ingenium exercere. Deniq; non poſſum ſilentio pertranſire, quod inter cæteras cauſas quibus infraſcripta recolligo, ſpecialiter hæc eſt vna, quod ad hoc a perſonis religioſis appellor, improperantibus mihi plurimum ſi non ſcribo, quoniam temporibus iſtis fui. Quibus igitur obedire deſiderans, ecce potius eligo ſcribere ſtudioſus, quam degere piger, & ocioſus. Nam forte non erit inutile,vel delectabile minus aliquibus,& præcipue litteratis id quod de modernorum iniurijs, & laboribus ſcriptum per Latinum inuenient, quam quod ~~de geſtis nobilium antiquorum audiunt per vulgare, quod dirimatum~~ vulgo dicimus, & Romanum. Vt demum haberi poſſit ſcriptorum lucidior intellectus, opus iſtud, ſiue recollectio Chronicorum diſtinguitur in partes, & placeat legentibus, quod in libris xij. eſt diuiſum. Hæc autem ſunt capitula quæ in toto volumine continentur.

IN-

Digitized by Google

INCIPIVNT CAPITVLA PRIMI LIBRI.

DE parentela domorum de Romano, & de Campo Sancti Petri, & de quodam dolo facto primitus inter eos. j.
Causa quedam superaddita, que rixam augumentauit, & guerram. ij.
Natiuitas, & origo tertij Ecelini, & vita cuiusdam sororis eius. iij.
De guarnimento primo facto occasione Campreti. iv.
Oratio Episcopi Gerardi ad Ecelinum, & partem eius. v.
Oratio Episcopi Gerardi ad illos de Campo Sancti Petri. vj.
Facta quedam inter Paduanos, & Vicentinos propter Montegaldam, & propter Ecelinum de Romano secundum. vij.
Factum inter Paduanos, & Vicentinos ad Carmignanum. viij.
Factum Braide de Verona. ix.
Ludus de Prato Vallis, & Porta Turrisellarum hoc tempore facta fuit. x.
De Federico electo in Romanorum Regem, & de morte Marchionis Azonis sequenti anno, & quorundam Magnatum de parte eius. xj.
Factum de Este primum. xij.
De ludo quodam facto apud Taruixium. xiij.
De exercitu facto ad Baibam contra Venetos. xiij.
De morte Aldreuandini Marchionis Estensis. xiij.
Hic factum est Palatium Paduanum. xvj.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA V. EMANUELE

INCIPIVNT CAPITVLA SECVNDI LIBRI.

FActum Castri Franchi, & quando incepta est Cittadella, & Federicus coronatus.
Prima seditio Ferrarie, & de morte Thysolini. j.
De tempore Terremotus. ij.
De secunda obsessione Ferrarie, & concordia quadam Verone. iij.
Factum de Fratta Ferrariensis districtus. iv.
Littere quas misit Salinguerra de Ferraria, Ecelino minori. s. tertio Ecelino. v.
Responsio ad predictas litteras. vj.
Hic expulsi sunt amici Marchionis de Verona. vij.
De exercitu facto ad Baxianum. viij.
Mittunt Veneti Ambaxatores ad prohibendum causas malorum in Marchia. ix.
Locuntur Ambaxatores in Consilio Paduano. x.
Querit Potestas consilium, quid sit Ambaxatoribus respondendum. xj.
Locuntur Ambaxatores Venetiarum Ecelino, & suis. xij.
De responsione facta Ambaxatoribus per Ecelinum. xiij.
Littere quas misit Ecelinus maior filijs, vt cum Padua concordarent. xiv.
Hic redditur Paduanis Castrum Fontis. xv.
De exercitu facto ad Triuillæ, & ad partes illas. xvj.
Qualiter Commune Padue recuperauit terras Feltrensis, & Belunensis Episcopi sui ciuis. xvij.
Hic speravit Padua pacem amodo permansuram in ea. xviij.

Digitized by Google

INCIPIVNT CAPITVLA TERTII LIBRI.

Hic capitur Veronæ Comes Sancti Bonifacij, & Poteſtas expellitur. j.
Loquitur Dominus Gerardus Rangonus in ſeruitio Veronenſium expulſorum. ij.
Loquitur Dominus Matthæus Iuſtignanus Poteſtas de Verona expulſus. iij.
Hic iuerunt Paduani hoſtiliter ad Portum, & Legnagum, & ad Rualtam. iv.
Hic tangitur de facto Sancti Antonij quaſi ex incidenti. v.
Redemptio Comitis, & factum quoddam quod fuit ad Anoale. vj.
Hic tangitur breuiter de pace Fratris Iohannis. vij.
Exercitus factus per terras illorum de Romano, & per diſtrictum Tarnixij. viij.
De aduentu Imperatoris in Lombardiam, & poſtea in Marchiam. ix.
Receſſus Imperatoris ad partes Alamaniæ poſt captam Vicentiam. x.
De xvj. Poteſtatibus factis in Padua vno & eodem tempore. xj.
Concio quam fecit Ecelinus in principio guerræ in Monteſilice. xij.
Hic loquitur, & reſpondet vnus de ſexdecim Poteſtatibus. xiij.
Hic loquitur vnus de Montesilice. xiv.
Hic præſumpſit Ecelinus per vim intrare Paduam, ſed nequiuit. xv.
De primo introitu Nuntiorum Imperatoris in Padua. xvj.

INCIPIVNT CAPITVLA QVARTI LIBRI.

Hic conſtituitur in Padua primus Poteſtas pro Domino Imperatore. ſ. Comes Symon. j.
De obſeſſione Montagnonis. ij.
Prima ſubiugatio Communis Paduæ ſub ſpecie bona. iij.
Factum caſtri Sancti Bonifacij, & factum de Curte Noua in Lombardia. iv.
Factum de Prato Vallis Aldourandino Cazaconte Poteſtate in Padua. v.
Hic exiuit pars Marchionis de ciuitate Paduæ, & factus eſt exercitus ad Eſte, & ad Montagnanam. vj.
Littera quas Ecelinus ſtans Paduæ miſit Imperatori commoranti Cremonæ. vij.
Littere quas Dominus Imperator remisit Ecelino. viij.
De introitu Domini Imperatoris in Padua, & de Domino Thebaldo qui factus eſt Poteſtas ibidem. ix.
De excuſatione Imperatoris ab excommunicatione in eum facta. x.
De quibuſdam Paduanis miſſis ad mandata iußu Imperatoris, & de quibuſdam redemptis. xj.
De hijs quæ facta ſunt ab Imperatore ſtante apud Caſtrum Franchum. xij.
Qualiter dum ſtaret dictus exercitus obſcuratus eſt Sol, & receſſit Imperator in Lombardiam. xiij.
De caſtris Marchionis per ipſum recuperatis. xiv.
De conſpiratione prima, & maleficijs primo factis in Padua. xv.

INCI-

Digitized by Google

INCIPIVNT CAPITVLA QVINTI LIBRI.

De obsessione, & captione Ferrariæ. j.
De captione illorum a Vado. ij.
De facto Siluazani. iij.
De facto Agnæ, & morte Domini Iacobi de Carraria, & de morte Domini Advocati. iv.
Hoc tempore Faventia est reddita Imperatori, & terra de Est a quadam proditione liberata. v.
De obitu duorum Apostolicorum in breui tempore. vj.
De electione Innocentij Papæ IV. & obitu Imperatricis. vij.
De Montagnana combusta, & capta ab Ecelino. viij.
De quadam iniusta sententia lata contra duos ciues Paduanos, & de Galuano Lancea facto Potestate Paduæ. ix.
De destructione quadam facta per partes Taruisini districtus. x.
De morte Comitis de Panego, & de destructione castri Sancti Bonifacij, & de quarta sconfitta facta in partibus Cornudæ inter Paduanos, & Taruixinos. xj.
De captione, & destructione Castri Hostiliæ, & de Comite Guizardo facto Potestate Paduæ. xij.
De congregatione quadam facta Veronæ per Imperatorem. xiij.
De depositione Imperatoris Friderici xiv.
De Mestre, & Anoale redditis Ecelino. xv.
De eo quod Dominus Guillielmus de Campo Sancti Petri venit ad mandata Domini Ecelini. xvj.
De Campreto reddito Domino Ecelino. xvij.
De captione castri de Muxolento. xviij.
Factum de Bonicis, & de conspiratione secunda. xix.
De morte Henrici de Ygna Veronensium Potestate, & de Wecili de Prata facto Potestate in Padua. xx.
De obsessione Parmæ, & de structione ciuitatis Victoriæ. xxj.
De obitu Imperatoris electi, & de destructione Victoriæ. xxij.
De Feltro, & Beluno datis Ecelino dimissa parte Ecclesiæ. xxiij.

INCIPIVNT CAPITVLA SEXTI LIBRI.

De quadam responsione, quam olim Ecelinus Imperatori fecerat, & de proditione Montisfilicis. j.
De captione Dalesmanimorum. ij.
Hic incipit Potestaria Ansedixij de Guidotis. iij.
De quibusdam captis occasione quorumdam versuum. iv.
Hic accepit Ecelinus vxorem. v.
De captione Estensis villæ, & rochæ, & quorumdam aliorum locorum. vj.
De morte Iudicis Potestatis. vij.
De morte illorum de Versibus. viij.

Digitized by Google

De captione illorum de Capite Nigro, & de morte Daleſmaninorum. ix.
De morte Imperatoris Frederici. x.
Hic redditur Ecelino Cerrum, & Calaonum. xj.
De Morte Domini Guillielmi de Campo Sancti Petri. xij.
Hic dicitur cauſa captionis ipſius Domini Guillielmi. xiij.
De captione amicorum Domini Guillielmi. xiv.
De morte illorum de Perega. xv.
De nimia multitudine carceratorum. xvj.
Hic tangitur de quibuſdam occiſis gladio, & de pueris cecatis, & caſtratis. xvij.
De Capitaneis poſitis per contratas Padue. xviij.

INCIPIVNT CAPITVLA SEPTIMI LIBRI.

DE multis detentis in Padua, & de tertia conſpiratione. j.
De quibuſdam captis in Verona, & de quibuſdam combuſtis in Padua. ij.
Hic cepit Ecelinus quoſdam de fidelioribus quos habebat, in Padua, & Verona. iij.
Iterum hic capiuntur quidam fideliſſimi Ecelini iuſſu ipſius. iv.
De morte illorum de Monteſilice honorabiliter acquiſita. v.
De captione Fratris Felicis, & Carnaroli eius fratris Verone. vj.
De multis captis in Padua, & Verona. vij.
De pœnis carceris Cittadelle. viij.
De morte multorum in Padua, & Verona. ix.
Iterum hic tangitur de morte multorum in Padua, & Verona. x.
Iterum de morte, & horribili truncatione multorum. xj.
Adhuc de morte quorundam, & demembratione multorum. xij.
Monitio quædam, ſiue vtilis iniunctiua. xiij.

INCIPIVNT CAPITVLA OCTAVI LIBRI.

ADuentus Legati ad partes Marchie Tarviſine. j.
Factum de Concadalbaro. ij.
Factum de Buuolenta, & de Canſilue. iij.
Hic reuertitur Anſedixius Poteſtas Padue in Padua, dimiſſo guarnimento in Villa Plebis. iv.
De Procuratorum anguſtijs, & de diſperſione populi Paduani. v.
Hic reuertitur Gorzia Paduam cum toto guarnimento de Plebe. vj.
Hic facit Anſedixius magnam Concionem in Palatio Padue. vij.
Hic facit Legatus concionem in Eccleſia Sancti Martini de Plebe. viij.
De motu Legati de Plebe venientis ad Paduam occupandam. ix.
Hic capiuntur burgi Padue a Legato, & gente ſua. x.
Hic Anſedixius recluſus intra muros Padue circuit ciuitatem in nocte. xj.
Hic ordinatur a Legato, & gente ſua impugnare ciuitatem. xij.
Hic impugnatur Padua a militibus Sancti Petri. xiij.
Hic fugit Anſedixius de Padua cum militibus, & peditibus ſuis. xiv.

INCI-

Digitized by Google

INCIPIVNT CAPITVLA NONI LIBRI.

Hic intrat Legatus, & milites Sancti Petri in Padua. j.
Hic tangitur de Carrocio Paduano. ij.
Hic redditur officium excommunicatione remota, & terra Montisfilicis redditur Ecclesie. iij.
Hic redditur Cittadella, & Mestre per interpositas personas Legato. iv.
Hic redditur Castrum Zigotum Albrico de Romano. v.
Hic redduntur Legato quasi omnia castra Paduani districtus. vj.
De reditu Ecelini a devastatione Mantuani districtus. vij.
De Paduanis carceratis Verone. viij.
De pugna quadam facta ad rostum Longarie. ix.
Qualiter gens Legati est in Longare perterrita. x.
Qualiter Legatus cum exercitu redijt de Longare. xj.
Quo tempore Dominus Episcopus Padue, & Dominus Abbas Sancte Iustine de Padua sunt in suis dignitatibus positi. xij.
Post regressum exercitum de Longare loquitur Ecelinus Vicentie inter suos. xiij.

INCIPIT CAPITVLA DECIMI LIBRI.

Hic faciunt Paduani spaldum pro securitate sua, & ciuitatis. j.
Hic victa Montegalda, & Montegaldella venit Ecelinus versus Paduam hostiliter. ij.
Hic stat Ecelinus prope spaldum Padue, & nominantur gentes que sunt cum eo. iij.
Hic exeunt Paduani obuiam Ecelino, & nominantur gentes, que sunt cum eis. iv.
Primus insultus quem fecit Ecelinus ad spaldum Padue. v.
Hic facit Ecelinus secundum insultum ad spaldum Padue. vj.
Querit Ecelinus consilium vnde possit in ciuitatem irrumpere. vij.
Hic vult Ecelinus intrare Paduam a Sancta Cruce velire ad Montemsilicem. viij.
Hic reuertitur Ecelinus ab obsessione Padue, & vadit Vicentiam. ix.
Hic ponit Ecelinus Vicentinos extra propriam ciuitatem. x.
De pena quadam indigna, & turpi, quam fecit Ecelinus Verone. xj.
Factum quoddam Colonie Veronensis districtus. xij.
Hic redditur Marchioni castrum Montissilicis, & Cerrum, & Calaonum. xiij.
De quibusdam Vicentinis occisis a Theotonicis in partibus Cittadelle. xiv.
Pugna quedam facta inter Theotonicos, & illos de Montagnana. xv.
De vindicta facta in Gerardum presbyterum proditorem. xvj.
De vindicta Prophete, & Iacomacij. xvij.

INCIPIT CAPITVLA XI. LIBRI.

Hic incipit Dominus Ioannes Badoarius suam Potestatem in Padua. j.
Hic tangitur quod discordia fuit in electione Regis Alamanie. ij.
Hic perierunt quidam volentes violenter intrare Tarusinum. iij.

Hic

Hic pugnauerunt quidam Paduani milites cum Theotonicis in contrata Baxani. iv.
De quibuſdam captis ad Villam Nouam. v.
Hic incipit Dominus Matthæus de Corrigio ſuam Poteſtariam in Padua. vj.
Pugna quedam inter milites Paduanos, & Theotonicos in Campanea Baxani. vij.
Hic iuit Ecelinus ad exercitum Cremonenſium contra Legatum. viij.
Hic capitur Legatus ab Ecelino. ix.
Hic redditur Brixia Ecelino, & ſuæ parti. x.
Hic miſit Romana Curia alium Legatum in Marchia. xj.
Hic voluit Ecelinus ſtans Brixiæ mittere Boxium de Douara Veronam pro Poteſtate. xij.
Hic gloriatur Ecelinus quod habet Legatum captum, & audet Eccleſiam redarguere. xiij.
Quoddam ſomnium quod Ecelinus vidit in Brixia. xiv.
Hic firmata eſt quædam ſecreta concordia inter omnes amicos Eccleſiæ. xv.
Hic tractatur qualiter Vicentinus diſtrictus a latere verſus Paduam eſt tranſcurſus a Paduanis. xvj.
Hic tangitur factum, quod Ecelinus fecit ad Friolam. xvij.
Hic attraxit Ecelinus ad ſuam partem quoſdam Mediolanenſes. xviij.

INCIPIVNT CAPITVLA XII. LIBRI.

HIc incipit Dominus Guido de Monteſoiano ſuam Poteſtariam in Padua. j.
De puncto electionis Ecelini ad vltimum ſuum iter in Lombardiam. ij.
Hic tranſit Ecelinus flumen Olej Lombardis ſtantibus in contrarium. iij.
Hic tranſit Ecelinus flumen, quod appellatur Adda, & tendit verſus Mediolanum. iv.
Locutus eſt Ecelinus cum gente ſua in Vico Mercato, & tenet pontem Baxani ſuper Adda. v.
Appropinquat exercitus Lombardorum ad Ecelinum, & violenter occupat pontem Addæ. vj.
Hic vulneratus eſt Ecelinus in pede, & tranſit ad alteram partem Addæ vbi ſunt inimici. vij.
Qualiter Ecelinus captus eſt in Lombardia. viij.
Hic tractatur vbi Ecelinus iacet mortuus, & ſepultus. ix.
Qualiter Vicentia eſt reddita Eccleſiæ, & pacificata, ſtatim poſt obitum Ecelini. x.
De Baxano reddito Eccleſiæ. xj.
Hic redditur ciuitas Taruixij Eccleſiæ, & ſuis fidelibus. xij.
De fuga Albrici in caſtrum Sancti Zenonis, & de pugna quadam inter ipſum, & Baxanenſes. xiij.
Hic tangitur quod Albricus concluſus eſt in turri Sancti Zenonis Taruiſini diſtrictus. xiv.
Loquitur Albricus inter filios in vltimo ſuæ vitæ. xv.
De captione, & morte Albrici de Romano, & filiorum. xvj.
Exemplum quod alta cito corruunt, ſed humilia durant. xvij.
Recommendatio huius operis ad legentes. xviij.
De tempore quando approbatum eſt hoc opus, & a quibus perſonis. xix.

LIBER

LIBER CHRONICORVM, SIVE MEMORIALE TEMPORVM DE FACTIS IN MARCHIA, Et prope ad Marchiam Taruiſinam.

INCIPIT LIBER PRIMVS.

De parentela domorum de Romano, & de Campo Sancti Petri, & de dolo quodam facto primitus inter eos.

CHronica facta Marchiæ Taruiſinæ ſi cura diligenti recogito, quæ partim in ſcriptis, partim quoque relatione, vulgari concipio; inter cæteras claras domos, & excellentes nobilium, quæ fuerunt, & ſunt hodie in ipſa Marchia, quatuor meo tempore fama ſatis, & actibus claruerunt; vna Eſtenſis, altera de Camino, tertia de Romano, quarta de Campo Sancti Petri. Sed peto ne hoc dictum meæ intentionis, vel ordo per cæteros nobiles incuſetur, cum dicere ſit expediens, qualiter hæ vltimæ duæ domus primitus certauerunt, affines, & ſibi attinentes ad inuicem proxima linea parentelæ. Nam Dominus Ecelinus primus qui dictus eſt Balbus, filius prioris Ecelini de Honaria primo filiam habuit vnicam nomine Cunizam, ſecundo filium habuit ſimiliter nomine Ecelinum, qui dictus fuit Monachus in vltimo ſuæ vitæ. Soror ergo huius Ecelini ſecundi tradita eſt ſolemniter in vxorem Domino Tiſolino primo de Campo Sancti Petri, & ex ea nati ſunt primo Gerardus, ſecundo Tiſo nouellus, viri nobiles, & potentes. Contingit autem tempore hoc in partibus Paduanis nominatim in villa de Abano eſſe nobilem quendam virum nomine Manfredum Riccum, qui erat altus, & potens, & ditiſſimus præ cæteris Marchiæ, in montibus, & in plano. Hic filiam habuit vnicam nomine Cæciliam: Quo defuncto cum puella quaſi ſolitaria remanſiſſet, & ad eam amodo videretur paterna hæreditas totaliter deuoluta, cum eſſet in ætate annorum circa xiiij. foretq; eius iam mater nupta cuidam nobili, vnde poſtea prodijt proles de Maltrauerſis in Padua; Spinabellus de Xendrico de familia, ſiue de maſnada puellæ, acceſſit ad Dominum Tiſolinum prædictum, cuius maior filius Gerardus pulcer iuuenis ſine vxore ducebat honorifice vitam ſuam. Et tractabat idē Spinabellus cum Domino Tiſolino tradere in vxorem puellam ipſam dominam ſuam eius filio Gerardo prædicto, volebat tamen ex hoc ſeruitio habere libras quinquaginta, quod Domino Tiſolino placuit, & dixit ſe velle ſuper hijs negotijs habere conſilium ab amicis. Poſtquam igitur Spinabellus receſſit, Dominus Tiſolinus recitauit hoc factum ſocero ſuo Ecelino Balbo, quem habebat amicum, & dominum præ cæteris cariorem. Ipſe vero datis verbis congruæ reſponſionis genero quemadmodum ſubtiliter dare nouit, cogitauit ex illa

L.

hora

hora quōd tale mātrimonium conueniens eſset pro filio ſuo Ecelino ſecundo, qui quamuis iam duas vxores in ſua pueritia habuiſset, primam. ſ. Dominam Agnetem ſororem Domini Azonis primi Marchionis Eſtenſis, quæ paruo tempore poſt nuptias deceſſit in partu; ſecundam autem ſororem Domini Daleſmanini de Padua, a qua nunc ſolutus erat diuortio celebrato ſolemniter; tamen adhuc valde iuuenis alicuius altæ Dominæ matrimonium cupiebat: ſperauit autem Ecelinus prædictus per talem nurum magnum habere dominium in partibus Paduanis. Protinus itaq; miſit Ecelinus nuntium, & vocauit ad ſe Spinabellum, cui datis incontinenti libris C. taliter fecit, & ordinauit, quod non multis tranſactis diebus, per Spinabellum eundem, inter dominam ſuam Cæciliam, & Ecelinum filium Ecelini factum eſt matrimonium, & contractum. Iuerunt quoque pro puella milites Ecelini, & quam citius eſſe potuit ducta eſt Baxanum ſolemniter, & omnibus ſponſalitijs celebratis honorifice, completum eſt matrimonium, & conſummatum. Hanc itaque Dominam magnifice tenuit, & tractauit, & de ipſa Ecelinus ipſe ſecundus, quaſi vltimo tempore quo eam tenuit, filiam habuit Dominam Agnetem matrem poſtmodum Domini Anſediſij de Guidotis.

Cauſa quædam ſuperaddita, quę rixam augmentauit, & guerram.

II. SEd meditari poteſt quilibet, quod nobiles illi de Campo Sancti Petri, quamuis eorum mater ſoror erat Ecelini ſecundi, non tamen potuerunt obliuiſci illius illuſionis, & doli, quem eis de Domina Cæcilia primus fecerat Ecelinus, ſurrepto ſibi tanto matrimonio fraudulenter. Contingit autem prædictam Dominam Cæciliam in partes velle deſcendere Paduanas, ſiue paiſandi cauſa, ſiue quod per Paduanum diſtrictum magnas maſnadas, vaſſallos multos, & amplas poſſeſſiones habebat. Itaque de mariti licentia honorabiliter ſociata, equitauit ad villas, & partes Vltrabrentanas, in Paduanum diſtrictum, & peruenit ad contratas Sancti Andreæ de Muſone. Intendit quoque ſemper inimicus humani generis diſcordiæ ſeminator, quod creſcant ſcandala, emergant odia, litigia oriantur, iurgia dupplicentur, & rixæ. Ecce namque dum ipſa Domina deſcendiſſet ad partes prędictæ villæ, Gerardus de Campo Sancti Petri, eiuſdem Dominæ nepos, ad amitam acceſſit indebite, & cum ipſa, quam quondam habere debuerat in vxorem, inceſtum ſolatium habuit, & quod libentius conticerem, compleuit deſiderium cordis ſui. Ex hac ergo ſcintilla offenſionis flamma creuit, & ardens ignis, vnde hodie tota Marchia ſubiecta guerræ, deſtructioni ſubiacet, & ruinæ. Inter fratres, & proximos, ciues, & conuicinos ſeminata eſt zizania, odia, doloſitates, & rixæ, & fraudes, verſutiæ, & rapinæ, deceptiones, & ſimulationes, mortes, & inimicitiæ capitales, ſecundum quod inferius oſtendetur. Sane dicta Domina poſtquam eſt reuerſa Baxanum, mirum quæ fuit cauſa, quidquid Gerardus fecerat marito infeliciter propalauit. Et ecce ſiquidem cauſa guerræ. Licentiauit ipſam igitur Ecelinus, & eadem ſpreta vlterius, & remota, tradidit eam nuptui honorabiliter, & magnifice cuidam nobili ciui Venetiarum. ſ. Iacobo de Zianis, cum quo ſatis in honore permanſit, donec ciuis altus, & potens de Padua Dominus Daleſmaninus, de ea facto ſolemni diuortio, ſapiēter eandem accepit, & habuit in vxorem per exercitium vnius hominis de maſnada ipſius Dominæ, nomine Lingua in teſta. Ex hoc itaque diuitum perſonarum coniugio, tempore procedente nati ſunt filij, & filiæ nobiles, & potentes.

Natiuitas, & origo tertij Ecelini.

III. POſt licentiatam Dominam Cæciliam, & poſt defunctum Dominum Ecelinum Balbum, Ecelinus ſecundus prouidit in ſuis factis, & miſſis nuntijs in Tuſciam ad terram quādam quæ appellatur Mangonum, contractum eſt matrimonium inter ipſum, & Dominam Aledeitam ſororem Comitum de Mangono, qui etiam comites Rabbioſi nominabātur. Quæ Domina cum honore magno recepta, factaque ſolemni curia xv. diebus, & vltra, nuptijs laudabiliter celebratis, eam tenuit magnifice, & decenter. De qua primo genuit Dominam Palmam nouellam, quæ poſtea fuit vxor Domini Aiberti de Baone Paduani ciuis, viri clariſſimi, & potentis. Secundo de ea genuit Dominam Imiam, quæ poſtea fuit vxor viri nobilis Domini Alberti Comitis Vicentini. Tertio de ea genuit Dominam Sophiam, quæ poſtea fuit vxor Domini Henrici primi de Ygna, & eo mortuo nupſit poſtea Domino Salinguerræ

de

de Ferraria. Quarto de ea genuit Dominum Ecelinum tertium, qui poſtea pertinuit ad progeniem Rabbioſorum vere, & natus eſt currente anno Domini M. CXCIV. die vj. exeunte Aprili, circa meridiem. Quinto genuit Albricum. Sexto genuit Dominam Cunizam, vitæ cuius ſeries talis fuit. Primo namque data eſt in vxorem Comiti Rizardo de Sancto Bonifacio, ſed tempore procedente, mandato Ecelini ſui patris, Sordellus de ipſius familia Dominam ipſam latenter a marito ſubtraxit, cum qua in patris curia permanente, dictum fuit ipſum Sordellum concubuiſſe: & ipſo expulſo ab Ecelino, Miles quidam nomine Bonius de Taruiſio Dominam ipſam amauit, eandemque a patris curia ſeparauit occulte, & ipſa nimiũ amorata in eum, cum ipſo mundi partes plurimas circuiuit, multa habendo ſolatia, & maximas faciendo expenſas. Demum ambo reuerſi ſunt ad Albricum de Romano fratrem ipſius Dominæ, regentem, & dominantem in Taruiſio, contra voluntatem Ecelini eius fratris, vt dicebatur, & apparebat, & illic ſtabat idem Bonius cum dicta Domina Cuniza, tamen viuente adhuc vxore ipſius Bonij, & in Taruiſio permanente. Occiſus eſt demum Bonius gladio, in quodam Sabbato Sancto, cum Ecelinus ciuitatem Taruiſij de dominio fratris velle videretur eripere. Hæc autem Domina Cuniza, cum poſt omnia hæc declinaſſet ad fratrem ſuum Ecelinum, ipſe maritauit eam viro cuidam nobili de Braganzo. Sed poſtea cum guerra exarſit in Marchia, Ecelinus ipſum cognatum ſuum, cum cæteris nobilibus de Braganzo, & aliunde per Marchiam fecit occidi. Adhuc iterum ipſa Cuniza poſt mortem fratris ſui Ecelini maritata eſt in Verona. Supradicta autem Domina Aledeita cum in magna ſibi vidiſſet *lætitia*, maritum potentem; filias maritatas in alto gradu; filios affluentes diuitijs; caſtrorum dominos; potentes clientibus, & maſnadis; terribiles inimicis; ſoretque dicta ad hæc ſtellarum curſus cognoſcere; quod filijs prophetauit, circa quinquageſimum ſuæ ætatis annum deceſſit.

De guarnimento facto occaſione Campreti.

ANte tamen quam *decederet dicta Domina Aledeita, illis quoq; temporibus quibus Ecelinus* maritus eius in honore magnifico, ſummaq; lætitia permanebat, tamen adhuc non immemor iniuriæ ſibi quondam illatæ in Dominam Cæciliam per Gerardum nepotem ſuum; cogitauit qualiter ipſe poſſet ſuum animum paſcere vltione. Tegens igitur alta mente indignationem, & iram, quam animo arroganti conceperat, adiunxit ſibi, licet per amorem illicitum, Dominam Mariam de Campreto, conſanguineam illorum de Campo Sancti Petri, ſed ex altera parentela. Nam & ipſa inter cætera quæ ſui iuris erant, cum ipſis ſuis conſanguineis diuidenda, ius habebat in curia de Campreto. Hanc Dominam, quaſi vt vxorem, in quodam ſuo caſtro tenebat, itaquod tempore procedente idem Dominus Ecelinus de dicta Domina Maria quandam filiam genuit, ſ. Dominam Aledaxiam. Poſt hæc ipſa Domina Maria, ſiue expulſa, ſiue ſponte propria, receſſit a potente quaſi marito, & cum remanſiſſet filia apud patrem, inſurrexit quæſtio inter Ecelinum, & illos de Campo Sancti Petri, vt poſſe, quia voluit pater pro filia poſſidere Campretum. His ergo duabus domibus amicos ſuos vndique congregantibus, facta ſunt maxima guarnimenta hincinde, & caſtramentata vtraq; parte in confinijs, & partibus de Campreto, forſitan deueniſſent ad pugnam. Sed Reuerendus vir opere, & ſermone Dominus Gerardus Dei gratia Epiſcopus Paduanus, adhibito ſibi fauore Communis, & Populi Paduani, perrexit ad vtriuſq; partis exercitum, & quaſi facer Orpheus, qui dictus eſt in fabulis poetarum cum dulcedine ſuæ lyræ mulcere Tigres, tumidos mitigaſſe Leones; Sanctitatis ſuæ, dulcibus alloquijs interpoſuit partes ſuas: & appellans primitus Dominum Ecelinum cum ſuis illis conſocijs, & amicis, de quorum conſilio procedebat; poſt locutionem Domini Alexij Iudicis Poteſtatis pro Communi Paduæ, cum ipſo Domino Epiſcopo deſtinati, hoc modo locutus eſt inter eos. IV.

Oratio Epiſcopi Gerardi ad Ecelinum, & partem eius.

QVi timet Deum facit bona, & qui continens eſt iuſtitiæ, apprehendit illam. Verba iſta, verba ſapientiæ nominantur, & concordat titulus ipſis verbis. Scimus enim, & legimus in diuina pagina, & humana multos timentes Deum, & ſapientes, operatos fuiſſe bona, ſecum habuiſſe iuſtitiam, honoratos equidem in hac vita, promeritis acquiſiuiſſe æternam. E con- V.

trario

trario quoque ſcimus, Tyrannos aliquos in Deo nullam reuerentiam habuiſſe; gloriatos in ſua malitia; pro poſſe feciſſe mala; ſpreuiſſe iuſtitiam; vixiſſe plurimum de rapina; in tribulatione finiſſe vitam; miſſos vtique in gehennam, æternæ damnationi deditos, laceratos flagellis dæmonum, & tormentis. Vbi nunc Pharao, vel Golia, vbi Herodis crudelitas, vbi Nero? Profecto perijt memoria eorum cum ſonitu, & deleti de libro viuentium, cum iniquis deputati ſunt miſerabiliter, non cum iuſtis. Quare vos hortamur in Domino, & monemus, quatenus habeatis ante oculos Deum, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, nec pugnetis cõtra nepotes veſtros, ſororis veſtræ filios, & carnem de carne veſtra: ne deſtruantur villæ, victualia deuaſtentur, compellantur viduæ, pauperes, & orphani, turpiter mendicare; hoſpitalia, & Sacræ Eccleſiæ diſſipentur: ſed bainletis arma iuſtitiæ, fitis milites æquitatis, Dei, & fidei propugnantes: certi quod in hac vita proſperabuntur vtique facta veſtra, & poſt naturæ debitum ſtabitis refulgentes ante tribunal Chriſti, glorioſam famam ſiquidem in hoc ſeculo poſſidentes. Nos vero petimus, quod guarnimentum veſtrum propter Dei reuerentiam diuidatis, redeuntes ad domos veſtras, & in nobis, & Commune Paduæ præſentis facti dimittite quæſtionem, & Nos quod conſentaneum rationi fuerit cognoſcemus, ſopiemus hanc litem, & decidemus ſine debito, dante Deo.

Oratio Epiſcopi Gerardi ad illos de Campo Sancti Petri.

VI. HAec, vel hijs ſimilia locuturus, conuerſus eſt dictus vir prudens, ſanctæq; memoriæ, Epiſcopus reuerendus, ad partem alteram, appellans Dominum Gerardum ſupradictum, & Tiſonem fratres de Campo Sancti Petri, cum Domino Marchione Azone, quem nunc ſibi primum iunxerant dominum, & amicum, cum alijs ſuis conſocijs, & amicis, de quorum conſilio procedebant: & poſt locutionem Domini Vgolini ſapientis, & probi viri, Aduocati Epiſcopatus, & Militis Paduani pro Cõmuni Paduæ ſimiliter cum ipſo Domino Epiſcopo deſtinati, præmiſſo verbo illo Pſalmiſtæ, Miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi &c. auctoritate ad materiam ſapientiſſime aptata, vel eo, vel ſimilia, quæ locutus eſt alteri parti, melliflua voce profundens; oſtendens eis etiam, quod erant quaſi matri contrarij, quoniam fratri, matris; ſedauit hinc inde exercitum, & vtrumq; fecit recedere guarnimentum, & ſic demum Paduam eſt regreſſus. Stetitq; Marchia aliquot annis in bona pace, non obſtante nunc cauſa quadam litigij, quæ paucorum culpa quondam ſteterat inter Paduanos, & Vicentinos.

Facta quædam inter Paduanos, & Vicentinos propter Montegaldam, & propter Ecelinum de Romano ſecundum.

VII. COntigerat enim olim habitantes quoſdam in Montegalda Vicentini diſtrictus, intrare Paduanum diſtrictum furtiue, cuius confines erant, & damnum maximum inferebant, fugientes poſtmodum Montegaldam, & erant ſecuri. Ex his itaque maleficijs cum Commune Vicentiæ a Communi Paduæ ſæpius litteris, & Ambaxatoribus appellatum, nullam prorſus faceret vltionem; Paduani iuerunt, & ceperunt hoſtiliter Montegaldam in anno Domini M. C. LXXXVIII. Per quod Vicentini irati ſunt plurimum, & commoti, ita quod poſt modum tempore procedente obſtruxerunt aquam totaliter illic in partibus de Longare ſui diſtrictus, & deſſiccauerunt aquam, ita quod Padua, & Paduanus diſtrictus, tam ad molendina, quam ad alia opportuna magnum patiebatur defectum: quem defectum ſiquidem cum Paduani perpeti non valerent; iuerunt armata manu, & aquam, inuitis Vicentinis, aperuerunt. Sed dum Paduani redirent aperta aqua, vnum Quarterium Paduanæ militiæ, quod adhuc erat a latere aquæ verſus Vicentiam captum eſt a Vicentinis, & ducti ſunt milites illi Vicentiam, & poſiti in carceribus, enormiter, & grauiſſime tractabantur. Donec Paduanum Commune ſuos redemit milites, data Vicentino Communi magna quadam pecuniæ quantitate.

¶ Poſt hæc elapſis iam annis pluribus, cum Ecelinus ſecundus tenere vellet curiam in Baxano, conſiderans quod inter Paduam, & Vicentiam videbatur oriri diſcordia; amicitiam cũ Paduanis contraxit, & obligauit pignori eis curiam de Honaria, quam olim Ecelinus auus eius habuerat ab antiquis a Rege Corrado, cum quo venerat de Alemania miles ab vno equo.

Pactis

Pactis appoſitis inter ipſos Paduanos, & Ecelinum, quod ex hoc habere debeat à Communi Padue lib. xxv. millia denariorum Venetorum, & vna pars alteram, tam in pace, quam in guerra, & e conuerſo iuuare debeat, modis omnibus, in ſingulis ſuis factis, præterquam con- Imperium, & Coronam. Hoc autem cum Vicentini intellexerunt, elapſis forte annis quinque poſt factum Montegaldæ, hoſtiliter iuerunt Maroſticam, & illic inſultauerunt in Ecelinum ex improuiſo: ſed defenderunt ſe Maroſticani viriliter, & Vicentinos retrocedere compulerunt, donec aduenientе Paduana militia in auxilium Ecelini, Vicentini ſubito Vicentiam ſunt reuerſi. Non autem ſteterunt Vicentini ſic negligentes ex toto, ſed quaſi elapſo non multo tempore habuerunt totam Militiam Veronenſem, & Populi magnam partem, & ipſi cum viribus ſuis omnibus, cum exercitu copioſo, & magnò venerunt ad partes Maroſticæ, & ad partes Baxani, minantes expreſſe quod a montium ſummitatibus infra, cunctos ſubmittent morti, deſtructioni, ignibus, & ruinæ. Tunc Ecelinus perterritus concordiam fecit quam potuit cum potentibus inimicis, & miſit filium ſuum paruulum Ecelinum pro obſide ſub tentorio Poteſtatis Veronæ. Et ſic ab his diebus in antea, ruptæ ſunt conditiones, & pacta Paduanorum cum Ecelino, & fuit tempore vlterius quaſi vnum, & idem cum Vicentinis.

Factum inter Paduanos, & Vicentinos ad Carmegnanum.

INdignatis igitur Paduanis de pactis, & conditionibus ſibi ruptis, & quod maius eſt, non immemores antiquæ adhuc extorſionis, & iræ, quam Vicentini quondam fecerant Paduano Communi de militibus captis in partibus de Lõgare, & Vicentiæ crudeliter carceratis; guarnimentum facere voluerunt, vt inuaderent Carmegnanum, caſtrum. ſ. Vicentinorum, & terram ipſis cariſſimam, & dilectam. Quod ipſi Vicentini præſentientes; magnifice, & potenter iuerunt Communiter Carmegnanum, in ipſoq; copioſe munito militum, & peditum multitudine, & baliſtis, armis, & victualibus, cunctiſq; pro ſecuritate loci neceſſarijs; permanebant. Sed nihilominus deſtitit Paduana Communitas, immo illuc omnes, moto exercitu, cum *fulgenti ſuo carrocio*, *magnifice* perrexerunt in anno *Domini M. C. XC VIII.* circa principium ipſius autumnalis. Et non multis elapſis diebus, inter cæteros inſultus, hinc inde factos, Vicentini mane quodam in aurora diei, primo. ſ. die Septembris, exiuerunt in Paduanos, multiſque de Paduanis militibus, & peditibus, pugnantibus tamen viriliter contra hoſtes, detentis, duxerunt eos in Eccleſiam Carmegnani, & tenuerunt eos ligatos, & compeditos. Eadem autem die, & quaſi eadem hora, vir ſtrenuus, & inſignis Iacobus Strictus Placentinus ciuis, probus, ſapiens, & præclarus, tunc Paduanorum Poteſtas, & Azo Eſtenſis Marchio, forma corporis ſpecioſus, ſed armis ſpecioſior, & virtute; Matthæus de Pegoloto Paduanus ciuis, & vexilliſer Paduani Communis, cæterique Magnates, nobiles, & potentes de Padua, hoc grauiter, & indigne ferentes; ſe protinus, & Paduanam gentem totaliter expoſuerunt omni caſui, & fortunæ: vnde aſſumptis armis, inſultauerunt omnes animoſe in portam caſtri, & proſtratis hinc inde multis, tandem confracta eſt porta viriliter, vallum diruptum circa portam, turres quoque, ſiue bilfredi fixi à defenſoribus corruerunt, ſtetitq; Communis Paduæ victorioſum vexillum, innumerabilia geſtans foramina, tanquam cribrum, ſed quaſi ſpecula fulgentiſſima, vltra foſſas, ſuper ædificijs Carmegnani. Sicq; continuo Paduani milites ſunt redempti, multi quoque milites, & pedites Vicentini, nobiles, & potentes ſunt capti, & victo loco totaliter, habitiſque ſpolijs rerum, & perſonarum, glorioſum triumphum de inimicis Paduani Paduam reportauerunt. VIII.

Factum Braidæ de Verona.

PRocedente quoque tempore, in anno. ſ. M. CCVII. Dominus Azo Eſtenſis Marchio factus eſt poteſtas Veronæ, de cuius honore condolens Ecelinus de Romano ſecundus, memor quod idem Marchio quondam ei obuius fuerat in facto Campreti; congregatis amicis ſuis de Verona, Vicentia, & vndecunque potuit aliunde in caſtrum Monticli Vicentini diſtrictus, vnde poſtea dicti ſunt Monticli; cum eis taliter ordinauit, quod magnum habuit guarnimentum: & ſic factus eſt quaſi ex improuiſo inſultus maximus in Verona contra Marchionem, & contra omnes fauentes ei, & ita demum eſt Marchio de Poteſtaria expulſus. Tũc Salinguerra de Ferraria factus eſt Ecelini manifeſtus amicus, qui vſque nunc non videbatur IX.

alicui parti fauere. Receſſit ergo Marchio, & iuit ad Abbatiam. Sed non multo tempore poſt facta magna congregatione de ſuis amicis de Lombardia, Marchia, & Romagna, & aliunde, ſapienter, & per ſummam prudentiam ſtatim ſequenti anno M. CCVIII. gentem ſuam Veronam conduxit in Braydam, & pugna illic commiſſa eſt inter partes: milites occurrerunt militibus, pedites cum peditibus manualiter pugnauerunt, certaueruntque inimici cum inimicis: demumq; poſt ſanguinis effuſionem militum, & equorum; poſt conſternationem plurium, & poſt aliquorum mortem; ſtetit Marchio victor in Brayda, turres habuit, & domos bellicoſas per ciuitatem, ipſum quoq; Ecelinum tunc captum habuit, & detentum, quem curialiter, & honeſte tractauit, eundemque honorauit & iple, fecitq; illi honorem fieri, per Dominas, & Milites omnes qui, vel quæ fuerunt honorabiles in Verona. Vltimo Ecelinum ipſum Marchio Militibus honorifice ſociatum, decenter conduci fecit Baxanum, & ipſi Milites, qui conduxerunt eundem, honorem maximum receperunt a Dominabus, & Militibus de Baxano. Ha Deus, tunc erant guerræ, ſi licitum eſt dicere, bonæ guerræ, dum vnus alteri viriliter inimicans, captus tamen aliquando, non morti tradebatur continuo, non in vincula mittebatur, non ſententia protinus ferebatur in eum, fore membris horribiliter mutilandũ; mittebatur immo laudabiliter quo volebat, & honorifice. Sed completa eſt hodie prophetia Ouidij, dum mundus, quem dicit aureum habuiſſe principium, redarguenda nunc fæce infectus, iam ecce deuenit ad tantum, quod non ſolum inimicus ab inimico, ſed nec hoſpes tutus ab hoſpite reperitur, non eſt frater fratri innocuus, & vix adhuc filius diligitur a parente. Nec ſumus equidem bene certi, ſi hæc radix naturalis affectus, quæ adhuc filo tenui retinetur, durare poterit in futurum.

Ludus de Prato Vallis, & Porta Turriſellarum hoc tempore facta fuit.

X. REuerſi ſunt Milites Marchionis ad ipſum, quem iam tota Marchia cum ſumma reuerentia laudans magnis præconijs excolebat. Tunc peruenit etiam ipſius fama celebris vſque Romam. Itaque ipſa Sancta Sedes Apoſtolica, dignitate noua voluit prædotare eundem; & ei gratiam eſt largita, vt. ſ. ipſe cum omnibus ſucceſſoribus ſuis ab hoc tempore in antea Eſtenſis, & Anchonitanus Marchio appelletur. ℂ Stare etiam videbantur nunc ciuitates iſtinc collaterales in Marchia in ſtatu delectabili, & iocundo: nam in prædicto anno Domini M. CCVIII. Poteſtate in Padua Domino Viſcontino, factus eſt magnus ludus in Prato Vallis, & omnes contratæ de Padua, ſingulæ videlicet ad vnum, & idem ſignum veſtimentorum, ſe nouis veſtibus innouarunt. Et tunc in prædicto loco de Prato Dominæ cum Militibus, cum nobilibus populares, ſenes cum iunioribus, in magnis ſolatijs exiſtentes in feſto Penteceſtes, & ante, & poſt, per plures dies, cantantes, & pſallentes, tantam oſtendebant lætitiam, quaſi omnes fratres, omnes ſocij, omnes prorſus eſſent vnanimes, & ſummi amoris vinculo fœderati. Sed ſtatim ſequenti anno cum Vicentini minarentur inuadere Ecelinum cum auxilio quarundam ciuitatum de Lombardia, qui Ecelinus tunc erat amicatus cum Padua; motus eſt Paduanus exercitus, & iuit Honariam in ſeruitium Ecelini. Sed parum ſtetit; quia Vicentini a propoſito deſtiterunt. ℂ Iterum vero ſequenti anno. ſ. M. CC. X. Iacobus de Andito Poteſtas Paduæ fecit fieri Portam Turriſellarum, & muros illi portæ collaterales.

De Federico electo in Romanorum Regem, & de morte Marchionis Azonis ſequenti anno, & quorundam Magnatum de parte eius.

XI. ANno Domini M. CCXI. ſupradictus Azo Eſtenſis, & Anchonitanus Marchio, de voluntate Innocentij Papæ III. Fredericum Regem Siciliæ, Reginæ Conſtantiæ filium, ſed adhuc quaſi puerum, per Lombardiam cum magna multitudine Militum vſque in Alemaniam ſociauit, & ſic Fredericus ipſe electus eſt tunc a Principibus in Romanorum Regem. ℂ Sed anno immediate ſequenti. ſ. M. CCXII. prædictus vir nobilis, & potens; apud Deum, & homines gratioſus; omni ſapientia plenus; venerandus mei nomine; idem Eſtenſis Marchio, poſt omnem altitudinem ſui ſtatus; poſt multa ſeruitia facta Romanæ Eccleſiæ; poſt Imperium exaltatum per eum, & a manibus quorundam tyrannorum prudenter, & ſapienter

pienter ereptum de hac vita migrauit, ad meliorem, ſepultus honorabiliter de menſe Nouembris apud Monaſterium Abbatiæ. ¶ In illo quoq; eodem anno duo Barones eius, nobiles, & potentes, & eundem fideliter proſecuti, de hac luce ſimiliter ad aliam ſunt vocati. ſ. Comes Bonifacius Veronenſis, & Albertus de Baone ciuis nobilis Paduanus, qui per ſummam ſuam prudentiam, & virtutem nominari fecit Marchiam Taruiſinam, & Paduam vſq; in partibus tranſmarinis.

Factum de Eſte primum.

REmanſerunt poſt ipſum Marchionem Eſtenſem duo filij. ſ. Aldeurandinus, & Azo, qui tunc dicebatur Azo Nouellus. Aldeurandinus igitur iam prouidus, & ad arma ſufficiés, quia maior ætate tunc erat, tenuit Marchexatum. Hic caſtrum Eſtenſe cohabitans, cum quidam eius ſubditi per violentiam abſtuliſſent fruges quaſdam, quæ de Montagnana Paduam ferebantur; ipſis etiam frugibus in caſtro de Eſte repoſitis; fruges illas reſtitui facere penitus recuſauit, quamuis Poteſtas Paduæ ex parte Communis hoc peteret litteris, & nuntijs ad Marchionem ipſum pluries deſtinatis. Et erat tunc Eſte, & Montagnana, totaque Scodeſia more debito ſub iuriſdictione Paduani Communis. Et quoniam idem Marchio perſtitit contumax in hoc facto; motus eſt exercitus Paduanus contra eum, & Eſtenſem villam occupans, & deuaſtans, ac burgum; roccham obſedit hoſtiliter; machinis, & prædarijs pro poſſe deſtruens, & confringens. In hoc exercitu fuit cum Communi Paduę Dominus Ecelinus prædictus, & cum ipſo eius filius Ecelinus, quilicet puer, iam ſubtilizabat in tantum, quod puerili more cum alijs pueris iam conſtruebat machinas, quaſi ad lapides iaciendos in roccham: vt iam quodammodo moueretur ad amicos Marchionis, & loca, & partem voluntarie deſtruendum. Gentes autem, quæ cum ipſo patre, & filio venerant de Baxano, & de partibus Pedemontis; vineas, & arbores radicitus euellebant, deſtruentes auidiſſime quidquid poterant: veluti pronoſticarent, quod inter geminas illas domos, Eſtenſem. ſ. & illorum qui vſque nunc de Honaria dicebantur, *ſed poſtea dicti ſunt de Romano*; creſcebant *inimicitiæ capitales*. Sunt quoque in ipſo exercitu damna quædam, & in rebus, & in perſonis hinc inde facta, vtpote quia intus in roccha circa xv. homines ſunt occiſi, alij a prædarijs, alij à baliſtis; extra vero ſimiliter mortui ſunt x. inter quos præco quidam nomine Veglus dictus, quod nocte intrabat in roccham, & propalabat Paduana conſilia Marchioni; ſuſpenſus eſt, & mortuus iuſſu Poteſtatis, & Conſilij, contra caſtrenſem portam. Et quod grauiſſimum fuit, & doloroſum, magnis, & paruis ciuibus Paduanis; Comes Paduæ, bonæ memoriæ, Manfredinus, equitando more ſolito per exercitum; percuſſus, heu, a lapide tortorellæ intrinſecæ, cecidit mortuus, & fuit dies illa tam obſeſſis, quam obſidentibus multipliciter lacrymoſa. Hac itaque de cauſa præcipue, motus eſt Marchio Aldeurandinus, & illius Conſiliarij, vt ad concordiam cum Paduanis deueniret: & data treugua vtriq; parti, concorditer deuentum eſt ad hunc finem, quod roccha reddita eſt Communi Paduano. Sic de ſtatuto, & voluntate Paduanorum muratæ ſunt portæ caſtrenſes, & caſtrum non habitatum vſq; ad multos annos. Et Paduanus exercitus reuerſus eſt Paduam cum honore. Eſtenſes vero habitatores ad præcepta Communis Paduæ ſalubriter permanſerunt in Eſte. Fuit autem hoc factum tempore Domini Marini Zeni Paduæ Poteſtatis, in anno Domini M. CCXIII. tempore autumnali. XII.

De Ludo quodam facto apud Taruiſium.

POſt hæc ſequenti tempore, anno. ſ. Domini M. CCXIV. Albizus Florenſis erat Poteſtas in Padua, qui fuit vir prouidus, & diſcretus, curialis, tractabilis, & benignus. Et cum foret in regimine ſapiens, dominabilis, & aſtutus; iocos tamen, & ſolatia diligebat. Tẽpore cuius Poteſtatis ordinata eſt quædam curia ſolatij, & lætitiæ in ciuitate Taruiſij, ad quã inuitati ſunt quam plures Milites, & Pedites Paduani. Iuerunt illuc etiam conuocatæ ad illam curiam decorandam Dominæ circa xij. de nobilioribus, & pulcrioribus, magiſq; ludis idoneis, quæ tunc in Padua ſunt repertæ. Fuit autem huiuſcemodi curia, ſiue ludus. Factum enim eſt ludicrum quoddam caſtrum, in quo poſitæ ſunt Dominæ cum virginibus, ſiue domicellabus, & ſeruitricibus earundem, quæ ſine alicuius uiri auxilio caſtrum prudentiſſime defenderunt. Fuit etiam caſtrum talibus munitionibus vndique præmunitum, ſcilicet varis, & XIII.

griſeis, & cendatis, purpuris, ſamitis, & ricellis, ſcarleris, baldachinis, & armerinis. Quid de coronis aureis, cum gryſolitis, & hyacintis, topazijs, & ſmaragdis, pyropis, & margaritis, omniſq; generis ornamentis, quibus Dominarum capita tuta forent ab impetu pugnatorum? Ipſum quoque caſtrum debuit expugnari, & expugnatum fuit huiuſcemodi telis, & inſtrumentis, pomis, dactilis, & muſcatis, torrellis, pyris, & cotanis, roſis, lilijs, & violis, ſimiliter ampullis balſami, amphij, & aquę roſæ, ambra, camphora, cardamo, cymino, garyofolis, melegetis, cunctis immo florum, vel ſpecierum generibus, quæcunque redolent, vel ſplendeſcunt. De Venetijs etiam interfuerunt huic ludo viri multi, & plures Dominæ, propter honorem curiæ exhibendum: & habentes ipſi Veneti Sancti Marci ſpecioſum vexillum, prudenter, & delectabiliter pugnauerunt: oriuntur autem aliquando de bonis principijs mul ta mala: dum namque Veneti ludentes certarent cum Paduanis ad caſtri portam primitus ſubintrandam; hinc inde ſurrexit diſcordia, & quod vtinam non fuiſſet, Venetus quidam non ſapiens, tenens Sancti Marci vexillum, vultu toruo, & iracundo inſultauit in Paduanos: quod Paduani videntes, quidam ma num violentam in Sancti Marci vexillum irato animo iecerunt, & inde partem aliquam lacerarunt, quod Veneti tulerunt valde moleſte, & indignanter. Diuiſa eſt itaque continuo curia, ſiue ludus iuſſu aliorum Rectorum curiæ, & Domini Pauli de Sermedaula viri clariſſimi, & diſcreti Paduani ciuis, qui tunc Rex Militum erat in Padua, cui etiam cum alijs Rectoribus cauſa honoris conceſſum erat in ipſa curia, quod haberent arbitrium, & ordinationem Dominarum, & Militum, & totius curiæ, ſiue ludi. Fuit autem hic ludus, de quo dici potuit,

Ludus enim genuit trepidum certamen, & iram,
Ira truces inimicitias, & funebre bellum:

Nam tempore procedente creuit adeo diſcordia inter Paduanos, & Venetos, quod ſunt mercimonia interdicta hinc inde; cuſtodita confinia ne quid de vna terra ad alteram portaretur; raubarias, & violentias exercuerunt, & ſic denuo diſcordia creuit, & guerra, & inimicitia capitalis.

De exercitu facto ad Baybam contra Venetos.

XIV. ET quoniam aliqui de Venetijs latenter intrauerunt, & aliquando damnum faciebant in Paduano diſtrictu; placuit Conſilio Paduano facere exercitum ſuper terras Venetorum: & paratis omnibus guarnimentis iuerunt hoſtiliter Paduani ad partes Clugiæ, & ſe cum omnibus ſuis apparatibus locauerunt in partibus turris Baybæ, ſperantes turrim ipſam capere, & de ipſa ſuam facere voluntatem. Et poſſet eſſe forſitan, quod illi de Monteſilice cepiſſent eãdem, quoniam illico cum venerunt, voluerunt inſultare in turrim: ſed Poteſtas Paduæ, bono tamen animo, non permiſit. Paucis tamen diebus elapſis commotæ ſunt pluuiæ inauditæ, vltra ſolitum creuit mare, ſicque cum exercitus foret in locis paluſtribus, diuino iudicio diuiſus eſt exercitus, & Paduam eſt reuerſus. Clugienſes vero, & Veneti, qui iam illuc copioſe conuenerant, videntes remotum exercitum, inſecuti ſunt Paduanos, cum nauibus, & habuerunt eadem die prædam de rebus exercitus, & ceperunt etiam aliquos de ciuibus Paduæ, qui vidẽtes ſe in aquarum periculis, rogabant Clugienſes ipſos, vt eos in nauibus eleuarent. Et fuerunt quidam, qui dederunt pretium nauigantibus, & fecerunt ſe ad domos occupantium deportare. Fuit autem factum in anno Domini M. CC X V. in autumno, ſtante Domino Bonifacio Guidonis de Guizardo de Bononia Poteſtate Paduæ.

De morte Aldreuandini Marchionis Eſtenſis.

XV. ANte tamen factum hoc Baybæ, Aldreuandinus Eſtenſis Marchio Paduam venerat, & illic receptus honorabiliter, & dilectus a cunctis, magnam fecerat congregationem de amicis ſuis de Padua, & aliunde, in domo magna, ſiue palatio, quod olim fuit Domini Alberti de Baone ſuperius nominati, quod erat apud Eccleſiam Sancti Vrbani. Cum illis quoque amicis ſuis deliberato conſilio, potenter poſtmodum, & magnifice in Anchonitanam Marchiam hoſtiliter equitauit, volens dominium, & Marchexatum habere, de quo pater eius olim fuerat a Romana Eccleſia inueſtitus. Sed erant ibi Comites de Celano viri magnifici, & potentes eidem Marchioni contrarij, qui vſque quondam in tempore Othonis de Saxonia, tenentes ipſius Othonis partem, adhuc Frederico puero, & eius fautoribus reſiſtebant, vtpote Romanæ Eccleſiæ, & Marchioni Azoni, bonæ memoriæ, ſimiliter olim reſtiterant, pro ip-

ſo

ſo Imperio plurimum laboranti. Fuit igitur Aldreuandinus Marchio victor, & de ipſis Comitibus, & quibuſdam ipſorum complicibus victoriam habuit, multis tamen laboribus acquiſitam. Magnates verumtamen, & quidam alij, atq; caſtra multa reſtiterunt eidem, & remanſerunt illic in carcere de melioribus, & maioribus Marchionis amicis, ſ. Dominus Tyſo de Campo Sancti Petri Paduanus ciuis, vir nobilis, potens, magnificus, & præclarus; & alij quidam ſecum. Ipſe vero Marchio, poſt multa facta, & ardua; poſt multa pericula, & labores, in quibus tamen prudenter, & ſapienter ſe geſſerat; non eſt armis, vel viribus ſuperatus, ſed, vt fama fuit, proditorie toſſicatus, veneno finiuit vitam, in anno prædicto Domini M CC XV. in tempore ſuæ floridæ iuuentutis. Prædictus autem Dominus Tiſo, poſt multos annos redemptus eſt de carcere inimicorum Marchionis, & ſuæ partis, per exercitum amicorum, operante ipſo Azone nouello, ad huc in pueritia poſito, & iam quaſi nouella planta, in id ætatis fructus vberrimos promittente.

Hic factum eſt Palatium Paduanum.

HIc ne videamur clauſis oculis pertranſire; ſciendum eſt, quod cum poſt hoc tempus Aldreuandini ſequerentur quatuor anni, vel circa, ſiue quatuor Poteſtates, in quibus forte Paduana ciuitas videretur veluti ociosa manſiſſe; non tamen remanſit inutilis: immo Nuntijs, & Ambaxatoribus miſſis Venetias ſæpius, recuperauit ciues ſuos captos in facto Baybæ, quamuis poſt aliquantam temporis tarditatem, vſque de facto Baybæ. ¶ Et in anno Domini M CC XVIII. ſpatioſum, immo ſpecioſum Palatium Paduanum inceptum eſt, Poteſtate Domino Iohanne Ruſca de Cumis, viro prouido, probo, & ſapiente, moribus, & curioſitate plurima inſignito. XVI.

Explicit Liber Primus.

INCIPIT SECVNDVS.

Factum Caſtri Franchi, & quando incepta eſt Cittadella, & Federicus coronatus.

NItebantur Veneti temporibus illis propter guerram, quam adhuc occaſione Baybæ cum Paduanis habebant, parti ſuæ inuenire fautores, bladum enim, & victualia de Padua penitus non habebant. Vnde timentes etiam, ne Taruiſini cum Paduanis vnirentur, ipſos Taruiſinos ſibi amicitiæ vinculo, immo ſacramenti fœdere adiunxerunt. Sed habebant Taruiſini tunc temporis litem quandam cum Domino Bertoldo, Dei gratia, Patriarcha Aquileienſi, occaſione quarundam terrarum in confinio vtriuſque diſtrictus. Cum ſorent igitur Taruiſini amicati cum Venetis; & Dominus Patriarcha eſt amicatus cum Paduanis, & factus eſt Paduanus ciuis: & in cittadantiæ firmitatem, & ſignum, fecit de ſua camera quædam in Padua ædificari Palatia magna, & pulcra valde, & voluit, & ſe poni fecit cum alijs ciuibus Paduæ in coltam, ſiue datiam. Tunc quoque incepit mittere, & ad huc mittit hodie omn i anno de ſuis melioribus Militibus xij. qui iurant in principio Poteſtariæ cuiuslibet præcepta, & ſequentia Poteſtatis pro Domino Patriarcha, & ſuis. Quod videns Feltrenſis, & Belunenſis Epiſcopus, fecit & ipſe ſimiliter: non tamen in quantitate eadem, ſed quaſi pro rata ſui Epiſcopatus, & Prælaturæ. Ergo quoniam Taruixini terras quaſdam Domini Patriarchæ tunc ſubtiliter inuaſerunt; Paduanus exercitus iuit ad Caſtrum Franchum, terram Taruiſinorum: ſed Taruiſinis protinus reuerſis ad propriam ciuitatem; Paduanus exercitus paucis diebus illic permanſit. Et hæc ſiquidem facta ſunt exiſtente Poteſtate in Padua Domino Berardo Barone, in anno Domini M CC XX. ¶ Eodem anno inceptum eſt caſtrum de Cittadella. ¶ Eodem anno coronatus Fredericus Imperator in Roma ab Honorio Papa III. in die Sanctæ Luciæ die xiij. intrante Decembri. I.

Prima ſeditio Ferrariæ, & De Morte Tiſolini.

II. CVm poſt mortem Marchionis Eſtenſis Azonis, & eius filij Aldreuandini, ſolus in Eſtẽſi domo remanſiſſet Azo nouellus, adhuc ætate iuuenis, ſed prudentia, & probitate maturus; vt plurimum habitabat Ferrariæ, vbi multos amicos, multoſque vaſſallos habebat, & erat Salinguerra vir ſapiẽs, & aſtutus de numero vaſſallorum ipſius. Qui cum forte potens eſſet amicis; diuitijs, & honoribus magnus in ciuitate; & cum ipſe cum omnibus ſuis amicis haberet omnes honores quaſi, & officia ciuitatis; creuit diſcordia inter amicos Marchionis, & Salinguerræ in tantum, quod Marchio cum parte ſua de ciuitate exiuit. Et ſic exules facti ſunt de propria patria Ferrarienſes quidam, ſuiſque bonis omnibus; & poſſeſſionibus ſunt priuati. In cuius iniuriæ vltionem, ipſe Marchio Ferrarienſes expulſos, & omnes amicos ſuos quoſcunque, & vndecunque potuit, ſiue de Lombardia, ſiue de Marchia, ſiue de Comitatu Rudigij congregauit, & hoſtiliter accedens Ferrariam, caſtrametatus eſt iuxta Padum. Timens vero Salinguerra proditionem, ad hanc deuenit concordiam, quod Marchio cum C. de ſuis Militibus, & amicis intret ciuitatem, ad tractandam concordiam, quod Ferrarienſes vtriuſque partis poſſint pacifice pacificare adinuicem, & concorditer permanere. Intrauit ergo Marchio iſto modo: ſed poſtmodum viſum eſt Ferrarienſibus intrinſecis, quod ij qui intrauerant, victualia malo modo acciperent pro ſe, & ſuis equis; & quod domos enormiter deuaſtarent. Vnde factus eſt magnus tumultus, & clamor per ciuitatem ad arma, ad arma, moriantur inimici, & pereant inimici. Inſurrexerunt partes vtrinq; & qui cum Marchione intrauerant, partim mortui, & partim ſunt de ciuitate expulſi. ¶ Hic vir nobilis Tiſolinus filius quondam Gerardi de Campo Sancti Petri Paduani diſtrictus, & Comitiſſæ Dariæ, olim filiæ viri clariſſimi Alberti de Baone; pro parte Marchionis viriliter pugnans incidit caſualiter in manus hominum de quadam villa nomine Girzola: qui cum circundaſſent eundem, quamuis de ipſis multos mortuos proſtraſſiſſet, appellabant cum, vt eis ſe redderet. Sed magnanimus ſe reddere negauit, niſi foret illic aliquis de ſanguine Militari: ſed cum nullus ſit ibi repertus talis, poſt cædem ſui boni deſtrarij, heu, mortuus eſt. Et ipſe, ſiue eius corpus, delatum eſt ad ciuitatem Ferrariæ, & omnes Milites planctum magnum fecerunt, & ipſe Salinguerra triſtatus lachrymabiliter, fecit eum honorabiliter ſepeliri. Hoc autem factum eſt anno Domini M CC XXII. in ſecunda Poteſtaria in Padua Domini Ioannis Ruſchæ de Cumis.

De tempore Terræmotus.

III. NOn modicus fuit dolor, non parua triſtitia per totam Marchiam, de tali, & tanto viro: Et fuerunt quidam qui dicerent, quod non ſolum homines ſunt per hoc humani generis damnum perterriti, ſed & mundus ipſe, totaque machina mundialis horrorem habuit, & tremorem. Nam in menſe Septembris prædicti anni apparuit in cælo cometa, qui ſignificare dicitur mortem alicuius excellentis perſonæ. Ipſe Deus etiam, vt monſtraret apertius, qui timor, & tremor ſeditionis, & guerræ nunc videbatur emergere, nunc inſtare; ſuum dedit tremoris ſignum. In patribus namque Italiæ vniuerſis terra tremuit, iuga montium ſunt commota propter vehementiam terræmotus, durantis fere per vnam horam, in ipſa die Natalis Domini, ſtatim poſt Miſſarum ſolemnia celebrata. Adeo quod multæ domus, & Palatia corruerunt; homines perierunt per ciuitates, & in Brixia maxime tanta fuit ruina, quod Brixienſes timuerunt quodammodo ne tota ciuitas ſit ſubmerſa. Et hic terræmotus fuit completis annis Domini M CC XXII. Et in ipſa die Natalis xxiij. inchoabat, in Poteſtaria prædicta circa medietatem.

De ſecunda obſeſſione Ferrariæ.

IV. QVoniam etiam Tiſolinus prædictus fuerat de carioribus amicis Marchionis Eſtenſis, & Comitis Rizardi de Sancto Bonifacio voluerunt ipſi, & omnes de ſua parte, de tanti amici damno ſumere vltionem. Parato igitur guarnimento magno de amicis ſuis omnibus de Padua, de Mantua, de Verona, & aliunde; equitauerunt, & iterum obſederunt Ferrariam. Sed Salinguerra homo ingenioſus, & cautus, ſuis nuntijs, verbis, & litteris, Comitem Rizardũ induxit

induxit in tantum, vel ad tantum ſub ſpecie compoſitionis, & pacis; quod ipſe Comes cum quadam Militum quantitate, intrauit Ferrariam, non credens ſub agnina pelle vulpem ſubdolam latitare: ipſum enim Comitem cum omnibus illis qui ſecum iuerant Salinguerra detinuit: Et ſic deceptus Marchio & dubitans de proditione, receſſit cum toto exercitu ab obſeſſione incepta. Erat autem hoc in anno Domini M CC XXIV. Sed nec Comes, nec qui ſecū capti fuerant diu detenti manſerunt. Nam Rectores Lombardiæ hæc duo fecerunt ſequenti anno, videlicet in eodem M. CC XXV. eripuerunt enim Comitem, & ſuos de carcere Salinguerræ; & diſcordiam quandam, quæ in Verona tunc erat, reduxerunt ad concordiam, non longo tempore duraturam.

Factum de Fratta Ferrarienſis diſtrictus.

SEterat illic etiam quædam altera maxima cauſa guerræ: nam in dicto anno Domini M. CC XXIV. Marchio Eſtenſis congregauit amicos, & gentem ſuam de Padua, de Mantua, de Verona, illos videlicet de ſua parte, & Ferrarienſes expulſos; motusque hoſtiliter equitauit, & eſt poſitus circa Frattam, caſtrum. ſ. Ferrariæ, in quo Salinguerra ſuos quoſdā dilectos poſuerat, & erant cuncti habitatores loci, & caſtrum ipſum ſpeciales, & fideliſſimi eius partis. Hic ſterit exercitus in caſtri obſeſſione tamdiu, donec ſunt intrinſeci vigilijs, & fame deducti. Itaque cum ſe defendere non valerent, nec vllum à Salinguerra poſſent habere ſuccurſum; expugnati ab inimicis de facili ſunt deuicti, & intrauerunt Marchexani in caſtrum. Sic ergo viri, & mulieres omnes, magni, & paruuli gladio ſunt occiſi, præter quoſdā, qui in profundam aquam, quæ caſtrum vndique muniebat proiecti, aquam biberunt, & mortem. Et lætatus eſt Iacobus filius Tiſonis de Campo Sancti Petri, ſuper vindicta facta de obitu germani ſui, claræ memoriæ, Domini Tiſolini: Nam & ipſe ſuis manibus in hoc facto fecit de pluribus, licet immeritam vltionem. Quod enim peccat Titius, non in Sempronio caſtigatur. *Erat autem diebus illis Dominus* Robertus de Concorezo Mediolanenſis electus Paduanorum Poteſtas. V.

Litteræ quas miſit Salinguerra de Ferraria Ecelino minori. ſ. tertio Ecelino.

HAbuerat Salinguerra vxorem Dominam Sophiam Ecelini maioris filiam, ſororem Ecelini minoris, qui de facto Frattæ contriſtatus medulliter, Ecelino cognato ſuo miſit literas in hunc modum. (Maior enim Ecelinus vitam iam ſibi elegerat pœnitentiæ qualis qualis, & ſe religioſe viuere fatebatur). ¶ Viro nobili, & potenti Domino Ecelino de Romano, ſpeciali ſuo Domino, & amico; Salinguerra de Ferraria, eius intimus, & ſpecialis amicus, ſalutem cum honoris, & gloriæ incremento. In aliquibus prouincijs, ciuitatibus, aut caſtris totius Imperij Romani, non fuit homo ſic læſus enormiter, & offenſus tam indebite, tam iniuſte. Recolens namque nobilitatis, & amicitiæ Marchionis Eſtenſis Azonis primi; ſperans eius filium Azonem nouellum ſemen aliquod retinere de nobilitate parentis; gratulabar ego, quamuis natione Ferrarienſis, cum ipſo, quodammodo alieno, Ferrariæ pacificè conuerſari: ſed occultare nequid rabidam prauitatem: Ecce namque vt audiſtis, in amicos meos, cum ſuis complicibus inſultauit, & voluit primo in honoribus, & offricijs Communis Ferrariæ tyrannidem exercere: cui ſi cum amicis meis rationabiliter obuiaui; nemo de iure poteſt, vel me reprehendere, vel mirari. Oſtendit enim Dominus ipſe in facto illo iuſtum iudicium, & digne ſuccubuit, qui cauſam fouebat indignam. Non verumtamen propter hoc iuuenis ipſe Marchio deſtitit ab impia feritate, quæ in eius animo latitabat: ſed ſecundo congregans gentes illas, quæ me offendere nullam habebant cauſam; poſuit ſe hoſtiliter circa Frattam, & caſtrum illud in iniuriam Communis Ferrariæ occupans, omnes de caſtro morte ſanguinolenta peremit: & quod eſt a ſeculo inauditum, mares, & fœminas ſe reddentes, cum ipſis infantulis impio gladio detruncauit. Non ſic Iudæis, non ſic quoque fieret Samaritis. Hæc autem vobis refero, ſicut principali meo Domino, & amico, vt de amicorum tanta iniuria, mecum dignemini condolere, & prouideat ſapientia veſtra, ſi placet, quid ſuper hijs excellibus ſit agendum. VI.

Reſpon-

Responsio ad prædictas litteras.

VII. His ergo receptis litteris, Ecelinus de Romano scripsit tales litteras Salinguerræ. ¶Sapienti, & probo viro Domino Salinguerræ suo Domino præ cunctis mortalibus reuerendo; Ecelinus de Romano eius subditus, & fidelis amicus, salutem, & de inimicis gloriam, & triumphum. Duo sunt principaliter in hac vita, ad quæ tenentur homines inter cætera laborare; fidem videlicet obseruare amicis, & viuere cum honore: & hæ sunt illæ causæ præcipuæ, quibus me sentio indissolubiliter alligatum, vt totaliter intendam, & vigilem ad vestra negotia, quæ sunt mea. Sane postquam audiui de facto Frattæ, nec fui quietæ mentis, nec potui collætari: immo in veritate protestor, quod plenam lætitiam non habebo, nisi prius contingerit de damno, & sanguine ibi facto sumere vltionem. Est autem pusillanimitas, in aduersis modum excedere in dolendo. Consoletur ergo cor vestrum, & ego vna vobiscum: quoniam, Deo dante, non prius anni circulus reuoluetur, quam inimicos nostros tã acutis calcaribus perforare nitemur, quod in suum cadere præcipitium compellentur.

Hic expulsi sunt amici Marchionis de Verona.

VIII. Post hæc in anno Domini MCCXXVII. quamuis Verona communiter regeretur; tamen scisma creuerat ibidem, in tantum quod non solum Milites, sed Populares, & Mercatores diuisi erant in duas partes, & alij fouebant partem Comitis de Sancto Bonifacio, quæ erat pars Marchionis; alij partem Salinguerræ, quæ erat & Ecelini, & hij dicebantur Montecli. Inter quas partes, dum expressius pro facto Fratræ creuisset discordia in centuplũ, & rixa; cupientes Montecli partem sibi contrariam eicere de Verona; miserunt caute ad Ecelinum commorantem Baxani, vt Veronam veniret occulte: dicentes, quod pars Comitis eos suppeditare volebat. Hic gauisus est Ecelinus, & statim animo præconcepit de Fratta vindictam capere, & suæ partis amicos potenter, & magnifice confortare. Arrumpsit igitur continuo viam suam cum quibuscumq; potuit de Baxano, & de Pedemonte, & facere volens occultum iter per Valcamonicam, viam montanam. s. saxeam, insuetam, asperam, frigidam, & niuosam; vt posset ad finem etiam propositum deuenire, præmisit etiam ante se xl. prudentes homines, cum singulis ventilabris, qui viam mundificabant a niuis multitudine in illis montibus collectæ per plures annos. Hijs itaque laboribus viriliter superatis, peruenit ex insperato Veronam. Et continuo factus est ibi clamor, ad arma, ad arma, za za Canaler Ecelin. Habuit Ecelinus, & sua pars quod iam diutius optabat: nam expulsus est tunc Comes Sancti Bonifacij Rizardus, & Magnates multi de sua parte cum ipso, quibus Mantuam, Paduam, & Venetias, & in Lombardiam, & alias expulsis; pars Salinguerræ, & Ecelini ciuitatis dominium habuit; & factus est ibi Dominus Ecelinus Potestas. Et sic inde non longo tempore post, venit Ecelinus Vicentiam, & eam occupans violenter, fratrem suum Albricũ illic constituit Potestatem. Quibus omnibus sic peractis, visa est fere per totam Marchiam pars Marchionis ad nihilum deuenisse. Est enim multo plus quam facti dimidium ad Magnates, in discordijs, & in guerris habere communia ciuitatum.

De Exercitu facto ad Baxanum.

IX. Hic igitur contribulatis Marchionis amicis in Marchia Taruisina; cum haberet Salinguerra Ferrariam, & Ecelinus Veronam, & Albricus de Romano Vicentiam; Taruisinorum quæstione cum Paduanis ad huc plenarie non sopita; placuit sapientibus, qui præmanibus habuerunt hoc factum legere, & legerunt in Paduanorum Potestatem Dominum Stephanum Badoarium de Venetijs, Virum prouidum, & prudentem, legalitatis, & fidei radio decoratum, facundiæ multa gratia, multis, bonisque moribus insignitum. Quo si quidem Potestate, Ecelinus de Romano finita sua Potestaria Veronæ, die, noctuque non dormiens, cepit per insidias Castrum Fontis. Ibi erat paruulus Guillielmus filius Iacobi de Domino Tisone maiore de Campo Sancti Petri, instinctu cuius Iacobi pro magna parte inceptum, & per petratum fuerat factum Frattæ. Hoc audito in Padua. s. de captione de Fonte; audito etiam de captione paruuli Guillielmi; Dominus ipse Tiso cuius erat castrum, &

Guil-

Lecture 3. Of the Nature of Light, and the Laws of Reflection.

Lecture 4. Of Refraction, and the Laws thereof.

Lecture 5. Of Refraction through Glasses with Plane Surfaces.

Lecture 6. Of Refraction through Glasses with Spherical Surfaces.

Lecture 7. Of Refraction through Glasses with Spherical Surfaces.

Lecture 8. Of Refraction through Glasses with Spherical Surfaces.

Lecture 9. Of Refraction through Glasses with Spherical Surfaces.

Lecture

terponere partes suas, si vobis placet; & quæstionem, si quam habetis cum istis nobilibus de Romano, diligenter videre; & vtriusque partis rationibus intellectis, quæstionem ipsam fine debito terminare.

Quærit Potestas consilium quid sit Ambaxatoribus respondendum.

XII. AD hæc Potestas sub breuitate respondens, dixit, se velle super hijs habere consilium, & eis postmodum respondebit. Posito igitur in ipsorum Ambaxatorum arbitrio, si velint in Consilio permanere; Ambaxatores, prout mos est in talibus, abierunt. Potestas autem propositis hijs in Consilio, quæ satis attente notauerat; petijt, & districte præcepit per sacramentum, quod quilibet consulat ad prædicta, quid sit melius pro Communi Paduæ in hoc casu Ambaxatoribus respondendum; amore, odio, ira, & timore sublato. Surrexerunt quidē plures, & diuersi diuersimode sunt locuti. Demum surrexit Dominus Tiso de Campo Sancti Petri, & conuenienti inuocatione facta, veneranda voce talia est locutus. ¶ Etsi, quantum ad præsens tempus, non sit expediens recordari antiqua; forte hic aliqui sunt præsentes, quibus est vtile vt cognoscant, si parentes isti mei, dicti de Honaria quondam, qui dicuntur nunc de Romano, causam habent insistere vel operari, quæ pertineat ad Communis Paduæ detrimē tum. Ego enim recordor, & vidi quod Commune Baxani, & ipsi Domini de Romano Cōmuni Vicentię resistebant, & offensas multas fecerant Vicentinis, vnde nō morabantur in Baxano securi, & stabat gēs tota Baxani sub ingenti dubio, & tremore: quinimmo Ciuitates quā plures de Lōbardia cū Vicentinis iurauerant, & minabantur Marosticam, & Baxanum, & partes illas inuadere; subuertere cuncta a montiū summitatibus infra; & fratrem matris meæ Ecelinū de Honaria, cum amicis suis omnibus, fidelibus, & vassallis, quos habebat; expellere non solum de Baxano, sed de tota Marchia Taruixina. Dico sicut homo, qui vidit factum, quod Commune Paduæ doluit super viri nobilis exilio imminente, & taliter factum est precibus Ecelini, & profuit etiam instantia illorum de Campo Sancti Petri cum suis amicis, quod Iacobus de Vialardo, qui tunc erat Potestas in Padua, generalem fecit exercitum in seruitio Ecelini, & fuit totum Commune Paduæ hostiliter apud Honariam magnifice, & potenter: ita quod inimici qui iam erant in partibus Marosticæ, suo guarnimento diuiso, regressi sunt ad proprias Ciuitates, & remansit Marostica, & Baxanum indemne, & Ecelinus seruatus est inoffensus: licet ipse paruo elapso tempore, in sui periurium, concordaret cum illis, quos Commune Paduæ pro ipso sibi fecerat inimicos. Hijs tamen, alijsque multis, & magnis seruitijs non inspectis, quæ facta sunt per Commune Paduæ in seruitio Ecelini; præsumpsit ecce germanus meus, quæ sunt liberaliter facta patri, conniuentibus oculis pertransire, & manum ponere in viscera Paduani Communis: dum per summam proditionem, & nefas, cepit, & detinet Castrum Fontis, quod non reputo esse meum, immo Communi Paduæ plus subiectum, quam sit minor villa, quæ iacet in Paduano districtu. Cepit ibidēq; etiam lactentem nepotem suum, & more crudelis viperæ sæuiens, infantem retinuit, donec voluit, vinculis ferreis alligatum, qui adhuc puerili fascia ligabatur. Sed si recuperare voluit igitur Commune Paduæ quod est suum; si ciuem suum voluit innocuum a morte defendere; nunquid hæc est alicuius iniuria, vel offensa? debet aliquis in hoc facto interponere partes suas? Est ista quæstio cognoscenda? Profecto regratiandus est Dominus Dux de voluntate sua laudabili, quam ostendit; & nos, & Commune nostrum habemus ea viriliter pertractare, quæ nostros faciant inimicos de suis excessibus pœnitere, nec vnquam præsumant aliqui, sic enormiter, sic iniuste Commune Paduæ lædere, vel honori eius in aliquo derogare. ¶ Hæc quoque prædicta verba D. Stephanus Badoarius Ambaxatoribus referentis, sapienter dicenda sciuit dicere, tacenda nouit prouidus subticere. Ipsi vero Ambaxatores diserete licentiam assumentes, intrauerunt Baxanum.

Locuntur Ambaxatores Venetiarum Ecelino, & suis.

XIII. STabat illic in Baxani Palatio Ecelinus de Romano, & habuit fratrem suum Albricum, Wecilum de Prata, Ansedixium de Guidotis, & alios multos amicos suos, viros probos, & sapientes, quorum consilio procedebat, coram quibus surgens Dominus Marcus de prædictis Ambaxatoribus vnus, vir sapiens, & astutus, post factam inuocationem, decenter hæc

verba

verba locutus est inter eos. ¶ Inter cætera opera probitatis, quæ viros nobiles faciunt cõmendandos, hæc duo merito locum habent. s. quod quilibet potens homo a causis offensionum abstineat in insontes, & si qua causa huiusmodi sit commissa, quam citius esse potest, eam succidere debeat, & prouidus extirpare. Hæc autem propterea vobis dicimus, quod Dominus noster Dux Venetiarum nouiter intellexit, vos occasionem dedisse, quare Paduani terras vestras, & Baxani territorium vastare laborant: quoniam Castrum Fontis germani vestri, vt dicitur, Domini Tisonis de Campo Sancti Petri, & per consequens Paduani Communis, violenter cepistis, & detinetis: & in ipso Castro cepistis Guillielmum nepotem Domini Tisonis, & vestrum, quæ facta cum honore vestro, si nobis parcitis, poterant remanere, nisi forte ius haberetis in castro. Nam & prouidere debet sapiens ante factum, ne contingat eum facti postmodum pœnitere. Verum est quoniam quod factum est pro infecto haberi non potest: Verumtamen prudentis opus est abhorrere malorum causas, & si qua facta sunt minus bene, in melius emendare. Si de facili possunt ergo multa damnificia prohiberi, rogamus vos ex parte Domini nostri Ducis, qui certe vos diligit, & domus de Romano semper extitit beniuolus, & amator; vt sicut iam reddidistis infantem, sic & castrum ipsum reddere procuretis in manus Communis Paduæ: cum locum illum, si alterius iuris est, non sine iniuria teneatis. Demum vobis ex parte Domini Ducis, & Communis Venetiarum dicimus, & ex iniuncta nobis comissione ab ipso, & a Venetiarum Consilio, protestamur, quod si vobis placet, & ius aliquod in ipso castro habetis, paratus est Dux, & Consilium, interponere partes suas, & super ipso facto videre, & quicquid iuris inuentum fuerit fine debito terminare.

De responsione facta Ambaxatoribus per Ecelinum.

SVrrexit tũc Dominus Ecelinus de Romano, & Ambaxatoribus hoc modo respõdit. ¶ Naturalis intellectus, & sensus concessus est hominibus in hac vita, vt eis liceat diligentes diligere, & *contemnere contemnentes.* Et ego *Domino* meo *Duci* quanta possum affectione, *ægrator*, quod *mihi videtur compati super iniurijs mihi*, & *amicis*, & *terris meis*, iniuste, ab his præcipue qui nullam vere possunt habere causam, collatis. Scio quod nobiles illi viri de Campo Sancti Petri non negant, se contraxisse maternam originem de progenie de Romano, quam more debito cognoscere non videntur. Nam etsi non viderim, tamen scio pro veritate, quod Magnates illi quondam patri meo insidias huiuscemodi posuerunt. Erat nempe constituta curia quædam causa solatij Venetijs, vbi fuit Azo Marchio pater Marchionis istius, & alij de Marchia nobiles, & potentes: quam curiam pater meus honorare desiderans, secum habuit xj. Milites & ipse extitit duodenus, quorum omnia similia fuerunt vestimenta, in re vna solummodo discrepantia, quod. s. mantatura patris mei fuit de armerinis, sed aliorum fuit de pretiosis varis Sclauoniæ. Visi sunt isti xij. socij prima die per Plateam Sancti Marci transire vnanimes. Sequenti vero die cum vnus eorum in amicitiæ signum mantaturam patris mei deferret, sicut mos est aliquando Militum, & sociorum; sicarij quidam conducti pretio a falsis germanis meis, credentes occidere patrem meum Ecelinum de Romano, occiderunt illum qui eius attulerat mantaturam, quendam. s. Militem de Taruisio nomine Bonacursium, virum nobilem, & potentem. Reputo ergo digne, quod tunc occiderint patrem meum, fratrem. s. matris suæ. Dicere non oportet qualiter Iacobus Tisonis filius nepos meus in Fratta fecerit tantam cædem in amicis, & fidelibus partis meæ penitus absque causa, quanta fieri in ipsis bestijs vix deberet. Et ecce quam instanter mihi guerras assidue machinantur, & incendunt gentes quascumque possunt in meam, & meorum amicorum destructionem, & mortem. Quid enim haberent aduersum me Paduani? Ipsi namque olim cum Vicentinis, vt fertur, pugnauerunt ad Carmegnanum, vbi Pater meus, nullum dedit Vicentinis auxilium, quamuis tunc illis coniunctus esset: sed laborauit occulte donec Paduani victoriosam habuerunt de inimicis gloriam, & triumphum: cuius facti quasi in ænigmate memini, cum, vt dicitur, tunc essem minor annorum v. Si tempore aliquo fuit Aldreuandinus Estensis Marchio Paduanis contrarius; illic pater meus cum omnibus quos mouere potuit, Paduanos adiuuit, & de ipsius auxilio, & consilio hoc processit, quod Marchio se subiecit Paduanorum voluntatibus, & mandatis. Et ego memini me in hoc guarnimento fuisse, licet forem in tempore adolescentiæ constitutus. Nunc quoque si Paduani indebite moueantur, audite.

XIV.

dite. In Caſtro Fontis malefactores plurimi latitabant, qui terras meas, & fratris mei; aliorumque amicorum meorum, die noctuq; deprædabantur: nec proderat conqueri Capitaneo eius caſtri: ſed in eius reſponſionibus videbatur aperte, quaſi foret malorum conſcius, & rapinæ. Remouere ergo volui vulpem ab inſidijs, ab antro ſerpentem mortiferum, & lupum ex expellere de cubili. Precor itaq; Dominum meum Ducem, quod mihi dignetur parcere in hac parte: ſed videre volo, quid facere poterunt Paduani, qui nondum vtputo experti ſunt quid Domus de Romano valeat, & quid poſſit. Siue enim fuerit quod non videntur ſanum cepiſſe conſilium; ſiue quod fouent iniuſtitiam, & obliquum; ſpero quod Deus, qui eſt iuſtus iudex, eos antequam reuertantur Paduam iuſto iudicio punier, & eos faciet de ſuis exceſſibus poenitere.

Litteræ, quas miſit Ecelinus maior filijs, vt cum Paduanis concordarent.

XV. PRopoſitis verbis per Ambaxatores Venetiarum, vt dictum eſt; & audita reſponſione vtriuſque partis; reuerſi ſunt ipſi Ambaxatores Venetias, ſed Dominus Dux non ſe vlterius intromiſit: doluit tamen quod non potuit componere inter eos. Sed poſt inſultus quoſdam factos per aliquot de militibus Paduanis ad portas Baxani; non multis tranſactis diebus cum Ecelinus maior, qui ad huc in ficta pœnitentia morabatur in caſtro Medæ, per nuntios quos mittebat cotidie, facti ſeriem in totum haberet notam; miſit dicendo filijs ſuis, quod penitus cum Padua concordarent, & ſcripſit eis litteras in hunc modum. ¶ Ecelinus de Romano cariſſimis filijs ſuis, & dilectis, Ecelino, & Albrico, cum paterna benedictione ſalutem. In arduis negotijs meo tempore obuerſatus, tam in guerra, quam in pace, hoc vidi quod nil perdit aliquando ſapiens, ſi partem reſecat de ſui fimbria veſtimenti, & ab iniquitatis vnco prouide ſeparatur. Quo circa, dilectiſſimi mei filij, prouidete, quod potentia domus noſtræ nondum eſt Communi Paduæ comparanda. Nihil tamen prohibet quin vulgus Paduanorum adhuc, immo tota gens de Marchia, Domino faciente, ſummitti poſſet vnius veſtrum dominio, vel forſitan vtriuſque. Hoc enim etiam mihi recolo matrem veſtram, quæ ſtellarum curſus nouerat; notabat cœleſtes domos; ſciebat etiam iudicia Planetarum: ait enim.

En quia fata parant lachrymoſos pandere caſus,
Gentem Marchixiam fratres abolere potentes
Viderit Axanum, concludent Caſtra Zenonis.

Itaque dum creſcit Baxani potentia; dum Sancti Zenonis Caſtrum, & alia veſtra caſtra, de Pedemonte concludent veſtris contumacibus inimicis; volo, & iubeo quod cautius incedatis. Et ad præſens Communi Paduæ obedite, & reddite Caſtrum Fontis, ſicut iam reddidiſtis & Guillelmum: ne arrogans nepos meus Tiſo poſſit vllam cauſam prætendere, qua Paduani terras veſtras inuadere debeant, & vaſtare. Spero enim quod veniet tempus, & hora, qua de veſtris, & amicorum veſtrorum iniurijs, animo lætabundo videbitis plenariam vltionem.

Hic redditur Paduanis Caſtrum Fontis.

XVI. INter poſuerunt itaque hinc inde Magnates quidam, qui quamuis eſſent de Padua, tamen amici illorum de Romano tunc temporis credebantur, & perſonæ religioſæ quædam: & poſt multas locutiones vtrinque factas, multaque conſilia; tum ad hanc concordiam eſt deuentum, quod Ecelinus ipſe minor, qui Caſtrum Fontis adhuc tenebat, ſed Guillielmum iam ante reddiderat; iurare debeat Poteſtatis Paduæ mandata. Et ego eum vidi in alto deſtrario ad Poteſtatem Paduæ, & ad eius Conſiliarios aduenire per vndas Brentæ: non tamen permiſit Poteſtas, qui eum expectabat in ripa, ipſum ad terram attingere: ſed iurauit ſine vllo tenore ſuper deſtrarium more equitantis, ſedendo, & ſtando per vj. paſſos forſitan infra aquam. Iuſſus igitur, in præſenti reddidit Caſtrum Fontis, cum rebus omnibus, quas acceperat de bonis ipſius caſtri, & ſic indignatus, partim quia videbatur ſuccumbere, partim quia ibi vidit quoſdam Taruiſinos, qui venerant in auxilium Paduanorum ad preces Domini Tiſonis de Campo Sancti Petri, & ſuæ partis. Audiuerunt quidam eundem animo indignato dicentẽ, poſtquam fecerat ſacramentum, quod non verteretur annus, niſi prius luat Taruiſium per

Com-

Commune, quod ciues eius fecerant per diuiſum. Fuerunt autem omnia facta prædicta in prædicto anno Domini MCCXXVIII. tempore Autumni, Poteſtate Domino Stephano Badoario ſupradicto.

De exercitu facto ad Triuille, & ad partes illas.

XVII. Reuerſi ſunt Paduani domum cum ingenti gloria, & honore. Quibus credentibus permanere in pace, iuit Ecelinus Taruiſium, & iuuantibus ſuæ partis amicis, tunc eſt in Taruiſinum ciuem receptus; & vnitus cum Communi Taruiſij, verbis ſuis induxit eos, vt terras Feltrenſis, & Belunenſis Epiſcopi inuaderent, quas idem Ecelinus dicebat fuiſſe Communis Taruiſij ab antiquis. Sic decipi vidi aliquando piſcem hamo, volucres capi calamis, lupum cibo: fecerunt enim Taruiſini exercitum, & vna cum ipſo Ecelino, terras Epiſcopi inuaſerunt. Nolentes Paduani offendere Taruiſinos, ſi poſſent cum honore deſiſtere; miſerunt primo Nuntios Taruiſium, deprecando quod terras Epiſcopi, quæ erant Paduani Communis, deſiſterent moleſtare. Sed non ceſſauerunt propterea, inſtantes immo feruentius, Feltrum, & Belune ceperunt, & tenuerunt. Et Paduanis Nuntijs, qui illic iterum, & iterum ſunt tranſmiſſi; ſiue per arrogantiam, ſiue per alicuius aſtutiam, vel aliquorum, reſpondebãt quod Feltrum, & Belune non redderent, donec muri ciuitatis Taruiſij permanerent. Quid plura? miſit Poteſtas Dominus Stephanus Badoarius Nuntios ſuos ad Dominum Patriarcham Aquileienſem; miſit etiam ad Dominum Marchionem, vt venirent, & venerunt, & factus eſt copioſus exercitus ad terras inimicorum exterminandas. Prius tamen quam ciuitatem exirent; venerunt quidam de Lombardia, qui dicebantur Rectores, inſtantes cum Domno Iordano Priore Sancti Benedicti de Padua, in quo multum ciuitas Paduæ confidebat, & cum alijs Magnatibus de Padua, quod expeditio, ſiue exercitus remaneret. Prænominatus autem Poteſtas omnia prædicta pro nihilo reputans, ſeruare volens plenarie ciuitatis honorem; carrocium, & gentem ſuam totaliter, & magnifice conduxit in terras inimicorum. Primo ad Triuillem, *terram. ſ. iuriſdictionis Dominorum de Campo Sancti Petri*, ſed nunc eam Ecelinus, & Taruiſini tenebant, cuius culturas, & fruges omnes, & alia omnia, præter turrim, Paduana turba vaſtauit. Ex inde proceſſit exercitus Paduę Godicum, ſpeciale Caſtrum, & Camera Ecelini. Iterum dum permanerent ibidem, venerunt alij Rectores de Lombardia, dicentes quod Poteſtas cum ſuo exercitu Paduam reincaret. Sed manifeſte reſpondebatur illis per Poteſtatem, quod non diuideret ſe de campo, niſi Taruiſini prius Feltrum, & Belune dimitterent, aut Godicum planaretur. Reuerſi ſunt Rectores in Lombardiam, & Godicum eſt tunc radicitus extirpatum. Iuit tunc Paduanus exercitus ad Axilum; reuerſus eſt Maſeradam; iuit vſque Neruiſiam, & vſque ad vndas Plauis, & reuerſus eſt ad Lanzinigum. Appropinquauit ad ciuitatem Taruiſij, quod viderunt Paduani tunc turres, & muros Taruiſij; audiuerunt campanas, & voces de ciuitate. Et nullo viſo de inimicis, demum ſanus, & incolumis reuerſus eſt exercitus Paduanus cum triumpho. Mouit autem exercitus hic quando primo exiuit Paduam in anno Domini MCCXXVIIII. die primo menſis Madij, ſub Poteſtate prædicta.

Qualiter Commune Paduæ recuperauit terras Feltrenſis, & Belunenſis Epiſcopi ſui ciuis.

XVIII. Conſtitutis Dominis, & Rectoribus Taruiſinis in Feltro, & Belune, Taruiſini ad propria redierunt: & cognoſcentes damna ſibi facta per Paduanos, nocte quadam venerunt ad offendendas villas quaſdam circa confinia Paduani diſtrictus. Poteſtas autem Paduæ velox, & ſtrenuus ſubito ad arma proſiliens, ſuam parauit repente militiam, ire hoſtibus in occurſum. Aliqui tamen milites Paduani miſſi prius, Taruiſinos inuenerunt in largum, & eſt tunc vtrinque pugnatum: ſed Taruiſini quam citius receſſerunt de campo, ſentientes Poteſtatem, & Paduanos venire. Regreſſis denuo Paduanis, firmatum eſt, & ſtatutum in Padua, inimicorum terras inuadere bis in anno, & vaſtare totaliter eorum poſſeſſiones, & bona. Sed tantum inſtitit Frater walla, qui de Ordine Fratrum Prædicatorum fuerat, & nunc erat Epiſcopus Brixienſis, & Legatus Apoſtolicæ Sedis, vt dicebatur; & Rectores miſſi ſunt Paduam de ciuitatibus Lombardiæ, quod terræ Feltrenſis, & Belunenſis, cum his omnibus quæ oſten-

Digitized by Google

ſa ſunt,ad Epiſcopum pertinere,ipſi ſunt Epiſcopo, & Paduanis integraliter reſtituta, quanuis Taruiſini dicerent ſe grauatos: experti nunc ſibi deueniſſe ad verum quod Eccelinus, verbo quaſi prophetico,dixerat apud Baxanum aliquando Communitatem luere quod peccat ſpecialitas aliquorum.

Hic ſperauit Padua pacem amodo permanſuram in ea.

XIX. NVnc circa vnius anni ſpatium,ciuitates de Marchia Taruiſina adeo quieuerunt in pace, quod quaſi circa finem anni Domini M CCXXVIIII.& circa principium ſubſequentis,nulla fuit terrarum prædatio,nulla hoſtium incurſio,vel inſultus; præter ſupradictũ exercitum: ſed bonorum omnium copia; tantum gaudium, & lætitia inter gentes; vt a pluribus crederetur quod amodo nullæ ſeditiones eſſe debeant in Marchia,nulla guerræ. Immo, & religioſæ perſonæ totum quaſi populum in laudabili contemplatione manentem, diuinis prædicationibus recreabant. Nam & in illo tempore,inter cęteros viros religioſos, & iuſtos, aduenit Beatus Antonius, ſicut dicetur inferius, & in diuerſis locis per Marchiam verba Dei voce melliflua prædicauit. Et fuit nunc Dominus Iohannes Dandalus de Venetijs Poteſtas Paduæ,& Dominus Raynerius Zeno tunc Veronæ Poteſtas.

Explicit Liber Secundus.

INCIPIT TERTIVS.

Hic capitur Veronæ Comes Sancti Bonifacij, & Poteſtas expellitur.

I. CAduca ſunt penitus, & vix vno momento ſtabilia, quæcumque ſunt genita ſuper terram. Nam in ſequenti anno M CC XXX. error, & ſciſma creuit in Marchia, quæ paulo ante ſteterat ſic tranquilla. Dum enim Stephanus Badoarius in ſua ſecunda Poteſtaria Regimen Paduæ teneret; Dominus Matthæus Zuſtignanus vir nobilis de Venetijs,electus fuit in Poteſtatem Veronę. Hic voluit quod Magnates illi de Verona,qui tempore Domini Raynerij Zeni ſui prædeceſſoris ſteterant in Venetijs pro ſecuritate Veronæ,iterum illuc in eius Poteſtaria pro ſecuritate ciuitatis redire, & permanere deberent,ad voluntatem ipſius. Et ſic Veronæ orta eſt diſcordia inter partes: & dum Dominus Rizardus Comes Sancti Bonifacij caput partis, vir præcipuus in Verona, cum Magnatibus, & Baronibus, ſuæ partis foret in Palatio Veronæ,vigilante plurimum altera parte in his quæ gerebat in animo; ipſe vero cum maioribus ſuæ partis a ſuis inimicis eſt in ipſo Palatio captus; Dominus Matthæus de Poteſtaria expulſus; Dominus Salinguerra de Ferraria tunc factus eſt Poteſtas Veronę;& ſic omnes de parte Comitis per Marchiam, & per Lombardiam diſperſi ſunt. Illi vero de parte Comitis, qui ſe ad Caſtrum Sancti Bonifacij collegerunt,vocauerunt pro ſuo Rectore,& Poteſtate ibidem Dominum Gerardum Rangonum de Mutina,virum prudentem, & ſtrenuum, ſapientem, prouidum, & aſtutum. Qui cum ad eos veniſſet, & iuraſſet ipſos regere bona fide; illic cum eiſdem ſtetit,ſapienter ipſos protegens,& confortans,& guerram faciens viriliter inimicis: ſperans etiam ipſos,& eorum amicos,& partem,cum conſilio Domini Matthæi prædicti, & auxilio ciuitatum affinium, in ciuitate Veronæ reducere cum honore. ¶ Illis eiſdem temporibus,ipſe Dominus Gerardus, & Dominus Matthæus prædictus venerunt ad Dominum Stephanum Badoarium Poteſtatem Paduæ,& fuerunt in Conſilio Paduano, in quo ſurrexit ipſe Dominus Gerardus in primis, & congrua inuocatione præmiſſa, ſecundum quod mos eſt in Marchia, hæc verba breuiter eſt locutus.

Loquitur Dominus Gerardus Rangonus in ſeruitio Veronenſium expulſorum.

II. DE ſumma Dei prouidentia creditur proceſſiſſe,quod ſunt in ciuitatibus Regimina conſtituta: vt. ſ. violentiæ refrænentur; prohibeantur rapinæ; iura conſeruentur illæſa; maleficia, & ſuperbiæ retundantur. Quod cum ita ſit, tenentur merito ciuitatum Rectores iuuare propenſius,& protegere,non ſolum ciues,& ſubditos,ſed etiam & Regentes. Auditis

ſane

Digitized by Google

ſanequod Dominus Matthæus Zuſtignanus vir ſapiens, potẽs, & nobilis de Venetijs, qui eſt præſens; factus Poteſtas, & Rector Communis Veronæ, ſolemniter voluit, propter pacem, & concordiam in Verona ſeruandam, quod aliqui ciues ſui Magnates de Verona Venetias ire deberent, & modicum ibi ſtare; donec. ſ. ipſe ciuitatis facta plenius haberet præ manibus, & ſalubriter ordinaſſet: neque enim hoc erat inſolitum, nec fiebat in iniuriam aliquorum. Quid autem de tam digno propoſito, & tam iuſto contingerit; hoc eſt plenarie notum per Lombardiam, per Marchiam, & per Italiam vniuerſam: & adeo cuncti audientes hoc reprobant; quod vtinam, ne detrimentum redundet in ciuitatem: quoniam in eorum capud pro certo redundabit in breui, qui exceſſus tanti fuerint conſcij, & auctores. A vobis itaque, & a Communi Paduæ, qui eſtis ſemper amatores iuſtitiæ, & malorum caſtigatores; expoſcimus nos, qui præſentes hic ſumus, pro nobis, & alijs de propria patria tam iniuſte depulſis; quatenus vobis placeat pacificare Commune illud, & illis veſtrum auxilium exhibere, qui nullam meruere repulſam. Scimus enim tantam eſſe potentiam veſtram, quod ſi ſolum auditum fuerit vos velle in hoc negotio interponere partes veſtras: malorum ſuperbia trepidabit, & Ciuitas Veronę diuina gratia, veſtriſque operibus reformata; vobis erit honor, & fama populo, & magni præmij meritorium apud Deum.

Loquitur Dominus Matthæus Zuſtignanus Poteſtas de Verona expulſus.

ETſi forte plura dixerit Dominus Gerardus, quia fuit vir ſapiens, & facundus; de his quæ præſens audiui, ſummatim recollegi prædicta. Quibus per eum propoſitis; ſtans in prædicto Cõſilio Dominus Matthæus Zuſtignanus; facta inuocatione ſimiliter, breuiter hæc verba propoſuit. ¶ Non eſt meæ intentionis ad verba Domini Gerardi ſuper addere aliqua, quia certe non video expedire: hoc tamen dixerim, quod ſatis videtur a natura procedere, quod vnius ciuitatis Commune, cui Deus theſaurum ſapientiæ donat, potentiæ munus, & gratiam boni ſtatus; alterius ciuitatis Communi profit; vacillantem populum adiuuet; in ſua iuſtitia foueat; pro lapſum releuet, & toto poſſe in ſua libertate conſeruet. Quare vobis placere debet exurgere in auxilium noſtri, qui ſecundum quod Dominus Gerardus ſapienter propoſuit, contra Deum, & rationem de Verona deiecti ſumus; & Comiti Sancti Bonifacij, cæteriſque nobilibus dare ſuccurſum dignemini, qui cum ipſo Comite, ſic indigne tenebroſis carceribus ſunt incluſi. Si enim cum carrocio, cum Militia, & cum Populo Paduano mouebitis vires veſtras; ſcimus indubitanter quod omnia plana erunt. Nam & ſi qui auſu temerario exiſterent contumaces; plures erunt nobiles, & potentes de Lombardia, & aliunde multarum terrarum Communia, ad exceſſus factos in noſtram innocentiam vlciſcendos: & in breui tempore expedietur hoc factum. A vobis igitur petimus, ſicut a viris iuſtitiæ, & magnificæ bonitatis; viris vtique dignæ potentiæ, & virtutis; vt de conſuera nobilitate veſtra nobilibus condolentes; dignemini nobiles liberare de morte, ſic indebite deſolatos: & hoc aggredi tam potenter; quod fama Communis Paduæ per Romanum Imperium de multo diuulgetur in magis, & inimici Paduani Communis omni tempore contremeſcant. III.

Hic iuerunt Paduani hoſtiliter ad Portum, & Legnagum, & Riualtam.

HIs quidem verbis in Conſilio Paduano propoſitis, ſunt omnes adeo pietate commoti; quod illic opportunum non extitit Poteſtatem verbis propoſitis reſpondere, nec oportuit aliquos arengare, vel inſiſtere ſuaſionibus, aut diſuaſionibus ad prædicta: ſed abſque vlla inſinuatione, vel argumento, ſic reperti ſunt omnes vnanimes; vt tam illi de Conſilio, quam & cæteri ciues, protinus concordarent exire hoſtiliter, & potenter quocunque oporteat, vt Commune ciuitatis Veronæ in ſtatum debitum reformetur. Quid plus? motus eſt Paduanus exercitus, & carrocium Paduanum: Et diſcurſurus abſque vllo obſtaculo per Veronenſem diſtrictum, congregauit primo gentem ſuam, & guarnimentum magnifice, vir ſtrenuus Dominus Stephanus Badoarius, Paduana Poteſtas egregia, in loco vbi dicitur Tricontay. Exinde glorioſe procedens in manu potenti, & brachio excelſo, iuit ad Portum, & Legnagum, menſe Septembris de prædicto anno Domini M CC XXX. Diſſipatæ ſunt ſegetes, captus eſt pons Atacis, gentes cohabitantes ex vtraque parte fluminis ſunt fugatæ, & deſtructa fune ædificia, & habitationes cunctæ radicitus extirpatæ. Vnus ſolus clibanus remanſit in villa Porti IIII.

iussu Potestatis, solummodo hac de causa, quoniam dicebatur illic panem fieri meliorem de Lombardia. Inde forsitan inoleuit quod dicitur, Bonus est panis Porti. Motus est hinc exercitus, & iuit Bonadigum, iuit etiam ad Riualtam, & primo destructa est villa Tombæ. Postmodum, quanuis castrum Riualtæ se aliquibus diebus defenderet, ad vltimum est redditum Potestati Paduæ, & Communi. Pacto tamen apposito, quod personæ omnes de castro recedant incolumes cum rebus, & armis suis, & castrum ipsum remaneat incorruptum.

Hic tangitur de facto Sancti Antonij quasi ex incidenti.

V. REduxit Paduæ Potestas ad propria gentem suam sanã, & incolumem, Domino faciente: sed nec redemptus est Comes Sancti Bonifacij, nec est Matthæus Zustignanus receptus in suam Potestariam Veronæ. Amici tamen Domini Marchionis Estensis, & ipsius Comitis, qui sic detinebantur iniuste; quod consequi nequiuerunt per arma mundi, facere voluerunt cum amicis, & militibus Iesu Christi. Miserat enim Deus tunc temporis Paduam de finibus Hesperiæ, & de partibus Occidentis, vt pote, de terris Galliciæ, Sibiliæ, & Vilisbonæ, supradictum virum religiosum, & sanctum, Fratrem Antonium, de ordine Fratrum Minorum, qui fuit de genere nobilium, & potentum; multa honestate perspicuus; multa litteratura fundatus; Arca Veteris Testamenti, & forma Noui, & (si verbis audacia tribuatur) potens opere, & sermone. Hic Paduæ corporaliter conuersatus cum Fratribus, spiritualiter habitabit in cœlis: & in suis prædicationibus, quas per diuersas contratas Paduæ, immo Marchiæ etiam per ciuitates, & villas, sæpissime faciebat; suos habebat oculos, & mentem multo magis elcuatam ad cœlum. Siue enim quod sperauit hic sanctus homo in Deum; siue, quod motus fuit ab amicis Comitis Sancti Bonifacij, & rogatus; iuit Veronam, & fudit preces plurimas Rectoribus Lombardiæ, Potestati, & Domino Ecelino, suisque Consiliarijs de Verona; vt Comitem, & amicos eius, quos tenebant captos in Lombardia, de carceribus relaxarent. Sed nihil preces, etiam si sint iustæ, fructificant, vbi nullus est ramunculus charitatis. In nullo nanque penitus exauditus, regressus ~~Paduam, in contemplatione~~ cunctis Christi fidelibus reuerenda, in loco quasi deserto, voluit ducere vitam suam. Et constructa sibi quadam habitatione paupercula prope ad villam de Campo Sancti Petri Paduanæ Diocesis; in arbore quadam ramosa, nuce videlicet, die noctuque regiãs Vetus Testamentum, & Nouum; scribere parabat vtilia toti populo Christiano: scripsitque, & vixit vt legitur in legenda ipsius. Sed vocatus est beatus iste Confessor ad patriam meliorem, & situs in ordine Angelorum, anno Domini M CC XXXI. die xiij. intrãte Iunio, cuius corpus sanctissimum translatum honorifice in arcam marmoream de Ecclesia, quæ erat Sancta Maria Mater Domini; vsque in hodiernum diem requiescit in loco suorum Fratrum. Canonizatus autem: dignis meritis, & expertis per Sanctam Romanam Ecclesiam, idem Beatus Antonius intercedit salubriter pro cunctis fidelibus, prodestque, & prosit omni tempore Populo Paduano, cuius est spes, & fiducia, tutor, & refugium, & patronus.

Redemptio Comitis, & factum quoddam quod fuit ad Anoale.

VI. CVm electus fuisset wilfredus de Lucino in hoc M CC XXXI. anno, ad huc in XXXII. potestabatur in Padua; & erat iustus, & rectus homõ, & diligens, quod Marchia in tranquillitate maneret. Iuit ergo in Lombardiam Ambaxatoribus de Padua honorifice sociatus, & institit tam fideliter, & prudenter cum Potestatibus, & Rectoribus Lombardiæ; quod renouata sunt sacramenta, & Lombardorum societas est firmata. Impetrauit etiam, & redemit de captione Comitem Sancti Bonifacij, & eos qui cum ipso in carcere tenebantur. Quo peracto reuersus est Paduã, & rexit ciuitatem in multa iustitia, & perstitit optata tranquillitas in toto eius regimine, & in regimine Potestatis sequentis, s. Domini Berardi de Riuolis Paduæ Potestatis. Parua tamen vipera, & occulta mordet incautum aliquando. ¶ Ecce nanque in castro, siue motta de Anoale Taruisini districtus, quidam malefactores, præter conscientiam Dominorum de castro, die latitabant occulti, & nocte veniebant furtiue in Paduanum districtum, & collaterales villas damnificabant, in bestijs, & alijs rebus suis. Exiuit itaque Potestas cum exercitu, & obsedit diebus aliquibus castrum ipsum: non diu tamen ibi permansit, quia Domini de castro, Paduano Communi noluerunt esse rebelles: allegantes

gantes ſe inſontes,& ſine culpa,quoniam malefactores illi,qui offenderant, antequam veni-
rent exercitus, Dominis ignorantibus fugierunt de caſtro. Et de iniuria facta ciuibus Padua-
nis, ipſi Domini de Anoale parati erant Poteſtatis in omnibus ſeruare mandata,

Hic tangitur breuiter de pace Fratris Iohannis.

ANno Domini M CCXXXIII, electus eſt in Poteſtatē Paduæ Dominus Ardizonus de Vercellis. In hijs temporibus, non multum ante, dum Dominus Marinus Dandalus de Venetijs eſſet Poteſtas Taruiſij, equitando die quadam per arzeren, eundo de Taruiſio ad Meſtre, lancea fixus a quodam, occidit mortuus: propter quam mortem vlciſcendam, Commune Taruiſij poſtea magnos pertulit labores in rebus, & perſonis. ¶ In hoc etiam tempore Frater Iohannes de Ordine Fratrum Prędicatorum venit in Marchiam Taruiſinam de partibus Bononiæ, homo bonæ conuerſationis, & honeſtatis. Iuit totum Commune Paduæ cum carrocio, & ſumma deuotione obuiam ei de partibus Montiſſilicis venienti, & poſitus in carrocio, intrauit cum magno gaudio, & honore in ciuitatem. Hic habens dona facundiæ, apud Deum, & homines gratioſus multas prædicationes fecit per Paduam, immo etiam per ciuitates Marchiæ, per villas etiam, & per caſtra: erat enim cum illo Deus, & in cunctis ſuis negotijs adhærebat Virgini; laudabat Crucem; benedicebat magnificentiam Ieſu Chriſti. Habuit autem hic iuſtus homo præoculis illam auctoritatem, quæ dicit, Beati pedes portantes pacem, & voluit cum auxilio Dei firmare pacem inter eos, omnes, & ſingulas ciuitates; viros potentes, & nobiles Lombardiæ, Marchiæ, & Romagnæ. Et conuocatis primo Principibus totius Marchiæ in Pratum Vallis in Padua, facta ibi prædicatione ſolemni, conſtituit, & ordinauit, quod in proximo futuro menſe Auguſti conuenirent in Campanea Veronæ iuxta flumen Atacis, prædicti Barones omnes, Rectores, Ambaxatores, & Communia ciuitatum. Quod cum factum fuit vt ordinauit, congregata multitudine, quantam ſimul nunquam aliquis vidiſſe dicebat in partibus Lōbardiæ, & mihi vere ſic viſum fuit; ſtetit prædictus Frater in eminentiori quadam *ſpecula lignaminibus artificioſe conſtructa*; & fuit hoc artificium altitudine quaſi per cubitus lx. Locus autem, vbi hoc factum erat diſtat a ciuitate Veronæ circa milliaria quatuor, ſuper Atacem, & locus ille Paquara nominatur. Ibi auctoritatem illam propoſuit, Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis: & auctoritatem eloquenter adaptans ad ſui animi præconceptum; pacem Lombardis omnibus, immo cunctis de Italia, auctoritate Domini Apoſtolici, qua fungebatur ſpecialiter in hoc negotio, vt dicebat, auctorizabiliter prædicauit: & iuſſit addens ad ſua dicta, quod pacem illam nunquam aliquis audeat temerare: & poſuit multas pœnas, ſi quis pacem præſumeret in aliquo violare, quod abſit: & rebellium maledixit fruges, vineas, arbores, & beſtias, & omnia quæ haberent. Vltimo poſt omnia ſua dicta, quaſi obliuioſus fuiſſet, addidit, quod Dominus Ecelinus de Romano eſſet ciuis Paduanus, & reciperetur in cittadantiam Paduanam. His itaque terminatis, regreſſæ ſunt cūctæ gentes, & Communia ciuitatum cum ſuis carrocijs, quæ illuc conduxerant, & Magnates omnes ad terras ſuas. Et erat quaſi rumor in populo dum redirent, & diuerſi diuerſimode loquebantur: alij nanque dicebant talem congregationem fuiſſe factam, vt vna partium fuiſſet exhæredata, cum multi occulta arma tuliſſent; alij firmiter aſſerebant, hoc factum eſſe propter metum aduentus Imperatoris in Lombardiam: contingit nanque ſæpiſſime, propter metum cognitionem impediri ad veritatem. Et iam manifeſtum erat quodammodo, quod Cremona, cum ciuitatibus ſibi fauentibus, laborabat vt Imperator in Lombardiam deſcenderet; ſed ex aduerſo Mediolanum, & ciuitates de ſua parte Rectores conſtituerant, qui Imperatoris conſilijs, & eius aduentui obuiarent. Et tractabantur iam multæ machinationes hinc inde, dubitabatur enim quod eius aduentus multis eſſet gentibus ad periculum, & ad damnum. VII.

Exercitus factus per terras illorum de Romano, & per diſtrictum Taruiſij.

SEquente anno Domini M CC XXXIIII. fuit hyems aſpera, & horribilis, ita quod niuis, & frigoris ſuperfluitate inſolita, mortuæ ſunt vineæ, oliuæ, ficus, & aliæ multæ arbores fructiferæ. Et poſt illam peſtem eodem anno peſtis ſecuta eſt auium, & præcipue gallinarum, boum, & multarum vilium beſtiarum. ¶ Dumq; per Lombardiam, & Marchiam VIII.

timeretur de aduentu Imperatoris, de quo multa, & varia dicebantur; conſideraue runt Sapientes de Padua, quod de dictis duabus ciuitatibus Lombardiæ Mediolanum nolebat Imperatorem, ſed Cremona laborabat pro Imperatoris aduentu: electus eſt igitur Otho de Mandello Mediolanenſis in Poteſtatem Paduæ, vir ſapiens, & in multis regiminibus iam expertus. Ipſe nanque iam alio tempore, & ante ipſum pater eius Albertus de Mandello, Poteſtas Paduæ fuerat. Hic rexit Paduam annis duobus immediate: in quibus duobus annis, quamuis Frater Iohannes in prædicatione, colloquio, ſiue pace iuſſiſſet treuguam inter Tarniſinos, & Dominos de Camino inter cætera ſua dicta; tamen licet ipſi Caminenſes, & olim fuiſſent, & nunc de nouo facti forent Ciues, & amici Paduæ; illi de Romano, & Tarniſini eos grauiter impugnabant, ipſorum terras grauiter, & cotidie deuaſtantes: cum quidam ipſorum Caminenſium inimici, niterentur eis imponere exceſſum, & homicidiũ Poteſtatis Taruiſij. Sed multi primo Nuntij, & Ambaxatores ſunt miſſi, ne talis iniuria fieret Paduanorum amicis: ſed cum preces omnes funderentur in vanum; videns Populus Paduanus vires aliquando plus valere quam iura; videns etiam quod interdum ex humilitate prauitas ſumit robur; immo ferro quandoq; reſcinditur cum dolore, quod in timorem permiſit creſcere pietas medicorum pluribus vicibus; licet inuitus, idem Populus terras inuaſit hoſtiliter illorum de Romano, diſcurrens per terras, per caſtra, & per confinia Pedemontis: vt pote ad Baxanum, ad Muxolentum, ad Sanctum Zenonem, & ad Romanum, ad Caſtrum Fontis, quod Ecelinus nuper acceperat in cambium pro Triuillis, ad Aſilum, & ad Cornutam, per vallem Cauaxij ad Belunam, & ad Montellum. Et vertens ſe poſtmodum per Miſtrinam, tranſiens ad Spinedam, ad Quartum, & Caſacorbam, ad terras alias collaterales, ad flumen Silum: hoſpitatus eſt inter alia duo flumina, ſ. Marzenegum, & Dragoncellum. Sicque vaſtatis cuduris villarum etiam, & Caſtrorum, videlicet Mognegi, Tribaſilicæ, Caſtri Zigotti, & aliorum locorum inde, quæ longum eſſet enarrare per ſingula; poſtquam terras domuit, vſque ad fluctus Plauis, habuit terram Meſtre totaliter, præter caſtrum, quod contiguum eſt, & confine ad vndas maris. Adhuc tamen Paduana potentia nolens facere quantum poterat, habito diligenti conſilio, miſit Dominum Henricum Pandolfum, Militem Paduanum, honorabiliter ſociatum, pro Rectore, & Poteſtate ad caſtrum de Conegliano, ad poſtulationem Dominorum de Camino, qui tunc caſtrum illud tenebant. Et cum Taruiſini eſſent reuerſi domum, Paduani etiam Paduam redierunt. Et quietatum eſt tunc negotium inter Paduanos, & Taruiſinos, per Ambaxatores Venetiarum; per Nuntios deſtinatos hinc inde; per Fratres, & religioſas perſonas.

De aduentu Imperatoris in Lombardiam, & poſtea in Marchiam.

IX. POſt hæc, videlicet anno Domini M CC XXXV. Domina Beatrix olim filia Marchionis Aldreuandini, ſociata quam pluribus Baronibus, & nobilibus de Marchia Taruiſina, & aliunde; Epiſcopo etiam Mantuano, ſicut ſapienter diſpoſuit Dominus Azo Eſtenſis Marchio eius patruus; iuit honorabiliter, & magnifice ad Regem Vngariæ, qui eam vocauit ſolemniter in ſuam dominam, & vxorem. ℂ In hoc anno Dominus Tiſo de Campo Sancti Petri deceſſit. ℂ Et quoniam vt ſupra dictum eſt quietatum videbatur negotium, ſiue guerra in Marchia Taruiſina: ſperabant omnes vlterius permanere in bona pace: ſed modica quãtitate fermenti corrumpitur tota maſſa. Cum forent nanque innumerabiles per Lombardiam, & Marchiam, qui nolebant Imperatoris aduentum; ſolus Ecelinus de Romano, offenſas factas in caſtris, & locis per Marchiam ex vtriuſq; partis exercitio, & labore, in ſuam attraxit iniuriam: & ſecurus amodo, poſtquam deceſſerat Tiſo germanus eius; meditatus eſt vltionem. Et in his duobus annis apparentibus quaſi pacis, litteras miſit, & Nuntios, & crediderunt quidam, quod iuit perſonaliter ad Auguſtam, ciuitatem. ſ. Imperatoris, in Alemaniam, & ſemper Imperij propriam manſionem: & taliter pertractauit, quod Fredericus Imperator Auguſtus venit Tridentum in anno Domini M CC XXXVI. menſe Februarij; ex inde quoque Veronam per commeatum, & conſilium Ecelini, tunc habentis Veronam cum ſua parte. De Verona vero iuit pertranſiens flumen Menzum, curreníque per partes vlteriores Theotonicus furor, vaſtauit Gazum, & Marchariam, illaſq; villas exinde Mãtuani diſtrictus: & procedens vltra, Brixiam pertranſiuit, & ſe cum ſua gente locauit, & poſuit in Cremona, vbi manſit vſq; per menſem Octubris ſequentis. ℂ Fuit autem eodem anno Poteſtas Paduæ

duæ electus Rambertus de Gislerijs ciuis Bononiensis, qui timens, vt aliqui asserebant, ne Imperator vellet Bononiam hostiliter ire, cum haberet in ea odium speciale, & ciuitas ipsa multum foret feruens in parte Mediolani; paucis Paduanis volentibus, ipse Potestas duxit Paduanum exercitum cum carrocio ad Riualtam, castrum Vgucionis de Crescentijs Veronensis ciuis. Et mouit exercitus de Padua die iij. intrante Octubri, & erat Ægyptiaca dies illa. Dum itaq; Paduani diebus aliquibus morarentur ibidem; fuit Ecelinus de Romano cum Veronensibus omnibus in Tumba, ex altera parte Atacis, contra exercitum Paduanum. Imperator autem litteris, & Nuntijs instanter rogatus ab Ecelino, in vna die, & vna nocte equitauit cum tota sua gente vsque de Cremona in partes castri de Sancto Bonifacio Veronensis districtus, vbi dicitur Pratum Aycardis & tantum illic mora facta est, quantum quis cibare panem potuit festinanter. Armatis repente gentibus, cunctisque destrarijs cooperris ad pugnam; Vicentiam venit quam subito, & ipsam prædatorie arsit, & occupauit: & hoc fuit in Vigilijs omnium Sanctorum, in anno prædicto, in nocte. Erat tunc Marchio Rector, & Potestas Vicentiæ electus per Commune ciuitatis illius, & per Dominum Iordanum Priorem Sancti Benedicti de Padua, cuius tunc arbitrio Padua, & Vicentia voluntarie subiacebant. Qui Marchio, cum fama fuerit in exercitu Paduano, quod Imperator partes Sancti Bonifacij intrarat; venit Vicentiam antequam Imperator: nec moram aliquam ibi fecit. Paduani vero Paduam cum toto exercitu, & carrocio, salubri reditu sunt reuersi. Rupta sunt illo tempore sacramenta societatis de Lombardia, in qua longo tempore steterant duæ partes. ¶ Hæ nanq; ciuitates erant in parte Imperatoris, Cremona, Pergamum, Parma, Regium, Mutina, & quædam aliæ, sed non multæ. ¶ In contraria vero parte, quæ dicebatur societas Lombardiæ, Marchiæ, & Romagnæ; Mediolanum, Brixia, Mantua, Bononia, Fauentia, Padua, Vicentia, Taruisium, Marchio Estensis, & Comes de Sancto Bonifacio, cum omnibus amicis, & terris suis. Verona vero vsque nunc nullam partem fouebat: sed ab hac die in antea Imperatoris parti se dedit, hortatu Ecelini de Romano, & quorundam expulsorum de Mantua, qui fuerant incusati, quod fauorem dediſſent quibusdam, qui violentas manus iniecerant, & occiderant *Episcopum Mantuanum, eumtem cum Letanijs* in anno prædicto *M CC XXXVI.*

Recessus Imperatoris ad partes Alemanniæ, post captam Vicentiam.

X. IN illo eodem anno, cum Imperator mansisset paucis diebus Vicentiæ; dimissis illic Ecelino, & Comite Gaboardo cum Lombardis, & Apulis illis, quos voluit, & Theotonicis; in quibus plurimum confidebat; iniungens eis etiam quod in omnibus se regere debeant ad voluntatem Domini Ecelini; exiuit Vicentiam. Et ipsemet commeatu accepto, & consilio Ecelini, hostiliter iuit Carturium, ad terram. s. Guillielmi de Carturio Paduani ciuis, & viri nobilis, qui semper in parte Ecelini permanserat, & pro eius parte semper pugnauerat in arengis, & consilijs ciuitatis Paduæ toto posse. Et deuastauit Imperatoris exercitus, & waldana terram illam, & cultores omnes, ædificia villæ, igni, & ruinæ submisit. Inde quoque transiens deuastãdo villas, & omnia fructifera, iuit Cittadellam; & miratus pulchritudinem loci, & castri fortitudinem, & securam munitionem, sicut in loco de plano; peruenit ad Castrum Franchum Taruisinorum: & hospitatus ibi per noctem, Taruisium properauit, & sedit diebus aliquibus in loco vbi dicitur Fontanellæ, credens quod sibi redderetur Taruisium. Sed erat tunc Petrus Theupulus de Venetijs Potestas ibidem, & de Padua fuit cc. Milites, tunc illuc subito destinati. Vnde Imperator spe sua fraudatus, iuit ad Plauim: & remisso Ecelino Vicentiam; transiens aquam Plauis impetuosam, tendensq; ad partes Aquileiæ, festinanter Alemanniam introiuit. Ibi enim sonnerat quod Barones Alemanniæ contrahebant amicitiam cum Lombardis, & dictum fuit quod filius Imperatoris Henricus debebat cõstitui Rex Lombardorum, & Princeps, præter conscientiam patris; vnde a patre detentus; dum captiuus mitteretur in Apuliam; dicunt quidam quod de iugo cuiusdã montis cum toto equo se proiecit in quoddam antrum, & in profundam latebram, siue cliuum, & sic mortuus pertransiuit patris supplicium, & aufugit. Alij dixerunt quod obijt in carcere tenebroso.

De xvj. Poteſtatibus factis in Padua vno, & eodem tempore.

XI. STabant autem hoc tempore Vicentiæ Comes Gaboardus pro Imperatore cum Theotonicis,& Apulis,& Ecelinus de Romano cum Lombardis quam pluribus,& cum multis de Pedemonte; & in delitijs,& Conſilijs die noctuq; manebant. Poteſtas autem Paduæ, & Domnus Iordanus cum Conſiliarijs Paduæ, non bene certi quid facerent, multa Conſilia faciebant. Tandem quoque electi ſunt xvj. de maioribus ciuitatis,quibus datum eſt arbitrium,& poteſtas, quod in hoc trepidationis negotio adhæreant conſilio ſaniori. Tunc cc. Milites Paduani, qui Taruiſium iuerant reuocati ſunt Paduam. Miſſum eſt pro Marchione de Eſt, qui numeroſa Concione,& plenaria in Palatium cõgregata; vocatus eſt in Palatio,& datum eſt eidem vexillum Communis Paduæ, vt cum ipſe ſit maior, & nobilior perſona in Marchia Taruiſina; ipſius Marchiæ ſit clypeus, & tutela. Sed tunc verificata eſt prophetia, quam ſcripſit Iohannes Val de Taro in porta Turriſellarum de Padua. Ait enim

Arboreis fruſtra petitur ſub frondibus vmbra,
Interius morbus ſi viſcera torreat acutus.

De prædictis nanque xvj. maioribus ciuibus Paduę, aliqui ſcripſerunt litteras clandeſtinas,& occultas, miſerunt etiam ſecretarios ſuos nuntios Ecelino, quod parati erant,& poterant ciuitatem Paduæ ei dare. Immo cum crederetur, quod aliqui de prædictis xvj. noctu circa confinia Paduæ, & Vicentiæ conſilia cum Ecelino plura habuiſſent; Poteſtas ipſe Dominus Rambertus prædictus, & Domnus Iordanus, cum Marchio iuiſſet ad Eſte, vocauerunt illos xvj. nocte quadam, & Ego iuſſu Poteſtatis tractaui,& dedi ſacramentum cuilibet de præceptis Poteſtatis attendendis in rebus,& perſonis: habebam enim tunc Sigilli communis Officium. Eis itaque præcepit Poteſtas per ſacramentum, quod ſe cras Duci Venetiarum præſentent, omni occaſione ſublata. Non fuit autem aliquis de ipſis, qui præcepta Poteſtatis attenderet, præter Comitẽ Schinellam, qui vir erat ſapiens,& diſcretus, habens iam annos lxx. ciuitati Paduæ vtilis, prouidus ad futura. Hic iuit Venetias,& ſtetit ad voluntatem Communis Paduæ, donec eſt poſtea honorifice reuocatus. Alij vero omnes iuerunt per caſtra quædam Paduani diſtrictus, & oſtenderunt ſe tunc primo Paduano Communi rebelles, præter Dominum Artuſinum filium olim Domini Dalesmanini, qui de voluntate Poteſtatis remãſit, rogatus, vt conſuleret inconſulto Communi. Nunc quoque publice notum eſt Paduanum Commune ſine ſuis maioribus remanſiſſe: cum abſque illorum conſilio, & auxilio immari quaſi fluctuet ciuitas deſtituta, ad quos ſpectabat plurimum vtilitas ciuitatis. Fœlix nanque Venetiarum Commune: cum ciues illi in agendis ſuis omnibus adeo ad communitatem reſpiciant; vt Venetiarum nomen iam habeant quaſi numen,& iam fere iurent per Venetiarum reuerentiam, & honorem. Quid plus? licentiatus eſt dictus Dominus Rambertus Poteſtas,& electus eſt Dominus Marinus Badoarius in Poteſtatem Paduæ,& iurauit die xiij. intrante Februario. Miſſi ſunt tunc cc. Milites ad Carturam: quoniam dicebatur, quod Ecelinus de Romano, cum gente Imperatoris volebat ad Montemſilicem ire, & cum voluntate quorundam maiorum de Monteſilice hoc fiebat: cum dicerent illi qui tractabant illud negotium, quod Monſilex eſt Imperij regalia,& camera ſpecialis. Cuſtodiebant itaque dicti cc. Milites contratam illam totam, quæ dicitur Inſula de Cauſilue, & vſque Tribanum. De prædictis itaque xvj. fuerunt aliqui, vt dictum fuit, qui taliter tractauerunt cum Comite Gaboardo, & Ecelino de Romano Vicentiæ commorantibus, circa feſta Natalis, & menſe Ianuarij; quod armatis omnibus, quos conducere potuerunt; & reuoluto iam anno Domini, & currente MCCXXXVII. die x. exeunte Februario; exeuntes armata manu Vicentiam, & tranſeuntes per confinia Rouolonis, & Montemerli,& venientes per partes Montis Rubei,& per collateralia Montagnonis; deuenerunt tandem in matutinalibus horis ad vadum fluminis, vbi dicitur Vadus de Terradura: & vndis fluminis de facili ſuperatis inſtante crepuſculo; villa Terræduræ poſtpoſita, peruenerunt Carturam: & militibus illic cuſtodientibus expugnatis,& victis; nullo habito obſtaculo, milites illos duxerunt pro captis,& de plano in Montemſilicem ſunt recepti.

Concio,

Concio, quam fecit Ecelinus in principio guerræ in Monteſilice.

DVm hij Milites Paduani a Comite Gaboardo,& ab Ecelino, cæteriſq; Imperatoris gẽ- XII.
tibus capti forent; placuit Ecelino ſuper hoc gloriari triumpho,in ſuæ partis lætitiam, & in tremorem aduerſæ partis. Omnibus itaque vocatis Communiter de parte Imperatoris in Monteſilice ad arengam; locutus eſt iſta verba. ℭ Omnipotenti Deo grates referimus copioſas,qui de miſericordiæ ſuæ dono intuetur, & adiuuat cunctos in ſe ſperantes: fuit enim hactenus hæc Marchia ingenti quadã inſcitia gubernata, dum nefas quaſi publice præualebat iuſtitiæ,malum bono, virtutibus ſcelera, iniquitas æquitati. Sed eſt in multis negotijs iam expertum, quod quæcumque ſunt contraria rationi, etſi tempore aliquanto permaneant,diu tamen nequeunt in ſua regnare malitia: ſed quanto volauerunt ad altiora,tanto lapſu corruunt grauiori,& ruptis viſceribus demonſtrantur,& crepant. Sed factum eſt per Dei gratiam in hominibus huius Marchiæ,qui iuſtum,& rectum Dominium inclyti noſtri Domini Frederici,Dei gratia, Romanorum Imperatoris Auguſti deſiderant; quod eis cedet longe aliter quam credebant: quia reducti erunt,more fidelium,ad iuſtum, rectum, pium, & vtile benignitatis dominium,& præditum,per Diuinam gratiam,toti mundo. Nam Alemannia, Forum Iulij, Apulia,Romagna, Græcia,& magna pars Lombardiæ,præſens Marchia,immo fere omnis prouincia citra Mare, & vltra, noſtro Domino ſubiacet, & inclinat. Cui noſtro Domino multum erit gratiſſimum, & acceptum,quod eius Nuntij in Monteſilice ſic honorifice ſunt recepti: vtpote in loco illo, quem ipſe toto affectu diligit, & habet ſuam cameram ſpecialem,quem etiam procul dubio exaltabit præ cunctis locis Marchiæ Tarviſinæ. Nec eſt de Padua dubitandum, ſe quanuis nondum dederit, paucorum culpa,Imperio,& Coronæ, Ecce nanque iam habemus in virtute, & poſſe Imperatoriæ Maieſtatis,maiorem partem militiæ Paduanæ: quicunque autem latitant inter muros,eos obſeſſos habeo,immo captos: tum quoniam Imperio reſiſtere non præſument; tum quoniam maiores, & meliores de Padua Imperatoris ſunt fideles, & ſeruitores: *quorum hic alij nobis fideliter conſulunt*, immo, & nos conducunt;alij pro nobis *in ipſa ciuitate laborant*, & eam ſine difficultate in breui dabũt Nuntijs Imperatoris pro certo. Rogat ergo Dominus Comes Gaboardus, qui eſt hic loco Domini noſtri Imperatoris inuictiſſimi Auguſti, Milites, & Burgenſes, cæteroſq; omnes de Monteſilice,fideles,& dilectos Imperij;rogat etiam magnos viros de Padua,& generaliter omnes,qui hic ſunt pro honore Imperialis culminis augmentando;vt honorem,& ſeruitium ſibi ad inuicem conferant,& alternatim recipiant,animi puritate. Sint quoque debita fidelitate munitiarmis, & equis parati;vt quandocunque expedire videbitur,equitemus ad noſtri Domini gloriam, & honorem,ad inimicorum vero exterminum, & ruinam.

Hic loquitur, & reſpondet vnus de xvj. Poteſtatibus.

SVrrexit in eodem loco vnus de xvj. Poteſtatibus,diebus illis in Padua conſtitutis,& ordi- XIII.
nata inuocatione præmiſſa,hæc verba breuiter eſt locutus. ℭ Benedictus Deus, bonorum omnium principium,& largitor, qui fræno iuſtitiæ regens cuncta. Sciui nanque quoſdam in Padua feciſſe ſtatutum,& contra voluntatem bonorum hominum,& Comunnis;ne quis auderet nominare Imperatorem,nec quiſquam auderet loqui de parte Domini Ecelini. Sed iuſtus Deus iudicat trãſgreſſores: & ecce iam parata eſt via,vt Dominus noſter Sereniſſimus Imperator de facili poſſit,& debeat ſuos ſuppeditare rebelles,exaltare ſibi ſubditos,& fideles. Sicut enim,de Diuina,& Domini noſtri Imperatoris,ſumma ſapientia, iam ſumus in Monteſilice, terra quidem de carioribus, quas habeat Dominus Imperator; ſic & in Padua erimus,dante Deo,in breui,cum ingenti gaudio, & honore. Placet ergo cunctis Imperiale mandatum, & erimus parati, & ſumus, tantum ſequi iuſſa noſtrorum Nuntiorum Imperij, quantum velle poterunt, & iubere.

Hic loquitur vnus de Monteſilice.

POſt hæc locutus eſt Dominus Piſcis de Paleneriis,maior. ſ. Caſtellanus de Monteſilice, XIV.
vir ſapiens,& aſtutus,& quaſi religioſa perſona;factaque inuocatione ſolemni,hæc verba propo-

Digitized by Google

propoſuit. ¶ Si bene memini,& ſi licitum eſt referre,habitus ſum ego in omnibus fere tractatibus. Quæ ſuper accreſcendo Domini noſtri fœlicis Imperatoris honore facta ſunt in Marchia Taruiſina;nec oportet ſingula per ordinẽ enarrare, quoniam quomodo ſit proceſſum infra breue ſpatium cognoſcetur;& in omni negotio,finis operum præcedentia proteſtatur. Hoc tamen dixerim, quod in Monteſilice, terra. ſ.Domini noſtri Imperatoris inclyti Romanorum;nullus hodie reperitur maior,medius,aut minor,qui non præ cæteris ſuis deſiderijs exoptaſſet hunc diem,vt in hac terra Imperiali,videret Nuntios Imperatoriæ Maieſtatis. Parati ſumus itaq; in rebus,& in perſonis,quocunque,& quandocunque præcipitis, ire, redire, & ſtare,vt Imperialis magnificentia de bono ſemper in melius augmentetur, & creſcat; ad arrogantiam infidelium taliter edomandam; quod tam digna victoria,tam excellens per cuncta mundi digmata diuulgetur.

Hic præſumpſit Ecelinus per vim intrare Paduam, ſed nequiuit.

XV. CVm Comes Geboardus, cæterique Imperatoris Nuntij,adhuc apud Montemſilicem permanerent; appellatus eſt Marchio Eſtenſis ab eis, & ſcire voluerunt omnino,ſi ipſe volebat eſſe amicus Imperatoris,vel inimicus.Qui conſilio habito ab hijs, in quibus maxime confidebat;Imperialibus ſeruitijs liberaliter ſe ſpopondit:hoc poſito, quod tam ipſe cum ſua gente vbicunque ſit, quam caſtrum Eſtenſe, & villa, nullis angarijs ſubmittatur. Ipſo nanque Marchione a ciuitatis Paduæ ſeruitijs, ac amore ſic aſtute remoto; ipſe Comes Geboardus,& Ecelinus de Romano,aſſerentes ſe pugnare pro Romano Imperio;fatebantur in Conſilijs,& arengis,ſe vnam de melioribus ciuitatibus Imperij iam habere deuictam. ſ. ciuitatem Paduæ:quam ſciebant procul dubio capram eſſe,& aſſerebant quod omnes in ea habitantes, quaſi vinculis alligatos habebant. Sicq; die quadam. ſ.die v.exeunte Februario eiuſdẽ anni Domini M CC XXXVII. mota generaliter tota gente partis Imperatoris de Monteſilice; attentauerunt venire,quaſi per violentiam,ad Paduam occupandam. Dicebatur enim quoſdam iuraſſe,quanuis ſorem,quod darent introitum parti Imperatoris,& Ecelini,& nominatim quod Portam Pontis Molendinorũ, ipſis venientibus aperirent,contra voluntatem Populi Paduani,& Communis. Sed memorandum vigorem fecit Populus Paduanus eodem die: nam cum dicta gens hoſtilis iam vſque ad Mandriam magnifice,& hoſtiliter deueniſſet; ipſe Populus Paduanus,cum lanceis, enſibus, walengis acutis, & clypeis, & omni armorum genere,pro patria defendenda,viriliter, & multum laudabiliter exiuit obuiam inimicis, curſu velociſſimo,& audaci,vſque ad locum illum, vbi dicitur ad Stangatum: & ſic hoſtes in illa die propoſito ſuo vacui, ad Montemſilicem redierunt. Fœlix equidem Communitas Paduana,ſi vel in talis vigoris propoſito perſtitiſſet in poſterum; vel ſi forſitan inimicus eadem hora fortunam ſuam potius commiſiſſet in armis:vix enim illic poterat tantus ſanguis effluere, ſtrata quanuis vtraque parte; quantus poſtmodum non ſuffecit, ad ſatiandam ardentem ſitim corporis inſatiabili baſiliſco, vſque ad finem mortis.

De primo introitu Nuntiorum Imperatoris in Padua.

XVI. HAc die Dominus Marinus Badoarius de Venetijs, qui tunc erat Paduæ Poteſtas, receſſit cum rebus ſuis,& curia,& familia ſua tota. Et ecce Dominus Artuxinus de Domino Dalesmanino, vir ſtrenuus,& præclarus,largus, curialis, & dapſilis,qui Paduæ remanſerat vnus de xvj. Communitatis cõſultor,die eadem, & nocte,ad petitionem illorum,quorum amici capti in Monteſilice tenebantur,ſtudioſiſſime laborauit: Pacta quoque,& conditiones inuenit hinc inde. Quod.ſ. Imperatoris Nuntij,qui in Monteſilice erant,Milites illos Paduæ reddant,incolumes, & abſque vlla exactione pecuniæ,quos ceperant in Cartura, & inde circum,& intrent ipſi Nuntij Imperatoris pacifice, & de plana voluntate in ciuitate,cum amicis ſuis. Aperte aſſerebatur etiam,quod non erit opus vlterius exercitus, vel expeditiones aliquas ordinare, & quod præ cæteris de Marchia Taruiſina, Dominus Ecelinus de Romano dicit, & confitetur,ſe ſtatum ciuitatis Paduæ,eiuſq; honorem, & bonum ſuper omnibus ſuis deſiderijs exoptare. Sic itaq; factum eſt, quod ſtatim ſequenti die,ſcilicet quarto exeunte Febtuario,Comes Geboardus,& Ecelinus,cum ſequacibus ſuis,Paduam pacifice intrauerũt. Viderunt autem multi, & ego ſpecialiter vidi,quod cum Ecelinus intrabat per Portam ciui-

tatis

tatis a Prato ; capirone ferreo proiecto in tergum de palafredo, ad Portam ſe plicuit, & oſculum dedit Portæ. Quod cum quidam inſpicientes,& interpretantes ad bonum,dixerunt,Ecce poſtquam non eſt poſſibile Dominum Ecelinum pacem facere cum omnibus Paduanis ; pro bono ceræ præſagio oſculum dedit portis , & donat. Tunc eſt data ciuitas Comiti Gaboardo recipienti eam nomine Imperatoris, & vice eius: ſed in Conſilijs, & arengis,loquendo poſtmodum addebat , & loquebatur Dominus Ecelinus , nec perpendebat aliquis qua de cauſa : dicebat enim verum eſſe,quod Padua data erat Domino Gaboardo pro Imperatore, & Nuntijs Imperatoris cum ipſo. Vnde ſi qua fiebant vel tractabantur vlterius in Padua pro Communi ; nullius valoris erant , niſi facta forent de conſilio, & conſenſu Domini Ecelini.

Explicit Liber Tertius .

INCIPIT QVARTVS.

Hic conſtituitur in Padua primus Poteſtas pro Domino Imperatore, ſcilicet Comes Simon .

ROmani nominis Nuntium, immo & præcurſorem,Ecelinus de Romano fiducialiter amodo ſe profeſſus; quod gerebat mente ſapientiſſime protegebat. Et vocato Comite Gaboardo, cum quibuſdam de ſuis tam Theotonicis, quam Apulis; vocatis quoq; Magnatibus de Padua, & quibuſdam de bonis Popularibus , quos voluit; ſtans in camera , quæ dicitur camera Poteſtatis , in Palatio, & in Domo Communi; locutus eſt inter eos. Et tranſcurrens breui ſermone ſacroſancti Imperij Maieſtatem; & gratiam,quam Deus conceſſerat Domino Frederico,Dei gratia,Romanorum Imperatori Auguſto ; & quod Paduani nullo vnquam tempore, niſi nunc, viderant, & ceperant viam rectam; propoſuit , & dedit conſilium Comiti Gaboardo , licet non peteret, vt prouideatur ad vtilitatem ciuitatis Paduæ de Rectore , & Poteſtate. Cum autem omnes præſentes vellent ipſum Ecelinum conſtituere Poteſtatem ; idem quaſi irato animo egreſſus eſt cameram , dictam Poteſtariam recuſans. Sed reuocatus a cunctis, cuiuslibet habuit ſolus vota, cunctorum voces, & in tali electione conſenſum. Elegit ergo Dominum Simonem Comitem Tiatinum de Apulia illic præſentem, in Paduæ Poteſtatem pro anno futuro. Et fuit hæc electio facta in prædicto anno M CCXXXVII. die iij. exeunte Februario. Hac itaque Poteſtate electa, & commiſſo ſibi officio Vicariæ pro Domino Imperatore in Marchia Taruiſina; Comes Geboardus,de conſilio Ecelini,in Alemanniam redijt , & Imperatori narrauit ſingula, quæ in Marchia facta erant per Nuntios, & fideles Imperij . Dimiſit autem Ecelino circa C. Theotonicos milites, qui ſteterunt ad ſoldum Ecelini exactum de ciuitatibus tribus.ſ. de Verona, Padua, & Vicentia . Et non multis diebus elapſis adeo prouiſum eſt per vtrunque, quod ipſe Ecelinus habuit in Padua , ad ſoldum ciuitatum ipſarum, Saracenos circa CCC. quos poſt modum per caſtra , & per portas ciuitatis , & alibi diſpoſuit, ſecundum quod ei melius fuit viſum. I.

De obſeſsione Montagnonis .

HIs itaque ſic diſpoſitis, Ecelinus vigilans in vniuerſis, & ſingulis,quæ propoſuerat ſe facturum, ſecundum quod poſtea patuit per effectum ; paulatim in ſuis factis procedere cogitauit: conſiderans, ſicut puto, quod quis aliquando facilius peragit quod intendit, ſi procedit prouide, & gradatim, quam ſi cum impetu, & violentia moliatur . Sic ergo diebus aliquot viſus eſt manere in tranquillitate cum Paduanis, & domeſtice conuerſari cum eis, recolens familiariter cum eiſdem interdum verba Fratris Iohannis , qui iuſſerat ipſum in ciuem recipi , & in cittadantiam Paduæ , vt ſupra legitur in ſeptimo capitulo tertij libri , §. Anno Domini. Sed timens ne forte contingeret Paduanorum animos otioſos conſilium permutare; ſtatim ſequenti menſe Martij ordinauit exercitum , & infra breue dictum ſpatium Montagnonem obſedit, ducens illuc , & tenens ibidem ſecum diebus multis ciues Paduanos inuitos, II.

tos, Theotonicos, Apulos, Sarracenos, & quoſdam, quos ſecum habebat de Pedemonte. Sed cum idem caſtrum vinci nequaquam poſſet per machinas, vel trabucchos, quoniam illuc attingere nequeunt; & prudentes viri, qui ſe in caſtro poſuerant, ſeſe viriliter tuerentur, aſſerentes illuc eſſe Commune Paduæ reductum, propter tyrannidem Ecelini; armatis cunctis gentibus, quas habuit Ecelinus, & ad pedeſtrem pugnam paratis; bis, vel ter armatus & ipſe inſultum fecit in Montagnonem, & per uim aſcendere attentauit in caſtrum. Sed raro bene cedere conſueuit inferioribus, pugnantibus contra ſummos: ſicut olim contigit in certamine Gigantæo, dum pugnarent ipſi Gigantes, viribus impares, contra Iouem: Et ita Ecelinus fraudatus ſua ſpe temeraria, & audaci, reuerſuſq; ad caſtra ſiue tentoria, permanſit in ira ſua: parum vel nihil curans, quod illuc fuerunt aliqui boni Paduani ciues, in parte pugnantium, ſagittis fixi, transfoſſi lanceis, enſibus vulnerati. Et vidi ego Militem quendam de bonis Militibus Paduæ, qui cum Ecelino pariter ad caſtrum expugnandum aſcenderat, ambobus pedibus horribiliter detruncatum. Cum nihil igitur facere poſſet ibi; iuſſit deſtrui campanile de Montigrotto, quod erat proximum huic loco, & vnum bilfredum fieri iuſſit in ponte illic vicino, per quem itur de Montegrotto ad Montem: & hoc ideo ne forte inimici eius vellent campanile incaſtellare, aut ipſis per pontem illum aliqua victualia deferantur. Circa vero Eccleſiam Sancti Petri, quæ eſt prope balneum, quod dicitur Montagnonis, vbi cum ſuis manſit tentorijs; caſtrum quoddam conſtruxit inutile, & Paduam eſt reuerſus.

Prima ſubiugatio Communis Paduæ ſub ſpecie bona.

III. DEmum diebus illis immediate ſequentibus, idem Ecelinus conſuluit Poteſtati, & fecit quod accepti ſunt obſides a Magnatibus de Padua, & etiam a quibuſdam Burgenſibus, quos dubitabat velle manutenere Commune, aut fauere forſitan Marchionis amicis: quos obſides miſit ad eius caſtra. Et poſt hæc ſtatim cõtinuc, prætendens cauſas, quod Eſtenſis Marchio, cum amicis ſuis, ſpernebat mandata Imperij, & Communis Paduæ, per quod illi de Mõtagnone videbantur exiſtere contumaces: elegit illos, quos voluit de maioribus ciuitatis, Milites, & etiam, aliquos Populares, & eis ingenioſe oſtendens, quod quidam ipſos inculpabãt de contumacia reſiſtentium Poteſtati, quod ipſe penitus non credebat; rogauit eos propter ipſorum exculpationem, & ne creſceret aliqua rixa in Padua, quam Dominus noſter Imperator optabat in pace tenere præ ceteris ſuis locis; quod paucis diebus parum longe de ciuitate ſecederent: dicens quod ibi non longo tempore permanebunt. Et ita quoſdam miſit Carturium, quoſdam ad Cittadellam, quoſdam ad Fontaniuam, & quoſdam ad Caſtrum Fontis. Et fuerunt iſti, præter obſides, primi detenti circa xx. vel vltra. Volens autem paucis diebus elapſis, quod eis promiſerat obſeruare, quod.ſ. illic facerent paruam moram; miſit ad eos de familiaribus ſuis, milites quoſdam bene armatos de Pedemonte, & Theotonicos quoſdam, nemine ſciente de Padua; & fecit ipſos accipi de locis ſingulis, vbi erant, & conduci ad Pratam, vbi magnam habebat fiduciam, propter amicos ſuos, & attinentes ſibi proxima linea parentelæ. Poſtmodum vero de prædictis obſidibus, & de ſic deceptis Militibus, immo captis; quoſdam miſit in Lombardiam, quoſdam in eius caſtra, quoſdam in Apuliam, hac de cauſa, quoniam tunc cepit primo eos proditores Imperij appellare. Sic ergo quidam de Padua ſapientes diligenti conſideratione viderunt, quod facta hæc tractabantur non per iuſtitiam, ſed per partem: & volentes perſonis potius prouidere, quam rebus; quam citius eſſe potuit, de ciuitate exiuerunt occulte: quibus vtique requiſitis non venirent; deſtructæ ſunt turres eorum, & domus. Et prima domus quæ fuit dirupta in hoc facto, fuit illa.ſ. Domini Pacis Iudicis, filij olim Domini Sulimani: tanquam per hoc quaſi præſagium monſtraretur, quod Pax in Padua nullum vlterius locum habeat, nullum quoque domicilium, aut locum. Secunda vero Domini Iacobi, qui dicebatur Malitia: non quod foret homo malitioſus, immo probus, & ſapiens, quanuis facta fuerit hæc malitia contra eum. Hæc autem domorum deſtructio inoleuit tempore procedente in tantum, quod pluſquam domorum medietas, turrium, & Palatiorum in Padua iacet hodie, ſiquis vidit integram, & videt deſolatam ad præſens. ¶ Supradicto anno Domini, ſed menſe Iunij, circa finem, præcepto Domini Ecelini, Bonacurſus de Fonzae, cum quibuſdam alijs militibus de Pedemonte, & ipſi cum eo, iuerunt ad Domnum Iordanum Priorem Sancti Benedicti de Padua, & ducto illuc palafredo quodam parato ad equitandum; dixerunt quod in equum aſcenderet, & veniret cum eis,

quia

quia Dominus Ecelinus habebat cum eo loqui,& quædam ſecum negotia pertractare. Sedit itaque ſuper equum, & ductus eſt illa die in Pedemonte, & in carcere detentus eſt per caſtra Domini Ecelini,& nunquam redijt Paduam viuus, quam hactenus non aliter rexerat,quam regit paterfamilias domum ſuam. ℂ Illa eadem die Domnus Arnaldus ſanctæ Iuſtinæ Abbas de Padua, petijt Montemfilicem, & aufugit. Et ſic Ecelinus videns quod clerici quidam, & laici fugiebant de Padua propter metum; fecit eligi cc. milites de Padua, quos credebat plus poſſe in ciuitate, & ne vllum ei præſtare poſſent impedimentum, miſit eos cum Comite Simone Paduæ Poteſtate Rauennam: eis prætendens cauſam,quod terram illam ad ſeruitium Imperij teneant: ſtabant enim in parte Imperatoris, ſed illic quidam eam peruertere nitebantur. Remanſit quoq; idem Ecelinus in Padua recturus eandem, & remanſit pro Poteſtate Vicarius Dominus Cyprianus Iudex de Tiete, & Bartholomæus de Malanocte, qui Miles erat, & ſocius Domini Comitis Teatini.

Factum caſtri Sancti Bonifacij, & factum de Curte Noua in Lombardia.

CIrca principium Menſis Iulij in eodem anno MCCXXXVII. Dominus Ecelinus de Romano duxit exercitum Paduanorum, & Veronenſium circa caſtrum Sancti Bonifacij Veronenſis diſtrictus, & ipſum obſedit,& multum diruit cum machinis, & trabucchis: filio Comitis Rizardi Leoniſio exiſtente in ipſo, & ſe cum ſuis viriliter defendente, quanuis adhuc eſſet in pueritia conſtitutus. Donec Dominus Imperator de Alemannia deſcendit in Lombardia, & veniens ad exercitum factum per Dominum Ecelinum, iuſſit illud guarnimentum recedere, & receſſit. Exinde iuit Imperator ad Menzum, quo tranſacto potenter,& magnifice, cum Imperiali exercitu ſe locauit in partibus Godi. Et dum foret caſtrametatus ibidem; vidi quod venerunt Ambaxatores ad eum quidam de maioribus ciuibus Mantoanis, & obtulerunt Imperio, & Coronæ ſeruitium Communis Mantuæ, & Domini Rizardi Comitis Sancti Bonifacij, qui erat tunc in Mantua, & omnium amicorum ſuorum; quod Imperator vultu *hilari acceptauit, & eis gratiam ſuam, & bonam voluntatem* oſtendit. Et hoc erat iam Menſe Auguſti prædicti anni. Hi erant in Imperatoris exercitu Dominus Azo Eſtenſis Marchio, Dominus Ecelinus, Dominus Iacobus de Carraria, & multi alij Magnates de Marchia Taruiſina, & aliunde. ℂ In præſentia etiam Domini Imperatoris ibidem, dum Dominus Iacobus de Carraria verbis altercaretur cum Domino Ecelino; ſemicuaginato gladio viſus eſt velle percutere Ecelinum, & forſitan percuſſiſſet: ſed Dominus Imperator ſe perſonaliter interpoſuit, & eos abſque vlla læſione ſedauit. ℂ Conduxit autem hinc inde Dominus Imperator prædictos omnes Principes, & Magnates, totumque ſuum exercitum, & hoſtiliter iuit ad Monteclarum, habens ſecum Theotonicos, & aliam ſuam gentem, & C. milites de Paduano diſtrictu. Quo Monteclaro capto per violentiam, & deſtructo; quotcunque, & quoſcunq; homines ibi cepit, miſit vinculatos Cremonam. Dicebant autē poſtquam capti fuerant, quod Dominus Imperator promiſerat eos abſolutos dimittere cum perſonis, & rebus, ſi redderent ei caſtrum. Sed Dominus Imperator dicebat hoc eſſe conditionaliter verum, ſi ipſi darent Brixiam Imperio, & Coronæ. Ergò cum Imperator circuiret per partes illas,Brixiam occupare intendens; Mediolanenſes in Brixienſium auxilium, & fauorem extra ciuitatem propriam cum exercitu exiuerunt,& iuerunt ad Curtem Nouam. Quo audito Imperator magnifice, & potenter equitauit ad ipſos, in quos vtique inſultauit, & de ipſis partem conuertit in fugam, partem victos habuit, & captiuos: expugnauit carrocium, quod habebant, & captum habuit Dominum Petrum Theopolum de Venetijs Poteſtatem ipſorum,quem detentum in Apuliam miſit. Sic exinde iuit Dominus Imperator Cremonā; Dominus Ecelinus Paduam eſt reuerſus; & Dominus Azo Marchio, cum amicis ſuis redijt ad Eſte. Simon Comes Poteſtas Paduæ iam redierat iuſſu Imperatoris de Rauenna, & ſtetit, & rexit Paduam vno anno, & tribus menſibus,minus tribus diebus. IV.

Factum de Prato Vallis, Aldourandino Cazaconte Poteſtate in Padua.

REuolutus iam erat annus, & currebant anni Domini MCCXXXVIII. Vocauit Dominus Imperator ad ſe Comitem Simonem de Poteſtaria Paduæ, & miſit Paduæ pro Poteſtate,& Rectore D. Aldouraudinum Cazacontem de Tuſcia. Iam fere omnes homines V.

Digitized by Google

boni de Padua manifeſte videbant, quod ciuitas non regebatur communiter, ſed per partē. Et fuerunt aliqui de bonis ciuibus, & magnis, & de Burgis ciuitatis, qui optabant quod Marchio Paduam venire deberet, & eam eriperet de manibus inimici: & promiſerunt ei per Nūtios aliqui, qui tunc erant de maioribus ciuitatis, quod.ſ. vel dabunt ei portam Turriſellarum, vel exibunt ad ipſum, ſi ad ciuitatem venerit inuadendam: & fuerunt plurimi qui dixerunt, quod hoc tractabatur de conſcientia Poteſtatis. Cōtingit autem quod Dominus Marchio ſecum habuit Dominum Iacobum de Carraria Paduanum ciuem, & ſapientem, & probum virum; Dominum Vgucionem de Pileo de Vicentia, ſtrenuum, & aſtutum; & quoſdam alios nobiles de Marchia, potentes, & magnos viros; Milites, & Pedites, qui de Padua exiuerant propter metum, & non modica quantitate; & habuit de Scodexia quaſi communiter omnes; multos etiam de montanis, multos de planicie, & de villis, maxime de Turriſellarum Quarterio: & venit cum multa turba, & armata manu, vſque ad Pratum Vallis, quod eſt in ſuburbio ciuitatis, & fuit hoc in xiij. Iulij, præſcripti anni, & erat Aegyptiaca dies illa. Tunc clauſæ ſunt portæ ciuitatis ex omni parte, & factus eſt clamor magnus per ciuitatem: & cum maior pars ciuium deſideraret Marchionis aduentum; immo pauci ſe voluntarie tenerentur; abſque vllo periculo gens Marchionis iam aperuerat portam Burgi Turriſellarum, quæ eſt contra Pratum, & venerat Dominus Iacobus de Carraria vſq; ad portam Turriſellarum, cū pulcra, & ſtrenua multitudine pugnatorum. Hanc quidem portam viriliter impugnantes, defenſam ab intrinſecis inuenerunt, & clauſam. Fuit autem verum, quod cuſtodes defendentes portam, qui erant ſuperius pro Communi in domo Apicacaure, portam aperire promiſerant, ſecundum quod occulte pacti fuerant, cum quibuſdam: ſed quandoque in rebus peioribus, quandoq; in melioribus fidem frangenti, fides frangitur non eſt mirum: ſane tam expugnati, quam expugnantes, quod promiſerant fefellerunt. Tunc Magnates quidam, & nobiles.ſ. Comes Tyſo, & Namerius eius frater, qui portam Turriſellarum aperire ſperabant Marchioni, & eius parti, cum aliquibus aſſiſtentibus ſibi; audientes campanam Communis, per quam Ecelinus congregatos ſubito Paduanos armari fecit, & in dextrarijs ſedentes, & animatos exacuit ad pugnandum; egreſſi ſunt ciuitatem per poſticum in muro in ciuitate iuxta Eccleſiam Sancti Ægidij, ibi prope ad portam, & abierunt. Qui quanuis ad Marchionem accederent, ſtantem in Prato Vallis, fraudatum vtique ſe videntem; nihilominus tamen idem Marchio perſtitit in ſuo propoſito firmus, & ſuis monſtrans animum, & vigorem in ſua ſpe perſtitit firmus, & animoſus. Interea Ecelinus paratus intus a ciuitate cum armata tota militia Paduana, cum Theotonicis, & cum ſuis de Pedemonte, magnifice, & potenter venit ad Portam Turriſellarum: & videns eam clauſam, & firmatam; vocauit apud ſe Dominum Vgonem a Vado, quaſi iam videret de his aliquam ſuſpitionem habere: & propter Portæ ſecuritatem dimiſſis illic quibuſdam; vertit ſe cum tota militia ad Pontem Sancti Stephani, & exinde ad Plateam Sancti Antonij equitauit. Ibi quærens vnde poſſet tranſire ad Pratum Vallis; deſcendit ab aggere fluminis, & aquam paruam de facili tranſiens, gentem ſuam congregatam habuit vltra aquam: & ſic per ſtrictum callem quendam, qui eſt apud Sanctæ Mariæ Eccleſiam, peruenit in Pratum, nullo prorſus obſtaculo impeditus, & ſteuit per paruam moram. Iam Iacobus de Carraria regreſſus erat de Portis Turriſellarum ad Marchionem, cū illis qui ſecum ſteterant in pugnando. Ibi erat Vgucio de Pileo, prædictus Comes Tiſo, & eius frater, & omnes Magnates, qui partem Marchionis fouebant. Voluit Dominus Ecelinus quod Theotonici primo ferirent in hoſtes, ſed ipſi penitus recuſarunt. Iuſſit ergo banderiam, ſiue ipſius Domini vexillum, quod vſque nunc inuolutum ſteterat, aperiri: quod cum factum ſit, extemplo clamor, & rumor magnus inſonuit perturbans, & populum Marchionis, & ſinguli protinus procurantes de ſuo facto, per eandem viam, vnde venerant, tergo dato, ſubito ſunt reuerſi. Ecelinus, & omnes ſui, inſecuti Marchionem velociter; nam & Therſites audax, & intrepidus ſequeretur, dum cerneret Hectorem fugientem; iuit Marchio per ripam fluminis verſus Montisfilicis caſtrum, Ecelinus per viam aliam qua ducitur Agnam. Captus eſt Iacobus de Carraria a militia Theotonicorum in ipſa Agna, & quidam alij cum ipſo eadem hora, & aliqui ſine ipſo. Fuerunt multi etiam, qui dimiſſis equis, & armis ſuis, latitauerunt vſque in noctem in domibus, vel per campos; donec fugam ſalubriorem, nocte adueniente, ceperunt. Hic eſt Marchio ſanus, & incolumis per bonum dextrarium delatus ad Eſte, multum tamen condolens, multum quoque in ſuis, tam paruis, quam magnis damnificatus amicis. Sed fuit tanquam doctrina quædam, quæ cautum ipſum, reddidit plus prouidum vlte-

rius,

rius, & astutum: interdum nauq; est vtilis iniuria patienti, & hoc in sapientibus maxime locum habet.

Hic exiuit pars Marchionis de ciuitate Paduæ, & factus est exercitus ad Este, & ad Montagnanam.

VI.

REuersus est Ecelinus cum magna lætitia Paduam, fugatis multis magnis, & minoribus amicis, & fidelibus Marchionis, qui cum ipso venerant, & qui eius desiderabant aduẽtum. Qui autem nunc sunt in ciuitate, & burgis Paduæ, omnes quasi, se asserunt ab hac die in antea Domini Ecelini amicos, & de ipsius parte se dicunt: incipientes nunc ipsum, quasi per excellentiam, Dominum nominare, nomen eius proprium, per summam reuerentiam, subticentes. Hic cunctis notorium extitit, timorem prævalere amori: dum complet timor aliquando festinanter, quod amor incipere non dignatur. Hoc plene notauit ille, quem omnes de Padua, immo verius fere de tota Marchia, Dominum appellabant. ¶ Tunc Dominus Iacobus de Carraria, qui captus fuerat, & adhuc morabatur detentus; amicos habuit Dominum Auedutum Aduocatum Paduanum ciuem, in armis prudentem virum, in morum curialitate laudandum, & in consilijs astutum, & sapientem; & quosdam alios potentes, & magnos viros in curia Domini Ecelini, qui pactum adinuenerunt, quod ipse Dominus Iacobus vlterius esse debeat Domini Ecelini amicus, & castrum suum de Carraria ponat in manu Potestatis Paduæ, & Communis, & ipse dimittatur liber, & absolutus; quod ipse Dominus Iacobus voluntarie fecit, & stetit a modo in parte Domini Ecelini. ¶ Auditis igitur istis factis, & inquisito diligenter per Marchionem, quod Ecelinus exercitum ordinabat; Ipse Marchio cum tota sua familia iuit Rudigium, dimittens Estenses quasi omnes, & singulos lachrymantes, quando inter eos loquendo publice, se ipsum licentiauit de Este. ¶ Quibus omnibus sic peractis, eodem anno M CC XXXVIII. die x. exeunte Iulio, Dominus Ecelinus mouit exercitum Paduanum, & iuit ad Este. De plano habuit villam totam, & bene se gessit de habitatoribus villæ: immo si qui bona eorum rapere, vel vsurpare volebant, eos personaliter puniebat, & aliquos puniuit in manibus, & pedibus amputatis: habuit roccham etiam, siue castrum, in quo pro ipso tenendo constituit milites omnes de Quarterio Pontis Molendinorũ de Padua: posuit illic etiam pro custodia castri quandam quantitatem Sarracenorum; & iuit Montagnanam hostiliter, quam credidit in continenti habere: fecitq; illuc Veronenses venire, in quibus Ecelinus præ cæteris Marchiæ confidebat. Homines autem de Montagnana se defenderunt viriliter: nam, & ipsius bilfredum vnum die quadam in meridie combuxerunt, Ecelino inuito, qui tunc sub illic facto quodam operimento, & via erat, sed non cognitus, vix effugit. Tota igitur gente sua vocata, inter multa, quæ inter eos locutus est, furens & indignatus asseruit Montagnanam oportet destrui, & comburi, quod si forte incombusta remanserit, eueniet tempus, quo viui mortuis inuidebunt. Sic mota est plurimum sæuities, & crudelitas Ecelini, credentis quod propter hortatum aliquorum de exercitu, illi de Montagnana existerent contumaces: sæpe nanque subintrat suspicio, vnde cessit fiducia, siue amor. Itaque conuocatis Domino Iacobo de Carraria, & Domino Aduocato de Padua; districte præcepit eis, quod assumerent viam suam, & vsque ad tres dies præsentare se debeant Capitaneo Montis Beluni, qui locum illum tenebat hoc tempore pro Domino Ecelino. Responderunt autem hilari vultu, & claro, se velle totaliter in hoc, & in alijs ipsius adimplere mandatum, & assumpta licentia equitauerunt eadem hora: sed diuersum fuit eorum propositum a promissis: quam citius autem sibi aptitudinem inspexerunt, conuertunt iter suum, & Anguillariã properarunt, quæ tenebatur pro parte Domini Marchionis per Dominum Iacobinum, qui dicebatur Papatua, filium condam Domini Albertini de Carraria, fratris ipsius Domini Iacobi. ¶ Diuisus est nunc Ecelinus cum toto exercitu de circuitu Montagnanæ, & cum Veronensibus iuit Veronam. Frater eius Albricus de Romano reuersus est Paduã, cum Potestate, & cum exercitu Paduano. ¶ Paucis autem diebus elapsis, in Mense Augusti, Marchio est regressus ad Este, & villam totam tunc habuit, & muniuit: roccham vero non habuit, nec tentauit habere. Dominus Fulco de Montagnone, cum pluribus de parte Marchionis, Montem Rubeum occupauit, volens ipsum incastellare in Paduanorum, & ciuitatis contemptũ. Ipsius enim Domini Fulconis, & suorum parentum castrum, s. Montagnone, Comes Ga-

boardus condam, ſub prætextu concordiæ, quaſi poſt paucos dies quibus obſeſſum fuit, & ipſis Caſtellanis acceperat; & dum fingeret ſe ipſum caſtrum dare cuſtodiendum Communi Paduæ; deuenerat in Dominum Ecelinum, qui ipſum, nunc tenebat, & faciebat cuſtodiri per Sarracenos, & per quoſdam ſuos de Pedemonte. Dicti vero Poteſtas, & Albricus de Romano cum toto Paduano Communi ad dictum Montem Rubeum feſtinanter euntes; montem per vim recuperauerunt ab ipſo Domino Fulcone, & ſuis. Captus eſt ibi ipſe Dominus Fulco, & multi alij, qui cum eo erant, & conducti Paduam, & in carcere ſunt recluſi: idem vero Mons incaſtellatus, contra voluntatem maioris partis de Cõſilio Paduæ. Et poſtmodum caſtrum hoc factum, & præmunitum; pro Communi Paduæ cuſtodiendum datum eſt, & commiſſum Domino Vberto de Daleſmanino de Padua.

Litteræ, quas Ecelinus ſtans Paduæ, miſit Imperatori commoranti Cremonæ.

VII. Diebus iſtis venit Ecelinus Paduam de Verona: qui videns partem de maioribus de Padua repugnare; ſiue quia iam ſub vmbra alarum Imperij, ſecundum ſui animi præconceptum, ad ardua negotia intendebat, ſiue ab aliquibus perſuaſus; Domino Imperatori cum ſua curia permanenti Cremonæ, tales litteras, per quoſdam ſuos Ambaxatores honorabiles, deſtinauit. ℭ Inuictiſſimo, & triumphatori Domino Frederico, Dei gratia, Romanorum Imperatori, & ſemper Auguſto, Hieruſalem, & Siciliæ Regi, ſuo Domino ſpeciali; Ecelinus de Romano, eius humilis ſeruiens, & fidelis, & ſubiectus, deuotionis promtitudinem, cum debito deſiderio ſeruiendi. Diuinæ pietatis clementia humano quidem generi prouidit vtiliter, & eidem miſericorditer diſpenſauit; dum quodammodo neceſſarium eſſe præſciuit, quod orbis terrarum, diuerſorum, & innumerabilium morum gentibus habitatus; Romano tamen Imperio, vtpote naturali, & vnico principio pareat, & inclinet. Et ego cum bonæ memoriæ Pater meus Ecelinus, dictus verè de Romano, & ipſe ſubditus, & obediens extitiſſet Imperio, & Coronæ; ſpem vitæ meæ totaliter ſub dominationis veſtræ clypeo poſui, & tutela: pugno quoque, & pugnabo dum vixero, quod honor, & culmen Imperij de bono ſemper in melius augmentetur, & creſcat. Hoc eſt enim, vt video, ſingulare illud iuſtæ gubernationis remigium, per quod naues huius ſeculi tranſiens fluctus Maris, ad portum ſalutis adducitur; hoc eſt illud inclitæ ſapientiæ frænum, cuius loris mundus, quaſi currens ſonipes, moderatur; vt per Imperium caſtigẽtur enormitates, iniurij retundantur, tumidi refrænentur, iuſtitia conſeruetur in terris. Ecce nunc, per Dei gratiam, fere tota Italia cum cæteris mundi Prouincijs ſatis eſt ſubdita magni veſtri nominis claritati: ſola tamen quorundam proditorum ſuperbia contumax, & effrænis, in terris Marchionis Eſtenſis, nititur contra ſtimulum calcitrare, & ſibi iam præſumit attrahere quoſdam ſibi complices, per quædam latibula Lombardiæ. Sed feriendus eſt ſerpens in capite, vt corpus facilius deuincatur. Quare Maieſtatis Imperatoriæ moueatur, & exurgat potentia, & diſſipentur veſtræ Celſitudinis inimici: & venire dignemini, quam citius eſſe poteſt, in partes Marchiæ Taruiſinæ. Scio nanque pro certo, quod protinus cùm illic Altitudinis veſtræ magnalia comparebunt, quicunque nunc velle videntur reſiſtere, venient ad ſcabellum veſtrorum pedum capitibus inclinatis. Et ſic in illis partibus, abſque vllo diſcrimine, vel labore, omnia plana erunt, & ſic ibidem habebitis pacatum Imperium, & tranquillum. Aut excelſa manus veſtræ Magnificentiæ rebelles conteret, falſos exterminabit, & infideles proditores Sacri Imperij fœliciter ebdomabit.

Litteræ, quas Dominus Imperator remiſit Ecelino.

VIII. AD prædictas autem litteras Dominus Imperator reſcripſit, & verba huiuſcemodi Ecelino tranſmiſit. ℭ Fredericus, Dei gratia, Imperator Romanorum Auguſtus, Hieruſalem, & Siciliæ Rex; Dilecto fideli ſuo Ecelino de Romano, gratiam ſuam, & bonam voluntatem. Si diligenti cura conſpicimus deuotionis tuæ operam, & effectum; appellari debes merito illius fidelitatis legitimus ſucceſſor, & hæres, quam olim, dignæ recordationis, & memoriæ, pater tuus, in tempore ſuo geſſit Imperio, & Coronæ. Quare fidelitatem tuam dignis laudibus commendamus, & curabimus, dante Deo, de munere noſtræ gratiæ tuis obſequijs reſpondere. Inſpicientes vero tuarum litterarum tenorem, non poſſumus non mirari: quoniam recordamur, quod Azo Eſtenſis Marchio, de noſtris fidelibus vnus, pater Marchionis

by Google

nis præſentis, fideliter nobis aſtitit quondam tam in belli tempore; quam in pacis, nec vnquã deuit noſtræ Imperatoriæ Maieſtati. Si enim licet aliquando in primis annis in Apulia rebelles domuimus; ſi tempore procedente in partibus Alemanniæ paſſi ſumus plura diſcrimina; ſi ciuitatum lites, & ſciſmata ſedauimus in partibus Lombardiæ; nemo fuit noſtrorum Principum, vel Baronum, qui plus lateri noſtro aſſiſteret, quam idem Marchio, quem noſtrũ quaſi patronum habuimus ab ipſis cunabulis, & præcipuum defenſorem. Eſt itaque ſatis abſonum, ſi filius tam enormiter a paternis actibus deuiat, & bene geſta parentis reprobabiliter dehoneſtat. De cæteris quoque Marchiæ Taruiſinæ Nobilibus, per nos nulla acerbitate grauatis, etiam admiramur, ſi declinant ab Imperiali ſeruitio, velud in tuis litteris intuemur. Sed ad partes illas expedit nos venire: vnde noſcas indubitanter, nos tranſacto proximo feſto Epiphaniæ, aſſumpturos, fauente Domino, viam noſtram: itaquod vſque ad diem Conuerſionis Beati Pauli, vel circa, ſperabimus, te, & alios noſtros fideles de Marchia viſitare, & ſuper factis ipſius Marchiæ, cum tuo; & aliorum noſtrorum fidelium conſilio, quod vtilius fuerit faciemus. Data Cremonæ xij. kal. Ian. Anno Domini M CC XXXVIII.

De Introitu Domini Imperatoris in Padua, & de Domino Thebaldo, qui factus eſt Poteſtas ibidem.

VEnerat Imperator Vicentiam: & inde motus ſequenti anno Domini M CC XXXIX. die ſequenti exeunte Ianuario; verſus Paduam equitabat magnifice ſociatus. Cum ipſo nanque fuerunt Cremonenſes multi. ſ. Ambaxatores Communis illius, & alij Cremonenſes *Milites* pro Imperatoris honore, Theotonici, Apuli, Sarraceni, Barbari quidam, & etiam quidam Græci. Occurrerunt ei obuiam Eccelinus, & Paduani bene per quinque milliaria foras a Ciuitate, cum multa lætitia exultantes, Milites, & Pedites, cum cymbalis, & citharis, & inſtrumentorũ diuerſis generibus, cum carrocio, cõpioſis diuitijs, & ornatibus decorato. Multæ quoque *Dominæ præſtãti pulcritudine, pretiolis veſtibus* refulgentes, ſedentes *in* phaleratis, & ambulantibus palafredis. Hic profeſſus eſt Imperator, loquens ad Eccelinum ſecum pariter equitantem, ſe nunquam vidiſſe citra, vel etiam vltra Mare, nec in aliqua parte mundi, ſic communiter gentem egregiam, bonis moribus adeo inſignitam, ſic vtique curialem, vel prouidam vſquequaq;. Tunc acceſſit vnus de Popularibus Paduæ, nomine Iacobinus Texta ad cendatum pendens de ſublimi antema carrocij, & capiens ipſum cendatum, ſeu vexillum ambabus manibus, reuerenter dedit in manibus Domini Imperatoris, & ait, Hoc tibi, Domine potentiſſime, tuum Commune Paduæ repræſentat, vt per Coronam tui capitis, Padua in iuſtitia conſeruetur. Quod ipſe viſus eſt audire, & recipere vultu hilari, & iocundo. Sic itaque, cum ſummo gaudio, receptus eſt Imperator in Padua die illa, & de Epiſcopatu, ad quem deſcendit in prima die, ſequenti die iuit, & hoſpitatus eſt in Monaſterio Sanctæ Iuſtinæ, per duos menſes, vel circa. Hinc ibat aliquando ad venandum, aliquãdo ad paiſſandum, ipſum nanq. plurimum hæc, & ſimilia delectabant ſolatia. Ibat etiam quandoque Noentã, vbi morabatur hoc tempore vxor eius, filia Regis Angliæ, quæ volebat potius appellari Regina, quam Imperatrix. Fuit etiam Dominus Imperator ad Montemſilicem, quæ eſt Camera ſpecialis Imperij in Padnano diſtrictu, montis cuius ſecuritatem mutari iuſſit. Vidit, & cognouit, ibidem ſtando, caſtra Marchionis Eſtenſis, potentiam, & loca ipſius: quo ſi quidem in Monteſilice conuocato, habuit ſecretum colloquium cum eodem. Illic Arnaldus Abbas Sanctæ Iuſtinæ de Padua, vir nobilis natione, quia de proienie Cataniorum de Limena Paduani diſtrictus; ſe Domino Imperatori, ſicut bene decuit, præſentauit: per ordinem ei dicens, quod Eccelini timore fugerat de Monaſterio illo, quod nunc eſt Domini Imperatoris, & eius erit donec vixerit idem Abbas. Sic quoque diebus illis aſſumpto ipſo Abbate ſecum Paduam iuit, & habitauit Imperator, & ipſe Abbas in Monaſterio. Sed ſequente ſolemnitate de Ramis Palmarum, totus quaſi Populus Paduæ conuenit in Prato Vallis: quoniam mos eſt in tali die, quod Paduana gens illic totaliter congregatur. Ibi Dominus Imperator ſedens in eminentiori loco in ſuo throno, ſe cunctis oſtendit hilarem, & iocundum. Et Petro de Vinea Apulo eius Iudice, pro ipſo Domino ſapienter locuto; inter Dominum Imperatorem, & Paduanum Populum foederauit quodammodo multam beniuolentiam, & amorem. Secutum eſt poſtmodum feſtum Paſchæ, & Dominus Imperator audita ſolemnitate Miſſarum in

IX.

Digitized by Goog

Maiori Eccleſia,propter honorem diei;dum ad Sanctam Iuſtinam rediret,oſtendit ſe,cunctis videntibus, capite coronato. ℂ Hic autem poteſt manifeſte notari, quod Diuina potentia ludit in rebus mundi,& tempus vnius horæ vix continet certam fidem : nam ante vij. dies in Padua murmuratum eſt per Populum Paduanum, quod Romæ Papa Gregorius in die de Cœna Domini tunc tranſacta, Fredericum ipſum Imperatorem excommunicatum pronunciauerat cunctis gentibus congregatis ibidem,propter indulgentiam,quam annuatim facit Apoſtolica Sanctitas tali die. ℂ Hijs diebus obijt Dominus Iacobus, Dei gratia, Epiſcopus Paduanus.

De excuſatione Imperatoris ab excommunicatione facta in eum.

X. CVm inſonuiſſet per Paduam, quod Imperator erat excommunicatus per Papam; tunc ipſe fecit protinus conuocari magnam Concionem in Palatio Paduæ:& dum illic in ſua Maieſtate ſederet; ſurrexit Iudex Imperialis Petrus de Vinea, fundatus multa litteratura diuina, & humana,& poetarum: propoſuit autem illam auctoritatem Ouidij

Leniter ex merito quidquid patiare ferendum eſt,
Quæ venit indigne pœna, dolenda venit.

Et aptata ſapienter auctoritate intentioni; diſputauit,& edocuit Populum, quod cum Dominus Imperator foret adeo benignus,& iuſtus Princeps,& Dominus æquitatis, ſicut vnquã fuerit aliquis,qui a Karulo citra Imperium gubernaſſet; digne poterat de Sanctæ Matris Eccleſiæ Rectoribus conqueri,& dolere. Ipſe enim Dominus Imperator non dedignabatur coram omni Populo proteſtari, quod ſi iuſte foret lata excommunicationis ſententia contra ipſum; paratus erat modis omnibus exponere ſe cunctis Eccleſiæ capitulis, & mandatis. Sed quia hæc pœna indigna venit, non miretur aliquis, ſi venit vtique & dolenda. Immo ſi pœnam ipſam merito pateretur; leniter ſuſtinendum eſſe decerneret, & ferendum. Mirabatur, ergo de Miniſtris Apoſtolicæ Sanctitatis,quod eorum ſententia in tantum præcipitium corruerat ſic incaute;quod illic,vbi nullum peccatum præceſſerat,pœna ſic enormiter ſit annexa. Hæc autem facta ſunt anno prædicto Domini,de Menſe Aprilis.

De quibusdam Paduanis miſsis ad mandata iuſsu Imperatoris, & de quibuſdam redemptis.

XI. DIuiſa Concione prædicta, cogitationes Paduanorum diuerſimode mouebantur. Imperator autem,volens placere omnibus de Marchia toto poſſe; equitauit Taruiſium, vbi honorabiliter eſt receptus. Ibi Poteſtatem conſtituit, de voluntate totius Populi Taruiſini, Iacobum de Morra Apulum,fidelem Imperij,virum prouidum,& prudentem. Reuerſus quoque Paduam,vocauit, & fiduciam dedit Marchioni Eſtenſi:cuius acceptis caſtris in Imperij cuſtodiam; fecit eum venire Paduam, & omnes,qui pro ipſius parte ciuitatem exiuerant: & affidati ſunt, & venerunt, præter illos, quos carcerauerat Ecelinus. Qui Ecelinus animo ſuo conſiderans, quæ videbantur occurrere; ſpiones quoſdam poſuit in contrata Sanctæ Crucis de Padua, per quos ſcire poſſet qui obuiam irent quando inde Marchio veniebat in ciuitatem: & eorum habuit nomina pro magna parte in ſcriptis. Dum itaque Imperator ad Sanctam Iuſtinam ſtaret; & forent in ciuitate Marchio, & Magnates amici de parte eiuſdem Marchionis.ſ. Dominus Biaquinus, & wecili de Camino, & alij; ex altera vero parte Dominus Ecelinus, & Albricus de Romano fratres, & omnes alij eorum amici; multa, & magna tunc fiebant ſecreta Conſilia apud Monaſterium Sanctæ Iuſtinæ, ſingulis noctibus, & diebus. Tunc accepit Imperator Principem Raynaldum filium Marchionis,& eius vxorem,ſibi iam antea deputatam, ſed nondum datam, Aledeitam filiam Albrici de Romano; & eos pro obſidibus tenuit, & poſtmodum in Apuliam miſit, dicens quod hoc erat pro bono pacis. Et prætendens cauſam etiam concordiæ confirmandæ, iuſſit idem Dominus Imperator, quod Dominus Iacobus de Carraria,Dominus Aduedutus Aduocatus de Padua,irent Mantuam; Dominus Vbertus Daleſmaninus, Dominus Henricus olim Domini Forzatè de Padua, Iacobus Alberti de Ponte Molendinorum, Gumbertinus de Balegante, Matthæus Capellina Iudex, Bartholomæus Iudex olim Vani de Zaco, Dominus Iuanus Iohannis Croſnæ Iudex

ſimi-

similiter, Aliorus Waiapa, & quam plures alij de maioribus ciuibus Paduæ, qui iuerant, vt dictum fuit, obuiam Marchioni; Vicentiam irent. Sed Domini Vbertus, & Henricus de Forzatè mandatum Imperiale spreuerunt, quod eis postea bene cessit. Alij vero cum suo damno fecerunt quod eis præceptum fuit. Iuit tunc Dominus Imperator Vicentiam, & illic colloquium habuit cũ Magnatibus omnibus de Marchia Tarusina: & illuc fecit ad se venire Dominum Iordanum Priorem Sancti Benedicti de Padua, quem Ecelinus in Aslo tenuerat iam quasi per duos annos incarceratum, & quosdam alios nobiles, quos similiter adhuc captiuos tenebat in eius Castro Sancti Zenonis, in Fonte similiter, & in Aslo, & Prata. Dominum Iordanum donauit Domino Patriarchæ Aquileiensi: hac tamen conditione facta per consilium Ecelini, quod Paduam non veniret. De alijs, quosdam absoluit, & quosdam carceratos adhuc dimisit. Et stans ibidem Vicentiæ, fecit sibi Monteclum maiorem dari, castrum. s. Vgucionis de Pileo Vicentini districtus: & positis ibi custodibus Sarracenis, fecit ipsum vlterius per Imperium custodiri. Ibi si quidem dictum fuit. s. in Vicentia, quod facta erat conspiratio quædam in detrimentum Imperatoris, quod postmodum inuentum est esse falsum. Hoc veruntamen verum fuit, quod cum Imperator vellet proficisci Veronam, & ire in Lõbardiam, credens Marchiam planam esse; Albricus de Romano, & Biaquinus, & Wecili de Camino Tarusium festinanter emtes; ciuitatem illam quodam mane ceperunt, & tenuerunt, & hoc fuit in mense Madij. Vxorem Iacobi de Morra, qui Potestas erat, ceperunt, & eam curialiter posuerunt in custodia de maioribus Dominabus de ciuitate. Alij vero omnes, qui pro Imperatore illic fuerant capti sunt, & detenti, præter Potestatem, qui per commeatum cuiusdam Militis Tarusini, qui iam erat multum amicatus cum ipso, fugit ad castrum Mestri.

De hijs quæ facta sunt ab Imperatore stante apud Castrum Franchum.

HAc de causa Paduam rediit Imperator. Fecerat autem, & in Padua constituerat ante *prædictum factum in kalendis Madij præteritis, anni. s.* MCCXXXIX. *Tybaldum* XII.
Franciscum de Apulia Potestatẽ Paduæ, & Imperialem Vicarium in Marchia Tarusina generaliter a flumine Olij, vsque Tridentum. Constituit autem eodem mense generalem exercitum, & cum carrocio Paduæ, circa finem eiusdem Mensis, duxit exercitum ipsum ad Castrum Franchum, locum Tarusinorum. Et horam motionis elegit per consilium Magistri Theodori sui Astrologi, qui stetit cum astrolabio sursum in turri Communis, expectans, vt dicebatur, quod ascenderet prima facies, vel horoscoparet Leonis, cum diceret Iouem esse in illo. Sed cum per astrolabium hoc videre non posset tempore nubibus obumbrato; si licitum est dicere, tunc fuit in sua electione deceptus: quia nec erat Iuppiter in Leone, nec Leo tunc ascẽdebat, sed Virgo. Et ita cum Scorpio tunc esset domus itineris, quia certia; innuebat quod exercitus, vel Imperator, ad cuius petitionem fiebat, offendi deberet in fine: quasi cauda Scorpionis hoc faceret, quæ dicitur infidelis, & venenata: & hoc esse debebat antequam Imperator longe recederet a Marchia Tarusina. Iuit ipse tamen in sua persona propria, iuerunt secum etiam Estensis Marchio, Ecelinus de Romano, & multi Magnates, & Milites vtriusq; amici, Pedites, Balistarij, & quasi omnes de ciuitate, & villis, quia libenter quilibet sequebatur Imperatorem. Fixis igitur tentorijs circa prædictum locum Tarusinorum, & illic stante exercitu copioso; Dominus Imperator pro se dici fecit, & arengari, & dedit terminum Tarusinis, quod vsque ad viij. dies ad ipsius mandata venirent: quod cum facere contempsissent a termino præterito, Priuilegium dedit, & scribi fecit, quod Imperialis Maiestas videns Tarusinos existere contumaces, Paduanos vero subditos, & fideles; confirmans constitutionem illam, vsque tempore Cæsaris introductam, & allegatam,

arma tenenti
Omnia dat, qui iusta negat;

Donauit, ex Imperiali gratia, Populo Paduano Castrum Franchum, & Ciuitatem Tarusij, a flumine Sili citra, s. versus Paduam, vsque ad Mare. Et hoc Priuilegium Aurea Bulla Imperij roboratum, Domino Tybaldo Potestati Paduæ, pro ipsius ciuitatis Communi recipienti, solemniter ibi dedit. ¶ Ea quoq; die, qua fecit istam gratiam Paduanis, contingit Marchionem ad exercitum, de Cittadella, quasi cum C. militibus, equitare, & Ecelinus de Romano eadem hora, cum militibus xx. vel circa, de exercitu equitabat ad Cittadellam. His ergo

dua-

duabus Aquilis ſibi ad inuicem recta linea appropinquantibus equitando; fuerunt quidam hinc inde, qui diuerſas cogitationes fecerunt: donec ipſe Marchio miſit Dominum Iacobum de Sancto Andrea, & Aylum de Compagno, Milites ſapientes, & infignitos, qui Ecelinum ipſum curialiter rogauerunt, quod ſibi de ſua liberalitate placeret diuertere aliquantulum a dextris, vel a ſiniſtris: quod ipſe quidem diſcrete fecit, & iuit vtraque militia viam ſuam.

Qualiter dum ſtaret dictus exercitus, obſcuratus eſt Sol, & receſſit Imperator in Lombardiam.

XIII. POſt hæc Dominus Imperator ſequenti die miſit primo baliſterios, & miſit gualdanam ſuam; ſecundo milites, & pedites, & omnes etiam vaſtatores, & damnificare fecit, in quibuſcunque potuit, inimicos. Quibus ad waſtum manentibus, die iij. intrante Iunio, ſtatim poſt horam nonam, in anno Domini ſupradicto M CC XXXIX. Sol eſt cunctis videntibus obſcuratus, & durauit Eclipſis Solis fere per duas horas: ita quod gauiſi ſunt illi de Caſtro Francho, dicentes quod ipſe Deus hoc miraculum oſtendebat, vt pœniteret Imperatorem, & cæteros de iniuſta offenſione, quam nitebatur facere Tarviſinis. Ipſe tamen Dominus Imperator, quanuis non ignoraret cauſam eclipſationis, vt credo; hac re miraculoſa oſtendens, ſe tanquam conterritum, recedere diſpoſuit de hoc loco; & vocatis ad ſe Marchione, & Ecelino, aliiſque maioribus de Marchia de ipſo exercitu, quaſi circa L. locutus eſt inter eos: & oſtendens ipſis, quod oportebat eum ire in Lombardiam; cuilibet eorum ſolidum de Imperiali Camera dari fecit. Exercitu vero dimiſſo, arrepto itinere equitabat verſus Lombardiam cum eis, habens, & ducens ſecum Theotonicos omnes, & Apulos, in quibus præ cæteris gentibus confidebat. Cum autem hæc tota militia eſſet in confinio caſtri de Sancto Bonifacio Veronenſis diſtrictus; dicitur quod vnus de familiaribus Imperatoris, manu dextera poſita ad proprium collum ſuum, & verſus Marchionem reſpiciens; ſignum fecit, quaſi de capite exſecando, diligebat enim Marchionem, & ſuam partem: quod Marchio protinus, & ſatis viliter annotauit, & illis amicis ſuis, quibus caute ſignum facere potuit, tardatis ſecum poſt alios equitantibus; intrauit cum eis in Sancti Bonifacij caſtrum, & ibi manſit. Quo quidem notificato Imperatori; miſit Petrum de Vinea pro Marchione reuocando, & ſuis, dicens quod fidantiã dabat ipſi Marchioni, & Comiti, cunctiſque eorum amicis: & addens quod volebat pacificare Comitem, & omnes de ſua parte, cum illis aduerſæ partis, ipſumq; Comitem, & ſuos ponere in Verona. Exarſerat enim capitalis diſcordia in Verona, vſq; ab illo tempore, quo pars Monteclorum, cum Ecelino, Comitem, & amicos eius ceperat in Palatio Veronenſi: vnde diruptæ erant domus, & turres amicorum Comitis, & ipſius amici quidam in carceribus finiuerant miſerabiliter vitam ſuam, quidam fuerunt mortui diuerſis generibus tormẽtorum. Dum igitur Imperator ſciuit per ſuos Nuntios deſtinatos ad Marchionem, quod ipſe Marchio, & Comes, eorumque amici ad ipſum Imperatorem nullatenus veniebant; fecit apud Villam Nouam, vbi erat, detineri Dominum Nicolaum de Lucio, Aylum de Compagno, & alios, quos habere potuit Marchionis amicos: iſti nanque, quia erant longe a Marchione, ſcire non potuerunt Marchionis receſſum. Eſſe enim conſueuit aliquando, quod ouis, quæ elongatur a grege, vel a paſtore, aut forte damnabiliter decidit in errorem, aut quod eſt durius, cadit in iram lupi. Demum iuit Imperator Veronam, & amodo fuit ſtudioſior cuſtodiri exitum, & introitum de Alemannia in Lombardiam, & e conuerſo: ſunt enim quædam loca in diſtrictu Veronæ, quæ vulgus appellat Cluſas, per quas de facili poteſt negari talis introitus, & patere. Nicolaum vero de Luzio, & Aylum de Compagno, Principem Raynaldum filium Marchionis, & obſidem pro eo, alioſque Paduanos ciues, quos Ecelinus olim tenuerat in Caſtro Fontis, & in Prata, & alibi; quoſcumque habere potuit, miſit Cremonam, & Parmam, & iuſſit eos ibidem optime cuſtodiri.

De caſtris Marchionis per ipſum recuperatis.

XIV. SIc patuit manifeſte, quod illi qui ſe monſtrabant fideles Imperatoris, calcaneum, & caudam leuauerunt in ipſum, primum quam exiret Marchiam Tarviſinam. Exercitu quoque reuerſo a Caſtro Francho; & locis, & caſtris Marchionis per Imperatorem adhuc deten-

tis;

tis; male actum est in ciuitate Paduæ, de aliquibus Marchionis amicis, qui apud dictum exercitum inerant sub tutela Imperatoris: nam quidam redeundo secure nimis, iniuste sunt detenti, & in carcere sunt recluſi; alij in proprijs domibus capti sunt, sine causa; alij sunt occisi, dum sani, & incolumes capti forent. Et sic ciues illi, qui aliquam honestatem habebant, dolere ceperunt, & quasi medullitus contristari, cum viderent tantas, & tam horribiles iniquitates in Padua perpetrari. Sed ipse Estensis Marchio voluit ostendere se dolere: nam cõgregata omni gente, quam potuit, spem suam, quam totam iactauit in Dominum, fortunam suam etiam, quam viriliter est secutus, proposuit attentare. Et cum sit Estensis Marchio, hostiliter venit ad terram suam. Et hoc in breui tempore patuit, quod in se sperantes Deus nullatenus derelinquid. Estensem Villam protinus recuperauit, & roccham, & Baonem per arma rapuit, Lucium propter famem, resistentibus Sarracenis vsque dum potuerunt, quos illic posuerat Ecelinus. Calaonem habuit propter trabucchorum timorem: & dum circa Cerrum maneret in costis montis, & parari faceret ædificia ad capiendum inimicos, & locum; ipsi vero qui in Cerro manebant victualia non haberent; volens Ecelinus stans Paduæ dare illis succursum; festinanter parauit exercitum Paduanum, & intrauit cum ipso exercitu inter Baonem, & Calaonem, suspicans forsitan quod Marchio cederet de obsidione Sarracenorum. Sed Marchio erat in alto montis, Ecelinus in plano: Vnde deceptus est Ecelinus, nec suis expectantibus potuit exhibere succursum: quanuis sæpe nudis ensibus, & motis banderijs, nutum frequenter faceret, quod Lombardi Mactare dicunt. Immo nunquam Ecelinus ipse tantum de aliqua temeritate pœnituit, quamquam quod in vanum intrauerat fauces illorum montium, & quasi deserta loca. Quo festinante quam citius potuit ad regressum; Marchio Cerrum habuit, & illam incultam gentem: sed eius benignitas custodes illos offendere non permisit. Hæc autem prædicta facta sunt Mense Augusti præscripti anni.

De conspiratione prima, & maleficijs primo factis in Padua.

INdignatus est nimium *Ecelinus*, quod Marchio recuperarat sua Castra. Et ecce diebus illis inoleuit susurratio quædam, & dictum est inter *Ecelini* fautores, quod aliqui conspirauerant contra eum, volentes Ciuitatem Paduæ tradere Marchioni, & quod Miles quidam Paduanus manens in Buuolenta, Zufredus nomine, litteras misit Domino Aueduto Aduocato de Padua, qui tunc tenebat Castrum Brentæ contrarius Ecelino, vt veniret ad Buuolentam accipiendam, & quod haberet eam de facili. Sic itaque Zufredus ipse captus, & ductus Paduam, primo decapitatus est in foro, nec conuictus in aliquo scelere, nec confessus. Post quod recte per dies xv. in Mense Septembris eiusdem anni M CC XXXIX. & eiusdem conspirationis causa, vt dictum fuit, decapitatus est in foro Miles vnus de Maioribus de Padua, qui dicebatur fuisse primus, qui iurauerat in principio guerræ seruire Domino Ecelino, & aperire ei Portam Molendinorum, vt ciuitatem ingrederetur contra totius Communis Paduæ voluntatem. Et ista eadem die nobilis quidam Clericus, de Maioribus Canonicæ Paduæ combustus est in Prato Vallis. Qua die similiter xviij. homines de bonis ciuibus, & Burgensibus, & quibusdam Villarum habitatoribus, quos dictum fuit colloquium habuisse cum Domino Iacobo de Carraria, tunc Marchionis amico; suspendio traditi, dolorosam mortem, & vituperabilem sunt perpessi. XV.

Explicit Liber Quartus.

INCIPIT QVINTVS.

De obsessione, & captione Ferrariæ.

IAngores igitur, & angustiæ multiplices adhuc angere videbantur Marchionis amicos: dum. s. in Padua, in Verona, in Ferraria, in Vicentia, nullus auderet de Marchione ipso, nec de ipsius amicis facere mentionem. Immo volentes quidam placere; cum vidissent cometam, quandam stellam comatam. s. apparuisse circa finem Ianuarij, in partibus Occidentis, in anno sequenti, videlicet M CC XL. dixerunt mutari I.

Digitized by Google

tari in anno illo Marchexatum Eſtenſem: quia tale ſignum talia portendebat. Sed quoniam Deus Dominus, & pater iuſtitiæ, æquitatis adiutor, ſuperbos frangit, & conterit, benignis, & humilibus ſubuenit, & miſericors ſæpe porrigit manum lapſis; cum iam, per Dei gratiam, Marchio ſua loca prædicta recuperaſſet; quanuis Ecelinus prædictas Ciuitates haberet; tamen aliquanta proſperitas quodam modo Marchionem ipſum, eiuſdemq; amicos mouit, & animauit vlterius ad maiora. In eodem nanque anno Domini MCCXL. menſe Februarij, placuit Domino Iacobo Teopolo Duci Venetiarum; Comiti de Sancto Bonifacio; Albrico de Romano, qui indignatus tunc erat cum fratre ſuo Ecelino, propter ſuam filiam acceptam ab Imperatore pro obſide conſilio Ecelini, cum Albricus idem eã haberet caram, plus cunctis ſuis deſiderijs, & theſauris; placuit etiam Mantuanis Communiter omnibus, obſidere Ferrariam. Et habuerunt prædicti omnes amicos ſuos quoſcunque habere potuerunt, & vndecunque. Sic itaque fuerunt omnes cum Marchione, & ipſe cum eis, fueruntq; ibidem etiam Nuntij Romanæ Curiæ, cum Legato Domino Gregorio de Montelongo, & quantitas quædam Bononienſium, & Mediolanenſium, ita quod illic fuerit exercitus copioſus. Itaq; cum eſſet Dux Venetiarum in propria perſona ibidem; & conducerentur naues multæ, & magnæ de Venetijs per aquas Padi, paratæ, & turritæ, vt hinc poſſet Ciuitas expugnari de facili; Salinguerra, qui erat intrinſecus, quanuis iam foret animoſus homo, probus tamen, ſapiens, & aſtutus; cum ipſis Ferrarienſibus dilectis ſuis, ciuibus, ſubditis, & amicis, longo tempore viriliter ſe defendit. Tandem ordinatum eſt quoddam colloquium, quod ipſe Salinguerra veniret extra: & venit vt loqueretur cum Magnatibus de exercitu, pro facto pacis, & concordiæ pertractandæ. Sic ipſe, cum fuit extra, miſſus eſt Venetias curiali modo, & digna reuerentia cuſtoditus: vbi poſt aliquos annos debita naturæ perſoluit, & eidem in eius morte omnes maiores, & nobiles de Venetijs magnam fecerunt reuerentiam, & honorem. Filius eius Iacobus, prænominatus Taurellus, ab hijs qui regebant exercitum licentiatus, receſſit, & ſtetit poſtea multo tempore Paduæ in curia Ecelini. Ingreſſus eſt Marchio cum Legato, & Domino Duce, ac cæteris maioribus in Ferraria, & honorabiliter ſunt recepti; ciuitas, & habitantes in ea, benigne, & indemnes in rebus, & in perſonis, & amicabiliter ſunt tractati; Domino quoq; Stephano Badoario de Venetijs illic conſtituto pro Poteſtate; diuiſus eſt exercitus, & ſunt omnes maiores, medij, & minores, cum magna lætitia, regreſſi ad domos ſuas.

De captione illorum a Vado.

II. A Duenientè menſe Iunij; in ipſo prædicto anno, capti ſunt nobiles illi de Vado, hac de cauſa: nam paucis diebus ante, dum defendebatur Ferraria, locutus eſt Ecelinus inter quoſdam Magnates de Padua, quos fictitie appellabat amicos; confortans eos, ne de obſidione Ferrariæ dubitarent: & voluit de illorum conſenſu, quaſi curialiter, detinere nepotem ſuũ Guillielmum de Campo Sancti Petri, filium condam viri nobilis Domini Iacobi de Domino Tiſone maiore, quem Guillielmum ceperat iam condam in Caſtro Fontis adhuc infantem, vt ſupra legitur in ij. libro, nono Capitulo §. Sic igitur, &c. Et aſſerens ſe de ipſo non dubitare; dicebat, quod hoc faciebat in ſui nepotis honorem. Sed attinebant Guillielmo proxima linea parentelæ Domini Ruzerius, Vgo, & Vbertinus a Vado pro parte materna, & ipſorum conſanguineus, multumq; amicus erat Dominus Gnanfus Iudex: qui omnes quatuor proteſtati ſunt, willielmum eſſe firmiſſimum, & conſtantem Domini Ecelini amicum, & ſeruitorem. Attamen tempore procedente, protinus cum Ferraria capta fuit, forte timuit willielmus, quod Padua nollet vlterius Ecelino ſubeſſe. Itaque cum auo ſuo materno Domino Gerardo, alijſque ſibi fidelibus, qui ſequi voluerunt eundem; iuit ad ſuum caſtrum de Triuillis, & illic ſe poſuit, & muniuit. Quod cum ſcitum eſt ab Ecelino; vocatis prædictis quatuor Guillielmi amicis; acerbe improperauit eiſdem, tam id quod willielmus fecerat, quam id quod ipſi pro eo prius fuerant proteſtati. Cum igitur Vgo de Vado iuiſſet de mandato, & licentia Ecelini pro willielmo reuocando mandatis, quem prorſus reuocare non potuit; reuerſus eſt idem Vgo ad Dominum Ecelinum. Sic ergo incontinenti detentus eſt ipſe, cæteriq; tres ſuperius nominati cum ipſo, & miſſi ſunt in carcerem ad caſtrum Cornutæ; bona eorum omnia accepta ſunt, & poſita in Communi; parentes, ac eorum amici conuerſi ſunt in fugam, & in receſſum. ¶ Eo autem tempore, quo capti fuerunt, incuſatus fuit vir quidam prudentiſſimus, nomine Zugnus, campio virtuoſus, & pugil, qui morabatur ad Sanctam Crucem,

Crucem, quod ſtans ſub porticu Sanctæ Crucis, lamentando dixit contra quendam eiusdē ora, Nos currere deberemus ad arma, nec permittere nobiles, & Magnates noſtros de Padua ſic crudeliter, immo viliter carcerari. Propter hoc verbum captus eſt ipſe Zugnus, & ille cui locutus fuit, cum eo, nomine Peregrinus, de contrata eadem, & eſt vterque decapitatus in foro ſtatim diebus illis. Qui autem miſſi fuerunt Cornutam in carcere, poſt quatuor annos, vel circa, iuſſu Ecelini exiſtentis Veronæ, confixis magnis trabibus ad oſtium carceris; xxx. diebus concluſi vociferantes, & eiulantes miſerabiliter panem, panem; viram vltimo martirio finierunt. Et ſic ibidem poſtmodum deſiccati, tectis neruis, & oſſibus pelle ſola nigra, & horrida ſunt reperti. Heu dolor eximius, & tremendus, heu timor, & anxietas inaudita! Vanitatum vanitas ineffabilis, vita mortifera, mundus fallax! Quibus enim quandoque fuerat bonorum omnium, cunctarum deliciarum affluentia copioſa; tam iacent rigidi, & deformes; tam triſtis eis, & doloroſus, immeritus, & indignus contingit finis vitæ; vt nec poſſit in cor alicuius aſcendere, nec exprimere ſufficiat lingua carnis.

De facto Syluazani.

SEquente Menſe Iulij die xiij. exeunte, Dominus Marchio, cum quadam militum, & peditum quantitate venit Syluazanum. Dominus Ecelinus cum militibus duorum Quarteriorum de Padua ea die non erat in ciuitate; illi vero qui tunc in Padua ſunt reperti milites, & pedites, cum Domino Tebaldo Franciſco, & Theotonicis, qui illic aderant, ſubito fuerunt ad arma; exeuntes ad inimicos ſeꝛierunt, & captis aliquibus de parte Marchionis, circa L. inter milites, & pedites; mortuis etiam illic x. Sarracenis, de parte Imperatoris, qui de Monte Rubeo deſcenderant cum arcubus, & ſagittis; Marchio verſus Galzegnanum receſſit, & tranſiens per montana, vnde via eſt ſatis aſpera, & ſaxoſa, peruenit ad Eſte. In facto autem prædicto aliqui, ſed non multi, ſeꝛierunt hinc inde; inter quos wercius de Trauertino, & Iacobus de Marſilio Paduani Ciues, ſed expulſi de Padua, nunc pro parte Marchionis viriliter pugnauerunt; & licet ipſi capti forent ad vltimum; tamen in primo pugnæ impetu, per magnam moram temporis, totam aciem Theotonicorum ipſi ſoli duo viriliter tenuerunt. III.

De facto Agnæ, & morte Domini Iacobi de Carraria, & de morte Domini Aduocati.

IN hoc eodem anno Domini M CCXL. Domino Tibaldo Franciſco Poteſtate in Padua, exiſtente Ecelino Veronæ, die xiij. intrante Auguſto, idem Dominus Tibaldus, cum tota militia Paduana, & cum M. peditibus bene armatis, equitauit fero quodam, & iuit Agnam, quam quidam de Paduanis exulibus muniuerant, & loco illo diſpoſito quaſi in formam caſtri, permanebant ibidem. Adiunxit autem Paduana militia mane tempeſtiue ad locum, & iuſſu facto in Agnam ex improuiſo; Dominus Iacobus de Carraria vir ſtrenuus, qui caſtrum tenebat, cum illis de loco viriliter ſe reduxit ad arma: & in dextrarium ſuum ſedens, & omnibus armis militaribus decoratus, quantum nobilis Miles debuit; prudenter, & egregie ſe defendit in primis: Dicit tamen vulgare prouerbium, quod & ſi Deus adiuuat pauciores, plures tamen ſunt ſoliti ſuperare; aduenientе nanque militum, & peditum multitudine numeroſa; captus eſt ipſe Dominus Iacobus, multis tamen primitus ab ipſo proſtratis ad campum. Dum autem mulieres quædam, & homines, qui erant in loco Agnæ viderunt ſe circui, & ſuperari ab inimicis; timentes mortem; in obſcuram mortem, duram, & horribilem incurrerunt. Intrantes enim nauem quandam, vt tranſirent profundum gurgitem, qui erat a tergo Caſtri; cum intrarent impetuoſe, & irruerent indiſcrete; homines, cum ipſis mulieribus omnibus, & cum naue ſubmerſi, morte damnabili perierunt. Ductus eſt Dominus Iacobus detentus ad ciuitatem, veſtitus ab hijs qui eum ceperant nigra cappa: dicunt enim, quod talis eſt mos Imperij cum capitur aliquis, dum ſit nobilis, ſi pugnando capitur Imperio contradicens. Eſt autem vltimo ſupplicio datus, & ſicut virum decet nobilem, pœna capitis eſt punitus, die iv. poſt illud factum. Portatum eſt autem, & ſepultum corpus eius a dolentibus bonis ciuibus Paduæ, apud Eccleſiam Sancti Iohannis, a latere ciuitatis Paduæ, verſus ſero. ¶ Germanus eius Dominus Auedunus Aduocatus de Padua eiſdem diebus, cum quibuſdam IV.

Vene-

Veneris,& quibuſdam Paduanis expulſis, tenebat locum,qui dicitur Caſtrum Brentæ. Tunc quoque dictus Dominus Tibaldus Poteſtas claudi fecit aquas, & flumina circa Paduam, ve aquæ fluentes ad Caſtrum Brentæ decreſcerent:& quare faceret,ſciebatur a paucis. Quo facto Poteſtas ipſe, aſſumpta ſecum Paduana militia, & M. peditibus; equitauit ad partes illas. Inde circumerat Calcinaria, Mota, & Candiana: quibus captis, & deuaſtatis; appropinquans ad Caſtrum Brentæ, munitiones, quæ inde factæ fuerant diruit, & vaſtauit. Dum autem dictus Dominus Aduocatus, derelictus quaſi ſolus a ſuis,ſe cordis magnanimitate defenderet; & equeſter, fortibus armis munitus eſſet, & animo fortiori; ipſe vnus inimicos omnes fere conuertit in fugam. Sed & Theotonici quidam circa xxv. ſub Coneſtablo, ſiue ſub vna banderia, ſtricti quaſi in vnum globum, ipſum inuaſerunt a tergo: ſed ipſo ſe viriliter defendente, nullo modo ſuperatus fuiſſet, niſi quod ſub eo equus cecidit: vnde captus eſt, & deuictus, & impoſita ſibi eadem cappa, quæ germano eius poſita fuerat; & eo ſuper alium equum impoſito; ductus eſt Paduam,& per eundem Dominum Tibaldum, eadem ſæuities eſt facta in eum, die vij. intrante Septembri, eiuſdem anni, quæ in ſupradicto Domino Iacobo facta fuit.

Hoc tempore Fauentia eſt reddita Imperatori, & terra de Eſt a quadam proditione liberata.

V. HIs diebus,menſe Auguſti nuper præterito; Fredericus Imperator poſuerat ſe cum magno exercitu circa ciuitatem Fauentiam, & obſedit illam magnifice, & potenter continue toto tempore hyemali, vſq; per annum ſequentem. ſ. M CC XLI. & tunc die xiv. intrante Aprili eiuſdem anni, dicta ciuitas ipſi Imperatori ſe reddidit,& in Apuliam iuit. ¶ Iniſto eodem anno,tempore autumnali, morabatur Eccelinus Veronæ: vbi manens inſidiatus eſt Marchioni Eſtenſi, & taliter machinatus eſt cum quibuſdam, quod terra de Eſte fere tradita fuit in manus Eccelini,& inimicorum Marchionis, & ſuæ partis. Sed inuenta veritate per mulierem quandam, quæ vidit notarium quendam, nomine Oldericum, legentem in quodam broylo ſecrete quaſdam literas ſigillatas cum ſigillo vno, quod cuius erat neſciuit; & cognita re poſtmodum, quibus literæ legebantur, & vnde proceſſerant;per voluntatem Dei, & ſapientiam Marchionis, & prudentiam Pilei filij Vgucionis de Pileo de Vicentia, qui tũc erat Poteſtas in Eſte pro Marchione; propalatũm eſt proditionis negotium. Quo ſapienter inuento, puniti ſunt quidam, qui culpabiles ſunt inuenti die xiij. exeunte Septembri prædicti anni, quaſi de maioribus, qui tunc videbantur eſſe Marchionis amici, & Eſtenſi domui ſemper viſi fuerant extitiſſe ſubditi,& fideles. Et ſic Eſtenſis terra tunc a periculo eſt defenſa. ¶ Et hic incepit Bontrauerſius de Maltrauerſis eſſe amicus Domini Ecelini,& ſuæ partis,qui vſquead tempus iſtud,cum omnibus de ſua progenie,fuerat fidelior Marchionis, vt videbatur, quam aliqui Magnates de Marchia,ſiue Lombardia. Sed o graue damnum,& abhorrendum, cum quis claris prædeceſſoribus ortus, parentum facta laudabilia dehoneſtat.

De obitu duorum Apoſtolicorum in breui tempore.

VI. EOdem anno ſimiliter,Gregorius Papa,circa feſtum Aſſumptionis, menſe Auguſti deceſſerat: & ſteterunt Cardinales per xl. dies in Apoſtolici electione diſcordes. Sed menſe Octubri eiuſdem anni, quaſi in fine menſis,Cardinales elegerunt Dominum Zufredum Mediolanenſem,Cancellarium, in Theologia peritum: qui electus Miſſam ſolemniter celebraui in feſto omnium Sanctorum in Laterano, vbi Cardinales quoſdam, & Epiſcopos conſecrauit: & poſt circa dies xx. deceſſit.

De electione Innocentij Papæ Quarti, & obitu Imperatricis.

VII. POſt hæc, anno Domini ſequente M CC XLII. Cardinales concorditer elegerunt Innocentium Papam Quartum, diuini ſpiritus gratia illuſtratum. Qui tertio anno poſt ſui electionem, experiri volens quid ſancta Mater Eccleſia poſſet in Fredericum ipſum Imperatorem, ſed adhuc in excommunicatione iacentem; iuit Lugdunum, dimiſſis litteris in Apoſtolica

Digitized by Google

ſtolica ſede occulte,quibus per obedientiã, & in virtute Sancti Spiritus, fratribus ſuis Cardinalibus iniungebat,vt ipſum, omni mora poſtpoſita,ad eaſdem partes Lugdunũ ſequerentur. Quod ſtatim factum eſt vt præcepit. ℂ In ſupradicto anno etiam die ij. Decembris, Imperatrix eiuſdem Frederici vxor, & inclyti Regis Angliæ filia, diem clauſit extremum. ℂ Iſto quoque eodem anno,& menſe Decembris, Ecelinus Veronæ permanens, literas miſit Poteſtati Paduæ,& fecit dirui caſtrum Carrariæ Paduani diſtrictus.

De Montagnana combuſta, & capta ab Ecelino.

ANte hoc tamen,ſed in iſto eodem anno,die vj. intrante Ianuario, Dominus Vbertus de Daleſmanino,& quidam Veneti,venerunt ad Sanctum Hilarium, volentes ipſum locũ munire in modum caſtri: ſed a ſuo propoſito ſponte deſtiterunt. Ipſum etiam Sancti Hilarij locum,paucis diebus ante,deſtructioni ſubmiſerant, & ruinæ. ℂ Paucis diebus poſt iſtud factum, eodem anno, Ecelinus, qui nunc morabatur Veronæ, nocte quadam de menſe Martij, cum militia Veronenſi venit de Verona Leonicum,& ibi occulte ſtando,fecit ignem poni in Montagnana,quæ nunc tenebatur pro parte Marchionis, & per ipſum Marchionẽ: volens ipſam aut perignem capere,aut Marchionem habere,ſi poſſet. Ipſe quoque Marchio, manens in Rocca Eſtenſi,viſis primis ignibus, cum gente ſua velociter cucurrit Montagnanam: & hoc prouide inquiſito,quod non multum diſtaret Veronenſis militia,cum Ecelino; videns etiam, quod plures ignes,quaſi ex improuiſo, leuabantur per Montagnanam; notauit proditionem, & nefas. Igitur iubens & ipſe ignem poni ex illa hora; ſanus,& incolumis eſt reuerſus:acceptis tamen ſecum hominibus,& mulieribus,paruis,& magnis quoſcunque de ſua potuit bonitate, pro eorum ſecuritate, portare. Ex ſumma nanque benignitate procedit, cum nobilitas, & altitudo Magnatum fouere debiles,protegere imbecilles, defendere impotentes nullatenus dedignatur. Habuit Ecelinus ſequenti die Montagnanam combuſtam: & illic aliquibus diebus cum ipſa militia moram fecit.Conſtruxit ibidem caſtrum: & eidem in ipſo loco manenti redditum eſt caſtrum de Arcolis,quod vſque nunc per Dominum Rizardum Veronenſem Comitem tenebatur. VIII.

De quadam iniuſta ſententia lata contra duos ciues Paduanos, & de Galuano Lancea facto Poteſtate in Padua.

IN menſe Aprilis prædicti anni,Tibaldus Franciſcus a Domino Imperatore vocatus,de Poteſtaria receſſerat,& remanſerat Padua ſine Poteſtate vſque ad Menſem Iulij. In hoc menſe Dominus Galuanus Lancea venerat ab Imperatore miſſus,& ſtetit pro Poteſtate Paduæ. Sed in tempore illo,quo Poteſtaria vacabat (& tunc Dominus Ecelinus ſolus dominabatur ibidẽ) facta eſt quædam electio militum,in qua electus fuit Dominus Raynerius de Bonello Iudex. Hic acculatus fuit Domino Ecelino, quod ipſe conquerebatur de electione de ſe facta, & de tantis angarijs, quibus homines de Padua grauabantur. Et voluerunt quidam dicere, quod accuſatus fuit ſpecialiter de hac cauſa, quod poſſent rapi ſibi, & fratribus ea, quæ in Cauſylue habebant: Erant enim bene diuites in hoc loco. Ipſum igitur accuſatum Dominus Ecelinus fecit capi,& detineri:& vocata in Palatio Concione,rengauit ipſe Dominus Ecelinus:& inter cætera, quæ de ipſo proponebat illic præſente, & capto; aſſerebat ipſum ordinaſſe de prodenda Padua Marchioni,& eius parti: quod ipſe Raynerius,cunctis audientibus, dicebat non eſſe verum,& audebat dicere alta voce,quod mentiebatur aperte. Sed vbi vis, & praua potentia dominatur,illic ratio, & iuſtitia obmuteſcit. Iniuſte quidem, ſecundum credulitatem omnium exiſtentium in arenga, Ecelinus ipſum ſententiauit ad mortem, & capite punitus eſt in Platea, in tertia ſeptimana poſt Paſcha. ℂ Tunc etiam accuſatus fuit Miles quidam de Padua, multa corporis,& animi prudentia prædotatus, Dominus Almericus de Tadis, quod ſecrete locutus fuiſſet cum prædicto Domino Raynerio de prædicta ciuitate prodenda, & hoc ordinaſſet cum eo ſimul in Maiori Eccleſia Paduæ, illic inferius, vbi dicitur Confeſſio Sancti Fidentij: quod cum ipſe non confiteretur, mortuus eſt in tormento: & ita mortuus tam crudeliter,& tam iniuſte, decapitatus eſt ſimiliter in Platea. IX.

Digitized by Google

De deſtructione quadam facta per partes Tarviſini diſtrictus, & ad Eſte.

X. FActa militum electione prædicta,dum.ſ.Padua Poteſtate vacabat habuit Ecelinus quingentos milites de Padua, & M. M. peditum; habuit etiam partem waſtatorum ,& Baliſteriorum de Padua,& Paduano diſtrictu; ducentos milites de Vicentia, & M. pedites,waſtatores,& baliſterios multos;habuit & L. pedites de Verona. Cum iſtis omnibus mouit die vij. exeunte Madio,dicti anni Domini M CC XLII. & iuit Laureiam:& inde motus, iuit per villas,& terras Tarviſinorum,omnia deuaſtando:iuit etiam vltra Plauim, & inde redijt die vltimo Iunij,de quo loco diuiſit ſe amicabiliter ab ipſo Comes de Golizia , qui ad adiuuandum ipſum deſtructionem facere, cum multis militibus bene ſociatus aduenerat. Et ita demũ Dominus Ecelinus cum exercitu reuerſus eſt Paduam , & licentiauit illos de Verona , & illos de Vicentia , die v. intrante Iulio. ℂ Tunc infra ſex dies ſic ſunt duæ diſpoſitæ Poteſtates in Marchia Tarviſina per ipſum : quia dictus Dominus Galuanus Poteſtariam Paduæ iurauit die xj. intrante Iulio prædicti anni;& circa tempus iſtud, Manfredus Ricchus ciuis Tarviſinus factus eſt Poteſtas Vicentiæ. Henricus de Ygna,filius ſororis Domini Ecelini,factus eſt Poteſtas Veronæ. Cum quibus tribus Poteſtatibus congregatis in vnum , & habentibus ſecum quantancunque gentem ducere potuerunt; ipſe quoque Ecelinus cum gente de Padua,& habito Communi Montiſilicis,quam plenius haberi potuit; hoſtiliter equitauit ad Eſte , & fruges, & omnia præter caſtrum ſiue roccham, radicitus deuaſtauit. Quia vero pars altera a latere montium videbatur incolumis ; vocato ad ſe quodam nauta, qui ſciebat contratam illam, ſciuit per ipſum, quod militia aliunde non poterat tranſire ad montes, niſi per vadum,vbi dicitur Ripa Vlmi. Fecit illuc ſubito fieri quandam cluſam,ſiue retentionem aquarum,de frondibus,de paleis,& de terra: & ſic tranſiuit totus exercitus tam waſtatorum , quam militum , & peditum,die xv. exeunte Septembri, & ſequenti,& tertia die poſt . Et ſic deuaſtatæ ſunt arbores,& vineæ,& laborationes cunctæ vſque ad Baonem.Et cum demum ſe voluit ad regreſſum parare; fecit totum comburi Burgum, vnde itur ad Cintum ; deſtruxit turrim etiam, quæ erat vnde itur ad Montagnanam ; & Paduam eſt reuerſus. ℂ Hoc eodem anno,menſe Auguſti , inceptum eſt caſtrum , quod Ecelinus fecit in Padua fieri circa Eccleſiam Sancti Thomaxij, ipſa Eccleſia circundata,& clauſa in caſtro.Sed ſuper huius caſtri conſtructionem Paduani triſtati ſunt,& conterriti quaſi omnes,& præcipue qui æquitatem, & iuſtitiam exoptabant : qui autem gloriabantur in malitijs , quæ creſcendo fiebant ; exultabant plurimum, tam deſiderio inſatiabilis ambitus, & iniqui, quam metu tyrannidis obcæcati . Bene tamen prouidit Dominus ſuper vno,qui quæſiuit ab Ecelino inſtanter hanc gratiam,vt ei concederet diſponere, nõ cameras caſtrenſis Palatij , ſed locum carceris , & tormentum : quam ſibi conceſſam gratiam animo lætabundo aſſumens,totius ſui ſtudij,ac ingenij excitauit acumen,& quaſi artifex ſuper operarijs,inſtitit ſtudioſus, aſſiduus, & ieiunus diebus pluribus , vt quod animo præconceperat fœliciter conſummaret . Gaudeant autẽ animæ defunctorum in ipſo caſtro, quoniam qui ſæpius intrauerat ſua ſponte carcerem cum fiebat; diligenter inſpiciens, immo præcipiens,ne rimula lucis aliqua reluceret in carcere,volens locum facere tenebroſum;ſœditate,ac immunditijs plenum;triſtem,tartareum,horribilem,& mortalem; idem artifex captus poſtmodum , & concluſus Ecelini præcepto;fame,ſiti,vermibus,& fœtore,ac aeris anguſtia ſuffocatus;quaſi lupus vlulans in loco,quem parauerat infernalem;perijt miſerabiliter, & defecit. Hic,credo, fuit illi ſcurræ ſimilis,qui & ſuo Regi,& Domino complacere deſiderans , quærenti tormenti genus inuſitatum; taurum fecit cupreum fabricari,in quo peccantes ſtatuit concludendos,igne quoque circumpoſito,& accenſo,Rex audiret taurum miſerabiliter vlulantem. Sed Rex, in hoc iuſtiſſimus,& omni dignus memoria,ſcurram ipſum ſuum artificem compulit eſſe primum,qui in tali beſtia taliter vlulauit : & ita qui machinabatur alijs peius morte; verſa vice pertulit morte peius. Sicq; notum eſt,quod erat expediens artifici,tam carceris,quam, & tauri , non ſolum quod fuit ante oculos intueri : debuit autem ipſorum prudentia rerum exitus contemplari.

De

De morte Comitis de Panego, & de deſtructione caſtri Sancti Bonifacij, & de quarta ſconfitta facta in partibus Cornudæ, inter Paduam, & Taruixium.

REuoluto anno Domini, & currente M CC XLIII. Poteſtate Galuano Lancea ; Comi- XI.
te de Panego ciui Veronenſi, qui erat de progenie Marchionis de Eſte, ſed nunc Ecelini multum familiaris, impoſita eſt occaſio quædam. ſ. quod magnam quandam pecuniæ quantitatem acceperat a Lombardis, quibus tradere debebat Veronam. Qua occaſione Ecelinus ſtans Paduæ, & eo vocato Paduæ de Verona; ipſum pœna capitali puniri fecit in Platea Cõmunis Paduæ, die iv. intrante Iunio huius prædicti anni : de quo, quanuis non eſſet natione Paduanus, tamen ciues omnes Paduani, licet occulto gemitu, plurimum doluerunt: tum quia pulcerrimus Miles fuit; tum quia de impoſito ſibi crimine inculpabilis credebatur. ℂ Eodem anno Martius de Soledo Vicentini diſtrictus, conſtitutus erat Capitaneus per Dominũ Ecelinum ſuper militia Paduanorum, & cum foret ex certa ſcientia cum ipſa militia in Taruiſino diſtrictu, & in cõfinijs caſtri de Cornuta, vbi dicitur Nogaredus, ex aduerſo autem Albricus de Romano improuiſus cum militia Taruiſina ſimiliter in partibus illis eſſet, non longe a Paduanis ; patuit plus valere aſtutias Albrici : quia cum ipſe Albricus haberet forte C. milites, & prædictus Martius plus CCC. ita quod quaſi credebatur Albricum cum gente ſua captum futurum de plano ; ipſe tamen ſapienter aufugit : adeo quod viſus eſt quodammodo dictus Martius per fraudem, aut per inſcitiam, vel forte propter puſillanimitarem, turpiter dormitaſſe: nam non ſolum Albricus ingenioſe fugam arripuit; immo de Paduanis aliquos qui ſe ſua ſponte pararunt ad pugnam, victos habuit, & detentos. Et fuit hoc die xvj. Iulij.
ℂ Hoc eodem anno iuerat Ecelinus de Romano, cum tota militia Paduana, & peditum MM. in ſeruitium Veronenſium Vigdadeſe, cauſa dandi damnum Mantuanis : de quo facto rediens, venit cum gente ſua prædicta, & habuit Communiter etiam Vicentinos, & Veronenſes. Venit *quidem, & poſuit ſe, & gentem ſuam* circa caſtrum Sancti Bonifacij Veronenſis diſtrictus, *in quo erat Leoiſius filius Comitis Rizardi*, cuius hoc caſtrum erat. Sciẽs igitur dictus Leoiſius ſæuitiem Ecelini; conſilium habuit cum hijs, in quibus maxime confidebat, & quãuis tunc eſſet puer, ſe tamen optime ad defenſionem parabat. Quod Ecelinus conſiderans, nepotem ſuum ei velle prudenter reſiſtere; interpoſuit quaſdam religioſas perſonas, & quoſdam Milites, qui credebantur vtriuſq; partis amici, & demum ad hanc concordiam eſt deuentum, quod recedat Comes ipſe de loco, cum gente ſua totaliter, & cum armis. Et poſt quam deſcendens de loco, ſtetit ſub tentorio Ecelini; viſus eſt Ecelinus ipſe nepoti ſuo multam familiaritatem, & dilectionem oſtendere, & data ſunt ei plura, & data eſt ei ſcorta, & commeatus, donec ipſe cum tota ſua gente, cum armis, & rebus ſuis ſecurus iuit quo voluit. Quo facto Ecelinus deſtrui fecit caſtrum Sancti Bonifacij, tota deſtructione, qua potuit, & ceperunt Veronenſes hoc dicere Caſtrum Diſfacij. Et fuit hoc menſe Septembris prædicti anni. ℂ Poſt paucos dies etiam redditum eſt Ecelino caſtrum de Gambellara. ℂ Similiter & Ylaſium eſt ei redditum ſequenti menſe Octubris.

De captione, & deſtructione caſtri Hoſtiliæ, & de Comite Wizardo facto Poteſtate Paduæ.

SEquente anno Domini M CC XLIV. menſe Ianuarij captum eſt caſtrũ Hoſtiliæ, quod XII.
eſt ſupra Padum, erat autem caſtrum Veronenſium: & captum eſt a Comite Rizardo de Sancto Bonifacio, & Mantuanis, qui ſteterant illic in obſidione diutius. Quibus in obſidione manentibus, antequam captum foret, multum fatigatus eſt Ecelinus, & fatigauit etiam Milites de Padua, de Vicentia, & de Verona, vt. ſ. obſeſſis poſſet ſuccurſum dare, vel obſides a caſtro terrere. Sed cum ſpes ſæpiſſime defraudetur, nec ſagitta ſemper feriat, vt ſtudioſius comminatur; occupatum eſt dictum caſtrum, & diruptum, adeo vt viderentur Mantuani, cum ipſo Comite, feciſſe quodammodo ſufficientem de caſtro Sancti Bonifacij vltionem. Erat autem caſtrum Hoſtiliæ pulcris, & magnis muris circundatum ; ſpaldis, & magnis foſſis, & Padi profunditate defenſum; turribus fortibus præmunitum, & viris prudẽtibus circa M. & dicebatur, quod illic aderant pluſquam mille, qui omnes capti, ducti ſunt Mantuam, & in carcere poſiti

ſiti longo tempore permanſerunt. ℂ Poſt hæc, menſe Februarij, venit Ecelinus Paduam, & Dominum Galuanum Lanceam de Paduana Poteſtaria extraxit, cuius ſororem non multo tempore antea in vxorem acceperat, datam ſibi ſ. ab ipſo Imperatore. Sed aſtute Ecelinus ipſe in odium Domini Galuani procedens; primo diuortium fecit inter ſe, & vxorem illam: cuius diuortij iudex delegatus fuit, & ſententiam dedit Philippus nepos olim domini Iacobi Epiſcopi Paduæ, quierat etiam Archidiaconus in montanis de partibus Feltri, natione verumtamen Paduanus. Ipſum autem iudicem ſuum poſtea Ecelinus truſit in carcerem, & miſerabiliter mortuus eſt iuſſu eius, cui fuit obediens contra Deum. Dictum quoque Galuanum Lãceam reſtituere compulit quandam magnam pecuniæ quantitatem, quam de Communis Paduæ canſpa malo modo abſtulerat. Eius autem Domini Galuani Iudices, & Milites ſ. Rolandum de Lombardia, & Turchiſium de Apulia, ſtare fecit in carcere, donec obierunt ibidẽ. Tunc dictum eſt prouerbium quoddam per Paduam, Impio qui ſeruierit, & iniquo, mercedem expectat impiam, & pręmiũ capitale. ℂ Tunc autem pro Poteſtate in Padua poſuit Dominus Ecelinus Comitem wizardum de Roaldeſco Briniouſis diſtrictus: quam Poteſtariam iurauit in anno prædicto Domini, die iv. intrante Martio, & appellatus eſt Sacri Imperij Vicarius, a flumine Olij, vſque Tridentum, & Paduæ Poteſtas. Huius Poteſtatis Iudices fuerunt hoc tempore Dominus Monaſterius, Dominus Riccius, & Dominus Bonauentura de Pergamo, cuius Aſſeſſoria venit ad malum. ℂ Hijs ita diſpoſitis iuit Ecelinus Veronam, & illic manſit toto illo anno, & vltra.

De congregatione quadam facta Veronæ per Imperatorem.

XIII. ANno quoq; MCCXLV. currente, ordinauit Dominus Imperator magnum quoddã colloquium debere fieri in Verona, & venit ipſe primus illic menſe Madij, & conuenerunt ad ipſum iſti Principes, & Barones, videlicet, Imperator Conſtantinopolis, Dux qui dicitur Auſtriæ, Stiriæq;, Dux Carinthiæ, Dux Morauij: erat illic Ecelinus de Romano, & alij multi nobiles, & potentes, qui partem Imperatoris fouebant. Durauit hoc colloquium pluribus ſeptimanis, nec videbatur hæc tanta Imperatoris curia certum aliquid ſtabilire: immo fuerunt qui dicerent, quod Dominus Imperator incedebat cautiſſimè, vt Veronam raperet de manibus Ecelini. Forte voluit eſſe Brenno, qui primus Veronam conſtituit, & de quo dictum eſt in Chronicis antiquorum

Dux ſuper alta tonat Brenno, creat ecce Veronam,
Qua contra Romam voluit geſtare Coronam.

Eſt igitur Imperator ingenioſe operatus cum Duce ſibi familiari, & fideli præcæteris, Duce Auſtriæ, Stiriæque, quod rumor aliquis leuaretur in ciuitate. Et taliter factum eſt, quod rixa quædam excreuit inter gentes illius Ducis, & Veronenſes, propter annonam vnius equi, & ad tantum deuentum eſt, quod Veronenſes ipſi virum quendam nobilem, & Magnatem ex illis Ducis Auſtriæ occiderunt, & offenderunt in perſonis, & rebus quam plures de illa gente: nam ſecrete Dominus Ecelinus Veronenſibus dixerat, quod nulla blandirentur Theotonicis, vel eis in aliquo ſubiacerent. Ex hac itaque offenſione, cum nulla fieret vltio, ipſe Dux Auſtriæ indignatus, cum gente ſua, hoſpite inſalutato, receſſit. Stabat autem Dominus Imperator, ſecundum quod ordinauerat Ecelinus, & hoſpitabatur cum gente ſua ad Sanctum Zenonem, & per contratam, ſiue burgum illum. Et Ecelinus ipſe ad turres, & loca, & portas ciuitatis cuſtodes illos poſuerat, in quibus maxime confidebat, vt ſecurior, & fortior eſſe poſſet: die noctuq; faciebat ad ſe venire milites armatos, quam melius eſſe poterant, nunc de Padua, nunc de Vicentia, nunc de ſuis de Pedemonte, aliquando xxv. ſimul, aliquando tantum x. ita quod pauci, vel nulli poſſent hoc percipere, vel notare.

De depoſitione Imperatoris Frederici.

XIV. EXiuit igitur Dominus Imperator de ciuitate Veronæ die viij. intrãte Iulio, eodem anno, & dicebat ſe velle ad Dominum Papam accedere, qui nunc erat, & dudum iam fuerat apud Lugdunum, cauſa reconciliandi Imperatorem Eccleſiæ, qui iamdiu contumax, & excõmunicatus damnabiliter permanebat. Sed cum ad præſens multæ literæ, multiq; Ambaxatores iuiſſent hinc inde, & Imperator multas excuſationes, & cauſas friuolas allegaret, idem

Sanctus

Sanctus Apoſtolicus Innocentius Papa IV. poſt multos terminos peremptorios conſtitutos; ad vltimum videns Imperatorem abeſſe, præſente tamen Petro de Vinea Iudice Imperatoris ipſius, in præſentia, & de voluntate Cardinalium; ipſum Fredericum, olim Imperatorem, deponendum eſſe pronuntiauit, & depoſuit: & ſententiauit, obiuſtas cauſas, eum amodo priuatum ab Imperio, & Corona: & hoc fuit viij. die menſe Iulio exeunte. Poſt quam depoſitionē fere per annum, vel circa, referente fama, audiuimus, quod Principes, quorum erat electio, Imperatorem elegerant Lantigrauium de Turinga, qui erat potentia magnus, ſapientia prouidus, diuitijs affluens, nobilitate præclarus, & quod omnibus præualet, Eccleſiæ ſubditus, & fidelis. Eadem vero die, & hora, qua ſententia depoſitionis lata eſt in Fredericum, ſecundum quod poſtea eſt repertum, ſtella quædam ardens, & ignea, in veſperis ante occaſum Solis, viſa eſt ab oriente conſurgere, & velociſſimo curſu, tanquam ardens facula, aut ſagitta volans, quaſi ſcindendo cœlum, ad partes occidentales concurrere: quam ego vidi, cum multis eam aſpicientibus, & mirantibus, cum tremore.

De Meſtre, & Anoale redditis Ecelino.

PRædicto anno Domini, die vltimo Auguſti, erat Ecelinus in Padua: & aſſumpſit militiam Paduanam, & M. pedites de ciuitate, & M. de villis Paduani diſtrictus, & iuit pro damno dando Taruiſinis, per Miſtrinam, & aliunde. Quo facto, miſit Iudicem Poteſtatis Paduæ Dominum Riccium Paduam, cum militibus de Quarterio Pontis Altinati, & cum dictis villarum peditibus: ipſe autem cum reliquo warnimento nocte hoſpitatus hoſtiliter circa Meſtre; ſequenti vero die venit cum gente ſua ad Anoale, vbi erat Dominus Nicolaus, cuius erat Dominium, & poteſtas Meſtre, & Anoalis. Dum autem Ecelinus cum blidis, & alijs inſtrumentis impugnaret Anoale fortiſſime, & iam fregiſſet Palatium caſtri; ipſe Nicolaus, habito cum ſuis conſilio ſaniori, reddidit Domino Ecelino Anoale, & Meſtre die vna. ſ. die x. exeunte Septembri. Vnde in præſenti Dominus Ecelinus fecit fieri vnum zironem in Anoale, & iij. zirones in Meſtre: vbi ſupraſtantibus, & cuſtodibus conſtitutis, & licentiato exercitu; reuerſus eſt ipſe Paduam, & omnes cum eo, vltima die Septembris. XV.

De eo quod Dominus Willielmus de Campo Sancti Petri venit ad mandata Domini Ecelini.

AVdiens willielmus de Campo Sancti Petri, quod loca, & caſtra Taruiſini diſtrictus reddebantur Domino Ecelino; indignatus etiam, quod ſæpe cum vellet accedere ad præſentiam Domini Albrici, qui tunc Dominus erat Taruiſij, ipſi willielmo aditus non patebat; ex proprio ingenio, & aſtutia, habuit, & tenuit Caſtrum Franchum: quod caſtrum cum caperetur ab ipſo, & gente ſua; vulneratus, & captus fuit Miles quidam, quem Dominus Albricus illic conſtituerat Poteſtatem: & captio iſta fuit die iv. exeunte Decembri. Sed tempore poſtea procedente, in ſequenti anno ſ. MCCXLVI. die Dominico, in feſto Pentecoſtes, quod fuit tunc v. die exeunte Madio; ipſe willielmus iam adoleſcens, amicatus eſt cum Domino Ecelino: ita quod cuius nepos erat, eſſe voluit & amicus: & ei reddidit gratis Caſtrum Franchum, & caſtrum ſuum proprium de Trinitis, immo perſonam ſuam propriam ei dedit, & expoſuit ſeruitijs, & mandatis. Non enim diſuaſit hoc facere, olim bonæ memoriæ, auus eius ex parte Matris Dominus Gerardus de Gnanſo, Iudex ſapiens, & aſtutus, qui ante hoc multo tempore in habitu religionis exiſtens, de vita iſta tranſitoria, & caduca, volauerat ad æternam. Eidē etiam willielmo non obſtitit quædam ſatis horrenda viſio, quam præteritis annis v. poſtquā ſe reddidit Ecelino, Paduano cuidam retulit ſtans in Angarano captiuus: quod. ſ. ſomniauit diebus illis, quibus Ecelino ſe dedit, quod ſuos videbat patruos, viros nobiles, & multa diſcretione perſpicuos, Dominos Ruzerium, Vgonem, & Vbertinum a Vado, carceratos, & dolorioſos, proferentes verba cum lacrymis, & dolore, cum multis gemitibus, & lamentis, cum vlulatibus, & ſuſpirijs inauditis. XVI.

De Campreto reddito Domino Ecelino.

XVII. IGitur cum videret Dominus Vgucionus, filius Domini Vberti de Trauerſino de Carturio, quod caſtra ſibi confinia Ecelinorum data erant, & videret ſe ſolum cum gente ſua remanſiſſe in caſtro Campreti; ſatis eſſe potuit perterritus, & turbatus. Iam etiam venerat Ecelinus cum exercitu Paduanorum, & Vicentinorum ad Caſtrum Franchum, datum ſibi per Tiuillem, & miſerat quingentos pedites de ciuitate Paduæ cum ædificijs pro capiendo Campreto. Quibus viſis, conſiderato etiam diligenter quod Albricus de Romano, qui eum illic poſuerat, non poterat eidare ſuccurſum, caſtrum reddidit Domino Ecelino, dicens quod Campretum olim fuerat, & nunc eſt, & debere eſſe Paduanorum de iure. Sic ergo Dominus Ecelinus præcepit eidem Vgucioni, quod ipſe, cum perſonis illis, quæ erant in caſtro cum rebus ſuis omnibus; cum quibuſdam captiuis & etiam quos habebat, exeat Paduanum diſtrictum. Fecit quoque fieri zirones in Caſtro Francho, ibique poſitis ſupraſtantibus, & cuſtodibus, & deſtructo penitus loco Campreti, accepit milites de tribus Quarterijs Paduæ, cum vaſtatoribus Paduanis; accepit etiam Vicentinos, & iuit circa ciuitatem Taruiſij pro waſto faciendo ibidem. Et fuit hæc redditio de Campreto, ſtatim poſt illam de Caſtro Franchi, die Lunæ immediate ſequenti, eiuſdem anni.

De captione caſtri de Muxolento.

XVIII. CVm vero recedere vellet Ecelinus a Caſtro Francho, cogitauit prius de Muxolento, caſtro ſ. non multum diſtante a Baſſano, in quo Muxolento Albricus eius frater, Imperatori, & Ecelino, & ſuæ parti contrarius, poſuerat Capitaneum Iacobinum Strazettam, virum prudentibus ſocianum. Ipſe igitur Ecelinus vocauit ad ſe Iacobinum de Bonidco Iudicem Vicentinum, ſed nunc in Padua Ecelini negotia facientem, & commiſit ei Populum Paduanum, & milites de Quarterio domi de Padua, & Baſſanenſes omnes: quod guarnimentum totum, cum ædificijs, & trabucchis, præcepit ire ad Muxolentum expugnandum, & capiendum. Sic ergo iuerunt omnes, & obſidione caſtri ſunt poſiti, die vj. intrante Iunio prædicti anni, & cum tentoriis, & foſſis, & ſpaldis taliter circumdederunt locum, quod nemo poterat ingredi, vel exire. Erectis etiam trabucchis quam pluribus, fragebant die, noctuque caſtrum, & caſtri Palatium quaſi deſtruxerunt ex toto. Villam etiam, & cintam caſtri die xv. exeunte Iunio combuxerunt. Quod videntes hij, qui in caſtro erant; cogitantes ſibi nihil aliud imminere, quam mortem; eadem die combuſtionis; & caſtrum, & ſe ipſos, & omnia quæ habebant, dederunt, & reddiderunt Domino Ecelino abſenti. Vnde dictus Dominus Iacobinus Strazetta eſt ductus Paduam detentus, & vinculatus. Dominus vero Ecelinus, facto waſto circa Taruiſium, reuerſus eſt Paduam. Et ſtabat nunc tota Paduana ciuitas, ſecundum tempus, placida, & tranquilla.

Factum de Bonicis, & de conſpiratione ſecunda.

XIX. ANno prædicto ſiquidem M CC XLVI. dixerunt quidam, conſpirationem quandam factam eſſe in Ecelinum, quod ſ. debebat inuitari ad vnum conuiuium, & illic occidi. Itaque hac de cauſa capti ſunt Zordanus de Bonicis, Petrus eius frater, Patauinus Murarius, Patauinus, qui dicebatur Broncetta, wercius Iohannis a Vaccis, & omnes de ipſorum familijs, qui potuerunt haberi. Et tempore procedente, poſt captionem non multis diebus, dicti Zordanus, Patauinus Murarius, Broncetta, & wercius iudicati ad mortem, decapitati ſunt in Platea, in vigilijs Sancti Martini. Petrus autem miſſus eſt, & detentus in carcere in caſtro Angarani, mater eius Domina Gilla intercedente pro ipſo hoc modo: accedens enim ad Ecelinum, reduxit ad eius memoriam, quia olim cum ipſo Ecelino carnaliter iuncta fuit, & proteſtata eſt, quod tunc de ipſo conceperat, vnde Petrus idem erat filius Domini Ecelini. Hic notandum quod ante prædictorum captionem, & mortem, & ante deſtructionem ipſorum turrium, & domorum; multi de Padua mirati ſunt expreſſe, videntes auem quandam, Ciconiam nomine, quæ nidum pro pullis ſuis conſtruxerat in turri prædictorum de Bonicis: quæ quaſi futuræ ruinæ præſcia, nidum ipſum paulatim deſtruens, ſtipitem poſt ſtipitem roſtro

 ferens;

Digitized by Goo

Quintus Smyrnæus, Of the Fall of Troy, Translated into English Verse by Arthur Stanley, Esq. 8vo. 1724.

Digitized by Google

nanq; & bijs quæ ſubtilitatem Aſtrologicam imitantur; primum operanti, & ſeptimum aduerſario datur. Sed puto quod non notauit quartum ab Aſcendente fuiſſe Cancrum: quartum enim ædificia, domos, & ciuitates deſignat, & ſic ciuitas ſub tali Aſcendente incepta cancrizare debebat.

De obitu Imperatoris electi, & de deſtructione Victorie.

XXII. IN anno iam antedicto, tempore autumnali, Latingrauius de Thuringia obijt, quem Barones Imperatorem elegerant, poſt depoſitum Fredericum, vt ſupra legitur in hoc eodem Libro, Capitulo xiv. §. Exiuit. Tunc etiam ſignum in cœlo apparuit, nam menſe Auguſti viſa eſt a pluribus cadere maxima quædam ſtella de cœlo, in parte ſeptentrionali. De Latingrauij huius obitu multum lætatus, & exaltatus eſt Fredericus, tanquam pro ipſo fata pronoſticarentur ad bonum. Sed cautum eſt in prouerbijs ſapientum, Ne quis de inimici ſui aduerſitate congaudeat, ne forte Diuina bonitas iraſcatur: quod viſum eſt habere locum diebus illis in tam excellenti perſona, nutu cuius concludebatur aliquãdo totum Romanum Imperium in pugillo. Nam ſtatim menſe Ianuarij ſubſequente, & anno currente Domini M CC XLVIII. Ecelinus cum prædictis, quos ſecum habebat militibus, de Borſello, & waſtalla receſſit, & redierunt iſti omnes ad terras ſuas, Lombardorum nanq; exercitus, qui erat ex altera parte Padi ſimiliter de loco illo receſſerat. Parmenſes autem indignati ſe obſeſſos taliter, & tam diu; die xij. in exitu menſis Februarij ſequentis, armati ciuitatem propriam exiuerunt. Fuit autem vir quidam ſtipendiarius, nomine Baxalupus, natione Mediolanenſis, qui mouit, & induxit Dominum Gregorium de Montelongo Apoſtolicæ Sedis Legatum, Dominum Epiſcopum Tripolitanum, Dominum Philippum de Placentia Poteſtatem Parmæ, & Barones illic commorantes, ad faciendum inſultum in inimicos. Igitur inuadentes ciuitatem adulterinam, & non ſine multa inimicorum cæde, & ſanguine, Victoriam ipſam cum ſumma victoria tranſcurrerunt, Theotonicos transforantes, Apulos demembrantes, indulgentes Lombardis aliquibus, truncantes Sarracenos in fruſtra, eoſdemque mactantes auide, quaſi canes. Imperatori verumtamen bene ceſſit in die illa, quoniam vere non erat in Victoria, quam conſtruxerat ſtudioſe: ſed diſtans per milliaria tria, vel quaſi, in ſolito ſuo venationis ſolatio; ſuam vidit ardere Victoriam. Fugit ergo Cremonam, & ab hac die in antea receſſit eius Victoria more Cancri.

De Feltro, & Belune datis Ecelino, dimiſſa parte Eccleſiæ.

XXIII. SEd quoniam Fortuna deſcribitur eſſe bifrons, forte tunc ipſa Fortuna voluit Imperatoris parti recompenſationem facere qualemqualem. Pars nanq; Imperatori contraria nunc Feltrum, & Belune tenebat in Marchia Taruiſina, in quibus duobus locis dominabatur Dominus Byaquinus de Camino. Ecelinus igitur ſtans Paduæ, ſumpta ſecum quadam quantitate militum, & peditum Paduanorum, & Vicentinorum; in menſe Madij eiuſdem anni, equitauit ad Feltrum hoſtiliter: cui iam per ſtadium propinquãti ad ciuitatem Pica quædam occurrens, quaſi fataliter ſe ſuper illam appoſuit haſtam, qua Ecelini ferebatur inſignum: & ſic fuit auis illa humana, quod ſe capi ſubſtinens, portata eſt Ecelino: quam fecit ex tunc, velud optimum augurium, in Padua delicate nutriri, & ſecum deferri quo ibat. Demum circa Feltrum non mora per eum facta, Feltrenſes ipſi præter conſcientiam Domini Byaquini, Ecelino dare propoſuerunt propriam ciuitatem. Hoc videns, idem Dominus Byaquinus, & nocte quadam exiens ciuitatem, cum familia ſua tota, & rebus ſuis, & equitauit ad ciuitatẽ Belunenſem. Et ſic cum Feltrini Ecelino dediſſent Feltrum, & ipſe Feltrum pro ſua voluntate diſpoſuiſſet; properauit Belune cum exercitu feſtinanter: ſed nihil illic profecit in iſto anno. ¶ Anno vero ſequente M CC XLIX. cum Belunenſes iterum obſiderentur ab Ecelino; licentiato Domino Byaquino, ſe reddiderunt Ecelino eidem. Vnde reuerſus eſt Ecelinus Paduam, & videns ſe pluribus occaſionibus triumphare, tum quoniam Imperator in Apuliam iuerat; tum quia dominabatur ſolus in Padua, in Vicentia, in Verona, in Feltro, in Belune; gaudens etiam quod Albricus frater eius Taruiſium tenet ſolus; reputat amodo ſe ſecurum, vt ſi valeat manus ſuas ad altiora extendere. Et habito conſilio quodammodo per ſe ſolum, factus eſt verſipellis amicus in tota Marchia, & præcipue in Padua, omnium

Militum

Milium generaliter, & Burgenſium, tam de ſua parte, quam altera, turrium, & domorum, caſtrorum quoque ſimiliter, & villarum.

Explicit Liber Quintus.

INCIPIT SEXTVS.

De quadam reſponſione, quam olim Ecelinus Imperatori fecerat, & de proditione Montisſilicis.

DIuulgatum eſt tunc primo per populum Paduanum, in eodem anno Domini MCC XLIX. adhuc Poteſtate Domino Guecilo de Prata, reſponſum quoddam, quod dicitur olim Ecelinum feciſſe Imperatori exiſtenti in Alemania in ciuitate Auguſta. Illo nauq; tempore, quo Comes Gaboardus pro Imperatore cum Ecelino de Romano ciuitatem Paduæ primo habuerat, miſit idem Imperator Ecelino litteras quaſdam, quatenus ad eum accederet, vt ſcire per eum poſſet qualiter proceſſiſſet in facto. Qui Ecelinus ſalutatione præmiſſa, ſecundum quod decet ſalutare Imperatorem, ſic breui reſponſo Domino ſuo ſcripſit. ¶ Quia optatum mihi occurrit impeditum, quaſi ex inſperato; indulgentiam peto ab Imperatoria Maieſtate. Eſtnanque Nouerca mea mortua hijs diebus: parcite ergo mihi, quoniam ad Dominationē veſtram commode venire non poſſem, niſi cum honore meo primitus eam dedero ſepulturæ. ¶ Verum autem metaphorice loqueretur, ponendo Paduam eſſe nouercam ſuam; longo tempore nemo ſciuit per verba notare: ſed ab anno prædicto Domini MCCXLIX. in antea, ſunt talia in tota Marchia, & maxime in Padua, perpetrata, quod Ecelini viſa eſt ita mirabiliter exardere malitia: nequiuit enim vlterius ſuum occultare furorem, nec aliquem habere amicum per opera demonſtrauit: immo cordis ſui malitiam, venenumq; palam euomuit, quod ſub labijs portitabat, nec eſt amplius verbum illud ſub vmbra, quod de nouerca dixerat, ſed quaſi lippis, & tonſoribus manifeſtum. ¶ Hoc enim eodem anno die x. exeunte Iunio, incipiens a camera, ſiue terra Imperij, Ecelinus in primis caſtrum Montisſilicis, & burgum, & terram totam rapuit fraudulenter hoc modo. Erat ibi Capitaneus quidam Apulus, & caſtrum pro Imperatore tenebat, & terra tota regebatur per ipſum. Sed machinata eſt Ecelini ſubtilitas cum probiſſimo quodam viro de terra illa, Domino Piſce videlicet, quem non ſolum in hoc facto, ſed in multo maiori iam antea. ſ. in ſurpanda tota Marchia Tarviſina, ſuis deceperat blandimentis: & cōcordauit etiam cum Capitaneo dicti caſtri: & in ipſo prædicto die miſſi ſunt homines de Monteſilice cum ſuis armis & paramentis, & armis ad Soleximum, ſuta occaſione, quod damnum darēt inimicis Imperatoris. Qui cum iuiſſent media nocte quaſi, reuerſi ſunt hora veſpertina eadem die. Sed inuenerunt in muſi pacem lupum, terram. ſ. capram, per Ecelinum, ipſumq; habere, & pro ſua iam voluntate diſpoſuiſſe caſtrum, & terram totam. Irati igitur, immo mirati potius, & dolentes, coacti ſunt primitus, quid faciant dubitare: ſed ira conuerſa eſt in timorem, & docti ſunt perpetiatienter que ante hoc tempus impoſſibilia reputabant. Sic equus in primis annis, qui fræni duritiam quodammodo iratus momordit; tempore procedente per domitus, frenum lætanter accipit, facet otioſus in chamo, & equitem dorſo ſubſtinet inimus. I.

De captione Dalesmaninorum.

CApto ſic Monteſilice, reuerſus eſt Ecelinus Paduam, & cepit Gumbertum de Domino Dalesmanino, & Arnaldum minorem, & Vbertellum fratres, filios olim Domini Lacobi, circa menſem Iulij prædicti anni. Creditum autem eſt, quod eorum captionis cauſa hec non fuit, quoniam cum eſſent valde potentes in Padua, in diuitijs, & vaſſallis, & in amiciſuſpicatus eſt Ecelinus, ne poſſent ipſius tyrannidem impedire, quam vlterius mordere publice incipiebat. Aliam etiam cauſam appoſuit ad captionem ipſorum: fuerat enim ve- II.

rum

rum quod quædam ipſorum ſoror Domina Palmeria, operante ipſo Ecelino, nupta quondam fuerat Marchioni Caualcabò de Cremona: quo defuncto, cum ipſa Domina vidua remanſiſſet, Dominus Rizardus Comes de Sancto Bonifacio contraxit matrimonium inter Dominam ipſam, & virum nobilem quendam ipſius Comitis amicum cariſſimum, & dilectum: matrimonij cuius ſeriē, & proceſſum, vt dicti fratres Gumbertus, & Artuxinus cognoſcerent; miſerunt in Lombardiam ſecretarium ſuum quendam, Matthæum. ſ. Iudicem de Padua, filium Vgucionis de Almeruda. Qui Matthæus de Lombardia reuerſus, dictis fratribus negotio referato ſororis, iuit ad villam ſuam, Sermacia nomine, vbi etiam manſionem habebat. Sciuit Ecelinus ipſum Matthæum veniſſe, ſed neſcitum eſt vnde ſciret. Igitur indignatus, quod hoc neſciuerat, neq; per Matthæum, neq; per ipſos fratres; Artuſinum compulit, vt Matthæum ad ſe duceret omni occaſione remota: & ſic denique cum Ecelinus habuit Matthæum, detenti ſunt prædicti Gumbertus, & Artuſinus, vt ſuperius dictum eſt, & in carcerem miſſi, ad caſtra Domini Ecelini. Ipſe vero Matthæus in tormento martyrizatus, & mortuus, poſt mortem decapitatus eſt in Platea.

Hic incipit Poteſtaria Anſediſij de Widotis.

III. ANno prædicto Dominus wecili de Prata exiuit Poteſtariā Paduæ, & Anſediſius de widotis, filius olim ſororis Domini Ecelini, eandem Poteſtariā iurauit menſe Auguſti, & appellatus eſt Domini Imperatoris Vicarius Generalis in Marchia Taruiſina, & a flumine Olij vſq; Tridentum. Ecce ſumma ſceleris, ecce malorum radix, ecce venenum mortiferum, quod eſt caudæ ſcorpionis annexum, & latitat in extremis. Cum enim condam fuerat ciuitas Paduæ moribus, & exemplis egregia, vt pote quia facta Catholicæ fidei; cunctis bonis affluens, & repleta; habens in ſe iuſtitiam, potentiam, & omne gubernaculum æquitatis; prædicta fuiſſet Anſediſij electio irreparabile damnum in poſterum, deſtructio inaudita, non ſolum in Padua, ſed in tota Marchia, & forte in Lombardia: niſi Dominus in huius Herodis tempore, ciuitati iuſtæ miſericorditer prouidiſſet. Bene enim Dominus diſpenſauit, quod in hijs conceſſit temporibus, virum talem in Padua poteſtari. Ne autem miretur aliquis ſi dixero virum talem, quis, & qualis fuerit deſcribatur. Fuit homo in apparentia ſatis affabilis: primo in promittendo largus, in attendendo tardus, & eximius excuſator: & tempore procedente dum regeret ciuitatem, ſubtilis calumniator, pecuniarum exactor mirabilis, tyrannus ingenioſus, ad pœnas iniuſtas velox, ad ueniam vero tardus. Demum cum habuiſſet dominium in Padua fere per vij. annos; benedictum nomen omnipotentis, quod circa finem ſuæ vitæ tyrannidis, factus eſt adeo immutatus, adeo mente captus, & inſcius; quod deſiccari fecit flumina, quæ defendere poterant aduentum inimicorum ipſius: & ad vltimum inſultu facto ad ciuitatem, diuino iudicio contra eum, factus eſt timoroſus intantum, prout dicitur, vel dicetur inferius, dante Domino; quod ciuitatem muris vallatam fortiſſimis, munitam viris, & armis, & alijs apparatibus ad defenſam, defendere non præſumpſit, habens vltra duo millia virorum intrinſecus: quam ſiquidem ciuitatem, mulieres ſolæ, ſi Rector fuiſſet probus, defendere debuiſſent. Sed patuit in hoc facto, quod dictum eſt, ſumit Deus de malis vltionem pro tempore, ſed baculo non caſtigat.

De quibusdam captis occaſione quorundam verſuum.

IV. COntingit autem Paduæ diebus illis, quibus idem Anſediſius nuper electus erat, & in ſuo dominio ſubtiliter procedebat, quoddam aliud factum tale. Statim enim cotidie multi Milites, & Burgenſes in aula illa domus Poteſtatis more ſolito colloquentes; & fuit illic ſparauerius quidam in pertica in ſala, quē videns aliquis litteratus, memor fuit verſuū quorundam, iacentium in libro, qui appellatur Yſopus, & dixit eos. Aliquis vero alter, cui verſus complacuerunt, eos voluit in ſcriptis habere: quos quidem verſus cum oſtenderet alicui ſine fraude; Iudex Poteſtatis nomine Bonauentura de Caranzonibus Pergamenſis ciuis, verſus familiariter audiuit, & legit, & nullam ſuſpicionem in eis habens, eos ſatis dilectabiliter audiebat. Aliquis tamen Poteſtati, ſine fraude, fecit de hijs verſibus mentionem: vnde cum Anſediſius die, noctuq; ſtudioſiſſime cogitaret cauſas habere aliquas, per quas poſſet gentem Paduæ diſperdere, ſicut ei commiſſum erat, vt per eius opera videbatur: occaſione

ſione verſuum prædictorum, capi fecit, & detineri dictum ſuum Iudicem Bonauenturam, & cum ipſo quam plures de Padua, Notarios, & Populares, qui ad audiendos verſus ſteterant, & Iudices etiam quoſdam: & fuerunt circa xij. qui facti ſunt in hoc tali ſcelere principales, præter eorum filios, & vxores, & fratres, qui omnes capti ſunt, & detenti, niſi forte fugam arripuerint. Hoc autem factum eſt Paduæ, Ecelino exiſtente Veronæ. Prædictorum autem verſuum tenor talis eſt.

Accipitrem milui pulſurum bella, Columbæ
Accipiunt Regem, Rex magis hoſte nocet.
Incipiunt de Rege queri, quia ſanius eſſet
Milui bella pati, quam ſine marte mori.

Itaque tempore procedente, ſed non poſt multos dies, venerat Ecelinus Paduam: & conuenerunt quidam amici, & conſanguinei eorum, qui propter verſus detenti in carcere tenebantur, & accedentes ad domum illam de Ponte Altinato, vbi erat Dominus Ecelinus; petebant cum inſtantia ei loqui, ſperantes, quod facta ſecuritate pro carceratis, eximerentur. Tunc Ecelinus iratus, armatis cunctis de domo ſua, cum tanto furore deſcendit, quod hij, qui eum inferius expectabant fugierunt omnes, præter Aycardinum de Mundo, & Iacobum Oſtexani, qui fugere noluerunt, ſperantes in hoc recte, quod nullam habebant culpam. Hos verumtamen fecit capi, & in carceribus poni, & detineri: & properans ad Palatium, ſubito milites, & pedites fecit armari omnes. Quibus omnibus in Palatio conuocatis, locutus eſt iratus, & animoſus, infamando primo Daleſmaninos, inculpando illos grauiter de verſibus; dicendo ſe bene noſcere proditores; aſſerendo ſe non eſſe accipitrem, qui velit deuorare columbas, ſed eſſe illum patrem familias, qui intendit purgare ſuam domum, de qua nouit ſcorpiones eicere, verrere foras ranunculos, ſerpentum capita conterere, & mactare. Et quanuis, blandiendo quandoque, captare beniuolentiam moliretur, & populum demulcere; diuiſo tamen illo colloquio, fuerunt multi per ciuitatem, qui recogitantes verba dicta per Ecelinum, ſciuerunt, & cognouerunt amodo manifeſtæ malignitatis propoſitum, voluntatem iniquam, & intentionem neſtiam Ecelini. Didicerunt verumtamen paulatim tolerare duriſſima: quemadmodum quis aliquando apoſtemate periculoſo perterritus, acutum ferrum ſubſtinet fere vſque ad viſcera ſubintrare.

Hic accepit Ecelinus vxorem.

POſt hæc vero, menſe Septembris die Iouis xv. exeunte, Paduæ, in Palatio Patriarchatus de Quarterio Pontis Altinati, præſentibus multis Militibus, & Burgenſibus Paduanis, & Vicentinis; volens Ecelinus manifeſte monſtrare Bontrauerſio de Caſtronouo amorem, & amicitiam ſpecialem; guadiauit Dominam Beatricem ipſius Domini Bontrauerſij filiam, multa pulcritudine decoratam, ſanguinis nobilitate egregiam, moribus, & ſapientia inſignitam. Et intrans cum ipſa eadem hora in cameram ſolus, ſecretum habens cum ipſa colloquium, credo quod ipſi Dominæ ſoli ſeruitium, & honorem promiſit, ſimiliter & patri, & matri eius, cunctisque ſuis parentibus, & amicis: ſed, quod eſt conſuetum nuptis, non iuit tunc ad domum dilecti mariti ſui. Menſe tamen Decembris proximo veniente, honorifice, & quanto decuit commeatu, conducta de Padua equitauit Veronam, & habitauit in eodem Palatio, cum venerando marito ſuo, qui prius quam eam guadiaſſet, vt dicebatur, poſuerat cor ſuum in eam, & amorem, ſi fas eſt credere, quod ſtare poſſit amor, & ſumma crudelitas in eodem. Qualitercunque fuerit tamen, data eſt Domicella iuuenis, & nobilis, & decora, viro potenti, & nobili, alto, & magnifico, ſed annoſo. Ex hoc ergo diſparum perſonarum coniugio, diuerſi diuerſa ſenſerunt, varij varie ſunt locuti: Quidam nanque, latenti quaſi murmure, aſſerebant quod Ecelinus quieſcere proponebat vlterius, & ſiue in caſtro, quod Paduæ fieri fecerat, ſiue in Palatio, quod in capite Pontis Molendinorum in Padua pro ſe ipſo ſimiliter facere intendebat de ſaxis mirabilibus, & effoſſis fundamentis aliarum domorum, & turrium de Padua diruptarum, ſed nondum inceptum erat; vitam ſuam in delitijs, & ſolatiis conſummare: cum amodo ſe quaſi ſolum, & vnicum videret in Marchia dominantem. Alij vero moti ſunt longe aliter, quoddam fictum, & impoſſibile ſuſpicantes: quod. ſ. per oſtenſam tantam amicitiam Domino Bontrauerſo, cuius ſe generum appellabat; venire intendebat ad pacem, & concordiam cum Domino Marchione, & cum alijs aduerſæ partis Magnatibus, mediante ſuo ſocero, & alijs parentelæ illius, quia magni ſunt, & potentes per Marchiam, & per partes plurimas Lombardiæ;

V.

deinde

deinde quoque deuenire poſſet in gratiam Apoſtolicæ ſanctitatis: ſciebat enim, ſe omni anno, in die de Cœna Domini, anathematizatum Romæ denuntiari, coram multitudine ruinoſa, quæ illic tali die colligitur de diuerſis regionibus mundi. Sed aſſerenti cuidam militi hoc Eccelini propoſitum in loco Fratrum Prædicatorum de Padua, vir quidam ſapiens notabiliter, & feſtine reſpondit, dicens

Hæc eſt cura minor, in pectore quippe ſceleſti.

De captione Eſtenſis villæ, & rocchæ, & quorundam aliorum locorum.

VI. COnſueuit eſſe, vt audio, quod qui ſtimulis amoris compungitur, non caſtrorum deſolationem deſiderat, vel villarum, non vrbium exidium, vel ruinam, non cædem hominum machinatur. Qua cauſa, non ſine ratione, admiror, ſi Dominus Eccelinus amoroſis cogitationibus angebatur in Dominam Beatricem, vt ſuperius dictum eſt; quomodo illis diebus eiſdem, quibus in amoris curia militabat, Eſtenſis caſtri, & omnium illic habitantium, potuit deſolationem optare. In eodem nanque die Iouis prædicto xv. exeunte Septembri, & anno eodem Domini M. CC. XLVIIII. quo die. ſ. guadiauit dilectam ſponſam ſuam Dominam Beatricem; parari fecit in Padua ſtipendia, & expenſas pro xx. diebus, & finxit ſe velle equitare in Lombardiam, cum militia Paduæ, & iuit Veronam. Exinde cum Paduanis, & Vicentinis militibus, cum militia, & peditibus de Verona, ad Portum, & Legnagum xj. die exeunte eodem menſe, acceſſit. Vbi ſtando, fecit eligi CCCC. pedites Veronæ: quibus ad equum poſitis, & munitis militaribus armis; cum tota prædicta militia, & cum ipſis, & cum Theotonicis, quos ſecum conducebat quocunque, eadem die poſt meridiem equitauit ad Eſte, & illic fuit circa noctis medietatem, ſ. in vigilia S. Matthæi. Et in villam ipſam eadem hora, proditione facta per quendam, qui multa receperat à Marchione beneficia, & honores; intrauit per Portam illam, per quam itur ad Montagnanam, quæ. ſ. ab hora illa in antea, vſque in hodiernum diem, Porta Vitaliana vocatur. Perterriti ſunt, nec mirum, omnes habitatores in Eſte, & fugierunt vt impetus eis dedit, alij verſus Montagnanam, & Scodeſiam, alij verſus Rudigium, alij Ferrariam, vbi tunc erat Poreſtas Marchio. Vulneratus eſt ibi grauiter Iudex quidam de Padua Dominus Bertramus, ſapiens, & diſcretus, & plures alij ſe viriliter defendentes. Multi tamen Eſtenſes, & Paduani intrauerunt Eſtenſem roccham, quidam in Baonem, quidam in Cerrum, quidam in Calaonem. Cum ergo villa Eſtenſis ſpoliata foret in illa nocte perſonis, & omnibus bonis ſuis; voluit Eccelinus arcem, ſiue roccham Eſtenſem, & alia collateralia caſtra ſuo dominio ſubiugare: ſe nanque in illis caſtris non ſolum Eſtenſes poſuerunt, ſed multi viri nobiles, & prudentes, qui de patria propria. ſ. de Padua, & aliunde, magis tamen de Padua, patiebantur indignum exilium propter guerram. Iuſſit itaque Eccelinus, & fecit ad ſe venire M. pedites de ciuitate, & M. de villis Paduani diſtrictus, & omnes pedites Vicentinos, & roccham ex omni parte hoſtiliter circuiuit. Impugnauit intrinſecos ædificijs multis. ſ. bilfredis, prederijs, & trabucchis: muros, turres, & Palatium Marchionis abrupit: nec mirum, erant enim xiiij. ædificia, trabuccantia vndique ipſam roccham: & rotabant ædificia quædam lapides ad ipſum caſtrum ponderis librarum M. & CC. & vltra. Conduxit illic Eccelinus foſſores illos cum ſuis inſtrumentis, & raſtris, quibus in partibus Carinthiæ argentum effoditur de profundis montium latibulis, & cauernis. Qui fodientes ſubterraneas foſſas, promittebant facere ſic, quod quingenti pedites nocte vna miraculoſe in caſtro de terra emergere viderentur, & naſci, ſicut gens Cadam de terra prodijt, & ſecundum fabulam, de ſeminatis dentibus germinauit. Quid plus? gens illa intrinſeca rationabiliter ſe defendens, & inſons, impugnatur, & tanta eſt obſidentium multitudo, quod examinato diligenter negotio, & habito conſilio ſaniori; viſa eſt redditio caſtri ſalubrior, quam ſæui perſecutoris cauſa in manus incidere quodammodo Barbarorum. Eſt ergo caſtrum redditum conditionaliter Eccelino: & licet damnum ſit intrinſecus habitum in aliquot perſonis vulneratis, & mortuis a lapidibus, & baliſtis; & extrinſecus etiam in quibuſdam; Caſtrenſes ipſi concorditer receſſerunt die xiiij. exeunte Octubri prædicti anni, cum perſonis, & rebus ſuis: dimiſſis tamen baliſtis, & armis, & victualibus, quæ reperta ſunt eſſe Marchionis in caſtro. Eadem conditione, & pacto reddita ſunt hæc alia loca Eccelino. ſ. Baone die xj. exeunte Octubri, Vigizolum die ix. exeunte eodem menſe, quod de ipſius Eccelini præcepto deſtructum eſt hijs diebus. Veſcheuana reddita viij. die exeũte eodem menſe, quam Eccelinus diebus illis fecit deſtrui, & comburi. Eſtenſis roccha, ſeu caſtrum, retenta eſt

per

Digitized by Google

per Ecelini pedites, de ipſius mandato tali, vt data fuit, immo in reuerentiam loci, fecit Ecelinus fieri aliquid reparationis in ipſo loco. Cerrum autem, & Calaone, nec expugnata, nec habita ſunt ad præſens: ſed facto bilfredo quodam in colle montis, vnde itur ad Calaonem; & factis quibuſdam ſpeculis, ſiue mitris in riueria, vnde itur de Padua ad Montemſilicem, poſiti ſunt in hijs locis cuſtodes, ne poſſint ad illa caſtra ulla victualia deportari. Hæc verumtamen duo caſtra partem Marchionis adhuc tenuerunt per annum, & vltra. Poſt Eſtenſem roccham, ſiue caſtrum redditum Ecelino, diuiſum eſt guarnimentum, & reuerſi ſunt Paduam Paduani: Ecelinus autem cum Veronenſibus iuit Veronam, iuſta nunc occaſione congaudens: iam enim in mente ſua recogitabat, quod dominetur ſolus in tota Marchia Taruiſina.

De morte Iudicis Poteſtatis.

A Modo ſollicitus Ecelinus, licet continuè moretur Veronæ, nec ſit vnquam Paduæ, Domino diſponente intrinſecus; litteras tamen mortiferas mittit ſæpiſſime Paduã ad Anſediſium de widotis nepotem ſuum Poteſtatem Paduæ: quemadmodum exiſtens etiam in prædicta obſidione de Eſte iam miſerat, quod idem Anſediſius decapitari faceret, & decapitari fecit, Ecelini obſidione manente, Bonauenturam Iudicem, & aſſerentem Poteſtatis ipſius, quem carceratum tenebat occaſione verſuum prædictorum. Venerant enim Ambaxatores de ciuitate Pergami in prædicta obſidione ad Ecelinum, petentes ipſum Bonauenturam dimitti: Qui datis verbis reſponſionis adulatoriæ Ambaxatoribus ipſis; fecit eos ſecum ſtare in Eſte, donec litteras miſit Paduæ caute ad Poteſtatem, & fecit ipſum decapitari: & ſic ipſi Ambaxatores Paduam poſtmodum venientes, Iudicem ſuum mortuum inuenerunt. VII.

De morte illorum de verſibus.

ET cum occaſione verſuum prædictorum, Paduani quidam ciues, vt dictum eſt, adhuc poſt factum de Eſte in carcere tenerentur, miſit Ecelinus litteras de Verona, & fecit ipſos decapitari in Platea Communis: alio tamen tempore, poſt dictum Bonauenturam, ſed in eodem anno M CC XLVIIII. circa feſtum Sancti Martini: fuerunt autem de Padua ciues parentes, nobiles, & ſapientes, & probi viri, quatuor de progenie illorum, qui dicebantur de Bellegraſſis, Dominus Albertus Iudex de Accedello, Petrus de Zambonino notarius, Dominus Alexius, & Aycardinus de Mundo, Iudices diſcreti, & ſapientes, & Iacobus olim filius Domini Oſtexani: inde autem Iacobus cum in plena Concione iudicabatur per Poteſtatem ad mortem; cum Poteſtas, verbum ſæpius iterando, eum proditorem diceret; audebat idem Iacobus clara, & alta voce dicere, quod mentiebatur aperte. Forſitan erat memor, quod illud idem reſponderat olim in eodem articulo poſitus, Dominus Raynerius Iudex de Bonello, qui fuerat frater matris. Tunc etiam, & in hac die quidam, qui occaſione dictorum verſuum in carcere tenebantur, mutati ſunt in peiores carceres, durioribus compedibus alligati. ſ. viri legales, & diſcreti in arte ſua, Rizius Notarius, & Daniel Notarius, qui dicebatur Pinza, alijq; quam plures parui, & magni, mares, & mulieres. VIII.

De captione illorum de Capite Nigro, & de morte Daleſmaninorum.

ANno Domini reuoluto. ſ. in M CC L. circa tempus Paſcæ, cum Dominus Thomaxius Capud Nigrum, & filij, per proximam lineam parentelæ forent Daleſmaninis coniuncti; vxor enim ipſius Domini Thomaxij. ſ. Domina Speronella, filia fuerat Domini Daleſmanini maioris; ipſi quoq; qui dicebantur Daleſmanini minores. ſ. ſupradicti Gumbertus, & fratres, adhuc in carcere tenerentur; Anſediſius ipſe Paduæ Poteſtas, non obſtante quod frater eius Iacobus de widotis in vxorem habebat Dominam Altrudam, ipſius Domini Thomaxij filiam, Dominam. ſ. diſcretam, & ſapientem; capi fecit Dominum Thomaxium ipſum: capti ſunt etiam eius filij Zambonetus, & Canzelerius. Aycardinus autem eius filius minor ſapienter aufugit. Tunc etiam captus eſt Albertus Papadolla cum ſuis, Miles diſcretus, & curialis, & ſolummodo hac de cauſa quia multum fuerat familiaris Daleſmaninis: capios quoque Anſediſius miſit Veronam ad Ecelinum. ¶ Deinde ſequenti menſe Septembris, cum Anſediſius carceratos haberet Dominos Gumbertum, & Artuſinum; haberet IX.

etiam Vbertellum, qui omnes ab Auo dicebantur Daleſmanini, recogitans infra mentem, quod hij erant de maioribus, & potentioribus ciuitatis; litteris etiam ſuper hoc habitis ab Ecelino, qui nunc de Verona non recedebat; fecit eos conduci Paduam de caſtris, vbi dudum ſteterant carcerati. Vt autem per experientiam noſceret quid exinde ſequeretur, ſi eos condemnaret ad mortem, quia potentes erant; primo tulit ſententiam mortis in Vbertellum, quoniam minor fuit. Fecit quoq; ſicut de furibus dici ſolet, qui facta fouea ſub domuum fundamento; timentes ne paterfamilias intrinſecus furem, feriendo cum malleo, vt ſociũ, latenter expectet; præmittunt cucurbitam, vel pannum aliquem glomeratum, vt ſi nullus tumultus fuerit, fur faciat ſecurius quod præſumpſit. Cum vidit igitur Anſediſius nullos Daleſmaninorum vaſſallos, nulloſq; ipſorum amicos tumultum facere mortuo Vbertello, ſed cunctos perterritos, & ſilentes; armari iuſſit milites, & pedites, quos de Pedemonte in Padua pro ſua ſecuritate tenebat, & complices ſuos omnes, circa viij. dies poſtquam fecerat Vbertellum occidi; & Concione in Palatio publice congregata, duos illos alios, Gumbertum, & Artuſinũ ſententiauit ad mortem, & fecit eos in Platea decapitari. ¶ Non multo vero tempore poſt remiſit Ecelinus Dominum Thomaxium Capud Nigrum, & filium eius Canzelerium Paduam; quos etiam idem Anſediſius in Platea ſimiliter fecit pœna capitali puniri, quamuis Dominus Thomaxius ipſe vſque in Verona, more martyris, in tormento periſſet: & hac de cauſa, ſecundum quod dictum fuit, quia. ſ. Ecelinus iubebat, vt coniurationem quãdam proderet, quam Ecelinus dicebat in eum factam; ſed ipſe inſons, & inſcius, elegit potius in tormento perire, quam fingere quod penitus ignorauit. De Zamboneto autem eius filio dictum fuit, quod cum Ecelinus ipſum minaretur per tormenta compellere ad illam coniurationem prodendam, quam eius Pater noluit propalare; linguam propriam dentibus ſecuit, per quod in carcere poſitus vitam finiuiſſe dicitur doloroſam. ¶ De illis autem de Papadolla, quidam in Platea ſunt mortui, & quidam in carcere perierunt. ¶ Doluerunt quaſi omnes de Padua de morte illorum de Capite Nigro, & de domino Thomaxio præcipue, quia vir fuit diſcretus, & curialis, cunctis affabilis, & Communi Paduæ vtilis, & fidelis. ¶ De Daleſmaninis autem mirati ſunt omnes, & ſinguli vehementer, cum Ecelinus ipſe nullos fideliores, nullos cariores amicos, nec proximiores videretur olim habuiſſe in Marchia Taruiſina: & hæc amicitia tanta ſteterat inter præſentis temporis coætaneos, & ſteterat inter prædeceſſores ipſorum. Sed nihil adeo pertimendum, nihil eſt ſic horribile, vel mortale, quam cum amicus fraudulentus, & falſus, creſcit, & exaltatur in infinitum.

De morte Imperatoris Frederici.

X. IN prædicto anno etiam M CC L. in Feſto Sanctæ Luciæ. ſ. die xiij. intrante Decembri, Fredericus, qui olim fuerat Imperator, quem Romana curia nunc non aliter niſi depoſitum appellabat, apud Palermum deceſſit. Factum ſatis Principibus recolendum, nam illa eadem die, qua extremo eſt ſupplicio deditus, ſummum quoq; receperat gaudium in hac uita, Romani. ſ. Imperij diadema, vt ſupra legitur in primo capitulo ſecundi Libri.

Hic redditur Ecelino Cerrum, & Calaonum.

XI. ADhuc in iſto eodem anno, circa medietatem Decembris, illa duo caſtra, quæ uſq; nunc partem Marchionis tenuerant, & in hoc medio tempore multas pertulerunt grauitates. ſ. Cerrum, & Calaone, venerunt ad pactum cum Ecelino: & qui illic ſteterant, habitis ſuis rebus, & armis, incolumes abierunt.

De morte Domini Guillielmi de Campo Sancti Petri.

XII. POſt negotia ſupradicta Daleſmaninorum, volens Ecelinus omnis ſanguinis nobilitatem de Marchia Taruiſina delere pro poſſe; miſit milites ſuos quoſdam de Pedemonte ad caſtrum ſuum de Angarano, quod eſt illic in montibus ſuperius ad Baxanum. Ibi detinebatur iam dudum in carcere nepos eius Dominus willielmus de Campo Sancti Petri, & cauſa detentionis dicetur inferius, & ipſum fecit conduci Paduam, exiſtente Ecelino Veronæ. Cuius receptis litteris Anſediſius Poteſtas in Padua; occulte ordinauit in nocte, quod multi eundẽ

willielmum, quaſi victimam, mane facto poſtularent, tanquam proditorem, ad puniẽdum: & hoc idem diebus illis ordinauerat Ecelinus exiſtens in Caſtro Leonici, vbi fuerat Anſedi-ſius ipſe, & quidam alij, quos Ecelinus fictitie appellabat amicos. Sic ergo in Padua ſpeciali-ter facta Cõcione, armatis militibus, & peditibus ſuis de Pedemonte, dictum Dominum willielmum iudicauit ad mortem, & fecit ipſum in Platea occidi, recte in feſto Sancti Bartholomæi Apoſtoli, die. f. viij. exeunte menſe Auguſti, & manibus impijs traditum, indigniſſime lacerari. Iuuenem quidem affabilem, & decorum, Militem largiſſuum, & benignum, multa ſtrenuitate prudentem, moribus, & curialitate laudabilem, nobilitate ſanguinis, & animi ſapientia inſignitum, &, o nefas, ipſi Anſediſio pertinentem linea parentelæ. Huncautem nobilem ſic immerito detruncatum, Comitiſſa Daria filia quondam viri famoſiſſimi, & præclari Domini Alberti de Baone bonæ memoriæ, cum filia ſua Domina Maria, & filia olim Domini Gerardi de Campo Sancti Petri, & ipſa quippe Domina egregia moribus, decora forma, ſapientia redimita, ambæ fecerunt ſiquidem tantum virum recolligi per Plateam, & recollegerunt ipſæ etiam cum multa multitudine lacrymarum, & in fabricata capſa repoſitũ, portari fecerunt, ſequentibus multis Militibus, & lacrymantibus Dominabus, & Domicellis, & ſepeliri in conſecrato loco Eccleſiæ Sancti Antonij Beatiſſimi Confeſſoris: timore Poteſtatis poſtpoſito, metu cuius non audebat aliquis patrem, vel fratrem, nec filium, etiam honorare in morte, poſtquam per talem curiam, digne, vel indigne, punitus eſſet.

Hic dicitur cauſa captionis ipſius Domini Guillielmi.

SI forte quæret aliquis de ipſius Domini willielmi tempore captionis, & cauſa, notandum eſt, quod non multis diebus poſt mortem Daleſmaninorum, cogitauit Anſediſius de widoris, Poteſtas Paduæ indigna, quod idem Dominus willielmus in vxorem habebat Dominam Mabiliam de Daleſmaninis, filiam. f. olim Domini Artuſini maioris, miſit ergo Poteſtas pro ipſo Domino willielmo, & ei dixit, & voluit, & quod Domino Ecelino placebat, vt diuortium prorſus fieret inter eum, & vxorem ſuam prædictam: reddens cauſam, quod Daleſmanini puniti erant, quia inuenti fuerant proditores partis Domini Imperatoris, & Ecelini, vnde ipſam vlterius nulla teneat ratione. Viſum eſt hoc nefarium, & maximum inconueniens Domino willielmo, & dans Poteſtati reſponſum quam plus potuit curiale, dixit ſe velle ire Veronam, & audire velle ab ore ſui Domini Ecelini, ſi hoc de ſui voluntate procedat, & eius in omnibus attendere voluntatem. Cum cepiſſet igitur ſuum iter, Poteſtas ipſe ſagaciſſimus, fraude plenus, præmiſit caute velociſſime ſuas litteras Ecelino: ita quod Ecelinus prius nouit talem ſeriem huius facti, quam ad ipſum accederet Dominus willielmus. Puto quod Ecelinus vſq; ab illo tempore quo willielmum ipſum in Caſtro Fontis ceperat infantem, & iacentem in cunis, vt ſupra legitur, in viiij. Capitulo ſecundi Libri. §. Sic igitur, &c. quamuis tamen poſtea veniſſet ad eius partem, eidem inſidiabatur occulte, ſi quã mortis cauſam poſſet excogitare aduerſus eum. Fuerat ergo prædicta cauſa, quam habuerat Ecelinus, per quam ipſum tunc capi fecit, vel fecerat, & detineri Veronæ, eumque captum, & militibus traditum vxoris occaſione, quam immerito dimittebat inuitus, miſerat in Anganum, & detinuerat eum carceratum ibidem, quaſi per annum vnum. Et ſic per experientiam ſcire debuit Guillielmus, quid illud ſomnium portendebat, cum vidit in uiſione patruos ſuos Dominum Ruzerium, & alios, lamentantes vt ſupra legitur in xvj. Capitulo v. Libri. §. Audiens &c. Pro ipſo etiam, & cum ipſo detentus eſt, & in carcere poſitus baiulus ipſius, & homo, nomine Taiacanis, qui nunquam reliquid eum, tam in aduerſis, quam proſperis, ab ipſis Guillielmi cunabulis, vſque ad finem mortis. XIII.

De captione amicorum Domini Guillielmi.

HInc etiam ſumpta occaſione, litteris habitis, & mandato Domini Ecelini, Anſediſius ipſe diligenter ſciuit inquirere, qui forent ipſius Domini Guillielmi proximi, & amici. Sunt ergo multi amici eius, & parentes detenti, quicunque. ſ. potuerunt haberi, varijs modis adhibitis, & diuerſis occaſionibus exquiſitis: alijſi quidem, qui erant ipſi Domino willielmo per parentelam, vel per amicitiam pertinentes: alij etiam, quia ipſi Domino willielmo pertinentibus pertinebant. Ecce nefandum, & tyrannidis rabies reprobanda, punire filiũ; XIV.

quia pater dicitur puniendus, vexare proximum, non ob aliud, nisi quia proximus est vexandus. Ecce quomodo morbus cancri, qui paulatim rodit loca contigua sibi, & sic procedit ratio maleficij huius quasi in infinitum, nec est illic inuenire finem: ad illius instar deridendi Philosophi, qui dicebat, quod ad motum formicæ mouebatur per consequens totus mundus. Detenti sunt, & in carcerem positi, tam dicti Guillielmi isti familiares, & ipsius amici, cum eorum familijs magni, & parui, mares, & mulieres. Honor & Catanius de Tergola, Aluerius Vani de Zacho, Aduocatus de Anoale: Guido autem de Anoale sapienter se eripuit de manibus Ecelini Vicentiæ commorantis: stans nanq; in eius illic curia, quam subito sensit hæc in Padua fieri, dixit, & finxit se emere velle dextrarium Ziramontis, fratris Ecelini, sed naturalis: fecitq; parari dextrarium die quadam in vesperis, & dixit se velle probare dextrarium ad cursum: & sic exiens ad cursum quendam foris a ciuitate, dixit Ziramonti, se credere, quod talis equus bonus erat pro eius facto, & in præsenti quod ita erat monstrauit: nam elongatus cum dextrario a Ziramonte, & ab hijs, qui cum eo iuerant, quam citius potest: tota nocte illa carum, & dilectum sibi dextrarium cucurrit, & equitauit, & sic manus impias, & mortiferas inimici effugit.

De morte illorum de Peraga.

XV. IN anno Domini M CC LI. alij quidam nobiles similiter indebite perierunt, occasione iniuste sumpta de quadam parentela, vel quasi, cum dicto Domino willielmo. Olim, tũq; defuncto Domino Iacobo, patre. s. ipsius Domini Guillielmi, cuius auus Dominus Tiso de Campo Sancti Petri adhuc in bona ætate erat: defuncta prius nobili Domina ipsius Domini Tisonis vxore; vt tanta, & talis Domus de Campo Sancti Petri non remaneret in solo hærede vno, stante etiam casu dubio, cum adhuc Guillielmus in pupillari ætate foret; de suorũ amicorum, & vassallorum consilio, prædictus Dominus Tiso duxit, & assumpsit fœliciter in vxorem Dominam sapientem, & nobilem, forma, & moribus, ac animi probitate decoram, Dominam Gardionisiam, sororem virorum nobilium Domini Petri, & Domini Iohannis de Peraga, de qua postmodum genuit Dominum Tisonem Nouellum, virum præclarum, & sapientem, probum, benignum, largum & curialem, & in omnibus patri similem, qualem decet esse virum de stirpe nobili, ex vtroq; parẽte. Quia igitur dicti Domini de Peraga domum, & Dominos de Campo Sancti Petri condam dilexerant, & nunc amore nepotis sui, licet latenti animo, fidelius diligebant; optantes, nec mirum, quod ipse Tiso Nouellus in potentia crescceret, & honore, cuius solam potentiam Ecelinus in Marchia verebatur, post Marchionem Estensem, per quem habebat, & illos de Peraga suspectos; stans Ecelinus Veronæ, secumque tenens multos Paduanos Milites, & hos præcipue, in quibus de ciuitate Paduæ suspicionem habebat; dictos Dominos Petrum, & Iohannem capi fecit, & detineri, nulla occasione prætensa, vel explicita: de quibus duobus vnus primo ductus, & portatus est Paduam de Verona, mortuus in tormento ibidem, & decapitatus est postea in Platea Paduæ sine morte: Elapsis quoq; diebus paucis, de altero factum est illud idem. ¶ In anno Domini supradicto, tempore autumnali, hoc quoque tempore patuit manifeste, quod cuncta scelera, cuncta mala in Marchia, & in Padua maxime, sine intermissione fiebant. Itaq; tam parui, quam magni, tam habitantes villas, quam ciuitates, & omnes generaliter vtriusq; sexus, videntes nefaria, quæ fiebant, fere potius exoptabant se interimere sponte propria, quam in illorum impias manus incidere, qui nullam redemptionem habentes, iniquitatem pro æquitate, malum pro bono ferunt, & iniustitiam pro iustitia exercebant. Ecce nanq; diebus illis iuuenis quidam ui corporis, & animi satis prudens, nomine Tauella de Capite Syluæ, Paduanæ diocesis, dum captus detineretur Paduæ in domo Potestatis, & sala, videns, & audiens Potestatis ministros eidem Tauellæ crudeliter comminantes, cum prorsus foret innocuus; proiecit se per fenestras in terram, & sic est mortuus in præsenti.

De nimia multitudine carceratorum.

XVI. INstat nunc quoddam capitulum, quod nemo posset sub breuitate, ordine seruato referre. Et dicere tamen possumus, quod sicut animo capienti nihil videtur festinanter contingere, sic tyranno desideranti communem destructionem, nihil videtur plenarie respondere

ad

ad votum: nec enim considerat æquitatem, sed vt quocunq; modo adimpleat quõd intendit: quemadmodum Ecelinus in Padua tyrannidem inauditam, & inopinabilem perpetrauit, sane propter vindictas quasdã, quas Paduani fecerant condam digne per terras eius, vt supra legitur in viij. Capitulo iv. libri. §. Sequente &c. Videns enim Ecelinus, quod præcipue tria sunt, quæ cunctas ciuitates, & loca singula, in quibus habitatur exornant, s. personarum decor, diuitiarum copia, & pulcritudo domorum; ad hæc tria remouenda de Padua impius ille hostis, familiaris, intrinsecus, fraudulentus, secundum quod patet hodie, posuit principaliter vires suas: & in diuersis diuersas causas excogitauit, extendens occulte, ac fraudulenter furorem, & iram suam, tam ad paruulos, quam ad magnos, tam ad fœminas, quam ad mares. Aliquos enim, quos in principio suæ tyrannidis pro obsidibus ad partes miserat alienas, nunc ad se subdole reuocauit, vt eorum disperderet sanguinem, ad iniuriam ciuitatis. Sicut de Brisco fecit in prædicto anno Domini MCCLI. quem quondam pro obside missum in Lombardia, nunc fecit ad se venire, & in eo nullam aliam causam inueniens, nisi quod attinebat Dalesmaninis per parentelam: & eum fecit capi, & in carcerem detineri. Causam aliam Vando de Viguncia, adolescenti, & amabili iuueni, filio Iohannis de Naticherio dedit, quod. s. equitasset diebus illis ad colloquendum cum Albrico de Romano ipsius fratre: vnde, & Vandum ipsum fecit incarcerari. Dominum Guillielmum de Carturio virum sapientem, & nobilem, annorum lxx. vel quasi, eiusq; filios Ecelinum, & Gerardum, & eorum familiã totam, quia similiter attinebant Dalesmaninis fecit in carceribus poni. Et fuerat idem Dominus Guillielmus, vt uidi ego sæpius, pro Ecelino scutum, & præcipuus defensator ipsius in Padua, in cõsilijs, & arengis, in ordinamentis, & in statutis, & cunctis, quæ pertinent ad exaltationem Ecelini, & suæ partis, quem suum Dominum appellabat. Ad hæc Albertum Iudicem de Borsellis, Iacob fratrem eius, Bartholomæum eorum fratrem, qui omnes dicebantur Gataroli, præter Blaxium qui aufugit, ipsos quidem, & omnes eorum familias. Simeonem de Ariberto, Iacobum Botacium Iudicem de Rogatis (frater cuius Matthæus Iudex fugit) Dominum Benedictum Iudicem de Runcho, patrem eius Dominum Andream, Peruculum nepotem eius, cum sua familia, Rolandinum Capud de Lista, Dominum Raynaldum Iudicem de Oti, Pisanum, Morrialem de Plebe, Iordanum Ferratorem, Gerardum eius filium, Milites quidẽ, & Pedites, Iudices, & Notarios, Dominos, & Populares, magnos, & paruos, vtriusq; sexus, in tanta quantitate detineri fecit hoc tempore rabies Ecelini, quanuis Veronæ foret, quod longum esset singulas, & singulos nominare: quorum quidam de Padua, in Padua sunt detenti, quidam Paduani etiam cum capti sunt in Verona, Paduam mittebantur captiui: ipsos nanq; Veronam ad se vocabat fingens causas plurimas, & diuersas. Audium est etiam diebus hijs in Padua, quod Gerardus Schachus, qui apud castrum Marosticæ morabatur, Miles. s. quidam de quadam nobili proienie de Padua, quæ dicebatur de Offreducijs, siue Baratis: visus est in verbis quibusdam resistere Capitaneo eiusdem castri Marosticæ, fratri Ansedisij de widotis, qui vocabatur Iacobus de widotis: propter quæ verba decapitatus est in Marostica, iussu Domini Ecelini. Hinc quoque sumpta occasione, detenti sunt in Padua omnes eius consanguinei, & parentes, & qui etiam vel per sanguinem, vel per amicitiam pertinebant amicis eius, præter Zilium Techum de Padua Militem prouidum, & discretum, quem tunc Ecelinus iussit, sicut inscium huius facti, stare ad præcepta ipsius Ecelini in Vicentia, & Vicentino districtu. Hij autem, occasione prædicti Gerardi Schachi, in Padua capti sunt, Dominus Henricus condam Archidiaconus, & Canonicus Paduæ, Henricus Abbas Carrariæ, Philippus, Henricus, & Albertus fratres, filij quondam Domini Alcherij, nobilis ciuis de Padua, Antonius Iudex, Vguzionus, & Alexius fratres, filij condam Domini Iacobi de Alexio Iudicis Paduæ. Tunc etiam captus est Albertus de Aldreuando, & eius filius Leonardus: Sed hij duo capti sunt hac de causa, quia in eorum domo domina quædam maritata erat de Dominabus de Bellegraffis, qui iam puniti fuerant propter prædictos versus. Prædicti autem Milites, & Dominæ, Burgenses, & Populares, cum tot, & tanti, qui fere innumerabiles, capti fuerent, & carceres per Paduam non forent tantæ quantitatis capaces; excogitauit Ansedisius de widotis, cuius animus delectabatur in malis inferendis, & pœnis, fieri fecit mortalem carcerem in Cittadella, Castro. s. Paduani districtus, quod est in confinio eundo Baxanum; & ad partes Pedemontanas, cui carceri nomen imposuit, & fecit vocari Maltam. Tunc illuc primo missi sunt milites circa lxx. sub equorum corporibus pedibus alligati, pedites laqueati funibus circa C. quamuis iliic postmodum tempore procedente, triplicatus immo quadru-

plicatus, & vera fit numerus captiuorum: nihilominus tamen Paduæ in pluribus carceribus multi, & multæ, & fere innumerabiles, remanserunt: & sic de hominibus, ac mulieribus vbilibet carceratis, aliqui post hæc tempora mortes miserrimas in carcere pertulerunt, aliqui de carcere trahebantur: de quibus multi, qui adulti erant in Platea Communis Paduæ tanquam bestiæ sunt truncati.

Hic tangitur de quibusdam occisis gladio, & de pueris cæcatis, & castratis.

XVII. CVrrente anno Domini M CC LII. de consilio, & instinctu quorundam, multiplicatæ sunt iniquitates in Padua, excogitata sunt diuersa genera tormentorum, & addita mala malis. Aliqui enim, qui talia operabuntur in alios, qualia expectare poterant in se ipsis, deliberato cõsilio asserentes, quod hoc placebat Domino Ecelino existenti Veronæ; consuluerunt Ansedisio, voluntario, atq; prono ad mala, vt de tot proditoribus, quos tenebat, puniri debeat, & poterat magnam partem. Vnde isto eodẽ anno circa mensem Iulij ducti sunt in Palatio nobiles quidam viri, qui iam per tempus steterant carcerati, videlicet prædicti Briscus, Vandus de Viguncia, Ecelinus, & Gerardus filij Willielmi de Carturio, ipse itaque mortuus erat in carcere, quia fuit annosus homo, & multis in coactis angustijs, & sunt illi quatuor iudicati ad mortem, & in Platea crudeliter detruncati. Quorum vnus Briscus, dum sentiret se iniuste condemnari ad mortem, dum adhuc in Palatio erat, respondebat sæpius falsum esse quod repetebat Potestas, ipsum esse proditorem Domini Ecelini, & suæ partis: quare quidam prope ipsum assistens, sed Paduanus non fuit, euaginato gladio, ipsum vulnerauit ad mortẽ, itaquod ipse Potestas visus est hoc ferre moleste: portatus est tunc semiuiuus in Platea inferius, & vna cum alijs detruncatus est. Sic in istos quatuor factum est summum scelus, & inaudita fœuities die illa. ¶ Sed & diebus illis etiam perpetratum est aliud non minus horribile, & nefandum in pueros aliquorum, non solum Popularium, sed virorum Nobilium, & Magnatum, qui pueri primitus cæcabantur, & cum eis adhuc in carcere positis erat cæcitas quodammodo solidata, secabantur genitalibus, & fiebant spadones parui. Quorum nomina digntum puto silentio pertransire, ne de talibus, & tantis faciam mentionem, quos nõ possem præter lacrymas nominare. Hoc tamen optauerim, quod illius anima, de cuius ore primum prodijt vindicta in immo centes, & vindicta per mortem, & incendium in insontes adultos, nunquam habeat participationem in cœlis. Dat & illi aliam maledictionem Ouidius dicens

Qui primum pueris secuit genitalia membra,
Vulnera quæ dederat, debuit ipse pati.

Istæ nanq; vindictæ duæ tam detestabiles, & enormes, inceperunt in anno isto, & de malo semper radicauerunt in peius, donec Ansedisius de widotis, & quidam eiusdem complices, prauitatis suæ tyrannidem potuerunt sub alterius tyrannidis velamine paliare. Nam istis post breue tempus suorum facinorum finis anxius, & immortalis imponetur ab illo, in cuius nunc seruitium operantur, & cui placere cupiunt plusquam Deo.

De Capitaneis positis per contratas Paduæ.

XVIII. ETsi tanta cæcitas occupauerat Ansedisium de widotis, & quosdam ipsius consocios, in summis iniquitatibus perpetrandis, vt longo tempore gloriari crederent in hoc statu; Ecelinus tamen die noctuq; cogitans quæ fiebant, & quodam spiritu conscientiæ prouidens, quod Diuina dispensatione cautum est, ne mundus in eodem statu maneat, & quod etiam

Summa cadunt, inflata crepant, tumefacta premuntur.

voluit dum potuit, optinere, quod cepit. Misit itaque Paduam Capitaneos quosdam, quos constituit per contratas, vt si forte aliquis vellet mutare Consilium, vel reducere Paduam ad Commune, quam sciebat Ministros suos regere non communiter, sed per partem; cum iam illic etiam nullam videretur habere partem, delendo tam amicos, quam inimicos; nulla possit fieri versutia Ecelino. Constituit ergo Gorciam de Feltro, vt existens in contrata Ruthenæ, conuersationem Ruthinensium noscat; Guidonem de Meledo in Ponte Molendinorum, vt cum illic plurimi congregentur de longa vicinia, & extensa; multorum cautus audiat, & intelligat voluntates; Crepadam de-

Belu-

Belluno posuit in Turrisellis, & circa Pratum, vt per ipsum intelligat voluntates illorum de Quarterio illo, & præcipue extra portam Turrisellarum, qualem gerant animum Marchioni. Istis tribus præposuit Frassapaiam in Quarterio Pontis Altinati, vt & illis præsit, & de tota prouideat ciuitate. Qui Frassapaia die quadam, sicut mos est in vicinijs per contratas, stabat sub fraxeta, siue laubia quadam, quæ erat prope ad domum Pontis Altinati, vbi cotidie cum multis Militibus, & Burgensibus morabatur: & ecce quidam in apparentia satis discretus homo, retulit quod nocte præterita per castra de Pedeuenda vbicunq; erant, visus est ignis per merlos castrorum ardere diu, & manifeste comburere crates, & munitiones castrorum, sed adueniente die nihil est læsionis inuentum. Audiens hæc alius retulit in exemplum, quod ipse viderat in principio guerræ per Estense confinium, nocte quadam, iuisse quandam dragonariam, siue nubem, quæ sic destruxit arbores, fruges, vineas, & herbas radicitus, vt mane facto visum sit omnibus manifeste, quod illic, vnde iuit non fuisset vnquam herba, arbor aliqua, vel cultura. Recitauit ibidem tertius recitator, se isto eodem anno stellam quandam in hora matutina vidisse, magnam, vt foret cometa, sed cometa non erat, non enim habebat comam: in hoc autem erat eius miraculum, quia videbatur fere magna vt Luna, & habebat cursum multo velociorem quam Luna: sed nec erat cita more cadentis stellæ, & vere nec Luna fuit. Visa quoq; per vnius horæ spatium, euanuit paulatim. Et fuit hæc recitatio anno Domini M CC LII. mense Augusti.

Explicit Liber Sextus.

INCIPIT SEPTIMVS.

De multis detentis in Padua, & de tertia conspiratione.

NImia iam astutia Ecelini confuderat Paduanos in tantum, vt maiores dispersi forent, minores diminuti per membra, & loqui per vicinias vix auderent in ciuitate: qui tantus timor cum foret in illis etiam, iuuenis quidam de Plebe nomine Zasi, satis confidens de prudentia sui corporis, videns quod facta Communis Paduæ tractabantur per multas iniquitates, ad partem alteram se transtulit. f. Marchionis: cuius recessus occasione in reuoluto iam anno Domini M CC LIII. in die Sancti Stephani, detentus est pater eius Rubeus de Plebe, Bonacordus Antoniacius, & quidam alij de Plebe facci similiter, & non explicabatur aperte, sed quasi murmure dicebatur, quandam esse conspirationem inuentam, in qua multi de ciuitate, & villis iurauerant. Et primo loco detentus est quidam notarius, & scolaris, qui nominabatur Magister Michael, qui olim causa studij venerat Paduam, & natione fuerat Cremonensis: & dicebatur, licet non manifeste, quod iste portans in scriptis per ciuitatem formam iuramenti, & illorum nomina qui iurauerant, iam multos contra Ecelinum coniunxerat in voluntate eadem. Quid plus? detentus est ipse, & positus ad tormentum, quid autem manifestauerit nescitum est publice, nec relatum: sed ab ista die, qua captus est in antea, multi capti sunt, & detenti, quidam in Padua, & quidam qui de voluntate Ecelini stabant Veronæ. Henreginus a Flumine captus est cum duobus suis filijs, & familia eius tota; Ianne de Moro, quem nuntij pro eo missi nudum ceperunt in balneo naturali de Montigroto; Thomaxius eius filius in ciuitate, cum familia sua tota; Monarius Medicus, qui Ecelinum condam de graui spalatura sanauerat in exercitu Imperatoris ad Curtem Nouam in Lombardia; Borrachus; Thomaxius de Bonaldis natione Venetus, sed nūc præ cæteris Ecelini familiaris benefactor: habuit autem ipse Thomaxius apud Ecelinum hoc meritum, quod cum missus fuit Veronam ab Ansedisio ligatis pedibus subter equum, reportatus est recte viij. die Paduam mortuus, & truncatum est ei caput in foro, & corpus eius cōbuxerunt ibidem quidam Gastaldiones eius de villa de Caudeuico, quos ipse iniuste fecerat carcerari. Prædictus etiam Ianne diebus illis portatus est mortuus de Verona, & decapitatus est Paduæ in Platea. Eademque die in sero, Iohannes Dominicus filius olim Menzellæ de Burgo Turrisellarum, qui faciebat custodiam noctis, corpus illud cum magna auiditate combuxit.

1.

De

De quibuſdam captis in Verona, & de quibuſdam combuſtis in Padua.

II. STudioſus fuerat Iohannes Dominicus nocte illa ad comburendum prædictum corpus: ſed ſtatim ſequenti die, Anſediſius Poteſtas, Iohannem Dominicum ipſum, Meniginum eius fratrem, & totam ipſorum familiam capi fecit, & carcerari. Præterita nanque die Paraſius eorum frater captus fuerat in Verona ab Ecelino, qui Ecelinus tota nocte illa litteras Anſediſio miſerat, pro Paraſi fratribus detinendis. Vercius de Manzio, captus erat Veronæ ſimiliter die illa, nepos cuius Manzius narato flumine Atacis fugit, & ſe liberauit a captione. Henricus itaq; pater Manzij ſimiliter captus eſt illa die in Padua, qui erat honeſtus homo, & propter legalitatem perſonæ ſuæ pecuniam multam, licet inuitus, de tolomeo vini multis annis collegerat, & dederat fideliter nuntijs Ecelini. Paucis diebus poſt hæc portatus eſt Paraſus mortuus de Verona, cui caput eſt in Platea ſine ſanguinis effuſione abſciſſum, & ibidem cõbuſtum. De Iohanne Dominico, qui adhuc in carcere viuus erat, factum eſt illud idem.

Hic cepit Ecelinus quoſdam, quos habebat in Padua, & Verona.

III. SCiendum eſt, quod adhuc in iſto anno M CC LIII. & ab iſto anno in antea, factæ ſunt multæ captiones nunc Paduæ, nunc Veronæ, nunc Militum, nunc Popularium, immo quorundam etiam, qui, licet per ſimultatem, tamen dicebantur amici: vnde cum non poſſim expreſſe dicere die tali, vel menſe, dicam quam plus potero, prope verum. Contingit quod menſe Februarij huius anni quidam nuntius intrauerat curiam Ecelini Veronæ, ferens litteram quandam clauſam, & ſigillatam, quam dare volebat Othoni, qui dicebatur Vulpis, qui erat vnus de magis potentibus in curia Ecelini, notarius quidem de Padua. Peruenit nuntius ille cum littera ad fratrem naturalem Ecelini, nomine Ziramontem, dicto Othone abſente: dedit ergo litteram Ziramonti, vt eam poſtea daret Othoni. Dictum eſt, quod vidit hoc Dominus Ecelinus, ibi prope in ſala ſedens, & litteram in manu accipiens ſine fractione ſigilli, carta paullſper in littera ex vna parte inſpecta, vidit hæc duo, vel tria verba, Frater Albertinus de ordine: ſciebat quoq; quod ipſe Otho germanum quendam in ordine Fratrum Minorum habebat, de quibus fratribus Ecelinus plus timebat in ſuis factis, quam de aliquibus alijs perſonis in mundo, cum fratres ipſi vadant, & veniant propter liberam paupertatem ſecuri: & tenebat ipſe tunc quoſdam de illo ordine carceratos. Ipſe igitur iratus, & aperta littera, legit, quod Frater Albertinus ſalutans germanum ſuum, inter cætera verba dicebat ei, Fratrem Minorem quendam ipſius Fratris Albertini, & ſuorum amicorum cariſſimum amicum, habuiſſe diebus iſtis gratiam ab Apoſtolica ſanctitate, & dignitatem Epiſcopalem in Romania, & quod firmiter hoc ſciret, guerram illam de Marchia non poſſe durare amodo tribus annis. Sic ergo in Verona protinus captus eſt Otho Vulpis. In ſequenti vero die capti ſunt in Padua, iſti parentes eius, vercius eius frater, Leonardus notarius de Cuticellis frater patris Othonis Vulpis, Rolandus Iudex, Trepinus filius Leonardi, Lazarellus notarius, & Antonius eius filius, attinentes eis per parentelam, Henrichus Branzuza, cuius filiam in vxorem habebat vnus de Cuticellis, & filius ipſius Henrici, & demum omnes familiæ omnium prædictorum.

Iterum hic capiuntur quidam fideliſſimi Ecelini, iuſſu ipſius.

IV. ANno prædicto multi capti ſunt de Paduanis ciuibus in Verona, quos Magiſter Michael prædictus accuſauerat, & adhuc cotidie accuſabat in prædicta conſpiratione fuiſſe. Poteſtas enim Anſediſius prædictus ipſum Michaelem in carcere longo tempore tenuit, poſtquam captus fuit, propinans ei neceſſaria affluenter, vt. ſ. accuſaret illos, de quibus, vel in quibus cauſas Anſediſius ſiue iuſtas, ſiue iniuſtas libenter inueniebat: & ne credatur hoc aliter eſſe quam dicam, Michael ipſe poſtmodum, cum in vltimo iudicio fuit in Platea Communis, omnibus audientibus, ſic fuiſſe publice teſtabatur, accuſans ſemetipſum in morte, clamando culpam, dicendo ſe falſum eſſe, ac proditorem, dignum omni ſupplicio, morte, & peius morte. ¶ Hoc anno etiam capti ſunt quidam in Padua, quidam in Verona, propter accuſationem prædicti falſi accuſatoris, Iacobus Iaia captus eſt in Verona, frater eius nomine Comes cum eo, Waragninus Salomonis de Mandria ductus mortuus de Verona, decapitatus eſt in Platea

poſt

post mortem. Et quidam de familia de Schinellis ibidem truncatus est caput, ad instantiam Bontrauersi. ¶ Illo eodem die, quo factum est istud, Iudex quidam sapiens, & discretus, transfiguratus in vestimentis, dictus est velle de ciuitate fugere, & ire ad partem inimicorum, pro tantis maleficijs, quæ sine intermissione fiebant: sed eo capto eundo per viam, & sic in vestimentis mille colorum ducto ad Potestatem; cum inuentum sit quod eius non erat transfiguratio fraudulenta, cunctos conuertit in risum, & sic dimissus est impunis.

De morte illorum de Montesilice honorabiliter acquisita.

V. FActum istud de hoc Iudice fuit quodammodo delectabile, & iocosum, sed quod nunc sequitur fere fuit Ecelino, & suæ parti periculosum. Ecelino nanq; vt dictum est, multo tempore manente Veronæ, cum illic, sicut & in Padua, multi accusarentur manentes in ciuitate, & extra; accusati sunt Monte, & Araldus de Montesilice: pro quibus ad se conducendis, misit Ecelinus quosdam Milites de melioribus specialiter quos habebat. Stabant namque tempore illo Veronæ, multi nobiles de Padua, & aliunde, pro securitate Domini Ecelini, & vt eius curia plenior, & honoratior appareret. Ducti quoq; sunt nobiles illi de Montesilice, detenti tamen curialiter, ad curiam, die quadam mense Februarij, prædicti anni MCCLIII. & casu fortuito illa die, & hora Ecelinus in prandio recumbebat. Dum igitur clamarent alta voce inferius, dicentes se nec esse nunc, nec fuisse prædecessores suos aliquo tempore proditores, & dicerent hæc verba frequenter; & cum Ecelinus stans superius hoc totum audiret; irato animo, sed sine armis, descendit inferius, & accedens ad ipsos, ait, male veniant proditores. Dictus vero Monte hoc audiens, furore inflammatus, & ira, fecit insultum in Ecelinum, ipsumq; capiens toto corde, & animo, prostrauit in terram, & audaciter extendit se totum superius, & inferius positum inimicum, & omni postposita reuerentia, & timore, cum a se cultellum non haberet, vel arma, cultellum tyranni subterpositi, stridens dentibus, perquirebat. Esse profecto potuit illa dies multorum malorum finis, viduarum, & orphanorum vindicta, consolatio pauperum, multorum mortalitatis defensio, finis innumerabilium rapinarum, Lombardiæ, ac Marchiæ, securitas, & libertas: sed siniſter casus illic posuerat Militem prudentem, & animosum Iacobinum filium Comitis Schinellæ de Padua, quem Ecelinus, cum multis alijs Militibus in Verona, vt supra dictum est, pro sui securitate tenebat: hic euaginato gladio, crus Montis dextrum ictu subito detruncauit. Et tamen Mons ipse, quasi immobilis, virum impium ad vltimum suffocasset, nisi cæteri circumstantes, ipsum, & eius fratrem continuo per viscera laceraſſent. Habuerunt tamen Medici vsque ad plures dies quid facerent circa faciem Ecelini signatam dentibus, & sanguinatam vnguibus viri commendabilis, & audacis, & qui præ cæteris hominibus huius mundi, finiuit sic laudabiliter vitam suam.

De captione Fratris Felicis, & Carnaroli eius fratris Veronæ.

VI. IN isto eodem anno, visum est quod Ecelinus de Romano suspectum habuit Dominum Carnarolum, Virum potentem, & diuitem de Verona. Ipsum itaq; fecit curialiter detineri, & quasi sub forma boni, faciebat secum ad mensam stare, cautus tamen semper in facto suo. In Padua vero hoc aliter est nescitum, nisi quod mense Octubris eiusdem anni, Frater Felisius Præceptor, siue Magister ordinis Alemannorum in Padua, cum foret carnalis frater Carnaroli prædicti, & iuisset die dicto ad paisandum, vt dixit, portans secum in equo seruientis sui panem, vinum, & pisces; captus est, & detentus iussu Potestatis Paduæ; in campanea Paduæ Montis Rubei Paduani districtus, missusq; Veronam detentus. Nescitum est vlterius an gladio, an carcere periisset. Prius tamen quam foret Veronam missus, positus fuit quidam notarius nomine Ricardus a Sancta Cruce de Padua causa seruandi eum in Padua in loco Fratrum Alemannorum, de quo notario postmodū dictum fuit, quod conuentione cum Fratre Felisio facta de libris M. fugere debebat vterq; Detentus est & Ricardus, missusq; cum illo Veronam. Relatum est Paduæ postmodum quod dimissis ambobus brachijs in tormento mortuus decidit, & deformis. Supradictus si quidem Dominus Carnarolus in Platea Veronæ est dilaceratus per frustra. ¶ Diebus illis captus est Vbertus olim filius Vgonisa Vado in Padua, propter conuersationem quandam solummodo, quam occasione

fratris

Digitized by Google

fratris ſui nomine Benaſtrù habebat cum ipſo Fratre Feliſio, qui olim in ſuo ordine receperat ipſum Benaſtrù, & eum ad partes tranſmiſerat alienas. ¶ Detentus eſt, & Ziraldus de Parma, Miles, & ſocius Ecelini, qui nunc ſecum Veronæ erat: & erant iam anni XVIJ. & vltra, quod tam in pace, quam in guerra, in die cum ipſo ſtabat, & cum eo nocte in eadem camera dormiebat.

De multis captis in Padua, & Verona.

VII. NVnc reſtat Capitulum quoddam ponere, in quo fiat quaſi ſummaria mentio de multitudine captorum prædicto anno, in quocunque ſcilicet tempore eius anni, de quibus quidam ſunt capti de Padua in Padua, & aliqui in Verona, quidam eis impoſita cauſa, & ſi iuſta fuerat, vel iniuſta, explicata etiam aliquibus, & in aliquibus occultata. Brizafollus notarius captus eſt eo ſolo, quod eius filij ſine fraude dixerunt, ipſum velle religionem intrare. Vgo a Sancta Iuliana de Padua, quem Ecelinus conſtituit, & ſtare fecerat Poteſtatem in Regio, & fuerat illic eius notarius Brizafollus. Captus eſt Otholinus ipſius frater. Domicellus Ecelini nomine Sylueſter, quem etiam præ cæteris videbatur habere carum, hac ſola occaſione captus eſt, quod Dominum Vgonem amicum ſuum in carcere viſitabat. Cuidotus de Burzigana, Dominus Albertus tertius filius Comitis Schinellæ de Padua, captus eſt in Verona, Vgo eius nepos, Dominus Vgolinus frater eiuſdem Alberti tertij captus in Padua. Dominus Iacobinus de Schinella frater iſtorum, ſtans Veronæ miſſus eſt ad præcepta ad partes Bozani, & Preſſinoris, cui vita donata eſt, & eius filio Domino Michaeli, totique ipſorum familiæ, propterea quod occidit Montem de Monteſilice, & Ecelinum liberauit a morte. Thomaxius a Sancta Iuliana Iudex de Padua captus eſt in Verona, Lucas ipſius frater, Petrus Bonus de Nannis, Artuſius de Nannis, Aduedutus Iudex, & Nicolaus Rubeus de cognatione eadem. De quadam autem proienie de Padua eorum qui dicebantur Pinchoti, Tiſolinus exiſtens Veronæ Vicarius obijt ſua morte; Daleſmanellum eius fratrem Ecelinus incarcerauit; Petrum Iudicem eorum patruum carcerauit. Benuenutus Iudex de Faualixis de Padua, exiſtens Veronæ Vicarius, iuſſu Ecelini incarceratus eſt in Verona, & ſic demum vitam in carcere finiuerunt. De prædictis autem omnibus tam Nobilibus, quam Militibus, vel Iudicibus, manifeſtum erat in Padua, quod nullos habebat Ecelinus in tota Marchia fideliores, nec magis feruentes in eius parte, & erant in Padua multum diuites, & potentes. Triuixolus faber captus eſt in Padua quaſi vltimus poſt prædictos, ficta in eum cauſa, quod claues debebat fabricare adulterinas, vt portæ ciuitatis Paduæ nocte inimicis aperirentur furtiue. Bertholaſius notarius a Prato, quia pertinebat ſupra dicto Paraxio, & fratribus, captus eſt in eodem anno Domini circa finem menſis Iunij. Manfredinus ipſius pater, Bellotus alter filius Manfredini, Thomaſius, & Pipinus fratres Manfredini eiuſdem, Armenardus, & Ioannes ipſius Pipini filij, Marcus Thomaſij filius, Leonardus de Zambo, Riprandinus, & Zambus filij Leonardi, Ioſue gener Leonardi. Florius ipſius Leonardi filius tunc ad campos exiuerat ad aues capiendas, & fugit. Otho frater Leonardi eſt captus, Florauans, & Thomaſius olim filij Zimboni de eadem parentela ſunt capti, captus eſt Cauurlus, quia ſupradicti Paraxij conſanguineus erat, captus eſt Patauinus a Prato cognominatus Comes, & ea cauſa ſolummodo, quia ipſi Paraxio erat familiaris. Quid plus, & de familijs omnium prædictorum, ſcilicet de mulieribus, de magnis, & paruis, de ſeruitoribus, & ſeruitricibus eorumdem, de rebus, & ſupellectilibus ſuis generaliter, nihil aliud eſt dicendum, niſi quod omnes, & omnia ſunt erepta. Sciendum inſuper, quod tres erant in Padua, qui credebantur habere magnam pecuniæ quantitatem, cauſa cuius pecuniæ habendæ, vnus de familiaribus Anſediſij de Widotis eos de diuerſis criminibus incuſauit: vnde tres illi omnes eodem prædicto anno capti ſunt, & in carcere poſiti, & ſic ipſorum totam pecuniam habuit Anſediſius de Widotis. Fuerunt autem iſti tres, videlicet Papaſancti, Muſtus campſor, cum eius fratre, & Proſdocimus notarius, qui dicebatur de Cauo. Cui nempe Proſdocimo duæ cauſæ huiuſmodi nocuerunt, vna ſcilicet quia Vgo de Sancta Iuliana, qui iam antea captus erat, eius habebat filiam in vxorem; altera vero cauſa, quia pecuniam quaſi innumerabilem dicebatur habere: nam & poſt captionem ipſius inuenta eſt intrinſecus in quodam angulo domus eius Calderia quædam ſup terra poſita, Venetialibus groſſis plena, quæ capax erat, vt dictum fuit, duorum ſtariorum, & vltra.

De

Ex Cant. Canticorum.

Quam pulcra es amica mea, quam pulcra es! oculi tui columbarum absque quod intrinsecus latet. etc. Cant. 4. 1. Ecce tu pulcra es amica mea, ecce tu pulcra es! oculi tui columbarum. etc. Cant. 1. 14. Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulcra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? Cant. 6. 9. Quam pulcri sunt gressus tui in calceamentis filia principis! Cant. 7. 1. Quam pulcra es, et quam decora carissima in deliciis! Cant. 7. 6. Statura tua assimilata est palmæ, et ubera tua botris. Cant. 7. 7. Dixi ascendam in palmam, apprehendam fructus eius. Cant. 7. 8. Et ubera tua sicut botri vineæ, et odor oris tui sicut malorum. Cant. 7. 10. Ego dilecto meo, et ad me conversio eius. Cant. 7. 11. Veni dilecte mi egrediamur in agrum, commoremur in villis. Cant. 7. 12. Mane surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica. Cant. 7. 13. Ibi dabo tibi ubera mea. Cant. 8. 5. Suscitavi te sub arbore malo, ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua. Cant. 8. 6. Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum. Cant. 8. 7. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Cant. 8. 8. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione quasi nihil despiciet eam. Cant. 8. 9. Soror nostra parva est, et ubera non habet, quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est? Cant. 8. 10. Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea; si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis. Cant. 8. 11. Ego murus, et ubera mea sicut turres eius. Cant. 8. 12. Vinea fuit pacifico in ea quæ habebat populos, tradidit eam custodibus, unusquisque affert pro fructu eius mille argenteos. Cant. 8. 13. Vinea mea coram me est, mille tui pacifice, et ducenti custodientes fructum eius. Cant. 8. 14. Fuge dilecte mi, assimilare capreæ hinnuloque cervorum super montes aromatum. Cant. 8.

Ex Sapientia.

Sapientia ædificavit sibi domum, excidit columnas septem. Prov. 9. 1. Qui invenit mulierem bonam invenit bonum, et hauriet gratiam a Domino. Prov. 18. 22. Mulierem fortem quis inveniet? procul et de ultimis finibus pretium eius. Prov. 31. 10. Confidit in ea cor viri sui, et spoliis non indigebit. Prov. 31. 11. Reddet ei bonum et non malum omnibus diebus vitæ suæ. Prov. 31. 12. Quæsivit lanam et linum, et operata est consilio manuum suarum. Prov. 31. 13. Facta est quasi navis institoris, de longe portans panem suum. Prov. 31. 14. Et de nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis, et cibaria ancillis suis. Prov. 31. 15. Consideravit agrum et emit eum, de fructu manuum suarum plantavit vineam. Prov. 31. 16. Accinxit fortitudine lumbos suos, et roboravit brachium suum. Prov. 31. 17. Gustavit et vidit quia bona est negotiatio eius, non extinguetur in nocte lucerna eius. Prov. 31. 18. Manum suam aperuit inopi, et palmas suas extendit ad pauperem. Prov. 31. 19. Non timebit domui suæ a frigoribus nivis, omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. Prov. 31. 20. Stragulatum vestimentum fecit sibi, byssus et purpura indumentum eius. Prov. 31. 21. Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terræ. Prov. 31. 22. Sindonem fecit et vendidit, et cingulum tradidit Chananæo. Prov. 31. 23. Fortitudo et decor indumentum eius, et ridebit in die novissimo. Prov. 31. 24. Os suum aperuit sapientiæ, et lex clementiæ in lingua eius. Prov. 31. 25. Considerat semitas domus suæ, et panem otiosa non comedit. Prov. 31. 26. Surrexerunt filii eius et beatissimam prædicaverunt, vir eius et laudavit eam. Prov. 31. 27. Multæ filiæ congregaverunt divitias, tu supergressa es universas. Prov. 31. 28. Fallax gratia et vana est pulchritudo, mulier timens Deum ipsa laudabitur. Prov. 31. 29. Date ei de fructu manuum suarum, et laudent eam in portis opera eius. Prov. 31. 30. Ecclesiasticus.

V. VIdens Anſediſius, ſtans in Padua, ſe eſſe quaſi ad extremum ſuæ rapacitatis examen; Procuratores omnes ad ſe vocauit. Erant autem Procuratores in Padua vltra xxv. qui non ſua ſponte, ſed metu mortis, & tormentorum, procuraliter extorquebant tributa, ſ. omnem pecuniam, & quaſi omnia bona de Padua, & Paduano diſtrictu, & cogebantur dare poſtmodum Anſediſio deuoranda: vt pote, bona Epiſcopatus, & Eccleſiarum, bona omnium expulſorum, omnium captiuorum, ementium, & vendentium omnium, ſiue panem, ſiue vinum, ſiue beſtias, ſiue ſœnum, ſiue lanificia, ſiue ligna, & generaliter cuiuslibet extorſionis rapinas, quæ poſſet aliquis cogitare. Ab huiuſmodi Procuratoribus petijt Anſediſius, vt infra duos dies ei darent quantamcunque facere poſſent pecuniam, per ſe, vel per amicos ſuos, debeantque poſtea de ſuis procurationibus reſtaurari, ſic enim penitus oportebat propter ardua facta nunc occurrentia ciuitati: & addidit illis pœnam, quod niſi hoc fecerint, in carceris profunditate mittentur, vbi non cibus non potus, non eis dabitur aliquod ſubſtentamen, ſed eorum vita ſic miſerabiliter finietur. Deſperati ergo procuratores, expectabant nihil aliud niſi mortem, pœnarum .ſ. alleuiationem, & conſolamen. Et ſic, cum nondum eſſet eis prohibitum ſimul loqui, ſederunt nocte quadam pariter duo ſatis triſtes, & anxij, in

camera

camera Palatij, alligati compedibus ferreis, positi sub custodia vij. peditum armatorum de Pedemonte: Mirum autem quod ausi fuerunt dicere, sed erant remoti parum a custodibus, & loquebantur etiam in subsurro, & ait vnus; Ecce ad quid deuenit populus Paduanus! Destructæ sunt domus, & turres omnes, diuitiæ, & pecuniæ sunt extortæ, dispersi sunt homines, & fœminæ viduatæ, paruuli detheembrati, & eorum, qui nunc superstunt, quidam iacent in carceribus semiviui, pars est in periculo apud villam de Plebe Sacci, pars quoq; terras circuit, alienia mendicando suffragia, pars est cum Ecelino in Lombardia, in mortalibus laboribus, & ærumnis: & ecce melius esset nobis cito subite mortem, quam miserabilem vitam producere, vitã continuatam, & plenam omnibus angustijs, & tormentis, omnibus doloribus, & flagellis, langoribus, & timoribus, singultibus, & ploratibus, & suspirijs, radicitus deficcantibus corda nostra. Hijs verbis cum aliter pararet se lacrymantibus oculis respondere; accessit vnus de custodibus & sic vtriusq; verba suppressa sunt silentio saniori.

Hic riuertitur Gorzia Paduam, cum toto guarnimento de Plebe.

NOn solum Procuratores, & eorum bona, crudelitas Ansedisij deuorabat, sed & aliorum omnium subditorum sibi de Padua videbatur vsq; nunc personas, & diuitias deglutire. Verumtamen hoc tempore quodammodo visus est de Padua curare, timuit enim, ne gens Legati forsitan insultaret in Paduanos, manentes in villa Plebis: nam habebat spiones cotidie de guarnimento Legati, & Gorzia, factus Rector exercitus existentis in Plebe, non minus erat sollicitus scire quæ tractabantur ab inimicis, immo dictum fuit ipsum Gorziam, nocte quadam, iuisse furtiue in castra aduersæ partis. Tamen quocunq; modo sciuerit, fecit quẽdam decapitari, & comburi in villa Plebis, quem fuisse locutum cum quodam Cruce signato asseruit: alium quendam misit Paduã vinculis alligatum, qui dictus fuit portasse cereса inimicis, hunc Ansedisius disperdi fecit solummodo illa causa. Misit demum litteras suas Gorziæ Capitaneo, & Rectori in Plebe super totum Populum Paduanum, vt guarnimentum Paduã festinanter conducat. Qui Gorzia protinus diuulgari fecit per suam gentem, quod Dominus Ecelinus est Paduæ, & hodie in exercitu erit: Vnde versus inimicos fecit planari fossas, & adamplari vias, & omnia paramenta dispoluit, quibus credi posset, quod Ecelinus vellet confligere cum Legato. Et militum, & peditum quasi omni acie ordinata ad bellum, iussit omnes super sua insignia, & vexilla, præter milites nocte proxima pedites suos omnes; die vero cum militia subsecutus; non lora, non frænа contraxit, donec fuerunt intus omnes in municipijs ciuitatis: Et erat hoc die Veneris xv. exeunte Iunio MCCLVI. anni. VI.

Hic facit Ansedisius magnam Concionem in Palatio Paduano.

IAm est Ansedisius in Padua, cum Gorzia, & tota sua gente, siue de Padua, siue de Pedemonte: sed altera erat sollicitudo forinsecis in Padua stantibus, & altera ciuibus Paduæ. Fecit autem tunc Ansedisius magnam, & vltimam in Palatio Paduæ Concionem, & hæc verba locutus est, a corde suo longè varia, & diuersa: Audiui a Sapientibus, quod de duobus malis minus eligendum est malum: vnde quod de Plebe Paduã venimus melius esse dico, siue quod inimicos pro nihilo reputamus, siue quod melius parabimur armis, & alijs opportunis, ad inimicos disperdendos radicitus, & ad libertatem Communis Paduæ ostendendam. Si enim de nemini; transacti sunt anni xl. & vltra, quod nominari audio Populum Paduanum præcunctis mundi gentibus defendere libertatem. Qua causa merito possumus admirari, quod aulæ sunt gentes quædam conspirare innocentiam, & potentiam tam liberæ ciuitatis. Et est verum, quod vna manus hominum proditorum, qui in hac sua Patria nequiuerunt, propter suam nequitiam, habitare; adhibuerunt sibi quosdam aduenas pauperes, & mendaces, despectibiles, & inermes, qui, tanquam canes famelici, nihil habentes de proprio, intendunt, si possunt, rapere alienum, & sunt illic in paludibus Correzolæ. Sed vtinã ad terram firmiorem deueniant, nam ipsos vere trucidabimus tanquam canes, & qui venerunt per aquas in nauibus; per terram in plaustris, & curribus referentur: ad quos de facili puniendos ipse Deus, & ratio est nobiscum: quoniam pugnamus pro Patria defendenda, & altior est nobis potentia ad vindictam. Forte enim nesciunt quid valeat Populus Paduanus, cum carissimis nostris fratribus, & amicis, & militibus Pedemontis. Et quod spectat etiam ad maiorem confusionem VII.

inimicorum; litteras habemus expressas ab inuictissimo nostro Domino Ecelino, quod Mī tuanos perfidos suos inimicos,& nostros, per Dei gratiam,iam concluſit in tantum, quod habentes intra moenia ciuitatis,solam habent in portis clausis fiduciam,non in armis. Quare vsque ad iij. dies, indubitanter,hic Dominum nostrum habebimus. Et nisi foret,quod inimici nostri paluſtres victualibus carent,vnde ſcimus,quod illic amplius permanere non poſſūt; talem de eis victoriam habebimus,qualis nunquam habita fuit de gentibus aliquibus in Prouincia Lombardiæ.Quare parati ſitis armis,& equis,& audacis animi plenitudine,ac vigore, vt,ſi nos illic per ipſorum infortunium expectabunt, fama celebris de noſtra victoria per totum mundi circulum deferatur. ¶ Hac nempe eadem die, qua prædicta Concio facta fuit, quaſi poſt Veſperas,venit quidam de verſus ſtratam de Ponte Corbo, ad Plateam Communis,clamando,quia percuſſus erat cum quodā alio grauiter,& offenſus. Sed cum nihil aliud diceret,niſi ſolummodo quod clamabat; creditum eſt,quod diceret ad arma,ad arma,quoniā veniunt inimici. Iuſſit ipſum Anſediſius capi, & linguā maliloquam mutilari, cæcari oculos,truncari pedibus: ſed cum omnes has pœnas ferre ſe videret iniuſte; nō ceſſabat homo ille magnanimus maledicere Poteſtati,& Ecelino,dicens,& quaſi prophetizans,quod Poteſtas vſque ad paucos dies attēderet illud idem. Iratus Poteſtas itaque iuſsit ipſum truncari caput, & tunc confeſſus eſt in pœnitentia homo ille, ſe nihil ad arma clamaſſe, nec mala intentione fuiſſe motum. Nihil tamen profuit, ſed capite eſt punitus. Et fuit hoc die xiiij. exeunte Iunio prædicti anni.

Hic facit Legatus Concionem in Eccleſia Sancti Martini de Plebe.

VIII. SEquenti die Dominico xiij. exeunte prædicto menſe,dupplicatus eſt vigor in Legato, & gente ſua,& ſurgens in aurora diei huius,de conſilio, & fauore prudentis, & ſapientis viri Domini Marchi Quirini Paduæ Poteſtatis, Domini Marchi Badoarij Merreſcalchi, Domini Tyſonis,aliorumque nobilium,& potentum.guarnimentum ſuum duxit, & feliciter collocauit in villa Plebis. Iam fama ſonuit per totum Paduanum diſtrictum, quod exercitus Legati,& Eccleſiæ,de bono proſperatur in melius,de gradu aſcendit in gradū, procedit de victoria,in victoriam, & triumphum. Et ecce multi habitatores villarum, non ſolum affinium,verum etiam exiſtentium a remotis,& vſque de Pedeuenda, veniunt ad Legatum, & quaſi deberent ire contra barbaras nationes, & pugnare cum Sarracenis; ſignaculo Sanctæ Crucis ſe muniunt,& audent ſe amodo fateri Chriſti pugiles,& milites Sancti Petri.Itaq; Legatus cum Poteſtate,& Mereſcalcho,& cum Domino Tyſone Confalonerio huius exercitus pro Eccleſia Sancta Dei;aduocato conſilio Sapientum,habuit in Eccleſia Sancti Martini de Plebe omnes illos,ad quos totus ſpectabat exercitus, & in quos pendera modo ciuitatis Paduæ conditio. Hæc autem verba locutus eſt inter eos. ¶ Viri fortes,& qui timetis Deum, 117 grates debitas date Deo,& gratulemini vobis ipſis. Iam ecce vobis a Domino magna gratia eſt conceſſa, quoniam ipſe pater Miſericors, Deus libens,iuſte recipiens, videtur recipere preces noſtras.ſ.dum pro nobis pugnat,inimicos Sāctę Matris Eccleſiæ fugat,& dirigit greſſus noſtros. Et hoc eſt nobis certum indicium, quod propoſitum noſtrum habebimus, nulla erit defenſio inimicis; nitimur enim a perſecutoribus Sanctam Matrem Eccleſiam liberare, carceres aperire, imbecilles defendere, prauitatem hæreticam extirpare, rapinas prohibere, tyrannicas,tueri ſanguinem innocentem, & ciuitatem condam Catholicam Paduæ præ ceteris ciuitatibus Lombardiæ, a venenoſis morſibus viperarum eripere, & quaſi a faucibus Antichriſti. Quare viriliter agite,& confortetur cor veſtrum. Et diſponatur primo, quod locus,& villa iſta conſeruetur illæſa,gens autem quælibet tam Plebana, quam aliunde, & generaliter quicunq; poſſunt mouere arma,parati ſint omnibus opportunis, vt quacunque hora,tam die,quam nocte videbitur nobis,& Poteſtati,& Merreſcalcho, noſtrisq; Conſiliarijs; equitemus,Domino præeunte, in ſeruitium Sanctæ Crucis, magnifice, & potenter, ad honorem,& gloriam Ieſu Chriſti,ad damnum,& confuſionem illorum,qui Chriſtianitatem diſſipant,& diſpergunt.

Here begynneth the Prologue of Iohn Lydgate, of the Auctor.

Ye that haue lyst to here of auentures
Of Troye, and of the grete sege and werre,
Of Hector, Achilles, and of other mo,
Of Troylus, and of many a worthy lord,
Of Troyes fall, and of the Troyane gere,
Of Iason, Medea, and of Eneas,
Of Dido, Lauyne, and of Ascanyus,
Of Cassandre, Eleyne, and of Polixene,
Of Ector wyf, and of Andromaca,
Of Anthenor, Polidamas, and Troylus,
Of Paris, Eleyne, and of Lucresse,
Of Troyes wo, and of the Troyane teres,
Of Pirrus, Synon, and of Calcas,
Of Troyes folke, and of the Troyane quere,
Of Troyes noble and auncyent policye,
Of Troyes trust, and of the Troyane slyght,
Of Troyes ioye, and of the Troyane myght,
Of Troyes honour, and of the Troyane fame,
Of Troyes lore, and of the Troyane name,
Of Troyes craft, and of the Troyane dede,
Of Troyes good, and of the Troyane spede,
Of Troyes daunce, and of the Troyane songe,
Of Troyes ioye, and of the Troyane longe,
Of Troyes vertue, and of the Troyane grace,
Of Troyes beute, and of the Troyane face,
Of Troyes chyualry, and of the Troyane aray,
Of Troyes atyre, and of the Troyane fray,
Of Troyes armes, and of the Troyane wede,
Of Troyes myrthe, and of the Troyane mede,
Of Troyes ryches, and of the Troyane welthe,
Of Troyes plente, and of the Troyane helthe,
Of Troyes fredom, and of the Troyane fre,
Of Troyes loue, and of the Troyane glee,
Of Troyes ease, and of the Troyane reste,
Of Troyes pees, and of the Troyane feste,
Of Troyes ioye, and of the Troyane blysse,
Of Troyes welfare, and of the Troyane lysse,
Of Troyes honour, and of the Troyane loke,
Of Troyes ioye, and of the Troyane boke,
Of Troyes ioye, and of the Troyane game,
Of Troyes ioye, and of the Troyane name,
Of Troyes ioye, and of the Troyane chere,
Of Troyes ioye, and of the Troyane manere,
Of Troyes ioye, and of the Troyane welde,
Of Troyes ioye, and of the Troyane shelde,
Of Troyes ioye, and of the Troyane spere,
Of Troyes ioye, and of the Troyane were,
Of Troyes ioye, and of the Troyane myght,
Of Troyes ioye, and of the Troyane fyght,
Of Troyes ioye, and of the Troyane wyll,
Of Troyes ioye, and of the Troyane skyll,
Of Troyes ioye, and of the Troyane wyt,
Of Troyes ioye, and of the Troyane dyt,
Of Troyes ioye, and of the Troyane ryme,
Of Troyes ioye, and of the Troyane tyme,
Of Troyes ioye, and of the Troyane houre,
Of Troyes ioye, and of the Troyane stoure,
Of Troyes ioye, and of the Troyane day,
Of Troyes ioye, and of the Troyane nyght,
Of Troyes ioye, and of the Troyane lyght,
Of Troyes ioye, and of the Troyane sterre,
Of Troyes ioye, and of the Troyane werre,
Of Troyes ioye, and of the Troyane fame,
Of Troyes ioye, and of the Troyane name,
Of Troyes ioye, and of the Troyane chere,
Of Troyes ioye, and of the Troyane manere,
Of Troyes ioye, and of the Troyane welde,
Of Troyes ioye, and of the Troyane shelde,
Of Troyes ioye, and of the Troyane spere,
Of Troyes ioye, and of the Troyane were,
Of Troyes ioye, and of the Troyane myght,
Of Troyes ioye, and of the Troyane fyght,
Of Troyes ioye, and of the Troyane wyll,
Of Troyes ioye, and of the Troyane skyll,
Of Troyes ioye, and of the Troyane wyt,
Of Troyes ioye, and of the Troyane dyt,
Of Troyes ioye, and of the Troyane ryme,
Of Troyes ioye, and of the Troyane tyme,
Of Troyes ioye, and of the Troyane houre,
Of Troyes ioye, and of the Troyane stoure,
Of Troyes ioye, and of the Troyane day,
Of Troyes ioye, and of the Troyane nyght,
Of Troyes ioye, and of the Troyane lyght,
Of Troyes ioye, and of the Troyane sterre,
Of Troyes ioye, and of the Troyane werre,

videtq; quod firmæ ſunt clauaturæ, & factus eſt clauiger nocte illa. Sed forte in craſtinum aliter clauiger introibit. Vt portas etiam faciat firmiores, murari facit intrinſecus quaſi omnes, & ſi viſum eſt, quod hoſtes heri rupiſſent alicubi, fecit muris, & trabibus ſubito reparari. In turribus baliſterios poſuit, in muris quoque pedites, a latere contra hoſtes. Ad portarum autem introitus defendendos, multos conſtituit defenſores.

Hic ordinatur a Legato, & gente ſua impugnare ciuitatem.

ECce quoque, aurora fugante noctem, congregati ſunt Domini Marcus Quirinus Paduæ Poteſtas, Marreſchalchus, & reliqui Barones exercitus, ad Legatum, quibus Legatus pauca verba expoſuit, quæ Sapientes loquebantur eidem. Dicebant enim ciuitatem totis viribus expugnandam: ſed alij in contrarium ſentientes, conſulebant, ſed bona fide, quod burgi omnes circumquaque ad ciuitatem ignibus conrementur, & dimittatur ciuitas deſolata. Quærebat ab eis igitur, quid conſulerent faciendum. Itaque poſt verba Legati, concordauerunt omnes, quod vrbs, quæ condam fuerat bonis omnibus copioſa, tam nobilis, tam decora, tam Catholica, tam Diuina, cum ſit circumdata perſonis religioſis, & locis, ſteteritque condam diſſipatrix hæreticorum, fons, & alumna fidei, Sanctæ Matris Eccleſiæ, vernula, & miniſtra; nequaquam vaſtari debeat, nec ſuis delicioſis ſuburbijs mutilari; ipſi enim inimici, qui nunc per fas, & nefas ea abuntuntur, & tenent, in deformatione Paduæ lætarentur, cum eorũ ad hoc intentio totaliter elaboret. Addebant etiam ad Legatum, & dicebant ſinguli quodammodo vna voce, Ecce iam ad tantum deuentum eſt, Diuina gratia faciente, quod inimici tremunt intrinſecus, dolent medullitus, & ſuſpirant, pœnitet eos equidem tyrannidem operatos, vident oculis mortem ſuam, gens vero noſtra tota mente deſiderat inimicos delere, Paduam in ſuam reducere libertatem, ſanguinem innocentem vlciſci. Aſſumamus ergo arma, viriliter pugnemus, tanquam in ſeruitio Terræ Sãctæ, domos noſtras, & bona propria gladio conuincamus: eſt enim nobiſcum Deus, virtus, æquitas, & prudentia eſt nobiſcum. Scimus enim pro certo, quod non eſt pars centeſima de intrinſecis omnibus, quæ ſit nobis oppoſita, vel voluntaria in pugnando. Et quis muros defendet? quis aditus prohibebit, vel portas? Sunt forte ribaldi C. intrinſecus, vel de villis ſylueſtribus Pedemontis ad ſoldum, nudi, famelici, & inermes. Nonne bonus Populus Paduanus, & quicunque habent arma, coacti tenentur in partibus Lombardiæ cum Ecelino? Nos igitur, & gens noſtra totaliter ad arma proſiliamus, irrumpamus, & fœliciter intremus in ciuitatem, quæ gaudenter iam dudum expectat aduentum noſtrum. Erit hodie dies illa profecto, quæ victoria Sanctæ Matris Eccleſiæ prædicabitur citra Mare, & vltra. Nos quoque, & ſucceſſores noſtri hanc diem omni tempore habebimus celebrem, & ſolemnem. XII.

Hic impugnatur Padua a Militibus Sancti Petri.

HAc itaque die Martis xi. exeunte Iunio MCCLVI. anni, Cruce ſignata gens omnis, arma lætanter arripuit, & tam milites, quam pedites ad pugnam pedeſtrem parati, muros, & totam circuunt ciuitatem ex latere de Ruthenna, a Ponte Comarinorum videlicet, vſque ad Sancti Michaelis Eccleſiam, ſitam ex altera parte fluminis, vltra caſtrum, quod fieri fecerat Ecelinus tempore huius guerræ, vt ſupra legiur in x. capitulo v. Libri. §. Facta militum &c. Et quamuis fere pugnetur vndique, ſunt verumtamen certa loca, in quibus durius eſt pugnatum hinc inde. Illic enim ad Sanctum Lucam, vbi murus videbatur debilior, extrinſeci, qui prætenta die pugnantes murum aſcenderant (& intraſſent equidem, niſi quod defecerunt ſpicula ſagittantium) adhuc hodie redierunt. Et quanuis viderent locum fortius reparatum; nihilominus tamen niſi ſunt defendentes inimicos depellere, eosq; fingere nunc lanceis, nunc ſagittis, fundis petras rotantibus, & ſonantibus cazafuſtis. Sic in magna diei parte extitit ibi pugna, & ſunt illic vulnerati, non tamen mortui, de intrinſecis circa x. & de extrinſecis circa xiiij. Ad portam vero Turriſellarũ validior, & periculoſior pugna fuit, præter quod ibi multa vulnera non fuerunt: Erat enim Porta defenſa multum magno caſtro quodammodo, vt pote caſtellata domo lapidea, quæ fuit olim Apicacauræ, defenſa turri fortiſſima, & ſublimi; baliſtis magnis, & paruis plurimis præmunita; acutis ſudibus, & lapidibus ponderoſis. XIII.

Hic neutra

Hic neutra partium alteri prævaluit die illa, quanuis illic vtrinque durissime sit pugnatum. Ferrariensis autem vnus,cum acuta securi quadam,portam ipsam frustra nitebatur incidere, sicut hodie patet in ipsa porta: sed proficere nihil potuit, nam desuper tot lapides compluebant,quod vix mortis effugit periculum,& redijt fatigatus in vanum. Pugnatum est etiam ad portam Sancti Stephani,& exinde ad Pontem Altinatum, per murum illum, quia planior erat murus,& alicubi picei assidibus coadiutus, & inde spissiores intrinseci defendentes: nec mirum,cum illic adhibenda sit potius medicina,vbi maiora morbi contraria inualescunt. Cũ pugnaret denique gens Legati in cunctis locis alijs fere inutiliter, & incassum, impugnantiũ maxima multitudo ad pontem Altinatum conuenit,nec Laicorum tãtum, sed Clericorum,& Cõuentualium personarum. Ibi ipse Legatus,ibi Minores fratres,ibi Prædicatores,ibi de Sãcti Benedicti ordine,ibi de Griseis,ibi de Albis,vt vere possis dicere,tã Clericos, quam Laicos pugnare vnanimiter in Paganos. Inspirante ergo Diuino Spiritu,qui semper operatur ad bonum,voluntas fuit ipsis omnibus fratribus, militibus,& peditibus vna hora ædificium quoddam construere,quod vulgo vinea dicitur. i. gattus. Quo facto, & ad portam conducto salubriter,nitebantur hij,qui sub gatto erant,portam contringere,& contractam, ad mortem defendentium subintrare. Sed ecce desuper ab intrinsecis iactatus est ignis in gattum, iactatum est oleum, iactatæ porcinæ carnes, & pernæ plures, sulphur,pix,& similia incentiua,ita quod ab illis est ædificium inflammatum,& gattus,quibus cessit in exodum,& ruinam. Hoc autem videntes extrinseci esse mortem,& periculum defensorum;protinus exultantes,ligna lignis,iñ mam flammis,& stramina straminibus addiderunt,& adeo augumentatus est ignis, quod incepit ardere porta,nec potest ignis vlterius modo aliquo,vel ingenio suffocari.

Hic fugit Ansedisius de Padua,cum militibus,& peditibus suis.

XIV. AModo videt Ansedisius mortem suam, & inspiciens iam ignem ardere intrinsecus; factus est tremebundus,& anxius,gemens,pauidus,& stupescens. Et ecce Paduanus ciuis quidam de bonis Popularibus ciuitatis,Minus de Manioſis,salubre voluit dare consilium iam quasi terminanti tyranno, & ait Ansedisio ipsi, Domine mi care, pater, & Domine reuerende,paciscamur care domine cum Legato,& possumus personas nostras ab omni liberare periculo,& ciuitatem nostram seruare incolumem,& indemnem. Hunc quidem plurima non locutũ,impius ille Nero respiciens oculo tortuoso,dolorem,quem in mente conceperat, rabiem,iniquitatem,& iram effudit in innocentem,& euaginato confestim gladio illum morte interemit indigna,qui ei salutis viam,& vitæ semitam nuntiabat, qui tyranno sic immerito, de sui animi bona simplicitate,liberationis consilium dederat, & quietis. Itaque cruore fuso innocuo,excitata dæmoniaca prauitate,Ansedisius dedit terga vincentibus: & relinquens ardentem ignem pro sua defensione,& scuto,cucurrit ad Sancti Iohannis portam, clauem cuius tenebat,ex altera parte ciuitatis versus partem Occidentalem, & hospite insalutato ausugit,crebris vsus calcaribus,& vitæ suæ habitis in succursum. Quem sui videntes conuersum in fugam vilissimam,fugam arripuerunt & ipsi. Tunc Consalonerius Generalis Dominus Tyso de Campo Sancti Petri prædictus,audacter,& viriliter,cum quadam militum quantitate repente insequitur quasi per milliaria quatuor Ansedisium versus Vicentiam fugientem, cupiens personaliter ipsum,& suos capere,vel potius quod cõuerterentur ad pugnam. Et sic habuit quosdam equos de inimicis,quibusdam prostratis,quibusdam occisis,quibusdam fugatis per foueas, & spineta.& sic Sanctæ Ecclesiæ proditores, angustiatum Ansedisium sequentes, dolorosi,& anxij in munitionibus Vicentiæ latuerunt,corde reuerberante quam plurimum, puluere mixto sudoribus,& anhelantibus arterijs: timore relicto procul, & adhuc verumtamen non securi.

Explicit Liber Octauus.

IN-

INCIPIT NONVS.

Hic intrat Legatus, & milites Sancti Petri in Padua.

TAlis, & tanta virorum debilitas, puſillanimitas animorum, vilitas, & inertia perſonarum, nunquam fuiſſe legitur in aliquibus partibus huius mundi. Qui.n. ſe Vicarium Generalem Sacri Imperij a flumine Olij, vſque Tridentum, in ſuis litteris appellabat; qui ciuitatem habebat in manibus, repletam ſufficienter hoc tempore ſibi ſubditis perſonis, & armis, aquis vndique circum ſeptam, niſi eas per ſtulcitiam obſtruxiſſet, muris ex omni parte munitam, turribus prædefenſam; ad portas in fugiendo ſolum modo vitam ſuam ſtatuit, & ſalutem. Nullam quoque compaſſionem habuit ſuper aduerſitatibus ciuitatis illius, in qua magnos honores habuerat, magnamque diuitiarum copiam, cuius dominium poſſederat annis VII. minus forte per duos menſes. Ergo fugatis hoſtibus, apertæ ſunt portæ ciuitatis ex omni parte, extracti ſunt de carceribus homines, mulieres, & pueri, quibus ſex magnæ domus intus a muris Paduæ erant plenæ, quod vix poterant viuere, vel ſpirare, præter carcerem de Sancta Sophia, quem heſterna die gens Cruce ſignata confregerat, & liberati erant exinde captiui, & carcerati circa CCC. & vltra. In hac die itaque captionis, duritiei, & iniquitas fugati Anſedifij redundauit ad damnum inæſtimabile ciuitati; potuit enim crudeliſſimus ille Rector, cum veniente Legato, & ſuis, bonas habuiſſe cõditiones, & pacta, & ſe ab Ecelini flagellis, & a morte duriſſima, Paduanos a pauperie liberaſſe; ſecundum quod erat ſalubre conſilium Mini de Manioſis, de quo ſupra fecimus mentionem. Qui, ſicut & gens Legati aduenies, viſus eſt ſciuiſſe Lucani legem per Cæſarem introductam: inquit enim I.

arma tenenti
Omnia dat, qui iuſta negat, nec numina deſunt,

Non enim dici poſſet, vel cogitari domorum violenta prædatio, tam in domo Communis, quam vbicunque per ciuitatem, Mercatorum. ſ. & aliarum gentium rapta ſpolia in cunctis, quę poſſidentur, tam in hijs, quæ in cameris, ſiue ſtationibus erant, quam in rebus carioribus, quæ in rebus ſubterraneis fuerunt repoſita, propter metum. Et durauit hæc rapacitatis inſanies fere per dies VIII. Ita quod hijs diebus fuit nobilis illa ciuitas Paduæ pauperior, quam eo tempore Zenuſij de Ruthena, quo ab Athilla deſtructa canino, translata mutauit lectum vltra flumen, quod erat Paduæ munitio primitus a latere occidentis: & nunc ibi Ruina dicitur, vbi ante Athillam primo fundata erat, & Patauium dicebatur. Quanuis autem in rapiendis rebus mobilibus ſolitum ſit, vt plurimum, diſcordias, & cædes emergere, hic tamẽ a Domino factum eſt, quod in tanto ſtrepitu, & furore, non multa ſunt in ciuitate homicidia perpetrata, & multum dubitabatur ante ciuitatis introitum. Tuſcus quidam nomine Iohannes de Scanta, ſuam volens præueri pecuniam, quam ad pignora mutuabat, defendendo pecuniam eſt occiſus. Alij quidam etiam forſitan circa V. ſunt mortui in introitu ciuitatis, quaſi ex improuiſo. Quod autem multa ceſſauit cædes hæc fuit credita eſſe cauſa, quod Paduani intrinſeci Paduanorum extrinſecorum aduentum toto deſiderio expectabant. Fuit autem prædictus introitus ciuitatis, eadem die Martis prædicta,

Hic tangitur de Carrocio Paduano.

POſtquam ſic traſcurſa eſt ciuitas a militibus, & gentibus Sancti Petri; vir quidam Paduanus fuit, qui fugerat cõdam ad Eſte, propter Ecelini timorem, cũ vxore, & familia ſua tota, cui natus eſt filius in principio guerræ ibidem. Contingit autem hac die ipſum patrem, & filium tranſire per Plateam apud Palatium Paduæ, & vidit filius Carrocium Paduæ putridum, & deforme, diruptum, & deſpectum, inutile, & confractum, & ait, Pater, Ecce nunc pater, & domine, quale hic ædificium video! Si hos radios inſpicio, ſiue rotas, ſi noto brachiolas, & conſidero artemonem; plauſtri videtur habere ſpeciem, ſed fuiſſe magnitudinis tantæ, quod duo boues ipſum conducere non valerẽt, niſi forte fuiſſet, vt audio, quod animalia olim maioris erant, & homines, vnde fiebant vtenſilia ampliora. Cui pater quaſi ridendo reſpondit, Fili mi, hoc II.

Digitized by Google

mi,hoc eſt Carrocium Paduanum,quod eſt quaſi pro caſtro quodam, quod ducitur cum lætitia,& honore,quando ciuitas vult prodire in hoſtes. Et ſuper ipſum in quadam excellenti antenna defertur igneum,& triumphale Vexillum,ad quod totus ſpectat exercitus. Nec eſt aliquod caſtrum in Paduano diſtrictu in montibus,vel in plano,pro quo defendendo totus Populus Paduanus adeo pugnaret viriliter,& exponeret ſuam vitam,& animam omni periculo, & fortunæ. In hoc enim pendet honor,vigor,& gloria Paduani Communis. Per hoc itaque apparet manifeſte,quod Paduanorum inimici mortales illi de Romano, conculcare volentes propenſius ciuitatem,& ciuitatis honorem,iam ſunt XVI. anni,& vltra,faciunt ipſum Carrocium,ad Communis Paduæ vituperium,hic manere cõtinue,ſolibus deſiccatum,putredine diruptum,pluuijs deformatum. Fuit enim tempus,quo pulcritudine decoratum mirabili,pictũ coloribus pretioſis, de media nocte fulgebat in tantum,vt argenti nitorem excederet,plusquã auri fulgor mirifice radiaret. Et erat tremor hoſtibus Paduani Communis, dum terra tremeret tota,vnde ibat,quaſi volitans ad modum fulminis,& draconum. Si vero forte quæreres, vnde primitus originem habuit;reſpicies ſupra altare Maioris Eccleſiæ Paduanæ: ibi nanque videre poteris in picturis pulcre, & artificioſe protractis, Milonem tunc Epiſcopum Paduanum, Regem Corradum,& Reginam vxorem eius nomine Bertam, quæ Regina petijt pro Populo Paduano a Rege,vt Paduanis gratiam faceret,vt ædificarent Carrocium, quod eis Athilla tyrannus deſtruxerat, dum ipſos ad tantam paupertatem conduxit,quod iam non dici poterat populus Paduanus,ſed popellus. Hoc igitur munere eis dato, quoniam intercedente Regina iſtam gratiam habuerunt; fulgentiſſimum fecerunt Carrocium,& ad ipſius Reginæ memoriam,& honorem, impoſuerunt Carrocio nomen Berta, quo quidem nomine vocatur hodie,& vocabitur in æternum.

Hic redditur officium, excommunicatione remota,& terra Montisſilicis redditur Eccleſiæ.

III. Licet,vt dictum eſt,plurimum ſpoliata ſit ciuitas, gaudent tamen generaliter omnes, tam hij.ſ.qui in ciuitate inuenti fuerant, quam qui etiam aduenerunt: & gratulantur Domino,& Patri in Chriſto Reuerendo Legato,congratulantur vtiq; Poteſtati,congratulantur ad inuicem parentes parentibus,cognoſcentibus cognoſcentes,vicini cum vicinis. Eis omnibus igitur, qui in ciuitate condam tempore tyranniæ permanſerant ab excommunicationis vinculo abſolutis, & deuote recipientibus mandatum Eccleſiæ;incipiunt cum tanto gaudio celebrari Diuina,quãto gauderet aliquis Chriſtianus ereptus poſt annos xx. vel vltra,a iugo & a vinculis Paganorum. Erat autem hæc tanta lætitia non ſolum in ciuitate,vel burgis, ſed & in caſtris, & in villis vtique, niſi forte vbi adhuc ſtabant Capitanei Ecelini, quemadmodũ in Montisſilicis ſummitate. Nam hij,qui erant per villam, & burgum inferius, audita victoria militum Sancti Petri in Padua,ſtatim proſilierunt ad arma,& ſecuti Domnum Gontarinum fratrem in loco Sanctæ Iuſtinæ de Padua,terram illico percurrentes, terruerunt inimicos Eccleſiæ,& muniti ſignaculo Sanctæ Crucis, proteſtantur amodo manifeſte ſe fouere partem Eccleſiæ,& habere vlterius Ecelinum,eiusque amicos pro mortalibus inimicis. Igitur Gerardus de Taruiſio condam Presbyter,ſed apoſtata nunc, & Capitaneus in villa Montisſilicis conſtitutus per Ecelinum,qui & illic in Capotanaria ſua multa commiſerat,quæ non ſunt relatu digna;cum quibuſdam ſuis ſequacibus ſuperius fugit ad caſtrum,& ſummum mõtis.Sed ipſe Capitaneus caſtri pro Ecelino,nomine Propheta, Gerardum,& eos qui ſecum fugerant,manere dimiſit in cinta,ſiue in circuitu caſtri,ſed in caſtrum intrare nulla ratione permiſit: timuit enim,ne forte de caſtro vellet facere tradimentum.

Hic redditur Cittadella,& Meſtre, per interpoſitas perſonas,Legato.

IV. SOnant rumores amodo per totam Marchiam Taruiſinam: & ecce habitatores de Cittadella,vbi carcer mortalis erat,habito ſaniori conſilio, mittunt ad Dominum Tyſonem de Campo Sancti Petri,qui cum Legato erat Paduæ,vt quam citius veniat ad Cittadellam accipiendam ad libitum ſuum,& voluntatem. Sicque qui Capitaneus erat pro Ecelino, & Cittadellam rexerat vſque modo,& hij,qui cum eo erant, qui voluerunt, protinus aſcenderunt

zironem

by Google

zironem,ſuarum timentes periculum perſonarum. Quanta autẽ trepidatio erat iſtis,tanta erat exultatio carceratis, qui ſperabant de tenebris exire ad lucem,de flagellis ad gaudia, de morte peruenire ad vitam:& fractis compedibus,vinculis diſſolutis,apertis carceribus,præ nimia lætitia lacrymantes carcerati ipſi ecc. & vltra,alij videntes, & alij non videntes, ad portas Cittadellæ perueniunt,laudantes miſericordiam Ieſu Chriſti,& clamantes altis vocibus Milites Sancti Petri. Erat quippe clamor maximus circumquaq; ad portas,& voluntas eadem omnibus ſe reddere Chriſti Nuntijs,& baiulatoribus Sanctæ Crucis. Interea Dominus Tyſo aduenit,& oblata ſecuritate per eum,illis qui zironem aſcenderant; Cittadellam habuit, & in ſua protectione recepit,& omnes loci habitatores,& alios,ſicut fideles Eccleſiæ pertractauit, ad honorem,& voluntatem Domini Legati,& Poteſtatis,totiusq; Communis Paduæ,in rebus, & in perſonis. ¶ Hijs ſic peractis in Cittadella,cuſtodes caſtri de Meſtre,Burgenſes, & omnes habitantes ibidem,ſicut Diuina voluntas fuit, inuenti ſunt vnanimes omnes vna hora caſtrum,& locum reddere Eccleſiæ,& Domino Epiſcopo Taruiſino,& ipſum ei ſine vllo tenore concorditer reddiderunt,a quo ſunt animo gaudenti recepti, & oblati per ipſum Domino Legato,ſicut amodo Chriſti fideliſſimi,& deuoti,

Hic redditur Caſtrum Zigotum Albrico de Romano,

HÆc omnia facta ſunt in ſeptimana eadem, qua ciuitas capta fuit. Sed & ſtatim ſeptimana ſequenti viſum eſt,quod adhuc quædam veſtigia partium remanſiſſet. Illi enim qui Caſtrum Zigotum, Taruiſini diſtrictus,habebant,ſperantes adhuc forſitan, quod illi de Romano,cum haberent adhuc Taruiſium,poſſent Paduam rehabere; caſtrum Zigotum reddiderunt Albrico de Romano,qui Taruiſium poſsidebat; prætendentes hanc cauſam, quod ipſe,ſ. videbatur fauere Eccleſiæ: Nam in eo tanta doloſitas verſipellis latitauerat vſque modo,quod crediderant aliqui,eum iam longis retro temporibus fratri ſuo Ecelino contrarium extitiſſe. Sed hæc credulitas nequaquam locum habuit apud illos qui noſcunt naturalem amorem fratrum. *Si enim veritatem loquitur Horatius dicens,*

Naturam expellas furca,tamen vſque recurret,
Et mala prorumpet furtim faſtigia victrix;

Non enim erat credibile,quod duo fratres ex vtroque parente, laborarent, & niterentur, ita quod vnus in alterum tenderet ad inimicitiam capitalem. Sane aliqui de Padua,de Taruiſio, de Baxano,& aliunde,ſiue liberi,ſiue de ipſorum familijs, ſunt pœnas,& mortem perpeſſi,qui crediderunt fratres illos inter ſe inimicari ad mortem. Immo de certo conſilio, & ſcientia vtriuſque,vnus eorum parti adhæſit Eccleſiæ,alter parti Imperatoris,vt vtriuſque partis vtrique ſecreta cognoſceret,& illos aptius poſſent diſperdere,quos volebant. Nam & cautiſſimus Abbas ille Sanctæ Luciæ primo,& Abbas factus poſtea Sancti Felicis de Vincentia; quidam alter etiam nomine Moſcardinus de Pedemonte,nocte multis vicibus vnius fratris ad alterum tulit litteras,& ſecreta: quod notum fuit in Vando de Viguncia mortuo iniuſte,vt ſuperius dictum eſt,& in multis alijs qui ſimiliter perierunt indigne.

Hic reddunntur Legato quaſi omnia caſtra Paduani diſtrictus. V.

AVdientes illi qui tenebant Eſtenſem roccham, & caſtrum Montagnanæ, & alias terras de Scodeſia,datum eſſe Caſtrum Zigotum Albrico de Romano, & ſuæ parti; ipſum Eſte,& terras de Scodeſia totaliter Domino Marchioni,& eius Nuntijs,pro eo recipientibus reddiderunt. Non verumtamen denegantes,quod dabant omnia Eccleſiæ,& Legato,vtpote, quia Dominus Marchio erat in hijs partibus membrum Eccleſiæ principale. ¶ Quid plus? in eiſdem diebus,quibus fuit Padua de iugo hæreticorum erepta;data Sanctæ Matri Eccleſiæ, reddita Domino Legato,& Marco Quirino Paduæ Poteſtati,de ſumma, & ineffabili voluntate; Caſtro illo fortiſſimo,quod erat in Padua ſimiliter reddito per Vendraminum de Pedemonte,Capitaneum ibi conſtitutum ab Ecelino, Turri etiam, & munitiſſima domo Apicaurae in porta Turriſellarum redditis ſtatim ſequenti die poſt ciuitatem captam, & habitam a Legato,aſſidatis ibi cuſtodibus ſolum modo in perſonis; ¶ Statim & iſta loca ſunt reddita Domino Legato, & Communi Paduæ,videlicet Buuolenta,Cintum,Lucium,Montagnonũ, Caſtrum Montis Rubei; Caſtrum nouum, Caſtrum Epiſcopale Pyndiſij, ceteraq; loca omnia,

VI.

nia,totius Paduani diſtrictus,præter ſummum Mõtisſilicis,& Cerrum,& Calaonum,tam in montibus,quam in plano. Quæ cum affectu tanto,& voluntate,ſe præceptis Matris Eccleſiæ ſubdiderunt,vt pauci,vel fere nulli forent,qui haberent præteritorum malorum memoriam, aut de tranſactis cruciatibus condolerent. Profecto multo gratior eſt poſt pœnam tranquillitas,& dulcedo poſt amaritudinem plus delectat.

De reditu Ecelini a deuaſtatione Mantuani diſtrictus.

VII. CIrca diem tertiam póſtquam Paduana ciuitas reddita erat,redibat Ecelinus a diſſipatione, & vaſtatione Mantuani diſtrictus Veronam,quò perrexerat circa principium Madij,nunc tranſacti,vt ſuperius dictum eſt,& per Mantuanum Epiſcopatum,in quacumq; parte potuit,illis diebus deſtruxerat:& ventum erat ad aquas Menzi, vbi Nuntius ecce quidam anxius,& anhelans ſtetit ante tyranni præſentiam, & ipſi interroganti Quæ noua ? reſpondit infœlix ille,mala Domine,quia Paduam perdidiſtis: illum ſiquidem Nuntium abſque mora fecit occidi ſuſpendio. Poſthæc per ſpatium temporis aliquanti alter aduenit Nuntius primo fœlicior,& fato editus meliori: hic Ecelino quærenti Quæ noua ? ſapienter,& deuote reſpondit,quod ſi eius Dominationi placeret,volebat ei ſecrete loqui. Hunc commendauit tyrannus in corde ſuo,& auditis ſecreto rumoribus inſperatis,quos etiam bene potuit occultare, & nouit tranſmutare in aliud;finxit ſe aliud audiuiſſe. Et parua temporis quantitate tranſacta, ecce ad eum veniunt de ſuis Militibus quidam,qui Paduæ erant in conflictu .ſ. Gorzia, Nunc Crepada,Nunc Brixa,nunc & alij, & non eadem hora,ſed ſucceſſiue. Anſediſius autem, qui Paduæ Poteſtas extiterat,ſtabat adhuc Vicẽtiæ, vt dicitur,& pecuniam quam Ecelinus etiam habebat Vicentiæ colligeret feſtinanter in vnum,& ad ſuum dominum exportaret, quem cũ ſua infœlicitate videbit. Ipſis ergo cum ſuis militibus congregatis ad Ecelinum,& de capta Padua cognita veritate;Ecelinus ipſe aliud mente habuit,& aliud dixit ore: confeſtim nanq; taliter ordinans gentem ſuam,quod omnes Veronam trahant,& nemo valeat deuiare,quamuis die iam inclinante,iuſſit tranſire Menzum. Quo ſi quidem tranſuadato,quamuis omnes crederent hoſpitari,tamen fecit taliter,quod exercitus tota nocte defeſſus,collectus eſt in Verona. Tunc murmurabatur latenter,& timoroſe per omnes,Paduam eſſe captam ab inimicis: Et ſic quamuis Ecelinus hoc tegeret quantum poſſet; vulgus verumtamen noſcens omnia, non erat ſine lacrymis,& dolore. Igitur ne liceret mœſtis gentibus mutare propoſitum;clandi fecit omnes ianuas ciuitatis,cuſtodes ad ſtratas poſuit, & ſi quis retedere præſumebat manibus,& pedibus truncabatur. Ad hæc fecit eos ſubdole conuenire in vnum concluſum locũ, & iuſſit,vt veniãt ſine armis,hoc forte,vt poſſit eos facilius detinere incautos:& ſtatuit,aliquos ſubſurrones ſuos fidos ire per turbam gentium,qui dicebãt,fingentes ſe dicere in ſecreto, Nos ſine dubio imus Paduam, & ſi inimicos inueniemus ibidem, ipſos trucidabimus tanquam canes. Contriſtati attamẽ Paduani diuerſi diuerſimode cogitabant; timentes aliqui patres ſuos, filios,& vxores, fratres, vel conſanguineos in ciuitatis occupatione peremptos; aliqui ſuas diuitias eſſe raptas,& domos; aliqui ciuitatem Paduæ totaliter ignibus,& ſanguinibus deformatam. Contingit enim,vt plurimum,quod ſi quis abeſt a re principaliter exoptata, vix eſt abſque ſollicitudine,& timore,& aſſidue pericula ſuſpicatur.

De Paduanis carceratis Verone.

VIII. VVlt amodo Ecelinus ſui odij venenum euomere,quod longo iam tempore cupiebat in gentem effundere Paduanam. Et ſuis conuocatis complicibus,quos fingebat habere caros,inter cætera,quæ locutus eſt inter eos, breuiter conſilium petijt, quid facere habeat de Paduanis,quos iam concluſos tenebat in loco vno. Super quo,Antonius,qui dicebatur Broſima,filius olim Domini Lemici de Ardengis de Padua, qui etiam nunc erat Vicentinus Poteſtas pro Ecelino,ſuum bona fide conſilium dedit,quod.ſ.Paduani veniant cum ipſo Vicentiam,quos illic tenere poteſt ad vtilitatem amicorum commodius, & ad inimicorum confuſionem,& mortem. Surrexit protinus & locutus eſt alius Miles quidam diuerſo modo, & ait,ſuum dando conſilium,quod Paduani omnes prorſus teneantur Veronæ,timendum quippe eſt,ne ſi Paduani appropinquant,ad partem alteram conuertantur,& ſic foret error nouiſſimus peior primo. Quid vltra ? primo detineri fecit cunctos illos de Plebe Sacci,vnde Legatus ve-

tus venerat,ſecundo illos de Cittadella,quoniam locum illum reddiderant ſui de Cittadella ; tertio bubulcos; poſt quos pedites,& milites: ſed iſtos vltimo loco, nam ipſi primo ceperunt alios,& ipſi poſtmodum capti ſunt,& in carceribus poſiti,denuo cum alijs perierũt.Et fuerũt 11. millia perſonarum,& vltra de ſolis his de Padua,& Paduano diſtrictu,quos in carceribus Veronæ poſitos,& detentos,vir ipſe perditionis,& homo inauditæ iniquitatis,morte mala tẽpore procedente perire fecit, fame,ſiti,frigore,nuditate,aliquos ſuſpendio, aliquos quoque gladio,alios vero igne. De tanta quoque multitudine captiuorum nunquam cc. Paduam redierunt. Et habuit Ecelinus prædictorum omnium, quos ſic mortaliter carcerauit, equos, arma,tentoria,veſtimenta,pecuniam, cunctaque ornamenta, quæ tulerant ſtudioſe ad Ecelini decorem,& ad ſui magnificentiam guarnimenti. Iam ecce ſecundo depauperata eſt ciuitas Paduæ, primo nanque diuitijs per milites Sancti Petri, ſecundo perſonis, & hominibus per vicarium Antichriſti. Sed depauperationis primæ, nulla eſt comparatio,ad ſecundam. Inopia nanq; rerum poterit reſtaurari,ſed non eſt reſtauratio perſonarum. Immo nulli extat ambiguum,quod humani generis tanta facta perditio, in Verona ſpecialiter, in ætate præſenti, viris perditis, mulieribus viduatis,damnificauit populum Paduanum in tantum,quod nec ſecunda ætas,nec tertia,nec quarta poterit reſtaurare quod iniqui,& tyranni prauitas abolevit. Qua conſulo,quod prouideant populi ciuitatum, ne talibus dominis ſe ſubmittant, quorum rabies bonos opprimat,malos foueat,iniquitatem diligat,& odiat æquitatem.Eſt enim,vt ait Philoſophus, ſors grauiſſima, ſors mortalis, quotiens iniquus gladius veneno ſæuiſſimo ſociatur.

De pugna quadam facta ad Roſtam Longariæ.

IX.

Dlebus illis dum talia tractarentur,& fierent per inimicum Eccleſiæ in Verona,& Paduæ Ciuitas mandatis Eccleſiæ in omnibus obediret; ſtabat Legatus cum ſuo Clero in Monaſterio Sanctæ Iuſtinæ de Padua, in contrata de Prato Vallis. Illuc ad ipſum cuncti conueniebant, vt de factis Paduæ,& Paduani diſtrictus ſalubriter diſponeret,& tractaret. Et quoniam quaſi communiter ab omnibus dicebatur,quod Vicentia poſſet haberi de facili, & eripi de Dominio Ecelini; ſuper hoc cogitauit Legatus,cum Poteſtate Paduæ,cum Domino Marchione Azone de Eſte,qui nouiſſime hijs diebus aduenerat, & cum alijs ſapientibus, & potentibus ciuitatis. Ita quod per eos prouiſum eſt taliter, quod venerunt Paduam electi quidam milites,& pedites de Bononia cum venerabili viro Fratre Iohanne de ordine Prædicatorum, & de Venetijs,& de Clugia,venerunt pedites,& baliſterij, de Ferraria milites, & pedites eleãta quantitas,& ſtabant omnes ire parati quocumque Domino Legato placeret. Tunc quanuis guarnimentum nondum exiret totaliter, milites quidam, & pedites die x. exeunte Iulio mane iuerunt,vt roſtam, ſiue cluſam diſrumperent,quæ tenebatur a Vicentinis obſtruſa in loco vbi dicitur a Longare,nolebant enim quod aquæ illæ Paduam,vel ad Paduanum diſtrictũ decurrerent. Itaque Vicentini milites,& pedites exiuerunt obuiam,vt apertionem aquæ contradicerent Paduanis. Vnde illic apud aquam commiſſa eſt pugna quædam, ibique incurſus extitit militum pugnantium prudenter vtrinque. Fuit igitur fractio lancearum,& ſtridor tinitus enſium in galeis,& loricis,& pugnatum eſt hinc inde viriliter, quaſi per vnam horam, donec proſtratis alijs de Vicẽtinis in terram,alijs reuolutis ad aquam,alijs de campo fugatis; vagantur dextrarij ignientes per campum, ſellis vacuis, loris inæqualiter pendentibus contra pedes. Iacuerunt per terram clypei,enſes fracti,arma multa militum, & peditum ſunt neglecta per vias;Et ita denuo poſt conflictum mortuus ibi iacuit Antonius Broſima Poteſtas Vicentiæ, Marchabrunus de Viuario,Biaxa de Padua,qui tunc contra Paduanos pugnabant, Karus de Marano,& Miles quidam qui vocabatur Aregle.Longinus vero,iuuenis quidam de Berrica mortuus eſt in aqua,& alij quam plures cum eo. Tunc Dominus Gerardus Iudex militer de Berrica, Guido Pandecampi de Maledo,Andreas de Luſcho,& filius Domini Gerardini,& multi alij de Vicentia capti ſunt in hoc certamine die illa,& Paduam ſunt conducti,

itized by Google

Qualiter gens Legati eſt in Longare perterrita.

X. EOdem Menſe Iulij.ſ.penultimo die Menſis,mouit Legatus de Padua, & Cruce aurea, more ſolito,antecedente ad ipſum,Vexillo Crucifero alleuato,Clericis,& Militibus honorifice ſociatus, equitauit,in Chriſti nomine,& poſuit ſe ad Arieſicam, ad quem protinus Poteſtas cum Paduanis,Dominus Marchio cum Ferrarienſibus,Mantuani cum eo,etiam Frater Iohannes cum Bononienſibus ſuis,Veneti,& Clugienſes,Veronenſes,& Vicentini, de ſuis expulſi patrijs,& gentes aliquæ de Romagna,totumque guarnimentum,quod collectum erat in Padua,conuenit magnifice,& potenter. Quibus omnibus congregatis,equitauit exercitus, & de Martis prima Auguſti caſtramentatus eſt ad Longare, Illuc etiam venit Albricus de Romano cum quadam gentium quantitate,data ſibi fiducia per Legatum, de cuius aduentu quodammodo mirati ſunt omnes,& fuit rumor quidam,& quaſi tumultus in populo,propter aduentum eius,ſed ob Domini Legati reuerentiam ſiluerunt. Tunc conſtitutus eſt Dominus Marchio Capitaneus,& totius exercitus Merreſcalchus,& hoc modo gens tota quieta fuit, & ſecurior,propter Domini Marchionis magnitudinem, ſapientiam,& virtutem. Ibi abundauit exercitus multis bonis,pane,vino,& victualibus omnibus ad talia opportunis. Apertum cubalum de Villa quæ appellatur Cuſtodia. Inter cætera nanque cubala, ſiue cauernas, quæ ſunt multæ per montes illos,hæc eſt cauerna præ ceteris mirabilior ſubter montem,longa per milliare,& vltra,in altum ardua,in latum ampla,hyemali tempore calida,frigidiſſima in æſtate,obſcura omni tempore,ſi non illic luceant cerei,aut faces. Hinc vina optima,quæ tanquam in cellario cuncti de circumſtantibus villis tempore vindemiarum reponunt, ad exercitum ſunt delata. Dominum Legatum,& alios omnes vina illa lætificauerunt plurimum, fecerunt hilares, & iocundos: Steritque gens tota ibidem diebus aliquibus placide, & lætanter. Sed extrema gaudij luctus occupat. Nam loqui ceperunt aliqui per exercitum ſuſurrantes, quod Eccelinus de Romano cum magna multitudine gentis venerat de Verona Vicetiam, & crebrabat quotidie gens ipſius,& hoc ſpecialiter faciebat pro Legati exercitu inuadendo. Inde timor, & tremor aliquos de gente Legati perterruit, & ceperunt cogitare ſolum de ſuo facto, quid foret eis in tali articulo faciendum. Eſt autem non bonum indicium in expeditionibus ciuitatum, & guerris,cum hij,qui debent communitati conſulere,vtilitatem ſpectant propriam, non communem.

Qualiter Legatus cum exercitu redijt de Longare.

XI. HOc itaque notauerunt Legatus, Poteſtas,& Marchio, & parabant apponere tanto vulneri medicinam. Sed ecce primo Bononienſes,nec inquiri potuit auctor, commotæ rixæ, aperte lamentari ceperũt quod ſoldum, ſiue ſalarium a ſuo ſibi Communi promiſſum penitus habere non poterant,vnde illic amplius manere nolebant;nec potuit Frater Iohannes eorum Magiſter,& Rector ipſos ad manendum vlterius confortare. Stabant autem ipſi Bononienſes cum eo,ſegregati ab exercitu aliquanto ſpatio contra hoſtes. Itaque Veneti,& Clugienſes ſentientes aliquid per exercitum murmurari; naues ſuas quaſdam, quas iam traxerant vltra roſtam, reduxerunt nocte quadam verſus exercitum,ad locum ſecuriorem. Et ſic iſtis viſis,& auditis indicijs,pronoſticantibus non ad bonum; ſtatim nocte vna iuſsit,& voluit Legatus,& ſtare fecit totum exercitum prouidum,& armatum,& ſequenti die in Vigilijs Sancti Laurentij.ſ.VIIII.die intrante Auguſto, mouere ceperunt multa tentoria, & caſtra de locis ſuis,quaſi iam vellent arripere viam,& tenderent ad regreſſum. Quid plus? nec Legati reuerentia valuit,nec Poteſtatis mandata,vel Marchionis;ſed ceperunt omnes, & ſinguli ruere,& inordinate Paduam regredi,tanquam hoſtes ſequerentur eorum terga. Videns itaq; Poteſtas quam ſubito, quod talis impetus, & amentia inconſulta, ſuam poſſet ciuitatem damnificare, quod abſit; ſuſpicans ſe in ſuo exercitu ſerpentem quaſi nutriuiſſe in ſinu,præmiſit illico feſtinanter nuntios ſuos ad ciuitatem,vt ianuæ conclaudantur, & quod mandauit ſubito factum eſt. Sed parua tranſacta mora, ecce Albricus de Romano properanter præueniens Poteſtatem; ciuitatem ex omni quaſi latere circuiuit, poſtulans intrinſecus hoſpitari: nemo tamen potuit ſcire quideius animus intendebat: vnde receſſit indignatus,& murmurans, & hoſpitatus eſt

tus eſt extra ciuitatem, quaſi per milliare. Sequenti vero mane Taruiſium iuit. Legatus autem,& totus exercitus,Paduam ſanus,& incolumis eſt regreſſus.

Quo tempore Dominus Epiſcopus Paduanus,& Dominus Abbas Sanctæ Iuſtinæ de Padua ſunt in ſuis dignitatibus poſiti.

HIc prætermittendum non arbitror,quod Diuina diſpenſatio vltra communem valentiã hominum commendanda,de ſua ineffabili bonitate, ſine intermiſſione procurat,quod humanum genus ſalubriter gubernetur,habeatq; in ſpiritalibus etiam patres venerabiles,& dignos paſtores in ſuis locis: His nanque diebus,quibus ſedes Epiſcopalis in Padua iam tempore longo vacauerat,propter tyrãnidem Ecelini; vir venerabilis,& diſcretus, moribus imirandus,Diuina,& humana lege perſpicuus,olim filius nobilis viri Domini Forzatè de Padua, Iohannes nomine;quod recte ſonat Chriſti gratia, dignitate Epiſcopali ab ipſa Sancta Romana Eccleſia iam antea dignis meritis acquiſita, in anno Domini ſupradicto MCCLVI. die 111. intrante Auguſto,a cũcto Clero, & Populo Paduano proceſsione celebrata ſolemniter,in ſua ſede Epiſcopali de Padua ſuſceptus honorabiliter eſt locatus, cunctis himnizantibus,& pſallentibus, ſiue cantantibus,Te Deum laudamus, & orationes alias ad laudem Domini pertinentes. ¶ Luce vero tertia ante præſentem diem,vt puta prima die Auguſti,Abbas Iacobus,vir omni laude digniſſimus, collocatus erat, & poſitus Monaſterij, ſeu Abbatiæ Sanctæ Iuſtinæ de Padua,per dictam Sanctam Eccleſiam Romanam ſibi datæ. XII.

Poſt regreſſum exercitum de Longare, loquitur Ecelinus Vicentiæ inter ſuos.

AVdito Vicentiæ,quod guarnimentum Legati receſſerat de Longare, oſtenſum eſt magnum gaudium Vicentiæ apud omnes. Sed fuerunt plurimi,quorum lætitia ficta erat: nam aliqui expectabant ibidem de ſeruili iugo collum eripere per Legatum,& gentem ſuam, nequaquam autem ſuum animum oſtendere præſumpſerunt, memores, quod paucis adhuc diebus elapſis quando.ſ.Padua capta fuit, viri quidam de porta Sancti Petri de Vicentia,muniti nimium propere ſignaculo Sãctæ Crucis,impijs manibus,& indignis in ciuitate propria ſunt occiſi. Interea ſtãte Legato in Padua cum toto ſuo guarnimento prædicto,Ecelinus Vicentiam venit,cum Theotonicis,quos ſemper ducebat ſecum,& cum magna militum, & peditum quantitate. Quiſciens Vicentinos diuerſos diuerſimoda cogitantes; ſteritin corum Palatio,& facta Concione ſolemni,non ſolum de populo Vicentino, ſed de cunctis alijs, quos habebat,de Verona,de Lombardia,de Pedemonte,& aliunde;hæc verba locutus eſt inter eos. ¶ Etſi contingat aliquando,quod iniquitas æquitati præiudicet,corrũpatur iuſtitia ab iniuſtis;Dei tamen violentia nullatenus violatur,neque eſt ingenium humanum ſufficiens in cunctis diſcernere plenarie quod eſt iuſtum. Immo ſolus ipſe Deus omnipotens iuſte conſiderans vniuerſa,quod eſt melius in omnibus ſtatuit,& diſponit. Eſt nanque verum, quod inimici noſtri,pars quippe rationi contraria,& rectitudinis inimici, Vicentinum diſtrictum inuaſerunt,& minabantur quidam voluptuoſe viuentes ciuitatem Vicentiain inſultare,volentes viros bonos confundere,qui vitam inſontem ducunt,nequaquam rapiunt alienum,diſperdere, nos,& noſtram ciuitatem igni ſubmittere, effundere ſanguinem innocentem, exhæredare immeritos,orphanare pupillos,viduas compellere mendicari. Placuit autem Deo, qui damnat iniquitatem,vt ſciſma creſceret,& ſeditio inter eos,dum vires noſtras plurimum pertimẽtes,non vtique præſumpſerunt nos expectare in campo, ſed iter ſuum arripuerunt inordinate,conuerſi quidem in ſuum improperium,& in fugam. Nos igitur cognoſcamus a Domino quod eſt factum,& ſimus vnanimes, & concordes,equis,& armis viriliter præparati: quoniã ſi conſidero amicorum magnificentiam,& vigorem,propoſitum,& laudabilem voluntatem; non multa tempora elabuntur,quod amicis noſtris honor accreſcet,& gloria, virtus, & potẽtia extenderur. Erit autem noſtris inimicis confuſio,dolor,& diſperſio violenta,mortis etiam extrema obſcuritas,& irreparabilis in æternum. ¶ Hæc autem omnia ſupradicta huius noui libri ſunt in prædicto anno Domini MCCLVI. facta. XIII.

Explicit Liber Nonus.

d by Google

INCIPIT DECIMVS.

Hic faciunt Paduani ſpaldum pro ſecuritate ſua, & ciuitatis.

I. PArata credit amodo eſſe tempora Ecelinus, vt Paduam valeat rehabere, ſiue incolumem, ſiue læſam. Itaque nocte quadam, ſollicitus, & inſomnis, inter cætera magna, & ardua facta, quæ corde magnanimo reuoluebat; ait ad ſemetipſum, & ſolum. Ecce iam inimici fugam arripuerunt de campo, & neceſſe eſt de duabus occaſionibus vnam eſſe, forſitan vel vtramque, Aut enim eſt ſciſma, & ſeditio inter eos, aut forte timoris cauſa. Colligam igitur vires meas, & Paduanos, dante Domino, ſub pedibus conculcabo, aut terga conteram proditorum. Et ſic continuo poſt hæc intra ſuum animum reuoluta, quamuis Vicentiæ gentem copioſam haberet, non neglexit tamẽ litteras, & nuntios mittere ad quancunque partem, vnde ſperare potuit ſuum accreſcere guarnimentum. Sciuit enim, quod abundans cautela non nocet, & qui paratus fuerit, opportunis, vix poterit irrideri. Tunc, ſiue per famam fuerit, quam nullum latet ſecretum, ſiue per exploratores, qui facta referunt ciuitatis ad ciuitates; cognitum eſt in Padua, quod Ecelinus proponit inuadere Paduanum diſtrictum. Ergo, deliberato conſilio, ſtatuunt Paduani foſſatum, & ſpaldum facere a latere ciuitatis Paduæ verſus ſero, in qua parte potius expedire videtur, propter futurum exinde inimici aduentum, foris muro. ſ. circa ccc. paſſus: & quamuis laboriopſum exiterit, omnes tamen voluntarie laborantes, opus magnum paucis adimpleuerunt diebus: vt pote longam foueam, quaſi per milliaria tria, amplam etiam, vt quaſi Brentæ alueus crederetur. Fouea quidem facta, conſtructum eſt ibi ſpaldum trabeum, longo tractu fortiſſimum, & condenſum: turres quoque ligneæ, tortirellæ, ſiue præderiæ certis locis, vt ſi temerarius inimicus acceſſerit, redeat cum pudore, & damno. Hoc opus tamen nullus vilitati aſcribat, quod equidem factum eſt potius propter ciuitatis, & perſonarum tutelam, quam ipſius ciuitatis decorem: nam qui poſſent pugnaſſe poſtmodum intra ſpaldum ſecuriores; foris exiuerunt vt plurimum, ſicut poſtea tempore diſcriminis patuit manifeſte, & pugnantes extrinſecus viriliter contra hoſtes, ex eis ceperunt quoſdam, milites conuerterunt in fugam, vulnerauerunt aliquos, & aliquos occiderunt.

Hic victa Montegalda, & Montegaldella, venit Ecelinus verſus Paduam hoſtiliter.

II. MOuit quoque diebus illis Paduæ perſecutor, & hoſtis, & hoc ſolum mente gerens propoſitum. ſ. Paduam occupare, ſi poterit, perrexit prima fronte ad locum illum dictũ ſuperius de Longare, vbi roſtam, ſiue cluſam reparari fecit firmius, vt aqua circa Paduam deficetur. Motusque exinde iuit Montegaldam, & Montegaldellam, loca Vicentini diſtrictus, quæ iam videbantur eſſe reddita parti Eccleſiæ, & Ecelini dominium neglexiſſe, & partem. Nolens ibi perſonaliter facere moram, Vicentinos illic reliquit, eis diſtricte præcipiens, vt obſidentes vtrumque locum, exinde non recedant, niſi vtriuſque loci proditores perſonaliter habeant, eoſdemque ad eum ducant vinculis alligatos. Ipſe itaque venit Arleſicam, terram Paduani diſtrictus, cum ingenti turba gentium, & exercitu copioſo, & creſcebat cotidie gens ipſius. Dum autem Vicentini obſiderent ſibi præcepta loca; elapſis diebus paucis poſt Ecelini receſſum ibi commiſſa eſt pugna, & ex vtraque parte multis mortuis, Vicentinis tandem eſt reddita Montegalda, recedentibus illis, qui eam reddiderunt, ſolummodo in camiſijs, & in braccis. Et ſic poſtea dum victores turrim Montegaldellæ depoſcerent, negantibus illis qui defendebant, & dum ſe præpararent extrinſeci turrim incidere; videntes intrinſeci ſe perire, turrim, & ſe omnes protinus reddiderunt: & ſic alligati vinculis, ducti ad Ecelinum, iuſſu eius ſunt luminibus excæcati; dum ipſe fremens, & iratus aſſereret, ipſos ſe non reddidiſſe, immo per violentiam eſſe captos. Et erant hæc omnia in Auguſto, circa finem ipſius Menſis, in prædicto MCCLVI. anno.

Hic

Hic ſtat Ecelinus prope ſpaldum Paduæ, & nominantur gentes, quæ ſunt cum eo.

III. TVnc proceſſit copioſus exercitus Ecelini de loco Arlexicæ, & veniens verſus Paduam, caſtrameratus eſt in confinio de Tumba,& de Areolda: & facta vnica hoſpitatione ibidem,venit die Dominico v. exeunte Auguſto,& hoſpitatus eſt cum exercitu ſuo toto, & maximo,iuxta Brentam, in territorio.ſ. & in villa Vedeitæ prope Paduam per vnum milliare, vel circa hoc. Villas inde totaliter ſpoliauit, vaſtauit fruges,arbores extirpauit, & vt vere loquar,omnia generaliter mobilia rapuit,quæ locorum habitatores,vel nequiuerunt ſecum ducere,vel Paduam deportare. Sed nec ſufficere poterant illarum villarum ſpolia tantis turbis: erant enim cum Ecelino Veronenſes generaliter pro Communi, omnes Vicentini, ſimiliter Feltrini,& Bellunenſes Communiter omnes,milites Cremonenſes, & Papienſes in maxima quantitate,de Placentia,de Vercellis,Brixienſes,& Pergamenſes, & gentes aliæ tantæ de diuerſis partibus congregatæ,quod longum foret ſingulariter numerare. De Theotonicis non eſt dicere,quoniam multos habebat ad ſoldum, & ſine ipſis omnibus nusquam ibat. Stans hic potentiſſimus,& magnificus Paduæ inimicus,manifeſte conſiderat, quod irrumpere nequid in ciuitatem. Itaque multa conſilia faciens,cepit examinare, & quærere ab aliquibus Paduanis,quos ſecum de Verona conduxerat,& qui præcipue nouerant ſirum loci, quid fieri poſſet ad inimicos potius confundendos. Cui Paduani ipſi, non audentes dicere de receſſu, quam cautius poterant reſpondebant, hoc eſſe damnum maximum quod fiebat, & æternum obprobrium Paduanis. Vnde fideliter ei dabant conſilium, quod hic moram cum exercitu faceret,& interdum gentes poneret ad ſpaldum impugnandum,& inuadendum:quoniam hij qui venerant Paduam in ſuccurſum,ibi pro certo non multo tempore morabuntur.

Hic exeunt Paduani obuiam Ecelino, & nominantur gentes, quæ ſunt cum eis.

IV. SCientes amodo Paduani,quod locatus eſt exercitus valde prope ad ciuitatem, exire volũt obuiam inimicis:& cum tentorijs,trauachis,& tendis,exeunt ciuitatem magnifice,locantes ſe foris a ciuitatis muro,& intra ſpaldum, vbi erat,& habitatio Domini Legati,& ſui Cleri,qui in loco,& monaſterio ſpatioſo Sancti Benedicti poſuerat ſuam manſionem, & ſedem quam plus poterat ad inimicos. Erant autem in hoc Paduanorum, immo Eccleſiæ guarnimento Dominus Gregorius Sanctæ Sedis Acquilegienſis Patriarcha, cum militibus ſuis de Foro Iulij,veneratque heſterna die, habens ſecum ſocietatem honorabilem, & decentem, & in eius ſocietate venerat Dominus Biaquinus de Camino,vir prouidus,& diſcretus, ſapiens, ſtrenuus,& aſtutus. Erat illic etiam nobilis ille Azo, Dei,& Apoſtolica gratia,Marchio Eſtẽſis,& Anchonæ,qui venire fecerat Ferrarienſem militiam, quaſi totam, pedites autem nondum venerant,ſed proꝛſus in breui venturi erant. Volebat equidem ipſe Marchio totam ſuã mouere potentiam pro matre ſua Padua defendenda,vt aſſerebat. Fuerunt illic in magna parte milites Mantuani,quos.ſ. compellebat amor quodammodo naturalis. Dicunt enim qui recolunt,quod quidam ſpecialis amicitiæ vigor,quaſi radicitus,antiquitus extat inter Paduã, & Mantuam longis temporibus iam tranſactis, vſque videlicet illo tempore,quo VIIII. ciuitates de Lombardia venerunt hoſtiliter vſque ad Pontem Brentæ de Viguntia, pro Padua inuadenda. Inter quas dum eſſet Mantua,Miles quidam Mantuanus probus, aſtutus, & ſapiens, prædeceſſor Domini Zuchonis Militis Mantuani,Paduanorum hoſtes ſapienter,& ingeniole ſubmouit ab obſidione,ſeu exterminio Paduano. Quare adhuc Cõmune Paduæ omni anno donat hæredibus Domini Zuchonis vnum ſpariuerium iure feudi. Erat etiã in prædicto guarnimento Eccleſiæ pulcra ſatis quantitas Venetorum, & Clugienſium, quorũdam etiam de Romagna,erant illic etiam qui expulſi fuerant de Verona tempore tyrannidis Ecelini. Milites vero Bononienſes,& pedites,qui cum Fratre Iohanne venerant, ob Sanctæ Crucis reuerentiam,vt dixerunt,ecce nunc cum ipſo Fratre Iohanne receſſerant,Dominum Legatum,& alios,qui pro Cruce pugnabant,in maiori, immo maximo neceſſitatis articulo relinquentes. Sed hoc ipſis improperare non audeo,quoniam apud ipſos Bononienſes in ſcientia litterali

LIBER INCIPIT DECIMVS.

Hic faciunt Paduani ſpaldum pro ſecuritate ſua, & ciuitatis.

I. PArata credit amodo eſſe tempora Eccelinus, vt Paduam valeat rehabere, ſiue incolumem, ſiue læſam. Itaque nocte quadam, ſollicitus, & inſomnis, inter cætera magna, & ardua facta, quæ corde magnanimo reuoluebat; ait ad ſemetipſum, & ſolum. Ecce iam inimici fugam arripuerunt de campo, & neceſſe eſt de duabus occaſionibus vnam eſſe, forſitan vel vtramque, Aut enim eſt ſciſma, & ſeditio inter eos, aut forte timoris cauſa. Colligam igitur vires meas, & Paduanos, dante Domino, ſub pedibus conculcabo, aut terga conteram proditorum. Et ſic continuo poſt hæc intra ſuum animum reuoluta, quamuis Vicentiæ gentem copioſam haberet, non neglexit ſimẽ littetas, & nuntios mittere ad quancunque partem, vnde ſperare potuit ſuum accreſcere guarnimentum. Sciuit enim, quod abundans cautela non nocet, & qui paratus fuerit, opportunis, vix poterit irrideri. Tunc, ſiue per famam fuerit, quam nullum latet ſecretum, ſiue per exploratores, qui facta referunt ciuitatis ad ciuitates; cognitum eſt in Padua, quod Eccelinus proponit inuadere Paduanum diſtrictum. Ergo, deliberato conſilio, ſtatuunt Paduani foſſatum, & ſpaldum facere a latere ciuitatis Paduæ verſus ſero, in qua parte potius expedire videtur, propter futurum exinde inimici aduentum, foris muro. ſ. circa ccc. paſſus: & quamuis laboriоſum extiterit, omnes tamen voluntarie laborantes, opus magnum paucis adimpleuerunt diebus: vt pote longam foueam, quaſi per milliaria tria, amplam etiam, vt quaſi Brentæ alueus crederetur. Fouea quidem facta, conſtructum eſt ibi ſpaldum trabeum, longo tractu fortiſſimum, & condenſum: turres quoque ligneæ, tortrellæ, ſiue præderiæ certis locis, vt ſi temerarius inimicus acceſſerit, redeat cum pudore, & damno. Hoc opus tamen nullus vilitati aſcribat, quod equidem factum eſt potius propter ciuitatis, & perſonarum tutelam, quam ipſius ciuitatis decorem: nam qui poſſent pugnaſſe poſtmodum intra ſpaldum ſecuriores; foris exiuerunt vt plurimum, ſicut poſtea tempore diſcriminis patuit manifeſte, & pugnantes extrinſecus viriliter contra hoſtes, ex eis ceperunt quoſdam, milites conuerterunt in fugam, vulnerauerunt aliquos, & aliquos occiderunt.

Hic victa Montegalda, & Montegaldella, venit Ecelinus verſus Paduam hoſtiliter.

II. MOuit quoque diebus illis Paduæ perſecutor, & hoſtis, & hoc ſolum mente gerens propoſitum. ſ. Paduam occupare, ſi poterit, perrexit prima fronte ad locum illum dictũ ſuperius de Longare, vbi roſtam, ſiue cluſam reparari fecit firmius, vt aqua circa Paduam deficeretur. Motusque exinde iuit Montegaldam, & Montegaldellam, loca Vicentini diſtrictus, quæ iam videbantur eſſe reddita parti Eccleſiæ, & Ecelini dominium neglexiſſe, & partem. Nolens ibi perſonaliter facere moram, Vicentinos illic reliquit, eis diſtricte præcipiens, vt obſidentes vtrumque locum, exinde non recedant, niſi vtriuſque loci proditores perſonaliter habeant, eoſdemque ad eum ducant vinculis alligatos. Ipſe itaque venit Arleſicam, terram Paduani diſtrictus, cum ingenti turba gentium, & exercitu copioſo, & creſcebat cotidie gens ipſius. Dum autem Vicentini obſiderent ſibi præcepta loca; elapſis diebus paucis poſt Eccelini receſſum ibi commiſſa eſt pugna, & ex vtraque parte multis mortuis, Vicentinis tandem eſt reddita Montegalda, recedentibus illis, qui eam reddiderunt, ſolummodo in camiſijs, & in braccis. Et ſic poſtea dum victores turrim Montegaldellæ depoſcerent, negantibus illis qui defendebant, & dum ſe præpararent extrinſeci turrim incidere; videntes intrinſeci ſe perire, turrim, & ſe omnes protinus reddiderunt: & ſic alligati vinculis, ducti ad Ecelinum, iuſſu eius ſunt luminibus excæcati: dum ipſe fremens, & iratus aſſereret, ipſos ſe non reddidiſſe, immo per violentiam eſſe captos. Et erant hæc omnia in Auguſto, circa finem ipſius Menſis, in prædicto MCCLVI. anno.

Hic

Hic ſtat Ecelinus prope ſpaldum Paduæ, & nominantur gentes, quæ ſunt cum eo.

III. TVnc proceſſit copioſus exercitus Ecelini de loco Arlexicæ, & veniens verſus Paduam, caſtrametatus eſt in confinio de Tumba,& de Areolda: & facta vnica hoſpitatione ibidem,venit die Dominico v. exeunte Auguſto,& hoſpitatus eſt cum exercitu ſuo toto, & maximo,iuxta Brentam, in territorio,ſ. & in villa Vedeitæ prope Paduam per vnum milliare, vel circa hoc. Villas inde totaliter ſpoliauit, vaſtauit fruges,arbores extirpauit, & vt vere loquar,omnia generaliter mobilia rapuit,quæ locorum habitatores, vel nequiuerunt ſecum ducere,vel Paduam deportare. Sed nec ſufficere poterant illarum villarum ſpolia tantis turbis: erant enim cum Ecelino Veronenſes generaliter pro Communi, omnes Vicentini, ſimiliter Feltrini,& Bellunenſes Communiter omnes,milites Cremonenſes, & Papienſes in maxima quantitate,de Placentia,de Vercellis,Brixienſes,& Pergamenſes, & gentes aliæ tantæ de diuerſis partibus congregatæ,quod longum foret ſingulariter numerare. De Theotonicis non eſt dicere,quoniam multos habebat ad ſoldum, & ſine ipſis omnibus nusquam ibat. Stans hic potentiſſimus,& magnificus Paduæ inimicus,manifeſte conſiderat, quod irrumpere nequid in ciuitatem. Itaque multa conſilia faciens,cepit examinare, & quærere ab aliquibus Paduanis,quos ſecum de Verona conduxerat,& qui præcipue nouerant ſitum loci, quid fieri poſſet ad inimicos potius confundendos. Cui Paduani ipſi, non audentes dicere de receſſu, quam cautius poterant reſpondebant, hoc eſſe damnum maximum quod fiebat, & æternum obprobrium Paduanis. Vnde fideliter ei dabant conſilium, quod hic moram cum exercitu faceret,& interdum gentes poneret ad ſpaldum impugnandum,& inuadendum: quoniam hij qui venerant Paduam in ſuccurſum,ibi pro certo non multo tempore morabuntur.

Hic exeunt Paduani obuiam Ecelino, & nominantur gentes, quæ ſunt cum eis.

IV. SCientes amodo Paduani,quod locatus eſt exercitus valde prope ad ciuitatem, exire volũt obuiam inimicis:& cum tentorijs,trauachis,& tendis,exeunt ciuitatem magnifice,locantes ſe foris a ciuitatis muro,& intra ſpaldum, vbi erat,& habitatio Domini Legati,& ſui Cleri,qui in loco,& monaſterio ſpatioſo Sancti Benedicti poſuerat ſuam manſionem, & ſedem quam plus poterat ad inimicos. Erant autem in hoc Paduanorum, immo Eccleſiæ guarnimento Dominus Gregorius Sanctæ Sedis Acquilegienſis Patriarcha, cum militibus ſuis de Foro Iulij,veneratque heſterna die, habens ſecum ſocietatem honorabilem, & decentem, & in eius ſocietate venerat Dominus Biaquinus de Camino,vir prouidus,& diſcretus, ſapiens, ſtrenuus,& aſtutus. Erat illic etiam nobilis ille Azo,Dei,& Apoſtolica gratia,Marchio Eſtẽſis,& Anchonæ,qui venire fecerat Ferrarienſem militiam, quaſi totam, pedites autem nondum venerant,ſed proſſus in breui venturi erant. Volebat equidem ipſe Marchio totam ſuã mouere potentiam pro matre ſua Padua defendenda,vt aſſerebat. Fuerunt illic in magna parte milites Mantuani,quos.ſ. compellebat amor quodammodo naturalis. Dicunt enim qui recolunt,quod quidam ſpecialis amicitiæ vigor,quaſi radicitus,antiquitus extat inter Paduã, & Mantuam longis temporibus iam tranſactis, vſque videlicet illo tempore,quo VIIII. ciuitates de Lombardia venerunt hoſtiliter vſque ad Pontem Brentæ de Viguntia, pro Padua inuadenda. Inter quas dum eſſet Mantua,Miles quidam Mantuanus probus, aſtutus, & ſapiens,prædeceſſor Domini Zuchonis Militis Mantuani,Paduanorum hoſtes ſapienter,& ingenioſe ſubmouit ab obſidione,ſeu exterminio Paduano. Quare adhuc Cõmune Paduæ omni anno donat hæredibus Domini Zuchonis vnum ſpariuerium iure feudi. Erat etiã in prædicto guarnimento Eccleſiæ pulcra ſatis quantitas Venetorum, & Clugienſium, quorũdam etiam de Romagna,erant illic etiam qui expulſi fuerant de Verona tempore tyrannidis Ecelini. Milites vero Bononienſes,& pedites,qui cum Fratre Iohanne venerant, ob Sanctæ Crucis reuerentiam,vt dixerunt,ecce nunc cum ipſo Fratre Iohanne receſſerant, Dominum Legatum,& alios,qui pro Cruce pugnabant,in majori, immo maximo neceſſitatis articulo relinquentes. Sed hoc ipſis improperare non audeo,quoniam apud ipſos Bononienſes in ſcientia

litterali

litterali nutritus,in anno Domini MCCXXI. illic a Bonocompagno meo Domino,& Magiſtro,natione,& eloquentia Florentino,licet indignus,recepi officium Magiſtratus.

Primus inſultus, quem fecit Ecelinus ad ſpaldum Paduæ.

V. VTriuſque partis gentibus,& amicis,vt dictum eſt ſuperius, præparatis, & cognito per Ecelinum,quod, quantum in numero perſonarum,guarnimentum Eccleſiæ ſuo guarnimento comparari non poterat; ſuam voluit experiri fortunam. Ergo die Mercurij penultimo Menſis Auguſti in ſupradicto anno MCCLVI. mouit militiam ſuam totam,mouit etiã magnam peditum quantitatem,præmiſit baliſterios,& gualdanam, omnesque vaſtatores cũ illis,& miro quodam modo,& ſapienti ordinauit VII. acies militum ſub certis inſignijs, & vexillis,ardentes quidem armis fulgentibus,in dextrarijs faleratis. Stetit autem ipſe Magnificus & timendus in VII. Theotonicorum ſuorum acie, in qua erat ſolitus confidentius equitare. Iuſſit dictos baliſterios,& waldanam procedere, cum vaſtatoribus ferentibus roncones acutiſſimos,& ſecures,foſſoria,& ligones;arbores incidere,& rubeca,vineas,& ſegetes omnes,planare vias,foſſasque cunctas obſtruere,tanquam militum expectaret incurſus,& optaret habere bellum ſanguineum,& campeſtre. Gente ſiquidem ordinata, ſubito peruenit ad ſpaldum, & foſſas,quæ nondum ex toto completæ erant,optans,vt videbatur, quod intrinſeca militia etiam ſe committeret caſui,& fortunæ. Tunc Dominus Marcus Quirinus prouidus Paduæ Poteſtas fecit illico ſignum dari,& gens tota Cruce ſignata,quæ fuit in ciuitate,& extra, repentè deuoluta ad ſpaldum hoſtibus viriliter occurrebat. Immo, ſecundum quod volebat Dominus Marchio, Comes de Sancto Bonifacio, Dominus Biaquinus,cæterique Magnates, & nobiles viri, ſtrenui,& prudentes,tam.ſ.forenſes,quam ciues,eſſe potuit illa dies,qua Deus iuſtũ feciſſet iudicium,& vidiſſet ciuitas Paduæ de magnis ſuis iniurijs recompenſationem meritã; & vindictam. Nam cuncti milites Eccleſiæ,& Legati,armis militaribus refulgentes, ſedentes quoque ſtabiles in bellicoſis dextrarijs,nihil ſecuri minus,quam ſi foret quilibet in caſtello, alto vigore animi mirabiliter præmuniti,haſtis ad feltrum poſitis, portam ſpaldi rumpere iam parabant,& ſub fortunæ alea ſecuriſſime exponere ſe,& ſua. Prohibuerunt autem Dominus Legatus,& Dominus Patriarcha militibus ipſis penitus,ne exirent, impoſita graui pœna etiamperſonarum. Exiuerunt ergo multi pedites,motu ſpontaneo, extra ſpaldum, & cum waldana,& cum inimicis pedeſtribus,qui ante venerant,ſtrenue pugnauerunt, ita quod hac die de gente Ecelini circa XIIII. vulnerati redierunt ad caſtra;tres mortui iacuerunt in campo,quartus autem quidam de gente illa tyrannica Paduanum quẽdam cepit,adiutus a tribus, nomine Placitum, qui ſe virum de curia,cantatorem.ſ.fatebatur,& erat,& captor capto ſuſpẽdium minabatur: ſed recuperatus Paduanus a ſuis,eadem hora,tanquam bonus debitor, illic in quadam arbore dedit,& reddidit ſuſpendium minatori. Duo etiam pedites de gente Legati ſunt mortui die illa pugnantes viriliter,vt verum fateor;contra hoſtes quaſi circa x.& vltra. Vulnerati vero v. redierunt ad ciuitatem. Sic quoque ſteterunt milites Ecelini de mane vſq; ad Veſperas die illa inertes,& tandem ad tentoria ſunt reuerſi.

Hic facit Ecelinus ſecundum inſultum ad ſpaldum.

VI. ALtera vero die mouit Ecelinus militiam ſuam,& pedites ſupradictos: & iterum reuerſus ad ſpaldum, aut procul dubio expectabat, quod Paduanum guarnimentum exiret ei obuiam ad pugnandum,aut ſperabat forte,quod in ciuitate ſciſma, vel ſeditio moueretur. Volebat nanque caſtrum,quod olim in Padua fecerat introire,ſi poſſet, quod ſi ei contigiſſet,quod abſit,Padua iam non amplius Padua diceretur. O quoties illa die furor, & rabies Ecelini optauit Vendramo de Pedemonte mortales pœnas vſque ad finem mortis,& ſine morte perpetuo duraturas: in eo enim præ cæteris confiſus aliquando,Capitaneum ipſum in caſtro Paduano poſuerat,in quo ſperans,nulla ratione timebat dominio tantæ ciuitatis carere,& ſic per conſequens nihil de tota Marchia dubitabat: nec vnquam crediderat ante factum,quod ipſe Vendramus fidelitati ſuæ commiſſum caſtrum hoſtibus vnquam redderet, prius immo ſubiret mortem,& ſi quid horribilius foret morte. Stantibus autem ſic militibus Ecelini,multi de ſuis peditibus moti ſunt,cum waldana,tendentes velociter, quaſi venirẽt ad portam ſpaldi: ſed cum Legati milites non permitterentur exire, Paduani quidam pedites,

& aliqui

aliqui forenſes cum eis,hoſtibus venientibus occurrerunt in contrariũ contra ſpaldum: inter quos fuit vir quidam ſtrenuus,& fortis in armis,nomine Bonxemblante, qui condam multo tempore propter ſuæ perſonæ decorẽ,& probitatem,valde carus fuerat Ecelino,& inter mul a diſcrimina eius aſſiſtens lateri,reddebat ipſum intrepidum,& ſecurum. Hic demum, poſt temporis diuturnitatem, conſiderans ſui Domini Ecelini tyrannidem diebus ſingulis inole re,Veronæ cum ipſo permanens,caute,& ſapienter arripuit ſubterfugium, iam antea diutius præconceptum. Exiit igitur in hoc loco dictus Bonxemblante cum cæteris pro Cruce pugnantibus,& pedeſtrem pugnam faciens contra pedites ſanctæ fidei inimicos, tres in parua mora temporis dedit morti,duos quoque vulneratos mortaliter, compulit ad caſtra ſcelera ta redire: & ita cum hijs qui ſecum ſunt eum, prudenter barram quandam factam ab inimicis diſcerpit,ſuosque conſocios verbis,& factis animauit in tantum, quod de illis aduerſæ partis in die illa,ſiue per manus eius,ſiue per manus compugnantium ſecum pro Eccleſia Sancta Dei,circa xl. mortui iacuerunt per campos,vulnerati vero plures quam l. vſque ad Ecelini tẽtoria redierunt,cruore ſignante vias. De peditibus etiam partis Eccleſiæ,tres meruerunt præmium ſacræ mortis, vulnerati vero circa xxv. redierunt ad ciuitatem, fugatis inimicis ad caſtra. Ecce iam hora veſpertina aduenerat,cum Ecelinus de morte peditum nihil curans,ſed expectans hoc ſolum,quod milites ciuitatis exirent, ſuos milites nusquam moueri permiſerat; Et ſic ſpe rabida defraudatus in totum,ſecum ſua vertit militia tota, & equitauit verſus ſtratas,& vias,quæ veniunt de parte Baxani,vt victualibus,quæ de Baxano ad eius exercitum ferebantur daret ſecuritatem,& cõmeatum: Nouiſſime nanque diebus illis prudentia militum, & peditum poſitorum per Legatum in Rouolone violenter acceperat circa xl. plauſtra vini, cum bubulcis,& bobus,quæ iuſſu Domini Ecelini,Maynardus Capitaneus Baxani, & Pedemontis ad Ecelini exercitum tranſmittebat.

Quærit Ecelinus conſilium, vnde poſſit in ciuitatem irrumpere.

POſtquam duabus vicibus Ecelinus in vanum ſteterat circa ſpaldum, tunc aliud fecit propoſitum, & ſero quodam cum caſtra iam forent clauſa ſilentio, Paduanos quoſdã, quos ſecum de Verona conduxerat. ſ. Tomaxium Iohannis Zoti de Padua, Vitalianſi de Areolda, & Fredolfinũ notariũ, quos dicebat fideliores quos haberet in Padua, & alios forte circa xij. fecit ad ſe venire,& ait illis. ¶ Ecce iam inimici,in ſuis tantum munitionibus confidentes, exire ad nos non audent, ſed velut cuniculi latitant intra ſpaldum: nobis igitur eſt videndũ, ſi qua parte poſſet haberi ad eos introitus,vel acceſſus,vt vel ipſos aggredi valeamus, vel ſaltẽ ad Montemſilicem dirigere gentem noſtram. Illic enim in ſummo montis, & caſtro, fideles noſtri Propheta,& Gerardus adhuc viriliter ſe defendunt: immo cum prædarijs, & baliſtis, die,ac nocte grandinant proditores,& villam,eosque impugnant iugiter, & occidunt. Nec dubito,quod ſi illuc accedere valeamus,villam in inſtanti habebimus, & habito Monteſilice, & habito Montericco,nec Padua ſe defendet,ſicut nec fecit olim,nec inimici locum inuenient, vbi poſſint, vel audeant in Marchia commorari. Ad hoc ſurgens reſpondit vnus, & ait: ¶ Verum eſt,quod immenſus timor compulit Paduanos,dum ſic ſe foſsis ſubitis vallauerũt, ſed eſſe ſolet locus quidam imo in ſuburbijs ciuitatis,per quem deberet facilis haberi acceſſus: Vbi nanque eſt portus nauium in contrata de Sancta Cruce, illic fluminis alueus quodammodo ampliatus puto poteſt abſque difficultate vadari: Itaque per locum illum flumine ſuperato,nullum reſtat vltra obſtaculum,ſed poſitis caſtris in Prato Vallis, nulla erit poſtmodum ciuitatis defenſio; & habita ciuitate, locus Montiſſilicis,cum Montericco,& alijs pertinentijs ſuis confeſtim veniet ad mandata. Immo loca, & caſtra quælibet Paduani diſtrictus veſtri pedibus aduoluentur: vbi nanque declinat capud,& membra quælibet ſubſecuntur. VII.

Hic vult Ecelinus intrare Paduam a Sancta Cruce, vel ire ad Montemſilicem.

HOc nempe conſilio confortatus, ſtatim ſequenti die vniuerſis ſuis militibus diſpoſitis, & more ſolito armatis,& ordinatis; venit Ecelinus ipſe,cum acie vna militum vſque VIII.

ſuper

ſuper fluminis ripam ex parte altera Sanctæ Crucis, dimiſſa tota alia militia illic prope: ſed nec minus velociter parati fuerunt Legati milites vniuerſi ex oppoſita parte fluminis in contrarium Ecelino. Tunc quoque conſiderauit rugiens ille leo, quærens quem deuoraret, & vidit foſſam magnam, & præter flumen, aggerem eleuatum, magnis adiutum ſepibus, longũ, continuum, & extenſum; plurimas, & denſas præderias per ripam fluminis ab Eccleſia Sanctæ Crucis, vſque ad pontem de Baxanello; & ait ad Thomaxium, Militem quendam Paduanũ equitantem ad latus eius, Ecce quia decepti ſumus, nam res eſt aliter quam ſit dictum, & inimici nullatenus dormiuiſſe videntur, quoniam nobis obſtat conſtructi operis ingens vallum, defenſio, & munitio fortis, militum etiam multitudo, confidens etiam in loci munimine potius quam in armis. Redijt ergo protinus, & conuerſus eſt cum illa ſua militia, quæ ſecum venerat verſus villam quæ Volta dicitur, quæ eſt illic ſupra flumen ex parte oppoſita Ecelino. Qui fluminis quandam obliquitatem conſiderans, poſtquam nequid amodo in ciuitatem irrumpere, præſumit flumẽ in craſtinum pertranſire cum parte ſui exercitus, vel cum toto, vt ire poſſit ad terram Montisfilicis rehabendam, cum ſui adhuc teneant ſummum Mõtis, & ipſum caſtrum. Iuſſit igitur berroderium quendam intrare flumen, & experiri paſſagium, ſiue vadum: qui dum ingreſſus eſt ignorans aquam, & palpitans iniquo Domino cuperet complacere; lapſo iumenti pede in profundum gurgitem obrutus berroerius ipſe, cum iumento, & panceria, qua ſtultus ille veſtitus erat, non comparuit vlterius ſuper aquam: ſed iumentum ad ripam alteram ſe retraxit, & hoc iumentum habuit ruſticus quidam de villa Voltæ, qui ſingula ſecurus intuebatur: ſtans enim in ſublimi quadam arbore, & erat ſpecula, quam miram dicimus ibi facta in capite quaſi ipſius villæ, die ac nocte videbat cuncta quodammodo, quę fiebant in exercitu Ecelini, & gentem eius. Sic itaque redijt Ecelinus ad tentoria, totamq; ſuam militiam redire fecit: expertus quod ſub aſcendente ſibi contrario fixerat, ſua caſtra Vedeitæ, & in hijs partibus Paduanis. Indignatus itaque, ſequenti die Dominico tertio intrante Septembri, miſit ccc. milites Carturium, ad Villam quandam Paduani diſtrictus, terræ cuius olim poſſeſſores, & domini, Viri nobiles Dominus Guillielmus, & filij, & omnes qui ſpectabant ad eos, Ecelino ſemper ſteterant ſeruitores, & ſuæ parti. Inuenerũt autem ipſi milites ab Ecelino tranſmiſſi cuſtodes caſtri, & villæ Carturij dormientes, de quibus xv. occiderunt, & ceperunt xxv. Ducentes eos poſtmodum ad exercitum alligatos. Combuſto Carturio toto, reuerſi ſunt ad Ecelini exercitum cum rapina.

Hic reuertitur Ecelinus ab obſeſſione Paduæ, & vadit Vicentiam.

IX. VIdens amodo Ecelinus ſe gentem tantam fruſtra in obſidione tenere; quarto die intrante menſe Septembris moto ſuo exercitu de Vedeita, iuit, & attigit Burziganam, & illic poſuit ſua caſtra, adhuc ſperans tranſire flumen, & ad Montẽfilicem equitare ſi poſſet. Sed prouidus Legatus, & Paduanorum Poteſtas hoc ſentiens, tota ſequenti nocte ſtare fecit milites, & pedites ſollicitos, & armatos: optabant enim, ſi hoc attentauerit inimicus, in ipſius terga ruere ipſumque concluſum habere, non aliter quam aliquando Vulpis ſubdola clauditur in cauerna. Sed nec præſumpſit hoſtis tranſire flumen, nec illud iter aſſumere, quod ei eſſe poterat finis vitæ: Immo totam gentem ſuam fecit pernoctare ſub armis, animo delaſſato iam timens, ne gens Legati in eius exercitum inſultaret. Ergo ſequenti die fecit Ecelinus Burziganã & loca alia inde circum igni, & deſtructioni ſubmitti. Quod cum Paduani viderent, ſcientes inimicum recedere, voluerunt eum multi inſequi, veluti fugientem, inter quos erãt Dominus Biaquinus de Camino, Aduocatus de Padua, Bonxemblante, & multi alij maiores, medij, & minores de militibus, & peditibus Paduanis. Sed Legatus, & hij, qui ſibi pro conſiliarijs dati erant, prohibuerunt, & cum ſumma difficultate vetantes, elegerunt forte melius conſilium, & ſalubre: quoniam dictum fuit, quod quantitate gentis veraciter indagata hinc inde, Ecelinus militiam habuit vltra triplum: quam militiam gentemque ſuam totaliter in vnum ſapienter conglomerauerat, & viam ordinate arripiens Vicentiam eſt reuerſus.

Hic

Hic ponit Ecelinus Vicentinos extra propriam ciuitatem.

X. ECelinus in Vicentia permanens die vi. prædicti mensis, primo fecit ibidem solemnem publicam Concionem, in qua locutus multa, factum quod sui milites, & pedites magnifice fecerant plurimum commendauit, dicens quod Paduam metu subegerant, obsederant Marchionem Estensem cum sua gente, Venetos, Ferrarienses, & Mantuanos conclusos tenuerant, & quod plus est, Romanam Ecclesiam compulerant turpiter trepidare, dum Legatus Apostolicæ Sedis nimio timore conterritus, latuit intra spaldos. Hijs verbis propositis, ipse forte dubitans ne Vicentiam perdat, subdidit ille callidus, & astutus, & ait, Meis autem fidelibus Vicentinis sic dico, Nolo vnquam quod aliqui possint eis improperare, quod intra muros vel fossas Vicentiæ lateant propter metum gentis alicuius dum vixero, quemadmodum fœminei Paduani: sed foris a ciuitate permaneant, & per burgos, vt si qui vellent forsitan ausu temerario venire Vicentiam violenter, redeant flebiliter, & dolenter, & noscant quid valeat Vicentinorum libertas. Et sic positis in ciuitate Veronensibus, Theotonicis, & illis de Pedemonte; Vicentinos manere fecit extrinsecus, & in eis Lunam monstrauit in puteo, & sub auri specie præstitit auricalcum. Hinc sumpta occasione multi de Vicentinis, & de Paduanis, qui cum ipso venerant de Verona, cum aptitudinem sibi viderunt, fugierunt Paduam, tanquam ad portum refugij, & salutis.

De pœna quadam indigna, & turpi, quam fecit Ecelinus Veronæ.

XI. POsthæc properauit Veronam, & illi genti de Lombardia, & allunde, qui in eius seruitium fuerant, grates debitas referens, cunctis dedit licentiam, & suum eis optulit seruitium, & promisit. ¶ Tunc vero quoniam eius animus assidue versabatur quid de multitudine Paduanorum faceret, quos Veronæ carceratos tenebat; vocauit ad se Capitaneos carcerum, & quæsiuit quid dicant, vel quid faciant carcerati: cui de Capitaneis respondit vnus, Cognoscat indubitanter Dominatio vestra, quod carcerati omnes per nos fideliter seruabuntur, ad honorem vestrum, beneplacitum, & mandatum, & quid dicent, vel quid facient totaliter cognoscetis. Ecce nanque diebus istis dum Altitudo vestra circa Paduam in expeditione maneret, quidam de carceratis sollicite perquirebant per sortes, ad quem finem vester exercitus deueniret. Et vnus per puncta quædam vnius artis, quam dicunt nescio quam Geumantiam dicere videbatur, quod Padua non poterat hijs temporibus capi. Nescio quid allegans, quod figura primæ domus exercitui attributa videbatur fortuna minor, figura vero septimæ, quæ stabat pro inimicis, erat fortuna maior, & erant pro exercitu mobiles nescio quales cardines quæstionis, præter vnum, qui erat firmus, & ille idem erat inimicorum. Huic fauit, & quidam alter de carceratis, dicens quod diligenter examinato libro quodam, qui dicitur Alcalandrinus super facto eiusdem exercitus, talem ei respondit versum Iudex quidam in ipso libro, quem Iudicem Alcorentem appellabat, Inquid enim

Stat grandi damno, nec erit victoria nostris.

Igitur Ecelinus auditis hijs verbis, & exquisito diligenter hoc facto, videlicet per sortes istas qui posuerant, quiq; conscij fuerant, & præsentes, nullo remedio habito, nulla pietate commotus, acer, & inexorabilis, immo immemor quod olim quidam ex illis fuerant in Padua carnifices, & homicidæ pro ipso; fecit eos mortem vituperabilem perpeti, quia turpi suspendio decollari. Et fuerunt vi. Viri honorabiles, & discreti, qui toto vitæ suæ tempore in eius parte firmi permanserant, & nitebantur ipsius exaltare honorem præ cæteris eorum desiderijs in hac vita.

Factum quoddam Coloniæ Veronensis districtus.

XII. AVdientes homines de Colonia, quæ est in Veronæ districtu, quæ tam horribilis Dominus inremediabiliter Veronæ operabatur; tam propter metum ineffabilem Domini sæuientis, quam propter infestationem, quam gẽs, & pars Legati de Montagnana Paduani districtus iugiter Colonienſibus inferebat; amici facti sunt Marchionis Estensis, & coniunxerunt se adeo cum illis de Montagnana, vt cum Marchione, & ipsis facti sunt vnum, & idem simul.

Dimissi

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΣ

Dionysius, Periegesis, Constantinopolitan Geographical Compendium, Constantinople, 1st half 10th century

67 Dionysius, Periegesis, Constantinopolitan Geographical Compendium, Constantinople, 1st half 10th century. Parchment, 1 leaf, 21.5 × 15.5 cm. Text in Greek. Written in a minuscule hand. Illustrated with a map of the Mediterranean Sea. Provenance: Constantinople, Greek Orthodox Patriarchate of Constantinople, Library, Cod. 1. Bibliography: Dilke, Oleander Reinhold, and Simms, Greek and Roman Maps, 1985, p. 124, fig. 6.1; Harley, J. B., and Woodward, David, The History of Cartography, Volume 1, 1987, p. 172, fig. 6.1; Talbert, Richard J. A., Rome's World: The Peutinger Map Reconsidered, 2010, p. 3, fig. 1.1.

ſuperficies, quæ ſit ad ſuperficiem, ſecundum quam ſit ſolidum, ut ſolidum ad ſolidum. Quod ſi ſolidum ſit ad ſolidum, ut ſuperficies ad ſuperficiem, ſecundum quam ſit ſolidum, ſuperficies ſecundum quam ſit ſolidum, ad ſuperficiem, ſecundum quam ſit ſolidum, erit ut ſuperficies ad ſuperficiem.

Sit ſolidum, ſecundum quod ſit A, ſuperficies, ſecundum quam ſit ſolidum, ſit B, ſolidum autem ad ſolidum ſit ut ſuperficies ad ſuperficiem, ſecundum quam ſit ſolidum, ſuperficies autem, ſecundum quam ſit ſolidum, ſit C, ſuperficies autem ad ſuperficiem ſit ut D ad E. Dico ut A ad B, ſic C ad D.

Sit enim ſolidum, ſecundum quod ſit F, ſuperficies, ſecundum quam ſit ſolidum, ſit G, ſolidum autem ad ſolidum ſit ut D ad E. Quoniam igitur ſolidum ad ſolidum eſt ut ſuperficies ad ſuperficiem, ſecundum quam ſit ſolidum, ſuperficies autem, ſecundum quam ſit ſolidum, ad ſuperficiem, ſecundum quam ſit ſolidum, eſt ut ſuperficies ad ſuperficiem, ſolidum igitur ad ſolidum eſt ut ſuperficies ad ſuperficiem. Ut autem ſolidum ad ſolidum, ſic A ad F, ut autem ſuperficies ad ſuperficiem, ſic D ad E, ut igitur A ad F, ſic D ad E. Rurſus quoniam ſolidum ad ſolidum eſt ut ſuperficies ad ſuperficiem, ſecundum quam ſit ſolidum, ſuperficies autem, ſecundum quam ſit ſolidum, ad ſuperficiem, ſecundum quam ſit ſolidum, eſt ut ſuperficies ad ſuperficiem, ſolidum igitur ad ſolidum eſt ut ſuperficies ad ſuperficiem. Ut autem ſolidum ad ſolidum, ſic F ad G, ut autem ſuperficies ad ſuperficiem, ſic C ad D, ut igitur F ad G, ſic C ad D. Ut autem F ad G, ſic A ad B, ut igitur A ad B, ſic C ad D.

INCIPIT TRADUCTIO

Sit ſolidum, ſecundum quod ſit A, ſuperficies, ſecundum quam ſit ſolidum, ſit B, ſolidum autem ad ſolidum ſit ut ſuperficies ad ſuperficiem, ſecundum quam ſit ſolidum, ſuperficies autem, ſecundum quam ſit ſolidum, ſit C, ſuperficies autem ad ſuperficiem ſit ut D ad E. Dico ut A ad B, ſic C ad D.

Sit enim ſolidum, ſecundum quod ſit F, ſuperficies, ſecundum quam ſit ſolidum, ſit G, ſolidum autem ad ſolidum ſit ut D ad E. Quoniam igitur ſolidum ad ſolidum eſt ut ſuperficies ad ſuperficiem, ſecundum quam ſit ſolidum, ſuperficies autem, ſecundum quam ſit ſolidum, ad ſuperficiem, ſecundum quam ſit ſolidum, eſt ut ſuperficies ad ſuperficiem, ſolidum igitur ad ſolidum eſt ut ſuperficies ad ſuperficiem. Ut autem ſolidum ad ſolidum, ſic A ad F, ut autem ſuperficies ad ſuperficiem, ſic D ad E, ut igitur A ad F, ſic D ad E. Rurſus quoniam ſolidum ad ſolidum eſt ut ſuperficies ad ſuperficiem, ſecundum quam ſit ſolidum, ſuperficies autem, ſecundum quam ſit ſolidum, ad ſuperficiem, ſecundum quam ſit ſolidum, eſt ut ſuperficies ad ſuperficiem, ſolidum igitur ad ſolidum eſt ut ſuperficies ad ſuperficiem. Ut autem ſolidum ad ſolidum, ſic F ad G, ut autem ſuperficies ad ſuperficiem, ſic C ad D, ut igitur F ad G, ſic C ad D. Ut autem F ad G, ſic A ad B, ut igitur A ad B, ſic C ad D.

Verecundus, Julianensis, Episcopus Abitinensis, Africæ Provinciæ, scripsit contra Arianos, Sabellianos, Photinianos, Macedonianos, Apollinaristas, Nestorianos, Eutychianos, Pelagianos, Semipelagianos, Priscillianistas, Origenistas, Manichæos, Gentiles, Judæos, Samaritanos, Hæreticos, Schismaticos, Donatistas, Rebaptizantes, Circumcellionas, Rogatistas, Abelonianos, Luciferianos, Novatianos, Quartodecimanos, Audianos, Messalianos, Hydroparastatas, Aquarios, Tatianistas, Encratitas, Apostolicos, Ebionitas, Cerinthianos, Carpocratianos, Basilidianos, Valentinianos, Marcionitas, Cataphrygas, Montanistas, Artotyritas, Collyridianos, Antidicomarianitas, Helvidianos, Jovinianos, Vigilantianos, Bonosianos, Nestorianos, Eutychianos, Monophysitas, Monothelitas, Agnoetas, Tritheitas, Acephalos, Theopaschitas, Aphthartodocetas, Gaianitas, Julianistas, Severianos, Corruptibilistas, Tetradites, Barlaamitas, Acindynianos, Gregoritas

Published with a grant from the Rockefeller Foundation

Copyright © 1970 by P. Adams Sitney
All rights reserved

Library of Congress Catalog Card Number: 70-120933
SBN 19-500-12000-3
Printed in the United States of America

Oxford University Press, Inc., 200 Madison Avenue, New York, N.Y. 10016
Oxford University Press, Walton Street, Oxford OX2 6DP
Toronto Melbourne Wellington Kuala Lumpur Singapore Hong Kong Tokyo

Baxani,multamque beſtiarum prædam viriliter occupatam ducerent; Iacobus de Caſtro To cho iterum Vicedominus in Baxano, & milites Baxani, & Pedemontis cum VI. banderijs Theotonicorum,qui adhuc ituri erant de Baxano Taruiſium, armati velociter inſecuti ſunt milites Paduanos prædam vtique conducentes: & fuit inſecutio talis,vſque ad foueam quandam magnam,citra quam Baxanenſes ſperabant,& prædam recuperare totaliter, & cunctos occidere prædatores,vtpote quia lanceis declinatis ad fugientium terga, iam crederes Spartanos leporarios quaſi citis leporibus,fugiendo viſum fallentibus,imminere. Vir autem nobilis Martius de Montemerlo fugientium Capitaneus, videns ſuum, & ſuæ gentis adeſſe periculum,alta voce Paduanorum clamabat ſuccurſum. Sicque vir prouidus, & aſtutus Paduæ Poteſtas prædictus, cum conſilio Marchionis,ſuas detexit inſidias ſapienter, & miſit Paduanam militiam,& ſe ipſum in terga inimicorum velociter. Eis quoque conterritis,qui Paduanos inſequebantur,Paduani,qui terga dabant iam vertunt pectora inimicis: Et ſic vndique circumdatis Alemanis,& gente ſua,pugnatum eſt hinc inde viriliter,& clamatum. Eleuato tumultu clypei contra clypeos crepuerunt,fragor ſtrepuit lancearum,enſium tinnitus inſonuit,& clauis nodoſis,& ferreis ferientibus ad galeas tuliboſas,igneæ reſultarunt ſcintillæ,vt diceres quaſi fulgentes ſtellas. Nec licet in tanto ſtrepitu ſingulorum ictus dicere, vel egregias probitates, aut huius militis,vel illius ſtrenuam laudare prudentiam,vel incurſum. Hoc tamen expreſſe patuit,quod militia Paduana contra Theotonicos etiam egregie debellantes pulcre,& laudabiliter dimicauit: vnde in Sauro,& Hongarello Paduanis Militibus,ſi notaueris, apparebunt dum vixerint in ipſorum facie cicatrices. Stetit vtique talis pugna per horam in campis, & in cultibus de Baxano,donec tum propter probitatem Rectorum, & Sapientum, tum propter militum bellicoſe pugnantium audaciam,& vigorem, fugati ſunt inimici Eccleſiæ vſque ad foueam circumdantem mœnia de Baxano,de quibus multi mortui,mixtis equis cum hominibus,in ipſam foueam corruerunt. Capti ſunt illic de Theotonicis militibus, & de hijs, qui cũ illis erant pro militibus, circa xxv. captus eſt iterum Iacobus de Caſtro Tocho prædictus, mortui iacuerunt in hoc conflictu circa c c. inter Theotonicos, & alios de gente prædicta, & ſic Paduani victorioſam in hoc facto habentes gloriam,& triumphum, reuerſi ſunt Paduã cum honore: habuerunt inimicorum arma,& multa ſpolia, ſiue prædam, equos quidem c & l. inter pretioſos dextrarios, roncinos, & palafredos. Fuit autem in prædicto diſcrimine, & conflictu Theotonicorum Rector, & Merreſchalchus vir ſapiens, & ſtrenuus,& laudabiliter litteratus Gilbertus nomine,qui finito certamine nullatenus eſt repertus. Dictum fuit verumtamen,quod Berroerij quidam de Anoale,ſtantes in facto cum Paduanis, ipſum captum duxerunt ad Anoale,vnde poſtmodum redemptus pecunia,iuit Venetias, & ſic in Alemaniã eſt reuerſus, abſque Ecelini conſenſu, cui pecuniaria mercede ſeruierat toto tempore huius guerræ.

Hic iuit Ecelinus ad exercitum Cremonenſium contra Legatum.

VIII. HActenus ſatis proſpere fauit gratia genti Catholicæ, pugnanti contra fidei inimicos in Marchia Taruiſina. Sed ſic eſt prouiſum a Domino,quod in rebus huius ſeculi vix vlla ſit proſperitas,quam aduerſitatis ſtimulus non compungat. Ecce nanque notorium eſt per totam Italiam,quod a tempore illo,quo Fredericus Imperator Lombardiam intrauit, vt ſupra legitur,in tertio libro,cap.viiij. §.Poſt hæc &c. Ecelinus, & Cremonenſes vnanimes pro Imperatore ipſo contra Eccleſiam pugnauerunt, & Marchio Pelauicinus Cremonenſis fere eundem modum tyrannidis operatus eſt in Cremona,& inde circum,quem in Marchia Ecelinus. Nunc itaque cum ciuitas Brixiæ partem teneret Eccleſiæ, Marchio ipſe Pelauicinus, & Cremonenſes, Ecelini ſuggeſtione, duo caſtra Brixienſium prope flumen Olij inuaſerunt. Quapropter Legatus ſupradictus, exiſtens tunc temporis Brixiæ, ipſique Magnates Brixiæ, & eiuſdem ciuitatis populus,cum Poteſtate Mantuanorum,& ipſa militia Mantuana, & cum alijs nobilibus,& potentibus Clericis,& Laicis,qui cum ipſo Legato erant, de diuerſis Italiæ partibus,ad honorem Eccleſiæ conſeruandum,& augmentandum,exiuerunt hoſtiliter,vt Pelauiſino,& Cremonenſibus in contrarium obuiarent. Hoc audito Ecelinus, iter ſuum arripuit cum Theotonicorum militia, cum Veronenſibus,& Vicentinis,cum illis de Pedemonte, & gente alia quantamcumque potuit conuocare,& iuit Piſcariam. Inde nocte quadam, furtiua,

tiua,& ſubita motione tranſiens flumen Olij,exercitui Cremonenſium eſt adiunctus, & fuit hoc in dicto anno MCCLVIII. circa finem Auguſti.

Hic capitur Legatus ab Eccelino.

AVdito in Legati exercitu,non multum diſtante ab inimicis,quod Eccelinus cum magna militiæ quantitate Cremonenſibus erat adiunctus, cepit Legatus animo varias cogitationes reſoluere: ſciebat enim ſecum tantam gentis copiam non adeſſe,quod poſſet occurrere inimicis, nec adhuc Eſtenſis Marchio venerat,in quo ſperabat plurimum,& quem venturum cum Ferrarienſibus,& cum multis aliunde collectis gentibus iugiter expectabat. Igitur proponebat,ſi poſſet ad caſtrum Gambariæ reducere gentem ſuam,& illic ſecurius ſuum auxilium expectare. Sed Dominus Biaquinus de Camino vir nobilis,& magnanimus, cæteriq; Magnates ſui exercitus vetuerunt, Eccleſiæ reputantes obbrobrium,tam aliquibus caſtri munitionibus latitare,quam de campo ſecedere,vel hoſtibus dare terga. Temporis autẽ parua tranſacta mora,ecce viderunt quaſi ex improuiſo inſignia Cremonenſium,& inſignia Eccelini,flumine Olij iam tranſacto,ad ſe venire,cum ingenti multitudine militum, & peditũ ſeriatim diſtincta,& longis tractibus ordinata. Quid plus? factus eſt inſultus ex exercitu Cremonenſium in exercitum Legati,& eius gentem,& parua illic eſt facta defenſio per Eccleſiæ pugnatores. Nam Brixienſes modica mora poſt impetum, dederunt terga venientibus inimicis,quod videntes cæteri milites,& pedites de parte Legati,ſuſpicati ſunt inimicos,qui vſque nunc familiares Legato extiterant,fraudem proditoriam ordinaſſe,quo nihil plus eſt timendum in actibus bellicoſis. Eſt itaque conterrita gens Legati,& ſic hoſtibus aſſumentibus audaciam,& vigorem, captus eſt Mantuanorum Poteſtas, ſe quanuis auſu magnanimo defendebat;capti ſunt ſecum etiam pugnantes in articulo tali viriliter multi ſtrenui Milites Mãtuani, non enim eſt vnius pugna parilis contra vij. captus eſt fugiens populus Brixienſis; Demum captus eſt & Legatus,& Veronenſis electus cum illo. Sic quoque triumphauit in hoc loco inimicus Eccleſiæ ſuper omnem gloriam,quam habuiſſe fere poſſet hoc tempore in toto circuitu Lombardiæ. Tunc ergo perite timens Dominus Biaquinus, poſt multum, & laborioſum conflictum in hoſtes,receſſit de campo ſalubriter, vix manus multitudinis inimicorum,ſed ſapienter effugiens, contriſtatus vero medullitus, Mantuam properans, illic retulit ſiniſtrum euentum,qui ſ. totam Marchiam contriſtauit, Lombardiæ magnam partem conterruit,ſecum trepidare Romagnam,& quod plus eſt,Sanctam Sedem Apoſtolicam condolere. Fuit autem menſe Septembri prædicti anni.

IX.

Hic redditur Brixia Eccelino, & ſuæ parti.

BRixienſis quoque ciuitas, quæ ſteterat vſque nunc in parte fidelium, & in qua Legatus ipſe,& Eſtenſis Marchio,Comes Sancti Bonifacij, cæterique Barones,& fideles Eccleſiæ recepti,& viſi fuerant cum lætitia, & honore, iam incipit vacillare. Et cum populus Brixienſis,& quantitas aliqua Militum,& Magnatum ſit in manibus Eccelini,& ſuæ partis; miſſis hinc inde litteris,& nuntijs, & reſcriptis;ad hoc deuentum eſt tandem, quod data eſt ciuitas Eccelino,Marchioni Pelauicino,& fautoribus eorundem, in Septembri menſe prædicto. Quid autem poſt hæc fuerit Eccelinus in Brixia operatus,non eſt noſtrum referre per ſingula, ſed illic ſit aliquis,qui ſcribat,referat,& memoriæ recomendet, ſi placet. Profecto ciuitatem primo diuiſit in partes,& partem primo comparauit pecunia,partem Pelauicino ſubiecit,Milites quam plurimos decollauit,truxit Populares in carcere,fœminas viduauit, exulauit pauperes,& pupillos, multorum innocentium ciuium de ciuitate eiecit, depauperauit Eccleſias, & deſtruxit, caſtra fieri fecit in ciuitate ad omnium detrimentum,& mortem, & breuiter ciuitatem,& Brixiam quaſi totam dedit exterminio,& ruinæ,multo magis, quam olim fuerit ruinæ dedita tempore terræmotus,de qua ſupra legitur in ſecundo libro,cap. iij. §. Non modicus &c. Vnde cum nunc Brixia ſecundo quodammodo dedita ſit ruinæ, ſit etiam diuiſa in partes,illos quoque ſciſmaticos exaltauerit,& duxerit ad honores, quorum vnus ſciſma in Marchia,alter in Lombardia; prophetia illa antiqua iam eſt intellecta veraciter, quæ condã reperta fuit in lapide quodam marmoreo, dum fodiebantur foueæ in munitionem Brixiæ & defenſam. Lapide illo ſiquidem ſub terra longe abſcondito, ſculptaque littera prophe-

X.

tiæ

tiæ miſerabiliter, & formata: inquid enim

Brixia parua nimis vrbs deformata ruinis,
Scinderis in partes, ſolitas non deſeris artes,
Sciſmatis autores ad ſummos ducis honores.

Satis illic habet aliquis amplam materiam, & diffuſam, qua poteſt cuiusque prudentis animus obuerſari, vt noſcant quid debent, noſcere tyrannias, fugere proditores, prauum vitare dominium, & vſque ad mortem defendere libertatem. Nullum eſt ſane diluuium, nulla peſtis, nullum incendium, vel gehenna, quod tantam inferat miſeriam toleranti, quam ſub iniquo, priuatio libertatis: neque enim ſine cauſa reperitur in iure, quod nequeat homo liber pretio numerario comparari.

Hic miſit Romana curia alium Legatum in Marchiam.

protſus intendit in Lombardiam,ſcit etiam Mediolani nobiles, & potentes eſſe fauorabiles ſuæ parti: quibus duabus cauſis de facili ſperat amodo ſuos conterere inimicos. Itaque menſe Auguſti,prædicto anno, warnimentum parauit quam maximum,& amicos ſuos congregans vniuerſos,& ſingulos, & quoſcunque mouere potuit proximos, & remotos;reſerato propoſito ſuo paucis, ſed quos credidit ſibi fidos, teſtatus eſt ſe nunc velle in Lombardiam rem forte maiorem peragere,quam facta foret a tempore Karuli Magni citra. Electo die itaque ſuæ motionis,& puncto,de conſilio ſuorum Aſtrologorum & ſapientum, ſua etiam promiſione firmata; circa finem ipſius menſis Auguſti, ſuam totam mouit militiam, & populum Brixienſem,& hoc fere innumerabile guarnimentum, & equitauit magnifice ad caſtrum, & circa moenia Vrceorum:eſt enim hoc caſtrum quoddam Brixienſis diſtrictus,quod ſolum adhuc in tota dioceſi Brixienſi partem tenebat Eccleſiæ, Ecelino etiam,eiuſque fautoribus viriliter reſiſtebat. Et notandum quod cum mouit,Ecelinus gentem ſuam de Brixia,& equitauit ad Vrceos,tunc fuit Aſcendens Sagittarij ſignum,Sol erat in Virgine,Luna in Scorpione,Saturnus in Aquario, eratq; retroguardus, Iupiter in Libra directus, Mars in Leone ſimiliter directus, Venus in Cācro directa, Mercurius in Leone directus,Capud autem, & Cauda Draconis in ſignis fixis. Neminem quoque credidimus dubitare, quod elegit Ecelinus hoc punctum,& horam talem,credens cœleſtes domos Planetas etiam,domorumque diſpoſitionem, & Planetarum fauere ſibi, quoniam in hijs quam plurimum,tanquam Gentilis, & Idolatra, confidebat. Volebat, vt puto,credere,quod cum ſit Sagittarius domus Iouis, & ſit ille Planeta beniuolus, nam & fortuna dicitur, debebat eſſe fortunatum, & proſperum eius iter,ſub tali Aſcendente inceptum. Suſpicor etiam quod notauit Martem in Leone tunc eſſe, nam Mars a Poetis dicitur Deus belli, & ſignum Leonis dicitur fortitudinis, & dominij, altitudinis,& magnificæ poteſtatis. Iouem etiam tunc forte prouidit in Libra poſitum, quæ eſt domus Veneris,quod appellatur ſalubre ſignum. Puto etiam,quod ſignum,ſiue domum Mercurij,ſignum videlicet Geminorum, poſuit ſeptimum,& poſuit in Occaſum, volens, quod inimicorum,& aduerſantium ei ſapientia caderet. Nam Mercurius Deus ſapientiæ ponitur, & ſeptima domus,ſiue in Aſtrologis,ſeu in Geumāticis,ſemper aduerſātibus aſſignatur. Hæc, & his ſimilia de Planetis, & domibus Planetarum in fauorem ſuum, & ſuæ gentis diligenter attendit, & expectauit,vt credo. Mirum tamen,quod non notauit Lunam in Scorpione tunc eſſe,cum Luna infimus Planetarum in hæc inferiora, inter cæteros Planetas inultam habeat influentiam,& virtutem,& cum Scorpio venenoſum ſit animal, fundatque venenum cauda: quaſi hoc portendere videretur,quod iter eius ſignificatum per Planetam itineris.i. Lunam, quæ pedes habet in homine,tanquam Scorpionis veneno circa finem poterat ſauciari. Quid plus? ſi verum eſt,quod Mathematici dicunt, vt refert Beatus Gregorius in quodam ſermone ſuo,quod nati ſub Aquario, habere debeant officium piſcatorum, & nati ſub ſigno Libræ de ſuæ conſtellationis natura eſſe debeant trapezitæ;iam forte per argumentum probabile,& quaſi per ſimile credi poſſit,quod confidens aliquis in ſigno Sagittarij aſcendente, tam ſi natus ſub eo erit,quam ſi ſub eo iter incipiat,vel aliquod ſuū opus;aliquid credatur habere facere cum ſagitta. Et demum veraciter eſt oſtenſum de facto, quod Ecelinus ipſe, cuius iter inceptum eſt,vt ſupra diximus,ſigno Sagittarij aſcendente, in pede quod eſt inſtrumentum itineris ſagittam habuit,vt dicetur infra,Domino concedente. Sed hæc omittamus ad præſens;

ne videamur in hijs aliquas phylacterias dilatare, in quibus nunquam confisi sumus: nec in talibus perdere volumus tempus nostrum, quanquam neminem redarguere deceat, qui pro posse de omni scientia studeat, cuius possit particulam qualem qualem habere.

Hic transit Ecelinus flumen Olei, Lombardis stantibus in contrarium.

III. SEdit Ecelinus non multis diebus in campis, & in cultibus Vrceorum, & destruxit quidquid potuit, inde, ac circa Castrum: minabatur etiam castrenses omnes gladio, & morti summittere, nec vllum posset in hoc rimedium inueniri. Auditum est hoc Cremonæ, & habent nunc causam Marchio Pelauicinus, & Boxius de Douara, qua possunt exire obuiam Ecelino iniurianti fidelibus Ecclesiæ, & in his, qui fauentes Ecclesiæ, & Cremonæ, se, ac sua exponunt fideliter omni periculo rerum, & personarum. Sic ergo circa principium mensis Septembris, mota est militia Cremonensis Communiter, & exeuntes ipsi milites omnes, locati sunt circa suum castrum proprium de Sonzino: dumque ibi magnifice morarentur, motus est similiter Mantuanorum exercitus, & Ferrarienſis eodem modo cum Domino Marchione, & equitauerunt isti vnanimiter omnes ad castrum Marchariæ Mantuani districtus, vt. s. dare possint Cremonensibus ipsis, & Ecclesiæ fidelibus, auxilium, & succursum, inimicum autem, eiusque complices confundere, & terrere. His etiam sic se habentibus, Mediolanenses venire promiserunt Communiter, & hostiliter Cremonensibus in succursum contra Ecclesiæ inimicum, ceperuntque parari pontes vbi visum est opportunum, vt ipsi exercitus possent socialiter simul iungi. Hæc nota fuerunt omnia Ecelino, sed multam habebat fiduciam quod Vauasores, & Proceres, & quidam Magnates alij Mediolani, vt supra diximus, suo Populo resistentes, spem ei dederant, & suos filios iam posuerant obsides, quod firmi erunt, & in omnibus fauorabiles eius parti. Igitur Ecelinus ipse nocte quadam subito, & latenter Populum Brixiensem domum remisit, retentaque militia Brixiensi, & his omnibus quos equestres facere potuit de Pedemonte, & aliunde, cum aliquibus, quos adhuc secum habebat de Padua, de Vicentia, & de Lombardia, cum Theotonicorum militia, furtiuo gressu quodammodo, transiuit flumen Olij per pontem de Palazolo: & licet cum gente militari solummodo, verumtamen tam magnifice, & potenter, vt nulla in Lombardia ciuitas crederetur eius posse militiæ obuiare: nec mirum, in his enim tota eius intentio versabatur, & ipse nouerat potentiam Lombardorum: & scimus hoc esse verum generaliter apud omnes, quod vbi potentis, & sapientis totus intendit animus, illic est eius ingenium quam maxime fructuosum.

Hic transit Ecelinus flumen, quod appellatur Adda, & tendit versus Mediolanum.

IV. POstquam Ecelinus securus flumen Olij pertransiuit, Mediolanenses illi, per quos forte sperabat Mediolanum habere, & adimplere suum propositum paucis notum; patriæ deuotione postposita deuenerunt ad ipsum. Sed Mediolanense Commune, & Populus vniuersus Capotaneum habens Martinum de Turre, memorandum, & reuerendum patriæ defensorem, nihilominus exiuerunt cum tota sua gente hostiliter, vt Cremonensibus, cæteriſqi Ecclesiæ fidelibus, & amicis fidem attenderent, & promissum. Itaque tam Capotaneus, quã & ipsum Commune potenter, & magnifice cum fere innumerabili, & copioso exercitu iam parato aduenerant, ita quod si continget Mediolanenses cum Cremonensibus amicabiliter simul iungi, iam digne tremere debent hostes, & poterit innotescere toti mundo, quid Lombardiæ virtus valeat, vigor, ac strenuitas, & libertas. Cum autem Mediolanenses adeo processissent, quod circa paucos dies vna cum Cremonensibus possent iungi; ecce leo rugiens, qui terram perambulans, circuibat quærens quem, immo quos deuorare posset; furtiuum diuerticulum fecit, & peruenit ignorantibus Lombardis ad vadum quoddam fluminis, quod dicitur Adda: quo vado cum multa diligentia perscrutato, & superato, ripam aduersam attigit, & est illic vlterius cum gente sua totaliter, & cum his Mediolanensibus, qui suæ patriæ sunt rebelles. Cepit igitur versus Mediolanum dirigere iter suum, & heu forsitan peregisset illius sui crudelis animi præconceptum: sed fuit voluntas Dei, cuius semper est proprium

obuiare

obuiare malignitatibus, bona quidem in melius promouere; quod inſpiratus Diuino Spiritu nuntius quidam, quaſi ex improuiſo properans ad Capotaneum ante dictum Martinum de la Turre, animo anhelante retulit, feſtinantem cum proditoribus proditorem. Quo audito vir probus idem Martinus, & tota nunc Marticita intentione deſeruiens, reuerſus Mediolanum, quam ſubito cum exercitu ſuo toto ingreſſus patriam; aduerſarij præuenit aduentum, ciuitatem illæſam habuit, eam quoque ſanam, & incolumen reſeruauit. Et ſic deceptus eſt hoſtis, vna cum illis, qui ad tantam cæcitatem deuenerant, vt quaſi traherent ad ſuſpendium ſemetipſos.

Locatus eſt Ecelinus cum gente ſua in Vicomercato, & tenet pontem Caxani ſuper Addam.

HIc exultant patriæ defenſores, ſed offenſores merito contremeſcunt. Ipſe autem coluber tortuoſus, humani ſanguinis diluuium, & vorago, fons ſcelerum, & magiſter, cũ facere iam nequeat quod præſumpſit, ſpumanti quadam rabie indignatus, vertitur in furorẽ, & tanquam deſperans vlterius, ſuaque intentione fraudatus, motuſque lymphante ſæuitia, diſcurrere cepit per Mediolani confinium, loca, & caſtra finitima diſſipando, pro poſſe, burgũ Modiciam attentauit intrare, volens eam priuare forſitan illa nobili dignitate Coronæ ferreæ, quæ illic eſt ab antiquis noſtris, in honorem Lõbardicæ libertatis, hac de cauſa repoſita, vt ſ. quandocunque fuerit Romanorum Imperator legitime poſt electionem de ſe factam in Regem Alamanorum, hic idem Corona illa ferrea primitus coronetur, denique pergens Romam, ſumat coronam auream ab Apoſtolica dignitate. Sed Ecelinum intrare Modiciam ipſi Modiciani viriliter prohibentes, continuo fuerunt ad arma, & terram ſuam adeo laudabiliter defenſarunt, quod hoſtis cum gente ſua hoſtilica ceſſit procul. In caſtrum ſimiliter Trecij fecit inimicus omnium cum tanta ferocitate inſultum, vt velle videretur quodammodo deglutire omnes indifferenter: quemadmodum Pardus famelicus in partibus Africanis, vt dicitur, nocte circuens dente rapido tuguria ruſticana plena toroſis arietibus, vel iuuencis, qui mox claſtris obſtantibus in inſaniam vertitur, & quæcunque foris ſtabulo reperit, debacando confringere gaudet, & lacerare. Sic Ecelinus, cum caſtrum Trecij rumpere nequeat, burgum ſubmittit incendio: De quo loco motus, ad vltimum Vicumercatum attigit, & Caxanum, vnde Mediolanenſis Capotaneus nuper, eiuſque Commune receſſerat, cum ad conſeruationem ciuitatis, & ſuæ patriæ ſapienter, & feſtinanter, vt ſupra diximus, redierunt. Ecce iam ipſa tempora quodammodo fataliter innuebant, quod erat Ecelino fortunæ circulus reuolutus, & diuerſum ei fatum tranſactis olim caſibus minabatur. Ipſe nanque Planetarum effectus iam inſcius, ſpe corporum ſuperiorum deluſus, in ipſo Vicomercato, Septembris menſe iam dicto, manſionem ſuam poſuit infelicem: cum non amodo conſiderans de contemplatione domorum ſupercœleſtium, neque de ſyderibus ſuis, in quibus ſperabat tantum; iam infra ſe ſolum incipit retractare, ſollicitus quid inſtantibus articulis ſit acturus. Nam iam cognoſcit indubitãter, quod eſt Commune Mediolani non incautum, Milites illos etiam Mediolani, de quorum conſilio procedebat ſcit fidem, & propoſitum mutaturos, & concluſum ſe videt amodo inter loca inimicorum, inter flumina, inter hoſtes. Denique non ignorat, ſibi ſummum eſſe periculum, & mortale, conſumpſiſſe ſemper in ſanguinibus, & funeribus dies ſuos, ſe quoque vixiſſe continue cunctis gentibus Italiæ odioſum. Vt vitare poſſit igitur inſultum inimicorum, vt ſi neceſſe fuerit via ſibi pateat ad receſſum; Caxani pontem ſuper flumen Addam poſitum, & hoſtibus adhuc vacantem, cepit, tenuit, & armauit, ſtudetque de gente ſua plus ſolito procurare. Siue nanque propter inimicorum timorem, ſiue propter victualium penuriam, & defectum diuerſi diuerſimoda cogitabant: immo fuerunt aliqui de Mediolanenſibus, qui in eius fauorem aduenerant, & de alijs etiam, qui tota intentione, ac poſſe, ad ſubterfugium intenderunt. V.

Appropinquat exercitus Lombardorum ad Ecelinum, & violenter occupant Pontem Addæ.

MAnente Ecelino in loco Vicimercati, ecce Cremonenſes omnes, & Mantuani, & Eſtẽſis Marchio nobilis, potens, & ſapiens, cum Ferrarienſibus ſuis fidelibus, & dilectis, VI.

Digitized by Googl

omneſque de parte Eccleſiæ, vnanimes,& modis omnibus ſtudioſi, quod deleatur flagellum Diuini cultus in Lombardia,iniquitas tyrannica decidat, ſanguis innocuus non fundatur, finiatur idolatria,hæreſis refrenetur; mouerunt caſtra,totumque generaliter guarnimentum in vna eademque die,& hora,ſunt quoque caſtrametati,ſe omnes in antea producentes, ad partes,& in partibus pontis Addæ, quem Ecelinus iam ante ipſos occupauerat,& tenebat. Sed ibi non diutius immorati, immo grauiter, & indigne ferentes,quod hoſtis pontem ceperit,& poſſideat ſic impune,vnanimes omnes aſſumptis armis,& nauibus præparatis,pontem expugnauerunt,& vicerunt ſubito,munieruntque firmis ædificijs,& bilfredis,ſudibus,ſaxis,armis, & Eccleſiæ inſignibus, opportunis viris quoque prudentibus, & baliſtis,& cunctis apparatibus bellicoſis. Fluminis vada etiam diligenter ſuperius, & inferius exquiſita, clauſerunt, & plenam adhibuerunt cuſtodiam,& cautelam, ne impunis effugiat ſæuus hoſtis. Nec non,& Mediolanenſes ipſi Communiter, & concorditer diſpoſitis ſuæ ciuitatis negotijs, ex altera parte magnifice in terga Ecelini iam venerant,optantes illum perfidum inimicum inuadere, qui ciuitatem ipſorum viſus fuerat ſic velle radicitus deſolare. Sic clauditur aper aliquando in partibus Paduanis, dum prudentes iuuenes,& ſoliti venatores in inſula Nogarenſi aſſute notantes ferina veſtigia,omni caſui ſe exponunt,& armati validis venabulis,& acutis,habentes canes etiam ſua collaria deferentes,fideles,&animoſos, feram non ſolummodo inſectantur,ſed eam certis expectant locis,ſpretoque dente vulnifico, & animi vigore iuuante, ſetigeram illam beſtiam, & horrendam cuſpide crucifera confodiunt,& proſternunt. Et quoniam animo cupienti nihil ſatis feſtinare videtur, Mediolanenſes omnes patriæ defenſores ſapienter,& concorditer die,noctuque ſe iam conſtantiſſime præparabant committere bellum cum Ecelino,& in campeſtri pugna de inimico quodāmodo circumſepto,vindictam ſumere,dante Deo. Sed litteras receperant a Cremonenſibus,a Marchione Eſtenſe,& a Baronibus Eccleſiaſtici guarnimenti,quod adhuc modicum expectarent, quoniam in breui continget hoſtem humani generis in manus fidelium Eccleſiæ ſine ſanguinis effuſione decidere, & in laqueum,quem incaute parauerat irretiri.

Hic vulneratus eſt Ecelinus in pede, & tranſit ad alteram partem Addæ, vbi ſunt inimici.

VII. ILlo quoque tempore,ſiue hora,cum Lombardi ceperunt pontem, dormiebat Ecelinus illinc non longe.ſ.in Vicomercato ſecurus,hoſtes enim contemnere videbatur, & nolle ſuā habere ſedem, vel aliquam reſidentiam in Caxano: nam quaſi hoc ſolum nomen videbatur horrere, nec ſciebatur ab aliquibus qua de cauſa, niſi quod ipſi facienti primo tranſitum inde,dum loci nomen quæreret,quidam reſponderat,quod Caxanum appellabatur.Ergo dum capto ponte,nuntius veniſſet ad eum referens facti ſeriem,feſtinanter ipſe motus ſubito,multa magnanimitate,& ira,cum gente ſua, & experta militia, protinus properauit ad pontem: quem de facili recuperare confidens, milites, & pedites aſſute, & ordinate impellens premebat, & animabat ad pugnam: & per eius partem adeo pugnabatur, vt quaſi hoſtes de ponte iam cederent Ecelino. Sed extrema gaudij luctus occupat,& quanto magis fauet iocunditas, tanto magis aduerſitas eſt timenda: Ecce nanque ſagitta quædam de pontis munitione emiſſa, fixit Ecelini ſiniſtrum pedem, quo ſic inopinate transfixo, plus eſt perterrita gens ipſius, quam ipſe,qui ferrum ſumpſit,& adhuc inolle ſine ſanguinis effuſione ferebat. Tunc ipſe ſua gente trepida comitante ad Vicummercatum de odioſo Caxano reuerſus, dolorem vulneris alta mente contexit, ſicut ſtrenuus athleta victus aliquando cum redijt de arena,geſtus monſtrat fortes, & animoſos, vt qui ſpem in ipſo poſuerant, non diffidant. Pedis poſtmodum vulnere adoperto, fortis tamen, & animoſus firmat animum, mutat propoſitum, & conſilium, & vult exprimere vires ſuas,factique ſui ſortem, & aleam experiri. Mota itaque gente ſua totaliter,& armata, præmiſſis ſignis,gradatim cepit, & ordinate,verſus, & ad vadum fluminis dirigere greſſus ſuos:dixitque tunc pluribus audiētibus verbum quoddam, Nos inquit hodie ſine ponte viam talem faciemus, & iter, quale cum ponte hoſtes nullatenus attentarent. Sicque vadum cepit ſalubriter,& cum ſuis aciebus, & gente ſua flumen tranſiuit Addā. Stabat igitur Ecelinus iam vltra flumen cum gente illa,quæ ipſius ſequebatur inſignia, quaſi regali more,in dextrario falerato,& tergo verſo ad inimicos,tanquam eos pro nihilo reputaret,& directa facie ad militiam ſuam Brixienſium,qui vltimo tranſuadabant. Sed iam hora

profecto

profecto venerat, quam Deus ipſe in ſalutem Lombardiæ, & Marchiæ prouiderat ab æterno, &, ſi liceret futura prænoſcere, per totam Italiam poterat fluminis Addæ tranſitus deſiderari, non aliter quam per ſanctam Chriſti Crucem, & paſſionem, Adæ primi hominis reſtauratio, ſue remedium poterat expectari. Quare puto forſitan quod pura bonitas antiquorum pronoſticatione, licet non meditata, impoſuit illi fluuio nomen Addam, vt nos Adæ filij, protoplaſti noſtri primarij, ſimus illic ad Addam exempti, & liberati de baratro, & voragine inſatiabilis Ecelini. XI

Qualiter Ecelinus captus eſt in Lombardia.

STat nunc Ecelinus cunctis munitus armis ad alteram partem Addæ cum munita gente ſua magnifice, & armata, & eſt in eadem planitie cum ſuorum inimicorum multitudine numeroſa, nec eſt aliquod interuallum hinc inde. Expectat autem Rector ipſe promptus, & animoſus, credulus, & confidens, expectat fideliter, & attente, quod ſua gens, & militia Brixienſis tota tranſeat citra Addam, ſed poſt gentis illius tranſitum nemini notum erat ſi Rector ipſe ad bellum prodeat, vel receſſum. Interea tamen gens, & exercitus Lombardorum, pugnantium pro Eccleſiæ parte adeo propinquauerat ad acies Ecelini, quod iam quidam bemerij de Lombardis, lanceis declinatis in inimicos, ſemel, & iterum feriebant, vt quodammodo iam factum eſſe propoſitum indicarent, ne ſic impunis tranſeat hoſtis Lombardicæ libertatis. Et ecce Brixienſis militia ſuis inſignis præcedentibus glomerata in vium, ampliare cepit, & extendere viam ſuam, nec ad Ecelini ſecuritatem more debito declinare, nec ad ſuæ gentis auxilium, vel defenſam. Hoc Ecelinus primo, & poſt cum cæteri perpenderunt, & ipſe quanuis audax, & animoſus, in cæteris, ſuæ partis ex hoc notauit aliquos trepidare, aliquos ad fugam intendere, aliquos ſe ad ipſum reducere, tanquam ad locum muniminis, & ad caſtrum: nullos vero penitus in viribus confidere, vel in armis. Sic ratis in pelago quandoq; deperit inconſulta, cum ventis incumbentibus vehementer ex omni parte, velum ſcinditur, arbor rumpitur, & antenna, ſpes eſt remorum inutilis, fractoque remigio quolibet, ſcit nauta veniſſe naufragium, & deſerit artemonem. Tunc viſa eſt gens Lombardorum, & exiſtentium citra Addam, & vltra, equeſtrium, & pedeſtrium tota vnanimis, tota prompta ad locum concurrere, vbi creditur Ecelinus, non aliter quam ad punctum terræ medium, quod Philoſophi centrum dicunt, ponderoſa cuncta tendere naturaliter elaborant. Se videt amodo Ecelinus a ſuis quaſi omnibus derelictum, & a tantis hoſtibus circumuentum, vt mirari poſſit, quomodo gens non Lombardiæ tantum, ſed forte totius Italiæ ſic ſubito coniuraſſet in eum. Stans igitur in articulo tali, & ſollicita inquiſitione inquirens, quæ via ducat Pergamum, tendebat ad partes illas cum gente ſua, non equidem ſicut fugiens, equis immo procedentibus quaſi paſſim. Sed inſecuta eſt gens Lombardica Ecelinum, & ad eum omnes poſt paruam moram temporis adiunxerunt. Ecce nanque Eſtenſis Marchio magnus, & potens, & animoſus, cuius Eſtenſe caſtrum, & roccham Ecelinus cepit hoſtiliter olim, ſed ob reuerentiam Marchexatus, quanuis plurimi peterent caſtri deſtructionem, caſtrum ipſum ſeruauit incolume, ac illæſum; Ecce Marchio Pelauicinus & ipſe, qui condam in obſeſſione Paduæ, quaſi eſſet vnum, & idem cum Ecelino, miſit ei quotcunque mouere potuit de Cremona; Ecce Boxius Douarenſis ſimiliter exemptus condam per Ecelinum de carcere tenebroſo Bononiæ, vbi dudum detentus erat; Hij ſi quidem Principes, & Barones, alijque multi nobiles, & Magnates ciuitatum, caſtrorum, villarum, aliorumque locorum Communia de Lombardia, & Marchia, de Romagna, & aliunde, Ecelinum circundederunt, ceperunt, & tenuerunt: Et fuit in illis quidam, ſecundum multorum dictum, qui Ecelinum ſic circundatum, & iam quaſi non Ecelinum, ſed virum captum, & indefenſum; bis, vel ter in capite ruſticane percuſſit, excuſans improperium ſuum, & dicens, quod hoc fecit in cuiuſdam ſui fratris vindictam, quem pede vno fecerat mutilari. Sed idem quiſquis fuerit, non laudem meruit, ſed ſummæ potius obbrobrium vilitatis: nam idem facinus eſt putandum, captum nobilem, vel ignobilem, offendere, vel ferire; quaſi gladio cedere cadauer inanimatum, & hominem panno funereo iam inſutum. Fuit autem hæc captio Ecelini in anno prædicto Domini MCCLIX. die XIV. exeunte Septembri. VIII

Hic tractatur vbi Ecelinus iacet mortuus, & ſepultus.

IX. CAptus permanet Ecelinus ſilentio comminanti concluſus, vultu demiſſo ſæuiſſimo, & eius alta indignatione repreſſa. Et ecce concurrunt gentes vndique, & populi conclamando, videre volentes ſiquidem virum potentiſſimum condam præ cæteris mundi Principibus horribilem, terribilem, & famoſum, & gaudium quodammodo generale. Sic aues aliquando, nyctimine, quæ noctua dicitur, in ſpecula conſtituta, vndique, & inordinate decurrunt, garriunt, vociferant, & minantur. Sed vtriuſque Marchionis, & Boxij Douarenſis, & aliorum Magnatum nobilitas, non tulit, quod virum nobilem inſtantis turbæ frequentia factis, aut dictis offendat. Ipſum ergo Ecelinum ad tentorium Domini Boxij, deinde ad caſtrum Soncini, honorabiliter, vt in hoc caſu decuit, conduxerunt, & adhibitis ſapientibus medicis quicumque ſunt creditis meliores, habitus eſt Ecelinus in tali, & tanta cura, qualem laudare poſſis factam per Albricum ipſius fratrem. Eſt autem ſapientibus notum, quod medicina poteſt forte differre mortem, nequid autem tollere, vel fugare. Mortis namque liberalitas, ſiue morſus, altitudinem ſpernit, potentiam vilipendit, ſuperbiam calcat pedibus, ridet nobilitatem, corpora quoque cuncta ſiue deformia, ſiue ſpecioſa deformat, ſuum quoque dominium infallibile, triumphaliter monſtrat in cunctis genitis ſuper terram. Nam ecce quod Ecelinus, olim tantæ altitudinis homo, in prædicto anno Domini, die xj. poſt prædictam captionem eiuſdem, ſublatus de medio huius vitæ diem clauſit extremum, & a prædictis Baronibus, & militibus de Cremona, & aliunde, quantum decuit, honoratus, ſepultus eſt in Soncino, ibiq; poſt longæua certamina, mortiſq; multa diſcrimina, poſt labores anxios, & multiplices, ac plures ſtrepitus bellicoſos, in loco ſibi, liter in ænigmate, præmoſtrato, Cāpiſionis tumulo defraudato parentum, in aliena patria corporaliter requieuit.

Qualiter Vicentia eſt reddita Eccleſiæ, & pacificata ſtatim poſt obitum Ecelini.

X. CVm de ipſius Ecelini deſiderabili captione primitus rumores auditi forent, populis exultantibus in immenſum, nunc de ipſius mortecentuplicatum eſt gaudium, quocunque fama tanti deſiderij potuit peruenire. Fuerunt autem quamplurimi timentes timore magno, ne fictitium foret quod dicebatur, ſunt namque ſollicitudo, & tarditas quæ terrent animum cupientem. Itaque poſtquam veritas cognita eſt, vbique vniuntur amicitia gentes, vrbes pacificantur, & cum is de medio ſit ſublatus, qui fidei, & Sanctæ Matri Eccleſiæ tyrannice repugnabat, iam incipit inualeſcere firmius fides, & Eccleſiaſticum Sacramentum. Si qui vero nobiles, ſi qua caſtra, vel loca ſuis ciuitatibus, vel dominis repugnabant, errore dimiſſo penitus, locis debitis, & dominis, venia impetrata, ſe ſubdunt. Ciuitates etiam, ſi quæ fuerunt potentiores, ciuitates oppreſſas tyrannide, pro poſſe, liberauerunt. Ergo diebus illis ſtatim poſt obitum Ecelini, deſiderauit Commune Paduæ Vicentiam de ſeruitute redimere, quam adhuc tenebant quidam Ecelinici violenter, & contra voluntatem Vicentinorum, qui adhuc tenebantur a ſuis domibus, & a propria ciuitate excluſi, vt ſupra legitur in x. Capitulo x. libri §. Ecelinus &c. Parata igitur quadam parte Paduanæ militiæ, & quibuſdam peditibus, iuerunt Paduani Vicentiam. Sed tunc eam intrinſeci, quos Ecelinus ibi poſuerat defenderunt, non tamen volentibus Vicentinis, & ſic burgis in magna parte crematis Paduani Paduam redierunt. Statim verumtamen die tertia ſubſequente, tyrannici illi domini, & iniqui Rectores, qui Vicentinis dominabantur inuitis, rebus, & denarijs, prout potuerunt arreptis, ſubito, & furtiue nocturnum ſubterfugium aſſumentes, feſtinantiſſime perrexerũt Veronam. Et ſic ſtatim Vicentini quidam Milites nobiles, & prudentes lætanter Paduam cucurrerunt, rogantes Poteſtatem Dominum Guidonem de Montefoiano, totumque Commune, quatenus omni mora poſtpoſita, Vicentiam properent, eamque accipiant, & tanquam magnifici viri, & potentes, & amatores rectitudinis, amicabiliter tractent Vicentiam, & diſponant. Vtebãtur autem Vicentini quodam prouerbio tali, Exiuit Vrſus horribilis ad eius interitum de cauerna, & deſiccatæ ſunt pennæ rapacis vulturis, & impaſti. Tunc vir idem ſapiens, & aſtutus Paduæ Poteſtas aſſumpta protinus ſua ſtrenua militia Paduana, genteque de libero

Populo

Populo Paduano in laudabili ; & honorabili quantitate, Vicentiam equitauit, & datam sibi ciuitatem Communiter, suæque protectioni commissam assumpsit: & dispositis Vicentiæ negotijs prouide, & prudenter ad ipsius ciuitatis commodum, & honorem; Paduani omnes, cum Potestate, alacres Paduam sunt reuersi. Et facta sunt hæc etiam in prædicto anno Domini, tempore autumnali.

De Baxano reddito Ecclesiæ.

A Duc eodem anno, elapsis diebus paucis post rectificatam Vicentiam, illi qui Baxanum vsque nunc pro Ecelino tenebant, videntes Vicentiam mandatis Ecclesiæ, ac eius fidelium subditam, bonum habere statum, multisque ereptam angustijs, habito saniori consilio, dederunt se, & sua totaliter in manibus dicti Domini widonis Paduæ Potestatis, ita quod Potestas ibi pro Communi Paduæ Rectorem, & Potestatem posuit Dominum Thomasium de Arena Paduanum ciuem Iudicem Militarem. Et sic terram ipsam Baxani sub Communis Paduæ protectione receptam, diligenter tenuit, & tractauit tempore aliquanto. Et licet post hæc habente tempore, multa fuerint inde verba, consilia, & tractatus, Vtrum scilicet Baxanum Paduæ, vel Vicentiæ subesse deberet; tamen Commune Paduæ de plana voluntate cõcessit Baxanum esse nunc sui iuris, vt cui velit subiaceat de prædictis duabus ciuitatibus vni. XI.

Hic redditur Ciuitas Tarusij Ecclesiæ, & suis fidelibus.

ANimaduertunt interea Taruisini, & diligenter considerant singulorum negotiorum processum, Marchiam pacificari videntes, notantes ex his omnibus declinatum esse fatum, debilitatam esse plurimum arrogantiam de Romano, & Albrici .s. qui eos diu tenuerat sub iniqua tyrannide, & mortifera pranitate. Nam & ipse iam suos nuntios frequentius solito mittebat ad sua castra de Pedemonte, suam quoque familiam, & thesaurum ad partes illas iam miserat nunc occulte, nunc vtique manifeste, immo iam ipse etiam reliquerat ciuitatem quasi subito post Ecelinum defunctum. Audent itaque Taruisini mutare propositum, sibique, ac suæ ciuitati salubriter consulere, & sumunt pro Potestate suoque Domino, & Rectore Dominum Marchum Badoarium de Venetijs, virum probum, & sapientem, fidelem, Ecclesiæ, prouidum, & astutum. Quo recepto in ciuitate magnifice, & decenter, cunctisque ciuibus Taruisinis, qui communem statum ciuitatis optabant, & exules absque causa permanserant, reuocatis; incipit ipsum Commune Taruisij reformari, congratulantibus ipsis ciuibus in immensum. Astitit autem eidem Domino Potestati Dominus Albertus, Dei gratia, Episcopus Taruisinus, vir Religiosus, & iustus, moribus, & honestate perspicuus, qui multum, & instantissime laborauit ad ciuitatis negotia reformanda, & tam tempore guerræ, quam pacis multa pertulerat Romæ, & alibi, vt ciuitas Taruisina eximeretur de seruitute, foret Sanctæ Matris Ecclesiæ subdita, & fidelis, & ad libertatem pristinam deueniret. XII.

De fuga Albrici in castrum Sancti Zenonis, & de pugna quadam inter ipsum, & Baxanenses.

ECce iam anno Domini reuoluto currente .s. M CC LX. quo electus est iterum Dominus Marchus Quirinus Paduæ Potestas; Albricus de Romano multis erat anxietatibus circumuentus: tum quia mortuo Ecelino relictum se videt ab omnibus, tum quia sibi conscius, sciebat se per netas, & tyrannidem in Taruisio mala innumerabilia perpetrasse. Quæsiuit ergo locum securiorem in castris suis, vt quasi pronosticatio quædam eius animo futurum iudicium minaretur. Et sic suis locis omnibus indagatis, in castro Sancti Zenonis se cum tota sua familia posuit, & cum quibus militibus Theotonicis, quos pro eius securitate sibi commiserat Ecelinus in vita sua, & sic ibidem securum quodammodo se credebat, erat enim castrum Sancti Zenonis in monte quodam illic in partibus Pedemontis, in districtu, & cõfinio Taruisino, multum artificiose constructum, fundatum muris fortibus, & munitum, domos subterraneas habens, tutum, & pulcrum palatium, turrim quoque arduam, & fortissimam, & inexpugnabilem quasi, vt eam posses credere turrim quodammodo Babilonis: erant enim XIII.

iam

iam anni x. & vltra, quod Ecelinus, præuidens quid ſibi, vel fratri poterat in poſterum euenire; non ſolum ciuitates de Marchia, quibus præerat, ſed fere villas omnes, & caſtra compulerat ad conſtruendum, & roborandum prædictum caſtrum, in extorquenda pecunia cunctis indifferenter, in fatigandis illic hominibus, bouibus, equis, aſinis, & iumentis mortaliter, in faciendis ibi præderijs, collocandis baliſtis, victualibus deferendis, & armis, cunctiſque rebus, & apparatibus bellicoſis; quaſi prorſus deberet hic locus a Lombardia, & Marchia generaliter expugnari, quippe dicebatur a multis Sancti Zenonis caſtrum totam poſſe Marchiam ſubiugare. ¶ Ecce quoque contingit die quadam circa vernale tempus, quod Albrico permanente ſecuro in dicto caſtro, poſt inſultus multos, quos cum Theotonicis, & cætera ſua gente iam fecerat per loca finitima Pedemontis, & ad Baxanum; milites, & pedites Baxani, pugnantes pro Eccleſiæ parte, peruenerant in campos Sancti Zenonis, huius loci campaneam deuaſtando, & regebatur gens illa per ſupradictum virum probum, & ſtrenuum Dominum Thomaxium de Arena, conſtitutum illic per Paduanos in Rectorem, & Poteſtatem: ex aduerſo autem, quaſi per milliare, affuit Albricus cum militia ſua tota: neutra iſtarum partium voluit dare terga, & ſic demum factus eſt inſultus inimicorum in inimicos: ſed non longa extitit ibi pugna, nam Albrici pars tanto numeroſior, & potentior fuit in militibus, equis, & armis, quod viſum eſt Domino Thomaxio, & conſiliarijs eius ſanius conſilium de campo ſecedere, quam pugnare cum potentioribus inimicis. Et ſic pars Eccleſiæ glomerata in vnum redijt, non tamen abſque quorundam vulneribus, & ſanguinis effuſione quam plurium, & de eadem parte captis xl. vel circa, conduxit idem ipſius partis Rector, gentem ſuam reliquam ſanam, & incolumen in Baxanum.

Hic tangitur quod Albricus eſt concluſus in turri Sancti Zenonis.

XIV. POſt hæc, id quod ſuperius dicebatur .ſ. Sancti Zenonis caſtrum totam poſſe Marchiam ſubiugare, verificatum eſt longe aliter, quam credebatur a multis. Nam Taruiſini malorum memores, quæ Albricus ſemper in Taruiſio fecerat, volunt ipſum inuadere vbicumque ſit, & finem imponere malignitatibus, & ſuperbiæ de Romano. Exeunt ergo Communiter, & hoſtiliter, & poſiti ſunt circa Sancti Zenonis caſtrum, habentes ſecum a Venetis, Paduanis, & Vicentinis, de Marchia, & aliunde quoſcunque potuerunt habere amicos, & adiutores. Sic itaque circa locum magnifice permanentes, a Kalen. Iunij prædicti anni, vel circa, vſque circa finem Auguſti ſequentis impugnauerunt locum, & inimicum nunc ædificijs, & trabucchis, nunc præderijs, & baliſtis, inſultibus, & incendijs, omnibuſque armorum generibus, atque modis, quibus vtique poſſent confundere quem præcunctis deſiderijs confundere nitebantur. Ad hoc deuentum eſt tandem, quod vir quidam nomine Meſa, de his .ſ. qui erant cum Albrico, & erat inzignerius ſiue Magiſter caſtri, infra ſe cogitans, & reuoluens, gentem extrinſecam non deſiſtere, ſed iugiter augmentari, nam & Eſtenſis Marchio diebus illis aduenerat; induxit ad tantum Theotonicos quoſdam, quos Albricus habebat in ſui defenſionem intrinſecus, quod videntes ipſi ſe nihil aliud expectare, niſi periculum, immo mortem, die ix. exeunte Auguſto, conſenſerunt, & dederunt extrinſecis impugnantibus caſtri munitionem extremam, quæ cortina vulgariter dicitur, ſiue cinta. Quare incontinenti oportuit Albricum, & filios, & vxorem, cum aliquibus ſuis fidelibus de maſnada, aſcendere ſuper turrim, & illic ſi quidem ſunt concluſi, nullam habentes amodo vitæ fiduciam, ſed prorſus diſperationi ſubiecti: vtpote quia ſciunt, quod opera, quæ fecerunt iam ipſos quodammodo iudicant, & condemnant: norunt nanque vulgare illud prouerbium quod dicitur, qui male facit, ſi bene ſperat, decipitur quidem merito, cogitat, & confidit in vanum.

Loquitur Albricus inter filios in vltimo ſuæ vitæ.

XV. STat nunc Albricus in ſummo turris triſtis, & doloroſus, videtque circa Sancti Zenonis munimina ſuorum inimicorum multitudinem abhorrendam, & ſcit cunctos intendere, & optare ipſius deſolationem, & mortem: cumque per tres dies, vel circa, illic ſteriſſet in turris ſummitate concluſus; non tantum fame, quantum arida ſiti deuictus, ita quod vlterius durare non poſſet; habuit circa ſe filios, & filias, & vxorem, & non abſque lacrymis locutus eſt inter eos. Inquid enim, Ecce nunc video, quod prophetia olim bonæ memoriæ matris meæ

perficitur

perficiatur, & completur, dum. ſ. loquebatur, dicens, Potentes fratres gentem Marchiſiam abolere, Sanctiq; Zenonis Caſtri videre concluſionem. Heu quia vigor, & ſapientia Ecelini crudeliter, & indigne proſtrata iacet in Lombardia, meo quoque iugulo nunc inſiſtit iniquitas circumſtantium proditorum, & ſic domus de Romano iam concidet, & obruta permanebit ad tempus. Vos vero, cariſſimi filij, & dilecti, illius domus nobilis de Romano viuite, & eſtote hæredes, vt ſi quem veſtrum inimicorum manus forte continget euadere, exponere procurate vos, & veſtra omnibus periculis, & de prædeceſſorum veſtrorum morte facite meritam vltionem: adhuc nanque magnam habetis partem in Lombardia, habetis per Pedemontem, habetis, & in Tuſciæ partibus conſanguineos veſtros, viros ſtrenuos, & potentes, Comites de Mangono, qui prompti, & voluntarij, natura ſanguinis exigente, fauebunt vobis, & noſtræ parti. Ego autem do vobis paternam benedictionem, & gratiam, & Deum precor omnipotentem, vt vobis ſapientiam præbeat, bonorum copiam, amicorum conſtantiam, vitamque ſalutarem concedat, in dierum longitudine, cum honore, & ſuper inimicis veſtris gloriam, & triumphum.

De captione, & morte Albrici de Romano, & filiorum.

XVI. POſtquam hæc locutus eſt Albricus cum filijs, vocauit ad ſe omnes, qui ſecum erant, & quoſdam ſuos homines de maſnada, & locutus eſt inter eos, & ait, Scio quod melius eſt vt ego ſolus peream, quam vos omnes & mecum. Itaq; me captũ accipite, me quoque, meãque familiam reddite inimicis, & deprecor præcipue Domino Marchioni, vt ſi Dominus ipſe Marchio recordetur me condam cum ipſo tantam amicitiam habuiſſe, quod inter ipſius filiũ, meamque dilectam filiam matrimonium eſt contractum; me forte, vel meos filios in ſua protectione recipiat, & ab inimicorum impetu prætueri dignetur. Sic habuerunt ſubditi dominium in patronum, & protinus deſcendentes locuti ſunt cum circumſtantibus inimicis, & promittentes ſe daturos eis ſuum dominum, & familiam eius totam, ſi velint eos dimittere abſolutos, habuerunt famuli gratiam poſtulatam. Ductus eſt igitur Albricus, cum tota ſua familia infra turrim, & ab occurrẽtibus inimicis impoſitum eſt ei protinus ligneũ quoddam frænum, ne forte aliquibus loqueretur. Præter quod prædictus vir nobilis, ſapiens, & diſcretus Taruiſinorum Poteſtas Marchus Badoarius fecit ipſum tanto tempore ſine fræno manere, quanto cum Fratre Minore quodam potuit accipere pœnitentiam de commiſſis. Demum ductus eſt per exercitum cum magna victorum lætitia ipſe Albricus, & filij, & filiæ, & vxor eius Domina Mãlgarita, & ſic omnes omnibus ſunt monſtrati, ſuntque ad vltimum per trium ciuitatum Cõmunia diſtributi, ipſe pater, & filij, trũcati quoque gladijs, & membratim lacerati per fruſtra, idem. ſ. Albricus & VI. eius filij Ioannes, & Albricus, Romanus, & Vgolinus, Ecelinus, & Tornalſce: duæ autem eius filiæ, atque eiuſdem vxor incendio ſunt conſumptæ, & facta eſt iſta cædes prædicto anno MCCLX. die VI. exeunte Auguſto.

Exemplum quod alta corruunt, & humilia durant.

XVII. NVnc omnes Italiæ nationes, & præcipue quicunque viri ſapiunt in Marchia Taruiſina conſiderent, quanta eſt æternæ diſpenſationis potentia, Diuini iudicij rectitudo, & mundi huius lapſus, inſtabilitas, & ruina. Noſtris nanque temporibus tanta fuit excellentia domus, & nominis de Romano, quod ciuitatibus Marchiæ dedit iura, fecit illic ſtatuta, caſtra quæ voluit diſſipauit, quæ voluit exaltauit in sũmũ, Reges rexit, & habuit in Principibus principatum, duxit Romanorum Imperatorem quo voluit, & quod plus eſt in Romanę curię prę-iudicium ardua facta quædam auſu temerario attentabat in extremo tempore ſui caſus. Nec eſt vtique bene notum, ſi quemadmodum Ecelinus de Romano pęnam dedit quibus pręfuit, & flagellum, ſic tartareis præeſt hodie, aut ipſos terret horridus in inferno. Sed o quam ſancte loquitur Diuina pagina dicens, Depoſuit potentes de ſede, & humiles exaltauit. Ecce nãque quod vna die, hora quoque modica, vel momento, domus de Romano iam concidit, deductum eſt ad nihilum, quod paulo antea fuerat monſtruoſum. Completum eſt hodie quod Ecelinus, qui dictus fuit Monachus in vltimo ſuæ vitæ, pater. ſ. Ecelini, & Albrici in viſione vidiſſe dicitur, nocte illa, qua primo condã nuptialiter ſibi iunxit Dominã Aledeitam matrẽ

eorun-

by Google

eorundem Ecelini,& Albrici: ſuis enim ſapientibus,diebus illis retulerat, ſe ſomnium mirabile ſomniaſſe, videre.ſ.quaſi oculata fide,collem,& monticulum de Romano creſcere, & in altum adeo eleuari,quod ipſius ſummitas,& cacumen tranſiebat ad æthera vltra nubes,& coelum ipſum quodammodo tangere videbatur. Poſt modicum vero tempus quaſi nix, & glacies liqueſcebat,& adeo vertebatur in nihilum,quod nullum ſaxum,nulla rupes, & nullum illic prorſus ædificium appareret. Eſt itaque res notanda ſatis, & habenda ſingulis in exemplum,vt.ſ.cum homo fuerit in ſublimi,ſapienter,& prouide reſpiciat in futurſi. Scimus enim, quod quãto quis extiterit in ſupremo,tanto poteſt lapſu ruere grauiori,& ſtrepitu maiori proſternitur quercus ardua,quam harundo,fulmina quoque ferire ſolita celſas turres, reptantia gramina non offendunt.

Recommendatio huius operis ad legentes.

XVIII. ILlius verbi recolens quod ait Horatius

Eſt quoddam prodire tenus ſi non datur vltra;

licet indignum me ſentiam, Deo tamen grates reddere non deſino quantas poſſum, qui de ineffabili miſericordia ſua mihi dignatus eſt elargiri,quod non ſolum tenus prodij, ſed quod ecce mei laboris finem attigi,ſiue portum. Opus præſens igitur, & me ipſum cunctis legentibus recommendo, & eorum deprecor honeſtatem,quatenus non tantum ad ipſius operis ſeriem modicam, vel modernam attendant,quantum ad affectantis mei animi præconceptum. Deprecor & ſcriptores, ne ſcripturæ vitio maculent quod eſt aſſiduo ſtudio, cura quoque vigili conſummatum. Si quem autem cura conſueta commouerit præſentis operis noſce, nõ artificem, ſed ſimplicem conſtructorem, colligat prædictorum librorũ xii. principia.i.xii. ſyllabas capitales,quibus reductis in vnum,ſui compoſerit propoſiti,dante Deo,

Cui ſit laus,& honor,ſit gloria ſumma per æuum.

A quibus, & quando Liber iſte approbatus eſt, & vbi.

XIX. PErlectus eſt hic Liber, & recitatus coram infraſcriptis Doctoribus,& Magiſtris,præſente etiam Societate laudabili Bazalariorum,& Scolarium liberalium artium de Studio Paduano. Erant quoque tunc temporis Regentes in Padua viri venerabiles, Magiſter Agnus, Magiſter Iohannes,Magiſter Zamboninus,profundi, & periti Doctores in Phiſica, & ſcientia naturali. Magiſter Tredecinus in Loyca prouidus indagator, & Doctor. Magiſter Rolandinus, Magiſter Morandus,Magiſter Zunta, Magiſter Dominicus, Magiſter Paduanus, Magiſter Luchefius in Grammatica & Rhetorica vigiles,& vtiles profeſſores. Qui ad hoc ſpecialiter congregati, prædictum Librum, & opus, ſiue Chronicam, ſua Magiſtrali auctoritate laudauerunt,approbauerunt,& autenticauerunt ſolemniter, in clauſtro Sancti Vrbani in Padua, currente anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Sexageſimo ſecundo, Indictione quinta, die tertiadecima intrante Menſe Aprilis.

DEO GRATIAS.

Digitized by Google

Table of the Chapters of the Second Book.

Chap. I. Of the Nature of Sin, and the Sinfulness of Sin.
II. Of the Sinfulness of Sin.
III. Of the Sinfulness of Sin.
IV. Of the Sinfulness of Sin.
V. Of the Sinfulness of Sin.
VI. Of the Sinfulness of Sin.
VII. Of the Sinfulness of Sin.
VIII. Of the Sinfulness of Sin.
IX. Of the Sinfulness of Sin.
X. Of the Sinfulness of Sin.
XI. Of the Sinfulness of Sin.
XII. Of the Sinfulness of Sin.
XIII. Of the Sinfulness of Sin.
XIV. Of the Sinfulness of Sin.
XV. Of the Sinfulness of Sin.
XVI. Of the Sinfulness of Sin.
XVII. Of the Sinfulness of Sin.
XVIII. Of the Sinfulness of Sin.
XIX. Of the Sinfulness of Sin.
XX. Of the Sinfulness of Sin.
XXI. Of the Sinfulness of Sin.
XXII. Of the Sinfulness of Sin.
XXIII. Of the Sinfulness of Sin.
XXIV. Of the Sinfulness of Sin.
XXV. Of the Sinfulness of Sin.
XXVI. Of the Sinfulness of Sin.
XXVII. Of the Sinfulness of Sin.
XXVIII. Of the Sinfulness of Sin.
XXIX. Of the Sinfulness of Sin.
XXX. Of the Sinfulness of Sin.
XXXI. Of the Sinfulness of Sin.
XXXII. Of the Sinfulness of Sin.
XXXIII. Of the Sinfulness of Sin.
XXXIV. Of the Sinfulness of Sin.
XXXV. Of the Sinfulness of Sin.
XXXVI. Of the Sinfulness of Sin.
XXXVII. Of the Sinfulness of Sin.
XXXVIII. Of the Sinfulness of Sin.
XXXIX. Of the Sinfulness of Sin.
XL. Of the Sinfulness of Sin.
XLI. Of the Sinfulness of Sin.
XLII. Of the Sinfulness of Sin.
XLIII. Of the Sinfulness of Sin.
XLIV. Of the Sinfulness of Sin.
XLV. Of the Sinfulness of Sin.
XLVI. Of the Sinfulness of Sin.
XLVII. Of the Sinfulness of Sin.
XLVIII. Of the Sinfulness of Sin.
XLIX. Of the Sinfulness of Sin.
L. Of the Sinfulness of Sin.
LI. Of the Sinfulness of Sin.
LII. Of the Sinfulness of Sin.
LIII. Of the Sinfulness of Sin.
LIV. Of the Sinfulness of Sin.
LV. Of the Sinfulness of Sin.
LVI. Of the Sinfulness of Sin.
LVII. Of the Sinfulness of Sin.
LVIII. Of the Sinfulness of Sin.
LIX. Of the Sinfulness of Sin.
LX. Of the Sinfulness of Sin.
LXI. Of the Sinfulness of Sin.
LXII. Of the Sinfulness of Sin.
LXIII. Of the Sinfulness of Sin.
LXIV. Of the Sinfulness of Sin.
LXV. Of the Sinfulness of Sin.
LXVI. Of the Sinfulness of Sin.
LXVII. Of the Sinfulness of Sin.
LXVIII. Of the Sinfulness of Sin.
LXIX. Of the Sinfulness of Sin.
LXX. Of the Sinfulness of Sin.
LXXI. Of the Sinfulness of Sin.
LXXII. Of the Sinfulness of Sin.
LXXIII. Of the Sinfulness of Sin.
LXXIV. Of the Sinfulness of Sin.
LXXV. Of the Sinfulness of Sin.
LXXVI. Of the Sinfulness of Sin.
LXXVII. Of the Sinfulness of Sin.
LXXVIII. Of the Sinfulness of Sin.
LXXIX. Of the Sinfulness of Sin.
LXXX. Of the Sinfulness of Sin.
LXXXI. Of the Sinfulness of Sin.
LXXXII. Of the Sinfulness of Sin.
LXXXIII. Of the Sinfulness of Sin.
LXXXIV. Of the Sinfulness of Sin.
LXXXV. Of the Sinfulness of Sin.
LXXXVI. Of the Sinfulness of Sin.
LXXXVII. Of the Sinfulness of Sin.
LXXXVIII. Of the Sinfulness of Sin.
LXXXIX. Of the Sinfulness of Sin.
XC. Of the Sinfulness of Sin.
XCI. Of the Sinfulness of Sin.
XCII. Of the Sinfulness of Sin.
XCIII. Of the Sinfulness of Sin.
XCIV. Of the Sinfulness of Sin.
XCV. Of the Sinfulness of Sin.
XCVI. Of the Sinfulness of Sin.
XCVII. Of the Sinfulness of Sin.
XCVIII. Of the Sinfulness of Sin.
XCIX. Of the Sinfulness of Sin.
C. Of the Sinfulness of Sin.

Nota, quod tempora Poteſtatibus anteſcripta dicunt tēpus electionis cuiuslibet Poteſtatis, ſiue Conſulis. Vnde quilibet Rector, ſiue Poteſtas tenet medium annum ſuæ electionis, & medium ſequētem, quarum Poteſtatum, fiebat electio circa feſtum Sancti Petri de Iunio.

Infraſcripta ſunt nomina omnium Poteſtatum, Conſulum, ſeu Rectorum Ciuitatis Paduæ.

MCLXXIV.

COnſules rexerunt Paduam. Hoc anno fuit ciuitas Paduæ combuſta fere tota die IV. intrante Martio, ſ. domus. M. M. D C. XIV.

MCLXXV.

Dominus Albertus de Oſſa de Mediolano Poteſtas Paduæ.

MCLXXVI.

Conſules rexerunt Paduam.

MCLXXVII.

Dominus Obizo Eſtenſis Marchio Poteſtas Paduæ.

MCLXXVIII.

Idem Dominus Obizo Poteſtas Paduæ.

MCLXXIX.

Dominus wilielmus Tempeſta Pot. Paduæ.

MCLXXX.

Dominus Aldrigetus de Orlando Paduanus Poteſtas Paduæ.

MCLXXXI.

Conſules rexerunt Paduam.

MCLXXXII.

Dominus Comes Manfredinus Paduanus Poteſtas Paduæ.

MCLXXXIII.

Dominus Daleſmaninus, & Tanſelgardinus Paduani Poteſtates Paduæ.

MCLXXXIV.

Dominus Albertus de Baone Paduanus Poteſtas Paduæ.

MCLXXXV.

Dominus Grimerius de Placentia Poteſt. Pad.

MCLXXXVI.

Dominus Vgucio de Boxio Poteſtas Paduæ.

MCLXXXVII.

Dominus Apoxatius de Brixia Poteſtas Paduæ.

MCLXXXVIII.

Conſules rexerunt Paduam. Hoc anno Paduani ceperunt Montegaldam hoſtiliter, & Terriſius Veronenſis interfecit Comitem Saurum de Sancto Bonifacio.

MCLXXXIX.

Dominus Gulielmus de Oſſa de Mediolano Poteſtas Paduæ.

MCXC.

Idem Dominus Guilielmus de Oſſa Poteſt. Pad.

MCXCI.

Idem Dominus Guilielmus de Oſſa Pot. Paduæ.

MCXCII.

Dominus Vbertus Vicecomes de Placentia Poteſtas Paduæ.

MCXCIII.

Idem Dominus Vbertus Poteſtas Paduæ.

MCXCIV.

Conſules rexerunt Paduam. Hoc anno natus eſt Ecelinus tertius de Rom.° filius Ecelini Monaci

MCXCV.

Dominus Paganus de Turre de Mediolano Poteſtas Paduæ. Hoc anno factus fuit fons lapideus ab omnibus Sanctis, & hic incepit facere fieri muros circa ciuitatem Paduæ.

MCXCVI.

Dominus Otolinus de Boxio Poteſtas Paduæ.

MCXCVII.

Idem Dominus Otolinus Poteſtas Paduæ.

MCXCVIII.

Dominus Iacobus Strictus de Placentia Poteſtas Paduæ. Hoc anno fuit factum Carmegnani inter Paduanos, & Vicentinos.

MCXCIX.

Dominus Azo Eſtenſis Marchio Pot. Paduæ.

MCC.

Dominus Azo Confalonerius Poteſtas Paduæ.

MCCI.

Dominus Petrus Zianus de Venetijs Poteſt. Pad.

MCCII.

Dominus Vbertus Vicecomes de Placentia Poteſtas Paduæ.

MCCIII.

Dominus Albertus de Mandello de Mediolano Poteſtas Paduæ.

MCCIV.

Dominus Albertus de Baone, & Dominus Deleſmaninus Paduani Poteſtates Pad. Hoc anno fuit factum caſtri Campreti.

MCCV.

Dominus Baroccius de Cremona Poteſtas Paduæ. Hoc anno acceptæ fuerunt iuriſdictiones Magnatum Paduæ.

MCCVI.

Dominus Mafredinus de Gazo de Cremona Poteſtas Paduæ. Hoc anno firmatus fuit Ordo Fratrum Minorum, per Dominum Papam, & Romanam curiam.

Domi-

Digitized by Google

Art. 1. Of the Nature of Bills of Exchange. 1
Art. 2. Of the Parties to Bills of Exchange. 3
Art. 3. Of the Form of Bills of Exchange. 5
Art. 4. Of the Consideration for Bills of Exchange. 7
Art. 5. Of the Transfer of Bills of Exchange. 8
Art. 6. Of the Acceptance of Bills of Exchange. 10
Art. 7. Of the Payment of Bills of Exchange. 12
Art. 8. Of the Dishonour of Bills of Exchange. 13
Art. 9. Of Notice of Dishonour. 15
Art. 10. Of Protest. 17
Art. 11. Of Acceptance for Honour. 18
Art. 12. Of Payment for Honour. 19
Art. 13. Of Bills in a Set. 20
Art. 14. Of Bills drawn abroad. 21
Art. 15. Of Foreign Bills. 22
Art. 16. Of Lost Bills. 23
Art. 17. Of the Discharge of Bills of Exchange. 24
Art. 18. Of Evidence in Actions on Bills of Exchange. 25
Art. 19. Of Stamps on Bills of Exchange. 26
Art. 20. Of Bills of Exchange drawn in Sets. 27
Art. 21. Of Bills of Exchange drawn in Parts. 28
Art. 22. Of Bills of Exchange drawn in Duplicate. 29
Art. 23. Of Bills of Exchange drawn in Triplicate. 30
Art. 24. Of Bills of Exchange drawn in Quadruplicate. 31
Art. 25. Of Bills of Exchange drawn in Quintuplicate. 32
Art. 26. Of Bills of Exchange drawn in Sextuplicate. 33
Art. 27. Of Bills of Exchange drawn in Septuplicate. 34
Art. 28. Of Bills of Exchange drawn in Octuplicate. 35
Art. 29. Of Bills of Exchange drawn in Nonuplicate. 36
Art. 30. Of Bills of Exchange drawn in Decuplicate. 37
Art. 31. Of Bills of Exchange drawn in Undecuplicate. 38
Art. 32. Of Bills of Exchange drawn in Duodecuplicate. 39
Art. 33. Of Bills of Exchange drawn in Tredecuplicate. 40
Art. 34. Of Bills of Exchange drawn in Quattuordecuplicate. 41
Art. 35. Of Bills of Exchange drawn in Quindecuplicate. 42
Art. 36. Of Bills of Exchange drawn in Sexdecuplicate. 43
Art. 37. Of Bills of Exchange drawn in Septendecuplicate. 44
Art. 38. Of Bills of Exchange drawn in Octodecuplicate. 45
Art. 39. Of Bills of Exchange drawn in Novemdecuplicate. 46
Art. 40. Of Bills of Exchange drawn in Vigesuplicate. 47
Art. 41. Of Bills of Exchange drawn in Unvigesuplicate. 48
Art. 42. Of Bills of Exchange drawn in Duovigesuplicate. 49
Art. 43. Of Bills of Exchange drawn in Tredecuplicate. 50
Art. 44. Of Bills of Exchange drawn in Quattuordecuplicate. 51
Art. 45. Of Bills of Exchange drawn in Quindecuplicate. 52
Art. 46. Of Bills of Exchange drawn in Sexdecuplicate. 53
Art. 47. Of Bills of Exchange drawn in Septendecuplicate. 54
Art. 48. Of Bills of Exchange drawn in Octodecuplicate. 55
Art. 49. Of Bills of Exchange drawn in Novemdecuplicate. 56
Art. 50. Of Bills of Exchange drawn in Trigesuplicate. 57
Art. 51. Of Bills of Exchange drawn in Untrigesuplicate. 58
Art. 52. Of Bills of Exchange drawn in Duotrigesuplicate. 59
Art. 53. Of Bills of Exchange drawn in Tredecuplicate. 60
Art. 54. Of Bills of Exchange drawn in Quattuordecuplicate. 61
Art. 55. Of Bills of Exchange drawn in Quindecuplicate. 62
Art. 56. Of Bills of Exchange drawn in Sexdecuplicate. 63
Art. 57. Of Bills of Exchange drawn in Septendecuplicate. 64
Art. 58. Of Bills of Exchange drawn in Octodecuplicate. 65
Art. 59. Of Bills of Exchange drawn in Novemdecuplicate. 66
Art. 60. Of Bills of Exchange drawn in Quadragesuplicate. 67
Art. 61. Of Bills of Exchange drawn in Unquadragesuplicate. 68
rebelles ſuæ ciuitatis, & ibidem fuit prælium inter dictas partes, & in fine diſconfitti fuerunt omnes prædicti milites, & pedites domini Canis, & capti, & mortui, & vulnerati quaſi omnes fuerunt. Et dictus Dominus Simon Philippus Poteſtas dicti Caſtri captus fuit, & incarceratus, & in multa quantitate ſuorum. Et dictus dominus Poteſtas Paduæ optime ſe rexit, & fuit primus, qui tranſiuit foſſam maguam, & feriuit contra inimicos, & hac de cauſa factus fuit Paduanus, & de Conſilio maiori, &c.

Milleſimo Eodem.

Dominus Nigrixolus de Anſaldis Iudex de Cremona Vicarius, prædicti domini Oldorici de Gualſer Poteſtas Paduæ, a die Sabbati ſecundo Auguſti, vſque ad diem vltimum Octobris. Et dicta die Sabbati captum fuit per forciam caſtrum Muxolenti de diſtrictu Taruixij, in quo erat Dominus Perenzanus de Baxano rebellis ciuitatis Paduæ, & Taruixij, & captus fuit dictus Dominus Perenzanus per ſubiectos domini Comitis de Agulicia Vicarij Taruixii, & conductus Taruixium in forciam dicti Comitis, & poſtea decapitatus fuit in Baxano dicto tempore. Et die Dominica circa mediam noctem XVII. menſis Auguſti circa centum de ſoldaris ciuitatis Paduæ iuerunt ad Caſtrum pontis Baxanelli, & ceperunt circa xx. homines, qui erant extra caſtrum, & multos alios occiderunt, & multi ſe anegauerunt in aqua fugiendo.

Milleſimo Eodem.

Poteſtate Domino Nigrixolo vltraſcripto. hic die Lunæ xxv. menſis Auguſti, Dominus Comes de Agulicia Vicarius Taruixii, & dominus Oldoricus de Gualſer Vicarius Paduæ venerunt Paduam circa nonam cum maximo guarnimẽto militum, peditum, & baliſtariorum. Et die Martis proximè ſequenti circa nonam cum dicto guarnimento, & Paduanis iuerunt circa Caſtrum pontis Baxanelli, in quo erat dominus Canis de la Scala cum maxima multitudine militum, peditum, & baleſtariorum, & ſibi ad inuicem obuiauerunt præliantes, & tandem diſconfitus fuit dictus Dominus Canis; & fugit vſque ad Montemſilicem cum maximo incalzo filii domini. O. de Gualſer ſemper ſequendo cum ſuis ſociis vſque ad dictum Caſtrum Montisſilicis. Et mortui, & capti fuerunt de ſuis plus, quam D. vt publice dicebatur. Et captus fuit Dominus Macarufus, & conductus Paduam, & ea die gladio mortuus fuit, & plures alii. Et captum fuit per forciam Caſtrum pontis Baxanelli ea die. Et die Veneris tertio exeunte Auguſto, aſſidiauerunt Caſtrum Montisſilicis. Et die Iouis VI. exeunte Septembri redierunt Paduam relicto caſtro.

Et die Dominico VI. exeunte Octobri completa, & cridata publice fuit pax inter prædictas partes aduerſas.

Milleſimo Eodem.

Dominus Nigrixolus prædictus factus, & confirmatus Poteſtas Paduæ a die, & in die Sabbati feſti Omnium Sanctorum, vſque ad vltimum diem Aprilis.

MCCCXXI.

Dominus Gerardus de Alucela de Teruixio Poteſtas Paduæ a die Veneris primo Madii vſque ad vltimum diem menſis Octobris. Et circa finem dicti menſis Madii mortuus fuit Dominus Manfredus filius domini Comitis Rambaldi, Epiſcopus ciuitatum Feltris, & Belluni in dicta Belluni ciuitate per Dominum Guezolem de Camino, & capta fuit dicta ciuitas per Dominum Canem, vel eius nuncios.

Milleſimo Eodem.

Remotus fuit vltraſcriptus Dominus Oldoricus de Gualſer a Vicaria ciuitatis Paduæ per Dominum Federicum Ducem de Oſterich, & Regem Romanorum, electum ad parlamentum factum in ſuo diſtrictu, & curia, quod fuit circa menſem Auguſti, & Septembris. In quo fuerunt ſex magni Ambaxatores ciuitatis Paduæ cum prædicto domino. O. de Gualſer, videlicet, Dominus Nicolaus de Carraria, Dominus Schinella Iudex, & ibidem factus Miles vna cum Domino Iohanne infraſcripto manu dicti Regis. Dominus Alearſcripto manu dicti Regis. Dominus Alearſdus de Baxiliis. Dominus Rolandus de Plazola. Dominus Iohannes de Campo S. Petri. Dominus Muxatus. Et Ambaxatores Domini Canis cum pluribus aliis Ambaxatoribus aliarum ciuitatum in ſuo ſeruitio ex altera parte. Et data fuit Vicaria ciuitatis Paduæ per dictũ Regem domino Duci de Charintana; & dicit ſe Regem Bohemiæ, qui miſit pro Capitaneo ſuo ſtrenuum, & nobilem virum dominum Coradum de Offenſtagno, qui iuit Paduam die quinto Nouembris cum C. militibus, vel circa, & diſmontauit in Epiſcopatu, nec fuit eadem die in Palatio propter tardam horam.

Domi-

MCCCXXII.

Dominus Thebaldus de Castro nouo de Perusio, Potestas Paduæ à Kal. Madij vsque ad Kal. Nouemb. & eodem millesimo die Martis in vigilia S. Michaelis tertio exeunte Septembri disconfitus, & captus fuit dux de Ostrich, cum fratre suo Henrico, & incarcerati cum maxima quantitate suorum militum per Ducem de Bauieria, & Regem Romanorum electum in diuisione cum supradicto Rege.

Millesimo Eodem.

Tebaldus prædictus Potestas Paduæ à Kal. Nouembr. vsque ad Kal. Madij. Et in dicto regimine rebelles cum multis inimicis Paduæ ceperunt terram de Este, & post villam Arquadæ per forciam die Sabbati VI. Nouemb. Et die Lunæ proxime sequenti, Ciuitas Mediolani accepta fuit de manibus Tyrãnorum Domini Galeacij, & fratrum suorum per populum dictæ terræ cum auxilio Domini Raymundi Vicarij Domini Papæ. Et non longo tempore post Dominus Galeacius cum fratribus intrauit Mediolanum, & fuit Dominus sicut ante.

Item in MCCCXXIII.

Die Iouis post nonam xxiij. Februarij Domina ..... Regina de parentela illorum de Tiralle, seu de Carentana venit Paduam, causa eũdi ad maritum, ad filiũ Domini Frederici de Ragona. Et die Sabbati sequenti recessit, & iuit Venetias post nonam per viam de Mestre.

Item in dicto Millesimo die Mercurij nono exeunte Martio fuit facta pax cum rebellibus ciuitatis Paduæ, & in die S. Mariæ de Martio fuit Vener Sanctus.

Itẽ in dicto Millesimo Dominus Comes de Agulicia Vicarius ciuitatis Taruixij obijt in Taruixio morte naturali die Dominico post vesperas XXIV. Aprilis.

Item in eodem Millesimo die Iouis, decimo nono Madij, facta fuit pax in villam Tencharolæ inter Commune Paduæ ex vna parte, & suos rebelles ex altera cum maxima lætitia vtriusquè partis, & die Veneris proxime sequentis, in qua die fuerũt quatuor Tempora, fuit facta maxima processio per Cleros, & Religiosos, & Anzianos, & per maximam multitudinem ciuium.

Dominus Tebaldus vltrascriptus compleuit supradicta Reginnina ad festũ S. Petri de Iunio.

Millesimo Eodem.

Dominus Armaninus de Cremona Iudex, & Vicarius dicti Potestatis electus fuit Potestas Paduæ, & stetit per totum mensem Iulij vsque ad Kal. Augusti, eo quia dominus Altinerius de Azonibus electus Potestas Paduæ non potuit venire ante.

Millesimo Eodem.

Dominus Altinerius de Azonibus de Taruisio Potestas Paduæ, & die Lunę primo Augusti vsq; ad sex menses. Et die Iouis VII. exeunte mensis Augusti in sero de nocte circa primum somnũ fuit magnus ignis in domibus Episcopatus Paduæ.

MCCCXXIV.

In prędicto Regimine Dñi Altinerii Potestatis Paduæ. Die decima octaua intrante Ianuario, Sanctus Thomas de Aquino Ordinis Prædicatorum, qui fuit candelizatus per Summũ Pontificem Papam Ioannem, & Cardinales suos, & alios Prędatos in ciuitate de Auignone in anno proxime præterito, & postea in prædicto MCCCXXIV. die dominico viij. mensis Ianuarij celebratus fuit in Ecclesia S. Augustini fratrum Prædicatorum de Padua cum maxima reuerentia, & ibi fuerunt Episcopi, & Prælati cũ Gastaldionibus, & Anzianis, & in dicta Ecclesia obtulerunt munera. Et dictus dominus Altinerius Potestas sterit per vnum mensem plus vsque ad Kal. Martij.

MCCCXXIV.

Nob. Vir. Dominus Raynaldus de Zincis de Zesena Potestas Paduæ a Kal. Martij vsque ad diem Mercurij xxij. mensis Augusti anni prædicti. Et die Iouis vltimo mensis Madij reuersus fuit Paduam Dominus Coradus de Ofenstagno, cum multis militibus. Et Dominus Henricus de Carentana, qui se dicit Regem Bohemiæ, venit ad Ciuitatem Taruixii paucis diebus post aduentum prædictorum militum, & pluribus diebus mansit ibi. Et posteà venit ad terram Cittadellæ, & deinde ad villam Curtiroduli, & deinde ad villam Turris propè Brentam, & in dictis villis mansit plures dies. Et postea venit Paduam die Iouis ante tertiam xxi. Iunii, cum magna multitudine militum, & peditum, & ragazorũ quasi nudorum, qui extimabantur quasi viginti millia inter bonos, & malos. Inter quos fuit Dominus Dux Otto frater Ducis de Osterich, qui captus, & incarceratus erat per Ducem Bauariũ cum multis aliis secũ. Et dictus Dominus Dux de Carentana, ac etiam Rex Bohemiæ, vt dicebatur, dismuntauit ad Episcopatum Paduæ, in quo erat Dominus Coradus prædictus. Et eadem die incontinenti post nonam, recessit de dicta ciuitate, & iuit circa Campaneam, & terram Mõtisfilicis cum suo exercitu, pulsata campana magna Communis Paduæ. Et dicta die vsque ad noctem fuerunt circa Montisfilicem vna cum populo Paduano. Sed paucis diebus steterunt circa, & nullum damnum dederunt domino Cani, nec aliquibus inimicis Commu-

Mr. Hutchinson, Mr. Hutchinson, Mr. Hutchinson,

Milleſimo Eodem.

Dominus Coradinus de Buchis de Brixia Poteſtas Paduæ, a Kal. Octubris, vſque ad Kal. Aprilis, & ſtetit per totum menſem Aprilis.

MCCCXXVI.

Dominus Coradinus prædictus confirmatus fuit vſque ad aduentum alterius Poteſtatis. Et in ſupraſcripto ſuo Regimine, die Veneris vltimo *Febr.* captus fuit Dominus Coradus de Vigũcia, cum multis ſuis ſequacibus, in confinio Turris Puntæ de Curano, qui furtiue ceperant dictum loci, cauſa guerriandi ciuitati Paduæ. Et conductus Paduam, decapitatus fuit die Lunæ tertio intrante Martio, ſuper pozolum Palatij maioris, & ſepultus ad Eccleſiam Fratrum Minorum, & ſeptem alij, qui cum eo fuerant, decapitati fuerunt ad Campum Sanctum. Et per tres dies poſtea, tres alij decapitati fuerunt, cauſa prædicta.

Milleſimo Eodem.

Dominus Bonacurſius de Rogerijs de Parma Poteſtas Paduæ. Et venit Paduam in Palatio die Iouis primo Madij in Aſcenſione Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et die Veneris ſequenti dictus Dominus Coradinus receſſit cum ſua familia, & curia, cum maximo honore, quia fecit bonũ Regimen, & honorabile, continue toto ſuo tempore.

Milleſimo Eodem in parte, &

MCCCXXVII. *in parte.*

Dominus Tebaldus de Caſtro Nouo de Peruxio Poteſtas Paduæ. Et venit die prima Madij, & de menſe Decembris mandati fuerunt ad confines in ciuitatem Venetiarum D. Martius de Forzatè, Dominus Zordanus de Forzatè, D. Proſdocimus de Caliziniſ, Dominus Ruzerius de Fabiano, Dominus Franciſcus Dominę Zilie. Et de menſe Ianuarij in Epiphania, vel circa, mortuus fuit in ciuitate Taruixij, Dominus Altinerius de Azonibus. Anno prædicto die Dominico Oliuarum, quinto Aprilis, niuigauit multum per totam diem, & pluuit cum magno frigore.

MCCCXXVII.

Dominus Ioannes de Griſis de Brixia Poteſtas Paduæ, die Veneris primo Madij, vſque ad Kal. Nouembris. Et venit ad ſuum Regimen, & parum ſtetit, quia erat infirmus. Sed dimiſit quẽdam de domo ſua, qui vocabatur Paxinus, & incontinenti electus fuit in Poteſtatem, & receſſit in feſto Omnium Sanctorum.

Milleſimo Eodem.

Dominus Gerardus Morexinus de Venetijs Poteſtas Paduæ. Et venit in feſto Omnium Sanctorum, die Dominico primo Nouembris, & mã-

ſit in Palatio, & Regimine vſque ad menſem Iulij ſequentis. Et circa medium menſem Iulij, fugit de dicto Regimine inſalutato hoſpite, cum maiori parte ſuæ familiæ, quia malum Regimen fecit pro Populo.

In prædicto Milleſimo, menſe Decembris, infraſcripti Ambaxatores Paduæ fuerunt ad Ducem de Carentana, & redierunt Paduam per mare, die Iouis quarto Februarij, excepto Domino Marxilio, qui venit Paduam xiv. die Februar.

Dominus Marſilius de Carraria,
Dominus Philippus de Peraga,
Dominus Aycardinus Caput Vaccæ,
Dominus Pantaleo de Buzacarinis,
Dominus Schinella de Doto,

MCCCXXVIII.

Dominus Griffo Theotonicus, frater Domini Hengelmarij Vicecarij, ciuitatis Paduæ Poteſtas. Et incepit Regimen die Sabbati vj. intrante Auguſto. Et circa medium menſem Auguſti Dominus Marſilietus de Papafauis fugit de ciuitate Paduæ, vſque ad villam Mirani, die Mercurij, quia dictus Poteſtas, vna cum fratre ſuo Domino Hengelmario Vicecario ciuitatis Paduæ, volebant eum capere, propter falſas locutiones, & teſtimonia impoſitas ſuper eum. Et multi Theotonici inuaſerunt palatium ſuũ, & intus ſteterunt, & omnia bona ſua pronunciata fuerunt perdita. Ita quod dicti Theotonici optime dérobauerunt dictum ſuum palatium.

Et in dicto milleſimo, & tempore, mortuus fuit Dominus Paſſarinus Dominus Mantuæ, cum duobus ſuis filijs, per Dominum Lodoycum de Gunzaga ciuem Mantuæ, propter horribile dominium.

Milleſimo Eodem.

Die Sabbati poſt nonam, iij. Menſis Septembris, Dominus Marſilius q. Domini Perenzani de Carraria, electus, & confirmatus fuit Capitaneus Populi Paduani, ciuitatis Paduæ, per Conſiliũ Maius, & per Anzianos, & Gaſtaldiones, & multos Sapientes. Et factus, & confirmatus fuit in pleno arengo maioris Palatij, Populo ignorante de tractatu, quod fecerat cum Domino Cane.

Dominus Perenzanus de Rubeis eius conſanguineus electus incontinenti Poteſtas Paduæ. Et acceptauit, & accepit Regimen, & remanſit in Palatio Cõmunis. Et Dominus Griffo Theotonicus, qui tunc erat Poteſtas, caſſatus, & licentiatus, cum Domino Hengelmario fratre ſuo, qui tunc erat Vicecarius ciuitatis Paduæ pro Duce de Carentana; & omnes alij Theotonici ſoldati, caſſati, & licentiati fuerunt incontinenti

ti a cuſtodia ciuitatis,& a ſoldo Paduanorũ, facta ſibi ſolutione de tempore præterito incontinenti. Et die Martis VI. dicti menſis Septembris, Dominus Marſilius nouiter Capitaneus factus, miſit ad Dominum Canem in ciuitate Vicentiæ, videlicet Dominum Pantaleonem, cum alijs ambaxatoribus, ad dandam Vicariam ciuitatis Paduæ. Et ipſemet Dominus Marſilius Capitaneus, die Mercurij ſequenti, iuit ad dictũ Dominum Canem, portando ſecum claues ciuitatis, quia noluit ſe mouere, niſi dictus Dominus Marſilius perſonaliter veniret ad eum. Et tunc die Sabbati poſt veſperas, parum ante cõplectas, dictus Dominus Canis, cum maxima quantitate Militum, & multorum nobiliũ, vna cum Domino Marſilio venit Paduam, & habuit ciuitatem Paduæ, & diſmũtauit in Epiſcopatu Paduæ, & ibi manſit. Et die Dominica, ante Tertiam, xj. menſis Septembris, aſcẽdit in Palatium magnum. Et iterũ electus fuit Vicarius ciuitatis Paduæ per ipſum Dominum Marſiliũ, & Anzianos, Gaſtaldiones, & alios multos Sapientes in pleno arengo, & pleno Palatio multitudine ciuium, & in dicto arengo Dominus Canis elegit dictum Dominum Marſilium ſuũ Vicarium.

Milleſimo Eodem.

Die Mercurij, in Feſto S. Matthæi, in quo fuerunt quatuor Tempora, xxj. menſis Septembris, Dominus Bernardus de Aruaris de Verona Poteſtas Paduæ. Electus pro nobili, & altiſſimo Domino Cane de la Scala Vicario Generali ciuitatis Paduæ. Qui Poteſtas incontinenti iurauit Regimen in pleno arengo, & remanſit in Palatio Communis Paduæ.

Milleſimo Eodem.

Idem Dominus Bernardus de Aruaris de Verona Poteſtas Paduæ. Et ſuo tempore die xxv. menſis Nouembris in feſto Beatæ Katarinæ, magna Curia facta, & celebrata fuit in ciuitate Veronæ per Dominum Canem Grandem de la Scala, & ibi triginta & nouem milites per dictum Dominum Canem fuerunt honoris militiæ decorati ſcilicet de Venetijs,

Dominus Nicolaus de ca Fuſchari, qui fuit primus. De Padua,

Dominus Marſilius Domini Perenzani de Carraria,

Dominus Philippus de Peraga,

Dominus Obizo de Papafauis,

Dominus Marſilietus de Papafauis,

Dominus Iacobus de Papafauis,

Dominus Aycardinus Caput Vaccæ,

Dominus Vbertinus Domini Iacobini de Carraria,

Dominus Rizardus dictus Tartarus de Lendenaria,

Dominus Tyſo Domini Tyſonis de Campo Sãcti Petri,

Dominus Franciſcus Frafalaſta de Capite Vaccę,

Dominus Tan, dictus Guercius, de Montagnana,

Dominus Dux de Buzacharinis,

Et etiam ſupradictus Dominus Bernardus Poteſtas Paduæ. Et de pluribus partibus multi alij.

Et de ſequenti menſe Decembris, in feſto Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, Dominus Philippus de Peraga ad domum fratrum Minorũ de Padua fuit ſepultus.

MCCCXXIX.

Idem Dominus Bernardus Poteſtas Paduæ. Et in dicta Poteſtaria, & Milleſimo, Dominus Canis venit ad ciuitatem Paduæ die ij. menſis Iulij. Et die IV. dicti menſis equitauit cũ maximo guarnimento, & maximis victualibus de Padua, de Vicentia, & de Verona, & de pluribus alijs partibus, verſus ciuitatem Taruixij, & die illa iuit, vſque ad Villam Plombini, & illa nocte ibi mãſit. Et ſequenti die Mercurij, in mane, ordinati fuerunt per dictum Dominum cum ſuo conſilio multi curſores, qui viriliter currerunt vſque ad portã ciuitatis Taruixij, & ibi mortuus fuit quidam probus Miles, qui vocabatur Dominus Otto, Vltramontanus erat, & erat ſtipẽdiarius Domini Canis. Et eadẽ die Dominus Canis cum ſuo exercitu venit inter burgos ciuitatis Taruixij, & dictus Dominus Canis diſmontauit, & ſtetit in Monaſterio, quod vocatur Sãti Quaranta, & ibi ſtetit XIV. dies. Et tunc data fuit ei terra per ciues Taruixinos, & per Dominum Auogarium de Noale, qui erat caput dictæ terræ. Et illa die Martis XIV. intrauit Dominus Canis cum tota ſua baronia, & honore magno in dicta ciuitate, & diſmontauit in Epiſcopatu; & electus fuit per Magnates, & Populares, ciuitatis Taruixij Dominus Generalis. Et ibi ſtetit dicta die Martis, die Mercurij, die Iouis, & die Veneris. Die Sabbati in feſto Sanctæ Mariæ Magdalenæ dictus Dominus Canis migrauit ad Domium. Et incontinenti portatus fuit, corpus ſuum, Veronæ, & cum maximo honore, dolore, fletu, & triſtitia ſepultus fuit.

Incontinenti Dominus Marſilius de Carraria, qui erat in ciuitate Taruixij, equitauit Paduam, & narrauit in Conſilio, poſt ſonum tertiæ campanæ in ſero, mortem Domini Canis. Et ibi electi fuerunt in dominio, cuſtodia, & protectione ciuitatis Paduæ, Dominus Albertus, & Dominus Maſtinus q. Domini Albuini de la Scala. Et iuerũt Ambaxatores de Padua Veronæ ad

dictos

dictos Dominos requirēdos. Et die Iouis xvij. dicti mensis, dictus Dominus Albertus venit cū maximo honore ad ciuitatem Paduæ, quasi in hora sexta, & iuit super Palatium maius, & fuit ibi maximum arēgum, & electus, & confirmatus fuit, cum fratre suo Domino Mastino, in loco auunculi sui Domini Canis.

MCCCXXIX.

Dominus Galeotus de Mazis de Brixia Potestas Paduæ. Et venit ad dictam Potestariam die x. mensis Nouembris, in vigilia Sancti Martini, & incontinenti illa die intrauit in Regimine. Et suo tempore, die Mercurij, xxix. dicti mensis, Dominus Obizo de Papasauis migrauit ad Dominum.

MCCCXXX.

Dominus Balardinus de Nogarolo de Verona Potestas Paduæ, Et iuit in Palatio die xix. mensis April. sub dominatione dominorum Alberti, & Mastini de la Scala.

MCCCXXXI.

Idem Dominus Balardinus.

MCCCXXXII.

Idem Dominus Balardinus.

Millesimo Eodem.

Dominus Tadæus de Vbertis de Florentia Potestas Paduæ. Et intrauit in dicta Potestaria die primo mensis Madij sub dominatione Dominorum Alberti, & Mastini de la Scala.

Millesimo Eodem.

Dominus Petrus del Mesa de Verona Potestas Paduæ. Et intrauit in dicta Potestaria die primo mensis Nouembris, sub dicta dominatione.

MCCCXXXIII.

Idem Dominus Petrus. Et confirmatus fuit in Potestaria die primo mensis Madij, sub dicta dominatione.

MCCCXXXIV.

Idem Dominus Petrus.

Millesimo Eodem.

Dominus Fredericus de Vbertis de Florentia Potestas Paduæ. Et intrauit in dicta Potestaria die primo mensis Nouembris, sub dicta dominatione.

MCCCXXXV.

Dominus Balardinus de Nogarolo Potestas Paduæ. Et iuit in Palatium die primo mensis Madij, & die vi. mensis Iunij Domina ..... filia Federici de Aragona venit Paduam, & disinontauit in domo Dominæ Agnetis vxoris Domini Alberti de la Scala.

MCCCXXXVI.

Dictus Dominus Balardinus. Et de mense Aprilis Dominus Rolandus, & Dominus Marsilius de Rubeis fratres de Parma, recesserunt de Padua versus Venetias. Et Dominus Petrus eius frater qui erat Veronæ, iuit Pontremulum, & reuelauit dominis de la Scala.

MCCCXXXVI.

Dominus Federicus ab Equis de Verona Potest. Paduæ. Et intrauit in Potestaria die primo mēsis Madij. Et suo tempore Dominus Gerardus de Camino intrauit in castro Ouercij, & reuelauit dictum castrum Dominis Alberto, & Mastino de la Scala. Et Dominus Albertus equitauit cum magno exercitu, & dictum castrum per vim ceperunt, & ibi fuit captus dictus Dominus Gerardus, & ductus Veronam, & ibi incarceratus. Et post paucos dies Domini de la Scala per pactum habuerunt Castrum Camini.

Item die xxvi. mēsis Octobris, Nobilis Miles Dominus Petrus de Rubeis de Parma Generalis Capitaneus guerræ, & totius ligæ Venetiarū, & Florentiæ, equitauit cum magno exercitu in districtum Paduanum & destruxit, & combussit multas villas in insula Campi Nogariæ. Et reuersus fuit in terram Plebis Sacci, cum toto exercitu, & ibi steterit circa octo dies. Postea iuit cum toto suo exercitu in Villam Buuolentæ, & ibi fecit vnam magnam forteciam, & ibi stetit cum toto suo exercitu semper deprædando, & comburendo vsque inter burgos ciuitatis Paduæ. Et tunc factum fuerat vnum castrum fortissimum ad Salinas per Dominos Albertum, & Mastinum de la Scala, qui volebant facere salem contra voluntatem Venetorum. Quod castrum captum fuit per vim pro dicto exercitu, & cum auxilio Venetorum, & totius ligæ suæ, & totum castrum destruxerunt, & portauerunt Venetias.

MCCCXXXVII.

Dominus Guido Riccius de Foiano de Regio Potestas Paduæ. Et intrauit in Regimine die iv. mensis Ianuarij. Et suo tempore Dominus Petrus Rubeus de Parma, cum certa quantitate militum, & peditum, die xxix. Ianuarij venerunt ad portam Omnium Sanctorum, & dictā portam, cum pluribus domibus combusserunr, malo velle Dominorum Alberti, & Mastini de la Scala, qui erant ibi præsentes, & ausi non fuerunt defendere.

Item die vi. mensis Februarij de nocte, aperta fuit porta spaldi S. Iohannis a nauibus, & dictus Dominus Petrus, qui erat extra portam, cum magna quantitate militum, & peditum, illa hora noluit intrare, & illi intrinseci, qui aperuerūt portam, recesserunt cum eo.

Item die vii. mensis Martij reuelauit Castrum Teruillis Dominis de la Scala, & reuelatus fuit per Dñm Guillielmum de Campo S. Petri.

Item

Item die xi. menſis Martij retelauit Caſtrum Citadellæ Dominis de la Scala, & homines dicti caſtri interfecerunt Vicarium, qui ibi erat pro Domino Alberto,& Maſtino.

Item die xiv. menſis Martij captum fuit Caſtrum Campi Sancti Petri per Dominum Guilliel. mum de Campo S. Petri, quod caſtrum tenebatur per Dominum Marſilium de Carraria.

Item die Dominica, tertio menſis Auguſti, incontinenti poſt prandiũ, Dominus Petrus Rubeus de Parma,& Dominus Marſilius eius frater, & Dominus Andriaxius eius conſanguineus, cum multis militibus, intrauerunt Paduam per portam Pontis Curui, & venerunt ad plateam, cũ maximo gaudio omnium ciuium, & de conſenſu Domini Marſilij, & Domini Vbertini de Carraria. Et ibi captus fuit Dominus Albertus de la Scala,& Dominus Guido Riccius, qui tũc erat Poteſtas, cum multis alijs Veronenſibus, & omnes Veronenſes,& cortexani, cum maximo furore fuerunt derobati. Et nullus homo fuit interfectus, niſi Dominus Dominicus de Agrapatis, & quidam notarius, qui vocabatur Criſpus, qui propter inimicitiam fuerunt occiſi. Et incontinenti, die Lunæ ſequenti, Dominus Petrus Rubeus, & Dominus Vbertinus de Carraria cum magno exercitu equitauerũt ad Montemfilicem. Et die Iouis vii. menſis Auguſti, quidam intrinſecus terræ Montisfilicis, cum vna lancea vulnerauit Dominum Petrum Rubeũ in quadam rixa, tali modo, quod ſequenti die Veneris mortuus fuit, & ſequenti die Sabbati, Paduæ, ad locum fratrum Minorũ; & Dominus Marſilius Rubeus frater dicti Domini Petri, die Veneris xv. menſis Auguſti, neſciens de morte dicti fratris ſui, morte naturali, ad dictum locum, fuit ſepultus.

Die Mercurij xxvii. menſis Auguſti, Dominus Albertus de la Scala ductus fuit Venetias per Dominum Rizardum dictum Tartarum de Lẽdenaria,& per Dominum Iacobinum de Peragà, de conſenſu,& voluntate Domini Marſilij de Carraria Vicarij ciuitatis Paduæ, & diſtrictus. Et dictus Dominus Albertus Venetijs in magno Ducatu fuit incarceratus.

Milleſimo Eodem.

Dominus Marcus Cornerius de Venetijs Poteſtas Paduæ. Et die primo Septembris intrauit in Regimine. Et toto ſuo tempore ſtetit exercitus circa caſtrum Montisfilicis, cum maximo damno ciuium Paduæ. Et incepti fuerunt muri ciuitatis Paduę, de præcepto Domini Marſilij de Carraria.

MCCCXXXVIII.

Indictione vi. Dominus Marinus Falerius de Venetijs Poteſtas Paduæ. Et montauit in Palatio die primo menſis Martij. Et die x. menſis Martij Dominus Vbertinus de Carraria electus fuit Capitaneus Generalis Ciuitatis Paduæ, & diſtrictus, eo qđ Dominus Marſilius grauiter infirmabatur. Et dictus Dominus Vbertinus electus, & factus fuit Capitaneus in Palatio in magno arengo, tali pacto,& conditione, ſi Dominus Marſilius decederet.

Poſtea die xxi. dicti menſis, in feſto S. Benedicti, Dñs Marſilius de Carraria migrauit ad Dominũ,& eadem die ſepultus fuit cum maximo honore ad locum Fratrũ Minorum. Et die primo menſis Madij, obijt Dominus Antonius de Lucio Venetijs,& ductus fuit Paduam,& die ſequenti cũ maximo honore ad locum Fratrũ Minorum ſepultus.

Poſtea die xix. menſis Auguſti, Paduani intrauerunt per pactum in Caſtrum Montisfilicis,& habuerunt totam terram, ſed nõ roccham, quia nõ fuit pactum habere roccham. Et eadem die Dominus Petrus del Verme, qui tunc erat Capitaneus in dicto caſtro, exiuit extra cum maiori parte ſtipendiariorum, & receſſit cum magna arrogantia verſus partes Rodigij, & erat Miles, Veronenſis ciuis.

Poſt

Digitized by Google

Nobilem M. S. Gedeonem Kalckstein, Ducatus Curlandiæ Cancellarium, Mercurium Bonæ Spei, Academiæ Gryphicæ Mæcenatem, Patronum & Fautorem suum ætatem colendum, ob singularem ejus erga se & Academiam Gryphicam benevolentiam, ad Gratulationis officium invitat

Johannes Micrælius, Pomeranus, Philosophiæ & Eloquentiæ Professor Publicus.

Typis Johannis Hederici, Anno M. DC. XXXVIII.

MCCXXI.

widonis de wizardo. *Guidonis de Guizardo, vt* suprà.

MCCXXII.

Incipiente scilicet XXII. anno. *Incipiens* 1223.

MCCXXIII.

Castri de Fratta. *Castri de la Fratta.*

MCCXXIV.

Robertus de Cocorezo. *Robertus de Concoreço.*

MCCXXV.

Otto de Mandello de Mediolano. Deest *de Mediolano.*

MCCXXVI.

Hic non finiuit Potestariam. *Hic n. f. suam Potestariam.*

MCCXXVII.

Widonis de wizardo. *Guidonis de Guizardo.*
Maioris Ecclesię de Padua. *Maior. Eccl. Paduę.*

MCCXXVIII.

Et Exercitus Paduanus. *Dicto anno exercitus Paduanus.*
Et willielmum de Campo Sancti Petri. *Et D. Guilielmum de Campo S. Petri.*

MCCXXIX.

Dominus Iohannes Dandalus de Venetijs. *D. Ioannes Dandalo Potestas Paduę.*

MCCXXX.

Badoarius de Venetijs. Desideratur, *De Venetijs.*
Et Leniacum. *Et Legnagum.*
Suam Potestatem. *Suum Potestatem.*
Et quosdam nobiles de Verona. *Et quosdam alios nobiles de Verona.*

MCCXXXIII.

wiffredus. *Guifredus.*

MCCXXXIV.

Dominus Bernardus de Riuiolis. *Dominus Bernardus de Riuolis.*
Ad Anoale. *Ad Noalem.*

MCCXXXIV.

Otto de Mandello de Mediolano, Abest, vt supra, *de Mediolano.*

MCCXXXV.

Idem Dominus Otto, &c. *Otto de Mandello Potestas Padua.*

MCCXXXVI.

De Gislerijs. *De Gislerijs.*

MCCXXXVII.

Pro Imperatore. *Pro D. Imperatore.*

MCCXLII.

Mense Iunij. *Mense Ianuarij.*

MCCXLIV.

Dominus wizardus. *Dominus Guizardus.*

MCCXLVII.

Dominus wecili. *Dominus Guecili.*

MCCXLIX.

Et hoc anno cępit Ecelinus Villam, & Rocam de Este, &c. *Hoc anno c. E. villam Rocham de Este &c.*

MCCL.

De widotis. *De Guidotis.*

MCCLII.

Idem Dominus Ansedisius Potestas Paduæ. *Idē D. Ansedisius predictus Pot. Pad.*

MCCLIV.

Idem Dominus Ansedisius Potestas Paduæ. *Idē Ansedisius predictus Pot. Pad.*

MCCLV.

Nomina Potestatum, & Rectorum a captione Ciuitatis Paduæ. Habetur hic titulus infra post Annum MCCLVI. his verbis. *Nomina Potestatum, & Rectorum a captione Ciuitatis, a Domino Ecelino de Romano.*

MCCLIX.

Dominus widó. *D. Guido.*
Captus est & mortuus. Desideratur, *& mortuus.* Mense Septembris. *Die XIV. Septemb.*

MCCLX.

Dominus Matthæus Quirinus. *D. Marcus Quirinus.* Et filiabus in Castro Sancti Zenonis. *Et filiabus suis in Castro &c.*
Incepit Baptisterium. *Incipit Baptisterium.*

MCCLXII.

Dominus wibertus. *D. Guibertus.*

MCCLXIV.

Laurentius Theopolus. *Laurentius Theupolus.*

MCCLXVI.

Dominus Iacobinus Rubeus. Deest. *Rubeus.*
Carrocium &c. *Carretium Padua, & multum factum pulchrum, quod Ecelinus olim fecerat pretiscere, ita quod de ipso nihil reperiebatur, preter antennam &c.*
In anno præsenti in Padua obijt B. Antonius Peregrinus. Deest. *in Padua.* Et in fine habetur, 1266.

MCCLXVIII.

Die Sabbati iij. intrante Nouemb. *Die Sabbati intrante Nouembri.*

MCCLXIX.

De Correza. *De Coreza.*
Hoc anno &c. *Hoc anno loza facta fuit.*

MCCLXX.

Dominus Thomasinus Zustignanus. *D. Thomasinus Iustinianus.*
Murus Spaldi Communis Paduæ. *Murus Spaldi Ciuitatis Paduæ.*

MCCLXXI.

Hic Potestas, & Rector. *Hic Potestas secum Cremitam, &c.*

MCCLXXIV.

Dominus Gothfredus. *D. Gothofredus.*

Domus

Digitized by Google

Domus Dei. *Domus Dei de Padua.*
Quæ valuit. *Quod valuit.*

MCCLXXVII.

Dominus Matthæus Quirinus de Venetijs. Abeſt *de Venetijs.*

MCCLXXVIII.

Dominus Marinus Valareſe. *D. Marinus Valareſo.*
Die IV. intrante Nouembri. *Die IV. Nouemb.*
Citadantiæ. *Citadinantiæ.*

MCCLXXIX.

De Auximo. *De Auximo. Hic Poteſtas Padue &c.*

MCCLXXX.

Dominus Matthæus de Corrigia &c. Variat hic Molinæus Codex, non modo in ſerie Poteſtatum, ſed etiam in rerum ordine, vſque ad annũ MCCLXXXV. hoc pacto.

Dicto anno. (id eſt MCCLXXIX.) *D. Matheus de Corigia de Parma ſupraſcriptus Poteſtas Padue. Hoc anno iuit exercitus Paduanus de menſe Maij cum ſuo Carotio ad Villam Nouã, contra Veronenſes, & ibat exercitus faciendo guaſtum vſque ad Sanctum Martinum de Bonoalbergo, & inde vſque ad Burgos Ciuitatis Veronæ. Et hoc anno D. Gerardus de Camino in Ciuem Padue fuit aſſumptus.*

MCCLXXX.

D. Henricus de Auro de Venetijs Poteſtas Paduę. Hoc anno facti fuerunt quatuor Pontes lapidei, videlicet Pons Baxanelli, Pons Graditiorum, Põs S. Mariæ de Porcilia, & Pons, qui eſt a Porta D. Guidonis de Lucio.

MCCLXXXI.

D. Vbertus de Freſcobaldis de Florentia Poteſtas Padue.

MCCLXXXII.

D. Veri de Circulis de Florentia Poteſtas Padue. Hoc anno factus fuit Pons lapideus S. Leonardi.

MCCLXXXIII.

D. Fantonus de Rubeis de Florẽtia Poteſtas Paduę. a feſto Circumciſionis vſque ad feſtum S. Petri de Iunio. Hoc anno medio in die S. Ioannis Baptiſtæ obyt Ven. Pater D. Ioannes de Forzate Epiſcopus Paduanus.

MCCLXXXIV.

Idem Dominus Fantonus Poteſtas Padue a feſto S. Petri de Iunio, vſque ad vnum annum. Hoc anno facta fuit domus, quæ eſt circa turrem Communis, vbi fiunt Conſilia Generalia. Et hoc anno circa feſtum Natiuitatis Domini omnes Carcerati carcerum maleficij extracti fuerunt de carceribus amore Dei.

MCCLXXXV.

Pons lapideus Sancti Ioannis, &c. Deeſt *Lapideus.*

MCCLXXXVI.

De Manzatoribus. *De Manzanonibus.* Forte pro de *Manzonibus.*

MCCLXXXVIII.

Inter Clericos Paduæ, & Commune Paduæ. *Inter Clericos Padue, & Commune.*

MCCLXXXIX.

Dominus Percevallis, &c. *D. Precevallis de Mandello de Mediolano, qui fuit frater ſupraſcripti D. Otholini Poteſtatis Padue.*
In ſindicatu. *Ad ſindicatum.*
Quod nec ipſe, nec aliquis. *Quod ipſe, nec aliquis de eius domo nunquam poſſit ad Ciuitatis Padue regimen peruenire.*

MCCXC.

Pax, & fraternitas. Abeſt, *Et Fraternitas.*
Dominus Bertoardus. *D. Beroaldus.*
Comes Vicentinus. *Comes Vicentiæ.*

MCCXCI.

De Seratico. *De Saratico.*
Quo ſic negotio procedente. *Quo ſic negotio permanente, & procedente.*
Publice decollati. Deeſt *Publice.*

MCCXCII.

Obizo. *Obitio.*
Et in Vicentiam ducti. *Et Vicentiam ducti.*
In ipſius Communis Campo Martio. *In ipſius Campo Martio.*

MCCXCIII.

Fratres Filij. *Fratres, & filij.*
Derelictum cum vxore, & ſuis filijs. *Derelictum ſe ipſum cum vxore, & ſuis filijs, &c.*
Qui eum minime receperunt. *Qui Bononienſes minime receperunt.* Pro. *Quem Bononienſes minime receperunt.*
Dirupta. Deiecta fuit in terram. *Dirupta, & deiecta ſunt. Et deiecta fuit in terram. &c.*
Fratalia. *Fratalea.*
Caſtaldioni. *Gaſtaldioni.*
Frataliæ. *Fratalea.*
Communantiæ fuit traditum. *Communantiæ Paduæ fuit traditum.*
Caſtaldionibus. *Gaſtaldionibus.*
Etiam in præſenti regimine. *Et in præſenti regimine.*
Attacis. *Aticis.*
Tentoria. *Temptoria.*
Circa caſtrum de Veneze. *Citra caſtrum de Veneze.*
Terras Burbulij. *Terras Burbuli,*

Digitized by Google

Et omnes alij venturi: *Et omnes venturi.*
Præsentis werræ. *Præsentis Guerræ.*
Per Antianos tali modo electis. *Per Antianos electis.*
Vtrum essent ad dictum officium idonei. *Virum ad dandum officium essent idonei.*
Pro suo salario. *Pro salario.*
Similiter tantum per sex menses ibi regere debebant,& pro suo salario &c. *Similiter pro suo salario.* Cætera desiderantur.
In prædicto millesimo facta sunt &c. *In prædicto millesimo CCXCIII. facta sunt, ac etiam prædicto Rectore manente D. Nicolaus Maurocenus Potestas Paduæ à Festo S. Petri de Iunio.*

MCCXCIV.

Dominus Nicolaus Maurocenus de Venetijs &c. In Molinæo fuit Domin. Nicolaus prædictus Potestas Paduæ anno MCCXCIII. vt apparet ex prædictis immediate ante: anno vero MCCXCIV. *Dominus Conradus de Montemagno.*
Ad festum Circumcisionis Potestas Paduæ. *Ad festum Circumcisionis Domini nostri, &c.*
Hoc regimine. *Sub hoc regimine.*
Turris vetus Communis Paduæ, quæ est prope aliam turrim ad domum Antianorum. *Turris vetus Communis Paduæ, sed non completa, quæ turris prope aliam turrim, & demum Antianorum est.* Et hæc amplius. *Hic per Paduanos mœnia Estensis Rocha, ac Cerri & Calaonis fuerunt destructa in funditus.*

MCCXCV.

Dominus Conradus de Monte Magno &c. In Molinæo hic Conradus fuit Potestas Paduæ, anno 1294. & 1295. vt constabit ex ijs, quæ ex illo codice subdentur infra.
De Iunio Potestas Paduæ. Desunt postrema verba, *Potestas Paduæ.*
Fratalia. *Fratalea.*
Castaldiones. *Gastaldiones.*
Mensis cuiuslibet. Abest. *Cuiuslibet.*
Deberet. *Deberent.*
Celebrare. *Celebrari.*
Castaldiones. *Gastaldiones.*
Super statu. *Super statum.*
Hic etiam completa fuit Turris vetus, quę est &c. *Hic completa fuit turris, quæ est &c.*
Hic facta fuit per Communé Paduæ Turris, quæ est vltra flumen Attacis in opposito Castri Baldi. In Molinæo eadem sic leguntur. *Hic facta fuit turris vltra flumen Atticis per Cõmune Paduæ ex opposito Castri Baldi. Amen.*

Quæ sequuntur habentur in solo Codice Molinæo.

MCCXCV.

DOminus Conradus de Montemagno de Pistorio Potestas Paduæ.

MCCXCV.

Item eodem millesimo CCXCV. D. Fantinus de Rubeis de Florentia.
Papa Celestinus renuntiauit Papatui, deinde Bonifatius Papa electus fuit, & carcerari fecit Celestinum Papam, qui obijt in carceribus.

MCCXCVI.

D. Conradus Nouelus de Montemagno Potestas Paduæ.

MCCXCVI.

D. Brunetus de Brunaleschis de Florentia, Potestas Paduæ.

MCCXCVII.

D. Blasius de Tholomeis de Senis Potestas Paduæ.

Eodem.

D. Franciscus de Cremonensibus de Pistorio Potestas Paduæ.
Hic Comes Guido de Monte Feltro dux bellorum ingreditur ordinem Fratrum Minorum.

MCCXCVIII.

Dom. Vngharus de Odis de Perusio Potestas Paduæ.

MCCXCVIII.

D. Bertoldus de Malpileis de Sancto Miniato Potestas Paduæ.
Hoc anno de mense Septembri in vigilia Sanctæ Mariæ Veneti victi hostiliter fuerunt a Ianuensibus in mari Adriano, in loco vbi dicitur Cruceula, & fuerunt captiuati VII. millia Venetorum, & pax facta fuit arbitrio Mafei Vicecomitis de Mediolano.

MCCXCIX.

D. Karolus de Cautis de Pistorio, Paduæ Potestas.

MCCXCIX.

Dominus Neri de Bardis de Florentia, Potestas Paduæ.

MCCC.

D. Nicolaus de Bonsegnoribus de Senis Potestas Paduæ. Hoc anno Milites, & Nobiles, & alij Iudices Paduæ, & Fratalęæ Paduæ fuerunt in astiludis, & alijs solacijs cum pulchris

Digitized by Google

duis vestibus; quas omnes donauerunt hominibus Curialibus, publicam lætitiam propter Paduæ maximam libertatem. Et dicto anno fuit in Roma magna indulgentia omnium peccatorum, propter quod Bonifatius Papa infinitum aurum congregauit.

MCCC.

Dominus Nicolaus de Circlis de Florentia Potestas Paduæ.

MCCCI.

Bertolinus de Mazis de Brixia Potestas Paduæ.

MCCCI.

Brondigus de Saxoferrato Potestas Paduæ.

Hoc anno illi de Circlis expulsi fuerunt de Florentia.

MCCCII.

Besentonus de Apignano Potestas Paduæ.

MCCCII.

Florenus de Pontecarali de Brixia Potestas Paduæ.

MCCCIII.

Dominus Marinus Badoarius de Venetijs Potestas Paduæ.

MCCCIII.

Dom. Valaresse Andreas de Venetijs. Potestas Paduæ.

Hoc anno captus fuit Bonifatius Papa per gentem Regis Franciæ tractatu, & opera illorum de Columpna. Deposuerat enim a Cardinalatu, & Petrum, & Iacobum de Columpna, qui restitutus Bonifatius propriæ libertati, & hostibus fugatis obijt Romæ. Et eodem anno electus fuit Papa Benedictus Frater Prædicatorum, natione Taruixinus, qui obijt infra annum. Et postea electus est Papa Clemens de Guasconia, qui restituit in integrum Petrum, & Iacobum de Columpna.

MCCCIV.

Rubeus de Castello Potestas Paduæ.

Dicto anno incepta fuit discordia inter Paduanos, & Venetos propter Castrum Salinarum, & Paduani ceperunt Castra Venetorum. Et deinde Veneti superuenientes cum nauibus suis, & recuperatis suis castris ceperunt Paduanos, & postea facta est pax, quod in locis contentionum nullæ fierent nouitates, donec per Arbitros eligendos per partes omnia fuerint solemniter determinata.

MCCCIV.

Montanus Marinus de Ciuitate Ianuæ Potestas Paduæ.

MCCCV.

Pax de Pacibus de Bononia Potestas Paduæ.

MCCCV.

Tarabotus de Tarabotis de Anchona Potestas Paduæ.

MCCCVI.

Poncinus de Picinardis de Cremona Potestas Paduæ.

MCCCVI.

Bassanus de Fusiraga de Laude Potestas Paduæ.

MCCCVII.

Federicus Ponzonus de Cremona Potestas Paduæ.

MCCCVII.

Vngarus de Odis de Perusio Potestas Paduæ.

MCCCVIII.

Franciscus Bonesegus de Bitonio Potestas Paduæ.

MCCCVIII.

Pinus de Bernacis de Gubio Potestas Paduæ.

Eodem anno obijt Dominus Azzo Estensis Marchio in Este, relicto Domino Francisco Fiosto, Filio naturali, expulso de Ferraria D. Francisco eius Fratre.

D. Franciscus Marchio Ecclesiam Romanam contra Nepotem naturalem suum concitauit: & tunc Rodigium dedit Communi Paduæ, & Freschus dedit Ferrariam Communi Venetiarum. Veneti autem expulsi fuerunt de Ferraria, & exercitum locauerunt in Castro Tealdo.

MCCCIX.

Manus de la Brancha de Gubio Potestas Paduæ.

MCCCIX.

Franciscus de Cremonensibus de Pistorio Potestas Paduæ.

Eodem anno, & mense Augusti Veneti expelluntur de Castro Tealdo, & Ferrarienſi districtu per Ecclesiam, vbi duo millia sepeliuntur in vna fouea, exceptis submersis in Pado.

MCCCX.

Dom. Gentilis de Filipensibus de Vrbe Veteri Potestas Paduæ.

Mense Iunij quidam nobiles Veneti voluerunt nomine Romanæ Ecclesiæ succurrere statum Venetiarum. Vnde Dominus Badoarius miles decapitatur, & Baiamonte Theopilus cum aliquibus de Cha Quirino, & alijs multis perpetuo fuerunt forbanniti. In Romana autem Ecclesia receptis a Communi Venetiarum centum mille Florenis, de Venetis

expulsis parum curans, Commune Venetiarum ab excommunicationis vinculo liberauit.

MCCCX.

Tholomeus de Tortexis de Cremona Potestas Paduæ.

Hoc tempore Padua erat in Communi statu excelso. Episcopus de Constantia intrans Paduam annuntiauit Henricum de Lucemburg electum fuisse Romanorum Regem, venturum Romam pro corona Imperij.

MCCCXI.

Dominus Albertus de Castello Potestas Paduæ.

Dicto anno Henricus Romanorum Rex coronatur in Mediolano circa Epiphaniam.

Vicentia extracta est de protectione, & dominio Paduæ per Veronenses mandato Imperatoris, die xv. mensis Aprilis.

MCCCXI.

Rodulphus de Sancto Miniato Potestas Paduæ, mense Julij. Fuit duobus Mensibus, cui successit Vicarius Imperij Gerardus de Yzola. Imperator obsedit Brixiam, & eam cepit.

MCCCXII.

Gerardo de Yzola existente Vicario Imperatoris, Padua tunc reuelauit Imperatori, & tunc mortuus est Dominus Rizardus de Camino. Vicentini fuerunt fugati in Quarrexolo, & Vicentia tunc quoque capta fuit per Paduanos, & ceperunt Burgum Marosticæ. Dominus Canis de la Scala cepit Motam.

MCCCXII.

Iacobus de Rubeis de Florentia Potestas Paduæ.

Exercitus Paduanus transiuit in Berengam, & cepit Poianam. Et facti fuerunt multi exercitus contra Vicentinos, & data fuit potestas D. Guicillo de Camino tunc eligendi potestatem Paduæ, qui elegit Bertuum de Samaritanis de Bononia.

MCCCXIII.

Bertuus de Samaritanis de Bononia Potestas Paduæ.

Dicto tempore Lucium, vbi Dominus Nicolaus dominabatur, reuellauit Communi Paduæ. Vnde Paduani equitauerunt vltra flumen Atticis contra Veronenses die primo Februarij.

Item eodem millesimo Dominus Guicellus de Camino expulsus fuit de Taruisio, & exercitus Paduæ fuit ad portas Veronæ.

Sulumanus reuelauit in castro Brazoli, & postea mortuus fuit. Et Castrum postea destructum fuit. Et Comes Goritiæ, Montagnonos, Paduanos, & Taruisinos tunc fugauit.

MCCCXIII.

Nicolutius de Carbole Potestas Paduæ.

Tunc exercitus Paduanus existens in Montebello. Illo tunc obijt Imperator Henricus, & ipso mortuo tunc electus fuit Ludouicus Ricus Dux Austriæ.

MCCCXIV.

Tinus de Rubeis de Arimino Potestas Paduæ, Iste fuit expulsus de Regimine, quia multi fuerunt confinati Ciues de Padua contra voluntatem illorum de Carraria, & huius operis Auctores fuerunt Petrus de Altichinis, & alij complices sui. Et illo tunc Ronchus, cum filijs suis fuerunt lacerati in plateis Communis.

MCCCXIV.

Ponzetus de Ponzonibus de Cremona Potestas Paduæ. Illo tunc Vicentini fugati fuerunt iuxta Fontaniuam, & tunc captus fuit Guillelmus de Beltrame, qui vulneribus obijt in carceribus de mense Septembri.

Et illo tunc Do. Canis de la Scala Paduanos, qui ceperant Burgum S. Petri, fugauit.

Et illo tunc cepit D. Iacobum de Carraria, & secum duo millia, & facta pace propter hoc cum Domino Cane, dicti Carcerati relaxati fuerunt.

MCCCXV.

Franciscus de Carbullo Potestas Paduæ.

MCCCXV.

Vgolinus de Lazaris de Bononia Potestas Paduæ.

Hoc anno Vgutio a Faxola Dux Pisarum, & Lucæ in bello Montis Catini fugauit Principem, Fratrem Regis Roberti, qui subiugauit Florentiam. Et illo tunc D. Karolus eius Filius mortuus fuit, & vnus filius Vgonis. Corpus namque Domini Petri fratris dicti Regis in cadauerum multitudine non potuit reperiri. Ipse Vgutio postea expulsus de suo dominio, & tunc Dux militiæ Dominus Canis obijt Vicentiæ.

MCCCXVI.

Merulus de Afixio Potestas Paduæ mense Ianuarij.

MCCCXVI.

Vbertus de Canzelerijs de Pistorio Potestas Paduæ mense Iunij, decapitari fecit suum Iudicem propter proditionem.

MCCCXVII.

Bernardus de Corrito de Perusio Potestas Pad.

Hoc anno Leones nati sunt Venetijs.

Opizo

MCCCXVII.

Opizo de Opizinis de Piſis Poteſtas Paduæ.

Menſe Iulij Paduani voluerunt furtiue accipere Vicentiam Domino Cani contra pacem. Paduanis vero fugatis capitur Comes Sancti Bonifatij, qui obijt propter vulnera in carceribus, quem tamen Dominus Canis in vita, & in morte ſummo honore tractauit. Eodem milleſimo nocte præcedente Sanctũ Thomam intrauit furtiue, quibuſdam proditoribus mediantibus, Montemſilicem cum auxilio Comitis Goritiæ, & deinde per vim accepit Eſtem, & data ſibi fuit Montagnana. Poteſtate tunc Raynerio de Canoſa, qui poſt duos menſes renunciauit, & tunc electus eſt Petrus de la Parte Poteſtas Paduæ.

MCCCXVIII.

Petrus de la Parte Poteſtas. Commune Taruiſij magnifice fuit in auxilium Paduanis contra Dominum Canem. Qui Dominus Canis cum ſuo exercitu tranſiuit, & poſuit exercitum ſuum in Plebatum Saci, & deinde caſtramentatus eſt iuxta pontem S. Nicolai.

Tunc Paduani cum maximo furore armorum elegerunt Capitaneum Populi Odericum de Chuchagna ſtipendiarium Paduæ. Menſe Februarij fit pax cum Domino Cane. Interuentu Domini Iacobi de Cararia redierunt extrinſeci, & quidam intrinſeci de parte Eccleſiæ fugantur.

MCCCXVIIII.

Dominus Ioannes de Cha Molino de Venetijs Poteſtas Paduæ.

In menſe Iulij die Sancti Iacobi dominium Paduæ datur D. Iacobo de Cararia.

Item de Menſe Octobri Vgutio de Faxola mandato Domini Canis quaſi furtiue habuit Taruixium, & deinde Dominus Canis obſedit Taruixium, cum quo iſti fuerunt, videlicet Domini Guicili de Camino, Artichus Aduocatus Taruixij, Guilielmus de Venico.

Eodem anno Dominus Iacobus de Cararia Thadeam eius filiam dedit in vxorem Maſtino, Nepoti dicti D. Canis.

MCCCXIX.

Dominus Marcus Gradenicus de Venetijs Poteſtas Paduæ.

Eodem anno, & menſe Iunij, propter oppreſſionem Domini Canis, datur Taruixium D. Comiti Goritiæ.

Item eodem milleſimo, die v. Auguſti, D. Canis obſedit Paduam, & fecit Caſtrum Baxanelli, & datur Citadella Domino Cani.

Item eodem Milleſimo D. Iacobus de Cararia cum conſenſu Populi dedit Paduam Comiti Goritiæ, nomine Federici Ducis Auſtriæ, qui ſe appellabat Romanorum Regem, propter infeſtationem D. Canis.

MCCCXX.

Dominus Marcus Gradenicus Poteſtas Paduæ. Die III. Menſis Ianuarij Guilricus de Valſe, vt Vicarius Domini Ducis Auſtriæ intrauit Paduam, & tunc tregua facta fuit cum D. Cane. Et dicto tempore treguæ D. Canis cepit Axolum, & Montebellunam.

MCCCXX.

Dominus Altinerius de Azonibus de Triuixio Poteſtas Paduæ vltimo Iunij. Dicto vero menſe die XIII. Baxanum datum fuit Comiti Goritiæ. Die nono Maij mortuus fuit Renaldus Scrouegnus. Item eodem Milleſimo, die iij. Iunij iuxta Eccleſiam Sanctæ Iuſtinæ Paduani extrinſeci per foueas intrauerunt furtiue de nocte intra fortalicias, qui fuerunt mortui, & ſubmerſi. Item eodem milleſimo, die XII. Iulij in feſto Sancti Hermacolæ gens Domini Canis fugata fuit per Paduanos, & capitur Simon Philippus de Piſtorio Poteſtas in clauſtro Baxanelli, & ductus eſt Paduam.

MCCCXX.

Nigiſolus de Anſoldis de Cremona Poteſtas Paduæ. Die XX. Auguſti, & die V. exeunte Auguſto, Paduani cum auxilio Comitis Goritiæ, & Ducis Auſtriæ fugarunt Dominum Canem, & ceperunt Caſtrum Baxanelli, & obſederunt Montemſilicem. Item combuſta fuit tota terra Eſtenſium per Dominum Canem. Item fit pax cum Domino Cane, & Baxanum datur Domino Cani, & ipſe reſtituit Citadellam Communi Paduæ, & Comiti Goritiæ Axolum, & Montebellunam, anno ſequenti primo die Februarij.

MCCCXXI.

Menſe Maij Gerardus della Mandella de Triuixio Poteſtas.

Menſe Septembri Padua datur Duci Carentanæ per Ducem Auſtriæ, qui ſuum Vicarium cum CC. Galeatis miſit Paduæ, ſtrenuum militem, & annorum LXXX. Dominum Conradum de Onenſtagno menſe Nouembri, qui autem volebat contra Dominum Canem recipere dominium Paduæ, & non potuit reperiri.

MCCCXXII.

Thebaldus de Caſtro Nouo de Peruſio Poteſtas Paduæ. Menſe Maij Conradus de Vigontia

cum Paduanis extrinſecis cum auxilio Domini Canis, & Marchionum reuelauit Paduæ, & in Eſtenſi Villa facta fuit magna præda, & poſtea poſuit Caſtra ſua in Vigizolo de menſe Februarij.

Item de menſe Septembri Lodouicus Rex in Campeſtri bello cæpit Federicum Ducem Auſtriç.

MCCCXXIII.

Altinerius de Azonibus de Triuixio Poteſtas Paduæ menſe Auguſti: Menſe autem Aprilis obijt Comes Agoritiæ, & poſt eiuſmodi mortem pax facta fuit inter Paduanos extrinſecus, & intrinſecus, & tunc Conradus de Vigontia venit ad mandata Communis Paduæ retento in ſe dominio Vigizoli.

MCCCXXIV.

Renaldus de Zezena Poteſtas Paduæ menſe Martij. Et eodem milleſimo, & menſe Iunij Dux Carentanæ fecit tranſitum per Triuixium, & cum Equis XV. millibus intrauit Paduam, & obſedit Montemſilicem, & cum maximo damno Paduanorum facta tregua cum Domino tunc remeauit.

MCCCXXIV.

Beraldinus de Caſemo de Triuixio Poteſtas menſe Septembri.

MCCCXXV.

Dominus Canis combuſſit Bruſaporchum menſe Ianuarij, & ipſum Bruſaporchum habuit, & cæpit, & poſuit ſuum exercitum in Conſilue, & ipſo milleſimo habuit Vigizolum.

MCCCXXV.

Pullionus de Becadellis de Bononia Poteſtas Paduæ menſe Martij.

Eodem anno menſe Iunij, Gulielmus Dente occiditur ab Vbertino de Cararia. Paulinus Dente frater dicti Gulielmi naturalis commouit ciuile bellum contra illos de Cararia, Cararienſes, qui optime pugnauerunt, tamen mortifere vulnerati Paulum Dente cum ſequacibus ſuis fugauerunt die XXII. Septembris. Pullionus cum ſua familia occiſus eſt, & tunc iura Communis Paduæ lacerantur, & latitantur ex toto.

MCCCXXV.

Coradinus de Buchis de Brixia Poteſtas menſe Octobris. Statim in ſequenti anno, & menſe Februarij Conradus de Vigontia expulſus per Ciuile bellum inuaſit turrim Churani, & ſtatim captus fuit per Nicolaum de Cararia, qui menſe Martij in palatio, ſeu platea decapitatus fuit.

MCCCXXVI.

Bonacurſus de Rugerijs de Parma, Poteſtas Paduæ. Guicili Tempeſta Aduocatus Teruixij fugit ad Anoalem, qui ante v. Iunij armata manu remeauit, & de intrinſecis mortui fuerunt .ſ. Altinerius de Azonibus & Tolbertus Calza ab Antonero de Vigontia.

MCCCXXVI.

Thebaldus de Caſtro Nouo de Peruſio Poteſtas Paduæ menſe Maij.

MCCCXXVII.

Paxius de Guſſis de Brixia, Poteſtas Paduæ de menſe Maij.

MCCCXXVII.

Nicolaus Morocenus de Venetijs, Poteſtas de menſe Nouembris anno ſequenti, & menſe Ianuarij.

Lodouicus, qui ſe appellabat Romanorum Regem, tunc rebellis Eccleſiæ Romanæ, ductu Domini Canis, & aliorum Dominorum Lombardiæ, venit Tridentum, qui menſe Maij coronatur in Mediolano per Epiſcopos Sciſmaticos, & per ſuum Antipapam coronatus fuit in Roma. Item menſe Iulij Dominus Nicolaus de Cararia exiuit Paduam ſimul cum Rizardo de Camino, & auxilio Domini Canis, & Marchionum, Eſte & Bouolente, reuelauerunt Communi Paduæ.

MCCCXXVIII.

Nicolaus Morocenus de Venetijs Poteſtas menſe Iunij fugit Veronam. Tunc electus eſt Poteſtas Paduæ Griffus de Villandros Theotonicus. Item propter infeſtationem extrinſecorum, & Theotonicorum Padua datur Domino Cani die x. Septembris. Item eodem menſe Septembri Maſtinus Nepos Domini Canis deſponſauit Dominam Thadeam filiam Domini Iacobi de Cararia.

MCCCXXVIII.

XXI. Menſis Septembris Bernardus Ranutij de Verona.

De menſe Nouembri facta fuit Curia generalis Veronæ. Dominus Maſtinus duxit D. Thadeã vxorem ſuam, & nuptiæ factæ fuerunt, & propter lætitiam nuptiarum D. Canis creauit xij. milites Paduanos, inter quos principalem fecit D. Marſilium Grandem de Cararia.

MCCCXXIX.

Bernardus de Honaris de Verona Poteſtas Paduæ. Menſe Iulij D. Canis obſedit Triuixium, & ipſum habuit, & poſt triduum obijt in Triuixio, & eodem menſe datum eſt dominium Alberto, & Maſtino de la Scala Veronæ.

Calco-

Digitized

MCCCXXIX.

Galeotus de Magis de Brixia Poteſtas Paduæ. Menſe Nouembris iſte non finito regimine ſuo, mandato Dom. Alberti de la Scala, turpiter diſceſſit.

MCCCXXX.

Baylardinus de Nogarolis Poteſtas de menſe *Aprilis*. Et menſe Iulij D. Maſtinus pugnauit cõtra Brixiam, & extra ciuitatem fere omnia caſtra cæpit.

MCCCXXXI.

Idem Dominus Baylardinus Poteſtas. Die penultimo Decembris Brixia datur Ioanni Regi Boemiæ, Filio Imperatoris Henrici, & poſtea Bergomum, & multæ aliæ Ciuitates ſe dederunt eidem, qui relicto Parmæ filio ſuo Domino Karulo in Alamaniam equitauit.

MCCCXXXII.

Menſe Maij Thadæus de Vbertis de Florentia. *Menſe* Iunij Dom. Marſilius de Carraria mandato Do. Maſtini de la Scala abſtulit Brixiam Regi Ioanni & Bergomum datum fuit Domino Azoni Vicecomiti.

MCCCXXXII.

Menſe Nouembris Petrus Delmeſa de Verona Poteſtas. Eodem menſe Nouembris Dominus Karolus filius Regis Ioannis equitauit contra exercitum Marchionum iuxta Sanctum Felicem, & ſexcentos milites cępit, cęteros fugauit, & occidit. Eodem menſe Papia reuelauit eidem Regi Ioanni.

MCCCXXXIII.

Petrus Delmeſa menſe Februarij. Circuitur Ferraria ab exercitu Eccleſiæ, & quaſi capta fuit: ſed defenſa fuit per Aduocatum Triuixij. Menſe vero Aprilis rebelles Eccleſiæ in Ferraria cõgregati poſuerunt in conflictum totum exercitum Eccleſiæ, & milites nobiles cęperunt, & maxime Comitem de Arminiato Guaſconẽ, qui ſe redemit lx. millibus Florenis. Item eodem anno, & menſe Februarij Rex Ioannes cum ſuo exercitu equitauit Parmam, volens ſe iungere cum Legato Eccleſiæ contra rebelles Eccleſiæ, quod Legatus recuſauit. Vnde Rex tranſiens per Veronam menſe Octobri equitauit Tridentum, qui tamen ſapienter iam promiſerat Dominum Karolum eius filium facere Dominum.

MCCCXXXIV.

Idem Petrus Poteſtas menſe Martij. Legatus Eccleſiæ, qui iam fuerat Bononiæ ſeptem annis, fugatur, & includitur in Caſtro, quod ędificauerat, qui cum Epiſcopo Florentiæ, & militia ſociatus exiens Caſtrum, adiuit Florentiam, & inde equitauit ad Vignonem. Item eodem anno exercitus Dominorum de la Scala, & aliorum Dominorum Lombardiæ vaſtauit confinia Parmæ, Regij, & Mutinæ. Item menſe Iulij Cremona datur Domino Azoni Vicecomiti. Item facta fuit Curia generalis D. Marſilij de Cararia, qui vxorem duxit Dominam Beatricem de Corigia.

Item Domnus Maſtinus cum validiſſimo exercitu Marchiam tranſiens obſedit, & cępit Colornium de diſtrictu Parmæ.

MCCCXXXIV.

De menſe Nouembris Federicus de Vbertis de Florentia Poteſtas Paduæ. Mortuo Ioanne Summo Pontifice de menſe Decembri, qui Lodouicum depoſuit de ſuo Imperio excommunicatum, tunc electus eſt Benedictus XII. in Papatu.

MCCCXXXV.

Menſe Martij illi de Freſcho expelluntur de Ianua, & obijt Dux Carintiæ, cui ſucceſſit filius Regis Ioannis eius Gener.

MCCCXXXV.

Menſe Maij Baylardinus de Nogarolis de Verona Poteſtas. Iterato tum maximo exercitu Domini Lombardiæ infeſtabant inimicos. Vnde menſe Iunij Nobiles de Rubeis dederunt ſe, & Parmam Dominis de la Scala. Item menſe Iulij per illos de Foiano datur Regium prædictis Dominis de la Scala, qui dederunt poſtea dictum Regium Lodouico de Gonzaga de Mantua. Item eodem menſe datur Cumũ Domino Azoni Vicecomiti de Mediolano. Item menſe Auguſti datur Laudum eidem Domino Azoni. Item menſe Nouembris Petrus de Rubeis dedit Lucam Domino Maſtino de la Scala, & propter hanc cauſam orta fuit diſcordia inter Florentinos, & Dominos de la Scala.

MCCCXXXVI.

Menſe Martij Domini de la Scala de Verona dederunt Burgum Sancti Dionini dicto Domino Azoni, ſecundum quod ei permiſerãt. Item eodem anno 1336. menſe Maij Manfredus de Pijs dedit Mutinam obſeſſam per annum Marchionibus Eſtenſibus.

MCCCXXXVI.

Dominus Baylardinus Poteſtas. Domini de la Scala eodem anno dominabantur in Marchia tota, ac Brixia, Parma, & Luca, & illo tunc facta, & ſtatus eorum cęperunt declinare primo.

Et fu-

Et fugierunt de eorũ Curia Rolandinus, Marſilius,& Petrus de Rubeis,& Pontremolum reuelauit. Item menſe Maij exercitus Dominorum de la Scala iuit contra Venetos, & ſic incępit incendium maximum guerræ contra illos de la Scala. Tunc facta fuit ſocietas per Venetos,& Florentinos, & incępit reędificatio Salinarum.

MCCCXXXVI

Menſe Iunij Dominus Baylardinus Poteſtas deſcendit de Palatio, & tunc quatuor ciues rexerunt Curiam Poteſtatis. Item eodem milleſimo, & menſe Iunij Federicus ab Equis de Verona Poteſtas. Item menſe Iulij Gerardus de Camino reuelauit, furato Opitergio, qui Gerardus captus eſt cum eodẽ Opitergio per Dominum Albertum de la Scala. Item menſe Auguſti Caminum obſeſſum datum eſt Dominis de la Scala. Item menſe Octobri Comes Collalti reuelauit Dominis de la Scala. Petrus de Rubeis iuit Venetias pugnaturus cõtra Dominos de la Scala.

MCCCXXXVI.

Menſe Octobri Veneti voluerũt furari Meſtrum, ſed dolo proditi perierunt, tamen iuſſu Dominorum de la Scala comburitur tota Villa, quãdo inde exercitus motus eſt. Eodẽ menſe Octobri Petrus Rubeus cum exercitu Florentiæ, & Venetiarum tranſiens Plauem, & Brentam Caſtra ſua poſuit Bouolente. Item menſe Nouembris Paduani in anguſtijs mortis conſtituti, pugnauerunt contra Theotonicos illorum Dominorum de la Scala, qui occiderunt 200. homines in Burgo Caudæ longæ.

Item eodem menſe Vbertinus de Cataria pugnauit contra Theotonicos illorum Dominorum in prato vallis Paduæ. Item eodem menſe Veneti cęperunt Caſtrum Salinarum. Item menſe Decembri Placentia diu obſeſſa datur Domino Azoni Vicecomiti de Mediolano. Item de menſe Ianuarij, die Iouis VIII. dicti menſis venit D. Imperator Paduæ cauſa accipiendi Coronam in Ciuitate Romæ. Item die Martis VI. menſis Decembris hora XXII. & malo tempore venit D. Imperator Paduæ cauſa eundi Romam.

Poſt

Digitized by Google

Post ea, quæ in quattuor suprascriptis Codicibus Rolandini historiæ addita reperimus, neque hæc in MS. satis antiquæ notæ, quamuis a Rolandino separatim inuenta, duximus prætermittenda.

XLVIII.

Sanctus Prosdocimus hoc anno salutis a Domini Nostri Natiuitate missus a Petro Apostolo venit Paduam, & conuertit populum Patauinum ad fidem Christi.

MCLXXXIX.

Factum fuit hoc anno nauigium, quod vadit, sen per quod nauigatur a Bassanello Montesilicé.

MCXCIV.

Inceptus fuit hoc anno Pons Omnium Sanctorum, & incepti fuerunt muri circa ciuitatem Paduę, & natus est Ecelinus Tertius.

MCCI.

Posita fuit aqua hoc anno in naurgio Montisilicis, & ceptum est nauigari in illo.

MCCV.

Acceptæ fuerũt iurisdictiones Magnatibus Paduę hoc anno, & incepta fuit via, qua itur ad Plebem Sacci.

MCCIX.

Inceptum fuit hoc anno nauigium ab Omnibus Sanctis tendens vsque ad castrum Stratæ.

MCCX.

Facta fuit hoc anno porta Turricellarum Paduę, & factus murus vsque ad Sanctum Michaelẽ.

MCCXII.

Completa fuit vsq; hoc anno, per quam itur a Ponte Curuo Plebem Sacci, & facta fuit pax inter Paduanos, & Venetos.

MCCXVII.

Facta fuerunt molendina Turicellarum, & Omnium Sanctorum, & factus hoc anno pons Carterodali.

MCCXVIII.

Inceptum fuit hoc anno Palatium Communis Paduæ, opus nobile, & magnificum, & completum anno MCCXIX.

MCCXX.

Incepta fuit Cittadella, & acceptus pro Ciue Paduæ Reu. D. Patriarcha Aquilegiæ.

MCCXXII.

Translatum fuit hoc anno Paduam Studium ex ciuitate Bononiæ, quo anno fuit vniuersalis terremotus.

MCCXXIII.

Facta fuit hoc anno Fratta districtus Ferrariensis, per quam itur ad Sanctum Bellinum.

MCCXXIV.

Facta fuit hoc anno via, qua itur a Prato vallis Buuolẽtã, & fuit in Prato vallis ludus Gigãtũ.

MCCXXVI.

Capta fuit hoc anno a Paduanis Ciuitas Vincentiæ, quo anno Paduani impetum fecerunt contra D. Bonifacium Comitem ciuem Mantuanum Potestatem Paduæ.

MCCXXX.

Exercitus Paduanus hoc anno iuit in Veronensem agrum, & captus est Portus Leniaci.

MCCXXXI.

Beatus Antonius de Padua hoc anno obijt, & extraxit de carcere Comitem Sancti Bonifacij, & alios nobiles Veronenses.

MCCXXXIII.

Vendita fuerunt hoc anno Communia Communis Paduæ, & captum fuit Rubeganum, & Mestre.

MCCXXXVI.

Imperator combuxit hoc anno Vincentiam, quo tempore incepit pessima guerra, & prædictus Imperator cum Teuthonis venit in ciuitatem Paduæ.

MCCXXXVII.

Data fuit Padua Nuncijs Imperatoris hoc anno, quo tempore exercitus Imperatoris iuit ad Turrem nouam, & homines de Mediolano fuerunt confinati.

MCCXXXVIII.

D. Marchio hoc anno armata manu venit vsque in Pratum Vallis: sed inordinate reuersus est.

MCCXLVI.

Federicus Imperator hoc anno, dum esset ad obsidionem Mediolani, priuatus fuit Imperio per D. Papam, & interfectus D. Eccelinus Potestas Veronæ.

MCCXLVIII.

Eccelinus de Romano hoc anno cepit Feltre, & ciuitatem Belluni cum magno numero Paduanorum, & Vicentinorum.

MCCLVI.

Eccelinus de Romano hoc anno cum magno exercitu fuit in Mantuano, & a Paduanis extrinsecis cum auxilio Venetorum capta fuit ciuitas Paduæ per Legatum D. Papæ. Deinde Eccelinus cum exercitu venit Paduam, & illic frustra fatigatus decessit, & iuit Veronam, & fecit detineri in carcere circa xj. millia Paduanorum, qui cum eo erant, & mori, exceptis forte C. qui aufugerunt.

Incæptus

MCCLVIII.

Inceptus fuit hoc anno murus Spaldi in ciuitate Paduæ versus S. Trinitatem, & hoc anno mortuus est Eccelinus Tertius.

MCCLX.

Mortuus est Albricus frater Eccelini cum tota familia, & incepit hoc anno factum verberationis in Paduano in Villa S. Martini.

MCCLXII.

Fuit ignis in Padua, qui combuxit stationes circa mercatum in vigilia Omnium Sanctorum, & fuit vocatus ignis de Fratre Galuiano.

MCCLXIII.

Facta fuit translatio Sancti Antonij in Octaua Paschæ, & hoc anno completus fuit murus ciuitatis ex opposito Sanctæ Agathæ.

MCCLXVI.

Castellani Vicentini dederunt sua castra Veronẽsibus. Quámobrem Vicentini, & Cõmune Vincentiæ reddiderunt se Communi Paduæ, & statim exercitus Paduanorum cepit castellũ Leonici, & hoc anno fuit factum Carrotium Communis Paduæ.

MCCLXVII.

Beatus Antonius Peregrinus obijt hoc anno. Et fuerunt hoc anno in Padua duo magni terræmotus. Et eo anno facta fuit lodia cum podiolis Communis Paduæ.

MCCLXXI.

Hoc anno depictum fuit Palatium Communis Paduę, & factæ fuerunt Beccariæ magnæ Communis Paduæ.

MCCLXXII.

Facta fuit hoc anno domus Communis Paduæ, quæ est iuxta stationes, vbi venduntur ferramenta.

MCCLXXIV.

Hoc anno fuit inuentum Instrumentum Domus Dei, & repertum tesaurum tantum auri in medaleis in certis orzijs ad summam librarũ xvi. mill. denariorum Venetorum.

MCCLXXV.

Hoc anno, Potestate Paduæ D. Ruberto de Rubertis de Regio, inglareata fuit via, qua itur Vincentiam.

MCCLXXXII.

Factæ fuerunt stationes Communis Paduæ subtus podiolum Potestatis, & factus fuit pons lapideus Bassanelli, & pons de Gradicijs, & scalæ S. Ioannis a nauibus lapideæ.

MCCLXXXIII.

Factus fuit pons lapideus S. Leonardi hoc anno, & inuenta arca nobilis Antenoris, conditoris Vrbis Paduæ cum capitello, penes S. Laurentium a porta S. Stephani.

MCCLXXXIV.

Facta fuit hoc anno camera, vbi fit maius Consilium Communis Paduæ.

MCCLXXXVI.

Factum fuit Palatium, vnde debet descendere Potestas, & hoc anno factus fuit pons S. Iohannis, & domus Ancianorum.

MCCLXXXVII.

Facta fuit porta Cameræ consilij Veteris, & destructæ fuerunt picturæ Notariorum, & quidam ex ipsis fuerunt extracti de libro forbannitorum. Et hoc anno emptæ fuerunt domus Domini Guictili à Ponte Altinato per Commune Paduæ, & destructę, & ibi factus fuit murus portæ ciuitatis. Et eo tempore positi fuerunt omnes termini in campaneis Paduæ.

MCCLXXXVIII.

Facti fuerunt pontes Thadorum, & S. Michaelis Communis Paduæ.

MCCXCII.

Hoc anno incęptum fuit, & completum Castrum Baldum, ad honorem Communis Paduæ.

MCCXCIV.

Capta fuerunt castra de Este, & de Calaone, & prostrata in terram. Et eo anno Populus Paduanus habuit Abbatiam, Lendenariam, Venece, cum tota curia Anguilariam, & Baptaleam.

MCCXCVI.

Incoepta fuit vna turris ex opposito Castribaldi vltra flumen Athesis per Commune Paduæ.

MCCXCVII.

Hoc anno inceptus fuit pons Pizonis, Potestate Paduæ D. Fantono de Rubeis de Florentia.

MCCXCVII.

Potestate D. Francisco de Cremonensibus, facta fuit Cancellaria Paduæ.

MCCC.

Factus fuit pons Omnium Sanctorum, & murus a ponte Omnium Sanctorum vsque ad rostam, Potestate Do. Nicola de Circlis de Florentia, qui fuit condemnatus per Syndicos in libris quattuor mill. & soluit bene.

Eodem. Antiani eo anno reducti fuerunt ad numerum xij . . . . eo anno reducti fuerunt ad numerum xviij.

Eodem. Hoc anno fuit discordia inter Cõmune Paduę, & Venetos propter Salinas, & exercitus Paduæ iuit ad castrum Salinarum, & tandem secutum est eodem anno concordium inter Commune Paduæ, & Venetos.

MCCCXI.

Ciuitas Vincentiæ auxilio Canis de la Scala extracta est de protectione Communis Paduæ, credentibus Vincentinis per se stare, sed remanserunt decepti.

MCCCXII.

Hoc anno Canis de la Scala bellum mouit Communi Paduæ, & fuit pessima guerra inter Commune Paduæ, Commune Vincentiæ, & Canẽ, quæ diu durauit, cum destructione infinitarũ

Villa-

by Google

villarum,& caſtrorum,& ſtrage hominum Paduanorum, Vicentinorum,& Veronenſium.

MCCCXII.

D. Nicolaus de Lucio rebellauit Cõmuni Paduæ, & dedit caſtrũ Lucij Cani de la Scala. Ex quo combuſta fuit tota Pedeuenda,& etiam magna pars diſtrictus Veronæ per Commune Paduæ.

MCCCXIII.

D. Sulimanus de Bragolo, qui tenebat caſtrum Bragoli rebellauit Communi Paduę,& fuit interfectus,& Paduani voluntarie habuerunt caſtrum,quod ſtatim ſolo æquarunt. Deinde cũ nauibus copertis iuerunt cauſa accipiendi caſtrum Lucij, & tandem dato hoſtibus conflictu, Canis comburi fecit caſtrum Lucij, & inde omnes receſſerunt.

Eodem hoc anno Imperator Henricus obijt, & Paduani nouis veſtimentis ſe induerunt, cum ſolemni gaudio.

MCCCXIV.

Exercitus Paduanorum iuit contra Vincentiam, & per tractatum Paduani habuerunt burgos,& ibi poſuerunt campum. Sed Canis de la Scala, facto repentino impetu Paduanos in fugam cõuertit,& captus fuit D. Iacobus de Carraria cũ multis alijs, & coacti fuerũt Paduani facere pacem cum Cane, datis ſibi in vita Monteſilice, Eſte, Montagnana, Caſtro Baldo,& Baſſiano.

MCCCXVIII.

D. Comes Vinciguerra de S. Bonifacio, cum Vincentinis patria pulſis, & cum gentibus Paduanorum occulte nocturno tempore iuerunt ad portam Berenge,quæ per tractatum quorundã ciuium Vicentinorum debebat eis tradi, vt occuparent Vincentiã: Sed Canis de la Scala præuiſus præuenit eos,& aperta porta irruit in Paduanos,& eos profligauit, & captus fuit dictus Comes Vinciguerra, & carceratus cum alijs viij. cent. hominibus,qui Comes deceſſit in die S. Antonij apud hoſtes.

MCCCXIX.

Accepta fuit ciuitas Ferrariæ de manibus Tyrannorum per populum Ferrariæ,cum auxilio D. Raynaldi de Vo, D. Macharuphi de Macharuphis, D. Marſilij de Polaphriſana, & multorũ Paduanorum,& poſita fuit in poteſtate, & fortia Dominorum Raynaldi, Azonis, Obizonis, & Bertoldi Marchionum.

MCCCXX.

Gentes Canis de la Scala tranſacto flumine verſus Villam de Ronchagietis, multa damna intulerunt in diſtrictũ Plebis Sacci,& maiora intuliſſent diſcurrẽdo verſus Clodiam, niſi diſpoſitis præſidijs obſtitiſſent D. Pantaleo,& Duſius de Buzacarinis, deputati pro Capitaneis ad cuſtodiam locorum verſus Clodiam. Paulus Dente ad vadum Corozole, Zambonus Polifrixa ad vadum Monacarũ S. Laurentij de Venetijs, D. Ioannes de Campo S. Petri ad vadum de Hſola de . . . . & Franciſcus Macharuffus ad Bouolentam. Tandem pax facta cum Cane his cõditionibus, vt haberet terram Montisſilicis, Mõtagnanæ, & Caſtri Baldi in vita ſua.

Eodem. eo anno in Conſilio Maiori Communis Paduæ electus fuit Capitaneus Generalis Populi Paduani D. Iacobus de Carraria per omnes Magnates,& Populares in feſto S. Iacobi, die Martis 7. exeunte Iulio.

MCCCXXI.

Dati fuerunt Confalones,& Banderiæ Populi, & Fratalearum Paduæ ſuper Palatio in die S. Nicolai vltra D. Iacobo Capitaneo, & in Vigilia S. Luciæ natus eſt ei filius vocatus Milion, & baptizatus in Eccleſia Sancti Martini. Et Gaſtaldiones fratalearum tenuerunt illum ad baptiſma,qui puer pauco tempore vixit.

Eodem. Canis de la Scala, cum magno exercitu, eodem anno venit circa Paduã,& accepit aquã a ponte Baſſanelli,& occupauit totum circuitũ Paduę,exceptis Baſſiano,& Citadella,& caſtro Pendicis,quam habuit poſtea in vigilia Omniũ Sanctorum,& cũ illo erant D. Nicolaus de Lucio, Macharonus de Macharuffis, Coradus de Viguntia, Marcus de Forzate, Proſdocimus de Caliginis, Beccardinus cum Tranſelgardo Lazaro, Philippo,& Brunaxo,& Reulpho, & cum alijs de Malicijs, Franciſcus Polarfirxana, Laurentius de Terrarſa, Vgutio de la Faxola, cum multis alijs,& fuit publicata condemnatio rebellium in Palatio die Veneris xvj. Nouembr. ante tertiam.

MCCCXXII.

D. Odoricus de Gualſe Theutonicus ignarus literarum,& linguæ latinæ venit Paduam, Vicarius D. Henrici Principis Auſtriæ, Regis Romanorum,cum magna quantitate militum, & cum maximo honore conductus ad palatium, & ſibi delato iuramento per Ancianos in forma, lecto per Sacherum Campagnolæ Notarium de bono Regimine faciendo, cum pactis regiſtratis in Cancellaria, ſubito D. Iacobus de Carraria Capitaneus Populi Paduani, renunciauit dictæ Capitanariæ,& ei tradidit Confalones. Demum habito colloquio cum Cane de la Scala facta fuit treuga vſq; ad dimidiam Quadrageſimæ.

MCCCXXII.

Eodem anno Canis de la Scala cum exercitu eũ inuaſit ciuitatem Paduæ, & aſcendit Spaldos poſt Monaſterium Sanctæ Iuſtinæ interfectis cuſtodibus. Sed tandem per Paduanos turpiter

ejectus,

eiectus,fugatusque fuit cum multa ſuorum cęde & ſanguine. Inter quos XVI. ex eis reperti mortui,& ducti fuerunt in ciuitatem, & trainati ad cathenam communis.

MCCCXXII.

Eodemque anno conſtruente Cane vnam motã, vt ibi ædificaret turrem extra Pontem curuum, vt obſideret ciuitatem Paduæ, Paduani vna cũ D.Iacobo de Carraria exeuntes extra portam facto impetu in hoſtes explanauerũt dictã motam verſis militibus Canis in fugam, pluribus interemptis, & quaſi omnes eius milites capti ſunt in eo prælio. Et quia D.Almericus de Azonibus de Taruiſio, Poteſtas tunc Paduæ, in eo prælio optime ſe geſſit,& fuit primus,qui tranſiuit foſſam magnam, & vulnerauit D. Thiſonem de S.Angelo hoſtem, ex illa cauſa factus fuit ciuis Communis Paduę,& de maiori Conſilio,& fuit ſculptus in vno magno lapide poſito in muro domus Poteſtatis Communis ſupra ſtationes, vbi venduntur ferramenta ſupra plateam, & donata ſibi vna domus per Commune Paduæ,& vna poſſeſſio,quæ fuerat Frãcisci D.Ziliæ de Sangonarijs.

Eodem anno captum fuit caſtrum Muſſolenti, in quo erat D. Derzanus de Baſſiano rebellis Cõmunis Paduæ, & conductus, & decapitatus in Baſſiano.Et captum fuit Caſtrũ Baſſanelli per Paduanos,& multi hoſtium occiſi ſunt, multi etiam in aqua ſuffocati.Et eo die factũ eſt cruẽtum certamen cum D.Cane de la Scala,qui cũ multitudine armatorum venerat in auxilium ſuorum, & demum conuerſus in fugam,multis ſuorum interemptis aufugit verſus Montemſilicem,& captus fuiſſet, niſi obuiaſſet Franciſco de Rocca ad molendina Baptaleæ, qui ſibi dedit vnam bonam equam,quæ fuit cauſa ſuæ ſalutis. Capti fuerũt ex hoſtibus pluſquam DC. homines,inter quos fuit D. Macharuffus,& conductus,& interemptus in domo D. Vbertinelli de Carraria,& die Dominico ſexto exeunte Octobri, facta fuit pax inter dictas partes.

MCCCXXII.

Captus fuit in Vigilia S. Michaelis Dux Auſtriæ cum Hẽrico fratre per Ducem Baiueriæ,& Regem Romanorum,& carcerati cum magno nũmero ſuorum militum.

MCCCXXII.

Rebelles cum multis inimicis Communis Paduę, cęperunt terram Eſte,& villam Arquadæ per vim,& eo anno ciuitas Mediolani accepta fuit de manu D.Galeatij,& Fratrum per Populum dictæ ciuitatis cum auxilio Do. Raymundi Vicarij D.Papæ,& paruo tempore poſt dicti Fratres, vt antea,tenuerunt dictam ciuitatem.

MCCCXXIII.

Die 19. Maij in Villa Tencharolæ facta fuit pax inter Commune Paduæ, & ſuos rebelles cum maxima lætitia.

MCCCXXIV.

Die Dominico octauo Ianuarij S. Thomas de Aquino Ordinis Prædicatorum fuit canonizatus per Summum Pontificem in Ciuitate de Auinione.

Eo anno D.Corradus de Ofraſtagno,& D. Henricus de Carẽtana,cum multis militibus venerunt ex Taruiſio ad locum Cittadellæ, deinde ad villam Cortaroduli,& ibi manſerunt plures dies,poſtea venerunt Paduam, deinde ad terrã Montisſilicis cum populo Paduano, quæ tunc detinebatur per D. Canem. Qui D. Corradus, & Henricus corrupti a Cane,nullum ei intulerunt damnum; ſed ſolum damna intulerunt Communi Paduæ,populando villas, & fruges deuaſtando,ſpoliando homines, & mulieres vſque ad nudam carnem, immemores honoris, & fidei,& quantitatis auri,& argenti habiti pluribus annis a Communi Paduæ facto paupere. Et tanquam mendaces,& proditores Communis Paduæ,& S. R.E. receſſerũt ab obſidione Montisſilicis,& venerunt Paduam. Deinde retepto auro; & argento, quod congregatum erat Venetijs,deſceſſerunt,damna ſemper Communi Paduæ,& Villis inferendo.

Eo anno die 23. Nouembris obijt D. Iacobus de Carraria,cuius cadauer portatum, & ſepultum eſt in Villa Carrariæ.

MCCCXXV.

Die Veneris,exeunte Ianuario fuit magnus ignis in cõtrata Sancti Vrbani,& paucis diebus poſt combuſtum eſt monaſterium Arcellæ cum toto dormitorio de nocte, & combuſtæ fuerunt infinitæ Villæ Paduani diſtrictus per Canem de la Scala, & maxime in Plebatu Sacci, Inſulæ,Conſiluarum,& Maſeradæ.

Eo anno mortuus fuit gladio D. Polionus de Bicaelis de Bononia Poteſtas Paduæ, & Capitaneus ſuorum baroderiorum ſuper domo Communis,eo quia poſuerat in banno D. Vbertinũ de Carraria,& Tartarum de Lendinaria occaſione mortis D.Gulielmi Dente; mortuus inſuper fuit gladio Mareſcalchus Teutonicorum inſimul cum quadam gentili domina ſorore D. Obizi de Carraria, quos ambos D. Obizo interfecit in domo dictæ Dominæ, & etiam eſt vna ſua Domicella inuenta cum vno ſocio dicti Mareſchalchi.

FINIS.

INDEX NOMINVM, ET FAMILIARVM.

A

de Abano. Manfredus Riccus lib. 1. c. 1. Caccilia. ibidem, & c. 2. 3. 4.
Abbas quidam Sanctæ Luciæ primo deinde Sancti Felicis de Vicentia. lib. 9. c. 5.
de Aacodello. Albertus Iudex. lib. 6. c. 8.
Adam. lib. 12. c. 7.
Aduocati. Vgolinus Milef. lib. 1. c. 6. Aue dutus lib. 4. c. 6. 11. 13. lib. 5. c. 4. Aduocatus lib. 10. c. 9.
Aeneas lib. 12. c. 1.
Agnus Magister in Physica in studio Paduano lib. 12. c. 19.
de Agordo Aynardus lib. 8. c. 9.
Alberti, vel Anberti. Simeon lib. 6. c. 16. lib. 7. c. 11.
Albertinus, frater ordinis minorum lib. 7. c. 3.
Albertus Episcopus Tarusij. lib. 12. c. 12.
Albianus Florensis 1. Florentinus 1. Potestas Paduæ lib. 1. c. 13.
de Alcherio. Philippus, Henricus, Albertus, Alcherius lib. 6. c. 16. Henricus lib. 7. c. 11.
de Aldreuando. Albertus, Leonardus. lib. 6. c. 16.
Alemannorum ordinis Magister, siue præceptor. lib. 7. c. 6. 9.
Alexius Iudex Potestatis Paduæ lib. 1. c. 4.
de Alexio. Antonius Iudex, Vgucionus, Alexius, Iacobus Iudex. lib. 6. c. 16.
de Almeruda. Matthæus Iud. Vgucio lib. 6. c. 2.
de Andito Iacobus potestas Paduæ lib. 1. c. 10.
de S. Andrea. Iacobus Miles. lib. 4. c. 12.
de Anoale. lib. 3. c. 6. Nicolaus lib. 5. c. 15. Aduocatus. & Guido lib. 6. c. 14.
Anonymi quidam insigniores. Miles quidam de maioribus Paduæ decapitatus in foro. lib 4. c. 15. Nobilis Clericus de Maioribus Canonicæ Paduæ combustus in Prato Vallis ibidem. Miles quidam Tarusinus lib. 4. c. 11. Miles alius Tarusinus potestas Castri franchi. lib. 5. c. 16.
Antenor. lib. 12. c. 1.
Antoniacius, siue Bonacordus Antoniacius de Plebe Sacci. lib. 7. c. 1.
Antonius, Lazareni Notarij filius. lib. 7. c. 3.
S. Antonius Vlisipponensis lib. 2. c. 19 lib. 3. c. 5.
Apicacaure lib. 8. cap. 13. lib. 9. c. 6.
Aquileiensis Patriarcha Vide Patriarcha.
Araldus de Montefelice. lib. 7. c. 5.
de Ardengis Antonius cognomento Brosina. Lemizus lib. 9. c. 8. 9.
Arditonus de Vercellis Potestas Paduæ lib. 3. c. 7.
Aregle. Miles quidam qui dicebatur Aregle. lib. 9. cap. 9.
de Arena. Tomasius Iudex Militaris, Potestas Bassani. lib. 12. c. 11.
de Areolda, Vitalianus lib. 10. c. 7.
de Aribertо, vel de Alberto. Simeon. lib. 6. cap. 16. lib. 7. c. 15.
Arnaldus Abbas Sanctæ Iustinæ lib. 4. c. 5.
Athila. lib. 9. c. 1. 2.
Augustus lib. 12. c. 1.

B

Baduarij. Stephanus Potestas Paduæ. lib. 2. c. 9. 10. 11. 12. 16. 17. 18. lib. 3. c. 1. 4. 5. Marinus Potestas Paduæ. lib. 3. c. 11. 16. Stephanus Potestas Ferrariæ lib. 5. c. 1. Marcus. lib. 8. c. 1. 7. 8. 9. Stephanus lib. 11. c. 1. Ioannes eius filius Potestas Paduæ lib. 11. cap. 1. 5. 6. Marcus Potestas Tarusij lib. 12. c. 12.
de Balegante. Gumbertinus. lib. 4. c. 11.
de Baone, Albertus lib. 1. cap. 3. Palma Nouella. ibidem. Albertus lib. 1. cap. 11. 15. Comitissa Daria lib. 2. c. 2. lib. 6. c. 12.
de Baratis. Vide de Offreducijs.
de Baronibus. Berardus Potestas Paduæ libro 2. cap. 1.
Basalupus Mediolanensis lib. 5. c. 22.
Bauosi, Ioannes Notarius lib. 7. c. 11.
de Bellegrassis lib. 6. c. 8 16.
de Belludis lib. 7. cap. 10. Figura, Bondi, Coxetta. Belludus. ibid. Figura lib. 7. c. 11.
De Berrica. Tholbertus lib. 8. c. 10. Longinus lib. 9. c. 9. Gerardus Iudex ibid.
Berta Regina lib. 9. cap. 2.
Bertoldus Patriarcha Aquileiensis lib. 2. c. 1. Vide Patriarcha Aquileiensis.
Bertramus Iudex de Padua lib. 6. c. 6.
Bizza Miles de Padua lib. 8. c. 3. lib. 9. c. 9.
Bonacordus de Plebe lib. 7. c. 1. c. 11.
Bonacursius Miles Tarusinus. lib. 2. c. 14.
Bonacursus de Fonzae lib. 4. c. 3.
de Bonaldis. Thomasius, siue Thomasinus, siue Borrachus Thomasius. lib. 7. c. 1.
Bonauentura de Pergamo Iudex Potestatis. lib. 5. c. 12. Vide Caranzones.
Boncompagnus Florentinus lib. 10. c. 4.
de Bonello. Raynerius Iudex. lib. 5. c. 9. lib. 6. c. 8.
Boni. Vide Capa.
Boni, Matthæus lib. 2. c. 10. 11.
de Bonicis. Zordanus, Petrus. Gilla. lib. 5. c. 19.
de Sancto Bonifacio. Rizzardus, Cunizza. lib. 1. cap. 3. Bonifacius lib. 1. c. 11. Rizzardus lib. 2. c. 4. 8. lib. 3. c. 3. 5. 9. lib. 4. c. 4. Leonisius, siue Leonius ibidem. Rizzardus lib. 4. c. 13. lib. 5. c. 1. 8. Leonisius lib. 5. cap. 11. 12. Rizzardus lib. 5. c. 21. lib. 6. c. 2. lib. 10. c. 5. lib. 11. c. 10.
de Bonuadeo. Iacobinus Iudex. lib. 5. c. 18.
Bonius Miles de Tarusio lib. 1. c. 3.
Bonsemblante vir fortissimus lib. 10. c. 6. 9.
Borracus, seu Borracus lib. 7. c. 1.
de Borsellis. Vide Gataroli.
Boracij. Vide de Rogatis.
Bottracus. Vide Botracus.
Branzuza. Henricus. & eius filia. & filius libro 7. cap. 3.
Brenno lib. 5. cap. 13.
Briscus lib. 6. c. 16. 17.
Brixa. Vide Bruxa.
Brizafollus Notarius lib. 7. c. 7.
Bronzetta. Patauinus lib. 5. c. 18.
Brosima. Vide de Ardengis.
Bruxa, siue Brixa lib. 8. c. 10. lib. 9. c. 7.
de Burgo Turriscllarum, vide Menzella.
de Burzigana. Guidottus.
de Buuolenta. Vide Raiba.

C

Caceta filius Galinarij. lib. 7. c. 12.
de Camino. lib. 1. c. 1. lib. 3. c. 8. Biaquinus, & Guecili. lib. 4. c. 11. Biaquinus lib. 5. c. 21. 23. lib. 10. c. 4. 5. 9.
de Campo Sancti Petri Mi. 1. c. 1. Tisolinus, Gerardus, Tiso Nouellus lib. 1. cap. 1. 2. Gerardus lib. 1. cap. 4.

Et omnes alij venturi: *Et omnes venturi.*
Præsentis Werræ. *Præsentis Guerræ.*
Per Antianos tali modo electis. *Per Antianos electis.*
Vtrum essent ad dictum officium idonei. *Virum ad dandum officium essent idonei.*
Pro suo salario. *Pro salario.*
Similiter tantum per sex menses ibi regere debebant,& pro suo salario &c. *Similiter pro suo salario.* Cætera desiderantur.
In prædicto millesimo facta sunt &c. *In prædicto millesimo CCXCIII. facta sunt,ac etiam prædicto Rectore manente D. Nicolaus Maurocenus Potestas Paduæ à Festo S.Petri de Iunio.*

MCCXCIV.

Dominus Nicolaus Maurocenus de Venetijs &c. In Molinæo fuit Domin. Nicolaus prædictus Potestas Paduæ anno MCCXCIII. vt apparet ex prædictis immediate ante: anno vero MCCXCIV. *Dominus Conradus de Montemagno.*
Ad festum Circumcisionis Potestas Paduæ. *Ad festum Circumcisionis Domini nostri,&c.*
Hoc regimine. *Sub hoc regimine.*
Turris vetus Communis Paduæ, quæ est prope aliam turrim ad domum Antianorum. *Turris vetus Communis Paduæ, sed non completa, quæ turris prope aliam turrim, & domum Antianorum est.* Et hæc amplius. *Hic per Paduanos menia Esiensis Rocha,ac Cerri & Calaonis fuerunt destructa in funditus.*

MCCXCV.

Dominus Conradus de Monte Magno &c. In Molinæo hic Conradus fuit Potestas Paduæ, anno 1294.& 1295. vt constabit ex ijs, quæ ex illo codice subdentur infra.
De Iunio Potestas Paduæ. Desunt postrema verba,*Potestas Paduæ.*
Fratalia. *Fratalea.*
Castaldiones. *Gastaldiones.*
Mensis cuiuslibet. Abest. *Cuiuslibet.*
Deberet. *Deberent.*
Celebrare. *Celebrari.*
Castaldiones. *Gastaldiones.*
Super statu. *Super statum.*
Hic etiam completa fuit Turris vetus,quę est &c. *Hic completa fuit turris,quæ est &c.*
Hic facta fuit per Communé Paduæ Turris, quæ est vltra flumen Attacis in opposito Castri Baldi. In Molinæo eadem sic leguntur. *Hic facta fuit turris vltra flumen Atticis per Cõmune Paduæ ex opposito Castri Baldi. Amen.*

Quæ sequuntur habentur in solo Codice Molinæo.

MCCXCV.

DOminus Conradus de Montemagno de Pistorio Potestas Paduæ.

MCCXCV.

Item eodem millesimo CCXCV. D.Fantinus de Rubeis de Florentia.
Papa Celestinus renuntiauit Papatui, deinde Bonifatius Papa electus fuit, & carcerari fecit Celestinum Papam, qui obijt in carceribus.

MCCXCVI.

D. Conradus Nouelus de Montemagno Potestas Paduæ.

MCCXCVI.

D.Brunetus de Brunaleschis de Florentia, Potestas Paduæ.

MCCXCVII.

D. Blasius de Tholomeis de Senis Potestas Paduæ.

Eodem.

D. Franciscus de Cremonensibus de Pistorio Potestas Paduæ.
Hic Comes Guido de Monte Feltro dux bellorum ingreditur ordinem Fratrum Minorum.

MCCXCVIII.

Dom. Vngharus de Odis de Perusio Potestas Paduæ.

MCCXCVIII.

D. Bertoldus de Malpileis de Sancto Miniato Potestas Paduæ.
Hoc anno de mense Septembri in vigilia Sanctæ Mariæ Veneti victi hostiliter fuerunt a Ianuensibus in mari Adriano, in loco vbi dicitur Cruculа, & fuerunt captiuati VII. millia Venetorum,& pax facta fuit arbitrio Mafei Vicecomitis de Mediolano.

MCCXCIX.

D. Karolus de Cautis de Pistorio, Paduæ Potestas.

MCCXCIX.

Dominus Neri de Bardis de Florentîa, Potestas Paduæ.

MCCC.

D.Nicolaus de Bonsegnoribus de Senis Potestas Paduæ. Hoc anno Milites, & Nobiles, & alij Iudices Paduæ, & Frataleæ Paduæ fuerunt in astiludis, & alijs solacijs cum pulchris

Digitized by Google

chis vestibus; quas omnes donauerunt hominibus Curialibus, publicam lætitiam propter Paduæ maximam libertatem. Et dicto anno fuit in Roma magna indulgentia omnium peccatorum, propter quod Bonifatius Papa infinitum aurum congregauit.

MCCC.

Dominus Nicolaus de Circlis de Florentia Potestas Paduæ.

MCCCI.

Bertolinus de Mazis de Brixia Potestas Paduæ.

MCCCI.

Brondigus de Saxoferrato Potestas Paduæ.
Hoc anno illi de Circlis expulsi fuerunt de Florentia.

MCCCII.

Besentonus de Apignano Potestas Paduæ.

MCCCII.

Florenus de Pontecarali de Brixia Potestas Paduæ.

MCCCIII.

Dominus Marinus Badoarius de Venetijs Potestas Paduæ.

MCCCIII.

Dom. Valaresse Andreas de Venetijs. Potestas Paduæ.
Hoc anno captus fuit Bonifatius Papa per gentem Regis Franciæ tractatu, & opera illorum de Columpna. Depositerat enim a Cardinalatu, & Petrum, & Iacobum de Columpna, qui restitutus Bonifatius propriæ libertati, & hostibus fugatis obijt Romæ. Et eodem anno electus fuit Papa Benedictus Frater Prædicatorum, natione Tarusinus, qui obijt infra annum. Et postea electus est Papa Clemens de Guasconia, qui restituit in integrum Petrum, & Iacobum de Columpna.

MCCCIV.

Rubeus de Castello Potestas Paduæ.
Dicto anno incepta fuit discordia inter Paduanos, & Venetos propter Castrum Salinarum, & Paduani ceperunt Castra Venetorum. Et deinde Veneti superuenientes cum nauibus suis, & recuperatis suis castris ceperunt Paduanos, & postea facta est pax, quod in locis contentionum nullæ fierent nouitates, donec per Arbitros eligendos per partes omnia fuerint solemniter determinata.

MCCCIV.

Mobtanus Marinus de Ciuitate Ianuæ Potestas Paduæ.

MCCCV.

Pax de Pacibus de Bononia Potestas Paduæ.

MCCCV.

Tarabotus de Tarabotis de Anchona Potestas Paduæ.

MCCCVI.

Poncinus de Picinardis de Cremona Potestas Paduæ.

MCCCVI.

Bassanus de Fusiraga de Laude Potestas Paduæ.

MCCCVII.

Federicus Ponzonus de Cremona Potestas Paduæ.

MCCCVII.

Vngarus de Odis de Perusio Potestas Paduæ.

MCCCVIII.

Franciscus Bonesegus de Bitonio Potestas Paduæ.

MCCCVIII.

Pinus de Bernacis de Gubio Potestas Paduæ.
Eodem anno obijt Dominus Azzo Estensis Marchio in Este, relicto Domino Francisco Fiosto, Filio naturali, expulso de Ferraria D. Francisco eius Fratre.
D. Franciscus Marchio Ecclesiam Romanam contra Nepotem naturalem suum concitauit: & tunc Rodigium dedit Communi Paduæ, & Freschus dedit Ferrariam Communi Venetiarum. Veneti autem expulsi fuerunt de Ferraria, & exercitum locauerunt in Castro Tealdo.

MCCCIX.

Manus de la Brancha de Gubio Potestas Paduæ.

MCCCIX.

Franciscus de Cremonensibus de Pistorio Potestas Paduæ.
Eodem anno, & mense Augusti Veneti expelluntur de Castro Tealdo, & Ferrarienſi districtu per Ecclesiam, vbi duo millia sepeliuntur in vna fouea, exceptis submersis in Pado.

MCCCX.

Dom. Gentilis de Filipensibus de Vrbe Veteri Potestas Paduæ.
Mense Iunij quidam nobiles Veneti voluerunt nomine Romanæ Ecclesiæ succurrere statum Venetiarum. Vnde Dominus Badoarius miles decapitatur, & Baiamonte Theopilus cum aliquibus de Cha Quirino, & alijs multis perpetuo fuerunt forbanniti. In Romana autem Ecclesia receptis a Communi Venetiarum centum mille Florenis, de Venetis

Digitized by Google

expulsis parum curans, Commune Venetiarum ab excommunicationis vinculo liberauit.

MCCCX.

Tholomeus de Tortexis de Cremona Poteſtas Paduæ.

Hoc tempore Padua erat in Communi ſtatu excelſo. Epiſcopus de Conſtantia intrans Paduam annuntiauit Henricum de Luccmburg electum fuiſſe Romanorum Regem, venturum Romam pro corona Imperij.

MCCCXI.

Dominus Albertus de Caſtello Poteſtas Paduæ.

Dicto anno Henricus Romanorum Rex coronatur in Mediolano circa Epiphaniam.

Vicentia extracta eſt de protectione, & dominio Paduæ per Veronenſes mandato Imperatoris, die xv. menſis Aprilis.

MCCCXI.

Rodulphus de Sancto Miniato Poteſtas Paduæ, menſe Iulij. Fuit duobus Menſibus, cui ſucceſſit Vicarius Imperij Gerardus de Yzola. Imperator obſedit Brixiam, & eam cepit.

MCCCXII.

Gerardo de Yzola exiſtente Vicario Imperatoris, Padua tunc reuelauit Imperatori, & tunc mortuus eſt Dominus Rizardus de Camino. Vicentini fuerunt fugati in Quarexolo, & Vicentia tunc quoque capta fuit per Paduanos, & ceperunt Burgum Maroſticæ. Dominus Canis de la Scala cepit Motam.

MCCCXII.

Iacobus de Rubeis de Florentia Poteſtas Paduæ.

Exercitus Paduanus tranſiuit in Berengam, & cepit Poianam. Et facti fuerunt multi exercitus contra Vicentinos, & data fuit poteſtas D. Guicillo de Camino tunc eligendi poteſtatem Paduæ, qui elegit Bertuum de Samaritanis de Bononia.

MCCCXIII.

Bertuus de Samaritanis de Bononia Poteſtas Paduæ.

Dicto tempore Lutium, vbi Dominus Nicolaus dominabatur, reuellauit Comitatum Paduæ. Vnde Paduani equitauerunt vltra flumen Atticis contra Veronenſes die primo Februarij.

Item eodem milleſimo Dominus Guicellus de Camino expulſus fuit de Taruiſio, & exercitus Paduæ fuit ad portas Veronæ.

Sulumanus reuelauit in caſtro Bruzoli, & poſtea mortuus fuit. Et Caſtrum poſtea deſtructum fuit. Et Comes Goritiæ, Montagnonol, Paduanos, & Taruiſinos tunc fugauit.

MCCCXIII.

Nicolutius de Carbole Poteſtas Paduæ.

Tunc exercitus Paduanus exiſtens in Montebello. Illo tunc obijt Imperator Henricus, & ipſo mortuo tunc electus fuit Ludouicus Ricus Dux Auſtriæ.

MCCCXIV.

Tinus de Rubeis de Arimino Poteſtas Paduæ, Iſte fuit expulſus de Regimine, quia multi fuerunt confinati Ciues de Padua contra voluntatem illorum de Carraria, & huius operis Auctores fuerunt Petrus de Altichinis, & alij complices fui. Et illo tunc Ronchus, cum filijs ſuis fuerunt lacerati in plateis Communis.

MCCCXIV.

Ponzetus de Ponzonibus de Cremona Poteſtas Paduæ. Illo tunc Vicentini fugati fuerunt iuxta Fontaniam, & tunc captus fuit Guilelmus de Beltrame, qui vulneribus obijt in carceribus de menſe Septembri.

Et illo tunc Do. Canis de la Scala Paduanos, qui ceperant Burgum S. Petri, fugauit.

Et illo tunc cepit D. Iacobum de Carraria, & ſecum duo millia, & facta pace propter hoc cum Domino Cane, dicti Carcerati relaxati fuerunt.

MCCCXV.

Franciſcus de Carbullo Poteſtas Paduæ.

MCCCXV.

Vgolinus de Lazaris de Bononia Poteſtas Paduæ.

Hoc anno Vgutio a Faxola Dux Piſarum, & Lucæ in bello Montis Catini fugauit Principem, Fratrem Regis Roberti, qui ſubiugauit Florentiam. Et illo tunc D. Karolus eius Filius mortuus fuit, & vnus filius Vgonis. Corpus namque Domini Petri fratris dicti Regis in cadauerum multitudine non potuit reperiri. Ipſe Vgutio poſtea expulſus de ſuo dominio, & tunc Dux militiæ Dominus Canis obijt Vicentiæ.

MCCCXVI.

Merulus de Aſtxio Poteſtas Paduæ menſe Ianuarij.

MCCCXVI.

Vbertus de Canzelerijs de Piſtorio Poteſtas Paduæ menſe Iunij, decapitari fecit ſuum Iudicem propter prodicionem.

MCCCXVII.

Bernardus de Corriuo de Perufio Poteſtas Pad.

Hoc anno Leones nati ſunt Venetijs.

Opizo

MCCCXVII.

Opizo de Opizinis de Pisis Potestas Paduæ.

Mense Iulij Paduani voluerunt furtiue accipere Vicentiam Domino Cani contra pacem. Paduanis vero fugatis capitur Comes Sancti Bonifatij, qui obijt propter vulnera in carceribus, quem tamen Dominus Canis in vita, & in morte summo honore tractauit. Eodem millesimo nocte præcedente Sanctũ Thomam intrauit furtiue, quibusdam proditoribus mediantibus, Montemsilicem cum auxilio Comitis Goritiæ, & deinde per vim accepit Estem, & data sibi fuit Montagnana. Potestate tunc Raynerio de Canosa, qui post duos menses renunciauit, & tunc electus est Petrus de la Parte Potestas Paduæ.

MCCCXVIII.

Petrus de la Parte Potestas. Commune Tarui-sij magnifice fuit in auxilium Paduanis contra Dominum Canem. Qui Dominus Canis cum suo exercitu transiuit, & posuit exercitum suum in Plebatum Saci, & deinde castramentatus est iuxta pontem S. Nicolai.

Tunc Paduani cum maximo furore armorum elegerunt Capitaneum Populi Odericum de Chuchagna stipendiarium Paduæ. Mense Februarij fit pax cum Domino Cane. Interuentu Domini Iacobi de Cararia redierunt extrinseci, & quidam intrinseci de parte Ecclesiæ fugantur.

MCCCXVIIII.

Dominus Ioannes de Cha Molino de Venetijs Potestas Paduæ.

In mense Iulij die Sancti Iacobi dominium Paduæ datur D. Iacobo de Cararia.

Item de Mense Octobri Vgutio de Faxola mandato Domini Canis quasi furtiuè habuit Taruixium, & deinde Dominus Canis obsedit Taruixium, cum quo isti fuerunt, videlicet Domini Guicili de Camino, Artichus Aduocatus Taruixij, Guilielmus de Venico.

Eodem anno Dominus Iacobus de Cararia Thadeam eius filiam dedit in vxorem Mastino, Nepoti dicti D. Canis.

MCCCXIX.

Dominus Marcus Gradenicus de Venetijs Potestas Paduæ.

Eodem anno, & mense Iunij, propter oppressionem Domini Canis, datur Taruixium D. Comiti Goritiæ.

Item eodem millesimo, die v. Augusti, D. Canis obsedit Paduam, & fecit Castrum Baxanelli, & datur Citadella Domino Cani.

Item eodem Millesimo D. Iacobus de Cararia cum consensu Populi dedit Paduam Comiti Goritiæ, nomine Federici Ducis Austriæ, qui se appellabat Romanorum Regem, propter infestationem D. Canis.

MCCCXX.

Dominus Marcus Gradenicus Potestas Paduæ. Die III. Mensis Ianuarij Guilielmus de Valse, vt Vicarius Domini Ducis Austriæ intrauit Paduam, & tunc tregua facta fuit cum D. Cane. Et dicto tempore treguæ D. Canis cepit Axolum, & Montebellunam.

MCCCXX.

Dominus Altinerius de Azonibus de Triuixio Potestas Paduæ vltimo Iunij. Dicto vero mense die XIII. Baxanum datum fuit Comiti Goritiæ. Die nono Maij mortuus fuit Renaldus Scronegnus. Item eodem Millesimo, die iij. Iunij iuxta Ecclesiam Sanctæ Iustinæ Paduani extrinseci per foueas intrauerunt furtiue de nocte intra fortalicias, qui fuerunt mortui, & submersi. Item eodem millesimo, die XI. Iulij in festo Sancti Hermacolæ gens Domini Canis fugata fuit per Paduanos, & capitur Simon Philippus de Pistorio Potestas in claustro Baxanelli, & ductus est Paduam.

MCCCXX.

Nigisolus de Ansoldis de Cremona Potestas Paduæ. Die XX. Augusti, & die V. exeunte Augusto, Paduani cum auxilio Comitis Goritiæ, & Ducis Austriæ fugarunt Dominum Canem, & ceperunt Castrum Baxanelli, & obsederunt Montemsilicem. Item combusta fuit tota terra Estensium per Dominum Canem. Item fit pax cum Domino Cane, & Baxanum datur Domino Cani, & ipse restituit Citadellam Communi Paduæ, & Comiti Goritiæ Axolum, & Montebellunam, anno sequenti primo die Februarij.

MCCCXXI.

Mense Maij Geraldus della Mandella de Triuixio Potestas.

Mense Septembri Padua datur Duci Carenranæ per Ducem Austriæ, qui suum Vicarium cum CC. Galeatis misit Paduæ, strenuum militem, & annorum LXXX. Dominum Conradum de Onenstagno mense Nouembri, qui autem volebat contra Dominum Canem recipere dominium Paduæ, & non potuit reperiri.

MCCCXXII.

Thebaldus de Castro Nouo de Pernsio Potestas Paduæ. Mense Maij Conradus de Vigontia

cum Paduanis extrinſecis cum auxilio Domini Canis, & Marchionum reuelauit Paduæ, & in Eſtenſi Villa facta fuit magna præda, & poſtea poſuit Caſtra ſua in Vigizolo de menſe Februarij.

Item de menſe Septembri Lodouicus Rex in Campeſtri bello cæpit Federicum Ducem Auſtriç.

MCCCXXIII.

Altinerius de Azonibus de Triuixio Poteſtas Paduæ menſe Auguſti: Menſe autem Aprilis obijt Comes Agoritiæ, & poſt eiuſmodi mortem pax facta fuit inter Paduanos extrinſecus, & intrinſecus, & tunc Conradus de Vigontia venit ad mandata Communis Paduæ retento in ſe dominio Vigizoli.

MCCCXXIV.

Renaldus de Zezena Poteſtas Paduæ menſe Martij. Et eodem milleſimo, & menſe Iunij Dux Carentanæ fecit tranſitum per Triuixium, & cum Equis XV. millibus intrauit Paduam, & obſedit Montemſilicem, & cum maximo damno Paduanorum facta tregua cum Domino tunc remeauit.

MCCCXXIV.

Beraldinus de Caſemo de Triuixio Poteſtas menſe Septembri.

MCCCXXV.

Dominus Canis combuſſit Bruſaporchum menſe Ianuarij, & ipſum Bruſaporchum habuit, & cæpit, & poſuit ſuum exercitum in Conſilue, & ipſo milleſimo habuit Vigizolum.

MCCCXXV.

Pullionus de Becadellis de Bononia Poteſtas Paduæ menſe Martij.

Eodem anno menſe Iunij, Gulielmus Dente occiditur ab Vbertino de Cararia. Paulinus Dente frater dicti Gulielmi naturalis commouit ciuile bellum contra illos de Cararia, Cararienſes, qui optime pugnauerunt, tamen mortiferè vulnerati Paulum Dente cum ſequacibus ſuis fugauerunt die XXII. Septembris. Pullionus cum ſua familia occiſus eſt, & tunc iura Communis Paduæ lacerantur, & latitantur ex toto.

MCCCXXV.

Coradinus de Buchis de Brixia Poteſtas menſe Octobris. Statim in ſequenti anno, & menſe Februarij Conradus de Vigontia expulſus per Ciuile bellum inuaſit turrim Churani, & ſtatim captus fuit per Nicolaum de Cararia, qui menſe Martij in palatio, ſeu platea decapitatus fuit.

MCCCXXVI.

Bonacurſus de Rugerijs de Parma, Poteſtas Paduæ. Guicili Tempeſta Aduocatus Teruixij fugit ad Anoalem, qui ante v. Iunij armata manu remeauit, & de intrinſecis mortui fuerunt. ſ. Altinerius de Azonibus & Tolbertus Calza ab Antonero de Vigontia.

MCCCXXVI.

Thebaldus de Caſtro Nouo de Peruſio Poteſtas Paduæ menſe Maij.

MCCCXXVII.

Paxius de Guſſis de Brixia, Poteſtas Paduæ de menſe Maij.

MCCCXXVII.

Nicolaus Morocenus de Venetijs, Poteſtas de menſe Nouembris anno ſequenti, & menſe Ianuarij.

Lodouicus, qui ſe appellabat Romanorum Regem, tunc rebellis Eccleſiæ Romanæ, ductu Domini Canis, & aliorum Dominorum Lombardiæ, venit Tridentum, qui menſe Maij coronatur in Mediolano per Epiſcopos Sciſmaticos, & per ſuum Antipapam coronatus fuit in Roma. Item menſe Iulij Dominus Nicolaus de Cararia exiuit Paduam ſimul cum Rizardo de Camino, & auxilio Domini Canis, & Marchionum, Eſte & Bouolente reuelauerunt Communi Paduæ.

MCCCXXVIII.

Nicolaus Morocenus de Venetijs Poteſtas menſe Iunij fugit Veronam. Tunc electus eſt Poteſtas Paduæ Griffus de Villandros Theotonicus. Item propter infeſtationem extrinſecorum, & Theotonicorum Padua datur Domino Cani die x. Septembris. Item eodem menſe Septembri Maſtinus Nepos Domini Canis deſponſauit Dominam Thadeam filiam Domini Iacobi de Cararia.

MCCCXXVIII.

XXI. Menſis Septembris Bernardus Ranutij de Verona.

De menſe Nouembri facta fuit Curia generalis Veronæ. Dominus Maſtinus duxit D. Thadeã vxorem ſuam, & nuptiæ factæ fuerunt, & propter lætitiam nuptiarum D. Canis creauit xij. milites Paduanos, inter quos principalem fecit D. Marſilium Grandem de Cararia.

MCCCXXIX.

Bernardus de Honaris de Verona Poteſtas Paduç. Menſe Iulij D. Canis obſedit Triuixium, & ipſum habuit, & poſt triduum obijt in Triuixio, & eodem menſe datum eſt dominium Alberto, & Maſtino de la Scala Veronæ.

Caleo-

by Google

MCCCXXIX.

Galeotus de Magis de Brixia Poteſtas Paduæ. Menſe Nouembris iſte non finito regimine ſuo, mandato Dom. Alberti de la Scala, turpiter diſceſſit.

MCCCXXX.

Baylardinus de Nogarolis Poteſtas de menſe Aprilis. Et menſe Iulij D. Maſtinus pugnauit cõtra Brixiam, & extra ciuitatem fere omnia caſtra cæpit.

MCCCXXXI.

Idem Dominus Baylardinus Poteſtas. Die penultimo Decembris Brixia datur Ioanni Regi Boemiæ, Filio Imperatoris Henrici, & poſtea Bergomum, & multæ aliæ Ciuitates ſe dederunt eidem, qui relicto Parmæ filio ſuo Domino Karulo in Alamaniam equitauit.

MCCCXXXII.

Menſe Maij Thadæus de Vbertis de Florentia. Menſe Iunij Dom. Marſilius de Carraria mandato Do. Maſtini de la Scala abſtulit Brixiam Regi Ioanni & Bergomum datum fuit Domino Azoni Vicecomiti.

MCCCXXXII.

Menſe Nouembris Petrus Delmeſa de Verona Poteſtas. Eodem menſe Nouembris Dominus Karolus filius Regis Ioannis equitauit contra exercitum Marchionum iuxta Sanctum Felicem, & ſexcentos milites cępit, cęteros fugauit, & occidit. Eodem menſe Papia reuelauit eidem Regi Ioanni.

MCCCXXXIII.

Petrus Delmeſa menſe Februarij. Circuitur Ferraria ab exercitu Eccleſiæ, & quaſi capta fuit: ſed defenſa fuit per Aduocatum Triuixij. Menſe vero Aprilis rebelles Eccleſiæ in Ferraria cõgregati poſuerunt in conflictum totum exercitum Eccleſiæ, & milites nobiles cęperunt, & maxime Comitem de Arminiato Guaſconẽ, qui ſe redemit lx. millibus Florenis. Item eodem anno, & menſe Februarij Rex Ioannes cum ſuo exercitu equitauit Parmam, volens ſe iungere cum Legato Eccleſiæ contra rebelles Eccleſiæ, quod Legatus recuſauit. Vnde Rex tranſiens per Veronam menſe Octobri equitauit Tridentum, qui tamen ſapienter iam promiſerat Dominum Karolum eius filium facere Dominum.

MCCCXXXIV.

Idem Petrus Poteſtas menſe Martij. Legatus Eccleſiæ, qui iam fuerat Bononiæ ſeptem annis, fugatur, & includitur in Caſtro, quod ędificauerat, qui cum Epiſcopo Florentiæ, & militia ſociatus exiens Caſtrum, adiuit Florentiam, & inde equitauit ad Vignonem. Item eodem anno exercitus Dominorum de la Scala, & aliorum Dominorum Lombardiæ vaſtauit confinia Parmæ, Regij, & Mutinæ. Item menſe Iulij Cremona datur Domino Azoni Vicecomiti. Item facta fuit Curia generalis D. Marſilij de Cararia, qui vxorem duxit Dominam Beatricem de Corigia.

Item Domnus Maſtinus cum validiſſimo exercitu Marchiam tranſiens obſedit, & cępit Colornium de diſtrictu Parmæ.

MCCCXXXIV.

De menſe Nouembris Federicus de Vbertis de Florentia Poteſtas Paduæ. Mortuo Ioanne Summo Pontifice de menſe Decembri, qui Lodouicum depoſuit de ſuo Imperio excommunicatum, tunc electus eſt Benedictus XII. in Papatu.

MCCCXXXV.

Menſe Martij illi de Freſcho expelluntur de Ianua, & obijt Dux Carintiæ, cui ſucceſſit filius Regis Ioannis eius Gener.

MCCCXXXV.

Menſe Maij Baylardinus de Nogarolis de Verona Poteſtas. Iterato tum maximo exercitu Domini Lombardiæ infeſtabant inimicos. Vnde menſe Iunij Nobiles de Rubeis dederunt ſe, & Parmam Dominis de la Scala. Item menſe Iulij per illos de Foiano datur Regium prædictis Dominis de la Scala, qui dederunt poſtea dictum Regium Lodouico de Gonzaga de Mantua. Item eodem menſe datur Cumũ Domino Azoni Vicecomiti de Mediolano. Item menſe Auguſti datur Laudum eidem Domino Azoni. Item menſe Nouembris Petrus de Rubeis dedit Lucam Domino Maſtino de la Scala, & propter hanc cauſam orta fuit diſcordia inter Florentinos, & Dominos de la Scala.

MCCCXXXVI.

Menſe Martij Domini de la Scala de Verona dederunt Burgum Sancti Dionini dicto Domino Azoni, ſecundum quod ei permiſerãt. Item eodem anno 1336. menſe Maij Manfredus de Pijs dedit Mutinam obſeſſam per annum Marchionibus Eſtenſibus.

MCCCXXXVI.

Dominus Baylardinus Poteſtas. Domini de la Scala eodem anno dominabantur in Marchia tota, ac Brixia, Parma, & Luca, & illo tunc facta, & ſtatus eorum cęperunt declinare primo.

Et fu-

Et fugierunt de eorũ Curia Rolandinus, Marsilius,& Petrus de Rubeis,& Pontremolum reuelauit. Item menſe Maij exercitus Dominorum de la Scala iuit contra Venetos, & ſic incępit incendium maximum guerræ contra illos de la Scala. Tunc facta fuit ſocietas per Venetos,& Florentinos, & incępit reędificatio Salinarum.

MCCCXXXVI

Menſe Iunij Dominus Baylardinus Poteſtas deſcendit de Palatio, & tunc quatuor ciues rexerunt Curiam Poteſtatis. Item eodem milleſimo, & menſe Iunij Federicus ab Equis de Verona Poteſtas. Item menſe Iulij Gerardus de Camino reuelauit, furato Opitergio, qui Gerardus captus eſt cum eodẽ Opitergio per Dominum Albertum de la Scala. Item menſe Auguſti Caminum obſeſſum datum eſt Dominis de la Scala. Item menſe Octobri Comes Collalti reuelauit Dominis de la Scala. Petrus de Rubeis iuit Venetias pugnaturus cõtra Dominos de la Scala.

MCCCXXXVI.

Menſe Octobri Veneti voluerũt furari Meſtrum, ſed dolo prediti perierunt, tamen iuſſu Dominorum de la Scala comburitur tota Villa, quãdo inde exercitus motus eſt. Eodẽ menſe Octobri Petrus Rubeus cum exercitu Florentiæ, & Venetiarum tranſiens Plauem, & Brentam Caſtra ſua poſuit Bouolente. Item menſe Nouembris Paduani in anguſtijs mortis conſtituti, pugnauerunt contra Theotonicos illorum Dominorum de la Scala, qui occiderunt 200. homines in Burgo Caudæ longæ.

Item eodem menſe Vbertinus de Carraria pugnauit contra Theotonicos illorum Dominorum in prato vallis Paduæ. Item eodem menſe Veneti cęperunt Caſtrum Salinarum. Item menſe Decembri Placentia diu obſeſſa datur Domino Azoni Vicecomiti de Mediolano. Item de menſe Ianuarij, die Iouis VIII. dicti menſis venit D. Imperator Paduæ cauſa accipiendi Coronam in Ciuitate Romæ. Item die Martis VI. menſis Decembris hora XXII. & malo tempore venit D. Imperator Paduæ cauſa eundi Romam.

Poſt

Digitized by Google

Poſt ea, quæ in quattuor ſupraſcriptis Codicibus Rolandini hiſtoriæ addita reperimus, neque hæc in M S. ſatis antiquæ notæ, quamuis a Rolandino ſeparatim inuenta, duximus prætermittenda.

XLVIII.

SAnctus Proſdocimus hoc anno ſalutis a Domini Noſtri Natiuitate miſſus a Petro Apoſtolo venit Paduam, & conuertit populum Patauinum ad fidem Chriſti.

MCLXXXIX.

PEr idem tempus mortuus eſt Iacobus, filius Daleſmanini, de cuius malitioſa calliditate timebant plurimùm Paduani, ne ſtatum Paduæ perturbaret; ſed eius defectum fratres ipſius, & filij ſtudioſiſſimè ſuppleuerunt, cum Ecelino lupo rapaciſſimo Paduam tradiderſit.

De victorijs Regum Hiſpaniæ contrà Saracenos.

Sibilia. Hiſpalis. Corduba. Valentia. Maiorica.

CIrcà hæc tempora, clariſſimi Reges Hiſpaniæ per diuerſa bellorum pericula, & infinitos labores, Saracenos de Hiſpaniæ finibus expulerunt. Nam fortiſſimus Rex Caſtellæ obtinuit Sibiliam nobiliſſimam Ciuitatem, quam Iulius Cæſar dicitur condidiſſe, & Hiſpalim nominaſſe: & Cordubam, de qua Seneca moralis Philoſophus, & inſignis Poeta Lucanus originem habuerunt. Inclytus verò Rex Arragonum Valentiam, & Maioricam iure prælij acquiſiuit. Saraceni autem de antiquis ſedibus effugati, nauigio in Africam tranſierunt. Tunc temporis potentia Regis Africæ, qui dicitur Mamolinus, non ſolùm eſt per Reges Hiſpaniæ diminuta; ſed etiam per Vaſallum ipſius, regem ſcilicet Tunicij, qui contrà eum viriliter rebellauit. Ciuitas autem Tunicij iuxtà vnam paludem, de ruinis famoſiſſimæ Carthaginis circà decem miliaria longè à Carthagine, quæ mari adiacet, eſt conſtructa.

Tunetum Africæ.

De deſtructione Caſtri Gogij.

Godigo Caſtrũ Ecelini.

ANno Domini MCCXXIX. Paduani in menſe Madio Caſtrum Gogij deſtruxerunt, & aliquantulùm humiliauerunt ſuperbiam Ecelini. 1229

De

Digitized by Goc

1. Solve the following equation for x: $\frac{x+1}{x-1} + \frac{x-1}{x+1} = \frac{10}{3}$

2. Solve the following equation for x: $\frac{x}{x-1} + \frac{x-1}{x} = \frac{5}{2}$

3. Solve the following equation for x: $\frac{x+1}{x-1} + \frac{x-1}{x+1} = \frac{5}{2}$

4. Solve the following equation for x: $\frac{x}{x-1} + \frac{x-1}{x} = \frac{10}{3}$

5. Solve the following equation for x: $\frac{x+1}{x-1} + \frac{x-1}{x+1} = \frac{13}{6}$

6. Solve the following equation for x: $\frac{x}{x-1} + \frac{x-1}{x} = \frac{13}{6}$

7. Solve the following equation for x: $\frac{x+1}{x-1} + \frac{x-1}{x+1} = \frac{17}{8}$

8. Solve the following equation for x: $\frac{x}{x-1} + \frac{x-1}{x} = \frac{17}{8}$

9. Solve the following equation for x: $\frac{x+1}{x-1} + \frac{x-1}{x+1} = \frac{29}{12}$

10. Solve the following equation for x: $\frac{x}{x-1} + \frac{x-1}{x} = \frac{29}{12}$

De Regina Vngarie.

Andrea Vngarie Regis, nuptiæ cum Beatrice Estensi.

ANno Domini MCCXXXV. Beatrix quondam Aldreuandini Marchionis Estensis filia, Andreæ Regi Vngariæ est matrimoniali fœdere copulata; quam Azo Marchio patruus eius condecenti apparatu, & honorabili societate ad tanti Regis præsentiam destinauit. Hoc autem matrimonium filijs Regis, Belæ scilicet, & Collomanno displicuit vehementer: timebat enim, ne pater senex filios de iuuencula generaret. 1235

Eodem anno magnanimus Tizo de campo S. Petri obijt, amicus intimus Marchionis, & inimicus constantissimus Ecelini.

De morte Episcopi Mantuani.

ANno Domini MCCXXXVI. Vir Nobilis, & Venerabilis Guidotus Episcopus Mantuanus in Monasterio S. Andreæ, in diebus Rogationũ, ab Auocatis crudeliter est interfectus. Contrà quos insurrexerunt communiter Mantuani, & destructis eorum domibus & turribus, ipsos de Mantua cum suis fautoribus expulerunt: At illi confugere Veronam ad Ecelinum, qui erat refugium omnium pessimorum. 1236

Per idem tempus honorabilis Abbas Arnaldus fecit fieri Dormitorium nostrum cum Capitulo, & Cameris infrà positis, & adiacentibus, simulq; Cameras Palatij cum aula fecit optimè restaurari.

Comes autem S. Bonifacij, toto tempore guerræ, Mantuam viriliter gubernauit contrà Imperatorem, & contrà perfidum Ecelinum, & strenuè se gessit in omnibus, & constanter.

Federicus cũ exercitu in Italiam venit.

Tunc Federicus Imperator in mense Augusti persuasione Cremonensium, & Ecelini descendit de Alemannia cum exercitu copioso, venitque Veronam, & vastatis Mantuanis, in Lombardiam pertransiuit.

Qualiter Imperator cepit Vicentiam.

ANno Domini MCCXXXVI. prædicto, cum Marchio, & Paduani communiter Rialtam, quæ est super Athesin, obsiderent, Ecelinus, & Veronenses miserunt pro Federico Imperatore, qui tunc erat in partibus Lombardiæ. Qui subitò veniens cum militia Theutonicorum, & Ecelinus cum populo Veronensi, impetuosè Vicentiam inuaserunt; eamq; capientes in festo Omnium Sanctorum, crudeliter combusserunt. Paduani verò nimio terrore perterriti, ad propria sunt reuersi. Adepta itaq; hac victoria, Imperator statim in Alemanniam est regressus, relictis in Marchia pro negotijs Imperij peruactandis Comite* Geuehardo de Saxonia, & Comite Simeone Theatino. 1236

** Alij hunc Comitem Gebhardum Suevum fuisse.*

De fuga Illustris Beatricis Regina Vngariæ.

HIs temporibus, mortuo Andrea Rege Vngariæ, & regnante Bela filio eius pro eo, Imperator suos Legatos ad Regem Vngariæ destinauit. Tunc Beatrix Regina, cùm esset grauida, timore sui crudelis priuigni, iunxit se in reuersione societati Imperialium Legatorum, induta veste virili: & sic deluso Rege, qui eam faciebat cum summa diligentia custodiri, in Alemanniam latenter confugit, peperitque ibi filium, quem Stephanum appellauit: quo nato, ad paternam domum protinus est reuersa cum dulcissima sua prole.

Qualiter proditores tradiderunt Paduam Ecelino.

ANno Domini MCCXXXVII. cùm Ciuitas Paduana pacifico statu gauderet, & copia populi, & militia strenui, diuitijs etiam, & gloria esset plurimùm decorata: pater proditionum, & scelerum, humani scilicet generis inimicus, misit in corda quorundam Magistratuum, vt traderent eam Nuncijs Imperatoris, & Ecelino de Romano, quem Paduani solebant detestari, & persequi veluti lupum. Malum igitur, quod corde conceperant, opere perpetrarunt, de lupo pastorem ouium subitò facientes, in suam, & patriæ suę perniciem, & grauamen. Nam Ecelinum Paduæ inimicum, in mense Februario venire fecerunt, & 1237

Ciui-

Digitized by Google

Ciuitatem, & populum in eius manibus crudeliſſimis tradiderunt. Tarviſini autem videntes, ſe quaſi ſolos in Marchia remanſiſſe, coactiſe, ac ſua Ecelini dominio ſubdiderunt. Marchio etiam Eſtenſis Imperatoris nuncijs, amicorum deſtitutus auxilio ſe ſubiecit. Poſtquàm autem Ecelinus ſub occaſione Imperij obtinuit Paduæ dominatum, ſtatim Optimates Ciuitatis cum filijs ſuis in exilium deſtinauit: quos omnes poſtea tradidit nequiſſimo Principi Federico: qui mittens eos in Apuliam, fecit eos in duris carceribus, & caueis ſubterraneis cuſtodiri, vbi ex magna parte miſerabiliter perierunt. Domnum etiam Iordanum,* quem Paduani quaſi patrem Paduæ appellabant, perfidus Ecelinus in carcere alligauit.

Padua Ecelino tradita, & Tarviſium.

Eſt hic ab alia manu, Capiliſtiũ, Forzate.

Eodem etiam tempore Tyrannus videns Abbatem Sanctæ Iuſtinæ tàm nobilitate originis, quàm potentia benignitatis ſuffultum, ſcientia & moribus decoratum, Deo & hominibus gratioſum, conatus eſt de ipſius captione tractare. Quod prœcognoſcens Abbas Ferrariam primò fugit, poſtmodum in Montem Silicem latuit, vſquè ad aduentum Auguſti. In menſe itaquè Septembri Imperator Federicus cum exercitu de Alemannia in Lombardiam deſcendit, cui occurrit Venerabilis Abbas apud Veronam, & ab ipſo vultu alacri eſt receptus, & duobus menſibus cum decenti ſocietate caſtra Cæſaris eſt ſequutus, ad cuius preſentiam omnes Barones Marchiæ conuenerunt; & de ipſorum conſilio cœpit Imperator tractare de pace cum Mantuanis, vt ipſis ſubactis, faciliùs alios aduerſarios Imperij ſubiugaret.

Alia Federici in Italiam expeditio.

Qualiter Imperator de Mediolanenſibus triumphauit.

Facta igitur pace inter Imperatorem, & Mantuanos, & Comitem Sancti Bonifacij, qui Mantuam obtinebat, obſidio longa Caſtri Sancti Bonifacij eſt ſoluta. Tunc Imperator cum exercitu maximo intrauit diſtrictum Brixiæ, deſtruendo omnia incendijs, & rapinis. Tunc etiam Montem Clarum nobiliſſimum locum ſubuertit. Mediolanenſes verò amicis vndiquè congregatis cum exercitu infinito in auxilio Brixienſium venientes, caſtra ſua non longè ab exercitu Romani Principis poſuerunt. *Sed quodam lacroſo fluuiolo mediante bellum committere minimè potuerunt.* Cùm autem Mediolanenſes reuerterentur, nihil mali penitus ſuſpicantes, Imperator cum militia ſubitò prœuenit eos, apud Curtem Nouam: & facto impetu contrà ipſos, multos ex eis cœpit, & plures occidit. Carrocium quoquè ipſorum, & Poteſtatem, filium ſcilicet Ducis Venetiarum, ſimiliter apprehendit. Circà feſtum igitur B. Andreæ Imperator prædictum triumphum de Mediolanenſibus, eſt adeptus. Tunc temporis Imperator in exercitu habuit Elephantem, ad quem videndum confluebant populi Lombardiæ.

Victoria Imperatoris ad Curtem Nouam.

De obſidione Brixiæ.

1238 Anno Domini MCCXXXVIII. Comes Geueardus de Saxonia, nuncius Imperatoris, venit Paduam, & pietate commotus ſuper iuſtis querelis Abbatis S. Iuſtinæ, ſuum monaſterium Abbati reſtituit, remouens inde cuſtodes, & procuratores, quos ibi poſuerat Ecelinus. Cum & Mediolanenſes pacem habere cum Imperatore conditionaliter poſtularent, Imperator noluit eos recipere, niſi omni conditione remota, & hac de cauſa in contumacia permanſerunt. Vnde Imperator, ad debellandum eos, exercitum prœparauit; ſed primò diſpoſuit amicos eorum aggredi Brixienſes. Et ità eodem anno Imperator obſedit Brixiam, à medio Iulio vſquè ad feſtum S. Michaelis: ſed, ciuibus viriliter ſe defendentibus, confuſus inde receſſit.

Deſideratur hæc in MS. Patauino, quo vſi ſumus; extant verò in Ramingiano, edito à Chriſtiano Vrſtiſio vnà cum Illuſtribus Hiſtoricis Germaniæ, vſque ad illa. Cum, &c Mediolanenſes.

Brixia ab Imp. fruſtrà tentata.

Iſtis temporibus Ecelinus, fugato de Marchiæ finibus Marchione, obſedit Mõtagnanam, quam nullo modo potuit obtinere. Paulò poſt Marchio, reaſſumptis viribus, recuperauit Eſtem, & eam fortiter communiuit.

De aduentu Federici Imperatoris ad Ciuitatem Paduæ.

1239 Anno Domini MCCXXXIX. Circà conuerſionem Sancti Pauli venit Paduam Imperator, fecitquè reſidentiam in Monaſterio Sanctæ Iuſtinæ duobus menſibus, à Dominica

Pontifices in Imperatorem differentia.

mihica Quinquagesimæ vsquè ad quindecim dies post Paschi. Tunc temporis admonitione præmissa, Papa Gregorius in Dominica Oliuarum publicè ipsum Romæ excommunicationis vinculo innodauit. Summus namquè Pontifex per experientiam cognoscebat, animum Imperatoris esse prodiuem ad opprimendum Ecclesiam, si posset sibi subijcere Lombardiam. Vnde statim post excommunicationem Virum prudentissimum, & constantem, Gregorium scilicet Sedis Apostolicæ tunc Notarium, Legatum Italiæ ordinauit. Qui veniens Mediolanum populi trepidantia corda refouit; & amicos dissolutos Mediolanensium exhortatione viuifica roborans, ad pugnandum pro libertate viriliter inflammauit. Et ne videretur verbo tenus tantùm alios ad pericula inuitare, ipse personaliter, quousquè veretur se Imperator, ad fideles Ecclesiæ impugnandos, se ipsum strenuè opponebat. Interea dum Imperator in prædicto Monasterio resideret, & Imperatrix filia Regis Angliæ Noentæ mansionem haberet: memoratus Abbas curialitatis, & largitatis amator,

Exennia Imperatori oblata.

Augustum donis gratissimis honorauit. Obtulit namquè ei, *duo tapetia pretiosa, & folium cum suo apparatu, & scabellu subpedaneo artificiosissimè insigniro*, duo plaustra ità pretiosissimi vini, ac si ellet de Vineis Engaddi, XXX. modios ordei, & viginti quatuor plaustra fœni. Sturiones etiam maximos, ei dedit, quos sibi fecit de partibus Ferrariæ apportari. His, & alijs donis, & exennijs tàm Augustum, quàm Curiales frequentissimè honorauit.

Qualiter Guecilus de Camino, & Albricus de Romano rebellauerunt.

Albericus Ecelini frater Imperatori rebellat.

POst hæc, cùm adhuc Paduæ moraretur Imperator, in mense Madio Guecilus de Camino, & Albricus de Romano frater Ecelini confœderati, viriliter Taruisium intrauerunt: fugatoquè Iacobo de Mora, qui tunc ibi pro Imperio præsidebat, rebelles contrà tam metuendum Principem extiterunt. Sequebatur namq; Imperator in omnibus consilium Ecelini, Marchioni, & alijs Principibus bona promittendo, & semper eis mala de consilio nequissimi deferendo. Cuius etiam maligna suggestione, obsidis nomine, accepit filium vnicum Marchionis, & filiam vnicam Albrici, quæ Marchionis filio erat matrimoniali vinculo copulata. Procurabat enim modis omnibus perfidus Ecelinus Marchionem, & eius amicos repellere ab Imperatoris seruitio, & mandato, vt Imperiali fretus auxilio, & fauore, posset eos destruere penitus, & delere.

His diebus circà Paschа obijt Dominus Iacobus Episcopus Paduanus: vacauitquè de facto Episcopatus XVII. annis.

Eodem anno in principio Iunij fuit Eclipsis Solis.

Qualiter Marchio, & omnes amici eius rebellauerunt.

Theobaldus Franciscus Imperi Vicarius in Marchia Tervisana.

IN mense prædicto, postquàm Marchio, & omnes amici sui viderunt animum Augusti inclinatum ad complendum omnia desideria Ecelini, exposuerunt se magno periculo, à mandatis Imperialibus penitus recedendo. Imperator autem relicto Tibaldo Francisco Potestate Paduæ, & Vicario totius Marchiæ, præcipiens ei, vt mandatis Ecelini in omnibus obediret, transiuit in Lombardiam, & congregans exercitum, quædam castra Bononiensium deuastauit: &, his peractis, in Apuliam protinus properauit. Marchio autem expulsis custodibus Imperatoris recuperauit Arcem Estẽsem, Baonem, Cerrum, & per obsidionem obtinuit Calaonem. Et sic incœpta est guerra periculosa per Marchiam vniuersam. Imperator de cætero in cunctis Ciuitatibus Italiæ omnes amicos Marchionis Estensis, & Comitis S. Bonifacij cœpit habere exosos pariter, & suspectos: partem verò Saliniguerræ, & Ecelini vbiquè incœpit diligere, & amplecti.

Arces Estẽsis, Baonis, Cerri, Calaonis.

Estensis à fide Imperatoris desciuit. NB.

De obsidione Ferrariæ, & eius captione.

Cometes.

ANno Domini MCCXL. Circà conuersionem S. Pauli, Cometa versus Occidentem apparuit. In illis diebus etiam, cùm iam Vir magnanimus, Philippus scilicet Episcopus Ferrariensis, contrà sapientissimum Saliniguerram, qui dominabatur Ferrariæ, pro Ecclesia rebellasset, & Bragantinum, & Bondenum viriliter occupasset, Veneri cum exercitu magno, & Bononienses, & Mantuani, & multa militia Mediolanensium, cum Domino Gre- 1240

gorio

gorio de Montelongo, Sedis Apoſt. Legato, venerunt in auxilium Marchionis, & obſederunt Ferrariam: quam poſt menſes quatuor ſub quadam compoſitionis ſpecie habuerunt. Nihilominus tamen Saliniguerram captum dux Iacobus Theupolus Venetias ſecum duxit, vbi vſquè ad diem mortis ſuæ fuit in carcere cuſtoditus. Sequenti tempore in menſe Auguſto, audiens Imper. mortuum eſſe Paulum Trauerſarium, dominum Rauennæ, amicum intimum Marchionis, exiuit de Apulia * cum exercitu, & venit, & obſedit Rauennam. Qua capta, acceſſit Fauentiam, & eam obſedit octo menſibus cum inſtantia obſtinata. Eodem anno Iacobus de Carraria captus eſt in caſtro Agnæ à Tibaldo Franciſco: in medio Auguſto accepit ſententiam capitalem. In ſequenti menſe Aduocatus, captus in caſtro Brentæ, ſimiliter eſt à Tibaldo punitus.

Saliniguerra Ferraria Tirannus capitur.

In Margine Pro Papa.

De captione Fauentiæ, & obitu Gregorij Papæ, & imperio Tartarorum.

1141 ANno Domini MCCXLI. Poſt longam obſidionem cœpit Fauentiam Imperator. In eadem æſtate Piſani cœperunt duos Cardinales, & multos Prælatos, qui per mare Tyrrhenum in nauibus Ianuenſium pergebant Romam ad Summum Pontificem.

Non multo tempore poſt prædicta tranſacta, obijt Papa Gregorius Nonus, & vacauit ſedes Apoſtolica multis diebus; ſed tandem Papa Celeſtinus, Mediolanenſis natione, fuit electus: qui poſt electionem vix decem, & octo ſupernixit diebus.

Celeſtinus Papa.

Circà hæc tempora effera gens Tartarorum, gladio, incendijs, & rapinis totam Vngariam ſubitò deuaſtauit. Tunc rex Bela vix eorum manibus euaſit, fugiens ad maritima Sclauoniæ feſtinanter.

De Papa Innocentio Quarto, & de ſuperbia Federici Imperatoris, qui conabatur Eccleſiam ſubiugare.

1142 ANno Domini MCCXLII. Cardinales poſt multa Concilia elegerunt Dominum Sinibaldum Cardinalem de Comitibus Lauaniæ, natione Ianuenſem: qui appellatus eſt Innocentius Papa Quartus. Iſte quæſiuit ferè duobus annis habere pacem cum Imperatore, volens finem imponere tantis malis: ſed cùm Imperator ferè totam Italiam poſſediſſet, in ſuperbiam eleuatus, verba quidem blanda dicebat: ſed Romanam Eccleſiam deprimere modis omnibus ſatagebat.

Innocentius Quartus Pontifex.

Superbiæ quippe ſpiritu inflammatus proponebat Eccleſiarum auferre iuriſdictiones, & poſſeſſiones Villarum, & Caſtrorum, quibus erant ab Imperio prædotatæ: & taliter volebat humiliare ſuperbiam Clericorum. Et licet ipſe verſipellis eſſet plurimùm, & aſtutus: tamen, quia ex abundantia cordis os loquitur, iſtam ſacrilegam voluntatem non poterat occultare. Vnde contrà ſe odium Prælatorum in toto imperio non modicum excitauit.

In hoc anno, in menſe Martio, populoſa Montagnana eſt diuino iudicio concremata. Quod audiens Ecelinus, ipſam feſtinanter in manu valida occupauit.

De deſtructione Caſtri Sancti Bonifacij, & de prima audacia contrà nobiles, & potentes.

1243 ANno Domini MCCXLIII. Galuano Lancea Vicario in Marchia exiſtente, Caſtrum S. Bonifacij à Veronenſibus eſt deſtructum. Sub eodem etiam Comes de Panico Ciuis Veronenſis eſt Paduæ decollatus; & multi Viri nobiles, & prælari, accuſati de proditione, Veronæ ſunt ab Ecolino diuerſorum tormentorum generibus interfecti, & tunc primò Tyrannus aſſumpſit maiorem audaciam, ità nobiles & potentes, ſicut ignobiles & pauperes puniendi.

Comes de Panico, & alij nobiles ab Ecelino capite multati.

Eodem anno nobiliſſimum caſtrum Oſtiliæ à Mantuanis funditus eſt deſtructum.

Oſtilia Caſtrū Veronenſium.

Qualiter Innocentius Papa dimiſſa Roma Ianuam nauigauit.

1244 ANno Domini MCCXLIIII. Circà feſtum S. Ioannis Baptiſtæ, magnanimus Innocentius Papa, videns ſe illudi ab Imperatore verbis, & promiſſionibus fraudolen-

tis;

Digitized by Google

tis; ſcienſquè eſſe ſcriptum, quòd ars deluditur arte: finxit ſe habere colloquium cum Auguſto,& tunc latenter,& cautè apud Ciuitatem Veterem,galleam intrauit,& ſic ad Ianuenſem vrbem feliciter nauigauit. Imperator hoc audiens, timens tanti viri ſagacitatem, eſt non modicum conturbatus. Papa circà feſtum Sancti Lucæ per terras Comitis Sabaudię in Galliam pertranſiuit, figenſquè ſedem ſuam apud Lugdunum, ſtatim miſit per vniuerſum orbem,ad conuocandum Prelatos,& Principes ad Concilium Generale.

De Concilio Lugdunenſi, & de ſententia depoſitionis Federici Imperatoris data ab Innocentio Papa.

Pontifex Lugdunū cōcedit.

ANno Domini MCCXLV. Circà feſtum Sancti Ioannis Baptiſtæ, factum eſt Concilium maximum Lugduni, ad quod citatus Imperator perſonaliter, ire contempſit. Vnde propter contumaciam eius,& innumerabilia mala,quæ fecerat contrà Eccleſiam,Innocentius Papa reſidens in Concilio,de aſſenſu, & conſilio Prelatorum, & totius Concilij protulit contrà Federicum depoſitionis ſententiam, iuſtè pariter, & conſtanter. Formaitaquè ſententiæ prolatæ à Summo Pontifice iſta fuit. *Volentes,* inquit,*Apoſtolicus,diuinam ſententiam pręponere ſententiæ noſtræ, denunciamus Federicum à Deo excommunicatum, & depoſitum ab omni honore Imperij, & Regni. Addentes verò ſententiam noſtram diuinæ ſententiæ, excommunicamus Federicum, & deponimus ab omni honore Imperij,atquè Regni.* 1245

Fridericus à Pontifice excommunicatus.

De Imperiali colloquio Veronæ celebrato, & de Lantgrauio Rege Alemanniæ conſtituto contrà Federicum.

CVm prędicta fierent apud Lugdunum, Imperator veniens Veronam cum filio ſuo Conrado,& cum quibuſdam ſuis Principibus Alemanniæ, & Baronibus Lombardiæ ſibi fauentibus, ſolemne colloquium celebrauit. Quo facto, ſimulans ſe ſimul cum Conrado filio ſuo velle ad Concilium properare, iuit vſquè Taurinum: vbi primò audiuit contrà ſe depoſitionis ſententiam promulgatam. Tunc reuerſus eſt Cremonam, ibiquè negocia Imperij ordinauit. Poſt hæc in Apuliam quàm citiùs eſt reuerſus, & Conradum in Alemanniam velociter deſtinauit.

Sagaciſſimus verò Innocentius Papa direxit in Alemanniam nuncios, ad admonendum Principes, vt eligerent aliquem ſtrenuum Virum ad Imperium gubernandum. Tunc illi conuenientes ad tantum negocium peragendum, elegerũt Virum Catholicum, ſtrenuum, nobilem,ſapientem,benignum, & conſtantem Lantgrauium de Thuringia, Deo & hominibus gratioſum. Ille autem electioni de ſe factæ aſſenſum prębuit,conſtanter paratus,intuitu diuinæ maieſtatis,omne periculum pro Eccleſia, & Republica ſuſtinere. & ſic contrà Federicum potentiſſimum ſuſcepit alacriter,& audacter regni Alemanniæ diadema.

Hēricus Thuringiæ Lāgrauius Roma rex.

De Lantgrauij regis Alemanniæ victoria contrà Conradum Federici filium.

ANno Domini MCCXLVI. Lantgrauius Rex Alemanniæ congregauit exercitum copioſum, aduerſus Conradum filium Federici. Cui ille in manu valida occurrit audacter. Inito igitur certamine,Conradus amiſſa multitudine militum,vix cum paucis euaſit,quem niſi ſceleratus Dux Vngariæ ſuſcepiſſet, immemor patris ſui à Federico per aſſaſſinos interfecti, Lantgrauius eum de Alemannia effugaſſet. In prędicto igitur prelio, & alijs negocijs Eccleſiæ in Teutonia pertractandis, Legatus Sedis Apoſtolicæ erat vir magnanimus, Philippus ſcilicet Epiſcopus Ferrarienſis, cuius audacia,& ſagacitas circumſpecta tam in captione Ferrariæ,quàm in factis Alemanniæ poteſt ore omnium commendari. Iſte namquè pro Romana Eccleſia ſubire pericula, & labores minimè recuſauit. Ipſe ſicut noſter Leuita dixit patri ſuo,& matri, *Neſcio vos*, & fratribus ſuis ſimiliter. Quia patrem, & matrem,& etiam parentelam contempſit,& capi ab Imperatore ſubſtinuit patienter,eligens in tantis anguſtijs Eccleſiæ,Deo, & Summo Pontifici potiùs obedire, quàm parentum carnalium amore à tramite recedere veritatis. 1246

Qualiter

Digitized

Cláusula 8.5.3 – Preservação da propriedade do cliente

A organização deve preservar a propriedade do cliente sob seu controle ou que esteja sendo usada por ela, durante a provisão de produtos e serviços, para assegurar a conformidade com os requisitos.

Cláusula 8.5.4 – Preservação

A organização deve preservar as saídas durante a produção e a provisão de serviços, na medida necessária para assegurar a conformidade com os requisitos.

Cláusula 8.5.5 – Atividades pós-entrega

A organização deve atender aos requisitos para atividades pós-entrega associadas aos produtos e serviços. Na determinação da extensão das atividades pós-entrega que são requeridas, a organização deve considerar:

a) requisitos estatutários e regulamentares;

b) as consequências potenciais indesejáveis associadas aos seus produtos e serviços;

c) a natureza, o uso e a vida útil pretendida dos seus produtos e serviços;

d) requisitos do cliente;

e) retroalimentação do cliente.

NOTA As atividades pós-entrega podem incluir ações previstas nos termos de garantia, obrigações contratuais, tais como serviços de manutenção, e serviços suplementares tais como reciclagem ou disposição final.

Cláusula 8.5.6 – Controle de mudanças

A organização deve analisar criticamente e controlar as mudanças para a produção ou provisão de serviços, na extensão necessária para assegurar a conformidade contínua com os requisitos.

As mudanças e as análises críticas devem ser registradas, incluindo as pessoas que autorizaram a mudança e quaisquer ações necessárias originadas pela análise crítica.

Qualiter Victoria est capta à Parmensibus.

ANno Domini MCCXLVIII. Federico in Victoria residente, in medio Februario, Legatus & Parmenses, vnito consilio, de Ciuitate vnanimiter exiuerunt, irruentesq; in Victoriam, ipsam sine mora cæperunt, captamquè protinus cremauerunt. Federicus verò versus Cremonam fugam arripiens, vix euasit, dimissis ibidem diuitijs infinitis. Parmenses autem multis captis, & occisis de ipsius exercitu, Carrotium etiam à Cremonensibus habuerunt. 1248

Imperatoris periculum.

De Regis Gulielmi electione.

CIrca hæc tempora Innocentius Papa negocia Ecclesiæ peragens vigilanter, Legatum in Alemanniam destinauit, citauitq; Principes, vt eligerent in Regem virum aliquem idoneum, & potentem. Cuius præceptis protinus obsequentes, elegerunt comitem Gulielmum de Holãdia in Regem, & futurum Imperatorem, Virum vtiq; probum, & exercitum, militibus decoratum.

Qualiter Ludouicus Rex Francorum mare transiuit, & obtinuit Damiatam.

ANno Domini MCCXLIX. Lodoycus Rex Francorum, Cruce signatus, mare transiuit in subsidium Terræ Sanctæ, & cum magno exercitu, & infinita nauium multitudine intrauit terram Aegypti. Cuius fortitudine perterriti Aegyptij, Damiatam (quæ in Prophetis *Memphis* vocatur) protinus reliquerunt: & ex tali modo eam habuit sine gladio, & sagitta. 1249

De Regis Encij captione.

EOdem anno, in principio Iunij, bellicosus Rex * Encius, filius Federici, captus est à Bononiensibus cum militia copiosa. Quapropter Bononienses sunt vsquè ad sydera eleuati. Vnde Mutinenses necessitate compulsi, se Bononiensium dominio subdiderunt.

Al. Henricus *Entius alias Heinr. Friderici F. capitur.*

In istis diebus tres filij Iacobi de Dalesmanino sunt capti ab Ecelino, & varijs tormentis afflicti. Tandem iussu ipsius in Platea Paduæ sunt crudeliter trucidati.

Eodem anno Federicus castrum Montisfilicis, circà festum Sancti Ioannis Baptistę tradidit Ecelino. Decimo verò die, exeunte Septembri, Burgus Estensis traditus fuit ei, per quendam sceleratum virum, nomine Vitalianum de Arelda. Arcem autem post mensem obtinuit, eam priùs cum multis machinis impugnando. Tandem propter famem omnia castra obtinuit Marchionis.

Estensis Marchio ditione sua ab Ecelino exuitur.

Qualiter Rex Francie Damiatam reddidit Saracenis.

ANno Domini MCCL. Circà Pascha Lodoycus Rex Francorum, cum versus Babyloniam properaret, à Saracenis cum suo exercitu est conclusus: & cum nequè redire valeret, Soldano se reddidit Babylonis, amisso priùs in bello Comite Roberto fratre suo, cum maxima militum quantitate. Rex itaquè pro redemptione sua Damiatam reddidit Saracenis, dimissusquè ab eis redijt in Syriam, & reædificata Cæsarea Palestinæ, in Franciam est reuersus, cum ignominia suæ gentis, totiusquè populi Christiani. Saraceni autem considerantes tàm præterita, quàm futura, Damiatam funditus diruerunt, vel euerterunt, ne de cætero esset occasio, & receptaculum præliorum. 1250

Qualiter Parmenses à Cremonensibus sunt deuicti.

IN istis temporibus Cremonenses, amicis vndiq; congregatis, equitauerunt in manu valida contrà Parmam. Quibus Parmenses impares viribus, & numero, non longè à Ciuitate, audaciter quidem, sed minùs prouidè occurrerunt. Sed (sicut vulgò solet dici, *paucos quidem valet Omnipotens adiuuare; sed frequentius multitudo vincere consueuit:*)

Parmensium clades.

Par-

Digitized by Google

Table 1.1 Code Check

Code Check	Description
Compact	Compact sections
Noncompact	Noncompact sections
Slender	Slender sections
Deflection	Deflection
Stress	Stress
Buckling	Buckling
Strength	Strength
Connection	Connection
Joint	Joint

Table 1.2 Code Check

Code Check	Description
Compact	Compact sections
Noncompact	Noncompact sections
Slender	Slender sections
Deflection	Deflection
Stress	Stress
Buckling	Buckling
Strength	Strength
Connection	Connection
Joint	Joint

De ſceleribus perfidi Eccelini de Romano.

IN hoc anno circà finem Auguſti, Eccelinus humani generis inimicus, ſuggeſtione Dæmonum,& hominum malignorum,credens firmiter, contrà ſe omnes milites, & electos populares Marchiæ coniuraſſe,extraxit mortiferum gladium irreuocabiliter de vagina, incipienſquè à Carnarolo milite Veronenſi, quem coniurationis principem aſſerebat, tàm in Verona,quàm in Padua, Vicentia,& in tota Marchia inauditam ſtragem, & occiſionem hominum perpetrauit. Vbiquè luctus erat, vbiquè dolor, & triſtitia, vbiquè dira mortis imago. Caeruatim milites, & maiores natu in foro gladijs necabantur: membra fruſtatim prçcidebantur, & rursùm collecta & impoſita rogis, igne ſuppoſito cremabantur. Frater fratrem, conſobrinus conſobrinum, amicus amicum tradebat ad mortem, & proprijs manibus trucidabat. His ſceleribus credebat quilibet, ſe obſequium prçſtare Tyranno. Et tamen iſti,qui hoc faciebant, poſt paucos dies in ſimilem mortis gladium, ſeu laqueum incidebant. Filij nobilium, & aliorum ciuium oculis priuabantur,& eorum genitalibus amputatis, includebantur in carceribus tenebroſis, vbi moriebantur famis horribili cruciatu. Matronæ nobiles,& delicatæ,& Virgines ſpecioſæ fame, peſte, iniurijs, & afflictionibus inauditis in cuſtodijs tabeſcebant. Quotidie diuerſis generibus tormentorum indifferenter tam maiores,quàm minores à carnificibus necabantur. Voces terribiles clamantium in tormentis die, noctuquè audiebantur de altis palatijs, quæ dolorem, & horrorem maximum hominibus inducebant: Nullus,publicè audebat plorare ſuper his malis, ſed quilibet vitam, & victoriam, & ſi non corde, ſaltem verbis affectuoſis, Eccelino nequiſſimo domino,affectabat. Illum iuſtum,illum boſum, illum ſapientem, & amatorem ſtatus Marchiæ omnes adulatoriè conclamabant. Nec tamen iſta dicentes, ferocitatem animi eius poterant mitigare, ſed erat ei ſicut populus, ſic ſacerdos: ſicut laicus, ità religioſus: ſicut ſenex, & imbecillis,ità puer adhuc balbutiendo in verba prorumpens. Nulli ætati, nulli ſanctitati, nulli probitati parcebat. Semper eodem vultu, eodem modo, eadem inſtantia nimiæ crudelitatis opera perpetrabat, & quaſi ſemper à capite incipiens, quotidie ſine labore, ſine conſcientiæ remorſione, magna tormenta,& inexcogitata corporibus hominum infligebat. Non remanſit in tota Marchia progenies aliqua generoſa,vel etiam popularis, quæ ab ipſo vel ex toto, vel ex parte maxima non ſit crudeliter lacerata. Milites ferè omnes ſunt gladio, & alijs ſupplicijs interfecti: Studioſi mercatores,iudices ſapientes, prælati reuerendi, clauſtrales deuoti,canonici honorati, ſpecioſi iuuenes,& ſtrenui radicitus ſunt deleti,ſubſtantijs eorum ablatis, & diſpoſitis ſecundum tyrannicam iuſſionem. Serpens inſuper callidus, & aſtutus omnes pulchras domos, & fortes, & loca iuxtà portas,& pontes in Ciuitatibus conſtituta emere ſtudioſiſſimè procurabat, & poſt paucos dies, vitam ſimul & pretium venditoribus auferebat. Ipſe bona Epiſcopatuum, Abbatiarum, Canonicatuum, & ferè omnium Eccleſiarum in ſuis ſceleratis operibus conſumebat. In diebus eius ceſſauit prędicatio,obmutuit confeſſio peccatorum, & deuotio fidei eſt extincta. Viſitare etiam ſancta loca publicè homines non audebant: nam accuſatores erant ab ipſo in populo conſtituti, qui vigilanter, & ſollicitè obſeruabant, ne quid in dicto vel facto, vel aliquo contrà Tyrannum peſtiferum tractaretur. Accuſatus autem à talibus inſidiatoribus,etiam de leuiſſima culpa,protinus in * aculeo leuabatur, totaquè eius familia captiuitate perpetua damnabatur. Defenſor nullus in anguſtijs apparebat; accuſatorum verò erat numerus infinitus. Reſidere ſub Eccelini Tyrannide intolerabile, effugere impoſſibile videbatur: quia nequiſſimus Dæmon foſſatis magnis diſtrictum ſuum circumdederat, & ſuper ipſa fecerat ſpeculas, quas Marchiani *muras* appellabant, in quibus erant die noctuquè ſpeculatores, qui nec intrare, nec exire aliquos permittebant. Si quis in fuga deprehenſus fuiſſet, ſine audientia, oculis, vel pedibus, & manibus priuabatur, nec aliquam eum poterat excuſatio liberare. Talis erat ſtatus commorantium in Marchia: tale ſiquidem erat dominium Eccelini. De crudelitate itaquè perfidi Eccelini pauca perſtrinximus. nam exprimere ex toto ipſius malitiam vix poſſet facunda loquacitas Tullij, vel Maronis.

Eccelini in Imperij deſertores crudelitas.

Forti. Equleo

CAPITIS SECUNDUS.

autem opus incœptum consumare intendens,armis,muneribus, & ambagijs exercitum Ecclesiæ ità debilitare curauit, donec ipsum de regno turpiter, & effœminatè coegit exire: taliter quòd totius regni paterni obtinuit principatum, in prejudicium Ecclesiæ & grauamen.

De transitu Venerabilis Arnaldi, Abbatis Sanctæ Iustinæ de Padua.

ANno Domini MCCLV. X. Februarij, cum Vir deuotissimus Abbas Arnaldus honestatis forma, religionis Monasticæ speculum, & exemplar, octo annos, & tres menses in carcere tenebroso, & in vinculis consummasset, circà septuagesimum vitæ suę annum, die decimo intrantis Februarij, qui tunc fuit primus dies Quadragesimæ, apud * Aslum feliciter migrauit ad Dominum. Imminente verò hora migrationis eius, quæ fuit circà diluculum (sicut Fratres Minores viri deuotissimi nobis fideliter retulerunt) multi in castris imminentibus constituti, viderunt manifestè ignea signa ab æthere descendisse, ad instar duarum ardentium facularum, quæ super carcerem eius tamdiu steterunt, donec illa sancta, & Deo dilecta anima carnis vinculo est soluta. Significatiua sanè, sicut firmiter arbitramur, illa duo signa fuerunt duplicis aureolæ, qua vir beatus est à Domino in cœlesti curia inter Martyres, & Virgines coronatus. Corpore si quidem, & animo fuit Virgo, sicut sacerdotes, quibus confitebatur, liquidò profitentur. Nam nequè verbo, nequè facto vnquam dehonestauit in vitio lasciuiæ sui animi puritatem. Martyr verò meritò potest dici, quòd patienter, & innocenter sustinuit longam carceris passionem. In ipsa autem carceris angustia constitutus, tàm custodum, quàm se visitantium affectum, ità quadam lenitate mansuetudinis attrahebat, vt ab omnibus meritò amaretur. Nam cùm in eodem anno, quo de hac vita erat exiturus, nullum proprium habuerit seruientem, ab omnibus enim fuerat derelictus propter immanem rabiem sæuientis Tyranni, qui præceperat, ne aliquis ei ad manducandum aliquid exhiberet, nisi panem atrum, & aquam breuem: nihilominus tandem custodes carceris pietate commoti, omnia ei occultè humanitatis obsequia exhibebant. Ad tanti autem Viri venerabiles exequias celebrandas, in die obitus, conuenit vtriusquè sexus non minima multitudo hominum, & cum reuerẽtia, & honore corpus eius sanctissimum ad Fratrũ Minorum Ecclesiam deferentes, sepulturæ deuotissimè tradiderunt. Multi verò tam viri, quàm mulieres pias lacrymas effundebant, reminiscentes viri Dei compassionem, & dulcedinem, & animi lenitatem: multiquè dicebant, ipsi esse potiùs congaudendum, quòd esset à tantis angustijs liberatus, & paradisi gaudijs frueretur. Post quinquaginta verò dies ab eius obitu, visum fuit Fratribus Minoribus, quòd eius corpusculum in sepulcrũ paratum decentiùs deberet transferri. Procurauerunt autem noctis silentio homines conductitios adhibere ad hoc negocium peragendum, extimantes corpus putridum, & penitùs tabefactum odorem intolerabilem exhalare. Aperientes itaquè loculum, quo pia membra tenebantur inclusa, & nulla putredinis, & corruptionis videntes vestigia, præter quandam albedinem ad modum lanuginis circà palpebras oculorum, admirationem maximam habuerunt, & cunctos de domo ad hoc miraculum conuocantes, vnanimiter Deum laudauerunt, qui in Sanctis suis est mirabiliter gloriosus. Post hoc in sepulchro condigno parato beati Viri corpus reuerendissimè condiderunt.

1255

Lege Asilum, *quod est Oppidum Tarusini agri.*

a) Laureolæ.

De Tridentinis, qui rebellauerunt contrà Ecelinum.

EOdem anno circa principium Aprilis, Tridentini grauissimum iugum tyrannidis Ecelini à suis ceruicibus excusserunt. Ad quos opprimendos validum exercitum per Vallem Suganam festinanter direxit, qui multa castra, & villas eorum tam incendijs, quàm rapinis crudeliter deuastauit. Eodem tempore Ecelinum de Egna, filium sororis suæ, coniecit in vinculis, & Ciramontem suum fratrem varijs tormentis, & fame peremit. Qui ergo fratri, & nepotibus non pepercit, non erat mirum, si super extraneis nulla misericordia moueretur.

De

Digitized by Goo

Question 1

Not yet answered

Marked out of 1.00

Flag question

Edit question

Which of the following statements about the Internet is true?

a. The Internet is a single network that connects computers worldwide.

b. The Internet is a network of networks that connects computers worldwide.

c. The Internet is a network that connects computers within a single organization.

d. The Internet is a network that connects computers within a single country.

Question 2

Not yet answered

Marked out of 1.00

Flag question

Edit question

Which of the following statements about the World Wide Web is true?

a. The World Wide Web is a network of networks that connects computers worldwide.

b. The World Wide Web is a collection of interconnected documents and resources, linked by hyperlinks and URLs.

c. The World Wide Web is a network that connects computers within a single organization.

d. The World Wide Web is a network that connects computers within a single country.

Question 3

Not yet answered

Marked out of 1.00

Flag question

Edit question

Which of the following statements about HTTP is true?

a. HTTP is a protocol for transferring files between computers.

b. HTTP is a protocol for sending email messages between computers.

c. HTTP is a protocol for transferring hypertext documents between computers.

d. HTTP is a protocol for connecting to remote computers.

Question 4

Not yet answered

Marked out of 1.00

Flag question

Edit question

Which of the following statements about HTML is true?

a. HTML is a programming language used to create dynamic web pages.

b. HTML is a markup language used to create static web pages.

c. HTML is a protocol for transferring files between computers.

d. HTML is a protocol for sending email messages between computers.

Question 5

Not yet answered

Marked out of 1.00

Flag question

Edit question

Which of the following statements about CSS is true?

a. CSS is a programming language used to create dynamic web pages.

b. CSS is a markup language used to create static web pages.

c. CSS is a protocol for transferring files between computers.

d. CSS is a language used to describe the presentation of web pages.

[illegible]

concitè Vicentiam properauit. Victores autem paucos occidentes, & quasi neminem capientes, spoliare Ciuitatem toto conamine sunt aggressi. Tunc aperti sunt carceres tenebrosi: rupta sunt vincula, & catenæ: hinc egrediuntur turbæ hominum moribundæ, inde procedunt matronæ nobiles, trepidæquè puellæ, squalore, maciequè confectæ. Exeunt postremò nobiles pueri excæcati pariter, & castrati, quorum miserandus aspectus ad piarum lacrymarum effusionem oculos intuentium prouocabat. Nullus itaquè viribus hominum attribuat victoriam tam fortissimæ Ciuitatis; sed soli Deo, qui est in suis perfectis operibus glorioſus: cuius mediante virtute, famelici saturatos, inermes armatos viriliter deuicerunt.

Præter hæc tantam gratiam contulit virtus diuina Legato, vt infrà quatuor dies nõ solùm Castrum Ecelini, quod erat in angulo Ciuitatis; sed etiam omnia Castra, quæ erant in Paduano districtu, tam in plano, quàm in montibus constituta, ei custodes Ecelini protinus reddidere, præter castrum Montis Silicis, castrumquè inexpugnabile Calaonis. Fama fuit igitur istius victoriæ per vniuersam Italiam diuulgata: Ecclesia ex hoc est virtute roborata: Sacerdotes de Legati cõstantia glorificabantur, omnesq; ipsum prædicabant laude dignum, qui hostem inuictissimum vicit, & insuperabilem superauit. Ipse namq; diuina virtute suffultus, stultam esse sapientiã Saliniguerræ in facto Ferrariæ comprobauit. Nunc verò in expugnatione Paduę, astrologiam, & sortilegia Ecelini esse vanissima, luce clarius demonstrauit.

De summa crudelitate Ecelini, cum audiuit Paduam esse captam.

INterèà, dum hæc Paduæ feliciter agerentur, superbissimus Ecelinus à Mantuæ vastatione reuertens, fluenta Mincij cum exercitu pertransibat. Et ecce occurrit ei velox nuncius veniens à Verona, qui occultè cum timore maximo ei captam esse Paduam ab aduersarijs nunciauit. Tunc ille inæstimabili dolore, ac furore commotus, iussit exercitum festinanter fluuium pertransire: currulquè deinde vsquè Veronam sine intermissione aliqua agitari: sicquè de duabus dietis vnam conficiens, omnibus admirantibus, & festinationis causam ignorantibus, velociter Veronam peruenit, vbi fit omnibus manifestum, Paduam ad manus inimicorum penitus deuenisse. Auditis his rumoribus, Paduani cœperunt inconsolabiliter lamentari: tum pro vxoribus, & filijs, & filiabus, & substantijs, de quorum statu in discrimine tanto erant incerti: tum quia videbant, se in manibus Tyrãni crudelissimi constitutos. Tunc insatiabilis homicida, & draco venenosus addens afflictionem afflictis, præter aliquos sceleratos, præcepit capi omnes penitus Paduanos, quorum numerus ad duodecim millia hominum pertingebat, ipsosq; compedibus alligatos includi fecit in carceribus tenebrosis: quos omnes fame, & alijs supplicijs miserabiliter interfecit. Iterũ præcepit, quod si aliquis Paduanus in fuga fuisset deprehensus, continuò manibus, & pedibus priuaretur. Multi itaquè tali pœna puniri iacebant in agris, & vijs prostrati. Ad quorum horrendos rugitus, validosq; clamores nullus propter timorem Tyranni commotus misericordia flectebatur. Tunc etiam Ansedisium sororis suæ filium, grauissimis catenis compedibus alligauit, imponens, quia non benè Paduam custodiuit. Sed crudelis, & impie Tiranne, cur Deo non attribuis Paduæ captionem, contrà quem nulla potest sapientia, & scientia præualere? Non enim in multitudine bellatorum, & fatali constellatione, in quibus confidis, obtinetur victoria præliorum; sed diuinæ voluntatis arbitrio omnia disponuntur. Saltem ad hoc credendum firmiter, ò pessime hominum, te inducat, quòd per populum cõtemptibilem, & egenum, quem pro nihilo reputabas, diuino iudicio subitò Paduam munitissimam amisisti, quod per anni spatium posse fieri minimè credidisses. Si tota consurrexisset contra te militia Gallicana, tu credebas inimicos ab ingressu Marchiæ prohibere, fluuios desiccando: sed Dominus in caput tuum conuertit, eos siccis pedibus ad Paduana mœnia perducendo. Desine itaquè minister Satanæ, desine aduersus mundi Opificem insanire, sciens, quòd durum est contrà Omnipotentis stimulum calcitrare.

Ecelinus in Paduanos Verone inuentos crudelitas.

Ansedisius ab Ecelino Auunculo duriter habitus.

Post mensem autem à captione Paduæ, cùm Ciuitas aquarum beneficio plurimùm indigeret, quia in districtu Vicentino Tyrannus fecerat claustra, ne versus Paduam emanarent, Legatus ad destruendum prædicta obstacula cum exercitu properauit. Quod quum audisset Potestas Vicentiæ, occurrit eis audaciter cum militia Vicentina. Et inito certamine, Potestas, & multi cum eo Nobiles viri in prælio ceciderunt, omnesquè alij turpiter sunt fugati, fractisquè claustris aquarum, Legatus cum exercitu Paduam est reuersus.

De

De ſeditione exercitus Legati.

Tumultus, terrorquè in exercitu Legati Pōtificis.

POſt hæc circà introitum Auguſti, Legatus cum magno exercitu verſus Vicentiam equitauit, peruenitquè ad burgum Cuttodiæ, vbi eſt antrum mirabile ad videndum: ibiquè ſunt exortæ inter Principes contentiones, & queſtiones diuerſæ. Principia fuerunt iſta, quòd Bononienſes, de quibus erat in exercitu cum militum, quàm peditum maxima multitudo, verſi in ſeditionem dixerunt, ſe nolle vltrà procedere: imò volebant ad propria remeare. Videns autem Legatus in exercitu eſſe diſſenſiones multimodas animorum, quas non poterat mitigare, Paduam protinus eſt reuerſus. Bononienſes autem, qui cum magno feruore venerant in Marchiam ad Legatum, inuentis friuolis occaſionibus ignominioſè ad patriam redierunt.

Qualiter Ecelinus venit cum exercitu circà Paduam.

HIs cognitis Ecelinus audacior effectus, rurſus in arma furens, ad recuperandam Paduã veſana mente aſpirans, prece, & precio de totius Lombardiæ finibus, vbi fautores habebat, militibus, peditibus, & baliſtarijs congregatis, cum ingenti multitudine bellatorum contrà Paduam eſt profectus. Cuius terribilem aduentum Legatus, & Marchio cognoſcentes, & * pugnandum campeſtri prælio cum Tyranno impares viribus ſe videntes, foſſatum circà burgos Paduæ, à parte occidentali cum ſumma feſtinatione fieri præceperunt, ad ſuſtentis Ecelini impetum cohibendum. Et concitè Venetias, Ferrariam, & Mantuam nuncios dirigentes, collegerunt in vnum militum, & peditum non modicam quantitatem. Patriarcha autem Aquileienſis cum decenti ſocietate in eorum venire auxilium feſtinauit. Caſtra metatus eſt autem Ecelinus cum valido exercitu iuxta foſſatum, direxitquè frequenter ſuas acies copioſas antè mœnia Ciuitatis, vt intrinſecos ad prælia prouocaret. Sed ipſi cautè dimiſerunt eum ad ſuum libitum inſanire. Nam circa quinque millia hominum in ſuo exercitu dicitur habuiſſe: * Legatus verò, & Marchio cum Prælatis, & Sacerdotibus, & Leuitis nunquàm ad duo millia peruenerunt. Legatus autem vir conſtantiſſimus, vt ad Ciuitatis defenſionem ciues pauidos animaret, in monaſterio Sancti Benedicti, iuxtà foſſatum, die, noctuq; ſuam conſtituit manſionem, alijs Principibus inter muros Paduæ reſidentibus prætimore. Videns tandem Tyrannus furibundus, ſe contrà Ciuitatem non poſſe in aliquo præualere, nec ad Montemſilicem ſibi patere acceſſum, vbi Caſtrum fortiſſimum à ſuis cuſtodibus tenebatur, Veronam, fruſtratus ſuo deſiderio, eſt reuerſus: nec addidit vltrà fines Paduæ cum exercitu introire: imò Paduani frequenter loca ei ſubdita viriliter impugnabãt.

Addes ad

Paduam ab Ecelino obſeſſa.

Deſiderantur hæc ī Cod. Pat. vsq; Legatus autem, &c.

Soluitur Paduana obſidio.

Tunc temporis, tertiò die, intrante Auguſto, dominus Ioannes Epiſcopus Paduanus, veniens à Romana Curia, vbi paſtoralem promeruit dignitatem, à Clero, & populo Paduano honorabiliter eſt ſuſceptus, & à porta Prati vſquè ad maiorem Eccleſiam proceſſionaliter eſt deductus.

De reconciliatione Brixiæ.

ANno Domini M CC LVII. Exhortatione pariter, & præcepto Legati Sedis Apoſtolicę, frater Henuerardus de Ordine Prędicatorum, vir Venerabilis, & tàm in Theologia, quàm Phyſica ſcientia plurimùm eruditus, Grifolinum Brixiæ Poteſtatem, & alios Optimates ita dulci, & facunda eloquentia mitigauit, quòd illi, qui de parte Eccleſiæ in prędicta Ciuitate fuerant vinculati, à vinculis abſoluti, & ſuis ſunt poſſeſſionibus reſtituti. Quo facto, Legatus exponens ſe magno periculo, propter inſidias malignorum, latenter de Mantua cum paucis Brixiam eſt profectus, & ibidem aliquot diebus reſidens, ità ſuo dulci colloquio Brixienſium animos reconciliauit, quòd ipſi firmiter promiſere, * more, ſolito in deuotione Eccleſiæ permanſuros. Quod audiens Ecelinus, & Palauicinus Eccleſiæ inimici, fruſtrati ſpe ſua, ſunt non modicum conturbati. 1257.

Deſiderantur, ſe.

Papienſes, & Placentini Cæſarianorum iugum excuſſũt. NB.

Eodem anno Papienſes primò, & Placentini ſecundò iugum Vberti Palauicini à ſuis cervicibus viriliter excuſſerunt. Nam, ſicut Ecelinus in Marchia, ita ille ſuper partem Federici in Ciuitatibus Lombardiæ tyrannidem exercebat.

Per

Cook Libr. II. 75

trà ſe non timent quotidie ſuis ſceleribus prouocare. Dominus igitur ſit nobis adiutor, & non timebimus, quid nobis faciant Mars, Iupiter, & Saturnus.

De commotione Cremæ.

FActis itaquè Brixiæ proſperè ordinatis, Legatus perrexit Mediolanum, vt ſedaret Mediolanenſium diſcordias cauilloſas. Cum igitur circà hoc plurimùm laboraret, magnum infortunium accidit Mediolanenſibus, eorum exigentibus diſſenſionibus, & peccatis. Nam cum per multorum annorum circumuolutiones Cremę dominium habuiſſent, & propter hoc inter ipſos, & Cremonenſes inexorabilis diſcordia extitiſſet, ex qua multa millia hominum ex vtraquè parte, in diuerſis bellorum congreſſionibus perierunt: his tamen temporibus Crema taliter eſt ad manus Cremonenſium deuoluta. Quidam namq; potentes de Cremonenſibus, contrà quoſdam ſuos aduerſarios ex eodē Oppido zelo malitiæ concitati, Cremonenſes, & Palauicinum in ſuum auxilium vocauerunt, & expulſa parte aduerſa, ſe ſimul cum patria Cremonenſium dominio ſubdiderunt.

Qualiter Paduani Teutonicorum militiam ſuperauerunt.

Paduanorum victoria cōtrà Ecelinum.

EOdem tempore, tertio ſcilicet die, Iulio exeunte, Marchio, & militia Paduana in Campeſtribus Baxiani, militiam Teutonicorum, ſoldum recipientium à perfido Ecelino, viriliter proſtrauerunt, magnamquè prędam de ipſorum ſpolijs habuerunt. In iſtorum quippe impetuoſa virtute Tyrannus maximè confidebat, quorum fretus auxilio & tutela, nefanda & inaudita ſcelera toto dominij ſui tempore audaciſſimè perpetrauit. Et quid mali non operatur auri fames penitus execranda? Iſti enim probatiſſimi Teutonici, animarum ſuarum, & corporum ſtolidiſſimi venditores, ità erant Ecelini pecunia excecati, quòd nec ſententia excommunicationis, nec terrore non parcentium gladiorum auelli ab Ecelini horribili obſequio potuerunt. Vnde à victoribus velut oues occiſionis ſunt merito reputati.

Qualiter Ianuenſes ſunt à Venetis ſuperati.

HIs temporibus cùm Ianuenſes Venetorum animos grauiter offendiſſent in Ciuitate Anconitana, quæ antiquitus Ptolemaida dicebatur, vbi communiter negotiatores dictarum Vrbium habitabant; Veneti vleiſci ſuas iniurias cupientes, & pro nihilo maris pericula, & expenſarum magnitudinem reputantes, dummodo valerent ſe de aduerſarijs vindicare, claſſem in manu valida in Syriam direxere: & tàm nauali pręlio, quàm campeſtri Ianuenſes viriliter expugnantes, captis multis nauibus eorum bellicis, & reliquis in fugam conuerſis, euerſa ſimul turre munitiſſima, & in vaſtitate hoſtili, cunctis eorum domibus deſolatis, ipſos de Ciuitate Anconitana penitus expulerunt.

Qualiter Ecelinus habuit Brixiam, & de captione Legati.

PRopter innumerabilium inundationem malorum, abſorbentium intellectum, horret animus temporum noſtrorum calamitates, & ruinas perſequi ſeriatim. Viginti enim anni ſunt, vel circà, quòd occaſione Sedis Apoſtolicæ, ac Imperialis, ſanguis Italicus effunditur, velut aqua, & contrà Romanam Eccleſiam Tyrannorum perfidia debacchatur. Et nunc, cùm putabamus pernicioſorum hominum potentiam aliquantulum diminuram, rurſùm proſperitate inopinabili confortati ad ſydera extolluntur. Deniq; cum Legatus cum exercitu Brixienſium, & militia Mantuana, Palauicino, & Cremonenſibus occurriſſet, qui ſuggeſtione perfidi Ecelini duo caſtra Brixiæ inuaſerant, iuxtà flumen olei conſtituta: tunc Ecelinus, qui vſquè in ſenectam, & ſenium à malitia non ceſſauit, vndiquè militia congregata, ſubito de oppido Piſcariæ, in noctis crepuſculo, iter arripuit, in ſummo diluculo, die Veneris ſecundo, exeunte Auguſto, tranſiens Oleum, exercitui Cremonenſium ſe adiunxit.

Ecelinus cum Palauicino exercitū iungit.

Audiens autem Legatus vires hoſtium augumentatas, ſed incrementi neſciens quantitatem, habito concilio ſapientum, voluit in caſtrum Gambaræ cum exercitu introire, & ſic in tuto loco amicorum auxilium expectare. Sed vicit hoc ſalubre conſilium * temeritas multitudinis,

Al. Inſemeritas.

tudinis, obſtinatè dicentis, potiùs eſſe dimicandum cum hoſtibus, quàm ad latibula diuertendum. Ignorabant enim tàm Legatus, quàm alij, * vt malè cuſtodientes vias, per quas tranſire poterant inimici, Ecelinum cum vniuerſa militia Marchiana, in nocte precedente perſonaliter aduenisse. Dum igitur diuerſi diuerſa ſentirent (nam fortiſſimos quoquè milites ſubita bella conturbant) Ecelinus, & Palauicinus flumen Olei velociter tranſeuntes, contrà fideles Eccleſiæ acies continuò direxerunt. Et tunc incœperunt acies Ecelini prius abſconditę dilatari, & eius vexilla mortifera recognoſci. Cernentes igitur perſequutores Eccleſiæ Legatum, & Brixienſes comparatione ſui habere militum paucitatem, ſine dilatione ipſorum exercitum terribiliter inuaſerunt. Tunc Brixienſes inopinabilem inimicorum multitudinem intuentes, perterriti vehementer, in fugam protinus ſunt conuerſi, captaquè eſt ex eorum populo maxima multitudo, & (quod non ſine dolore dicimus vehementi) captus eſt Legatus, & cum eo Epiſcopus Veronenſis, nec non Poteſtas Mantuæ, ac multi alij probi viri. Brixienſes, qui remanſerant ad cuſtodiam Ciuitatis, & qui de caſtris ad Vrbem confugerant, timore ſubitaneo excœcati, ſine ictu gladij, & ſagittæ ſæuiſſimo omnium Tyrannorum, Ecelino ſcilicet, & Palauicino Brixiam protinus tradiderunt. Multi verò nobiles, & etiam populares, & Epiſcopus cum Clero Ciuitate relicta fugerunt à facie inimici, ſaluare perſonas in tanto diſcrimine ſolummodo cupientes.

In alio. Vt pote malè.

Legatus Papæ in Ecelini poteſtatem deuenit.

Brixia Ecelino reſtituitur.

Porrò de tam ſubita Brixiæ amiſſione, & de captione Legati, viri conſtantiſſimi, & fidei feruore accenſi, qui aſſiduè pro Eccleſiæ libertate contrà Tyrannorum rabiem, ab adoleſcentia vſquè ad ſenectutem exponendo ſe diuerſis periculis, laborauit, nonnulli plurimùm conturbati, cœperunt & conqueri vehementer, & mirari, quia diuina prouidentia tanto tempore permittit Eccleſiam ſic affligi, & impios validè proſperari. Sed abſquè dubio iſtas querelas paruitas fidei introducit. Cùm enim ſciamus Sanctiſſimum Ioſiam à ſagittarijs Pharaonis, Petrum, Paulumquè Neronis Imperio interemptos (& vt de hominibus taceamus) cùm Dei filium cognoſcamus Crucis ignominiam pertuliſſe, paruæ fidei à nobis ſunt meritò exiſtimandi, qui felices putant Tyrannos, & Vrbium ſubuerſores, quia proſperitate iſtius ſeculi, & delitijs perfruuntur: cum continuus ſucceſſus temporalium æternæ damnationis eſſe indicium comprobetur. Sed & in preſenti legimus maximos Tyrannorum miſerabilem exitum habuiſſe. Nam Cyrus, poſt dominium Orientis, à Regina Scytharum legitur decollatus: veneno Babylonico Magnus perijt Alexander, & Cæſar Senatorum gladijs eſt confoſſus. Et nunc non eſt manus Domini abbreuiata, vt ſaluare nequeat ſeruos ſuos: ſed peccatis hominum exigentibus permittit aliquando ipſos inſanire, & Eccleſiam ſuam in tribulationum turbine fluctuare. Dimiſſis itaquè dubitationibus de regimine Creatoris, iactemus noſtrum in Domino cogitatum, qui poſt tempeſtatem tranquillum facit, & poſt lacrymationem, & fletum exultationem infundit.

Qualiter inter Cremonenſes, & Ecelinum exorta eſt diſcordia.

1259 ANno Domini MCCLIX. Poſtquam Brixia miſerabiliter ab hoſtibus eſt ſubacta, Ecelinus impatiens conſortis, nullum volens habere parem, Marchionem Palauicinum, & Cremonenſes, quos habuerat ſocios, & in belli diſcrimine, & in tam excellenti victoria, à dominio captæ Vrbis paulatim excluſit, & ſic ipſe ſolus Brixiam, & eius diſtrictum obtinuit, preter caſtrum Vrceorum, quod fideles Eccleſiæ viriliter defendebant. Tandem Cremonenſes multis iniurijs ab eo ſæpius ſtimulati, ſe cernentes deluſos, & nullam vtilitatem, vt ſperabant, de tanta Victoria conſequutos, contra tyrannidem nequiſſimi Principis ſunt commoti: & perſuadente Boxone de Doaria, Ciue Cremonenſi nobili, & potenti, qui exoſam habebat malitiam Ecelini, Marchio Palauicinus, & Cremonenſes vehemens odium, quod quotidie conceperant contra hominem ſceleratum, verbis & factis euidentiſſimè oſtendere incœperunt. Statimquè deliberato conſilio ad Marchionem Eſtenſem, & Mantuanos nuncios dirigentes, pacem, & ſocietatem inter ſe firmiſſimam ſtatuerunt, quòd vnanimiter contrà Tyrannum crudeliſſimum dimicarent, ſibi inuicem ardenti animo promittentes. Mediante autem inſuper induſtria Boxonis de Doaria, qui

Simultas inter Palauicinum, & Ecelinum.

In Ecelinum conſpiratio.

Digitized by Google

vigilanti ſtudio cogitabat, qualiter poſſet Leonem indomitum, & ferociſſimum edomare, antiquiſſima illa, & inexorabilis diſcordia Mediolanenſium, & Cremonenſium eſt ſedata: factaquè fuit cum ſummo gaudio vtriuſquè Ciuitatis pax firmiſſima inter eos. Sciens namquè prudentiſſimus Boxo, minimè tutum eſſe vicino ſerpente domari, modis omnibus procurabat omnem viam contrahendi amicitiam, & augumentandi vires precludere Ecelino. Sicquè factum eſt Domino cooperante, qui nouit inueſtigabili modo * electos deprimere, & de luto fœcis erigere de ſalute propria deſperantes, quod pars maxima Lombardiæ corde voluntario aduerſus inimicum Dei, & hominum coniurauit. Et meritò hoc à Domino eſt prouiſum, vt eſſent manus omnium contrà eum, cuius manus impiæ genus hominum afflixerunt. Ipſe namquè turbauit terram, concuſſit regna, interfecit populos, & Ciuitates plurimas deſolauit. Nam quaſi hortus voluptatis erat Marchia Tarui-ſina, priuſquam eius tyrannidi ſubderetur, Sed poſtquam fuit ab eo afflicta, comparatione prioris ſtatus, videtur eſſe quaſi heremi ſolitudo, Teſtantur hoc ruinæ Ciuitatum, Villarum pariter, & Caſtrorum. Nec ei ſufficere videbatur regionem ſibi ſubditam diſſipare; ſed Legatos mittebat ad exteras nationes, vt contrà Romanam Eccleſiam, & eius fideles Reges orbis, & Principes concitaret, Nuntij namquè eius ſolliciti, & veloces per diuerſas Prouincias diſcurrebant; nunc ibant ad Curiam maximi Federici: nunc ad Principes Alemanniæ, ad ſeditionem, & diſcordiam excitandos: nunc ad Regem Vngariæ, pro amicitia obtinenda: nec non ad fortiſſimum Regem Caſtellæ pergebant, cui Regnum Italicum ſeminator diſcordiæ promittebat, vt ſi fieri poſſet totum mundum aduerſus Eccleſiam prouocaret. Cor ſiquidem impijſſimi Ecelini erat continuè quaſi mare feruens, quod quieſcere nunquam poteſt. Nihil enim malè putabat eſſe actum, cum aliquid ſupereſſet agendum. Vnde modis omnibus aſſiduè cogitabat, cum inſtantia vehementi addere malum malo, & iniquitatem ſuper iniquitatem apponere, quaſi timens, ne tempus ſibi deficeret, ad ſuas machinationes, & doloſitates inopinabiles opere adimplendas. His ità breuiter exactis, ad deſcribendum tyrannidis exitum accedamus.

Forte. Elatos.

Ecelini turbulentum ingenium.

Qualiter captus fuit perfidus Ecelinus.

ANno Domini itaquè reuoluto, poſtquàm Brixiam obtinuerat Ecelinus, circà principium Septembris, ipſe congregauit exercitum copioſum, proceſſitquè de Brixia in manu valida, & caſtrametatus eſt in campeſtribus Vrceorum, & omnia, quæ circà prædictum caſtrum in agris fuerant, deuaſtauit. Quo audito, Cremonenſes amicis vndiquè conuocatis, exiuerunt vnanimiter contrà eum, & iuxtà Succinum caſtrum ſuum temptoria poſuerunt. In quorum auxilio Mantuani, & Ferrarienſes cum Marchione Eſtenſi magnificè ſunt profecti. Mediolanenſes etiam contrà Lupum rapaciſſimum venire communiter promiſerunt. Cùm ergo eſſent inſimul congregati, cœperunt præparare ſe ad pontes ſuper flumen Olei fabricandos, vt poſſent, venientibus Mediolanenſibus, tranſire ad Tyrannum perfidum inuadendum. Interèà, dum hoc facere molirentur, Ecelinus, cui mille artes inerant, millequè modi nocendi, ſuis machinationibus, & perſuaſionibus fraudolentis quoſdam Magnates Mediolani corruperat, ſuum populum odientes, qui firmiter promiſerunt ei ſuam tradere Ciuitatem, & pro huius rei ſecuritate proprios etiam filios ipſi obſides tradiderunt. Quorum promiſſionibus incumbens Tyrannus, cupidus dominandi, cor ſuum in ſuperbiam eleuauit, quod erat ruinæ præſagium imminentis. Et de nocte conſurgens de campeſtribus Vrceorum iuſſit populum redire Brixiam feſtinanter. Ipſe verò cum octo millibus hominum equeſtrium, in quibus erant tria millia electorum militum, velociter quaſi Aquilæ volantes ad eſcam, per pontem Pallazoli flumen Olei pertranſiuit: venienſquè ad Aduam fluuium, ipſum ſimiliter inceſſu principali tranſuadauit. Ibiquè occurrunt patriæ proditores: quibus aſſumptis verſus Mediolanum ire cum ſummo gaudio miniſter Diaboli feſtinabat, à quo, peccatis exigentibus, ſicut bos ad victimam ducebatur. Ipſo itaq; Mediolanum pergente, è contrà Martinus * de Lauro, vir ſapiens, & aſtutus, totius populi Medio-

Caſtrum Vrceorum.

Ecelinus Mediolanum petit proditorie cum occupaturus.

Lege. Della Turre.

Mediolanenſis Capitaneus, & defenſor, de Mediolano cum exercitu erat egreſſus, & in Cremonenſium auxilium veniebat. Precurrens igitur nuncius, quem Bergomenſes quidam amici Eccleſiæ direxerunt, nuntiauit Martino tremendum aduentum fortiſſimi Ecelini. Qui cùm audiſſet, quòd crudeliſſimus prędo ad obtinendum Mediolanum cum exercitu aduenirет, obſtupuit vehementer, reuertenſquè velociſſimè, verſus Mediolanum (Domino faciente, ſine quo fruſtrà vigilant, qui cuſtodiunt Ciuitatem) peruenit antè peſſimum Ecelinum. De Martini verò ſtrenuiſſimi Viri ſubitaneo aduentu exterriti ſunt patriæ proditores. Alij verò ciues tanti Viri prędentia roborati, ad reſiſtendum Tyranno ſe viriliter parauerunt. Et ſic diſſipatum eſt conſilium malignorum.

Videns itaquè perditionis filius ſuas inſidias denudatas, & aliter ſibi, quàm exiſtimauerat, accidiſſe: ad inuadendum nobiliſſimum Burgum Modoitiæ ſe conuertit. Sed Burgenſes armis aſſumptis ipſum intrare minimè permiſerunt. Caſtrum etiam Tritij voluit occupare: ſed & inde penitus eſt repulſus. Burgum tamen dicti loci obtinuit, ipſumquè crudeliter concremauit. Tandem neceſſitate compulſus Vicum mercati intrauit, ibiquè ſæuiſſimus prędo terrarum ſuam infelicem conſtituit manſionem.

Cognoſcentes igitur Cremonenſes, & Mantuani, & eorum ſocij notiſſimum volatum temerarij Ecelini, vnanimiter mouentes caſtra, vſque ad flumen Aduam eius veſtigia ſunt ſequuti: figenteſquè tentoria iuxtà locum, per quem tranſiuit inſatiabilis homicida, fecerunt cum ſumma diligentia pontes, & vada fluminis cuſtodiri, ne aliquo modo ſerpens tortuoſus poſſet abſquè periculo ad propria remeare. Mediolanenſes etiam, ex alia parte, validum exercitum congregantes, in prędium procedere diſponebant. Sed hoc eorum animos ad bellandum promptiſſimos retrahebat, quòd Capitaneos, & Vauaſſores de crimine proditionis ſuſpectos habebant. Quorum impetum Ecelinus plurimum expaueſcens, maximè cùm videret ſe à proditoribus quotidie derelinqui, à Burgo, in quo erat concluſus, non permittebat ſuos milites longiùs euagari. Sed nec ibidem diutiùs poterat reſidere, ne, omninò deficientibus victualibus, famis anguſtia exercitus premeretur.

His ità ſe habentibus, conturbati ſunt nobiles Brixiæ: robuſtos Veronæ obtinuit tremor: obriguerunt omnes milites Ecelini, tàm animoſi Teutonici, quàm Latini. Tunc etiam terrefactus eſt corde Draco venenoſus, cernens ſe ab inimicis vndiquè coarctatum: nimioquè timore territus, non erat auſus cum Mediolanenſibus dimicare, ipſorum multitudinem pertimeſcens: ſed verſus ad Aduam, vnde venerat, deliberato conſilio direxit ſubitò iter ſuum. Sperabat namquè vnum de duobus, licet inimici ſtarent ex aduerſo, aut viam ſibi gladijs aperire, aut fortè per medias acies bellatorum fugæ remedium inuenire. Cum igitur ad pontem Aduæ peruenisſet, inuenit ipſum ab aduerſarijs occupatum: & dum ad expugnandum pontem ſuos fortiter hortaretur, quidam ſagittam dirigens in incertum, eum in pede grauiter vulnerauit. Qua percuſſione plurimum eſt turbatus, tum quòd inueteratus erat dierum malorum; tum quòd in tanto periculo conſtitutus, prę dolore vulneris non poterat limpidè cogitare, quid eſſet expediens, quid nociuum. Impugnatione itaquè pontis dimiſſa, tremebundus homicida, magis cogitans de fugæ prędidio, quàm de acie ordinanda, feſtinanter ad vadum fluminis properauit, ipſumquè velociter, nullo impediente exercitu, pertranſiuit.

Pugna inter Ecelinum, & Mediolanenſes.

Tunc Marchio Palauicinus, & nobilis Boxo de Douaria cum Cremonenſibus, ſimiliter Illuſtris Marchio Eſtenſis cum Mantuanis, & Ferrarienſibus ipſum viriliter inuaſerunt, eiuſquè aciem fortiſſimam irrumpentes, terribilem Leonem cum magno impetu rapuerunt. Electi autem milites eius, multitudini aduerſariorum reſiſtere non valentes, in fugam protinus ſunt conuerſi, & ſic manus hoſtium euaſerunt. Auctores verò fugæ Brixienſes dicuntur principaliter extitiſſe. Multi autem capti ſunt de ipſius exercitu, pauci verò gladio perierunt. Tunc re vera exultauerunt victores capta præda, quando electorum armorum, & equorum, & * prędoſæ ſupellectilis ſpolia diuidebant. Supremum verò, & inæſtimabile gaudium erat cunctis, quòd carnifex Diaboli erat captus, qui nec viris grandæuis, nec mulieribus, & prægnantibus, nec infantibus & balbutientibus vnquam voluit miſereri.

Fortè pretioſę Ecelinus ſeu eius in prędio capitur.

Poſtquàm autem rumor inſonuit per exercitum, quòd captus erat perfidus Ecelinus: à vocibus clamantium populorum, à ſtrepitu concurrentium equorum, & clangore tubarum terra tremere videbatur. Omnes quippe certatim currebant ad Diaboli monſtrum,

& Sataną ſpectaculum intuendum. Iſta itàquè Victoria triumphalis, à cunctis populis recolenda, die Sabbato, quarto exeunte Septembri, in quo feſtum Coſmæ, & Damiani Martyrum celebratur, prope fluuium Aduam eſt patrata. Ibi perierunt arma bellica Ecelini; ibi bellorum ſæua tempeſtas, iubente Domino, conquieuit. Tunc Omnipotens aures ſuæ ineffabilis miſericordiæ inclinauit, vt audiret gemitus compeditorum, & filios interemptorum ab ergaſtulis liberaret. Piè ſiquidem iſtam memorialem, in qua verè cœlorum cataractæ apertæ, & viſcera miſericordiæ Dei noſtri largiter affluxerunt, debet omnis Italia, imo vniuerſi, qui Chriſtiana profeſſione cenſentur, meritò celebrare, in quo Dominus operatus eſt ſalutem in medio Lombardiæ, caput malorum cum ſuis ſatellitibus mirabiliter proſternendo. Tunc verè percuſſit Dominus deteſtabilem Philiſtęum, & abſtulit opprobrium grandiſſimum de populo Chriſtiano. Et licet Dauid prohibuerit, ne Saulis, & Ionathæ occiſio annunciaretur in Geth, & in compitis Aſcalonis: cauſam tamen rationabilem aſſignauit, ne ſcilicet Philiſtinorum filiæ lætarentur, & augeretur cultus abominabilis Idolorum. Stragem tamen exercitus Ecelini ſecurè audiat omnis terra, & plenitudo eius, Inſulæ & habitatores earum, vt diuinæ maieſtatis potentia vbiquè ore omnium prędicetur: cui victoria iſta eſt totaliter adſcribenda, non viribus hominum, aut effectibus planetarum. Quare non ſaluauerunt de tanto periculo Ecelinum Augures cœli, caſtra eius ſequentes, qui contemplabantur ſydera, & ſupputabant menſes, vt ei ventura certiſſimè nunciarent; ſed re vera parcendum eſt eis, quia tam grauiſſimo prędio imminente, adæquare planetas, accipere Aſtrolabium, & ſtudere in tabulis Aſtronomiæ minimè potuerunt: vel fortè in tam graui diſcrimine pugnæ plus in equorum velocitate, quàm in planetarum auxilio confidebant. Et ne aliquis ignarus iſtius negocij valeat dicere in futuro, magiſtrum ſcelerum de talibus non curaſſe, tota Marchia in teſtimonium deducatur, quæ vidit in eius curia plures Aſtronomos magnificè honoratos: magiſtrum ſcilicet Salionem Canonicum Paduanum, & Riprandinum Veronenſem, Guidonem de Bonato Aſtronomum Forlinenſem, Paulum etiam Saracenum cum barba prolixa, qui de Baldach venit, à remotis videlicet finibus Orientis: qui tam origine, quàm aſpectu & actu eſſe alter Balaam ariolus meritò videbatur.

Sarcaſmus.

Ecelini Aſtrologi.

De morte perfidi Ecelini.

CVm Ecelinus (vt prędictum eſt) in manus hoſtium incidiſſet, & eſſet in prędio grauiter vulneratus, Succinum à Cremonenſibus eſt deductus: ibiquè poſt paucos dies, cùm ferè ſeptuaginta eſſet annorum, nullamquè prolem haberet, deficiens mortuus eſt in peſſima ſenectute. Et hac animaduerſione adeo eſt dignè punitus, vt in morte obliuiſceretur ſui, Sacramenta Eccleſiaſtica deteſtando, qui dum viueret immemor fuit Dei. In prędicto verò caſtro corpus eius eſt traditum ſepulturæ. Eius autem animam infelicem, onuſtam pondere peccatorum, dæmones abſquè dubio rapuere, & eam in profundum Inferni, vbi eſt * tumultus tormentorum, & nulla redemptio, proiecere. Iſtæ fuit finis vitæ, ac tyrannidis Ecelini. Iſtæ verò fuerunt Ciuitates, ſuper quas exercuit tyrannidem inauditam, Verona, Vicentia, Padua, Taruiſium, * Faltrum, Tridentum, & Brixia. Omnia enim caſtra Epiſcopatus Cenetenſis ſuæ ſubdidit poteſtati. Padua verò, & Tridentum antè mortem ipſius ab eius iniquis manibus euaſerunt. Per triginta quatuor ferè annorum curriculum, excluſo Comite S. Bonifacij cum ſuis amicis, Veronam obtinuit violenter: & tandem Ciuitatis potentia exaltatus, excellentis Principis Federici amicitiam acquiſiuit; cuius fretus virtute, cunctam ſibi Marchiam ſubiugauit. Ipſius quippe maligna inſtigatione Imperator potentiſſimus Federicus, cui prębuit iſte Tyrannus introitum in Italiam per Veronam, violenter, concuſſis viribus totius Imperij, Lombardiam voluit obtinere. Cuius rei cauſa inter Romanam Eccleſiam, & Imperium inexorabilis diſcordia eſt exorta, propter quam multa millia hominum in diuerſis mundi partibus perierunt. Horum malorum caput, medium, & finis extitit perfidus Ecelinus.

Fortè mel. Cumulus.

Ecelini potentia ī Marchia Taruiſana. Mel. Feltrū.

Qualiter

Qualiter poſt ruinam perfidi Ecelini facta eſt pax in Marchia vniuerſa.

FAma igitur prędictæ victoriæ per Vrbes Italiæ decurrente, omnes populi de ruina Tyranni inirabiliter exultabant, diuinã virtutis potentiam collaudantes. Non fuit ità generalis lætitia, & commune tripudium à multis retrò temporibus in Ciuitatibus Lombardiæ. Tunc Vicentini his rumoribus excitati, confeſtim ſuos ciues, qui fugerant à facie terribilis Ecelini, & Paduæ reſidebant, vt redirent Vicentiam, rogauerunt: & ſic omnes ad propria ſunt reuerſi. Similiter Feltrenſis Epiſcopus, & fideles Eccleſiæ cum eo ad ſuam Ciuitatem pacificè redierunt. Gens autem potentiſſima Venetorum, quam Diuina Clementia fecit ſæpiſſimè de ſuis hoſtibus triumphare, audiens Tyrannum horribilem corruiſſe, gauiſa eſt vehementer: ſtatimquè aſſumptis Taruiſinis, qui effugerant rabiem Tyrannorum, Ecelini ſcilicet, & nequiſſimi Albrici, ad inuadendum Taruiſium exercitum deſtinauit. Ecelinus namquè toto tẽpore ſuæ tyrannidis, tumore ſuperbię nimiùm excæcatus, frequenter Venetos multis iniurijs laceſſiuit. Sed ipſi Viri aſtuti, & donis ſapientiæ, ac prudentiæ præ cunctis populis Italiæ prędotati, tacitè diſſimulando, tempus congruum expectabant, in quo poſſent Tyranno pro meritis reſpondere: & iplorum expectatio non eſt ſuo deſiderio defraudata. Ipſorum namquè virtutis potentia, & conſilio Padua eſt deuicta, & poſtmodùm ab impetu Ecelini viriliter eſt defenſa.

Veneti poſt Ecelini mortem vindictam iniuriarum eius moliuntur.

Albricus itaquè de Romano, fraternæ impietatis impiger imitator, impar quidem fratri ratione dominij, ſed eidem in malitia coæqualis, audiens Ecelinum in ſuis malitijs comprehenſum, obſtupuit vehementer, & cum ſuis (multorum malorum, quæ fecerat, Taruiſinis memor, quos crudeliter eijciendo de Ciuitate bonis omnibus ſpoliauit, quoſdam verò ipſorum ignominiosè ſuſpendit, variſquè modis occidit, alios autem cęſos gladio iacere fecit inſepultos in medio platearum) non fuit auſus inimicorum expectare aduentum: ſed cum vxore, & filijs noctu Taruiſium dereliquit, & ad caſtrum Sancti Zenonis confugiens, ibi, munitione loci confiſus, ſuam arctiſſimam conſtituit manſionem. Hoc audito, Taruiſini ſimul cum exercitu Venetorum ad Ciuitatem protinus acceſſerunt, & à ciuibus ſuis gratanter, & pacificè ſunt recepti. Omnia verò caſtra Marchiæ, tàm in planicie, quàm in montibus conſtituta, ſuis Ciuitatibus in breui tempore reddita ſunt à cuſtodibus Ecelini. Ad iſta namquè omnia feliciter peragenda ſtrenuè ſe gerebat tàm populus, quàm militia Paduæ: pariterquè præſentia, & perſuaſio Sanctiſſimi patris Gregorij Patriarchæ Aquileienſis, qui tunc erat Paduæ, maximum auxilium conferebat: cuius magnanimitatem, & prudentiam circumſpectam in arduis negocijs, ſummis periculis, tota Italia eſt experta. Veronenſes autem cum longo tempore fuiſſẽt crebris bellorum tempeſtatibus conquaſſati, habere pacem cum parte Comitis plurimùm affectabant. Vnde audientes caſum nefandiſſimi Ecelini, gauiſi ſunt vehementer, quòd erepti erant de tam grauiſſima, & longiſſima ſeruitute. Accidit namquè Veronenſibus, quod dicit Iob, quòd, dum nimis timuerunt pruinam, irruit ſuper eos nix; imò grando, & glacies infernalis: &, dùm quærerent equi fortitudinem declinare, in dentes Leonis ſæuiſſimi incurrerunt. Horribilis enim Tyrannus, quem ipſi exaltauerant ſuprà modum, ità crudeliter afflixit illam nobiliſſimam Ciuitatem, quòd vix in ea vllum nobilem militem dereliquit: populum etiam eius potentiſſimum gladio fame, igni, diuerſiſquè ſupplicijs vehementer attriuit. Nam in vna die ferè ducentos Veronenſes fecit ſimul cum ipſo carcere, igne circumpoſito, concremari. Poſt continua itaquè ſupplicia, atquè dolores, tandem Veronenſes cælitus recepta deſideratiſſima libertate, omni dilatione poſtpoſita, cuſtodes Tyranni de munitionibus expulerunt, & apertis carceribus tenebroſis, cunctos captiuos vtriuſquè ſexus protinus dimiſerunt. Statimquè ad Comitem S. Bonifacij, Mantuæ commorantem, & ad reliquos ſuos ciues nuncios dirigentes, vt ad ſua redirent, eos amicabiliter hortabantur. At illi, poſt longum exilium natalis dulcedine ſoli perfrui cupientes, ad dilectam Ciuitatem lætanter, & pacificè redierunt. Sublata namquè de medio diſcordiæ materia, in tota Marchia pax tranquilla, & dulcis concordia ſubitò eſt effecta. Sicquè patuit per effectum, quòd ſolus filius perditionis pacem, & ſalutem omnium excludebat. Nam, vt ſuum dominium augumentaret pariter & firmaret, vbicunquè poterat, ſtudioſè venenum odij, & diſſenſionis inter populos effundebat. Suſpecta quippe

Taruiſium in Venetorum ditionẽ concedit.

Ecelini cuſtodes Verona eiciuntur.

Cum gratia & priuilegio Regie maiestatis per septennium.

Cum Privilegio Regiæ Majestatis.

LONDINI,
Excudebat Thomas Harperus, impensis Johannis Helmes, & Thomæ Slater. 1633.

Ecce in ſpacio vndecim menſium duorũ fratrum ſydera tangentium, quibus cæteris circũſpectis in magna parte orbis de facili nõ poſſent ſimiles inueniri, vita ſimul eſt, & potentia terminata. Vbi nunc eſt Ecelini ſuperbia effrenata? vbi acies militum ordinatæ? vbi armatorum ei aſtantium multitudo? Vbi obſcœna voluptas delicatiſſimi Albrici; quæ, dum eſſet ab ipſo expleta, non ſatietatem; ſed famem ei parere videbatur. Meritò, inquam, illud corpus lubricum, igne luxuriæ inflammatum, poſtquàm gladijs eſt in fruſta conciſum, à populo Taruiſino in platea Ciuitatis eſt voraci flamma conſumptum, & ſic caruit ſepultura. Quid prędictis Tyrannis profuit ſuperbia? & diuitiarum iactantia, quid contulit eis boni? Tranſierunt verò iſta omnia tanquam vmbra. Tota namquè ipſorum progenies à victoribus radicitus eſt deleta: & lactanti paruulo, flauiſquè puellis ardens ira hoſtium non pepercit; & poſſeſſiones eorum ampliſſimæ ſunt ad extraneos deuolutæ. Pereat itaq; cum ſonitu Tyrannorum memoria: & Dominus vindicans ſanguinem ſeruorum ſuorum, quem crudeliter effuderunt, & aſpiciens lacrymas viduarum, compatienſquè gemitibus oppreſſorum, permanet in æternum. Legitur ſanè, quòd Magi Pharaonis in ſigno tertio defecerunt: ſic domus nobiliſſima, & potentiſſima de Romano, arte diabolica nimium exaltata, in tertio gradu ſuæ altitudinis cecidit, & defecit; nec adijciet, vt reſurgat. Magna quippe fuit in auo iſtorum, maior in patre, maxima extitit in duobus prędictis fratribus, & famoſa. Sed quia negatum eſt ſummis diutiùs permanere, in illis cecidit, qui tumore inflati ſuperbiæ nunquam ſe caſuros à culmine potentiæ cogitabant. Nullus igitur de ſui ſtatus ſecuritate preſumat.

Familia de Romano deleta.

De mirabili modo pœnitentiæ, qui habuit initium in Italia, & poſteà eſt diffuſus per diuerſas Prouincias Europæ.

SVb precedenti annorum curriculo, cum tota Italia multis eſſet flagitijs, & ſceleribus inquinata, quædam ſubitanea compunctio, & à ſeculo inaudita, inuaſit primitus Peruſinos, Romanos poſtmodum, deinde ferè Italiæ populos vniuerſos. In tantum itaquè timor Domini irruit ſuper eos, quod nobiles pariter, & ignobiles, ſenes, & iuuenes, infantes etiam quinque annorum, nudi per plateas Ciuitatum, apertis tantundem pudendis, depoſita verecundia, bini & bini proceſſionaliter incedebant: ſinguli flagellum in manibus de corrigijs continentes, & cum gemitu, & ploratu ſe acriter ſuper ſcapulis vſquè ad effuſionem ſanguinis verberantes; & effuſis fontibus lacrymarum, ac ſi corporabilibus oculis ipſam Saluatoris cernerent paſſionem, * miſericordiam Dei, & Genitricis eius auxilium implorabant: ſuppliciter deprecantes, vt qui in innumeris pœnitentibus eſt placatus, & ipſis iniquitates proprias cognoſcentibus parcere dignaretur. Non ſolùm itaquè in die, verùm etiam in nocte cum cereis accenſis, in hyeme aſperrima, centeni, milleni, decem millia, quoquè per Ciuitates Eccleſias circuibant, & ſe antè altaria humiliter proſternebant, precedentibus eos Sacerdotibus cum Crucibus, & Vexillis. Similiter in Villis, & Oppidis faciebant: ità quòd à vocibus clamantium ad Dominum reſonare videbantur ſimul campeſtria, & montana.

Flagellãtium ritus, & ſuperſtitio.

In alijs. Iam lachrimabili Domini miſericordia, Dei, &c.

Siluerunt tunc temporis omnia Muſica inſtrumenta, & amatoriæ cantilenæ. Sola cantio pœnitentium lugubris audiebatur vbiquè, tàm in Ciuitatibus, quàm in Villis: ad cuius flebilem modulationem corda ſaxea mouebantur, & obſtinatorum oculi ſe à lacrymis non poterant continere. Mulieres quoquè tantæ deuotionis fuerunt minimè experres, ſed in cubiculis ſuis non tantùm Populares; ſed etiam Matronę nobiles, & Virgines delicatæ cum omni honeſtate hæc eadem faciebant. Tunc ferè omnes diſcordes ad concordiam redierunt: Vſurarij, & raptores malè ablata reſtituere feſtinabant; cæteriquè diuerſis criminibus inuoluti, peccata ſua humiliter confitentes, ſe à ſuis vanitatibus corrigebant. Aperiebantur carceres, dimittebantur captiui, & exules redire ad propria ſunt permiſſi. Tanta breuiter opera ſanctitatis, & miſericordiæ tam viri, quàm fœminæ oſtendebant, ac ſi timerent, quòd diuina potentia ipſos vellet igne cœleſti conſumere, vel iactura terræ ſubitò abſorbere, aut concutere vehementiſſimo terræmotu, ſeu alijs plagis, quibus diuina Iuſtitia ſe vlciſci de peccatoribus conſueuit. Super iſta verò pœnitentia repentina, quæ vltrà etiam fines Italiæ per diuerſas Prouincias eſt diffuſa, non ſolùm viri mediocres; ſed & ſapientes non irrationabiliter mirabantur: cogitantes, vnde tantus feruoris impetus proueniret:

maximè

[Musical notation]

[Musical notation]

[Musical notation]

nia, & promiſſionibus fraudulentis, corrupit quoſdam impios homines in vrbe Conſtantinopoli habitantes, qui firmiter promiſerunt ei tempore opportuno tradere Ciuitatem. Cum igitur hæc omnia inter Palæologum, & proditores eſſent ſecretiſſimè ordinata, Poteſtas Venetorum de Imperatoris conſenſu, cum multitudine bellatorum bellicas naues aſcendit, & ad damnificandum hoſtes versus Mare Ponticum nauigauit. Tunc patriæ crudeliſſimi proditores, videntes vrbem defentoribus ſpoliatam, habita opportunitate, circà medium noctem, die ſeptimo, Iulio eunte, vnius portæ occiſis cuſtodibus, militibus Palæologi glorioſæ vrbis aditum prębuerunt, expletis quinquaginta octo annis, quod eam viriliter inuaſerunt Francorum Principes, & Gens inclyta Venetorum. Cùm itaq; Græci Conſtantinopolim ſunt ingreſſi, ſicut patres eorum famoſiſſimam Troiam, ità ipſi Vrbem Regiam protinus ſuccenderunt. Tunc Imperator Balduinus, cui capta Vrbe remanſerat tantùm magni nominis vmbra, milites, & populus Ciuitatis tantæ multitudini reſiſtere non valentes, cum paruulis, & mulieribus naues protinus aſcendere, & proſpero curſu ad Inſulam Nigripontis, dante Domino, peruenerunt. Verumtamen, propter nimiam hominum multitudinem, & victualium paucitatem, multi vtriuſquè ſexus oppreſſi dirę famis anguſtia, in nauibus, antequàm portum attingerent, perierunt.

Conſtantinopolis à Latinis amiſſa.

Cum audiſſent autem Ianuenſes, æmuli Venetorum, quòd Palæologus Conſtantinopolim inuaſiſſet, alacres ſunt effecti; ſtatimquè pacis fœdere violato, quod de mandato Summi Pontificis inter ipſos, & Venetos erat factum, ſocietatę cum Palæologo contrà Venetos ſtatuerunt. Exinde gens Venetorum, vt poſſet reſiſtere tàm efficaciſſimis inimicis, magnis laboribus, & expenſis cœpit vehementer affligi. Oportebat namq; ipſos claſſem cum multitudine bellatorum ad defenſionem Inſularum, quas tenebant, ſingulis annis in Græciam deſtinare. Licet autem excelſum verticem exaltationis, de acquiſitione Regiæ Vrbis, Græcia extuliſſet: tamen tanta erat in mari potentia Venetorum, quod, niſi Ianuenſes Græcis auxilium prębuiſſent, non ſine magno tremore in mare Ionio, vel Ægæo Venetorum exercitui tota Græcia occurriſſet. Longè quippe ſunt Græci ab illo florido ſtatu, in quo decennali bello Troiana mœnia, in vltionem raptæ Helenæ, ſubuerterunt: nec non à ſtrenuitate, qua ſub Alexandro inuictiſſimo Rege Macedonum, Regibus Aſiæ ſubiugatis, totius obtinuerunt imperium Orientis. A Philoſophiæ inſuper diſciplinis ſunt nimium elongati, in quibus ità ſtudioſi antiquitus extiterunt, quòd in artium liberalium ſcientia cunctos populos excellebant. Sanè, poſtquàm ab obedientia Romanæ Eccleſiæ receſſerunt, multis ſunt aduerſitatibus conquaſſati, multiſquè etiam exiſtunt erroribus, & falſis opinionibus inuoluti. Vnde, cum ſint tàm morum probitate, quàm ſcientia, nec non diſciplina Sanctæ Matris Eccleſiæ, quæ eſt caput & magiſtra fidelium omnium, denudati, meritò viliſſimi, & abiecti à cunctis ferè gentibus reputantur. Nam, qui ſolebant Orientalium regionum imperium obtinere, facti ſunt pręda omnium circumſtantium nationum. Quaſi enim quælibet gens eorum ſpolia obtinuit, & imperium laceranit. Nonne Sarraceni, & Turci, & aliæ Barbaræ nationes omnem regionem à flumine Eufrate citrà; Syriam videlicet, & Ciliciam, Arabiam, & Ægyptum eorum imperio abſtulerunt? Nouiſſimè autem temporibus noſtris, eorum peccatis exigentibus, Francorum Principes, Veneti, & Lombardi capta Conſtantinopoli, & multis alijs eorum Ciuitatibus, & Inſulis expugnatis, de ipſorum ſpolijs plurimùm ſunt ditati. Vnde Græci ærumnarum ſuarum congeriem intuentes, gemendo poſſunt dicere, Quid, niſi pręda ſumus omnium populorum.

Recentis Græciæ infelicitas.

De Principis liberatione.

TEmporibus iſtis Palæologus Gulielmum Principem Bithyniæ, & Achaiæ, quem in bello cœperat, abire permiſit, caſtro Maluaſiæ, & quibuſdam alijs locis munitiſſimis ab eo receptis. Princeps autem confœderatus cum Venetis terra, mariquè Palæologum totis viribus impugnabat.

Qualiter filius Regis Vngariæ factus eſt Ciuis Rauennatis.

1262 ANno Domini, M CC LXII. In hoc tempore Illuſtris iuuenis Stephanus, Magnifici Andreæ Regis Vngariç, & nobilis Reginæ Beatricis generoſa propago, cum diu-

tiùs

tiùs expectaſſet, in curia Marchionis Eſtenſis manendo, quod frater ſuus Bela Rex Vngariæ ad miſericordiam flecteretur, vt ei ſaltem aliquam particulam Regni latiſſimi aſſignaret, videns quòd nihil proficeret, memorato Rege in ſua duricie permanente, duxit vxorem Trauerſariam, filiam Gulielmi, filij Pauli Trauerſarij, Ciuis Rauennatis nobiliſsimi, ad quam erat paterna hæreditas deuoluta. Fratris itaquè perfidia impellente, nolentis habere in Regno conſortem, compulſus eſt tanti Regis filius fœminam longè ſe minorem, licet ditiſsimam, ducere in vxorem. Excuſare autem Regem Belam tunc quidam conabantur, dicentes: quòd Rex benignè fratrem tractaſſet, niſi vxor eius Aſtari, Græcorum Principis filia, impediſſet, quæ Regem à clementia modis, quibus poterat, aſsiduè retrahebat. Dicebat namquè Regi prefata Regina Latini generis inimica: Nequaquam filius Lombardæ ſimul cum filijs meis Regnum Vngariæ poſsidebit. Et ſic Rex nimis credulus huiuſcemodi verbis vxoris, permanſit in odio fraterno finaliter oſtinatus. Sed tali excuſatione minimè Regia maieſtas ab iniquitatis infamia liberatur: imo veriſsimè poteſt dici, quod Rex tam ditiſsimus in hac parte pernicioſum crudelitatis exemplum in toto orbe terrarum, cum periculo ſuę animæ, & Regni diſcrimine Regibus, & Principibus, & cunctis hominibus dereliquit, fratri ſuo vnico, innocenti, victum, & veſtitum crudeliter denegando, & Comitatus, & dignitates alias ſuis militibus, & cubicularijs largiendo. Vnde ſicut pro peccato Adæ, qui voci ſuæ obediuit vxoris plus, quàm diuino precepto, terra fuit in eius opere maledicta: ità forſitan ob hanc predicti Regis perfidiam, diuina Iuſtitia faciente, quæ nullum reliquit piaculum impunitum, aduerſus prefatum Regem duplex tribulatio conſurrexit, Tartarorum videlicet, & Bohemorum, qui regnum eius gladijs, incendijs, & rapinis plurimùm vaſtauerunt. Nam, qui iniuſtè alium deprędatur, iuſto Dei iudicio tandem incidit in manus alterius deprędatoris.

Qua de cauſa Obizo à Marchione ardentiſſimè amabatur.

Obizonis Eſtẽſis nuptiæ.

ANno Domini MCC LXIII. Cum Azo Illuſtris Marchio Eſtenſis dolorem amariſſimum, qui ex morte ſui vnigeniti filij acciderat, temperaſſet, tenens pro illo dulciſſimum neptem, diuino munere ſibi collatum, Virginem nobiliſſimam, natione Ianuenſem de progenie magnifici Papæ Innocentij, prędicto ſuo nepoti tradidit in vxorem, cuius nuptias cum magna claritate Ferrariæ celebrauit. Mirabantur plurimi tunc temporis, quòd Marchio, poſtpoſito Illuſtri Stephano filio ſuæ neptis, ſcilicet Reginæ Beatricis, & filijs naturalibus quamplurimis, feruentiſſimè amorem ſui pectoris abundantiùs effuderit in nepotem. Sed re vera hoc animum Marchionis ad nimium amorem pueri ſpecialiter inclinauit, quia puer Obizo Rainaldum quærentibus exhibebat. Tam enim in moribus, quàm in facie relucebat in ipſo ſui nobiliſſimi genitoris imago.

Sic oculos, ſic ille manus, ſic ora ferebat:

Vnde benigniſſimo Principi, quaſi adhuc ſuus chariſſimus filius viuere videbatur, cum eius expreſſam cerneret imaginem in nepote. Oculi quippe Marchionis grato ſpectaculo dilectæ imaginis paſcebantur: ita vt amore pręſentis, abſentis filij deſiderium temperaret. Riuulus namquè amoris pręcipui, qui à corde Marchionis in Rainaldum, dum viueret, defluebat, ad irrigandum paternis beneficijs eius clariſſimam prolem totaliter inundauit. Obizo autem, egregiæ indolis puer, non ingratus auo benigniſſimo exiſtebat, à quo ſciebat ſe cum ſummo ſtudio, quaſi de paterno puluere ſuſcitatum. Sed ſpeculum ſuæ gratiſſimæ faciei Marchionis vultu ſæpiſsimè repręſentans, eius curas, & ſollicitudines minuebat. Illius namquè pendebat in collo, & oculis, amplexibus, & colloquijs melliſluis dulcedinem amoris de ipſius pectore hauriebat. Et ſic inter pijſsimum Auum, & dulcem nepotem erat ſuauiſsimum, & frequens certamen amoris. 1263

De beneficijs, quæ Deus miſericorditer contulit Marchioni.

CVm Diuinæ pietatis opera minimè ſint celanda, quia eius operatio noſtra eſt inſtructio, decreuimus breuiter perſequi beneficia, quæ Dominus miſericorditer contulit Marchioni, non ſolùm eum periculis liberando, quibus velut mole inundantium aquarum fuit vndiq; circumfuſus; ſed etiam ipſum triumphare de hoſtibus euidentiſsimè faciendo,

nec

nec non inopinabile donum gratiſſimæ ſobolis de fructu ſui incarcerati filij, ipſi benigniſſimè largiendo. Iſte ſiquidem amabilis Princeps, qui poſt deceſſum filij priuatus filiorum munere putabatur, pro vno extincto filio duplicis prolis pręmio eſt dotatus. Et vt diuina ergà ipſum clementia mirifica videretur, de terra hoſtili, ſcilicet de Apulia, gaudium inſperatum. * genere ſobolis emanauit. Vnde amara mors dilecti filij ſibi extitit nunciata. Nouit namquè Dei clementia, quòd vir Catholicus, & multiplicis virtutis gratia decoratus, maſculinæ prolis munere priuaretur: ſed eius immenſum deſiderium adimpleuit, reparando mirabiliter in nepote, quod in filio videbatur miſerabiliter corruiſſe. Ille ſiquidem, qui de puluere Phœnicis extincti alium Phœnicem mirabiliter reparat ſecundum ſpeciem, formamquè prioris, effecit, vt de nobili Rainaldo in carcere cuſtodito, & ſecundum communem exiſtimationem pro mortuo reputato, procederet inclyta proles, quæ verè poſſet dicere Marchioni: Reſpice in faciem nepotis tui, & vide, vtrum ſit in nepote, aut non, filij tui expreſſa imago?

In edito. Gratia.

Non ſolùm itaq; diuina bonitas hoc acceptabile donum contulit Marchioni; ſed etiam illum multoties de maximis periculis liberauit, tam de manibus videlicet Magnifici Federici, qui totam ferè Marchiam Teutonicis, Saracenis, & Appulis adimpleuit, vt ipſum, velut capitalem inimicum Imperij expugnaret, quàm de continuis inſidijs Ecelini, & ſimultatibus Albrici, & aſtutijs callidi Saliniguerræ. Iſti namquè vnanimiter, quaſi Leones rugientes ad prędam, ipſum modis omnibus deglutire, ac penitus conterere conabantur. Quorum grauiſſimos impetus vir ſtrenuus, Domino adiuuante, compeſcuit, calliditatis eorum euitauit inſidias, & conſilia nequiſſima diſſipauit, in his omnibus ſeruando animi conſtantiam, & à veritatis tramite nullatenus declinando. Licet enim vnicum eius filium iniquus Imperator in carcere detineret, & tam ipſius dimiſſionem, quàm alia excellentia beneficia ipſi promitteret, vt ſic illuſtrem virum à deuotione Romanæ Eccleſiæ remoueret, conſtantiſſimus Princeps, velut columna immobilis, & murus impenetrabilis, nec metu periculorum territus, nec imperialium promiſſionum dulcedine delectatus; ſed Deo ſe totum committens, obſequijs Eccleſiæ auelli non potuit: ſed ſtabilis, & fidelis adiutor Eccleſiæ in tribulationibus, & anguſtijs vſq; ad finem permanſit. Et ideò miſericors Dominus meritò eum ab aduerſarijs cuſtodiuit, & ipſum de intumeſcentis maris fluctibus ad portum ſalutis dirigens, de inimicis ſuis fortiſſimis fecit eum videre mirabilem vltionem. Vidit namquè excellentiſſimum Federicum imperiali honore priuatum, aſtutum Saliniguerram incarceratum, tumidum Ecelinum facta claua mactatum, & lubricum Albricum in conſpectu ſuo horribiliter trucidatum. Iſti ſiquidem iniquitatis Principes, quaſi quatuor venti peſtiferi, furentes in Catholicam domum Eſtenſem totis viribus irruerunt, vt eam funditus diſſiparent: ſed eorum impulſione non cecidit, quia Sanctæ Matri Eccleſiæ adhærebat, quæ ſuper petram ſolidiſſimam eſt fundata. His itaq; ſpirare deſinentibus, ſtatim eſt tranquillitas ſubſequuta, & ſic habuit Marchio requiem à ſuis efficaciſſimis inimicis. Nullus igitur fidelis homo eleuetur proſperis, nec frangatur aduerſis. Nouit enim Dominus, quando vult ſuperbos deprimere, & humiles exaltare.

De venerabili Virgine Beatrice, ſorore Marchionis Eſtenſis, quæ in monte Iemulæ requieſcit.

ACcedit ad laudem nobiliſſimæ domus Eſtenſis, quòd non ſolùm eſt Illuſtrium virorum pręclaris operibus decorata; ſed etiam ex ipſa proceſſit generoſa propago inſignium fœminarum, quæ carnis concupiſcentiam ſimul cum mundo vincentes, & de mundi Principe viriliter triumphantes, ad regna ſyderea, ſicut piè creditur, feliciter peruenerunt. Prima quarum extitit nobiliſſima Virgo re, ac nomine Beatrix, ſoror prędicti Marchionis, quæ, cum eſſet mira pulchritudine corporis, & virtute multipliciter decorata, mundum cum ſua pompa contempſit: mortalem ſponſum accipere recuſauit, ad caſtos amplexus æterni ſponſi, forma prę filijs hominum ſpecioſi, cupiens peruenire. Hoc itaq; ſanctiſſimum propoſitum Virginis deuotiſſimæ Illuſtris frater eius, & amicorum turba, & multitudo nobiliũ matronarum, amore pręſentium, immemores futurorum, nitebantur modis omnibus impedire, nunc mundi gloriam, nunc nobilis ſponſi connubium, & dulciſſimæ prolis felicitatem caſtæ Virgini proponentes: pariterq; ſuæ domus ruinam, amicorum triſtitiam, & inimico-

Beatrix Azonis Marchionis ſoror Monialis deuota.

rum gaudium ex tali mutatione conſequi aſſerebant. His, & huiuſmodi verbis ad decipiendum compoſitis, glorioſæ Virginis animum conabantur à bono propoſito reuocare. Sed Virgo prudentiſſima ſeptiformis ſpiritus gratia illuſtrata, quæ linguas infantium diſertas efficit, eorum verba, quandam habentia ſpeciem veritatis, ſed exiſtentia minimè, pro nihilo reputabat, & quòd ſoli Deo ſeruiendum eſſet, quia, quicquid aliud agitur in hac vita, amittitur, argumentis efficaciſſimis oſtendebat. Propoſitum itaq; quod Virgo ſapiens corde conceperat, fructuoſis affectans operibus adimplere, ad montem, qui Iemula nuncupatur, vbi eſt Oratorium ad honorem Beati Ioannis Baptiſtæ conſtructum, cum quibuſdam alijs honeſtis Virginibus, eandem cum ea intentionem habentibus, protinus conuolauit: ibiq; in ſancta conuerſatione indeſinenter permanens, totam Italiam ſuę ſanctitatis cauſa Dominus illuſtrauit. Fama igitur longè, latèquè de conuerſatione precioſæ Virginis diſcurrente, cœperunt multæ clariſſimæ Virgines ex longinquis etiam partibus, quaſi columbæ accipitrem fugientes, ad prędictum locum accedere, cupientes tantæ Virginis inſtrui diſciplinis, & eius ſanctæ conuerſationis exemplis, & colloquijs deuotiſſimis informari. De quarum ſiquidem aduentu illuſtris Virgo diuinæ maieſtati gratias referebat, lacrymoſis precibus deprecans Creatorem, vt qui de diuerſis regionibus huiuſmodi Virgines congregauerat, ad gloriam ſui nominis & honorem, eas cuſtodire in ſanctæ religionis obſeruantia dignaretur. De ſalubri itaquè conſilio prudentiſſimæ Virginis Beatricis, omnes prędictæ Virgines X. quandam Deſideratam ſororem in Abbatiſſam elegerunt concorditer, quæ tam ſanctiſſimo Collegio deberet viriliter prouidere. Sub cuius regimine cum quanta humilitate, obedientia, patientia, & charitate duxerit angelicam vitam Virgo deuota in terris, nimium prolixum eſſet ſingula enarrare, ſed, prout nobis ſanctæ Virgines retulerunt, quæ huius pijſſimæ Virginis meruerunt habere conſortium, breuiter dicimus, quòd tam verba, quàm facta Virginis glorioſæ erant diſcretione condita, honeſtate plena, bonitate conſpicua, & Deo & hominibus gratioſa: ita quòd per mores honeſtos, & geſtus corporis ordinatos, ac per eius vtiliter, & piè prolata ab omnibus credebatur, quòd Deus veraciter in eius cordis thalamo habitaret. Cumquè multo tempore his prædictis, & alijs virtutibus refulgens Virgo clariſſima in diuinis obſequijs, & diſciplinis regularibus permanſiſſet, Rex cœleſtis, qui eius ſpeciem concupiuit, eius ſanctiſſimam animam de vitæ pręſentis ergaſtulo miſericorditer liberauit, vt ornaret cœleſtem curiam eius beato conſortio. Cuius radianti exemplo pręſens Eccleſia extitit mirificè illuſtrata. Sanctiſſimum autem corpus eius in prędicto Cœnobio reuerendo, in arca lapidea, eſt honorificè cum aromatibus collocatum, vbi in magna veneratione vſquè ad pręſens tempus habetur.

Cœnobium motum ad Montem Iemula.

De Illuſtri Beatrice filia Marchionis.

Beatrix Aconis filia Monialis pia.

POſt deceſſum venerabilis virginis Beatricis plurimis elapſis annorum curriculis, altera Beatrix, prędicti filia Marchionis, Virgo pulcherrima, omnium oculis gratioſa, diuini amoris igne ſuccenſa, amitæ ſuæ veſtigia cupiens pro viribus imitari, ornamentis depoſitis pretioſis, religionis habitum intrepida mente ſuſcepit. Quam cùm nobiliſſimus Pater eius attemptaſſet à bono propoſito reuocare, Virgo conſtantiſſima donis cœleſtis gratiæ illuſtrata, verba Patris, & aliorum, & omnem mundi gloriam paruipendens, religionem laudabiliter incœptam, de virtute in virtutem quotidie procedendo, glorioſiſſimè decorauit, & in Monaſterio Beati Antonij, quod ipſius cauſſa iuxtà Ferrariam eſt conſtructum, cœlibem vitam ducendo cum multis honeſtis Virginibus, illius exemplo ibidem ad gloriam Dei congregatis, de humani generis inimico viriliter triumphauit, vitæquè curſum feliciter conſumando, beatiſſimam animam ſuo reddidit Creatori. Iſtæ namquè Virgines glorioſæ, quaſi duæ oliuæ, fructuoſa pietatis opera producentes, & quaſi duo candelabra Virtutum exemplis radiantia circumquaquè non minus domum glorioſam, & laudabilem ſuis meritis reddiderunt, quàm eius ſtrenui Marchiones pro fama, & potentia dilatanda ſe varijs periculis bellorum exponentes. Illorum enim corruptibiles triumphi, velut vmbra, velociter tranſierunt; iſtarum verò beatitudo, honor, & gloria triumphalis nullo vnquam termino finientur.

Cœnobium S. Martini prope Ferrariam.

De obſcuratione Solis.

SVb præcedenti curſu annorum, die quinto intrante Auguſto, cum eſſet Luna vigeſima ſeptima, fuit Eclipſis Solis ante horam aliquantulum Veſpertinam.

De obitu nobilis Azonis Marchionis Eſtenſis.

1164 ANno Domini MCCLXIV. Cùm Illuſtris Azo Marchio Eſtenſis de ſuis, & Eccleſiæ inimicis feliciter triumphaſſet, & Ferrariæ ſatis pacificè moraretur, ſicut placuit omnium Creatori, qui vitæ, & mortis ſingulariter dominatur, inuaſit eum multiplex infirmitas corporalis. Cumq; viribus corporis deſtitutus, diem vltimum ſibi cerneret imminere, prouidens Vir expertus, quòd ſtatus regionum ſolet in morte Principum permutari, amicos, fideles fecit vndiquè conuocari, & chariſſimum Nepotem ſuum, quem in teſtamento hæredem inſtituerat, eis affectuoſiſſimè commendauit. Deinde ſermonem dirigens ad Nepotem, prudenter eum monuit per viam incedere æquitatis: ſapientum obedire conſilijs: amicos rectè diligere: in omnibus ſtrenuè ſe habere: & à Sanctæ matris Eccleſiæ deuotione nullatenus declinare. Hæc, inquit, monita mea ſalutifera, dilectiſſime fili Obizo, obſeruando, atteſtatione operum comprobabis, te verè proceſiſſe de genere nobili Eſtenſium Marchionum. Hunc ſi quidem modum egregium, ad quem cuſtodiendum mea perſuaſio te inducit, tenuit Magnificus Pater meus, cuius probitatem & potentiam circumſpectam non ſolùm Italia; ſed etiam latitudo Rom. Imperij eſt experta, à cuius veſtigijs frater meus Aldrenandinus magnanimus deuiauit: ſed in tantùm ſe, ac ſua expoſuit pro domus noſtræ gloria dilatanda, quod etiam me ipſum adhuc infantulum de brachijs rapuit genitricis, eius pias lacrymas paruipendens, & me ſimul cum toto patrimonio Florentinis fœneratoribus obligauit. A quibuſdam accepit ad exercitum conducendum pecuniam, vt rebelles Eccleſiæ Romanæ in Marchia Anconitana, & in Apulia expugnaret, de quibus, diuina gratia fauente, ſtrenuè triumphauit. Ego autem patris mei, ac fratris veſtigia imitatione digna pro viribus ſubſequutus, pro defenſione domus meę, ac omnium amicorum, & pro S. Eccleſiæ Romanæ honore, quam conabatur iniquus Imperator in miſerabilem redigere ſeruitutem, me audaćter expoſui magnis laboribus, & periculis infinitis. Nec amor filij mei vnigeniti me à propoſito reuocauit; ſed communem vtilitatem prętferens ſpeciali, expedire potiùs iudicaui ipſum ſolum periclitari, quàm oppreſſionem totius Eccleſiæ, & omnium amicorum mortem, & exterminium tolerare. Dominus autem, in quo fuit ſpes mea à iuuentute mea, & in quẽ iactaui ſemper meũ cum fiducia cogitatum, me à periculis maximis liberauit, & mei cordis triſtitiam miſericorditer ſubleuando, mihi pro dilecto filio contrà ſpem omnium, Nepos dilectiſſime, te donauit. Viriliter itaquè age Fili mi, & cor tuum in Deo principaliter confortetur, conſequenter etiam in auxilio fidelium amicorum: & ſic eris in cunctis proſperè agens. & pijſſimus Dominus in te ſupplebit per gratiam, quod in tenera ætate nequiueris adimplere. Hæc itaquè verba, quæ, dum ſoſpes eram, ſolebam tibi Fili Obizo prolixius enarrare, nunc breuiter comprehendi, vt iſta mea vltima commonitio menti tuæ altiùs imprimatur: vt cognoſcas quid poſt meum diſceſſum vitare debeas, quid amplecti.

Exhortatio Azonis moribundi ad nepotem hæredem.

Igitur, cum his, & alijs huiuſcemodi dictis Catholicus Marchio, firmiſſima columna Eccleſiæ, ac turris fortitudinis contra faciem Tyrannorum, tutumquè refugium, & dulce vmbraculum amicorum, domeſtica negocia pręcauens in futurum prouidè ordinaſſet, ſuſceptis deuotiſſimè Eccleſiaſticis Sacramentis, die xiij. exeunte Februario, ætatis ſuæ quinquageſimo anno, in Ciuitate Ferrariæ, nocte Dominicæ diei, viam eſt vniuerſæ carnis ingreſſus. Cuius corpus cum fletu, & planctu maximo in prędicta Ciuitate eſt traditum ſepulturę, nihilquè pertinens ad honorem tam Magnifici Principis fuit in pompa funeris prętermiſſum.

Azonis Eſtenſis obitus.

De apparitione Cometæ, & obitu Vrbani Papæ, & electione Clementis Papæ.

IN ſequenti æſtate poſt prędicta, ſtella terribilis, quæ dicitur Cometa, cum magno fulgore apparuit, & in confinio Aquilonis, & Orientis habens principium ſui ortus, verſus Occidentem ſuos minaces radios dirigebat. Cuius apparitio incepit in Iulio, durauitquè vſquè ad principium menſis Octobris. Curſu itaquè prędicti ſyderis conſummato, Vrbanus Papa Quartus, cum tribus annis, & vno menſe, & tribus diebus Beati Petri nauiculam in fluctibus huius procelloſi ſeculi gubernaſſet, apud Pariſius de medio eſt ſublatus. Poſt cuius obitum quatuor menſibus, & quinque diebus elapſis, Cardinales Papam Clementem Quartum concorditer elegerunt.

Clemẽs Quartus Papa.

De Rege Angliæ à principibus ſuis capto.

TEmporibus iſtis nefandum præſumptionis ſcelus eſt in Regno Angliæ perpetratum. Principes namquè Britanniæ facta conſpiratione in Regem ſuum manus impias iniecerunt, ipſumquè ſimul cum filijs, & fratre ſuo Comite Rizardo in cuſtodiam poſuerunt. Fama itaquè tanti facinoris cum ad aures Summi Pontificis peruenisſet, Legatum protinus à latere ſuo in Angliam deſtinauit. Sed & Lodoycus Rex Francorum tam naturali pietate, quàm precibus vxoris, quæ ſoror erat Reginæ Anglorum, ſuper calamitate Regis Angliæ ad miſericordiam inclinatus, pro compoſitione inter prędictum Regem, & Principes faciendа magnificè laborauit. Qualiter autem inter prędictos Reges affinitas eſt contracta, breuiter duximus declarandum.

Raymũdi Prouinciæ Comitis liberi.

Raymundus namquè nobilis Comes Prouinciæ maſculum poſt ſe filium non reliquit, ſed quatuor filias habuit generoſas, quas elegantia formæ, ac morum grata ſuauitas ità reddidit gratioſas, quòd ad legitimos Illuſtrium Regum amplexus accedere meruerunt.

Quarum duæ Regi Franciæ, & eius fratri Carolo ſunt matrimoniali fœdere copulatæ: dictuſquè Carolus pro dote vxoris obtinuit Prouinciæ Comitatum. Aliæ verò duæ Regi Angliæ, ac eius fratri, Comiti ſcilicet Rizardo coniugali vinculo ſunt aſtrictæ. Et occaſione iſtius affinitatis inter duo prędicta regna quædam amicitia eſt exorta, quæ inter ſe antiquitus ſæpè diſcordiam habuerunt.

De Saracenis, qui ex Africa in Hiſpaniam tranſierunt.

EOdem anno, de conſilio peſſimi Saraceni, Regis videlicet Granatæ, tributarij Regis Caſtellæ, maximus exercitus Saracenorum ex Africa in Hiſpaniam ſubitò tranſfretauit, multisq; Chriſtianis peremptis, loca plurima in finibus Hiſpaniæ occupauit. Ad quorum impetum reprimendum, Magnificus Rex Caſtellæ cum exercitu valido perrexit Sibiliam feſtinanter, commiſſoquè frequenter prælio magnam de Saracenis multitudinem interfecit. Et quia varius eſt euentus bellorum, de Hiſpanis etiam plurimi ceciderunt.

De aduentu Regis Caroli in Italiam.

ANno Domini MCCLXV. cùm per decennium Princeps Manfredus ſuprà memoratus Romanam Eccleſiam, & eius fideles per ſe, ac ſuos ſequaces fermè in tota Italia grauiter afflixiſſet, Summus Pontifex de conſilio Cardinalium, Catholicum Principem Carolum, Comitem Prouinciæ, fratrem videlicet Chriſtianiſſimi Ludouici Regis Franciæ, & Alphonſi Illuſtriſſimi Comitis Tholoſani, ad ſuſcipiendam coronam Regni Siciliæ exhortatorijs literis inuitauit. At ille, vt potè vir ſtrenuus, & magnanimus, cupiens Eccleſiæ in tantis anguſtijs ſubuenire, & opulentiſſimi Regni dominium obtinere, aſſenſum prębuit Apoſtolicę voluntatis, & ad aggrediendum tam arduum negotium incœpit ſe magnificè prępарare. Eo etiam tempore Romani multis diſſenſionibus, & bellis ciuilibus conquaſſati, ſperantes per tam potentẽ Virũ in viam pacis, & ſemitas dirigi æquitatis, ipſum elegerunt in ſuum perpetuum Senatorem. Quod officium gratanter excepit, & ad regimen Vrbis

Apuliæ Regnũ Carolo Prouinciæ Comiti à Pontifice traditur.

1265

Romanæ

De aduentu Conradini ex Alemannia.

CVm prędicta in partibus Tuſciæ agerentur, Conradinus iam adoleſcens filius Regis Conradi, Romanorum, Piſanorum, Senenſium, Papienſium, & Veronenſium literis, & nuncijs excitatus, ad recuperandum paternum Regnum cœpit cordis deſiderium ardentiſſime applicare. Tunc Principes Alemanniæ, de quorum amicitia confidebat, ad colloquium conuocauit: & poſt multa hinc, & inde propoſita, eſt tandem Maiorum conſilio definitum, quòd ipſe ſine mora deberet in Italiam proficiſci. Protinus egregius adoleſcens cum auxilio amicorum exercitū congregauit, deſcendenſq; de Alemannia venit Veronam, comitantibus eum Duce Bauariæ auunculo ſuo, Comite de Tiraulo, qui matrem ipſius duxerat in vxorem. Manſit itaq; Veronæ tribus menſibus, nihil viriliter agens, quia nec commodum amicis tulit, nec damnum intulit inimicis. In prędicto igitur ſpacio temporis, pro defectu pecuniæ venditis equis & armis, magna pars exercitus ad propria remeauit. Similiter Dux Bauariæ, ac Comes de Tiraulo, ipſo relicto, ad ſedes proprias ſunt reuerſi.

Conradini Sueuiæ in Italiā expeditio.

Fama itaq; de aduentu Conradini in * Italiam diſcurrente, Saraceni habitantes in Nuceria rumore huiuſmodi confortati, quia grauiter Francorum dominium tolerabant, cœperunt contrà Francigenas rebellare, regionem circà ſe poſitam crudeliter deprędantes. Accidit etiam Regi Carolo tunc temporis alia peſtis bellica improuiſa. Nam Fridericus iuuenis animoſus, frater Regis Caſtellæ, & Illuſtris Henrici Senatoris Romanorum, cum nauali exercitu Siciliam introiuit, & quædam loca munita, per tyrannidem occupauit. Eo verò tempore Rex in Tuſcia rebelles fortiter impugnabat: & tempore illo vxor Regis apud Neapolim diem clauſit extremum.

In al. Apuliæ.

Qualiter Conradinus de Verona perrexit Papiam.

1268 ANno Domini M CC LXVIII. Illuſtris Conradinus exiens de Verona cum electa manu militum, fluuium Mintianum, & Oleum tranſuadauit, & per diſtrictum Cremonæ Papiam perrexit, nullo audente ipſius tranſitum impedire, licet tota Lombardia, præter Veronam, & Papiam, fauere Regi Carolo videretur. Cumquè in Ciuitate Papiæ moram aliquot menſibus traxiſſet, tandem cum auxilio Papienſium ad terras Marchionis Caretti tranſiuit, ibiquè in mari Tyrrheno Piſanorum nauibus præparatis, nauem conſcendit, & ad Piſanum portum proſpero curſu peruenit. De iſto itaquè lubrico curſu nobilis Conradini homines mirabantur. Multi quoquè eius egreſſum, & progreſſum in depreſionem Regis Caroli miris laudibus extollebant; ſed Deus Omnipotens, qui vſquè in tertiam, & quartam generationem viſitat iniquitatem patrum in filijs imitantibus malos patres, aliter, quàm putabant homines, de adoleſcentulo diſponebat.

Qualiter Rex Carolus Conradinum, & Romanos graui periculo ſuperauit.

CVm igitur famæ teſtimonio Cōradinum veniſſe Piſas fuiſſet per Italiam declaratum, de Lombardia, Tuſcia, & alijs regionibus confluxit ad eum militum maxima multitudo, qui potentiam Regis Caroli deprimere, & Conradinum ſublimare pro viribus affectabant. In illis diebus circà Paſcha Rex, dimiſſo Marſchalco cum militia in Tuſcia, in Apuliam eſt reuerſus, & Saracenorum diſcurſum, ædificatis circà Nuceriam munitionibus, coarctauit.

Poſt Regis itaquè diſceſſum inſurrexit Conradinus contrà Lucanos, eorum diſtrictum vaſtauit, & Marſchalcum ſibi cum Regis militia occurrentem ſtrenuè ſuperauit.

Eodem tempore Illuſtris Henricus, frater Regis Caſtellæ, fungebatur in vrbe honore Senatoriæ dignitatis. Iſte tanto ſuperbiæ ſpiritu erat plenus, quod etiam dominium fratris ſui Regis Caſtellæ, nullo modo poterat ſuſtinere. Vnde relicta Hiſpania, vagabundus per diuerſas Prouincias diſcurrebat. Denique cum in præcedenti tempore Romanam Curiam pro ſuis negocijs viſitaſſet, Romani tunc eum in Senatorem communiter elegerunt. Licet igitur iſte conſanguineus Regis Caroli eſſet, quia pater ſuus frater fuerat matris Regis:

Henricus Caſtellæ Regis frater, Carolo infeſtus.

Bene
Bene
Bene

Qualiter Saraceni cum Tartaris pugnauerunt, & qualiter Bethogar suum Dominum interfecit.

CVm prędicta fierent inter Christianos in partibus Occidentis, ferociſſima gens Tartarorum, poſt victoriam Orientis, irruit ſuper Saracenos, vaſtauitquè Arabiam, Syriam, ac Palæſtinam, nulli ætati parcentes vſquè ad fines Ægypti, occiſis Soldanis Damaſci, Alapij, & Camellæ. Tantus autem terror eorum circumſtantes nationes inuaſit, quod potentiſſimus Soldanus Iconij, & Rex Armeniæ minoris, & Princeps Antiochiæ multitudini eorum reſiſtere non audentes, ipſorum ſe dominio ſubdiderunt, annuum tributum reddere promittentes. Solus igitur Soldanus Babylonis ad reſiſtendum Tartaris ſe magnificè prępauit. Exiuit itaquè de Ægypto in manu valida, ſecum habens ferè CCC. millia equitum, & per deſertum venit Gazaram, quæ eſt in finibus Palæſtinæ: commiſitq; prælium cum Tartaris, qui remanſerant in Syria, & eos viriliter ſuperauit: nec deſtitit perſequi fugientes, donec eos de Syria coegit exire, & trans flumen Euphratem, vnde venerant, remeare. Tunc Saraceni, qui à facie Tartarorum fugerant ad deſerta, ad ſedes proprias ſunt reuerſi.

Soldanus Aegyptius Scythas Syria pellit.

Poſt fugam itaquè Tartarorum, cùm Soldanus reuerteretur in Ægyptum cum exercitu, relictis militibus in munitionibus opportunis, & diſtaret diebus quatuor à Babylone, perrexit quadam die venatum. Et dum milites eius venationis cauſa diſcurrerent huc & illuc, & illuſtris quidam Princeps Soldani, nomine Bethogar, qui aſpirabat ad regiam dignitatem, videns Soldanum cum paucis militibus remanſiſſe, cum protinus cum ſuis ſatellitibus aggrediens, interfecit: ſtatimquè cum ſua militia properans Babylonem, & ad Cairum, Babylonis Regnum obtinuit violenter, ſibi reſiſtentibus interfectis: habuitquè ſub ſua poteſtate, prętet Regnum Ægypti, Arabiam, & Syriam vſquè ad flumen Euphratem, in quibus Prouincijs antè aduentum Tartarorum plures Soldani ſolebant Regna ditiſſima poſſidere. His ità patratis, non fuit perfidus Bethogar contentus prędictarum dominio regionum; ſed ad expugnandos Chriſtianos totius potentiæ ſuę vires concuſſit: congreganiquè exercitum copioſum, expugnauit ciuitates Chriſtianorum, & caſtra fortiſſima Templariorum, & Hoſpitalariorum. Inſuper gloriоſam Ciuitatem Antiochiam inſtanter bellando abſtulit Chriſtianis: tantamquè ſtragem fecit de Chriſtianis, quanta non fuit perpetrata à tempore maximi Soldani. Vltrà verò flumen Euphratem ſuper Orientalia Regna Parthorum, Aſſyriorum, Perſarum, & Medorum, & aliarum Prouinciarum Tartari imperabant, interfectis Regibus, & Principibus, & ſubuerſis vrbibus, quæ ſibi reſiſtere conabantur. Nam & Ciuitatem Baldach inclytam, & maximam inuaſerunt, quæ ſuper Tigrim conſtituta eſt, de ruinis antiquiſſimæ Babylonis. In hac Calippus regnabat, quem reuerebantur Saraceni, vt Romanum Pontificem Chriſtiani. Hunc Tartari morte turpiſſima occiderunt, & cum eo Saracenorum multitudinem infinitam.

Soldanus dolosè interficitur.

Bethogar Regni Aegypti inuaſor, Chriſtianos Syria eijcit.

Baldach Ciuitas.

Qualiter Rex Carolus obtinuit Nuceriam.

1269 ANno Domini MCCLXIX. poſt longam obſidionem Rex Carolus obtinuit Nuceriam rebellantem. Nam deficientibus victualibus Saraceni attenuati fame, Ciuitatem, & ſe ipſos Regis dominio tradiderunt. Rex autem euertit mœnia Ciuitatis, & Chriſtianos rebelles, qui transfugerant ad Saracenos, & perſuaſione ſua eos firmauerant in pertinacia rebellandi, gladio interfecit. Illam verò multitudinem infidelium regalis prouidentia ita diuidere procurauit, quod audaciam reſiſtendi penitus amiſerunt. Quidam autem ex eis errore infidelitatis relicto, Baptiſmi gratiam humiliter receperunt.

His etiam temporibus Piſani, & Senenſes, frequenti hoſtium inſultatione afflicti, ſe ac ſua iugo regalis potentiæ ſubdiderunt.

Quòd Principes Occidentis in Africam tranſierunt.

1270 ANno Domini MCCLXX. poſt lacrymoſam cladem Chriſtianorum, in partibus tranſmarinis à Soldano Babylonis crudeliter perpetratam, cum Romana eſſet Eccleſia, propter diſcordiam Cardinalium, tunc Paſtoris regimine deſtituta: tandem comati Re-

ges,& Principes Occidentis. Rex ſcilicet Franciæ catholicus Ludoycus, Carolus Rex Nauarræ, & filius Regis Angliæ inclytus Odoardus pręparauerunt ſe magnificè ad transfretandum in ſubſidium Terræ Sanctæ. Communi itaquè conſilio primò aggrediendi Regem Tunitij ditiſſimum diſponentes,cum exercitu valido, & multitudine nauium copioſa in Africam tranſierunt. Cumquè Rex Franciæ primitus applicuiſſet ad munitum portum munitiſſimæ Carthaginis,quæ eſt portus Africæ, & Saracenorum pręſidium ſingulare, viriliter Carthaginem expugnauit, occiſis Saracenis pariter & fugatis. Poſt victoriam itaq; Carthaginis, lues repentina ex corruptione aeris & aquarum exercitum Francorum inuaſit: multiquè Principes, & milites, & populares morbo diſenteriæ perierunt. Vnus etiam de filijs Regis tunc temporis letali valetudine oppreſſus, de medio eſt ſublatus. Poſt mortem itaquè dilecti filij protinus Rex deuotiſſimus diſenteriæ morbo correptus; videns diem ſibi vltimum imminere, negotijs Regni & exercitus congruè ordinatis, & effuſis precibus lachrymoſis ad Dominum, cum eſſet populo ibidem congregato ſanctificator, & cuſtos, viam eſt vniuerſæ carnis ingreſſus.

Chriſtianorũ in Syriam expeditio.

Ludouici Galliæ Regis mors.

In alio Precib. lachrimoſis coram populo ibidẽ cõgregato ſanctificatus viam eſt vniuerſæ carnis ingreſſus.

Tunetũ à Chriſtianis obſeſſũ.

Poſt obitum benigniſſimi Regis, filius eius Philippus, qui erat in caſtris cum Patre,Regni Franciæ obtinuit diadema: Rex autem Carolus poſt Regis obitum,Capitaneus exercitus conſtitutus eſt. Et Rex nouus Illuſtris Philippus, & Rex Nauarræ mouentes à Carthaginæ,audaciter exercitum antè muros Tunicij produxerunt, Saracenis, qui de totius Africę partibus conuenerant in auxilium Ciuitatis,terga vertentibus, tentorijs & tugurijs in campo cum omni ſupellectile derelictis. Adhuc nondum cum exercitu ſuo aduenerat clariſſimus Odoardus. Rex autem Tunicenſis conſiderans,multitudinem Africanorum nullo modo poſſe ſuſtinere impetum populi Chriſtiani, nimio timore perterritus, compoſitionem pacis à Regibus poſtulabat. Reges autem,tum propter difficultatem vrbem munitiſſimam capiendi,tum propter peſtilentiam mortalitatis, quæ vehementer exercitum affligebat, talem pactum cum Rege Tunicij pepigerunt: quòd ipſe perſolueret Regibus omnes transfretationis expenſas,& tributum redderet Regi Carolo, & filijs ſuis, quod ipſe ſolebat perſoluere magno Principi Federico. Super hoc additum eſt in pacto, quòd quandiu erit bellum contrà Saracenos in partibus tranſmarinis, dare ſtipendia tribus millibus militum teneatur. Rex itaquè ditiſſimus hæc, & alia, quæ Reges Chriſtiani petierunt, facere compromiſit, & apertis theſauris ſuis,opere protinus adimpleuit.

Dum hæc agerentur applicuit ad portum Carthaginis in claſſe maxima probiſſimus Odoardus. Poſtquam verò fuerunt pacis fœdera celebrata, exercitus in Siciliam remeauit: ſed vento vehementi contrario exiſtente, in portu Trapani naues pluriməæ ſunt confractæ, in quibus magna militum multitudo eſt ſubmerſa.

F I N I S.

MANTISSA

Adiecta vetuſtiſsimo MS. Chronico Monachi Paduani hoc Titulo

Quædam ſcitu digna de Ciuitate Paduæ ſubſequuntur.

PAdua condita fuit ab Antheno re de Troiana ſtirpe, poſt Troiam euerſam, & annis MCC. antè natum Dominũ Noſtrũ Ieſum Chriſtum, & antè conditam Romam annis CCCCXL. Poſt natum Chriſtum capta fuit Padua ab Attila Hunnorum Rege, qui intrauit Italiam cum quingentis millibus armatorum, anno Chriſti CCCCLV. Poſt aduentum Gothorum, qui intrauerunt in Italiam anno Chriſti CCCCXIII. & à condita Roma annis MCLXVI. cum eorum Rege Alaricho, & ipſam Prouinciam igne & ferro vaſtatam reliquerant, ſpoliantes illam.

Propter Gothorum aduentum Patauini territi, decreuerunt Vrbem portualem, & refugialem condere. Et anno Domini CCCCXXI. die XXV. Martij decreuerunt illam conſtruere circà oſtia fluuij Prealti, vbi dicitur *Riuoaltus*, & tres Conſules ad opus exequendum miſerunt Paduani, quorum vnus fuit Aldebertus Falereus, Secundus Thomas Candianus, Tertius Zeno Daulus. Conſules miſſi anno CCCCXXIII. Lucianus Fauilla, Maximus Luirus, Bugo Fufuſcus. Deinde alij miſſi fuerunt, ideſt Marcus Aurelius, Andreas Clodius, Alboinus Maurus.

Et anno Chriſti CCCCXXII. miſerunt magiſtros nauium CXIIII. & addiſcentes CCCXXII. Deinde ſingulis annis mittebantur ex Padua ibidem Conſules, vſquequo Ciuitas Venetiarum incœpit ſibi eligere Ducem, quod fuit anno Chriſti CCCCLIX. & prima fundamenta Riui alti facta fuerunt anno Chriſti CCCCXXI. die XXV. Martij, circà horam meridiei. Et anno Chriſti MCLXXI. propter maximam penuriam, & famem, furgum venditum fuit ſoldis ſexaginta pro quolibet ſtario.

Anno Chriſti MCLXXXVII. ſepulchrum Domini Noſtri Ieſu Chriſti captum fuit per Soldanum, aliter Saladinum nominatum.

Anno Dñi MCXCI. factus fuit pons Brentæ de Nouenta, & Turris Comfreduli, & Stationes Correzarum, Conzariorum, & Merzariorum Communis Paduæ, & Peronum à fructibus, & Turris in Capite aggeris à Bazolo Marchione Capitis aggeris.

Anno Domini MCXCV. facta fuerunt mœnia, circà Paduam à ponte S. Leonardi, vſquè ad Monaſterium Sancti Benedicti. Et cœptus fuit ſimiliter pons lapideus Omnium Sanctorum.

Aqua à Monte Silice cœpit venire in nauigio anno Domini MCCIIII.

Via, per quam itur ad Plebem Saeci, facta fuit & ratificata anno Domini MCCX. Aliter MCCXII.

Ordo Fratrum Prędicatorum confirmatus fuit in Curia Romana anno Domini MCCVI.

Nauigium, per quod itur Venetias, factum fuit anno Domini MCCIX.

Porta Turriſellarum, & murus vſq; ad Sanctum Michaelẽ factus fuit anno Domini MCCX.

Via de Bouolenta facta fuit anno Domini MCCXVI. Quo etiam anno empta fuit domus, in qua moratur Poteſtas Paduæ.

Molẽdina facta fuerunt anno Dñi MCCXVII. & Pons de Cortarodulo.

Palatium magnum Communis Paduæ cœptum fuit anno Domini MCCXVIII. & completum fuit anno Domini MCCXIX.

Eccleſia Sanctæ Mariæ de Porcia cœpta fuit anno Domini MCCXIV.

Caſtrum Cittadellæ cœptum fuit anno Domini MCCXX.

Monaſterium Sãcti Ioannis in Viridario cœptũ fuit anno Domini MCCXXI. & eodem anno completum fuit Zironum Cittadellæ.

Anno Domini factum fuit nauigium, per quod itur Montemſilicem, vbi priùs erat nemus, quod vocabatur *Gadio*.

Sanctus Dominicus obijt Bononię MCCXXI. Et anno ſequenti Studium Bononia translatum fuit Paduæ. Eodem anno terræmotus magnus fuit in die Natiuitatis Domini, qui durauit per vnam horam poſt Miſſarum ſolemnia, ex quo multa palatia corruerunt, & maximè in Brixia.

Monaſterium de Cella fuit fundatum, & conſtructum.

Digitized by Google

ſtructum per Beatum Franciſcum, qui poſuit primum lapidē anno Domini M CC XXV. Qui poſteà deceſſit anno ſequenti, die I I I I. Octobris.

Foſſatum iuxtà Monaſterium Sanctæ Iuſtinæ factum fuit anno Domini M CC XXVIII. per Venerabilem Abbatem Rainaldum.

Sanctus Antonius venit Paduam anno Domini M CC XXIX. Qui obijt in Monaſterio de Cella die XIII Iunij M CC XXXI. Et canonizatus fuit anno ſequenti de menſe Maij in Ciuitate Spoleti per Gregorium Pontificem Nonum. Sanctus Dominicus canonizatus fuit per eundem Pontificem anno Domini M CC XXXIII.

Padua data fuit per Maius Conſilium Comiti Gaboardo recipienti Imperatorio nomine, & Ecelino de Romano, vti Capitaneo, & Conſiliario partis Imperij, anno Domini M CC XXXVII die XXIV. Februarij.

Caſtrum Sācti Thomaſij de Padua fuit cœptum ædificari anno Domini M CC XXXII. per Ecelinum. Quo anno furmentum valuit ſoldos xx. & reputata fuit cariſtia magna.

Sancta Clara canonizata fuit à Papa Alexandro IV in Anania anno Domini M CC LIV.

Murus à Saraſineſcaincœptus fuit anno Domini M CC LX. die X Nouembris.

Murus circà Paduam à parte Occidentali factus fuit anno Domini M CC LXIII. vbi erant ſpaldi, & completus fuit totaliter anno Domini M CC LXX.

Theſaurus cum medalijs aureis inuentus fuit in horto domus Dei de Padua, & malè diſtributus, quia partem inuentores, & partem Epiſcopus, & partem Poteſtas habuit, reliquum quod fuit quarta pars, in emptionem prędiorū conuerſum anno Domini MCCLXXIV. & fuit valoris de libris xxx. mill.

Epiſcopus Tridentinus, & populus ſe ſubiecerſit Dominio Paduæ anno D. MCCLXXVIII. Et miſſus fuit per Paduanos Poteſtas Dominus Marſilius Parthonopæo, ex quo orta eſt guerra inter Paduanos, & Veronenſes.

Tridentina Ciuitas ſublata fuit à dominio Paduæ per Epiſcopum, & Populum Tridentinum anno Domini M CC LXXIX. de menſe Auguſti.

Domus Poteſtatis, ſub qua ſtant Ferraroli, facta fuit anno Domini M CC LXXI.

Contrà Clericos Paduanos, propter eorum inſolentias, de quibus nulla fiebat iuſtitia, fuit factum Statutum, quod occidens Clericum condemnetur in vno denario groſſo: & hoc anno Domini M CC LXXXII. propter qđ Ciuitas Paduæ fuit à Papa Gregorio interdicta cum tota Diœceſi per dies Quadrageſimę.

Domus inter Turrim Rubeam, & Ferrarias facta fuit anno Domini M CC LXXXIV. ſuper cuius ſala fiebat maius Conſilium.

Domus Antianorum Paduæ facta fuit anno Domini M CC L X X X V I. Pons Lapideus à Sancto Ioanne factus fuit anno Domini M CC LXXXVI.

Termini Campaneę Paduæ à palatio per duo milliaria fixi fuerunt de menſe Iulij. Et eodem anno inchoatus fuit lapideus pons Tadorum.

Statutum contrà Clericos reuocatum fuit, per interpoſitionem Fratris Bonauēturæ Ordinis Minorum, Archiepiſcopi Raguſini, anno Domini M CC LXXXIX.

Æſtimi, & datia in Padua fuerunt inchoati anno Domini M CC XCI. pro reficiendis domibus combuſtis in contrata Stringariorum, per quem ignem quarta pars Ciuitatis fuit combuſta.

Caſtrum Baldum ædificatum fuit anno Domini M CC XCII. contrà voluntatem illorum de la Scala, & Marchionum Eſtenſium, & completum fuit anno Domini M CC XCIII.

Vltrà Theſinum, vbi dicitur Abbatia, Abbas dicti Monaſterij inueſtiuit Commune Paduæ de quinque manſis terræ ex oppoſito Caſtri Baldi, & hoc fuit anno Domini M CC XC. cum penſione ſoluendi libram vnam cerę albæ ſingulo anno.

Abbatia, Venezæ, Burbuglium cum omnibus iuribus, & iuriſdictionibus datæ fuerunt per Marchiones Eſtenſes Communi Paduæ anno Domini M CC XCIV. Et poſteà de anno M CC XCV. de menſe Decembris, ſub regimine Domini Fantoni de Rubeis, Commune Paduæ fecit Statutum, quod ſuper Pizonem fieret vnus bonus pons, & ab vtroquè latere fluminis fieret vna fortilicia, tanquàm ſuper Territorio Paduano.

Palatium Magnum Communis Paduæ fuit eleuatum, & copertum plumbo anno Domini M CCC VI.

Lendenaria cum omni ſua iuriſdictione fuit data Communi Paduæ per Marchiones Eſtenſes anno prędicto.

Rodigium emptum fuit à Paduanis anno Domini MCCCVIII. à Marchione Eſtenſi pretio librarum decem millium.

Ciuitas Vincentiæ receſſit à fide Paduanorum, à quibus regebatur, anno D. M CCC XI. die X V I I I. Aprilis, quam in regimen receperunt Paduani.

Poſt

Poſt mortem crudeliſſimi Ecelini anno Domini MCCLIX. qui eam occupauerat, Paduani relicto ſuo Poteſtate, quem eligebant, ſe ſubmiſerunt Imperatori Henrico de Lucemborch, & acceperunt Vicarium Imperatoris ad regimen anno Domini MCCCXI. de menſe Auguſti, qui poſteà receſſerunt ab eius obedientia, propter pacta non ſeruata anno Domini MCCCXII. Propter quod idem Imperator in Ciuitate Piſarum tulit ſententiam contrà Paduanos, & condemnauit illos in libris decem millibus. Quæ poſteà fuit reſtituta ad omnes honores, & iuriſdictiones, & reliqua per Federicum Imperatorem anno Domini MCCCXX. vt patet in ipſius reſtitutione, quam vidi.

Conſilium Paduæ elegit in Dominum, D. Iacobum de Cararia propter metum Domini Canis de la Scala dominatoris Veronæ, qui tenebat Monteſilicem, Eſtem, & Montagnanam, & hoc fuit die VI. exeunte Iulio D. MCCCXVIII.

Conſilium Paduæ cum conſenſu Domini Iacobi de Cararia dedit dominium Paduæ Duci Auſtriæ Regi Romanorum, Comiti Goritiæ pro eo accipienti anno Dñi MCCCXIX. & hoc propter bellum Domini Canis de la Scala. Quod ſibi datum fuit in Bolzano die V. Ianuarij, vbi factum fuit parlamentum. Caſtrum Mirani captum fuit die XXI. Auguſti MCCCXXV per Philippum de Peraga.

Marſilius Grandis de Cararia, deſtitutus omni remedio ſubſidij, dedit Paduam Domino Cani de la Scala anno Domini MCCCXXVII. & Dominam Thadæam, filiam prędicti Domini Iacobi de Cararia prius promiſſam in vxorem Domino Maſtino de la Scala, quæ fuit Venetijs deſponſata.

Marſilius prędictus habuit à Communi Paduæ dominium, & claues die III. Septembris, qui congregato Conſilio declarauit, quod volebat Paduam reſignare Domino Cani, qui intrauit Paduam per portam Sauonarolæ die X. Septembris, & poſuit ſedem ſuam in Eccleſia Cathedrali, & ſic ſopitum fuit bellum, quod durauerat annis XVII. menſibus IIII. & diebus XX. Sequenti die, conuocato Populo in palatio, vexillum Paduæ datum fuit Domino Cani, & ipſe conſtituit ſuum Vicarium in Padua dictum Dominum Marſilium, reponẽdo in eius manibus vexillum prędictum.

Dominus Canis donauit ei bona illorum de Macharuffis, de Terradura, de Buglis, de Zuncho, de Alticlinis, aliquorum de Malitijs, & aliquorum aliorum, qui fuerunt rebelles, ita vt ipſe plus haberet diuitiarum, quàm reliquum Paduæ.

Padua data fuit in dominio Domini Marſilij prędicti propter multas guerras, & ſcandala Dominorum Alberti, & Maſtini de la Scala, anno Domini MCCCXXXVII. die III. Auguſti, & hoc fuit cum conſilio Venetorum, & Florentinorum.

Dominus Marſilius prędictus exiſtens in articulo mortis deſignauit dominium Paduæ Domino Vbertino de Cararia, quod laudatum fuit à Populo, & à Venetis, & Florentinis, cum quibus erat in liga.

Dominus Vbertinus prędictus fecit fieri Caſtrum, videlicet Rocham Eſte anno Domini MCCCXXXIX. Quo anno facti fuerunt ſalli omnium Sanctorum, & Laboreria pannorum lanæ, & papyri chartarum.

Palatium clauſtrale Domini Vbertini de Cararia fuit expletum anno Domini MCCCXLIII. & aliud inchoatum, & facti fuerunt aggeres Argulæ, & nauigium Montagnanæ, per quod itur Eſte, & mari Paduæ ſpaldorum reparati fuerunt.

Raynerius de Forliuio, Doctor excellentiſſimus, fuit conductus ad legendum in Studio Paduano per Dominum Vbertinum prędictum cum ſalario ducatorum ſexcentorum, anno Domini MCCCXXXIV. & Paduæ moritur, & ſepultus eſt in Eccleſia Sancti Antonij.

Dominus Vbertinus moritur morbo virgæ anno Domini MCCCXLV. die XXIX. Maij, & reliquit ſucceſſorem Dominum Marſilium de Cararia Papafaba, quem Iacobus de Cararia, Nepos ex Vbertino, interfecit in eius contrata die VI. Maij.

Iacobus de Cararia prędictus cum ſuis poſteris nobilitate donatus fuit à Venetis anno Domini MCCCXLVI. propter gentes, quas miſit in auxilium Venetorum contrà Iadram.

Corpus Beati Antonij fuit translatum in archa die quartodecimo Februarij MCCCXLIX. ſuper quam Legatus Papæ Miſſam celebrauit, exiſtente Epiſcopo Aldreualdino.

Iacobus de Cararia prędictus occiditur XIX. Decembris MCCCL. à Gulielmo Spurio filio Domini Iacobi Grandis de Cararia ſecum exiſtente in prandio.

Conſilium Paduæ dedit dominium Paduæ Domino Iacobino, & Franciſco de Cararia, filio D. Iacobi, qui tenuerunt dominium vſque ad annum MCCCLVI. die XIX. Iulij. Quo die Dominus Franciſcus, cœnans cum eo, impetum in eum fecit, & captum in Caſtro Mõtisſilicis

tisfilicis posuit, vbi vitam finiuit, & dominari solus cœpit. Qui postea potentia Comitis Virtutum Ducis Mediolani, & Venetorum priuatus dominio, captus anno Domini MCCC. XCIII. in carcere Mutinæ obijt.

Franciscus de Cararia filius prędicti Frăciſci, post expulsionem Patris ex dominio, recuperauit Paduæ dominium intrando per subtus pontem Sancti Iacobi de mense Iunij die XIX. Mensibus XVIII. post expulsum Patrem eius.

Franciscus de Cararia prędictus, capta Paduæ per dominium Venetorum die XVII. Nouembris M CCCC V. Venetias ducitur in carcerem, & ibi finiuit vitam suam.

Marsilius dicti Francisci filius, & Vbertinus frater stabant vnus in Ciuitate Mediolani; alter verò Florentiæ, qui Vbertinus velenatus ab vno nominato *Scauferlon*.

Marsilius verò, ductus à Consilio quorundam improborum, qui meritas soluerunt poenas, decreuit dominium Paduæ clàm intrare; sed, cognito negotio, captus fuit ad Furnos Vincentini districtus ab vno Vincentino, nominato *Cera*, qui secum habebat XXII. eques, & ductus Venetias decapitatus fuit, & alij iuxta eorum opera habuerunt meredem suam anno Domini M CCCC XXIV. die XXIV. Maij, remanente dominio Paduæ Dominis Venetis.

Alba turba apparuit in Ciuitate Paduæ annō Domini M CCCC XCIX. quæ IV. diebus processionaliter incedebat cum Populo albis lineis vestito, quorum numerus numeratus fuit in prato vallis XIII. millium sexcentorum, in quo numero fuit Dominus Franciscus de Cararia Iunior prędictus, & Episcopus Paduanus. Et ab illo tempore cœperunt Fraternitates spirituales, quæ in processionibus induuntur, vt videmus vsque hodie.

Titi Liuij Patauini Clarissimi Historici ossa reperta sunt apud Ecclesiam Sanctæ Iustinæ in Padua, in vna capsa plumbea, quam sæpissimè vidi, & portata ad forum anno Domini M CCCC XIII. Ossa postea posita fuerunt in capsula plumbea, & reposita ad faciem Occidentalem Palatij Magni.

Franciscus Petrarcha Poeta fuit coronatus laurea corona in Capitolio Romæ per Magnificum Comitem de Anguillaria, & alios Senatores annis Dominicis mille trecentis, & triginta vno, ætatis suæ anno XXXVII. die vero Sancto Paschę, qui fuit octauo Aprilis, Pontificatus Sanctissimi Domini Nostri Papę Ioannis XXII. de Colonna anno XVI. sui Pontificatus. Et decessit postea anno Domini M CCC LXXIV. Die XIX. Iulij, ætatis suæ LXX. Et ossa eius clauduntur marmoreo saxo, & in castro Arquadæ quiescunt, in Euganeis montibus.

FINIS.

GERARDI MAVRISII

Ciuis, & Iudicis Vicentini

HISTORIA INCIPIT.

PROEMIVM.

QVI aliquorum merita, virtutes, & bona opera manifestè cognoscit, si scribere, vel alijs nuntiare pigritatur, eidem maculæ desidiæ non desinit irrogari. Hinc est, quòd ego Gerardus de Maurixio, causidicus Vicentinus, cognoscens manifestè vitam, & operam, virtutem & potentiam Dominorum Eccelini, & Alberti Fratrum de Romano, & suorum prædecessorum, volens ipsius desidiæ maculam euitare, ipsorum acta mores & vitam, potentiam atquè virtutes, vt scientibus memoria non effugiat, & ignorantibus reueletur, sub breuiloquio scribere, & notare proposui. Sed morem largi dispensatoris in hoc presenti Opusculo gerere cupiens, qui diuersorum ciborum genera recumbentibus antè ponit, vt ex diuersorum generum ciborum aspectu discumbentium voluntates fortiùs gratulentur, & eligendi, quæ maluerint, habeant potestatem, presentis Historiæ cursum diuersorum generum dictaminis exponemus: vt, quod elegantius cuiquè visum fuerit, in discendo prepomat, & legendi copiam habeat laxiorem. Audiat nunc presens ætas, nec ignoret futura posteritas. Audiant boni, vt glorificantes Deum, meliores efficiantur. Audiant eorum æmuli similiter, impij, & superbi, vt terreantur, corrigantur, & elati desinant superbire. Videant ergò auidi diuersos dictaminis modos, & vel ex vno, vel altero, siuè tertio, vel ex omnibus simul discendi copiam habeant pleniorem. Verumtamen, antè nostræ loquutionis initium, rogitare non cessamus, quatenus nostræ non imputetur incuriæ, si in hac nostræ loquutionis serie quidam verberibus acerbę locutionis fuerint redarguti, quoniam non ex odij causa; sed quia rei veritas & negotij qualitas ac natura nos talia dicere compellunt, erit à nobis ipsorum scripta redargutio, siuè increpatio. Et, vt bonus finis cum laudabili concordet principio, illius gratiam primitus inuocare teneor, & beneuolentiam captare, pro cuius amore, & gratia retinenda Beatus Petrus fleuit amarè. Scriptum est enim, quòd omnia benè geruntur, & competenter, si rei principium fiat decens, & amabile Deo. Et Horatius:

Dimidium facti, qui benè cœpit, habet.

Digitized by Google

Et Ouidius: Omnia principijs *(inquit)* ineſſe ſolent. *Et alibi*. Difficile eſt, vt bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio. *Et propter hoc dicitur, quòd* principium eſt * potentiſſima pars cuiuſquè rei, *quamuis alibi dicatur*,

*Forte. Potiſſima.

Debile principium melior fortuna ſequetur.

Hoc enim ſic debet intelligi, vt ſubaudiatur, forſan: *vel*, ſi Dominus voluerit, *vt ſine præſumptione aliqua tantum remaneat in diſpoſitione diuina: non tamen eſt veriſimile, vel credendum, ſicut eſt credibile, & præſumendum, quod bonum principium bonus finis ſubſequatur. Quid enim, ſi benè floruerint ſegetes? Quid, ſi benè floruerit vinea? Quid, ſi benè floruerint oleę? certè præſumi debet, quod abundantia fructuum florum multitudinem precedentium ſubſequetur, ſicut ſcriptum eſt per Ouidium.*

Si benè floruerint ſegetes, erit area dives:
Si benè floruerit vinea, Bacchus erit:
Si benè floruerint oleę, nitidiſſimus annus,
Pomaquè, & euentum temporis huius habent.
Flore ſemel læſo, pereunt viteſquè fabęquè,
Et pereunt lentes, aduena Nile, tuæ.

Itaquè Dei Omnipotentis gratiam in noſtro principio ſic duximus inuocandam,

Qui gradiens pelagi fluctus compeſcit amaros,
Viuere qui præſtat morientia ſemina terræ,
Soluere qui potuit letalia vincula mortis,
Principium præſtet, medium, finemquè gubernet.

De Maioribus Dominorum Eccelini III. & Alberici Fratrum de Romano.

ESt igitur ſciendum, quod quidam Dominus Eccelinus fuit pater cuiuſdam Domini Alberici, qui Albericus fuit pater Domini Eccelini. Et hic Eccelinus pater fuit alterius Domini Eccelini, patris præſentium Dominorum Eccelini, & Alberici Fratrum de Romano. Pater ergò iſtorum fuit Dominus Eccelinus. Item Auus eorum fuit Dominus Eccelinus, eorum Proauus fuit Dominus Albericus; Abauus autem eorum fuit Eccelinus nuncupatus. Auorum autem, ſcilicet Abaui & Proaui, tanta fuit commendatio, & bona fama, quòd ipſius commendationis prolixitas, & omnium prædeceſſorum noſtrorum plena nequitia, lingua noſtra de ipſorum commendatione conquieſcat, nec in illorum laudibus, & relatione ſuas vanitates interquear, ſatis nos rationabiliter protegunt, & excuſant.

De Eccelino Primo.

IPſis igitur duobus omiſſis, de primo Eccelino hoc eſt primitus notandum, quod fuit Vir ille ditiſſimus ſapiens & diſcretus; largus modeſtus pacificus, & bellicoſus; trux & placidus & moderatus: & quæ duo, quamuis contraria videantur, tamen eſſe poſſunt, & debent in quolibet manere potenti, ſcilicet vt ſupplicibus ſit facilis, placidus, & benignus: ſonpribus, & iniquis trux & horridus moderatè, ſicut ſcriptum eſt:

Scilicet eiuſdem eſt, quamuis pugnare videntur,
Supplicibus faciles, ſonpribus eſſe trucem.

Hic autem, quamuis talis fuiſſet & tantus; ſic fuerat tamen lingua balbuciens, quod ſine faſtidio & labore vix poterat meditata proferre. Interim tamen ità moribus, & ſcientia cęteros præcellebat in omnibus, quod, cum tempore quodam miſſet vltrà mare, ibi Dominus exercitus Chriſtianorum, & Dux belli, atquè Vexillifer electus fuit, & conſtitutus. Cum autem inter Paganos quidam tam fortiſſimus, & ſtaturæ ingentificus cunctos Chriſtianos ſic bellando ſuperaret, quod nullus ei bellando reſiſtere poterat, nec audebat, hic tantæ fuit audaciæ, quod ſolitariè pugnauit cum eodem, ipſumquè videntibus Chriſtianis interfecit: quod profectò

Digitized by Google

profectò mirabile, & quaſi monſtruoſum omnibus viſum fuit. Vnde ſuper omnes Chriſtianos ibi tunc gloriam habuit, & honorem, & cum laudibus & triumpho magnificè repatriauit.

Hic etiam fuit Poteſtas Vicentiæ, & ipſam cum magno vigore, ac pacificè rexit, excepto quod tempore ſuæ Poteſtariæ filij Ganſelmi interfecerunt gladio Gaſtonem Talię, qui per ipſum expulſi fuerunt de Ciuitate ſine ſpe redeundi, & cum ipſorum copiam habere non potuiſſet, proſcribi fecit ipſorum bona, domos & turres ipſorum radicitus deſtruendo, & poſteà hęredibus mortui conceſſit vniuerſa, quæ vſquè in hodiernum diem adhuc ab illis pacificè poſſidentur.

Eccelinus Primus Poteſtas Vicentiæ.
Gaſtonis Talię Vicētini mors.

Hic etiam in diebus illis, cum tota Lombardia, & Marchia cum Societate ſua * finiſſet in Campo cum bonę memorię quondam Domino Federico Inuictiſſimo Imperatore, & Auo huius noſtri Inuictiſſimi Imperatoris & ſemper Auguſti, pro diſcordia, quæ inter ipſum, & Lombardos diu fuerat excitata, inſpectis omnium hominum prudentia, moribus, & ſcientia, pro maiori, & meliori factus eſt Dux, & Dominus exercitus Lombardorum, atquè Vexillifer. Cuius tanta fuit diſcretio, & ſcientia, quod quamuis grauiſſimè Lombardi Imperatoriam Maieſtatem lęſiſſent, & non modicè contrà illos fuiſſet Dominus Imperator indignatione commotus; tamen ſic humiliter verbis, & factis ſupplicauit eidem, quod tam ſibi, quam dictis Lombardis, & Obitioni Marchioni Eſtenſi ſuam indignationęm dimiſit, & gratiam & bonam voluntatem recepit. Multa quoquè priuilegia ex imperiali largitate, & voluntate benigna Dominus Imperator miſericorditer Lombardis indulſit, ſicut in pace facta, & firmata apud Conſtantiam ſcriptum reperitur, atquè notatum. Hoc fuit ſub M CLXXXIII. Indictione prima de menſe Auguſti.

Legendū Fuiſſet.

Eccelinus Dux exercitus Lombardorum.

Hic poſtmodum Domino Imperatori toto tempore vitę ſuæ extitit fideliſſimus, deuotus, & gratioſus, eidem reuerentiam debitam, & obſequium magnificè ac mirabiliter impendendo. Lombardos etiam, ſecundum ſuum gradum plurimùm diligebat, ità tamen, quod propter hoc Imperialis Maieſtas nullo modo grauabatur; ſed potius prę cęteris ipſius Domini Imperatoris gratiam conſeruauit illęſam.

Idem Federico Imperatori carus.

Hic tranquillam duxit vitam, & lętos dies ſtabili fine clauſit, vnde verè ſęlix dici potuit, ſicut dicitur,

Mors eiuſdē.

Felix, tranquillam meruit qui ducere vitam,
Et lęte ſtabili claudere fine dies.

De Eccelino Secundo.

SVceſſit huic alter Eccèlinus, pater pręſentium Dominorum Eccelini, & Alberici Dominorum de Romano. Hic in opere, & ſermone, vel facundia, & prudentia * mirabiliter extitit, & permanſit: in moribus, & ſcientia, ſic patri ſuo æquipollens, quod ab omnibus merito commendabatur. Et quia facundus in ſermone cęteros pręcellebat, paternam gloriam minorauit in hoc, & etiam in diuitijs, quibus dicitur abundaſſe.

Melius Mirabilis.

Poſteà ſub Milleſimo CLXXXXIIII. fuerunt duo viri Electores Poteſtatis conſtituti, ſcilicet Dominus Sulimanus Iudex, & Pilius Vincentij, pater Alberti de Celſano, primus pro parte illorum de Viuario: alter pro parte Comitis Vicentini, quia tales erant tunc partes in Ciuitate, & Dominus Eccelinus erat amiciſſimus Dominorum de Viuario. Fertur, & verum fuit, quod hic Pilius Vincentij, ſocio ſuo ignorante, ſic corrupit Iacobum de Bernardo ciuem Bononienſem, quod conuenit, promiſit, atquè iurauit eidem, quod parti Comitis Vicentini, & amicis ſuis, erit fauorabilior, quàm parti Viuarienſium, ſi fuerit per ipſos Electores & electus, & Poteſtas Vicentiæ conſtitutus. De hoc quoquè in fine ſuæ Poteſtariæ publicum * apparuit Inſtrumentum. Iſte Iacobus per ipſos Electores electus fuit Vincentiæ Poteſtas, & conſtitutus. Et quamuis regendo Ciuitatem, ſecundum promiſſa, parti Comitis eſſet in omnibus fauorabilior, quàm alterius parti; tamen pars Viuarienſium cum Domino Eccelino pacificè tolerabant. Verumtamen hic Iacobus occaſiones quæ fuit duce diſcordia, lites plantauit, inſeruit odia, ſicut ait Sălomon, qui dixit: *occaſiones quærit, qui vult ab amico diſcedere*: ſub leuiſſima occaſione inimicauit eidem Domino Eccelino, ipſumquè banniri fecit, & ſic inter ipſos orta eſt diſcordia. Partes inſimul pugnauerunt, & tunc pro magna parte Ciuitas eſt combuſta. Tandem pars Viuarienſium cum ipſo Domino Eccelino expulſa eſt de Ciuitate, cum qua parte exiuit tunc bonæ memoriæ Piſtor Epiſcopus Vicentinus.

Sidimanus Iudex, & Pilius Vicentij Poteſtates Vicentię.
Viuariorum Pars in Vincentia. Pars Comitis Vicentini.
Iacobus de Bernardo Bononiēſis Poteſtas Vicentię M CLXXXXIV.
Fortè *Apparuit.*

Aduerſatur Eccelino vicētia Poteſtas.
Vincentia magna ex parte combuſta.
Piſtor Epiſcopus Vicentinus.

Fecit tunc idem Iacobus in ſecundo anno ſe in Poteſtatem eligi: & ſic intus, & extrà Ciuitatem, & circum circà bella committuntur, & prælia. Rapinæ quoque, & violentiæ ſic dominantur ibidem, quod nil opus eſt legibus; ſed viribus arma mouentur. De quo Veronenſes, qui naturaliter, & non fictitiè, Vicentinorum ſemper fuerunt amici, plurimùm condolentes venerunt ad Ciuitatem, & ipſo Iacobo, tamquàm impio & iniquo, licentiato, & de regimine tam prauè ſuſcepto, remoto, duos ibi poſuerunt in Poteſtatem, ſcilicet Dominum Ottonellum de Turiſendis pro parte illorum de Viuario, & Dominum Vermileum de Creſcentijs pro parte Comitis Vicentini. Qui ambo dum pacificè regerent Ciuitatem, Comes Vgutio inuenit quendam Malofililmum ciuem Ianuæ, qui in oratione viſitabat Eccleſiam B. Marci de Venetijs; ipſumquè cæpit, & in Arce ſua Medæ duxit, & in compedibus & carceribus poſuit cuſtodiendum, pro ipſo dimittendo poſtulans ab eodem maximam pecuniæ quantitatem. Veronenſes autem hoc audito cum Vicentinis contrà Comitem hoſtiliter arma mouentes, apud Arcem prædictam, ipſam diu obſidendo, caſtrametati ſunt. Tamen ipſe Comes, tamquam vir fortis, & audaciſſimus, viriliter ſe defendit. Itaquè Veronenſes, & Vicentini de victoria deſperati, reuerſi ſunt ad propria domicilia. Nec dimiſit eum Comes, donec ipſe captiuus * pretium ſexdecim millium librarum ſe redemit. Illas autem habuit quietè, * & pacificè: inde Comes ſine aliqua moleſtia, vel contradictione.

Veronenſes Vicentinorũ amici.

Iacobus de Bernardo priuatur Poteſtate. Ottonellus de Turiſendis, & Vermileus de Creſcentijs Poteſtates Vicentiæ.

Comes Vgutio Malofililmũ Ligurem pecunia damnat.

Melius Pretio.

Legendũ fortaſſe, Et pacificè idẽ Comes

Et, cùm de hoc humana potentia ſumere vindictam non potuiſſet, diuina ſibi diſpoſitio reſeruauit vindictam. Et in primis, cum ipſe Comes Arcem Altæuillæ violenter intraſſet, & pacificè detineret, quam ſe nunquam reſtituturum Epiſcopatui, cuius erat, dicebat, donec Epiſcopus feudum, quod ei indicari fecerat, non reſtitueret, venit tunc Dominus Piſtor Vicentinus Epiſcopus cum paucis, & fecit inſultum in illos, qui pro Comite Arcem cuſtodiebant, qui ſic celeriter fuere deuicti, quod niſi diuinitus proceſſiſſet, non poterat * acceſſiſſe. Perdidit ergò propter hoc Arcem prædictam, quia, tanquàm bannitus, cuſtodibus ſuis non potuit dare ſuccurſum. Et iterum in illis diebus, cum duo filij Comitis eiuſdem eſſent in quodam vehiculo, in foſſato, in quo erat modicum aquæ, ceciderunt, qui tam celeriter perierunt, quod nullum potuerunt habere iuuamen, * quod totum diuinum iudiciũ in vindictã creditur accidiſſe.

Arx Altauille occupatur à Piſtore Epiſcopo Vicentino.

Acceſſiſſe pro Accidiſſe in Mauriſio frequens.

Mors inopina filiorum Comitis Vgutionis.

Melius. Qđ totum diuino judicio in vindictam creditur accidiſſe.

O Deus, ò Diuina veneranda Maieſtas, quàm admirabile, & tremendum iudicium tuum! Nam quamuis potentiores pares non habeant, & per hoc credant remanere ſecuri, humanam contemnentes potentiam; tuum tamen iuditium euitare non poſſunt. Ecce nunc Comes iſte vniuerſos Veronenſes, & Vicentinos non timuerat, & vna hora per te duobus filijs orbatus, extitit cruciatus. Benè ergò ſcripſit Ouidius,

Littus ad Euxinum, ſi quis mihi dixerit, ibis,
Et metues, arcu ne feriare Geta.
I, bibe, diuiſſem, purgantes pectora ſuccos,
Quicquid & in tota naſcitur Anycira.
Sum tamen hoc paſſus, nec, ſi mortalia poſſem,
Et ſummi poteram tela cauere Dei.
Tu quoque fac timeas, & qua tibi læta videntur,
Dum loqueris, fieri triſtia poſſe puta.

Mutatio Poteſtatum aliquot Vicentinorum, & de bello quod Eccelinus geſſit contrà Vicentinos.

MVtantur Poteſtates, ſuccedit illis Dominus Viſredotus, Mediolanenſis ciuis, in Poteſtatem, ſub cuius Poteſtaria excitatę ſunt diſcordiæ cum Domino Eccelino. Vnde die quadam equitauit cum Vicentinis contrà ipſum apud Marofticam, & bello ac prælio commiſſis, Vicentini Burgum totum violenter combuxerunt, & plures ibi cœperunt, & milites, & pedites, qui ducti fuerunt ad Ciuitatem, & in carceribus poſiti. Nunc verſa * eſt, & tamen pars Domini Eccelini moratur in Ciuitate.

Viſredotus Mediolanẽſis Poteſtas Vicẽtie bellum Vicentini Eccelino mouent, & Maroſticã capiunt.

Adde. Res. *Bonapax de Brixia Poteſtas Vicentiæ Eccelinũ bello laceſſit.*

Eccelinus, Marchio Eſtẽſis, & Paduani ſocium inuicem fœdere iunguntur.

Mutatur Poteſtas, ſuccedit huic in Poteſtatem Dominus Bonapax de Brixia, qui cum iniſſet cum exercitu vltrà Brentam, apud Baxianum, ex vtraquè parte bellando plures ſunt capti milites. Dominus autem Eccelinus ira, & indignatione commotus, vndiquè collectis amicis, parauit exercitum, inter quos amicos erant Dominus Azo Eſtenſis Marchio, & milites, ac populus Paduanus. Paduanorum Poteſtas erat Iacobus Strictus de Placentia, qui quamuis Domino

Iacobus Strictus de Placentia Paduanorũ Poteſtas.

mino Eccelino promiſiſſet exercitum contrà Vicentinos; tamen per me ipſum, qui eram vnus de captiuis in Padua carceratus, verba pacifica talia miſit ad populum Vicentinum, videlicet, quod ſi Vicentini dimittere vellent de carceribus quinque ſuos milites, quos cęperant ibi apud Baxianum, ipſe reddere volebat ſex, quos habebat ex Vicentinis ibidem captos, quorum ego vnus fueram, & eram Procurator Ciuitatis Vincentiæ. Quod ſi fieret, dicebat idem Dominus Iacobus Poteſtas Paduæ, quod toto tempore ſuæ Poteſtariæ contrà Vicentinos profectò Domini Eccelini non mouebit exercitum. Et inſuper reddere volebat viginti octo captiuos, qui diù fuerant, & erant carcerati in Baxiano per Dominum Eccelinum. Hæc autem omnia cum per me dicta fuiſſent in communi Conſilio Ciuitatis Vincentiæ, concorditer Conſilium hoc facere recuſauit. Vnde ego indignatione commotus, in ipſo Conſilio, audientibus omnibus, rogaui Deum, & B. Virginem Mariam, quòd in breui mihi captiuo ſociarent omnes concionatores, qui tam pacifica verba concionando contempſerunt. Et ſic curſu veloci eadem die reuerſus fui ad Ciuitatem Paduæ, & finita reſponſione legationis meę, ſine mora Poteſtas Paduæ mouit exercitum Paduę contrà Vicentinos tàm immoderatè ſuperbos. Venerunt itaquè Paduani in ſeruitio Domini Eccelini, vſquè ad Villam Carmignani de diſtrictu Vicentiæ, & cum Vicentini tantæ fuiſſent audaciæ, quod cum ipſis antè pugnare preſumpſiſſent, quàm verba ſupradicta tam pacifica recipere voluiſſent, bello commiſſo Vicentini verſi ſunt in fugam, & terga dederunt Paduanis. Capti fuerunt tunc ex Vicentinis numero duo millia, & vltra intrà milites & pedites, & permixtim ex vtraquè parte tam Viuarienſium, quàm Comitis: deniquè ſunt Paduæ in carceribus poſiti. Ego autem videns venire concionatores ſuperbos carceratos, cum maxima affectione ſalutaui eoſdem, referendo gratiam Deo, quòd oratione mea ſuſcepta mihi ſociauerat eoſdem. Tunc verè impletum eſt illud prouerbium. *Deus reſiſtit ſuperbis humilibus autem dat gratiam*. Dominus autem Eccelinus cum magno gaudio, & triumpho reuertitur Baxianum, & ſic ſuppeditati ſunt ab ipſo Eccelino nunc Vicentini.

Auctor Procurator Vicētinorum captiuus Paduanorum.

Vicētini plures capti ab Eccelino, Baxianicarcere detinētur. Auctor legatus Poteſtatis Paduæ à Conſilio Vicentino non exauditus.

Eccelinus cum Paduani bellū Vicentinis mouet, eoſq; diripit, & fugat ad Carmignanum.

Duo millia Vicentinorum à Paduanis capta.

Ipſi autem Vicentini, tanquàm deuicti, petunt & implorant auxilium Veronenſium, offerentes eiſdem Caſtra, & poſſeſſiones ſuas, arbitrio Veronenſium recipienda, ſi eiſdem voluerint dare ſuccurſum contrà Dominum Eccelinum, & contrà Paduanos. Veronenſes autem omnibus ſpretis, naturali amore, & pietatis intuitu commoti, in ſuccurſum Vicentinorum promiſerunt exercitum,* niſi Nūtijs ſuis, & Legatis captiuos redderent ſine mora. Miſſiſquè Nūtijs, & Legatis, cum Paduani totum pro nihilo reputaſſent, cum exercitu magno, & cum Carroccio venerunt Veronenſes, & Vicentini contrà Paduanos, & contrà Dominum Eccelinum, caſtra deſtruendo, & comburendo Villas, vſquè propè Ciuitatem, & ſic propè, quod ſcintillæ ignis intrà Ciuitatem cadebant. Paduani autem nimio terrore perterriti, in tantam multitudinem fugerant ad Ciuitatem, quod vix poterāt ibi eſſe; ſed nec extrà, timentes vigorem & potentiam Veronenſium, audebant exire. Vnde Veronenſibus, & Vicentinis in Campo manentibus, Paduani omnes captiuos liberos, & abſolutos dimiſerunt (de quibus & ego vnum me fuiſſe recordor) hoc ſolum pro pręmio reportantes Paduani, quod liberè Veronenſes & Vicentini redire deberent ad patrias. Sicq; liberatis captiuis, Veronenſes & Vicentini reuertuntur ad patriam.

Fœdus Vicētinorū, & Veronēſiū cōtra Eccelinū, & Paduanos. Legerē lubentius. Si.

Paduani reſtituunt captiuos Vicentinos. Auctor captiuus Paduanorum.

Dominus autem Eccelinus videns vilitatem Paduanorum, & quia contrà ſuam voluntatem reſtituerant captiuos memoratos, de guerra prędicta, quam cum Vicentinis habebat, Paduanis non certioratis, iuramis pro Communi Veronæ recipienti, attendere, & obſeruare mandata Comitis Guelfi tunc Poteſtatis Veronæ, & dedit illi obſides, & Caſtra Baxiani, & Angarani, donec voluerit, pro Communi Veronæ poſſidenda. Vicentini autem & ipſi iurauerunt ſimiliter, & ſic cum triumpho reuerſi ſunt Veronenſes ad domum ſuam. Poſt paucos autem dies in Ciuitate Veronæ pax facta fuit inter Vicentinos, & Dominum Eccelinum, & reſtituta ſunt ipſi Domino Eccelino caſtra memorata.

Caſtra Baſſani & Angarani. Vicentinis annuētibus, ab Eccelino Poteſtati Veronæ tradūtur; mox pace facta reſtituuntur. Pax inter Eccelinum, & Vicentinos.

Paduani autem plurimùm indignati, quod ſic fecerat Dominus Eccelinus, intromiſerunt ſibi totam Curtem Onariæ, & vſq; ibi, quamuis diceretur Eccelinus de ONARIA, mutato ipſius cognomine, cognominatus eſt poſteà Eccelinus de ROMANO, quod cognomen vſq; in hodiernum diem Domini Eccelini certificat filios. Factus eſt tunc Dominus Eccelinus Paduanorum inimicus, eò quod poſſeſſiones illas ſitas in Epiſcopatu Paduæ ſibi taliter detinent occupatas.

Familia de Romano anteà de Onaria. Initia, & cauſſa odij Dominorū de Romano ī Paduanos.

De conſpiratione Eccelini contrà Viuarienſes, & de morte Piſtoris Epiſcopi Vicentini.

Iacobus de Vailardis Vicentiæ Poteſtas. Conſules Vicentini quando primo creati.

MOdo mutatur Poteſtas Vicentiæ, ſuccedit huic Dominus Iacobus de Vailardis, cuius tempore ſatis pacificè, & quietè Ciuitas permanſit. Huic ſucceſſerunt Conſules, ſub quibus conſpirauit Dominus Eccelinus cum Comite Vgutione cõtrà Viuarienſes. Vnde ſumpta audacia Comes Vgutio guarnimentum fecit contrà illos de Scledo, & habuit in ſuccurſum homines de Baxiano per Dominum Eccelinum. Epiſcopus autem bonæ memoriæ Piſtor nominatus, cum Viuarienſibus, & propinquis ſuis iuit in ſuccurſum illorum de Scledo. Et commorantibus cum totis viribus apud Scledum, nocte vna clàm & occultè Comes Vgutio abſtulit Caſtrum Beluexini Viuarienſibus. Die autem veniente, cum Caſtrum per Viuarienſes obſideretur, Epiſcopus memoratus, cum inermis eſſet, in aqua, quæ fluit apud Caſtrum prędictum, ſuprà equum ſuum, ſagittatus ab illis de Caſtro*, exulauit. Tunc venerunt Veronenſes, & pro Communi Veronæ cępta diſcordia, Caſtrum prędictum reſtitui fecerunt Viuarienſibus; & vtriuſq; partis licentiato exercitu, omnes reuertuntur ad propria domicilia. Epiſcopus autem mortuus ductus fuit ad Ciuitatem, ſepelituſq; fuit in Eccleſia S. Mariæ iuxtà ſepulturas aliorum Epiſcoporum.

Piſtoris Epiſcopi cadauer in Cathedrali Eccleſia ſepulture traditur.

Lege. Exhalauit.

Qualiter poſt Conſules creati ſunt iterùm Poteſtates Vicentiæ & quomodo Vicentini clauſerunt aquam fluuiorum labentium Paduam.

Poſt Conſules Marcheſinus de Maynardis Vicentiæ Poteſtas, Bachilio, & Beroa Vicentinorũ flumina claudunter Paduanis.

IStis Conſulibus ſuccedit Marcherinus de Maynardis in Poteſtatem. Hic ſuo tempore contrà Comunitatem equitauit apud locum, quem Comes tenebat, qui dicebatur Saxeolum, non longè à Scledo, illumq; locum captum comburi fecit, & ad Ciuitatem rediit.

Tunc temporis Vicentini cum Veronẽſibus à Terniſinis aquam Bachilionis, & Beronis fluuiorum labentium per territorium Vicentinum ad Ciuitatem Paduæ clauſerunt, & abſtulerunt Paduanis.

Series Poteſtatum aliquot Vicentinorum, & rerum, quæ ſub illorum Poteſtatijs acciderunt.

Duo demũ Poteſtates Vicentiæ Viadinus de Coſta, & Martinellus de Benencà. Oliuerius Enſelbardus Poteſtas Vicentiæ. Aliter. Leonicã.

HVic ſucceſſerunt in Poteſtatem Viadinus de Coſta, & Martinellus de Benencà. Hoc in tẽpore Comes Albertus, cũ militando obuiaſſet Mario de Porta Noua, interfecit eum. Succedit iſtis in Poteſtatem Oliverius Enſelbardus de Papia. Sub iſtius Poteſtaria interfectus fuit Andreas de Serratico in Villa* Lonici, pręliando pro illis de Caſtignuneulo, & illis de Monticello contrà Commune Lonici, currente millesimo CC HII. die ſecundo exeunte Octobri.

Bernardus Vexillifer Poteſtas vicentiæ.

Huic ſuccedit Bernardus Vexillifer Papienſis. Sub iſto venit Studium Scholarium in Ciuitate Vincentiæ, & durauit vſquè ad Poteſtariam Domini Drudi.

Gymnaſium Liberalium artium vicentiæ.

Huic ſucceſſerunt Comes Vgutio, & Vido de Viuario.

Comes Vgutio & Vido de Viuario Poteſtates Vicentiæ.

Iſtis autem ſucceſſit Dominus Lombardus de Cremona. In exitu Poteſtariæ iſtius conſpirauerunt inſimul Comes Vido, & Conradus de Viuario, qui cum amicis ſuis armati tot fuerunt ad Conſilium factum de Poteſtate eligendo, quod violenter ſe eligi in Poteſtatem fecerunt, quia inimis ſæuenter, & peruersè regebant Ciuitatem.

Lombardus de Cremona Poteſtas vicentiæ.

Eorũc temporis Dominus Oldricus de Vicecomitibus erat Poteſtas Veronæ, quia ipſe cum Melchiore Bonifacio, & cum Monticulis violenter expulerat Dominum Azonem Marchionem de Poteſtaria Veronæ, ſumpta occaſione, quod partem ſuam nolebat dare Marchioni Bonifacio, & ſic ſe fecerat eligi in Poteſtatem Veronæ. Quapropter idem Marchio, vndiq; conquiſitis amicis, & cum Mantuanis contrà ipſum, & partem, quæ* expulerat de Ciuitate, conſpirando, iornum Ciuitatem Veronæ, & magnum parauit exercitum. In quorum Veronenſium ſuccurſum nobilis Eccelinus memoratus cum magna militum quantitate, cõtrà eundem Marchionem ſimiliter eandem Ciuitatem intrauit, cum quo iuit tunc Comes Albertus, filius quondam Comitis Vgutionis, * quia tunc temporis acceperat Dominam * Ymigram, filiam eiuſdem Domini Eccelini in vxorem.

Oldricus de Vicecomitibus Poteſtas Veronæ. Adde. Eum pro ſe more ſæculi.

Eccelinus fauet veronenſibus cõtra Azonem.

Fortè melius Qui. Imiã *alij.*

Interim

Interim autem diſcordia oritur inter Vidonem Comitem, & Cõradum de Vuario, & cum deſcendiſſent de Palatio Communis Vincentiæ, & iuiſſent ad domos proprias, Populares domum aſcenderũt Communis, & ipſis de Poteſtaria remotis, elegerunt Dominum Gulielmum de Puſterla, Ciuem Mediolanenſem in Poteſtatem. Qui cum veniſſet, & ſacramentum ſui regiminis feciſſet pacificè, audito rumore Veronenſium, tam ſibi, quam Communi Conſilio Ciuitatis placuit cum pleno exercitu ire ad Ciuitatem Veronę pro bono pacis, & concordiæ, non ea intentione, * quòd aliqua partium ipſorum lęderetur occaſione. Iuerunt ibi, & apud Ciuitatem caſtrametati ſunt. Et poſt multa colloquia facta cum partibus, videntes, quod pacem ponere non poterant intrà ipſas partes, reuerſi fuerunt ad Ciuitatem Vicentiæ. Mantuani autem in ſuccurſum Marchionis, & ſuæ partis totis viribus occurrerunt, & bello ac pręlijs per totam Ciuitatem commiſſis, tandem obtinuit Marchio & pars illius, altera parte fugata & de Ciuitate violenter expulſa. Illo namq; die vix euaſit Dominus Eccelinus à manibus Marchionis cum militibus ſuis. Fugerunt ergò contrarij Marchionis ad arcem Gardæ, & Marchio cępit dominare Ciuitatem, domos & turres inimicorum ſuorum radicitus deſtruendo. Tunc temporis etiam expugnauit cum Domino Salinguerra de Ferraria, ipſumque cum parte ſua expulſit de Ciuitate Ferrariæ, & ipſam violenter detinet occupatam. Arcem autem Gardæ, vbi fugerant inimici illius, vadiq; per terram, & aquam ſtrictiſſimè obſidebat.

Gulielmus de Puſterla Mediolanenſis Poteſtas vicẽtiæ. vicentini ſtudent cõponere veronenſes. Aliter ſic legi hac poſſent. Qd aliqua partiũ ipſorum lęderetur. Hac occaſione iuerunt ibi, &c. Mantuani auxiliantur Azoni. Marchionis Eſtenſis victoria contrà Eccelinũ, & Salinguerrã Ferrarienſem. Eccelinus ſuccurrit ſuis obſeſſis in arce Garda. Melius. Ipſe.

Dominus autem Eccelinus videns amicos ſuos taliter fugatos, & deſtructos, cogitando qualiter amicis ſuis, qui obſidebantur in Garda, melius poſſet ſubuenire, cum maxima propriæ pecuniæ quantitate adiuit Ciuitatem Brixiæ: ibiquè moram faciens multos comparauit amicos. Et cum tam ſtrictè per Marchionem amici ſui obſiderentur in Garda, quod omnia iam cibaria penitus illis defecerant, * ille fortiſſimus Eccelinus, vidente Marchione, & exercitu ſuo vniuerſo, cum cibarijs neceſſarijs per Lacum Gardæ armata manu, ferreis cathenis fractis, iuit ad Gardam, & amicis ſuis benè ad annum vnum neceſſaria tribuit cibaria, & ſic reuerſus eſt ad Ciuitatem Brixiæ ſine cuiuſquam contradictione. Reuertitur & Marchio cum exercitu ſuo ad Ciuitatem Veronæ cum nimia triſtitia: & tamen dominatur Veronam, atq; Ferrariam.

Nunc mutatur Poteſtas Vincentiæ, cui ſuccedit Dominus Drudus de Buzarino de Mediolano, qui dicitur Buzarinus, qui, vt tutior permaneret, à pluribus Magnatibus Vicentinis filios pro obſidibus abſtulit, & miſit Mediolanum, inter quos erat Artuxius de Vuario, filius Domini Conradi, & Albertus de Celſano, filius tunc Pilij Vicentij, & alij quamplures. Marchio autem, & Comes Bonifacius de S. Bonifacio induxerunt Comitem Vidonem, & Conradum de Vuario, ac Pilium Vincentij, & quoſdam plures de parte ſua ad hoc, vt occiderent, vel caperent ipſum Dominum Drudum Poteſtatem, & prędictam Poteſtariam ſibi adſumerent ipſi Comes, & Conradus, quia dabunt illis auxilium, & conſilium. Et cum de hac proditione Domino Drudo diceretur à pluribus, ipſe totum pro nihilo reputando propter obſides, quos habebat, manebat ſecurus. Vnde quadam die tertia, mirante Aprili, currente Milleſimo CCIX. mane tempeſtiuè, die Veneris, Comes Vido, & ipſe Conradus cum amicis ſuis quam pluribus quorum filios habebat pro obſidibus, impias manus in ipſum iniecerunt, & ipſum captum poſuerunt in compedibus, ſicq; ambo, Comes & Conradus electi ſunt violenter in Poteſtates Vincentiæ, gaudentibus, & exultantibus Marchione, & Comite S. Bonifacij, quorum ſuaſione fecerant prędicta. Tunc domus, ac turres quamplures amicorum Domini Eccelini, ipſis fugatis, deſtruxerunt. Modo habent Marchio, & Comes cum amicis ſuis Veronam, Ferrariam, & Vicentiam.

Drudus de Buzarino Poteſtas vicentię.

Conſpiratio cõtrà Poteſtatem prędictum.

Melius. MCCVI. ex Paiarino. Comes Vido, & Conradus de Vuario Poteſtates vicentiæ.

Deus autem, qui ſibi vindictam in manibus reſeruauit, poſt paucos dies mirabiliter, & quaſi monſtruosè ſuam potentiam exercuit in eoſdem. Nam antè XX. dies ab introitu ſuæ Poteſtariæ, cum exiſſent de Ciuitate perſequendo amicos Domini Eccelini, qui de Ciuitate exierant: & hoſpitati fuiſſent cum exercitu Vicentino in villa Sandrici, mane tempeſtiuè Iacobinus Guidotti de Taruiſio cum illis de Baxiano, & cum Comite Alberto, & paucis, qui de Ciuitate fuerant expulſi, & cum illis de Bregantijs fecit inſultum in illos. Et quamuis turres, & munitiones haberent fortiſſimas, & eſſent etiam numerò decies tantum; tamen fugato exercitu Vicentino, ſic celeriter capti fuerunt Comes, & Conradus de Vuario, & Pilius Vincentij cum pluribus alijs de participibus ſceleris, quod impoſſibile erat hoc fieri, niſi diuinitus proteſſiſſet. Sed quia, *Non habet eventus fœrdida prœda bonos*, voluit Deus Omnipotens, his proditionibus mirabiliter obuiare *, ipſos de ſede tam prauiter conquiſita * deponere. Ducti ſunt in Caſtro Bregantij, ibiquè in compedibus carcerati cuſtodiuntur. Cucurrit autem Comes Bonifacius

Eodem die capto cum Pilio Vincentij. Adde. Et; vel ꝑ Deponere, q̃ ſequitur. De Deponendo.

Comes S. Bonifacij Potestas Vicentiæ.

nifacius de S. Bonifacio ad Ciuitatem, & se eligi fecit in Potestatem detinendo & ipse Dominum Drudum captiuum incarceratum. Tunc temporis palatium patris quondam mei, Petri Maurisij, cum duabus turribus destrui fecit idem Comes. Modo Comes cum amicis suis habet Veronam, Vincentiam, atquè Ferrariam, & etiam Mantua fauet eidem.

Petrus Maurisius Pater Auctoris.

Minantur verò Marchio, & Comes destruere Baxianum, & Castrum Bregantij, vbi stabāt amici Domini Eccelini. Dominus autem Eccelinus, quamuis valdè foret infirmus in Ciuitate Brixiæ, hoc audito repatriauit. Et, vt magna loquar non auditu, sed visu, dico, quod pro honore Domino faciendo, Serui sui benè fuerunt centum, & vltrà de nouis, ac pretiosis vestibus cum Varijs vestiti, qui nullo alio mediante in platea, quæ est à capite Pontis Baxiani fecerunt circulum circà ipsum, inclinando se se humiliter ad pedes eius, quod profectò hilari facie, & gratulanter recepit.

Serui domestici Eccelini pōpa, & numero memorandi.

Tunc Marchio, & Comes, exercitu parato cum Veronensibus, & Vicentinis, & alijs vndiq; collectis amicis, venerunt suprà Brentam, non longè à Baxiano, & minabantur transire Brentam, & expugnare & destruere Baxianum. Dominus autem Eccelinus, facto guarnimento, benè habebat circà mille milites, & misit ambasatores suos, quorum ego vnus fui, ad Ciuitatem Teruixij pro succursu sibi faciendo. Venerunt Teruixini cum suo Carrocio, & pleno exercitu vsquè ad Castrum Franchum, parati venire ad prælium, & ad defensionem Domini Eccelini secundum suam voluntatem.

Obsequium à Domesticis seruis Eccelino exhibitum.

Marchio Estēsis, & Comes S. Bonifacij cōtra Bassanum.

Auctor Eccelini Legatus ad Tarusinos.

Interim autem vir prudens, nobilis, ac bellicosus Salinguerra de Ferraria, armata manu in partem Marchionis, quæ Ferrariam tenebat occupatam, fecit insultum, & Ciuitatem occupauit violenter, fugatis amicis Marchionis. Hoc autem cum intellexissent Marchio, & Comes, qui erant in exercitu suprà Brentam, quasi fugiendo, reuertuntur ad Ciuitatem Vincentię sine mora cum exercitu, quos Dominus Eccelinus cum exercitu suo, sine Teruixinis * tantum persequutus fuit vsquè ad Villam Bolzani, ipsam Villam comburendo & depredando, quæ villa ab vrbe distat tantum per quinq; milliaria. Et non mira, sed in scena testificata loquar. Duo de militibus Domini Eccelini, scilicet Pater meus, Petrus quondam Maurisij, & Grimaldellus de Bolzano, vsquè ad pontem Pusterlę, apud portam Ciuitatis prosequuti sunt illos. Et, quia pons præ timore à fugientibus fuerat destructus, non potuerunt vltrà procedere; sed videntibus eos illis, qui erant suprà murum Ciuitatis, ipsis depositis galeis de capitibus, cum quodam vitreo, eis à quodam Burgensi porrecto, de optimo vino biberunt, pro quo facto Comes Burgensem in X. libras condempnauit, cui Burgensi postea Pater meus, nolens ipsum per hoc dānificari, restituit quinque libras. Ipsi quoquè duo reuersi sunt ad Dominum Eccelinum, qui reuersus Ciuitatem cum toto suo exercitu venire proposuerat. Tantus enim erat timor, & tremor Vicentinorum, quod ipsa die per Dominum Eccelinum capta fuisset Ciuitas. Erat enim tunc Rector Ciuitatis in tali statu, in quali erat rector ille, de quo dictum est per Ouidium.

Salinguerra Ferrariam occupat.

Fortè melius Tamen.

Bolzanum cōburitur ab Eccelino.

Factum Patris patris Auctoris, & Grimaldelli de Bolzano.

Eccelinus contra vicentiam.

Rector in incerto est, nec quid fugiatue, petatue,
Inuenit, ambiguis obstupet ipse malis.

Quare autem non capta fuit Ciuitas, si aliquis diceret, responderi potest, quod quidam Nuntius Domini Ottonis, tunc Regis, qui ibat Romam pro recipere diadema, dixit eidem Domino Eccelino, quod sine mora iret omnibus dimissis ad ipsum, vbi erat. Qui Dominus Ottó iam erat in portis Orsanigi. Quapropter Dominus Eccelinus ad domum cum suis reuersus est festinanter. Et licentiato exercitu suo, & Teruixinorum, altera die tempestiuè mouit à Baxiano, & iuit ad Regem, inuenitquè ipsum adhuc in portis prædictis. Qui Dominus Eccelinus quàm gratulanter, & magnificè per Regem fuisset receptus, vix posset ab aliquibus nuntiari ore, sicut ego, qui cum ipso fueram, testificor veritatem. Est nunc * in Cauam Dominus Eccelinus magnificè, & honorificè, & cum maiori & pulchriori tentorio totius exercitus Regis, quod & statim donauit Spirensi Archiepiscopo, & videtur habere gratiam Domini Regis super omnes Principes, semper equitando, & stando propè ipsum Dominum Regem cum maxima domesticitate.

Cur eam non ceperit.

Eccelinus honorificè excipitur ab Ottone Rege.

Fortè. In Curiam.

Interim venit in Curia Dominus Azo Marchio, qui & ipse videbatur habere gratiam Regis. Die autem quadam, cum esset ambo coràm Rege cum amicis suis, idem Marchio, & Dominus Eccelinus, surrexit Dominus Eccelinus, & quasi querelando de Marchione, inter cętera quæ dixit, retulit contrà Marchionem, quod ipse de eo fecerat proditionem. Quia cum essent non modica dilectionis affectione copulati, sine aliqua noua ingratitudine, vel offensione, cum essent ambo in Venetijs, & venirent simul per Plateam S. Marci, tenente Marchione se ipsum

Ottonis Marchionis accessus ad Ottonem.

Querela Eccelini contrà Marchionē coram Ottone.

ipſum per manum, & ſeruientibus quibuſdam currentibus cum gladijs ad occiſionem ſui, volens euitare mortem, & capere fugam, idem Marchio ſtrinxit ei manum, nec dimittere ipſum volebat; & niſi violenter manum de manu ipſius extraxiſſet, non potuiſſet tunc mortis euitaſſe periculum: tantum, quod ipſum tenendo, ne fugeret, impediuit, * quod illi occiſores vinxerunt milites Domini Eccelini, ſcilicet Dominum Buſnardum, filium quondam Martinelli de Benencà de Pitocho, Ciuem Vicentinum, quem grauiſſimè vulneratum dimiſerunt ſeminuum. Alium autem militem, ſcilicet Bonacurſium de Teruiſio, interfecerunt. Et ſic vix euaſit Dominus Eccelinus, contrà voluntatem ipſius Domini Marchionis, & de tanto ſcelere ipſum reum eſſe dicebat: & paratus eſſe dicebat, ſine mora perſonaliter probare eidem Marchioni, quod eius conſilio, & auxilio prędicta facta fuerunt. Accuſabat etiam ipſum de proditione Domini Drudi, Poteſtatis Vincentiæ, & de proditione Domini Salinguerræ de Ferraria, & multa dicebat contrà dictum Marchionẽ in illius obprobrium. Ipſe autem Marchio reſpondendo prędictis verbis, quantum ad eum etiam aſtantium, viliter ſe excuſando pugnam euitauit, dicens, quod ſuo loco, & tempore pugnabit cum eodem Domino Eccelino extrà Curiam Domini Regis, vbicumque Domino Eccelino placuerit. Et ſic in rumore verba deducta fuere, talia Domino Rege tantùm audiente, & nihil ſtatuente; ſed tamen ſilentium indixit vtriquè.

Melius. Quare.

Eccelinus prouocat ad ſingulare certamen Marchionem Eſtenſem.

Altera autem die poſt prandium, cum Dominus Rex in campis extrà Caſtra fuiſſet ad aucupandum cum acipitre, cum quo erat Dominus Eccelinus, & ego ibi eram cum illo, vidimus venientem Dominum Salinguerram de Ferraria benè cum centum militibus armatis, quorum quilibet habebat vexillum, & armaturas rudes: Quos cum Dominus Rex à longè vidiſſet, celeriter aucupatione dimiſſa reuertitur ad Caſtra. Dominus autem nobilis Salinguerra veloci curſu veniens, cum potuiſſet directè ire ad tentorium Regis, in obprobrium Marchionis fecit circuitum, & iuit antè tentorium Marchionis, vt ipſe Marchio videret ipſum, tam magnificè & honorabiliter venientem: & ſic iuit cum omnibus militibus vſquè ad tentorium Regis, ibiquè deſcendit, & cecidit ad pedes Regis cum militibus ſuis, exponendo querelam de ipſo Marchione, & accuſando ipſum non ſolum de propria proditione; ſed etiam de facto Poteſtatis Vincentiæ, & de proditione, quam fecerat de Domino Eccelino, dicens, quod de his omnibus paratus erat perſonaliter probare coràm Rege, arbitrio Regis & ſine mora. Marchio autem inter cętera, quæ negando proponebat, ſemper euitando pugnam, reſpondit, quod plures habebat fideles, & nobiliores ipſo Salinguerra, qui pro ipſo pugnaret cum eodem, ſi vellet pugnare. Et de hoc rixa magna mota fuit inter ipſos in conſpectu Regis, vnde ad compeſcendum tumultum Henricus Calandrini, euaginato enſe, cum magna Teutonicorum multitudine vtriquè parti ſilentium interpoſuit. Quo rumore ſedato, Dominus Rex imperauit omnibus, quod pro his factis nullus amplius coràm ipſo dicat de pugna facienda. Et vtraquè pars reuertit ad tentoria propria, Domino Rege cum Teutonicis remanente.

Acceſſus Salinguerræ ad Ottonem Regem.

Querela eiuſdẽ cõtra Marchionẽ & petit ſingulare certamen.

Qualiter Dominus Rex ſedauit diſcordias Domini Marchionis, & Domini Eccelini.

POſt hæc altera die, cum equitaret Rex, & eſſet Dominus Marchio, & Dominus Eccelinus vnus à dextris, & alter à ſiniſtris equitando cum ipſo, in Franceſco, dixit Rex Domino Eccelino. *Sire Tcelin, Salutem li Marches.* Dominus autem Eccelinus, pileo de capite tracto, dixit eidem Marchioni, inclinato capite: *Domine Marchio, Deus ſaluet vos.* Cui reſpondit Marchio, retento pileo in capite: *Deus ſaluet vos.* Hoc autem videns & audiens Rex, iterùm dixit Marchioni. *Sire Marches, Salutem Tcelin!* * Quod Marchio, adhuc pileo retento, ſaluauit Dominum Eccelinum, dicens illi, *Dominus vos ſaluet.* Cui iterum extracto pileo reſpondit, * iterum: *Sit ſaluet ipſe vos.* Hoc autem facto, ſic equitando venerunt ad quandam ripam, & Vallem, vbi ſic erat ſtricta via, quod vix poterant duo ſimul, vnus iuxtà alium, equitare, & ſic, Rege prętereunte, ipſi duo ſoli fuerunt inſimul ad tranſeundum. Dixit autem Marchio Domino Eccelino: *Ite vos antè:* & Dominus Eccelinus eodem modo dixit eidem. Et ſic ambo ſimul iuerunt, & tunc cęperunt ad inuicem quàm amicabiliter loqui, ſic quod omnes videntes plurimùm mirabantur, & maximè Domino Regi valdè viſum fuit extrancum, & quaſi moleſtum. Durauit * ipſorum colloquium benè per duo milliaria, ſic equitando vnus apud alium.

Melius. Quia. *aut.* Quare.

Eccelinus redit in gratiam cũ Marchione Eſtenſi.

Legendũ fortaſſe pro iectũ Eccelinus.

Adde Enim. *Quæſitũ Ottonis inter Eccelinum & Marchionem Eſtenſ.*

Cum autem veniſſet Rex ad hoſpitium, & deſcendiſſet ad tentorium ſuum, vocauit primò

Dominum

Dominum Eccelinum, dixitquè illi. *Eccelino, dic mihi veritatem, qua verba habuiſti in hodie cum Marchione?* Cui reſpondit Dominus Eccelinus. *Nos dicebamus inſimul de noſtro veteri amore.* Dixit Rex: *Et de me dicebatis quidquam?* Reſpondit Dominus Eccelinus: *Sic dicebamus.* Et ipſe dixit. *Qua verba dixiſtis, Domine Eccelino, de me?* Cui reſpondit Dominus Eccelinus. *Nos dicebamus, quod quando vultis, vos eſtis ſuper omnes homines placitus & benignus, nec habetis parem in Mundo omnium virtutum: & cum vultis, vos eſtis trux, horridus, & terribilis ſuper omnes, & aliud de vobis non diximus.* Ipſe autem, dimiſſo Domino Eccelino, vocauit Marchionem, quem eodem modo interrogauit, cui ferè per eadem verba, ac ſi fuiſſent prȩmeditata, Dominus Marchio reſpondit Regi. Equitauerunt poſteà ad inuicem, ſic loquendo vſquè ad Ciuitatem Imolę; ſed ibi Dominus Rex miſit Marchionem in Marcham Anconæ, Dominum autem Eccelinum duxit ſecum Romę, ad accipiendum diadema.

Qualiter Rex miſit in Anconam Marchionem, & ſecum Romam duxit Dominum Eccelinum.

Eſtenſis Marchio adit Anconam: Eccelinus comitatur Ottonẽ Romã. Prȩlium Romanorũ cum Imperatore. Eccelinus in certaminibus commendatus.

NVnc autem in eiuſdem Regis prȩſẽtia, precibus eiuſdem Regis, ſibi ad inuicem Marchio, & inde Dominus Eccelinus ſeruitium & amorem promiſerunt, & ſic iuit Marchio in Marchã Anconæ, & Dominus Imperator iuit Romã, deducto ſecum Domino Eccelino. Cum autem diadema recepiſſet Rex, factus Imperator, in reditu ſuo, Romani ſecundum ſuam antiquiſſimam conſuetudinem bello commiſſo & prȩlio, pugnauerunt fortiter cum Imperatore. In quo bello quidam nobilis, & pulcherrimus miles Domini Eccelini, quem ſecum duxerat à Teruiſio, mortuus eſt, ibiquè iacet ſepultus. In ipſo verò bello Dominus Eccelinus ſic egregiè pugnauit, quod ſuper omnes bellandi optinuit principatum. Vnde fortiùs gratiam Imperatoris, & omnium Principum ampliauit.

Qualiter Rex factus Imperator condempnat Vicentinos.

Regia multa contra culpabiles Vicentinos.

Mel. Faceret.

Gulielmus de Lando Legatus, & Rector Vicẽtiæ pro D. Imperatore.

Legendum. Poteſtaria, prȩcepit tunc eidem, &c.

De Bobbio. *infrà.*

REuerſus eſt nunc Imperator, & condempnat culpabiles Vicentinos in ſexangita millia libras denariorum Veronenſium, ſibi dandas, quos Dominus Eccelinus ſibi dare promiſit, ſi habuerit per ipſum regimen Ciuitatis Vincentiæ. Dominus autem Imperator, quia, antequam iuiſſet Romam, ęperat Comitem ipſum, quem detinuerat inuitum, donec* fecit venire Dominum Drudum, liberum & de carceribus abſolutum: & ibi pro ſuo Legato, & Rectore poſuerat Dominum Gulielmum de Lando nobilem ciuem Placentinum, qui Ciuitatem regebat pro Domino Imperatore, remoto & caſſato Domino Comite Bonifacio de S. Bonifacio de ſua* Poteſtaria. Prȩcepitq; tunc eidem Domino Gulielmo, quod regimen Ciuitatis Vincentiæ dimitteret eidem. Concedendo eidem Domino Eccelino Ciuitatis Vincentiæ pleniſſimam Legationem. Et Comiti Guidoni Guerræ de* Boblio, cui ipſe in cuſtodiã, antequam iniſſet Romam, conceſſerat omnes captiuos, qui fuerant capti apud Sandrigum, prȩcepit, quod de illis captiuis ſe regeret arbitrio Domini Eccelini.

Quomodo Dominus Eccelinus habuit regimen Ciuitatis Vincentiæ à Domino Imperatore.

Eccelinus prȩficitur Vicẽtiæ ab Imperatore. Comes Guido Guerra de Bobbio.

De Boblio *ſup.*

Captiuorũ Vicẽtinorũ finis. Vicẽtinorũ cõpluriũ fuga, & exiliũ tẽpore regiminis Eccelini.

Gracone Caſtrũ deſtruitur ab Eccelino.

Guertizando *infrà.*

VEnit Vincentiam Dominus Eccelinus, & ſumpto regimine Ciuitatis vtraquè pars tam amicorum, quàm inimicorum iurauit ſequendi ipſum, & habere in Rectorem, & Poteſtatem, ac Domini Imperatoris Legatum. Modo habet Dominus Eccelinus Vincentiam, Salinguerra Ferrariam; Marchio, & Comes Veronam, & Mantuam: Comes autem Guido Guerra de* Bobbio captiuos per Dominum Eccelinum tenet, & cuſtodiri facit. Quorum finis talis fuit, videlicet, quod illa occaſione Comes Guido Pilius Vicentij, Holdracus, & plures alij occaſione illa periſſe dicuntur. Dominus autem Conradus de Viuario, precibus amicorum veterum Domini Eccelini, & quia eius erat quaſi domeſticus propinquus, & familiaris amicus, dimiſſus eſt de carceribus, & ſanus & incolumis redijt ad Ciuitatem.

Nunc fugiunt de Ciuitate Vincentini quamplures, ſpretis Domini Eccelini mandatis, quos ipſe banniuit, & eorum bona publicauit. Tunc Caſtrum Grancone, in quo fugaces* guerriando manebant, obſedit, & eo deuicto deſtruxit. Fugiunt ad S. Bonifacium, ad Ciuitatem Veronæ,

Veronæ, omneſquè inimicantur Domino Eccelino.

Pars autem Domini Eccelini de Verona fugata, venit Vincentiam, & qui volunt, ibi ſecuri morantur. Inter quos venit Marchio Bonifacius, cum matre ſua Vicentina, & morantur cum Domino Eccelino in Domo Palatij Vicentini, ad expenſas Domini Eccelini. Magna guerra eſt inter Vicentinos, qui morantur intus, & Vicentinos, qui ſunt extrà Ciuitatem.

Interim eligitur in Poteſtatem Veronę Dominus Bartholomęus de Palatio. Hic hortatu, & conſilio Marchionis, & Comitis Bonifacij, mouit exercitum contrà Dominum Eccelinum, & contrà Ciuitatem Vincentiæ, amicis ex omnibus Ciuitatibus vndiquè conquiſitis. Fuit ibi Mantua cum Cremona, Regium, Brixia, Papia, atquè Verona cum magna militum quantitate, * & Verona totis viribus, & cum carrocio. Expugnauerunt Villam Leonici, ipſaq; deuicta, obſiderunt & Caſtrum. Quo ſimiliter deuicto, veniunt propè Ciuitatem, vſq; ad Pontem Altum, qui diſtat ab vrbe per milliarium tantum, ibiquè caſtrametati ſteterunt. Dominus autem Eccelinus ſolummodo partem ſuam, & eos, qui remanſerant in Ciuitate cum quantitate militum, & peditum de Taruixio, quos precibus & amore quæſiuit, habuit in ſua defenſione paratos. Qui, tamquàm rugiens leo, tantæ fuit preſumptionis, & audaciæ, quod cum illis extrà Ciuitatem, Ponte Alto inter ipſos tantùm mediante, venit in campum. Bello itaquè commiſſo, Marchio, & Comes cum parte ſua verſi ſunt in fugam. Capti ſunt quamplures de maioribus & melioribus Ciuitatis Veronæ, & ex omni natione Ciuitatum prędictarum, quæ venerant in exercitu cum Verona, fuerunt plures capti. Fugit Marchio, & Comes cum toto exercitu ſuo. Dominus autem Eccelinus cum magno triumpho reuerſus eſt ad Ciuitatem Vincentiæ: captiuos autem duxit ad Angaranum, & Baxianum, ibiq; in compedibus, & carceribus cuſtodire facit illos.

Bartholomeus de Palatio Poteſtas Verona, mouit bellum Eccelino, & Vicentinis.

Melius. Sed *Villa Leonici, et Caſtrum expugnatur.*

Aliꝫ. Etiam.

Victoria Eccelini.

Mors Marchionis, & Comitis cum Caſtro Eſtenſi à Paduanis expugnato.

ILlis temporibus, & diebus naturali morte, non vltrà menſem poſt hæc, tam Marchio, quàm Comes interijt infrà octo dies, vnus poſt alterum.

Interim diſcordia oritur inter Dominum Aldrurandinum Marchionem, filium quondam Marchionis prędicti, * & Paduanos. Qui Paduani facientes exercitum contrà ipſum Marchionem, apud Caſtrum Eſtenſem caſtrametati ſunt, & auxilium Domini Eccelini petierunt ſibi dari cum inſtantia. Ipſe autem cum Vicentinis, quos regebat, iuit in auxilium Paduanorum, & cum machinis proprijs, ſic fortiter Caſtrum, ſiuè Dolone, & Palatium Marchionis expugnauit, die noctuq; intus lapidando, quod totum fuit deſtructum, & deuaſtatum. Venit tunc Marchio tamquàm deuictus ad voluntatem Communis Paduæ, & Domino Eccelino licentiato reuertitur ad Ciuitatem cum ſuis.

Aldonis Marchionis Eſtẽſis mors, & Comitis S. Bonifacij.

Aliꝫ Aldrenãdinum.

Diſcordia inter Aldrurãdinũ, & Paduanos.

Eccelinus fauet Paduanis contra Aldrurandinũ Eſtenſem.

Sicq; regente Domino Eccelino Ciuitatem Vicentiæ, placuit Paduanis, de pace facienda ſe interponere inter Vicentinos intus & extrà, & intrà Veronenſes ſimiliter. Veniunt ergò Paduani ad Dominum Eccelinum, rogando ipſum, quod conſentiat illis in hoc. Ipſe autem ſecum deliberans, & cogitans quantam ſuper ipſum Dominus mirabiliter ſuam miſericordiam exercuerat, ſcilicet in dando ſibi victoriam, & triumphum contrà tantas hominum multitudines: & quia ſic in breui Marchionem, & Comitem aduerſarios ſuos morti tradiderat, ipſam victoriam, & triumphum per ipſum, qui eidem conceſſerat, recognoſcens; pia etiam miſeratione placatus, atquè commotus, Paduanis conceſſit. Hic enim eſt ille, de quo verè dici poteſt, ſicut ſcriptum eſt,

Paduani ſollicitati de pace Vicẽtinorũ, & Veronenſium cõſilio Eccelinũ.

Eſt piger ad pœnas Princeps, ad prœmia velox,
** Cuiquè dolet, quotiens cogitur eſſe ferox:*
Qui vincit ſemper, victis vt parcere poſſit,
Clauſit & æterna cimica bella fera.
** Multa metu * cohibet, qui pœna parua coercet,*
Et iacit inulta fulmina rara manu:
Qui, cum ipſe aliquid ſtatuit, ſit triſtis & ipſe,
** Cuiquè ferè pœnam ſumere, pœna fuit.*
Cum ſibi ſuſcepta eſt legis vindicta ſeuerę,
Verba velut cinctum ſingula virus habent.
Hoſtibus eueniat, quàm ſit violentus in armis,
Sentire, & lingua tela ſubire ſua.

Eccelinus clementiſſimus Princeps.

Al. Quiõnẽ.

Al. Prohibet, pœna qui parua coercet.

In valgatis. Multa metu pœnę, pœna q pauca coercet.

In iſdem. Cuiquè ferè pœnã ſumere pœnã ſua eſt.

Marinus

Marinus Zeno de Venetijs facit pacem intrà Vicentinos, & Veronenses, electusque est Vincentiæ Potestas.

Marinus Zeno Potestas Vicentiæ.

FActum est, quod Dominus Marinus Zeno de Venetijs pro ipso Communi Paduæ fecit iurare Vicentinos, & Veronenses sua præcepta, dequè omnibus discordijs pacem fecit inter ipsos. Concordatus est Marchio Aldrurandinus cum Marchione Bonifacio, & missus est idem Bonifacius in possessione patriæ suæ in omni loco. Reuersi sunt omnes tam Veronenses, quàm Vicentini ad proprios lares in Ciuitatibus, vnde fugerant, & electus est idem Dominus Marinus Zeno Potestas Vincentiæ.

Pax inter Vicētinos, & Paduanos: & vtrumquè Marchionem.

Dominus autem Eccelinus cum pleno gaudio, dimisso regimine, Ciuitatis vadit Baxianū, & alibi, per terras suas pacificè commorando. Videns nunc amicos suos in bono statu, & desiderij sui effectum fore consequutum, qui profecto nullus* erat, nisi, vt amici sui possent pacificè manere securi, Marosticam tunc vendidit Communi Vicentino pretio X L. millium librarum. Tali tamen pacto, sub grauissima pœna stipulatione firmata, quod Castrum Marosticæ muniri non debeat; sed semper stare destructum. Quod Vicentini minimè seruauerunt; immo fortiùs solito munierunt eumdem. Modo habent illud Castrum fortissimum, & valdè munitum Domini de Romano. Quia, quamuis Marchio Estensis tempore suæ Potestariæ pro Communi Vicentino illudin custodiam habuisset, & sibi voluisset tenere vsurpatum, tandem Domini de Romano eumdem Marchionem compulerunt inuitum ad sibi restitutionem faciendam.

Eccelinus dimittit regimē Vicentiæ.

Desideratur. Alius.

Castrū Marosticę vēditum Vicentinis pretio X L. millīū librarū. Vicētini à pactis resiliunt. Marosticēsis oppidi muros ĩstaurātes.

De Eccelino Tertio de Romano.

Eccelinus II. secundo renūciās bona sua diuidit filijs Eccelino, & Alberico: Comes Albertus & Vido de Vuario Potestates Vicētiæ. Potestaria Villę Malati.

FEcit tunc temporis diuisionem inter filios suos Dominus Eccelinus, concedendo partem suam Domino Eccelino in Tersisiana, & Domino Alberico in Vicentinà: & sic, seculo quasi renuntians, armis dimissis, cœpit strictissimè facere pœnitentiam. Sub isto Marino Zeno Ciuitates Marchię in bono statu permanserunt, & fuere rectæ pacificè.

Mutatur Potestas Vincentię, succedūt Potestates huic Comes Albertus pro parte sua veteri, & antiqua, & Dominus Vido de Vuario pro sua: & satis communiter, & bono modo per ipsos Ciuitas recta fuit. Verummamen Dominus Vido magis fauebat alteri parti, quàm proprię, in odium Domini Eccelini, quem ideò exosum habebat, quod idem Dominus Eccelinus tempore suæ Potestariæ non patiebatur ipsum suæ voluntatis arbitrio imprimere, quos volebat, & quia Potestariam Villæ Malati, quam volebat, denegauit eidem.

Rabertinus Bononensis Potestas Vicentiæ. Vocant alij. Rābaldū de Rābaldis: *alij* Lābertinū de Lābertinis.

Istis Potestatibus succeſſit Dominus Ramberţinus de Bononia. Hic se regebat secundum voluntatem cuiusdam Comitis nouiter facti in Ciuitate Vicentiæ, in odium Domini Eccelini, & suæ partis. Cuius Comitis tanta erat potentia, quod cum partes consuetę fuerint per* medium Officiales habere, tunc sibi tertiam partem omnium Officialium adsumebant, quod in Potestaria* Comitis, & Domini Vidonis præcedentium primò fuerat illi Communi concessum. Et fauebat Commune prędictum parti Comitis in totum, quamuis se Commune fictitiè faceret nominari: & sic pars Domini Eccelini non habebat, nisi partem tertiam, & pars Comitis duas. Et in hac conditione per duos annos continuos rexit idem Rambertinus Ciuitatem. Multum tamen displicebat Domino Nicolao Vicentino Episcopo, qui tunc regebat, & ministrabat Episcopatum Vincentinum, quod Officiales æqualiter, secundum veterem consuetudinem, partibus pro medietate non dabantur. Vnde cum succeſſisset huic Dominus Albertinus de Castronouo in Potestatem, pro medietate concessit Officiales partibus, contępto Communi prędicto, tamquam iniquo, & fraudolento Communi. Hic bono modo, & tranquillo statu rexit Ciuitatem.

Meliùs. Per medietatē, *vt infrà.*

Alberti.

Albertinus de Castronouo Potestas Vicētię.

Succeſſit huic Dominus Albertus Tetauegla de Vercellis, qui cum & ipse communiter, & bono modo regeret Ciuitatem, Vgutio Pilij, fauore Comitis memorati, indignati ob id, quod partem tertiam Officialium non habebat, tumultum mouit contrà Potestatem, & in ipsum fecit insultum, ipsumquè in Palatio Communi tamdiu expugnauit, quod deuictus Potestariam renuntiauit, seque fecit in Potestatem eligi. Exierunt quidam amici Dominorum de Romano de Ciuitate, & morabantur apud Baxianum, & per terras ipsorum Dominorum de Romano. Sic enim dicto, & facto contempnebat Dominus Vguio illos de Romano, ac si forent plebei, & populares, omnia obprobria dicens aduersus illos cum audacia nimia.

Albertus Tetauegla Vercellēsis, Potestas Vicentiæ.

Vgutio Pilij, Potestas Vicētię contemnit Dominos de Romano.

Rābertinus Bononiensis iterū Potestas Vicentiæ.

Post suum exitum eligi fecit iterum Dominum Rambertinum de Bononia, ideò quod valdè ini-

dè inimicus erat illorum Dominorum de Romano,& quia ſuo arbitrio alijs temporibus rexerat Ciuitatem. Cum autem ſic regeret Ciuitatem arbitrio Vgutionis,nullam, vel modicam partem Officialium dando parti illorum de Romano, Dominus Eccelinus indignatione commotus,ob id, quod amici ſui taliter ſunt deſtituti, & omni honore priuati, & quod taliter * vilipendunt: Dominus Eccelinus ſumptis militibus,& peditibus de Baxiano,iuit ad S. Petrum Enguti,pro leſione facienda Vicentinis, & inde reuertendo venit ad Bulzanum deprędando, & comburendo. Vicentini autem hoc cognito, illi * tenderunt inſidias, & tacenter vltrà villam Breſanuiti expectabant ipſum Dominum Eccelinum tranſiturum,volentes ipſum capere, vel occidere. Ipſe autem hoc cognito, quamuis eſſent triplo plures, conuocauit ſuos, & dixit illis: *Referamus Deo gratias, quia fecit nobis copiam cum hoſtibus debellandi: omnis homo ſit prudens, & viriliter pugnet cum illis, quia Domino dante eos occidemus, vel capiemus.* Et pœnam mortis impoſuit fugienti, vel viliter pugnanti. Et ſumpto * magnanimo, dentibus ſtridens, & more leonis rugiens, videns inimicos, in ipſos impetu facto veloci, ipſi omnes verſi ſunt in fugam;quamplures de maioribus, & melioribus Ciuitatis capti ſunt per ipſum, * quos Baxiani,ibi in compedibus, & carceribus fecit cuſtodiri.

Hoc autem fuit primum factum, in quo bellando pugnauit Dominus Eccelinus. Tunc venerunt Paduani, & ſic compoſuerunt inter eoſdem,quod pars Domini Alberici reuerſa eſt ad Ciuitatem, & captiui ſunt de carceribus liberati. In illis diebus Dominus Vgutio Pilij factus eſt amicus Dominorum de Romano,& in illorum partem eſſe iurauit. Vnde in fine Poteſtarię Domini Rambertini,cum Domini de Romano, & pars ſua pugnaſſent cum ipſa Poteſtate, & parte aduerſa,idem Vgutio fuit cum illis de Romano,pugnando contrà alios,& tunc,Ciuitate pro magna parte combuſta, vix euaſit Dominus Rambertinus. Fuit tamen, bellando apud domum Domini Vgutionis in fronte vulneratus.

Huic ſucceſſit Dominus Gulielmus Amatus, qui, cum veniſſet in Ciuitatem, inuenit ciues vndiquè pręliando. Sic tamen auxilio Poteſtatis Paduæ, qui venerat pro rumore ſedando, tunc fuit operatum, quod pręlijs ceſſantibus, ſui regiminis pacificè fecit ſacramentum. Et licentiato Domino Rambertino pacificè rexit Ciuitatem, & bono modo. Sub iſtius Poteſtaria Dominus Albericus de Romano Dominam Beatricem duxit in vxorem,& in palatio Comunis fecit nuptias,& ipſius Dominæ virginitatem defloruit. Iterum in fine Poteſtariæ ipſius Domini Gulielmi, Dominus Eccelinus Dominam Ziliam, ſororem Comitis Rizardi de S. Bonifacio,ſimiliter in vxorem duxit, & Comes Rizardus duxit Dominam Cunizam,ſororem iſtorum Dominorum de Romano. De quo facto Monticuli, & pars Dominorum de Romano valdè dubitabant. Verumtamen ipſi Domini dicebant eiſdem,quod propter hoc nihil dubitarent, quia eorum amorem perdere non propoſuerant; ſed potius pro conſueto modo,& antecedenti propoſito contrà omnes illis dabunt auxilium, & fauorem.

Succedit huic Dominus Laurengus de Brixia,vir nobilis,prudens,atquè facundus. Hic faciebat nimis popularibus, & cuidam Cōmuni fictitiè facto: & in tantum, quod etiam partem Officialium dabat illi Communi. Quapropter Magnates conſpirauerunt contra ipſum Dominum Laurengum, inter quos fuerat Dominus Albericus, Comes Albertus, Albertus de Celſano, qui tunc factus fuit amicus Domini Alberici. Et fuerunt etiam omnes Domini de Bregantijs, & plures alij volentes contradicere Domino Laurengo. * Quod tamquam prudens & diſcretus, hoc cognito, vocauit ipſos, quod venirent ad ſua mandata. Qui cum venire contempſiſſent, ipſos fecit banniri, & ad offendendum eos ſe viriliter pręparabat. Verumtamen, vt ſecurius de ipſis poſſet vindictam ſumere, tamquam prouidus & diſcretus, miſit Brixiam pro amicis ſuis. In cuius ſuccurſum venerunt milites ducenti. Et cum vellet contrà ipſos equitare,venerunt Paduani,& Frater Iordanus cum illis, & fecerunt ipſos omnes venire in plena concione ad mandata ipſius Domini Laurengi, promittendo ipſis Magnatibus * conſeruando eos indempnes à prędicta poteſtate: nec enim aliter ad hoc faciendum potuerunt induci. Dominus autem Laurengus ſtatim in eadem concione, pręſente ipſo Fratre Iordano, & Domino Guidone de Landriano, condempnauit eos in ſeptem millia librarum, quos denarios ſoluerunt Paduani pro Magnatibus Domino Laurengo, qui poſteà Poteſtariam ſuam vſquè ad finem rexit cum magno vigore.

Succeſſit huic Portius Amatus de Cremona, frater prędicti Gulielmi Amati. Hic ſimiliter rexit Ciuitatem conſilio popularium, & Communis fictitij, non benè tractando partem Dominorum de Romano.

Melius Vilipendūtur,ſūptis militibus &c.

Eccelinus III. contra Vicentinos.

S.Petrus Enguti. Aly. In Gudc.

Pro Tetenderunt. *Breſanuiti Villa. Forte mel.* Magno animo.

Eccelinus III. ſternit Vicentinos.

Melius. Quos Baxianū miſſos,ibi &c.

Primū prelium Eccelini III. de Romano.

Paduani cōponunt inter Vicētinos & Eccelinum.

Vgutio Pilij fit amicus Eccelini.

Vincentia magna ex parte combuſta.

Gulielmus Amatus Poteſtas Vincentię.

Nuptię Alberici de Romano cū Domina Beatrice.

Nuptię Eccelini III. cū Domina Zilia.

Cunīza de Romano,ſoror Eccelini III. nubit Comiti Rizardo.

Laurēgus Brixiēſis Poteſtas Vicentię.

Laurentius, *alijs.*

Magnates Vicentię.

Pro. Quare, *niſi* Qui *legere malis, pro* Quod.

Paduani cum Fratre Iordano opitulantur Magnatibus Vicentinis.

Pro Conſeruare.

Portius Amatus Poteſtas Vicentię. Alijs Pontius.

Succeſſit huic iterum frater eius Dominus Gulielmus Amatus, qui & ipſe, eodem modo ma-

Gulielmus Amatus iterum Poteſtas Vicentiæ.

lè tractando partem Dominorum de Romano, Ciuitatem rexit.

Otto de Mandello Mediolanenſis Poteſtas Vicentiæ.

Huic ſuccedit Dominus Otto de Mandello, ciuis Mediolanenſis, qui & ipſe modum tenens prędictum, minus benè tractabat partem ſupraſcriptorum Dominorum. Sub Poteſtaria iſtius,

Guifredus de Piroano Poteſtas Veronæ.

cum eſſet Poteſtas Veronę Dominus Guifredus de Piroano, per Monticulos, & amicos ſuos

Leo de Carcere Poteſtas Veronæ.

captus, & de Poteſtaria remotus eſt, cui ſucceſſit Dominus Leo de Carcere. Et tunc Dominus

Cauſſa odij inter Eccelinum & Comitē S. Bonifacij.

Eccelinus erat in Ciuitate Veronæ, ſcilicet cum fuit captus Poteſtas, & poſitus Dominus Leo: nec voluit in illo facto, ſicut poterat, capere partem. Habebat enim iam Comitem exoſum, ob id, quod, cum Brixienſes venturi erant Vincentiam pro ſuccurſu faciendo Domino Laurengo, ipſe cum fratre ſuo Domino Alberico totis viribus operam dederat, rogitando ipſum Comitem de S. Bonifacio, ne pateretur ipſos Brixienſes facere tranſitum ſuper ſuum, quod eiidem facere denegauit. Et ideò de ipſo multùm non curauerat; ipſum tamen offendere nolebat. Vnde de ipſo Comite in Ciuitate relicto, cum repatriaret, inuenit inſidiatores ſibi ordinatos in partibus Comitis, qui in ipſum volebant inſultum facere. Vnde volens euitare periculum, & cognito, quod de hoc fuerat Comes culpabilis, reuertus eſt ad Ciuitatem Veronę feſtinanter. Quod cum in rumore fuiſſet deductum, Monticuli, & pars illorum arma capientes, cœperunt

Monticuli capiūt Comitē S. Bonifacij.

Comitem prędictum, & plures alios, qui culpabiles dicebantur de proditione prędicta. Ipſe autem Leo Cōmitem captum infugauit, propter quod Commune Veronæ ipſum de Poteſtaria remouit, & electus eſt tunc Dominus Eccelinus Poteſtas Veronæ.

Eccelinus III. Poteſtas Veronæ.

Cum quanto autem vigore regat Ciuitatem Veronę, & quantum ab omnibus ibi commorantibus commendetur, & diligatur, nullus ignorat: nec poſſent illius laudes à quoquam breuiter nuntiari. Fugit tunc Comes, & ſua pars, & guerram maximam faciunt cum Domino Eccelino, & ſua parte,

Bellum inter ipſū, & Comitē S. Bonifacij. Albighet Fauentinus Poteſtas Vicentię.*

Interim mutatur Otto de Mandello, cui ſuccedit in Poteſtatem Vincentię Dominus Albrighetus de Fauentia, qui cum ipſe foret Dominorum de Romano, & Domini Salinguerræ de Ferraria ſpecialis inimicus, Dominos de Romano, & partem ſuam penitus vilipendendo, peſſimè tractabat eoſdem. Et, vt poſſet manere ſecurus, omnes turres, & munitiones partis illorum de Romano per Ciues Paduanos cuſtodiri faciebat.

Bellū Alberici de Romano cum Eccelino fratre aduerſus Albrighetū Vicentiæ Poteſtatem.

Dominus autem Albericus videns ſe, & amicos ſuos ſic malè tractari, fremens ſpiritu, tamquam miles fortiſſimus, & audaciſſimus, & diſcretus, cogitare cœpit, quomodo iſtum Albrighetum poſſet de Poteſtaria repellere. Et habito cum fratre ſuo Domino Eccelino tractatu, & cum paucis amicis ſuis ſecreto, ſtatuit pugnare cum ipſo Poteſtate, & munitiones amicorum ſuorum auferre Paduanis, qui eas cuſtodiebant. Ac die certa ſtatuta Dominus Eccelinus cum quantitate militum, & peditum in ſuccurſum Domini Alberici, & amicorum ſuorum venire promiſit. Sicquè factum eſt, quod die vna tempeſtiuè Dominus Artuſius de Viuario inſultum fecit in cuſtodes, qui erant ſuprà turrim ſuam, ipſoſquè deuicit, & turrim ſuam ſtatim recuperauit. Dominus autem Albericus cum guarnimento magno ſuccurrit. Comes Vgutio, & Vgutio Pilij erant cum eodem Domino Alberico. Pugnæ, & prędia committuntur per Ciuitatem. Paduani venerunt in ſuccurſum Poteſtatis. Dominus autem Eccelinus venit recto tramite per ſtratam Veronæ cum militibus, & peditibus Veronenſibus, & violenter per Portam Nouam Ciuitatis intrauit. Et commiſſo bello cum Paduanis, & Poteſtate deuicti ſunt Paduani, & ipſorum multi fuerunt capti: quos poſteà Domini de Romano dimiſerunt; ſpolia tamen perdiderunt. Capta eſt Poteſtas, & licentiata receſſit,

Artuſius de Viuario.

Victoria Dominorum de Romano.

Albericus de Romano, & frater eius Eccelinus Vicentiam, & Veronam poſſident.

Brendola.

Valerianus de Brauantijs, de Bregātijsalijs.

Albericus de Romano deſtruit Caſtrum Grāchonę, & Caſtrum Valeriani de Bragantijs.

Villa Maxonis.

Eccelinus capit Caſtrū Fōtis.

Factus eſt tunc Dominus Albericus Poteſtas Vicentiæ, & Dominus Eccelinus cum ſuis, & pleno triumpho reuertitur ad Ciuitatem Veronæ. Nunc habet Dominus Albericus Vincentiam, & Dominus Eccelinus Veronam,

Multi autem exeunt de Ciuitate Vincentiæ, & Epiſcopus Vicentinus cum illis, & morantur in Brendolis guerrizando cum Ciuitate, & Valerianus de Bragantijs cum illis guerram facit Ciuitati. Dominus autem Albericus primò Caſtrum Grāchonæ deſtruxit, poſteà Caſtrum Domini Valeriani etiam fortiſſimum iuxtà Villam Maxonis diu obſedit, & illud deſtruxit. Ciuitatem autem, & illos, qui ſibi obediunt, ſic laudabiliter regit, atquè gubernat, quod vſquè in hodiernum diem ab omnibus merito commendatur. Et Ciuitatem rexit per viginti nouem menſes.

Sub iſtius Poteſtaria Dominus cœpit Caſtrum Fontis, & filium quondam Domini * G. de Campo S. Petri. Paduani autem, & Taruiſini de hoc indignati, mouerunt exercitum cum

Carrocijs

Gerardi, vt infrà.

Carrocijs contrà illos Dominos de Romano, & venerunt contrà Baxiánum, comburendo Villam, & incidendo vineas. Dominus autem Albericus cum Vicentinis ſe deffendere conabatur. Interim venit Dominus Eccelinus, pater iſtorum Dominorum Eccelini, & Alberici, & plurimùm lagrimando Dominum Eccelinum filium ſuum rogitauit, quatenus Caſtrum redderet memoratum, & filium Domini Gerardi de Campo S. Petri. Quod quamuis ſibi duriſſimum, atquè grauiſſimum videretur; tamen annuit paternis precibus, & omnia ipſius arbitrio reſtituit Paduanis, & Teruiſinis. Sicquè reuerſi ſunt exercitus omnes, maximo tamen damno dato Domino Alberico, & hominibus de Baxiano.

Paduani cõtrà Dominos de Romano.

Eccelinus Senior, Eccelino filio pacem ſuadet.

Dominus autem Eccelinus Veronam rediens, volens parcere laboribus, & expenſis ipſorũ, de voluntate etiam amicorum ſuorum, ad preces Lombardorum, paſſus eſt alium ibi poni in Rectorem, & Poteſtatem, ſcilicet Comitem Bonifacium de Radaldeſco. Et ſic, pace firmata, regit iſte Comes Ciuitatem auxilio, & conſilio Zuliani quondam Rainaldi Oſterij, qui Capitaneus erat cuiuſdam Communantiæ nouiter factę in Ciuitate. Cuius Zuliani tunc maximus vigor fuerat, & omnia fere ſuo diſponebantur arbitrio.

Eccelinus abdicat ſe Veronẽſi Prętura, cui Bonifacius de Radaldeſco ſuffitetur.

Zuliani quõdã Oſteri auctoritas Verone.

Iſti autem Comiti ſucceſſit Dominus Promus Encoardus in Poteſtatem.

Promus Encoardus Poteſtas Verone.

Huic ſucceſſit Dominus Rainerius Zeno de Venetijs, qui cum magno vigore prędictam rexit Ciuitatem, tenendo Caſtrum S. Bonifacij in ſua virtute, & poteſtate, toto tempore ſuæ Poteſtariæ.

Rainerius Zeno Venetus Poteſtas Verone.

Huic quoquè ſucceſſit Matthæus Iuſtinianus, ſimiliter de Venetijs. Sub iſto Coſtantinus, filius quondam Aldelardini, fregit pacem, vulnerando quendam de parte Monticulorum, & ſic, rixa commota, captus eſt Comes, & amici ſui.

Poſt eum Matthęus Iuſtinianus Venetus.

Item Dominus Eccelinus Poteſtas eſt conſtitutus. Poſitus eſt Comes, & amici ſui in compedibus, & carceribus. Cum autem nimis ſeueriter cuſtodirentur, Dominus Eccelinus, pater pręſentium Dominorum de Romano, quamuis ſęculo renuntiaſſet, tamen viſcera pietatis contrà captiuos aperiens, iuit ad ipſos, & eiſdem cibaria neceſſaria, quæ penitus illis fuerant ſubtracta, dari fecit, & concedi.

Eccelinus ad mo Verone Poteſtas.

Pietas Eccelini Senioris in captiuos.

De tractatu Lombardorum cum Eccelino cauſſa pacis.

MOdo venerunt iterum Lombardi, rogitando Dominum Eccelinum, & partem ſuam, quod arbitrio ipſorum ſibi, & amicis ſuis placeat componere, ipſo Domino Eccelino dicente, quod Comes, & ſua pars pacis fœdera non ſeruabunt, niſi Caſtrum S. Bonifacij auferant eidem Comiti. Vnde Lombardi promiſerunt Domino Eccelino, & Communi Veronæ, quod non dimitterent Comitem, & alios captiuos liberos & abſolutos, niſi primum dederit Caſtrum illud in virtute, & poteſtate Communis Veronæ, & Poteſtatis futuræ.

Statuerunt etiã, & iurare fecerunt ſeptem Ciuitates, Brixiam, Mantuam, Veronam, Vincentiam, Paduam, Teruiſium, atquè Ferrariam, quod bona fide, operam dabunt ad hoc, quod pax obſeruetur firmiter: &, ſi qua partium aliquarum iſtarum ſeptem Ciuitatum, pro alia fuerit de Ciuitate expulſa, omnes aliæ Ciuitates teneantur adiuuare partem expulſam in Ciuitate redire: & ſi Domini de Romano in hac ſocietate intrare quoquo tẽpore voluerint, quod recipiantur. Quo taliter ſtatuto, & firmato Dominus Eccelinus captiuos tradidit Lombardis, & paſſus eſt ibi poni Dominum Guidonem de Rode in Poteſtate, Lombardi autem miſerunt Comitem Placentiæ, & Dominus Eccelinus domum redijt, dimiſſo Domino Guidone Rectore, & Poteſtate.

Seruãdę pacis iuramentum à VII. Ciuitatib. prędictum.

Guido de Rode Poteſtas Verone. Alijs De Rhodo.

Inſtat nunc Dominus Eccelinus, & pars ſua, quod Lombardi dari faciant Caſtrum S. Bonifacij Poteſtati Veronæ, ſecundum prędecedentem promiſſionem. Quod cum de die in diem ſemper promittendo different, tandem Lombardi fecerunt colloquium apud Bononiam, ad quem, videntes illi Domini de Romano, quod colludebantur à Lombardis, placuit eiſdem mittere Procuratores ſuos, ad rogandum Lombardos, quod attendant promiſſa ſibi facta, & maximè, quod reciperentur in ſocietatem ſeptem prędictarum Ciuitatum. Fuerunt illorum procuratores Dominus Bonifacius de Piro Teruiſinus Cononicus, & Ego. Qui facta petione noſtra, Ambaſciatores Veronæ, Mantuæ, atquè Ferrariæ apertè contradicebant, eos non eſſe recipiendos. Detinuerunt nos ibi benè per menſem vnum, dilatando reſponſionem ſuam, Vnde, quaſi ira vehementi commotus, dixi inter Lombardos, me plurimùm admirari, quare non audiebant, & tantum differebant petitionem Dominorum de Romano, quoniam adhuc

Legatio Dominorũ de Romano ad Lõbardos. Pro. Ad quod.

Petitio eorũdẽ. Bonifacius de Piro Teruiſinus, Procurator Dominorũ de Romano.

Anćior Procurator eorũdem mira libertate fœderatis Lõbardis obloquitur, & Dominos de Romano commẽdat.

Digitized by Google

tanta erat ipsorum potentia per se,& amicos suos de Verona,quod omni die possent expellere partem Comitis de Ciuitate,si vellent, & dominari ipsam,sicut antè faciebant. Quod totum Gualuagnus de Turrisendis, cum his, qui erant ibi Ambaxiatores illorum Dominorum, respondit, & confessus fuit verum esse,presentibus Ambaxiatoribus, qui contradicebant. Dixi etiam maiora Lombardis,scilicet, quod si Domini de Romano, volunt Domino Imperatori facere, per se solos tantam habent potentiam, quod per terras suas possunt conducere ipsum Imperatorem in Marchia, inuitis & contradicentibus Lombardis: nedum, quod in Verona, tanta est potentia eorum,vt suprà dixeram. Vnde dicebam, quod non erant contemnendi, & taliter vilipendendi ab ipsis Lombardis, si rectè cupiunt facere negotia Lombardię. Nec volebamus nos Procuratores amplius ibi expectare: & verè irati venire cępimus sine ipsorum Lombardorum licentia. Ipsi autem nobis retrouocatis, responderunt nobis, facturos, quæcunque volebamus, & sic recepti fuimus pro ipsis in societate illarum Ciuitatum, quam societatem obseruare iurauimus in animabus eorum, procuratorio nomine, sicut nos facturos nostra publica Instrumenta dicebant.

Gualuagnus de Turrisendis.

Post hæc nostra fuit petitio, quod festinanter mitterent Ambaxiatores Paduanis, quod sub debito iuramenti, & sub banno Lombardorum, eisdem Dominis de Romano nullum damnum darent in terris,& possessionibus eorum; quoniam,ad instantiam Feltrini, & Bellunensis Episcoporum, Paduani promiserunt exercitum facturos contrà Dominum Eccelinum apud Opitergium, quod Castrum possidebat idem Dominus Eccelinus pro suo, quamuis Episcopus memoratus diceret ad se pertinere. Impetrauimus ab eis, quidquid voluimus, & venimus cum Ambaxiatoribus disertis,& sapientibus,ad nostrã petitionem per hoc destinatis, quod,sicut habebant in mandatis, optimo modo expleuerunt. De hoc, nescio de Socio, sed de Me scio, quod adhuc debeo remunerari.

Pars Dominorũ de Romano in Societatem Lõbardorum recipitur.

Petitio altera Dominorũ de Romano a Lõbardis.

Feltrie.& Belluni Episcopi Pad anos in. Dominos de Romano promouent.

Instant nunc Lombardi, quod Comes iuret societatem Lombardorum, qui & ipse iurauit, & receptus est, atquè liber absolutus, atquè dimissus, & habet Castrum suum de S. Bonifacio, & omnes possessiones suas inconsulto, & inscio Domino Eccelino, & parte sua. Vnde cum peterent Lombardi, & Potestas Veronæ immoderatè instaret, ad hoc, quod & ipsi iurent societatem Lombardorum, Domini de Romano, videntes, se se,& partem suam proditos, & per Lombardos deceptos, totis viribus Lombardis contradicunt. Et cum Potestas nimis ad hoc instaret, & quasi violenter vellet ad iurandum partem Dominorum de Romano compellere, Dominus Eccelinus festinanter Veronam adiuit,& cum non posset blandis verbis Potestatem à suo proposito deuiare, cępit ipsum suprà domum Cõmunis Veronę, dicens illi,quod faceret venire obsides amicorum suorum,quos miserat Mediolanum,ipsumq;captum detinuit,donec obsides habuit memoratos. Dicebat autem idem Dominus Guido. Ego laudo, quod facitis,nec pro malo habeo, quod etiam de me facitis,& quod adiuuetis vos consulo vobis, & cum Imperatore, & alijs, sicut potestis, quia sine dubio Lombardi vos deceperunt, & decipient ad huc, si poterunt, grauius. Iterum Dominus Eccelinus incępit regere Ciuitatem, & taliter videns se,& partem suam proditos,& deceptos iurant partem Domini Imperatoris, & Ciuitatem Domini Imperatoris arbitrio disponendam committunt. Nunc guerra maxima incipitur, Lombardi fauent Comiti, Dominus autem Eccelinus se viriliter defendit.

Opitergium iuris Bellunensis: Ecclesie, vi ab Eccelino occupatur.

Auctoris crebrò repetita q̃rimonia.

Comes S. Bonifacij iurat Societatem Lombardorum.

Domini de Romano renuunt iurare Societatem Lombardorum.

Consilium Guidonis de Rode datũ Eccelino.

Eccelinus denuò Veronæ Potestas Vrbẽ Imperatoris arbitrio disponit.

De Alberico de Romano Eccelini fratre.

MOdo redeat calamus ad Dominum Albericum. Ipse enim in exercitu suo eligi fecit Potestatem, sicut sacramento tenebatur adstrictus, & electus fuit Dominus Vbertus de Concorezo, ciuis Mediolanensis. Qui cum venisset, facto iam sui regiminis sacramento; & esset in domo,& palatio Communis pro Potestate, orta rixa in Ciuitate,eo quod pars aduersa Dominorum de Romano fauere nolebat eidem, cucurrerunt Potestas Paduæ pro suo Communi, & Dominus Zulianus Rainaldi Osterij pro sua Communantia de Verona, & * captam discordia,licentiato prędicto Domino Vberto,sibi suo ficto antè soluto, eligerunt Dominum Philippum Zulianum de Venetijs in Potestatem,virum discretum, & audaciæ maximæ. Hic benè,& cum maximo vigore rexit Ciuitatem Vincentiæ.

Albericus de Romano Vbertũ de Cõcorenzo, in Prętorẽ Vicẽtinę Ciuitatis eligit.

Mel. Cœpta.

Philippus Zulianus Venetus Potestas Vicentie.

Tempore istius conspirauerunt quidam contrà Dominum Albericum, & eius masnatam, & faciebant se vocari *Partem liberorum*:& altera Pars dicebatur *Masnata*. Sumpserant enim audaciam ob id, quod inter Dominum Eccelinum, & Dominum Albericum steterat quædam indignatio;

Factio Liberorũ,& Masnatę in Vicentina Ciuitate.

Fig. 2.1 Research methodology

Fig. 2.2 Research methodology

Fig. 2.3 Research methodology

Fig. 2.4 Research methodology

Fig. 2.5 Research methodology

Fig. 2.6 Research methodology

Fig. 2.7 Research methodology

Fig. 2.8 Research methodology

Fig. 2.9 Research methodology

Fig. 2.10 Research methodology

Fig. 2.11 Research methodology

Fig. 2.12 Research methodology

Fig. 2.13 Research methodology

Fig. 2.14 Research methodology

Fig. 2.15 Research methodology

Fig. 2.16 Research methodology

Fig. 2.17 Research methodology

Fig. 2.18 Research methodology

Fig. 2.19 Research methodology

Fig.

ibi egregiè, ac fortiter pugnauit Dominus Albericus, & circum circà ipſam combuxit, ſanusquè & incolumis reuerſus eſt Baxianum. Et eſt notandum, quod vſquè ad illam diem hoſtiliter, & palam non audebant Teruiſini, nec Vicentini lędere Dominos de Romano, ad quorum prohibitionem fortè multum faciebant* literæ, quas ego pro ipſis impetraueram apud Precinam à Domino noſtro prędicti Inuictiſſimo Imperatore, & ſemper Auguſto, de protectione ipſorum, ſigillatas cum bulla optimi auri* litteras, tenor quarum talis eſt.

Abundat hic iſta vox; vel infra literas gloſſema eſt.

Auctor literas impetrat a Federico II. Imperatore pro Dominis de Romano.

Litterę Federici Imperatoris ſemper Auguſti.

Federicus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hieruſalem, & Sicilię Rex. Cum in conſpectu Principum Orbis terrę fides clareat ſubditorum, quę meritis inſignit hominum, & ſuis imitationibus fauorem Dominantis acquirit, eò potius fidelium eſt facienda deuotio, & prędicanda gratia munienda, qui ſe non dubitant pro ſuorum fidelitate, at ſeruitio Dominorum intrà dubios vitę caſus exponere, non parcentes rebus pariter, vel perſonis, vt viuere ac mori pro Dominis ſummam reputent gloriam, & honorem. Hinc eſt igitur, quod nos habentes prę oculis fidem puram, & ſinceram dilectionem Eccelini de Romano, & Alberici Fratris eius, noſtrorum expertorum fidelium, quam pro noſtro, & Imperij ſeruitio demonſtrauerunt, perſonas, & omnia bona eorum noſtris, & Imperij honoribus exponentes: attendentes inſuper, quod indefeſſis laboribus pro noſtra, & Imperij fidelitate inconcuſsè perſiſtunt, ipſos, familias eorum, homines, Caſtra, Villas, poſſeſſiones, & omnia bona eorum, ſub noſtra, & Imperij protectione, & defenſione recepimus ſpeciali, vniuerſis, & ſingulis auctoritate prędictorum inhibentes, quatenus nullus Marchio, Comes, Poteſtas, Rector, Perſona ſublimis, vel humilis, Beneficiaſtica, vel Mondana ipſos offendere in perſonis, vel rebus, ſeù guerram, vel damnum inferre, aut in aliquo contrà prędictam noſtrę protectionis, & defenſionis noſtrę paginam moleſtare, vel impedire prędſumant. Quodq; prędſumpſerit, in ſua temeritatis vindictam, ducentas libras auri compoſiturum ſe cognoſcat, medietatem videlicet fiſco noſtro, & reliquam medietatem iniuriam patienti. Ad huius itaquè noſtrę protectionis memoriam, & perpetuam firmitatem, prędſens priuilegium fieri, & bulla aurea,* typario noſtrę Maieſtatis impreſſa, iuſſimus communiri. Huius rei etiam ſunt* Heri Panormitanus, & Iacobus Capuanus Archiepiſcopi, Comes Thomas de Acerra, Comes Simon de Tetis, Comes Gerardus de ..... Gerardus de Arneſcen Sacri Imperij in Italia Legatus, Comes Antebonus, Manfredus Marchio Laniza, Bacem Camerarius, & alij quamplures.*

Imperatorię litterę ab Auctore impetratę.

Forte. Quicq.

Alibi. Typacio.

Lege. Teſtes.

Forte de Camino.

Acta ſunt hęc anno Dominicę Incarnationis milleſimo ducenteſimo triceſimo ſecundo, Menſe Decembri ſextę Indictionis, Imperante Domino Noſtro Federico Imperatore ſemper Auguſto, Hieruſalem, & Sicilię Rege, Anno Imperij eius tertiodecimo, Regni Hieruſalem octauo, Regni verò Sicilię trigeſimo quinto feliciter, Amen.

Data apud Precinam Anno, menſe, & indictione prędſcriptis. Sunt & litteræ tales, videlicet.

Litteræ aliæ eiuſdem Federici Imperatoris ſemper Auguſti ad Epiſcopos Paduanum, Vicentinum, & Teruiſinum.

Federicus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hieruſalem, & Sicilię Rex, Venerabilibus Paduano, Vicentino, & Termiſino Epiſcopis, fidelibus ſuis, gratiam ſuam, & bonam voluntatem.

Notum facimus fidelitati veſtrę, quod, cum expertos fideles noſtros Eccelinum de Romano, & Albericum fratrem eius ſub noſtra, & Imperij protectione recepimus ſpeciali cum omnibus bonis ſuis, ſicut in indultę ſibi protectionis priuilegio continetur, volentes, quod nullus in ipſis partibus ſe valeat per ignorantiam excuſare, fidelitati veſtrę firmiter prędcipiendo mandamus ſub debito fidei, & iuramenti nobis, & Imperio prędſtati, iniungentes, quatenus vnuſquiſquè veſtrum priuilegium protectionis eiuſdem debeatis ſolempniter publicare, & * auctorizare noſtra cunctis prędcipiatis ab omnibus obſeruari, denunciantes tranſgreſſoribus, quod pœnam in priuilegio contentam non euadent. Ipſum verò priuilegium ad opus prędictorum fidelium, & inſuper prędſentes literas reſignabitis portitori, vt induſtriam ſingulorum poſſimus exinde commendare. Data Porcina tertio Decembris, ſexta Indictione.*

Mel. Preſtiti. *Ethic,* Auctoritate noſtra, *&c.*

Has literas ſine mandato, proprijs expenſis, impetraui ego, de quibus, & omnibus obſequijs prędcedentibus expecto adhuc remunerationem.

Poſt

Paduani, et Vicentini Alberico bellum inferunt.

Post hæc autem parauit exercitum Commune Paduæ, venitquè Baxianum, & Commune Vincentię cum illis venit ad Monticulum Precalcini, & tũc intolerabile dampnum datum fuit in Baxiano, & Muxolento illis de Romano. Verumtamen, antequam reuerterentur Paduani milites, Teruisini venerunt in succursum Domino Alberico. Qui Dominus Albericus, tanquam fortis, & audacissimus miles, exiuit contrà Paduanos, & bello commisso, ibi mirabiliter, & more Leonis pugnauit: multosquè ibi milites de maioribus, & melioribus Paduanorum cœpit, quos carceratos habuit in Baxiano, & postea dedit illos Teruisinis, qui duxerunt ipsos secum, & ibi fuerunt in compedibus positi, & carcerati. Paduani autem cum obprobrio * separati, reuersi sunt ad patriam suam, & Vicentini similiter.

Eximia militaris virtus Alberici.

Paduani, et Vicentini ignominiosè ab Alberico fugati.

Forte, Superati.

Tunc venit Dominus Eccelinus cum Veronensibus, quos regebat apud S. Bonifacium, & cum illis, eamquàm miles fortissimus debellauit, & partem munitionis Castri combuxit violenter; sic & ipse reuersus est cum suis. In bello autem facto apud Baxianum, meis precibus erat cum Domino Alberico quidam Bonifacius de Orbana, cui ego equos dabam & arma, & ipse mei amoris intuitu, pręter etiam voluntatem Domini sui Domini Marchionis Estensis, seruiebat Dominos de Romano in omnibus illorum factis, & guarnimentis, vnde Marchio ipsum habebat valdè exosum. Hic, cum esset in prælio, sic enormiter cum lancea inimicos, & eorum equos vulnerabat, quod inde condoluit, & lancea deiecta, euaginato ense, infrà hostes, vbi erat etiam multitudo maxima militum, cucurrit, & Samaritanum nobilem militem, magnum, & fortem cœpit ad collum, & violenter ipsum duxit ad suos, non timens innumerabiles sctus, quos ab inimicis recipiebat, ipsumq; dedit, & designauit Domino Alberico. Qui postquam captus fuit, cognouit eum, quod sibi erat nimia parentela coniunctus; sed nihil sibi profuit, cum non poterat post captionem per ipsum decenter dimitti. Vnde nihilominus ipsum Domino Alberico designauit.

Virtus militaris Bonifacij de Orbana.

Samaritanus miles.

Factus eiusdem imago.

In hoc facto, cum duceret illum captum, quidam Bonacursius de Folzasse sic enormiter per inuidiam equum capriui vulnerauit retrò, quod valens sanus vltrà libras centum, taliter vulneratus datus fuit pro XV. Equus autem Bonifacij in pede retrò vulneratus fuit, nec postea fuit alicuius valentiæ. Item alium dextrarium similiter, quod pro illo facto emeram eidem, in diebus illis equitando sic deuastauit, quod penitus nullius erat momenti, & ad nihilum deueni de ipso. Et de hoc facto adhuc expecto remunerationem. Ille autem Bonifacius sęculo renuntiauit, & Domino seruiens meliorem partem elegit.

Bonacursius de Folzasse.

Bonifacius de Orbana, fortissimus miles, sęculo se subduxit.

De potentia Paduanorum.

Paduani Feltrem, Bellunũ, Coneglanum occupant, cum Aquileiẽsi Patriarcha fœdus contra Teruisinos, & Dominos de Romano ineunt.

TVnc temporis tanta erat potentia, & superbia Paduanorum, quod nõ solum Vincentiam sub occasione innocentiæ tenebant occupatam; verumetiam Feltrem, & Bellunum, & Coneglanum violenter sub sua iurisdictione vsurpauerant. Conspirauerant etiam cum Aquilegiensi Patriarcha, & cum his omnibus contra Teruisium, & illos de Romano, guerrãm maximam illis faciendo continuè.

De Fratre Ioanne Vicentino, Viro valdè religioso.

Fratris Ioãnis Vicentini, è nobili Seledorum familia Ordinis Prædicatorũ auctoritas, & facundia.

INterim aparuit quidam Frater Ioannes de Ordine Prędicatorum, ciuis Vicentinus, & Manelini Cautidici filius, vir valdè religiosus, de quo mira; sed in Scena testificata loquar. Inauditum est enim, quod à tempore Nostri Domini Iesu Christi in nomine ipsius, per alicuius prędicationem tot fuissent insimul homines congregati, quot & quantos sub occasione pacis fiendæ, ipse congregauit in vnum, vnanimiter Iesum Christum laudibus, & hympnis magnificantes. Venit enim primum Paduæ, & ibi prędicando pacem, de omni discordia, quam habebãt, compromiserunt in eumdem suo arbitrio determinandis. Venit Teruisio, fecerunt Teruisini illud idem. Sic fecerunt Feltrini, & Bellunenses. Sic quoquè Domini de Camino. Sic & illi de Coneglano, & idem fecerunt Domini de Romano. Idem quoquè Vicentini, Veronenses, Mantuani, Brixienses, & Comes S. Bonifacij, & eius pars vniuersa. Tantã habuit potestatem super omnes, quod in omni Ciuitate, Statutis ipsarum acceptis, suo emendauit arbitrio, addendo, & detrahendo. Captiuos autem, vbicumq; fuerant, dimitti fecit. Et statuit certum terminum pro pace facienda, & firmanda apud Ciuitatem Veronæ, pręcipiendo prędictis Ciuitatibus, & personis, quod essent tunc ibi coràm eo pro prędicatione audienda, & laudum pacis intrà omnes.

Fuit

Fuit ibi Brixia, Mantua, Verona, Vincentia, Taruiſium, Feltrini, & Bellunenſes, & Domini de Romano, & illi de Camino: Paduani: & de alijs Ciuitatibus, Caſtris, & Villis homines, & fœminę innumerati. Fuit & ibi Aquilegienſis Patriarcha cum omnibus Epiſcopis prędictarum Ciuitatum. Fuit ibi Marchio Eſtenſis, & Frater Iordanus: Presbiteri quoquè, & Clerici, milites, & populares; omnes ferè iſtarum Ciuitatum inermes, & cum vexillis cruciatis fuerunt ibidem. Tanta fuit ibi innumeroſa multitudo, quod (ſicut dictum eſt) à tempore Ieſu Chriſti, in * huc, per alicuius prędicationem tot non fuerunt congregati in vnum: & in reuerentiam ipſius pro maiori parte fuerant diſcalciati, Erant quoquè Ciuitates cum Carrocijs ſuis quam plures.

Concurſus ad predicationem eiuſdem.

Forte Hoc.

Prędicauit intrà illos, & (quod eſt mirabile) vox illius ab omnibus audiebatur mirabiliter, & clariſſimè. Facta prędicatione pacem pronuntiauit, & laudauit intrà omnes, & ordinauit tunc matrimonium intrà Dominam Adelenitam, filiam Domini Alberici de Romano, & Rainaldum filium Marchionis Eſtenſis. Cuius dictum ab omnibus cum magnis laudibus fuit gratiſſimè confirmatum. Ipſe autem tranſgreſſoribus anathematis pœnam, & Ieſu Chriſti indignationem, & omnem maledictionem indixit: conſeruantibus autem Dei Omnipotentis gratiam, & ſuam benedictionem conceſſit, & ſic reuertuntur ad patriam, quiſquè ad locum ſuum, magnificantes Deum, & eidem gratias referendo. Multi enim mortales inimici, proprio motu pacem faciendo, oſculabantur ad inuicem, prędicatione ipſius ad hoc inſpirati; habebatur enim quaſi Propheta per omnes. Huius etiam tanta fama erat, quod etiam Dominus Apoſtolicus reuerebatur eidem. Nec mirum, quia Fratres Minores publicè prędicabant (ſicut & egomet ipſos audiui prędicantes apud Eccleſiam Maiorem Ciuitatis Vincętiæ) quod eius precibus, & orationibus decem fuerant mortui ſuſcitati. Et à languoribus ſuis infirmi, per orationes illius, mirabiliter curabantur.

Frater Ioānes pacem laudat.

Habetur tanquā Propheta. Fama eius, & Miracula.

Hoc facto, venit idem Frater Ioannes Vincentiam, & dixit in pleno Conſilio, quod volebat eſſe Dux, & Comes illius Ciuitatis, & omnia ſuo arbitrio diſponere, quod totum ei laudatum fuit, atquè conceſſum. Vnde tunc acceptis Statutis Ciuitatis, ſicut voluit, emendauit, addidit, detraxit. Et Vicentini ſperantes, quod remoueret, & poneret ibi aliam * comunionem, per quam vtraquè pars cōmuniter regeretur, ipſe hoc prętermiſſo, factis Statutis, & Ordinamentis iuit Veronam, ibiquè ſimiliter petijt Ducatum, & Poteſtariam illius Terræ, quod factum eſt, & conceſſum eidem. Fecit venire Comitem, & partem ipſius in Ciuitate: accepit obſides ab vtraquè parte: accepit in ſe Caſtrum S. Bonifacij, & Caſtrum Illaxij, & Hoſtiliam, & omnes munitiones, ſicut voluit. Hic perſequutor fuit ibi hæreticorum, ſic, quod plures comburi fecit. Pluribus diebus rexit Ciuitatem, habendo ſe Ducem, atquè Rectorem, & tanquàm Dux, & Rector multa Pręcepta fecit, & Statuta. Tandem elegit Nicolaum Toniſcum in Poteſtatem Veronæ, de Venetijs ciuem. Cum autem multum redargueretur, quod ſic reliquerat Ciuitatem Vincentiæ, Poteſtate non mutata, & vellet habere Ducatum ibi ſibi conceſſum, Vgutio Pilij, & illi de Camino, & Paduani conſilio Fratris Iordani, cuius conſilio Paduani regebantur in totum, induxerunt Poteſtatem Vincentiæ, & partem contrariam illis de Romano ad contradicendum eidem Fratri Ioanni. Et ſic fecit venire Poteſtas cuſtodes ciues Paduæ, & muniuit Ciuitatem fortiùs ſolito. Hoc audito, Frater Ioannes minus cautè, & cum parua militum quantitate, venit ad Ciuitatem Vincentiæ, cui obuiauit maxima populi multitudo. Ipſe autem credens habere fauorem, atquè conſtantiam populi in propria perſona, cępit ire per Ciuitatem, petendo domos, turres, & munitiones ſibi dari. Cum autem veniſſet ad domos filiorum quondam Domini de Zachame, illi ſibi rebelles extiterunt. Venit ad domum Communis turba, quæ ſequebatur ipſum, & capta Poteſtate ſuis iudicibus, & familia, & expoliatis, & deſtructis libris Statutorum, & Forbannitorum Communis Vincentiæ, deſcenderunt de domo, Poteſtate, & ſua familia relictis expoliatis. Interim venerunt Paduani cum Vgutione Pilij, & aduerſa parte illorum de Romano, & in ipſum Fratrem Ioannem, ad Palatium Epiſcopatus, vbi erat, fecerunt inſultum, & bello commiſſo captus eſt Frater Ioannes, & ſui omnes verſi ſunt in fugam. Veronenſes autem audito, quod captus erat Frater Ioannes, extimantes, quod conſilio Comitis de S. Bonifacio, & ſuæ partis illud factum fuiſſet, cæperunt omnes, qui venerant ad Ciuitatem de parte Comitis, qui fuerunt alicuius valentiæ; ſed reuerſo Fratre Ioanne, & inuento, quod culpabiles non fuerant, omnes dimiſſi fuerunt incontinenti. Ipſi autem timore perterriti fugiunt omnes de Ciuitate. Ipſe autem Frater Ioannes regit Ciuitatem, ſicut poteſt, ſua Poteſtate ibi poſita pro nihilo reputata. Obſides autem Monticulorum,

Adit Vicētiā, cuius ſit Dux, & comes.

Forte Cōmunitatem. Vel Communem. Legunt aliqui curtē. Adit Veronā eiuſdēq; Ducatum, & Poteſtariā obtinet.

Nicolaus Toniſcus Poteſtas Veronæ.

Paduani regebantur conſilio Fratris Iordanis.

Frater Ioānes captus in Palatio Epiſcopatus Vincentiæ.

culorum, & ſuæ partis hoc audito clàm, & occultè reuerſi ſunt ad Ciuitatem.

Inſtat nunc Comes, quod ſibi reddat obſides ſuos, & caſtra ſimiliter. Frater autem Ioannes munierat Caſtrum Hoſtilię per Bononienſes, & Caſtra Comitis, & Illaxij per amicos ſuos Vicentinos. Caſtrum Calderij, & Caſtrum S. Boniſacij reſtituit Comiti, quamuis fuiſſet ficticiè factum, quaſi inuitis cuſtodibus fuiſſet ablatum. Item obſides eidem reſtituit. Caſtrum Illaxij reſtituit Veronenſibus; ſed Caſtrum Hoſtiliæ non reſtituit Veronenſibus: ſicquè dimiſſis Veronenſibus, & Vicentinis iuit Bononiam, & ſic Vgutio Pilij, Paduani conſilio Fratris Iordani, & illi de Camino fregerunt pacem Fratris Ioannis; ſicquè pro nihilo reputatum eſt factum Fratris Ioannis. Hoc totum propterea creditur * acceſſiſſe, quod ambitioſè petijt Ducatum ab hominibus, contrà dictum Salomonis, qui dixit. *Non petas Ducatum ab hominibus.*

Mel. Accidiſſe.

Nunc guerra grauior reuiuixit vndiquè ſolito more. Dominus autem Eccelinus iterum vadit Veronam, in ſuccurſum amicorum ſuorum, & regit Ciuitatem: Dominus Albericus cum magno guarnimento moratur Baxianum, & in terris ſuis.

Pro. Reuixit. *Turbata denuo pace, bellum recrudeſcit.*

Mutatur Poteſtas Vincentiæ, ſuccedit illi Arditio Aduocatus de Vercellis, cuius tempore Dominus Albericus pręter conſilium amicorum ſuorum de Vincentia, fecit colloquium cum Vgutione Pilij, videntibus hoc magna quantitate amicorum, qui de hoc valde dolebant. Et tunc ipſorum amor ergà ipſum Dominum Albericum valdè refrigeſcit. Et tunc conſilio eiuſdem Vgutionis conſpirauit cum eodem, & Comite Guidone, & illis de Driſſino, & Arzignano, & cum maxima quantitate Magnatum intus, & extrà Ciuitatem, inter quos erat Albertus * de Celſano, & illi de * Bregantijs. Indignati ſunt amici illorum de Romano valdè, quorum conſilio hoc factum non fuerat. Et quia conſpiratio fiebat contrà Vſurarios, cum illis ſociati ſunt amici Domini Alberici, & induxerunt Poteſtatem ad puniendos ipſos. Qui cum citari feciſſet illos, ipſi contempnendo ipſum, coadunati ſunt apud Monticulum, auctore contradictionis principe exiſtente prędicto Vgutione. Tunc venerunt Paduani, & fecerunt ipſos iurare pręcepta Poteſtatis, & Communis Vicentiæ; ſed tamen non dimiſerunt Poteſtatem illos punire, de quo valdè ſunt indignati Vſurarij, & eorum ſequaces. Nunc regitur Ciuitas conſilio Vſurariorum, & illorum, qui ſequuntur illos, per prædictum Poteſtatem.

Arditio Aduocatus Vercellẽſis, Poteſtas Vicentiæ.

Pro *Videnie.*

Legunt aliqui de Caxario: *Alij* de Coxatiõ.

Bragãtijs *alij.*

Vſurarij Vicentiæ regnant:

Cum autem mutari debebat Poteſtas, amici veteres Dominorum de Romano, conſilio alterius partis, & omnium Vſurariorum, dixerunt Domino Alberico, quod volebant ipſum eligere in Poteſtatem, & dare ſibi dominium, & regimen Ciuitatis, ſi ipſe vult Vgutionem dimittere, cum quo conſpirauerat, & facere rationem de vſuris ſecundum iura, & conſuetudinem, & Statuta Vincentiæ. Qui Dominus Albericus, quamuis aliquando talibus verbis * amiſſis, & alijs, quibus promiſerat: ipſi verò videntes, quod non potuerant diù reſiſtere tantis Magnatibus, putantes ſe ſe melius defendere, conſpirauerunt & ipſi contrà Magnates, & Dominum Albericum, & primo corruperunt Albertum de Celſano, qui pro certa pecuniæ quantitate fregit fidem promiſſam, & iurauit eſſe cum Vſurarijs.

Pro. *Deberet.*

Fortè. Annuiſſet.

Albertus de Celſano fœdifragus.

Poſteà, cum tractaretur de eligendo Poteſtate, conſilio Vgutionis Pilij, electus fuit Frater Iordanus, qui eligeret Poteſtatem, affirmans ipſe Vgutio, quod Frater Iordanus non eliget Marchionem. Iam enim clandeſtinè & ipſe fregerat fidem illis de Romano, & ſine illis veniebat ad Conſilia Ciuitatis, dicens illis, quod melius erat, quod ipſe ibi eſſet: & ſic Frater Iordanus commiſit electionem Fratri Ioanni de Verzario, qui Marchionem Azonem elegit, ſicut creditur, quod erat ſtatutum cum ipſo Vgutione, & cum Vſurarijs in detrimentum illorum de Romano. * Et cum vſquè ad electionem diceret idem Vgutio, quod Marchio eſſe non poſſet, minimè ipſe voluit electori contradicere, ſicut fecit Aldrighetus de Driſſino, qui ſe appellauit ab illa electione: immò ſtatim factus eſt amicus Marchionis præ cæteris contrà Dominos de Romano: & cum Vſurarijs omne malum, quod poteſt, dictis & factis operatur aduerſus illos, & amicos eorum Dominorum: & ſic iurauit ſequimentum Marchionis, alijs demiſſis & contemptis.

Frater Iordanus eligit Poteſtatẽ Vicentiæ. Azo Marchio Eſtenſis, Poteſtas Vicentiæ.

Mel. Nã cum &c.

Aldrighetus de Driſſino.

Tunc Legati venerunt Domini Papæ, qui pacem fecerunt inter Veronenſes in aqua, & nauibus; ſed pars Comitis voluit intrare Ciuitatem, vnde guerra nihilominus perſeuerauit, & merito pax non durauit, quia in aqua facta, redijt in aquam.

Legati Papę pacẽ firmãt inter Veronẽſes.

Veniunt nunc Domini Nicolaus Epiſcopus Reginus, & Tyſo Epiſcopus Terniſinus, & intromittunt ſe de pace faciendâ ex amnonitione Domini Papæ, qui tantum ſua prudentia fuerunt adoperati, quod pacem fecerunt, & Comitem, & ſuam partem reuerti fecerunt ad Ciuitatem, dando & concedendo Comiti, & ſuæ parti domos, turres, & munitiones, etiam partis

Nicolaus Epiſcopus Reginus.

Tyſo Epiſcopus Terniſinus.

Monti-

Monticulorum, quaſcumquè voluerunt habere, ad hoc, vt in Ciuitate manerent ſecuri. Item pro Domino Papa ibi Poteſtatem poſuerunt, & pronunciauerunt tunc concorditer, quod Caſtrum * Hilaſij deſtrui deberet, quod poſteà per Poteſtatem poſitum deſtructum fuit. Regebat autem iſte pacificè Ciuitatem, donec fuit manifeſtè proditor inuentus, vt infrà dicetur, & ob id, ſicut infrà dicetur, remotus fuit per Dominum Eccelinum, & eius partem. *Alibi* Illaxij.

Nunc Marchio cum Vgutione Pilij, & Vſurarijs facit guerram Domino Alberico, & Comiti, qui cum eo tenet. Corrumpunt illos de Bregantijs, qui conſueuerant eſſe amici Dominorum de Romano, & amicorum eorum, *Hoſtes Dominorum de Romano.*

Et tunc filij quondam Anſelmi de Bregantijs vendiderunt Caſtrum Plouenis Communi Vincentiæ, quamuis illud antè vendidiſſent Comitiſſę Vicentinę. Corrumpunt etiam Sigifredum de Arzignano cum nepotibus. Pauci ſunt, qui teneant fidem Domino Alberico, & Comiti Vicentino, & omnes ferè venerunt ad mandata Marchionis, timentes potentiam ſuam propter Paduanos, & iſtos, qui primo fidem promiſſam fregerunt. Nunc guerra magna eſt inter Ciues, & Dominum Albericum, & Comitem, qui cum eo tenet. Quaſi modo ſoli ſunt Dominus Albericus, & Comes, qui contradicunt Marchioni, & ciuibus Vicentinis. *Caſtrum Plouenis a quibus Vicentia vēditū.*

Tunc temporis Otho de Mandello, Poteſtas Paduæ pro Communi Paduæ, & Frater Iordanus de pace facienda inter Paduanos, & illos de Romano, & Vicentinos, & Teruiſinos, & illos de Camino facti ſunt mediatores. In qua pace Rainaldus, filius Marchionis Bonifacij, deſponſauit Dominam Adeletam, filiam Domini Alberici de Romano, quamuis Rainaldus non eſſet adhuc annorum duodecim. Et omnia ferè facta ſunt inter Paduanos, & Dominos de Romano, & Teruiſinos, & illos de Camino, ſicut Frater Ioannes ſtatuerat. Verumtamen hic Frater Iordanus inuidus, quod tantum bonum * pallium poſſet explicari, impediendo primum, quod ſtatutum fuerat, fecit ipſe poſteà, volens ſibi laudes quæri, atquè honorem, ſed certè malus fuit Hyppocrita, ſic perturbãdo, quoniam antè hanc pacem, quæ primo facta fuerat, vſquè ad hoc tempus, per guerram, quæ perſeuerauit, innumerabiles homines ex vtraquè parte gladio perierunt. Duxit autem Rainaldus ipſam Dominam in vxorem. Soluerunt Paduani Dominis de Romano quindecim millia libras denariorum Veronenſium: & Teruiſini illis de Camino, ſicut præceperat Frater Ioannes. Dominus autem Otho definiuit quæſtionem inter Vicentinos Vſuratios, modum certum imponendo in vſurarum exactione, quamuis Vſurarij illum modum obſeruare noluiſſent, & tunc Dominus Eccelinus fecit ſe ciuem Paduæ. *Otho de Mandello, Poteſtas Paduæ, & Frater Iordanus, mediatores pacis Marchię Taruiſinæ.* *Legunt nõnulli* per alium. *Eccelinus fit Ciuis Paduæ.*

Modo facti ſunt amici Dominus Eccelinus, & Marchio, & Dominus Albericus. Verumtamen, inſcio Domino Alberico eodem, idem Marchio, conſilio Vgutionis Pilij, & Vſurariorum fecit iterum ſe eligi in Poteſtatem, & poſt electionem, quàm fieri de ſe fecerat, miſit Domino Alberico, quod nolebat ipſam Poteſtariam ipſo inuito, nec volebat facere ſacramentum Reginini, niſi ſibi placeret. Ad hoc, tamquam vir prouidus, & diſcretus omnia recognoſcens, dixit, quod omnis honor Marchionis ſibi placebat. Vnde Marchio Poteſtariam ſequentem aliter ambitioſè recepit, & iurauit, & hoc fuit antè tempus eligendi Poteſtatem, *Eccelinus fit iterũ electus Poteſtas Vicentiæ.*

Tempore iſto Dominus noſter Imperator, cum eſſet in Alemania, miſit litteras ſuas, continentes gratiam, & bonam voluntatem, Ciuitati, & Communi Vincentiæ, præcipiendo, quod ad certum terminum deberent eſſe Vicentini antè ipſum apud Perniam. Ad quem terminum intereſſe non potuit propter guerram, quam faciebat Duci Auſtriæ, & has litteras vix Marchio voluit recipere. Poſt hæc Marchio cępit habere ſuſpectos veteres amicos Domini Alberici, ipſoſquè conſilio Vgutionis Pilij, cuius conſilio omnia faciebat, relegauit in Inſulam * Venetis, inter quos ſuſpectos & relegatos fuerunt Oldricus Carnaroli, Thomas Vincentij, qui & ibi perijt morte naturali, Bonitacius de S. Vrſo, & plures alij. Præcepit autem filijs Meliorantiæ de Driſſino, quod non exirent de Ciuitate ſine ſui licentia. Ipſi autem hoc contemnentes, fugerunt ad Driſſinum. Vgutionis autem conſilio, & hortatu, Marchio banniuit illos, & poſt bannum ipſos hoſtiliter inuaſit, dando illis damna maxima in terris ſuis. *Littere Federici Imp. ad Cõmune Vicẽtię.* *Pro* Venetijs, *ſiue* Venętiarum. *Relegati à Domino Marchione.* *Præcepit eiuſdẽ contra filios Meliorãtiæ de Driſſino.*

Tunc filij Anſelmi de Bregantijs reuerſi ſunt ad partem ſuam, & facti ſunt amici Dominorum de Romano. Quibus & maxima damna dedit Marchio cum exercitu Vicentino in terris ſuis. Tum etiam Marchio valde ..... & fecit venire cuſtodes de Padua vltrà 10. de nouo, & ſpecialiter de terris ſuis. Poſt hæc Marchio conſilio Vgutionis Pilij, clàm * icto, & habito tractatu cum Comite S. Bonifacij, & parte ſua de Verona, quæ pacificè in Ciuitate morabatur ſub Poteſtate, quem ibi poſuerant Epiſcopus Reginus, & Teruiſinus, & cum Mantuanis & Paduanis, volentes capere Veronam, mouit Marchio clàm exercitum, & iuit vſq; ad Villam *Filij Anſelmi de Bregantijs, fauẽt Dominis de Romano.* *Supplent aliqui hanc lacunam legẽdo* Timet, *alij* Tumet. *Melius,* Inito.

Montis

Printed for D. Henry and R. Cave, at St. John's Gate, and sold by
J. Hinton, in the Poultry, and by the Booksellers and Newsmen
in Town and Country.

Mr. Pope's Letter to Mr. Wilkes, concerning the Dunciad, 1
Mr. Pope's Letter to Mr. Wilkes, concerning the Dunciad, 2
Mr. Pope's Letter to Mr. Wilkes, concerning the Dunciad, 3
Mr. Pope's Letter to Mr. Wilkes, concerning the Dunciad, 4
Mr. Pope's Letter to Mr. Wilkes, concerning the Dunciad,

ìàm exeuntibus combuſſerunt cum maximo Paduanorum obprobrio,& intrabant, & exibant contrà ipſos tamen quandocunq; volebant. Aliunde autem exire non poterant, quia Dominus Eccelinus pontem deſtruxerat.

Eccelinus auxilium poſtulat ab Imperatore.

Miſit ergò Dominus Eccelinus narrando negotium Domino Imperatori, qui iuerat iàm Cremonam, ipſius poſtulando ſubſidium, & iuuamen. Quo audito, ipſe tanquam benigniſſimus Dominus condolens cum fidelibus cruciatis, ira commotus propter nimiam audaciam infidelium, verè quaſi per aera volitando, cum toto ſuo exercitu ſic celeriter ſuccurrit, quod à Cremona mouit die Veneris,& venit vſquè ad S. Bonifacium, de quo parte combuſta, ibi propè hoſpitatus eſt. Quo cognito Paduani, Vicentinis & Teruiſinis ignorantibus, die Sabbathi tempeſtiuè cum Carrocia ſua verſi ſunt in fugam: Vicentini autem, & Teruiſini videntes Paduanorum fugam,& ipſi fugierunt, multa ſpolia in campo,& ædificia omnia dimittendo. Cupiebat autem Marchio cum Vicentinis ad Ciuitatem redire, pro ipſa defendendo. Dominus autem Imperator, conſilio ſagaciſſimi Eccelini, ſic feſtinanter eodem die Sabbathi pręuenit eoſdem, quod antè fuit ad Ciuitatem cum pleno exercitu, quàm Marchio etiam currendo ibi potuiſſet adeſſe. Cupiens autem benigniſſimus,& miſericors Dominus Imperator pacificum habere Ciuitatis introitum, nolens ipſam lędere, ob id, quod manifeſtè cognouerat, quod Vicentini ad reſiſtendum ſibi ducebantur inuiti, petijt à cuſtodibus, & illis, qui erant intus Ciuitatem, & ſuprà murum, quatenus ſibi pacificum non denegarent ingreſſum. Qui cum penitus ei fuiſſet denegatus, hortatu Domini Eccelini, irato modo pręliando, per murum Ciuitatis violenter aſcendendo,& deſcendendo intrauerunt Ciuitatem, fugatis cuſtodibus, &, alijs Marchionis reſiſtentibus, Ciuitatem combuxerunt totam; omnia ſpolia tam virorum, quàm fœminarum, & aurum, & argentum, omniaquè mobilia ſibi aſſumendo, & rapiendo.

Imperator ad S. Bonifacium tendit.

Hoſtium Imperatoris fuga.

Velocitas Imperatoris.

Combuſtio, & deſtructio Vicentię.

Auctor Imperatori fideliſſimus, capitur à Theutonicis.

Albertus Datarus, Cauſidicus Vicentinus.

Plures quoquè cæperunt in illa hora, de quibus & ego, quamuis Imperatoris fideliſſimus, per Theutonicos captum, & cum nimio obprobrio ligatum me fuiſſe recordor. Vidi & Albertum Datarum, Cauſidicum Vicentinum, nudum captum per Theutonicos duci, atquè ligatum. Et nos duo eramus digni non ligari, nec capi; ſed potiùs per Dominum Imperatorem eramus magnificè honorandi,& remunerandi. Nam, cum nullus palàm concionari foret auſus in Ciuitate de ſtatu,& honore Imperatoris, nec vetare Societatem Lombardiæ, Ipſe ſolus, & Ego ſemper palàm,& apertè, & in omni Conſilio vetauimus Societatem Lōbardiæ faciendam, & dicębamus ea, quæ ad honorem & gloriam ſpectabant Imperatoris. Multos enim habebamus, de Societate non facienda contrà Imperatorem ſequaces,& tot & tantos, quod in omni Cōſilio obtinebamus, contrà voluntatem etiam Marchionis,& aliorum malignantium. Quidam enim faucbant Imperatori non propter ipſius amorem; ſed propter inuidiam. Exoſos enim habebant quidam Mediolanenſes, & cęteros Lombardos, eò quod non contradixerunt Dominis de Romano, cum cęperant Ciuitatem Vincentiæ, remoto Albrigeto de Fauentia de Poteſtaria. Et in hac opinione erant omnes, qui non erant in partem Dominorum de Romano. Alij autem, ſicut & Ego, id faciebamus propter amorem Dominorum de Romano, & propter gloriam, & honorem, quem affectabamus Domini Imperatoris. Primi ergò, qui per inuidiam faciebant, non erant laudibus commendandi, nec remunerandi: ſecundi ſic, quia bono zelo iuſtitiam prędicabant. Simile fuit de Chriſto. Pater videlicet tradidit, & ipſe ſemetipſum pro noſtro amore, & ideò laudantur à Chriſtianis quotidie: Iudæi autem tradiderunt ipſum, ſed per inuidiam, & vſquè in hodiernum diem vituperantur, & malam remunerationem expectant. Modo mirum eſt valdè, quod Albertus Datarus de parte Marchionis iam recepit per Imperatorem initium mercedis ſic in remunerationem bonam, & ego, qui ſum de parte Dominorum de Romano, & Domini Imperatoris, quam * prędicando tuba fideliſſima, ſum omni parte deſtitutus. Ex quo enim literas cum bulla aurea de protectione Dominorum meorum de Romano impetraui apud Precinam ab ipſo Domino Imperatore, Ego viſa iuſtitia, quam ſuper ſubditos ſuos exercebat, eius gloriam, laudem, & ſuos iuſtiſſimos mores publicè, tanquam forem de Ordine Prędicatorum, in prędicando fidem Chriſti, non * deſini prędicare nuntijs ſuis, ſcilicet Domino Thomaſio de Brandicio, & Fratri Baſtiano: * in honorem Imperatorię Maieſtatis in ſuis beneplacitis obtuli me, & mea gratulanter; ſæpè ipſos cum militibus, & conducta conducendo ſecuros. Nunc, quia ſum denudatus, & omnibus expoliatus, non me cognoſcit Imperator, non Domini de Romano, non propinqui, non affines, non amici, niſi pauci. Nunc mihi ſuccurrat Dominus, qui cuncta creauit, & quidem paucis populum multum benè pauit. Propinquis autem, & amicis gratias ago copioſas, quoniam per

Auctor Imperatori fideliſſimus, capitur à Theutonicis.

Albertus Datarus, Cauſidicus Vicentinus.

Auctoris querela contra Imperatorem, & Dominos de Romano.

Melius. Prędico.

Cur Auctor ſecutus ſit partes Imperatoris.

Pro Deſij. *Adderem.* Et.

Auctoris querela altera contra propinquos, & amicos.

hoc mihi libertatis munera tribuerunt. Cum enim gratis illis meum tenebar impendere patrocinium, nunc ob id, quòd per tres dies ipſis videntibus, quaſi nudus, & viliſſima veſte cooperтus ambulaui per Ciuitatem, nec inueni coopertorem, talis eſt mihi data libertas, quod nullis de cętero gratis meum patrocinium date promitto, quamuis talis ſtipulatio de iure valeat cauillari. Paucos autem excipio, inter quos nominetur primus Dominus Balzanellus, filius quondam Domini Manfredini de Sancto Vrſio, qui primam veſtem donauit. Secundo Dominus Singifredus, & Nepotes de Arzignano, qui pecuniam mihi dederunt ad recuperandos libros, quos perdideram. Tertio Iordanus de ....., qui pro victualibus mihi dedit de frumento. Quarto filij quondam Bartholomęi de Ziribello de Baxiano, qui mihi donauerunt clamidem. Excuſo etiam Dominum noſtrum Imperatorem propter ignorantiam, quia me notum non habuit. Illos quoquè de Romano ſimiliter excuſo, propter maiora eis imminentia. Illis enim ſiuè pauper, ſiuè diues ſemper fui fidelis, & gratis ſeruire paratus, quod & nunc me facturum promitto ſuo loco, & tempore, de remuneratione habenda remanendo ſecurus, & certus.

Amici, & fautores Auctoris.

Auctor sępe fidelis Dominis de Romano.

Calamitas Vicentię capta ex parte ſequioris ſexus.

Vidi quoquè multas mulieres, & nobiles, & populares per Ciuitatem quaſi nudas, & expoliatas tranſeuntes, ſcilicet viduas, virgines, nuptas, magnas, paruas, iuuenes, & ſenectutis vitio occupatas. Tantus ibi fuit timor, & tremor, quod alter alterum vix poterat rectè cognoſcere. Puniti fuerunt iuſti cum peccatoribus, quod quare fuerit, audire cupientibus breuiter denotabo. Dictum eſt enim per Apoſtolum. *Eſtote ſubditi Regi, tamquam prędicenti:* Et Dominus dixit: *Reddite, quæ ſunt Dei Deo, & quæ ſunt Cęſaris Cęſari.* Vnde cum tributum daret Cęſari in terra, vbi erat ipſe, per ſe fecit Cęſari dare tributum. Et in Decretis dicitur, *Si ea, de quibus Deus vehementer offenditur, inſequi vel vlciſci differimus, ad iraſcendum itaq; diuinitatis patientiam prouocamus.* Nonne* Achor, filius Zarę, prędixit mandatum Domini, & ſuper omnem populum Iſrael ira eius incubuit, & ille erat vnus ſolus homo, & vt ſolus perijſſet in ſcelere ſuo. Mandauerat enim Dominus filijs Iſrael, quod expugnarent quandam Ciuitatem, ipſamquè deuictam cum omnibus intus inuentis ignibus concremarent. Achor filius Zaræ, cum inueniſſet auream linguam, nolens ipſam comburere, ſub radicibus cuiuſdam arboris ipſam abſcondit. Statim tanta creuit clades, & peſtilentia inter ipſos, quod ex improuiſo vltrà mille mortui ceciderunt. Tandem putantes ſapientes, quod Domini mandatum fuerat prędictum, proiecerunt ſortem, quæ diuino iudicio cecidit ſuper Achor, vnde morti condepnatus exulauit, &, aurea lingua combuſta, ſtatim ceſſauit clades. Sic fuit in facto prędenti. Dei prędeptum fuerat per Vicentinos, & paucos contemptum, cum nollent eſſe ſubditi Imperatori, tamquàm prędellenti ſecundum dictum Apoſtoli; nec vellent, ſicut ipſe fecit, & prędepit, tributum dare Cęſari. Et quod iuſti cum impijs perierunt, ideò fuit, quod iuſti plures erant, & poterant de impijs ſumere vindictam, qui, cum hoc facere noluerunt, vel vanè timuerunt, Dominum prouocauerunt ad iram, ſicquè in vindictam vnus pro altero perijt, alter propter culpam commiſſam, alter propter negligentiam vindictæ.

Exemplum. Melus. Achior.

De Clementia Domini Imperatoris aduerſus Vicentinos.

Addinon incommodè poſſes. Reos.

TVnc Dominus noſter Sereniſſimus Imperator, atquè miſericors, quamuis lęſæ maieſtatis crimine* ..... cunctos perdere poſſet Vicentinos, ab Omnipotenti Domino ſuam victoriam recognoſcens, miſertus eſt ſuper illos, & non ſolum illis peccata impunita dimiſit; verum etiam, ſeruos ſuos iuſtiſſimè factos, priſtinę libertati reſtituit, & poſſeſſiones ſuas immobilium rerum cuilibet conceſſit, exceptis contumacibus captiuis non dimiſſis. Commiſit enim benigniſſimus Imperator Domino Eccelino, quod captiuos dimittendos dimitti faceret, & detinendos detineri. Qui Dominus Eccelinus, cum officium alijs commiſiſſet, multi ſunt liberati ex ſpecialibus inimicis Dominorum de Romano, & Domini Imperatoris. Et amici fuerunt dimiſſi, de quibus ego vnum me fuiſſe recordor. Nudum tamen, & expoliatum omnibus me Theutonici de media nocte dimiſerunt.

Auctor liber dimiſſus.

Gulielmus Vicecomes Capitaneus, & Rector Vicentiæ De Vicedominis *alijs.*

Gratiam quoquè Vicentinis concedendo, eiſdem dedit pro Capitaneo, & Rectore Dominum Gulielmum* Vicecomitem, nobilem & diſcretum, Mantuanum ciuem & militem, quem iurare fecit regimen Ciuitatis in pleniſſima concione, ad honorem Dei, & B. Mariæ Virginis, & B.B. Martyrum Felicis, & Fortunati, & Imperatoriæ Maieſtatis, & Communis Vincentiæ. Sub iſtius regimine deſtructæ fuere domus, & turres Vgutionis Pilij, & aliorum ſuorum

ſum amicorum contumacium, & Serapionis quamuis captiui.

Hoc facto, in vindictam malefactorum, equitauit hoſtiliter Dominus Imperator contrà Paduanos,& Teruiſinos, quorum oppida, villas,& poſſeſſiones partim cæpit, & partim deſtruxit, & concremauit, &, quantitate militum Dominis de Romano dimiſſis, cum Comite Geboardo ſuo Generali Capitaneo iuit in Alemanniam, dans in mandatis tam Capitaneo, quam militibus, quod arbitrio illorum de Romano cuncta regant, atquè procurent.

Deſtructio domorum,& turrium Vgutionis Pily.

Imperatoris diſceſſus ex Italia.

Geboardus,Generalis Capitaneus Imperatoris.

Interim Domini de Romano ſua induſtria, & prudentia de melioribus, & maioribus Ciuitatis Paduæ Domino Imperatori, & ſibi fecerunt fideles, & amicos, qui guerram cœperunt facere cęteris Paduanis * continuaciter exiſtentibus. Vnde quadam die, cum multi Ciues Paduani exiuiſſent de Ciuitate contrà illos apud Carturiam, Domini de Romano hoc cognito, cum eſſent Vincentiæ, nocte vna ſic celeriter cum ſuis militibus, & Comite Geboardo cum ſuis, iuerunt ad ipſam, quod ſummo mane bello cœpto, capti ſunt omnes ferè. Et fuerunt benè circa centum de maioribus Ciuitatis Paduę capti, & apud Caſtrum Montisſilicis fuerunt in compedibus poſiti, & carcerati. Illo namquè die vigor apparuit Domini Alberici, qui viſis inimicis; cum antè iret cum paucis militibus, cum tanta illos inuaſit audacia, quod ex ſolo vigore tremuerunt vndiquè inimici: ac viriliter pręliando, quos capere non potuit, vertit in fugam. Dominus autem Eccelinus, qui cæteros pręcellens in prudentia, vir bellicoſus, & morigeratus * imbellis cum Comite Geboardo prędicto contrà hoſtes cũ maxima militum multitudine veniebat, ſtrictiſſimè, & ordinatè ad bellandum: * Verumtamen, iam fugatis, & captis inimicis, non inuenerunt rebelles, & ſic apud Montemſilicem commorantes, ad expugnandam Ciuitatem Paduæ faciunt apparatum. Ciues autem immoderatè perterriti, tanquam deuicti, mittunt ad illos verba pacifica, dicentes, quod volunt obedire Domino Imperatori, & illius Nuntijs, & ſpecialiter Dominis de Romano. Quæ verba miſerunt illis per Fratrem Iordanum, totius diſcordiæ Marchiæ auctorem, & principem vſquè in illam diem. Sicquè factum eſt, quod venerunt obuiam illis omnes ciues Paduani reuerenter, homines & fœminę, humillima vocè precantes ſpecialiter Dominum Eccelinum, quod ipſius Ciuitatis Poteſtariam recipiat, & regimen, & ſuo arbitrio regendi, & dominandi habeat poteſtatem. Dominus verò Eccelinus honorem Imperatoris preferendo, noluit regimen recipere memoratum; ſed potius illud Imperatoris Nuntio fecit dari, & concedi. Verumtamen ipſius conſilio, & voluntate cuncta diſponuntur, & fiunt per Paduanos. Obſides à Ciuibus, & Magnatibus pro tutiori ſtatu, tam ipſius, quàm Ciuitatis, & pro attendendis Domini Imperatoris mandatis, de cunctis exceſſibus contrà ipſum factis atq; commiſſis, plures, & in magna quantitate recepit, quos in ſuis terris illi Domini de Romano faciunt cuſtodiri. Habent nunc Domini de Romano cum Nuntio Imperatoris Ciuitatem Paduæ, tanquam deuictam, & ſuppeditatam, & (quicquid dicatur) ipſi Domini de Romano ipſam regunt atq; gubernant: & habent ſimiliter Ciuitatem Vincentiæ.

Forte. Contumaciter *pro* Contumacib.

Carturia factum.

Laus Alberici de Romano.

Eccelini laus.

Legendum In bellis.

Videtur abundare hæc dictio, Verumtamen; *aut certè*, Qui ſ illis, Dominus aũt Eccelinus, q cęteros pręcellens &c.

Paduani ſe ſubiecium Eccelino, & Imperatori.

Frater Iordanus auctor diſcordiæ Marchiæ.

Paduani offerũt Poteſtariã Eccelino, quæ datur Nuntiõ Imperatoris.

Domini de Romano Paduam ſubigunt.

Teruiſini autem multos nuntios mittunt Comiti Geboardo, & illis de Romano, quod recipiant Ciuitatem Taruiſij, quoniam & ipſi parati ſunt pro Domino Imperatore ipſorum obedire mandata. Intrauerunt Taruiſium, & pacificè per Nuntium Imperatoris ibi poſitum poſſiderunt, & ſuo arbitrio habent Ciuitatem; & ſimiliter arbitrio illorum de Romano regitur, & diſponitur Ciuitas Taruiſina. Modo habent illi de Romano ſua induſtria, & prudentia Ciuitates Veronæ, Tarvifij, Paduæ, & Vincentiæ, quamuis immoderatè deſtructæ, ad honorem Imperatoris acquiſitas, & ſibi ſubditas, & ſubpoſitas, & ſic totius Marchiæ nunc habent dominium, & poteſtatem, excepto, quod à quibuſdam, & paucis tantum impediuntur pacificè commorari, qui ſeueriſſimè per Imperatorem merito ſunt puniendi.

Idẽ Taruiſio potiuntur.

Verumtamen Dominus Albericus volens in puniendo rebelles Domino Imperatori, & ſibi, prędicti Domini Imperatoris pręuenire vindictam, apud Monturſium, Caſtrum Vgutionis Pilij, qui auctor fuit * conſpirantium contra Dominum Imperatorem, caſtrametatus eſt, illumquè per quadraginta dies ſtrictiſſimè obſidendo, die noctuquè cum machinis, & trabuchis, & baliſtis, militibus, & peditibus expugnando, tandem obtinuit; ſed inimicis, qui erant in Caſtro montis, & captiuitatis veniam, intermediantibus Vicentino Epiſcopo alijſquè viris religioſiſſimis, miſericorditer indulſit; & ipſius Caſtri dominium retinet, & Poteſtatem, quod factum ſic per rithmos accipias Lector, per me ipſum * eſſe notatum.

Mõturſiũ Caſtrũ Vgutionis Pily deuenit in poteſtatẽ Alberici de Romano.

Fortè melius, Conſpirationum.

Sapit Gloſſema tè eſſe.

Albericus nobilis, volens nunc puni re
Illum, qui præcæteris solet superbi
Vgutionem Pilÿ, viribus imbu tum
Illi vult adimere locum valdè tu
Monturſium nomine, locus nuncupa tur
Vt per hoc asperitas loci cognoſca
Sicut Vrſus aspero tactu nos pane ſcit
Sic greßus asperitas loci nos vile
Ille tamen prouidus, sagax Alberi cus
Vguzonis meritò factus inimi
Obsidendo taliter ipsum expugna uit
Quod deuictis hostibus ipse triumpha
Locum modo possidet idem Alberic us
Ploret nunc Vgutio taliter deuict
Locus hic pro modico poterat muni ri
Sic quod ipsum capere nulli possent vi

Quod non fuit tutus fecit auari tia
Et ipsa nocere potuit pigri
Nam, qui cupit alÿs sapè noce re
Sua debet cautius cuncta prouide
Quod cum is non fecerit, dignè potest fle re
Pauper factus incipit nunc ege
Nunc dicat Vgutio, quas possessio nes
Cuncta præsent undiquè sibi regio
Nam, si verum loquimur, omnibus prima tus
Est, nisi Monticulo, vbi stat fuga
Quod si non prospexerit, idem Alberi cus
Factus erit Dominus, eius inimi
Nam auarus merito cunctis spolia tur
Qui suum nil possidet, vt scriptura fa
Ne dum quod pro crimine læsæ maiesta tis
Cuncta debent procedere, sicut scimus sa

Quod propria culpa Castrum sic perdit amœnum,
Perpetuo doleat pigriditate sua.

De captione Fratris Iordani de Padua.

Pro Volentibus.

POst hæc Dominus Eccelinus prouidus,& discretus,inuento,quod Frater Iordanus Hypocrita cum pluribus contrà Imperatorem conspirauerat, * volentes Ciuitatem Paduæ de manibus,& potentia Domini Imperatoris eripere, ipsum Fratrem Iordanum captum misit in partibus suis custodiendum, donec Dominus Imperator venerit. Et cum Episcopus Paduanus de hoc fuisset indignatus, & cum maxima multitudine Clericorum, & Religiosorum venisset coram ipso Domino Eccelino, increpando, & redarguendo ipsum, quod tantæ fuerat præsumptionis, vt in ipsum Fratrem Iordanũ manus* injiceret violentas; ipse hoc audito ira, & indignatione maxima commotus, nolens ab aliquibus laicis, vel clericis in obprobrium sui, & Imperatoris impunè contempni, ab ipso Episcopo pignus duo millium marcarum argenti abstulit incontinenti, & eidem de prædicto facto impoluit silentium, pro quo facto plures Religiosi,quasi culpabiles sceleris, de Ciuitate fugierunt.

Mel. Iniecerit.

Castrum S. Bonifacij expugnatur ab Alberico.

Post hæc die Veneris proximè venientis iuit Dominus Albericus ad exercitum Veronensium cum Vicentinis, & apud Castrum S.Bonifacij castrametatus est cum trabuchis,illud Castrum fortiter expugnando. Et Dominus Eccelinus cum exercitu Veronensium ibi die Lunæ præcedentis positus erat ad obsidionem, & Commune S.Bonifacij cum Lombardis obsidendo Pischeriam. Die Iouis XII. exeunte hoc mense Augusto, separauerunt se ab obsidione, & data fuit illius loci potestas per pactum tantum amicis Dominorum de Romano, & suæ parti de Brixia, vt haberet occasionem recedendi.

Explicit hic Historia Gerardi Maurisij Iudicis, & Ciuis Vicentini.

Quid

Digitized by Google

Quid ſignificent Nomina,& Cognomina Eccelini,& Alberici fratrum de Romano.

QVi verborum ſignificationem non intelligit,quod audit negligit,hoc dicente * Doctore morum,qui ait: *Legere,& non intelligere,eſt negligere.* Et per Apoſtolum dicitur. *Si neſciero virtutem vocis,ero tibi barbarus, & tu mihi barbarus eris.* Vt igitur negligentiæ, ac barbaricæ locutionis vitium valeat euitari, quid ſignificent Nomina, & Cognomina Dominorum Eccelini,& Alberici fratrum de Romano,breuiter exponendo proponam. Sonat enim hoc Eccelinus, ideſt, *Venit lenitor:* * *Ecce lenitor noſter, atquè defenſor:* * cum ipſe ſit aſperorum lenitor,ſuperborum,atquè elatorum corrector,atquè depoſitor.* Ipſe enim de ciuibus Vicentinis,& Veronenſibus, qui quaſi diu carcerati fuerant per Paduanos,& Mantuanos immoderatè ſuperbos incluſi,& per potentiam ipſorum ſub ditione Marchionis Eſtenſis,& Comitis S. Bonifacij, tanquam ſclaui,& non liberi conſtituti. De quo facto in tantum cum ipſis condoluit, vt pro ipſis liberandis, non ſolùm proprias contempneret facultates; verum etiam animam pro ipſis ponere mortis periculo non * dubitauit, ſicut ipſum facturum Ioannes Apoſtolus indicauit. Dixit enim, quod frater pro fratre animam ponere debet, ſicut & Chriſtus ſuam pro nobis ponere non dubitauit. Et qui animam pro alio ponit, nihil ſibi eſt reliquum. Hoc verè fecerunt Domini de Romano, donec tantam ſuperbiam compeſcerent, & ipſos ſuperbos de ſede deponerent,& à ſeruitute, & ditione maligna populos liberarent memoratos. Ergò verè ſui nominis conſequutus eſt ſignificationem Dominus Eccelinus, quia venit, & aſpera leniuit, ſuperbos & elatos cum fratre ſuo Domino Alberico depoſuit, & ſubpeditauit; humiles autem exaltauit,& in ſuam priſtinam libertatem reſtituit. Ecceline magnum, & mirabile eſt nomen tuum, ſed tuum grandius reperitur ingenium, ſicut ſcriptum eſt.

Mens tua ſublimis ſuprà gentes eminet altè,
Grandius ingenio nec ſibi nomen ineſt.

Ecceline nobilis dignè corona
Cuiquè fauens omnia, quibus impera }ri
Valent infrà, deſuper, terra, quoquè ma
Salua ſalutifera tibi Prefectu
Cui totius Marchiæ ſtat commiſſa cu }ra
Nunc te laudat merito quamis creatu

Tu Dominus rerum cum ſis, lux alta dierum,
Et cui poſſe datum nunc maxima ſuppeditare,
Ac qui de paruis maxima ſæpè facis,

Deſideratur aliquid, vel p imperatori legendum, imperati.

Laudes Chriſto referas tuo Creato
*Qui te fecit * placidè nunc imperato* }ri
Per te rogent Dominum Angelorum Cho
Vinas, viuas tempore longo ſaluta
Tibi nunquam valeat quis æquipara
possent nos decipere, eligamus modo duodecim ciues Ciuitatis Vicentiæ, & sciamus voluntatem suam. Et sic fuerunt electi duodecim de Vicentia, videlicet D. Rodulphus Mussiatus, Leonardus de Meda, Andreas de Boino, Bonomus Medij, Guido de Milanis, Paganus Iudex, Simon de wlpe, Vgutio Guerrini, Martius Boxius, Petrus Strauoltus, Eccelinus de Marano, & Portus de Portis. Isti similiter quilibet per se cum D. Potestate Paduæ, & illi octo primi, & isti duodecim dederunt quadraginta quinquè ciues Ciuitatis Vicentiæ, & D. Rodulphus Mussiatus dedit vocem suam D. Porto de Portis. Et tunc D. Lambertarius Potestas Paduæ venit in conspectu Ambasciatorum de Padua, & dixit eis: *Nos habemus vnum Iudæum, qui tradidit vnum de duodecim.* Et sic D. Potestas Paduæ, & sui Ambasciatores prouiderunt, quòd illi, qui habebant quatuor voces à prædictis viginti de Vicentia, & abundè superius, deberent confinari: alij verò permanerent: & fuerunt octo de Vicentia confinati, videlicet quatuor illorum de Viuario, & alij quatuor. Illo tempore arsit carcer prope palatium, & fuit combustum Palatium Magnum Ciuitatis Vicentiæ.

Rodulfus Mussiatus.
Leonardus de Meda.
Andreas de Boino.
Bonomus Medij.
Vgutio Guerrini.
Martius Boxius.
Petrus Strauoltus.
Eccelinus de Marano.
Portus de Portis.
Carcer Palatij Vicentini comburitur, & Palatiũ Magnũ.

MCCXCI. Fuit D. Louatus Iudex Potestas Vicentiæ, & fecit bonum regimen, & fecit pingi, & scribi Historias de Palatio.

MCCXCII. Fuit D. Manfredus Scrouegnus de Padua Potestas Vicentiæ.

MCCXCIII. Fuit D. Simon de Hengelfredis de Padua Potestas Vicentiæ. Et tempore sui regiminis fuit combusta domus Palatij habitationis, vbi morabatur ipse D. Potestas, & Canipa Communis Vicentiæ: & omnes domus, & habitationes Palatij, & turris Palatij, & Campanę deuastatæ. Qui D. Potestas fecit bonum regimen, & destruxit malefactores multos, & dedit audaciam & vigorem Gibellinis, & depressit Guelfos, quoniam erat Imperialis. Et tempore sui regiminis fuerunt Paduani, & Vicentini in exercitu ad Brolium contrà Marchiones Estenses de Ferraria, & tandem consecura fuit pax.

Louatus Paduanus, vicentiæ Potestas, iussit pingi Historias Palatij.
Incendium alterum vicẽtiæ.
Paduani cum vicentinis pugnant contrà Marchiones Estenses.

MCCXCIV. Fuit D. Niçolaus de Castelnouo de Padua Potestas Vicentiæ. Et tunc inçeperunt stare tantum Potestates per sex menses: & tunc refacti; & estructi fuerunt capti, & confinati de Consilio. In prædicto millesimo fuit D. * Renaldinus de Magabutis de Padua Vicentiæ Potestas, qui potius credidit Guelfis, quam Gibellinis; & factæ fuerunt malæ æstimationes ponderum, & malo modo facti fuerunt Cataueres, & ex toto fuerunt depressi Gibellini. Et in exitu sui regiminis fuerunt positæ banderiæ in monte S. Martini super plateam Vicentiæ in diuersis locis ad armaturam Marchionis de Ferraria, qua de causa exuit, & ortus est maximus terror in Ciuitate Vicentiæ.

Potestates p sex menses tantũ.
Aldreuandinus d Mezabatibus *alijs.*

MCCXCV. Fuit D. Io: Franciscus de Padua Potestas Vicentiæ, qui processit ad inquisitionem de facto dictarum banderiarum, & duobus Vicentinis incisa fuerunt capita, & quamplures capti, & conducti Paduani. In dicto millesimo D. Engultus de Comitibus de Padua Potestas Vicentiæ, qui iam erat quasi mente captus; sed tamen fecit bonum regimen.

MCCXCVI. Fuit D. Bellebonus de Guarnerinis de Padua Potestas Vicentiæ, qui libenter studuit in Tullio. In millesimo prędicto fuit Fracalasta de Caodeuacca de Padua Potestas Vicentiæ, qui incidi fecit manum vni Prçsbytero, quia habuit rixam cum trombeta Paduanorum, qui erat ad custodiam Ciuitatis Vicentiæ.

Manus cui incisa vni presbytero vicẽtino.

MCCXCVII. Fuit D. Pax de Thadis de Padua Vicentiæ Potestas, qui fecit bonum regimen. In prędicto millesimo fuit D. Guido de Gabrielis de Nigro de Padua Potestas Vicentiæ, qui fecit bonum regimen.

MCCXCVIII. Fuit D. Simon de Vicoaggeris de Padua Potestas Vicentiæ. In prędicto millesimo fuit D. Antonius Pollafrixana de Padua Potestas Vicentiæ.

MCCXCIX. Fuit D. Nicolaus de Lucio Potestas Vicentiæ, qui associauit se cum D. Alberto della Scala, & fecit magnam Curiam ad festum Carnispriuij. Et dictus Albertus misit ei ad dictam Curiam plures, pulcrosquè dextrerios, & equos cum armaturis ad scalas: ita quod Paduani, & Guelfi de Vicentia multum timuerunt, quod illa Curia non foret bona. Et abinde suprà Paduani habuerunt dictum D. Nicolaum semper suspectum. In prędicto millesimo fuit D. Thebaldus de Englesco Potestas Vicentiæ.

Nicolaus de Lucio socius Alberti della Scala.
Festũ eiusdem tẽpore Carnispriuij.

MCCC. Fuit D. * Alenus de Terradura Potestas Vicentiæ. In prędicto millesimo fuit D. Bartholomæus de * Zerararijs Potestas Vicentiæ, qui fecit fieri portam Campi Martij.

Alijs Aylinus.
Verarijs *Vairino, & Ongarello.*

MCCCI. Fuit D. Paulus de Docto Potestas Vicentiæ. In prędicto millesimo fuit D. Ioannes de Caodeuacca Potestas Vicentiæ.

MCCCII. Fuit D. Ioannes de Caligine Potestas Vicentiæ. In prędicto millesimo fuit

Ioannes Ongarellus.

D.* Iordanus de Vigontia Poteſtas Vicentiæ, qui malum regimen fecit, & expoliauit quaſi omnes ruſticos, & diuites de Villis, & Ciuitate plures.

MCCCIII. Fuit D. Tiſo de Campo S. Petri Poteſtas Vicentiæ. In prędicto milleſimo, & in MCCCIV. Fuit D. Enſelminus de Engelfredis Poteſtas Vicentiæ, & ſtetit in regimine vſquè ad diem . . . . . & dicta die obijt. Et tunc DD. Tiſo de Campo S. Petri, & Iacobus de Carraria venerunt pro Communi Paduæ pro Supracapitaneis in Ciuitate Vicentiæ, & ſteterunt vſquè ad primum diem Auguſti.

Supracapitanei paduani in Ciuitate Vicentiæ.

Poteſtaria quãdo inceperint Kal. Ianuarij.

MCCCIV. Die primo Auguſti fuit D. Vitalianus de Lemicis de Padua Poteſtas Vicentiæ, & ſtetit vſq; ad primum diẽ Ianuarij. Et tunc inçęperunt Poteſtariæ prima die Ianuarij.

MCCCV. Fuit D. Rolandus de Guarnerinis de Padua Poteſtas Vicentię. In prędicto milleſimo fuit D. Henricus Paradiſus de Padua Poteſtas Vicentiæ.

MCCCVI. Fuit D. Simeon de Engelfredis Patauinus Poteſtas Vicentiæ, qui multum perſecutus fuit malefactores, & plures ſuſpendi fecit. In prędicto milleſimo fuit D. Zacho de Zachis Poteſtas Vicentiæ.

MCCCVII. Fuit D. Dentes de Lemicis Poteſtas Vicentiæ. In prędicto milleſimo fuit D. Antonius Caodeuacca Poteſtas Vicentiæ.

Gerardus de Albrico de Berica capitur, & condemnatur.

Adde Fecerunt rumorẽ.

Alberici eius filij mors.

MCCCVIII. Fuit D. Martinus Canis Poteſtas Vicentiæ, qui bonum, & legale regimen fecit. Et tempore ſui regiminis, quaſi in fine, filij D. Gerardi de Albrico de Berica,* de quo D. Martinus prędictus multum dedignatus fuit, quoniam fecerat inter eos fieri pacem, & fecit capi D. Gerardum prędictum, & valdè tormentatus fuit vſq; ad mortem, & poſteà ſub ſequenti regimine condemnatus fuit in pecunia, & filij banniti ad mortem, & in dicto rumore mortuus fuit quidam filius D. Gerardi prędicti, nomine Albricus. In prędicto milleſimo fuit D. Ioannes de Vigontia Iudex Poteſtas Vicentiæ, qui fuit ſapiens, & diſcretus, & bonus locutor, & fecit ſatis bonum regimen.

Singofredus miles de Arzignano.

Blaſij Guidonis Maij cędes.

Giraldellus malefactor.

Singofredi exilium.

MCCCIX. Fuit D. Ioannes Franciſcus Poteſtas Vicentiæ. In prędicto milleſimo fuit D. Petrus de Marſis Poteſtas Vicentiæ, qui erat Compater D. Singofredi militis de Arzignano. Qui D. Singofredus interfici fecit D. Blaſium Guidonis Maij de Vicentia Notarium, qui erat Gibellinus, in Villa de Montebello. Et quidã peſſimus malefactor, nomine Giraldellus, qui cum alijs malefactoribus interfecerat D. Blaſium prędictum, captus fuit cum duobus ſocijs ex ipſis malefactoribus, & omnes tres tanegliati fuerunt vſq; ad furcas, & ſuſpenſi. Et dictus D. Singofredus bannitus, & condemnatus ad mortem dicta de cauſa, & bona publicata.

MCCCX. Fuit D. Manfredus de Deſmaninis de Padua Poteſtas Vicentiæ. In prędicto milleſimo fuit D. Nicolaus de Lucio Poteſtas Vicentiæ.

Vicentia quo die, & anno erepta Paduanis.

MCCCXI. Fuit D. Ioannes de Vigontia Miles Poteſtas Vicentiæ, qui ſtetit ad regimen vſq; ad diẽ Iouis 15. Aprilis, & illa die Iouis expulſi fuerunt Paduani de Ciuitate Vicentiæ, & certi Vicentini tam Guelfi, quam Gibellini expectantes, ſecundum quod tractauerant, partem D. Imperatoris Henrici de Lucemburg, ſaliuerunt ſuper plateam Ciuitatis Vicentiæ cum banderijs, & confalonibus, ac Aquilis, & dederunt portam de Portanoua D. Epiſcopo Gebenenſi, qui venerat cum D. Imperatore, & Cane Grande della Scala, & * Ianizero de Piſis, qui fuit Vicarius pro D. Imperatore in Ciuitate Vicentiæ. Qui intrauerunt Ciuitatem cum magna quantitate militum, & peditum, & expulerunt D. Paduanos, & qui erant ad cuſtodiam Ciuitatis. Et dictus D. Ioannes Poteſtas captus fuit cum tota eius familia, & tandem relaxatus. Et illi de Triſſino, & filij D. Egani de Arzignano, & plures alij Vicentini, & Bonerius filius Comitis Beroaldi, qui extiterant banniti per longum tempus, redierunt in Ciuitatem, & reddiræ fuerunt ipſis ſuæ poſſeſſiones. Et D. Morandus de Triſſino, qui iam fugerat in Caſtrum S. Petri, & D. Vgutio de Arzignano, volens fugere in dicto caſtro, capti fuerũt, & carcerati. Et dictus D. Morandus condemnatus fuit in duo millia florenorum aureorum, quos ſi nõ ſoluiſſet infrà decem dies à tempore publicatę ſententiæ, quod caput ei foret amputatum. Et tandem ipſe ſoluit, qui etiam confinatus fuit ad quoddam Caſtrum, nomine Plombinum, & D. Vgutio prędictus relaxatus fuit. Et multa alia facta fuere in Ciuitate, quæ foret difficilius enarrare. In dicto milleſimo ſtetit prędictus D. Ianizerus Vicarius in Ciuitate Vicentiæ pro D. Imperatore circà quatuor mẽſes. Et poſt ipſum venit pro Vicario D. Imperatoris D. Aldrighetus de Caſtrobarcho, qui bonum regimen fecit, & ſtetit in Vicariatu vſq; ad menſẽ Februarij MCCCXII.

Vanizero pe-iarino.

Ianizerus de piſis vicarius Imperatoris vicentiæ.

Rouerius F. Comitis Beroaldi.

Morandus de Triſſino.

Vgutio de Arzignano.

Plombinum.

Aldrighetus de Caſtrobarcho vicarius Imp. vicentiæ.

Canis Grãdis della Scala vicarius Imperialis vicentię.

MCCCXII. de Menſe Februarij prima hebdomada Quadrageſimę venit D. Canis Grandis della Scala Vicarius Ciuitatis Vicentiæ pro D. Imperatore, qui tempore ſuę Vicarię fecit multa mirabilia.

Finis ſupplementi Chronici Nicolai Smeregi.

RICCIARDI
S. BONIFACII COMITIS
VITA
Magnum rerum tum gestarum, & Exemplum
gubernandi patriam exhibens virum.
AUCTORE
IOANNE ALTOVITE
CIVE PISANO.
Ad Illustrem, & Clarum
PRINCIPEM IULIUM
Romi Rei Iconum publicum moderatorem.

Digitized

RICCIARDI S. BONIFACII VITÆ EPITOME.

RICCIARDVS, *Ludouici Sancti Bonifacij filius, Veronensis, tùm antiquitate generis & maiorum gloria, tùm propria virtute inter maximos Guelphæ factionis Duces, & Proceres sua tempestate floruit. Adolescens ea fuit indole, & fortitudine præditus, vt non modo de eo benè sperare; sed confidere homines possent, talem futurum, qualem se se ipse mox procedente ætate rerum gestarum magnitudine præstitit. Diris enim Guelpha, & Gibellina factionibus sub Friderico Augusto magis, magisq; tota Italia sæuientibus, cum Verona, morem aliarum omnium Ciuitatum sequuta, bifariàm scissa, iamanteà duas nobilissimas familias factionum capita constituisset, Guelphamquè partem Comites S. Bonifacij, Gibellinam Monticuli tuendam suscepissent, Ludouicus S. Bonifacius, vir potens, & bellicis artibus insignis, non modò familiæ; sed Guelphorum omnium Veronensium Princeps, virtute præsertim Ricciardi F. impigri, fortissimiquè adolescentis, auxilijsquè Azonis Atestini, Gibellinas partes Verona exegit; *: Ludouico Veronæ Prætore constituto. Ricciardus copiarum Præfectus arcem Ossenici montanam, natura & arte munitissimam, ac pænè inexpugnabilem, quam Ribaldus Turrisendus iamdudum occupatam, latrocinijs infamem reddiderat, propugnatoribus, duro ac desperato hominum genere, maxima ex parte cæsis, vicit, cæpit, euertit. Monticulos hostes, qui patria exterres Gardæ, & Pischeriæ arcibus, præsidio, muris, & situ validissimis, se munierant, ab Azone Prætore adiutus, breui ad deditionem adegit: multifariàmquè rebus Gibellinorum contritis, factioni, patriæqnè quietem aliquantulum peperit. Azoni Atestino recuperandæ Ferrariæ, qua à Salinguerra Taurella fuerat exturbatus, præcipuum extitit adiumentum. Vna cum ipsomet Azone nonnullas Etruriæ Ciuitates, & Oppida ab Othone Augusto Ecclesiæ ademptas, bello receptas, Pontifici restituit. Fridericum Secundum Imperatorem, Genuæ exceptum, cum Azone, ac Monferratensi Marchione, Papiam primum, inde Cremonam, mox Mantuam, deinde Veronam perduxit: eundem solus cum Veronensibus vsquè ad Alpium angustias persequutus est. Vita functo Ludouico patre, tota eius factio ex improuiso, Ricciardo absente, Verona ejcitur. Ipse iniuriæ vindex, plurima clientum manu contracta, Azonem Perticonem, Verona Prætorem, quo potissimum impulsore illud sibi, & suis detrimenti acciderat, vrbe & magistratu cum fautoribus exegit. Inde Prætor Veronæ creatus, Cremonenses, ac Regienses, qui exercitibus coniunctis Gonzagam, Mantuanorum Oppidum, obsidebant, à Mantuanis in subsidium accitus, ab obsidione expulit. Huius viribus auctus Azo Nouellus, superioris Azonis F. Ferraria pulsus, patriæ restituitur: pellitur ipse, improuiso inuasus, Verona, coniuratione in eum ab omnibus Optimatibus Veronensibus, cunctisquè Gibellinis, & Eccelino de Romano secretò inita. Paulò post restitutus, eadem conspiratione denuò Veronæ impetitur, & captiuatur. Pro illius liberatione Patauini, Vicentini, Mantuani, Azo Atestinus Marchio preces, auctoritatem, arma expediunt. Incassum primò experiuntur. Rectoribus deinde Lombardiæ accedentibus obtinent. Carcere dimissus vnà cum Azone Atestino, Conilianensibus contrà Taruisinos, Oppidum circumsedentes, opem tulit: fusis, fugatisquè hostibus obsidionem soluit. Extorris patria, inimicorum pagis, prædijs, villis sæpissimè igne, ferro populabundus imminet, vastatisquè latè agris,*

*: *Melius.* Azone, *vt in Vita, & ijs, quæ sequuntur paulò post.* Ab Azone Prætore adiutus, &c.

RICCIARDI
S. BONIFACII COMITIS
VITA.

GEntem Sanbonifaciam Troiano à sanguine originem duxisse nonnulli autumant, quod nec inficias ire, nec affirmare libet. Quid enim, quod nesciam, negem? quid illud veritate attestari, cuius nulla historia, nulli annales, quorum fides ab antiquis monumentis pendeat, mihi sint argumentum? Equidem, ex antiqua Progenitorum prosapia, virtute & opibus clarissimorum, trahere sanguinem glorioſum non inficior; verum cum nobilitas veritate consistat, si assentatione, vanisquè blandientium sermonibus nitatur, apud graues & sapientes viros dispendium potius, quam lucrum puto; periculosaquè admodum res est, ne vbi fictio vna ex parte emergat, laudū certarum fides & ornamentorum ruat. Ab eodem quoquè fonte familiam hanc deriuasse, quo Estensis, quidam perhibuerunt. Cęterum, cum huius clarissimæ stirpis, auctores vetustissimi extiterint, quos virtute prędditos eximia (cum tot veræ nobilitatis ornamenta in posteros traduxerint) haud dubitandum, expedita res est, ab octingentis hinc annis, eam domi, foriſq; fama rerum gestarum, potentia, Oppidorum Castrorumq; dominatione inter lectissimas Italiæ claruisse, multisquè Pontificijs ac Imperatorijs diplomatibus (cum diuersis arduisquè illorum supremorum Principum negotijs, & expeditionibus tum ciuilis, tum bellica illius virtus, opes, & potentia maximè profuerint) priuilegijs, exemptionibus, concessionibus, donationibus, & iurisdictionibus decoratam, & auctam, & vtraquè in propagine ortos, tum Marchiæ, tum Lombardiæ, inter Pontificiæ factionis primarios semper habitos. Et quamquam Caroli Magni potentissimi Imperatoris vsquè temporibus, pleroſquè bello, & pace insignes viros per tempora Italia edidit; vnus tamen Ricciardus, cuius nunc vitam describendam suscipimus, potentia, dignitate, bellicæ virtutis gloria cęteros, quorum memoria ad nos peruenerit, longè superauit. Viguerat Veronæ per multos anteà annos inter nobilissimas Ciuium familias, Veronensium internæ factionis odium, vetustaquè per manus auorum tradita armorum, & sanguinis disceptatio. Hinc Monticuli; Crescentij, sociaq; factionis domus: inde Comites S. Bonifacij, eorumquè partibus studioſi, & adhærentes, Ciuitatem in duas scindentes partes, crebris seditionibus, diris inter se cędibus ac incendijs debacchabantur: habebatq; vtraquè pars externos assectatores, factioſos viros, qui aut huic, aut illi parti, vbi occasio postulabat, pręsto erant. Vesania hæc priuata mox Friderici Ænobarbi Imperatoris temporibus, perniciosis, ac infandis Gelphorum, & Gibellinorum ortis nominibus coaluit, quæ factiones vniuersam Italiam, in duas distractam partes, Gibellinis Imperij, Gelphis Ecclesiæ auctoritatem, parteſquè sequentibus, per multos postea annos obtinuere, atquè ad vltimum penè exitium redegere. Nequè enim solùm aliæ Ciuitates Imperatorem, aliæ Pontificem sequutæ, eorum summorum Principum causis rebusquè fauentes, infestis inter se animis, atquè armis decertarunt; sed in ipsissimet patriæ viscęribus etiam, quasi priuatæ fortunæ maximi horum, & horum interesset, hinc Gibellinum aliquem, inde Gelphum in Ciuitate esse, eò furoris, ac dementiæ processere, vt pellere Conciues Vrbibus, & spoliare bonis inexpiabili odio contenderent. Comites S. Bonifacij partes Gelphas, Monticuli Gibellinas suscepere, priuataquè cum publicis odia coniungentes, diffidia, quæ miserè ardebant, perditè inflammarunt. Verùm, cum aliquando Veronæ ciuiles discordiæ Romanorum Pontificum Lucij III. ac Vrbani III. qui eam Ciuitatem tunc temporis incolebant, auctoritate, & interpositione iacerent, Lucij obitu, discessuquè Vrbani, ruptis quasi retinaculis, se se denuò fœdiùs erexere. Anno si-
1184 quidem 1184. III. Idus Maij Ceresius Monticulus, perditis moribus, ac immani audacia iuuenis, Alexandrum Comitem S. Bonifacium, auunculum suum, nulla iniuria læsus, tantùm veteſto factionum odio, malè eo vsquè sopito, excitato, nil tale cogitantem, gladio improui-
1205 sò petitum, trucidauit. Hæc cædes innouandæ factionis causa fuit, qua sæuiente anno 1205. Oppidum S. Bonifacium, Comitum sedem, Ecclinus, cognomento Monachus, in Monticulorum factione, cremauit. Huius incendij occasione Bonifacius Comes, Sauri F. Pridiè Idus Maij,

Gentis Sanbonifacię origo, & antiquitas.

Nobilitas eiusdem.

Ricciardi S. Bonifacijlaus.

Veronę factiones duæ. Monticuli. Crescentij. Comites S. Bonifacij.

Gelphi, ac Gibellini passim imperante Federico Aenobarbo.

Comites S. Bonifacij Gelphi, Monticuli Gibellini.

Sedatæ ciuiles discordię Veronæ, denuò recrudescunt.

Ceresius Monticulus.

Alexandri Com. S. Bonifacij cędes.

Ecclinus Oppidum S. Bonifacij cremat.

Bonifacius Comes Sauri F.

Maij, aduerſæ factionis domos nonnullas Veronæ vaſtauit; & cum Gelphorum pars præualuiſſet, virtute potiſſimum Ricciardi, Ludouici S. Bonifacij F. tunc penè imberbis, impigri, ingentiſquè ſpiritus adoleſcentis, Monticulis Vrbe pulſis, Azo Eſtenſis Marchio, auctore Ludouico Ricciardi patre, Prætor Veronæ creatur. Cæterùm cum Eccelinus Monachus, & Salinguerra Taurellus, Gibellinæ factionis in omni Lombardia principes, à Monticulis Vrbe exulibus in auxilium vocati, Veronam cum extorribus, ac ingenti ſuarũ partium exercitu menſe Maij improuiſi aduenirent: tuncquè pugna commiſſa Gelphi ſuccubuiſſent, ij omnes cum Prætore Azone, Ludouico, Ricciardo, ac alijs San Bonifacijs Comitibus Vrbe exiguntur, Mõticuliſquè reſtitutis, ex eorum auctoritate Odoricum Vicecomitem Mediolanẽſem, Prætorem Veronæ conſtituunt. Azo interim Ateſtinus, Ludouicus, & Ricciardus cum Gelphis, reparatis viribus, Romaniolorum, Lombardorum, ac Mantuanorum copijs Veronam proximo Septembri armati repetiere: ac Vrbe ingreſſa, in Foro Boario cum Odorico Prætore, Eccelino, Salinguerra, ac Monticulis acriter dimicatur. Victis Gibellinis, Eccelinus ipſe capitur, Salinguerra, & Odoricus fuga ſaluti conſulunt; Monticulorum, fautorumquè domus, & palatia Veronæ euertuntur; homines exulantur, bona proſcribuntur. Qui euaſerunt, alij Gardam arcem, alij Piſcheriam confugiunt. Azo iterùm Veronenſem Præturam aſſumit, atquè anno ſequenti ad Gardæ, Piſcheriæquè oppida expugnanda cum Ludouico, & Ricciardo, plurimaquè Veronenſium, ac Mantuanorum auxiliantium manu progreſſus, breui Monticulos ad deditionem adegit, atquè Ateſte carceribus cuſtodiendos tranſmiſit. Hac clade à Gelphis Gibellinis illata, res Veronenſium, altera factione ad internecionem ferè oppreſſa, aliquantulùm quieuere. Interim Otho Quartus Cæſar anno 1209. cum in Italiam deſcendiſſet, Romam iter intendens, vt Imperij diadema à Pontifice Maximo ſuſciperet, & Veronam veniſſet, Prætore eo anno Guliclmo Rangonio Mutinenſi, concordiæ inter factioſos Conciues ſtudens, Monticulos è carceribus, in quibus Ateſte erant, relaxari mandauit, coſquè patriæ reſtituit, ſœduſquè, quantum fieri potuit, inter malè animatos Ciues, partiumquè Duces compoſuit. Paulò poſt Azo Ferraria à Salinguerra, auxiliantibus Saſſinello, & Giliolo Ferrarienſibus Ciuibus, exturbatus, quò iniuriam vlciſceretur, ad amicorum auxilium conuerſus, cum Ludouicus Sanbonifacius cum filio Ricciardo, ſuorumquè copijs non ſpernẽdis præſtò fuiſſet, aliaq; hinc inde Azo auxilia contraxiſſet, rem minimè opinantibus inimicis, Ferrariam profectus, Hugonem Othonis Imperatoris Vicarium vnà cum Salinguerra Vrbe deiecit, quo in facinore Ricciardi opera in primis enituit. Præturam Veronæ per id tempus Realdinus de Carceribus agebat. Eo demùm Prætura defuncto, Ludouicus S. Bonifacius in officio ſufficitur, quo mandante Ricciardus F. copiarum Veronenſium Dux, arcem Oſſenici, inter anguſta Cluſarum ſitam, quam latrocinijs, alijſquè ſcelcribus Ribaldus Turriſendus, qui eam diu obtinuerat, infamem reddiderat, vario labore, & periculo, quòd erat tum natura, tum artificio duris, fortiſſimiſquè pugnatoribus munitiſſima, expugnat & euertit. Vigebat ea tempeſtate inter Othonem Auguſtum, & Fridericum Cæſarem diſſidium, eaquè fuit ſchiſmatis occaſio, quòd Otho quædam Hetruriæ Oppida, quæ à Pontifice; alia verò in Campania, quæ à Friderico Siciliæ Rege tenebantur, nulla Pontificis, nulla Sacramenti habita ratione, quò ſe Eccleſiam Romanam, & patrimonium eius, nec non Regnum Friderici, ipſi Eccleſiæ commendatum, defenſurum iurauit, eo quæſito colore, quòd Regni Italici iuris eſſent, copijs protinus miſſis occupauit. Inde in deteriùs prolapſus, Viterbium, Montemfalconem, Vrbem veterem, & Peruſium, Patrimonij oppida, quondam à Comitiſſa Matilda Eccleſiæ Romanæ donata, in ſuam ditionem redegit: quandam quoquè Apuliæ partem hoſtiliter inuaſit, ac bellum Friderico apertè intulit. Pontifex, poſtquam per Legatos Othonem à malis conſilijs auocare nequiuit, nihilquè profecere exhortationibus ſenſit, ſolemnem in eum deteſtationem exprompſit, qua illum communione Piorum ſummouit, ſacramentiquè religione Principes omnes, & populos illi quouis iure adſtrictos ſoluit. Hinc Rex Bohemiæ, Duces Auſtriæ, & Bauariæ, Landgrauius Turingiæ, & Archiepiſcopi Mogontinus, & Treuerenſis ipſum Othonem concordibus votis deſeruere, ac Fridericum in Apulia commorantem, Germaniæ Regem ex auctoritate Pontificis deſignant, eumquè ad coronam accipiendam inuitant. In Italia pariter multæ Ciuitates, Principes, & Proceres eundem relinquunt, ſequè cum Friderico coniungunt, inter quos præcipuè Azo Eſtenſis, Ludouicus, & Ricciardus S. Bonifacij. Sequenti anno, Henricus Principum Germanorum, ad Fridericum, & Pontificem Legatus, S. Bonifaciorum ſuaſione, Veropæ ſubſtitit, vt Friderico ſtudia Veronenſium compararet. Otho, vt ſibi abrogatum Imperiũ à Pon-

1209

Azo Eſtenſis Marchio, Verona Prætor.

Pellitur cum Sanbonifacijs. Monticuli patriæ reſtituuntur.

Odoricus Vicecomes Mediolanenſis, Verona Prætor.

San-bonifacij cũ Azone Verona repellunt: Monticulos & eorũ fautores pellunt.

Eccelini captio.

Azo iterum Veronæ Prætor Monticulos capit.

Otho IV. Imp. Monticulos libere Veronam ſe recipiunt.

Guhelmus Rãgonius Mutinenſis, Veronæ Prætor.

Azo Ferraria exturbatur. Potitur eadem, Hugo Othonis Imp. Vicarius Ferrariæ.

Realdinus de Carceribus, Veronæ Prætor.

Ludouicus S. Bonifacius Veronæ Prætor.

Oſſenici arx euertitur à Ricciardo S. Bonifacio.

Ribaldus Turriſendus latro.

Schiſma inter Othonẽ Aug. et Fridericum Cæſarem.

Dira Pontificis in Othonem occupatũ Vrbes Eccleſiæ.

Fridericus, abrogato Othoni Imperio, renũciatur Rom. Cæſar.

Henricus Germano rũ Principũ Legatus.

Othonis tranſitus in Germaniam.

à Pontifice,nonnullisquè Germanorum Principibus intellexit, relicta Apulia in Germaniam transit. Eam nactus opportunitatem Innocentius Pontifex,Azonem in Hetruriã aduocauit, qui vnà cum Ricciardo Comite,aliquotquè alijs militia claris Veronensibus Nobilibus, quos Vrbs ipsa, Pontifici auxilium cum haud modica suorum Ciuium manu in eam expeditionem piè transmiserat, Ecclesiæ omnia per Othonem in ea regione occupata restituit. Fridericus interim nouis suorum precibus stimulatus ex Apulia in Germaniam proficiscitur, ac Romam progressus,omnia rerum gerendarum consilia cum Pontifice contulit. Romæ susceptum Genuenses cum triremibus suis Kalendis Maij Genuam deuexerunt, vbi à Marchionibus Atestino,& Monferratensi,& Ricciardo S.Bonifacio exceptus Papiam Idibus Iulij,inde Cremonã, mox Mantuam,deinde Veronam perductus est. Ricciardus cum cum Veronensibus vsque ad Alpium angustias est prosequutus. Interim Azo cum Salinguerra pace composita,eoq; Ferrariæ recepto, Aldobrandino Filio ditionum hærede relicto, vita decessit. Eodem anno & Ludouicus S. Bonifacius moritur, viri per ea tempora, virtute, & potentia insignes. Ob Ludouici decessum S. Bonifacij Proceres, toraq; eorum factio absente Ricciardo à Gibellinis Verona expelluntur. Propterea Ricciardus,qui paternas partes,totius factionis Princeps, regendas assumpserat, Azonem Perticonem strenuum Virum Veronæ Prætorem, quò potissimùm impulsore hoc sibi,& suis detrimenti acciderat, plurima clientum, & sequacium manu coacta, non sine magna Ciuitatis clade,Vrbe & magistratu cum fautoribus exegit,in quo tumultu Petrus Mandura,Comitum S.Bonifaciorum satelles, partem Prætorij Veronensis incendio consumpsit,Ricciardus Prætor Veronę constituitur. Sub eius Prætura cum Cremonenses, & Regienses exercitibus coniunctis Gonzagam oppidum vltrà Padum ditionis Mantuanorum obsiderent, Mantuani à socijs Veronensibus auxilium petiere, communibusq; copijs Duce Ricciardo Prætore hostes à Gonzagæ obsidione submouerunt. Aldobrandino Atestino iam anteà veneno sublato, Azo frater,quem *Nouellum* vocabant, successit, Hunc Pontificias partes constanter asserentem Salinguerra Ferraria expulit. Azo iniuriam non tulit; sed Bononiensibus, Romaniolis,nec non Ricciardo cum eius factione cum Ecclesia sentientibus,accitis,Ferrariam à parte Padi magno opportunarum rerum apparatu obsedit,quo Salinguerra permotus Azonem in Vrbem recepit. Mox vbi armorũ metus recessit, populum vsq; adeò in eum inuitauit,
1224 vt rursus inde exire cum non modica suorum cæde compulerit. Azo postmodum,anno 1224. exul,recuperandæ Ferrariæ cupidus,auctore Ricciardo societate inter Rempublicam Veronẽsem,& ipsum Azonem inita,Bononiensibus quoq; auxiliantibus,bello Ferrarienses, & Salinguerram petit, Frataq; Oppidum Ferrariæ, quod à Salinguerra præsidio tenebatur, diu obsessam,tandem vi captum,& à solo euersum est;omnibus in eo repertis interfectis. Frata capta, & dirupta, Arcem Bondeni suprà Padum sitam Mense Septembri obsidione cinguut; verùm foedis Autumni tempestatibus fracti rem imperfectam relinquere coguntur. Salinguerra tanta armorum mole territus, fraude agena,consultus verba de pace intulit, & Ricciardum, tanquam de pacis conditionibus tractaturus,Ferrariam vocat,eumq; contra iusiurandi fidem capit,& carceribus mancipat,cæterum & potentia Azonis, qui cum ea de re exanduisset populabundus Ferrariensem agrũ latè excurrebat,incendijsq; ac prædis vexabat;tum etiam Rectorũ Lombardiæ,perfidiam hominis improbantium,mandatis coactus,eum paulò post liberum dimisit. Huius belli occasione Salinguerra Eccelinum iuniorem, dictum de Romano, Eccelini Monaci filium,sororium suum, tunc primum ad bellicas res gerendas excitauit, annum agentem trigesimum, iuuenem impigrum, sæuum,audacem,callidum, & factionis Gibellinæ Maio-
1225 rum suorum exemplis studiosissimum. Anno mox sequenti omnibus penè octuaginta Senatoribus,è factione Gibellina Veronæ creatis, Leone de Carceribus auctore,valida inter Optimates,& Monticulos coniuratio machinata est, vt Gelphos, & Comitis Ricciardi, & Marchionis Atestini factiones Vrbe eijcerent, quæ cum statim executioni mandari nequiuerint, sub anni finem protracta coniuratione fortiùs erumpente, Gibellini ingenti Clientum, & Satellitum manu,quàm paulatim secretò contraxerant, Ricciardum imparatum adorti sunt: qui licet cum paucis ex familiaribus,socijsq; nonnullis, qui in re tam subita ad eum accurrerant,contrà strenuissimè dimicando per horam, & amplius steterit, nec inultam omnino iniuriam acceperit, numero tamen obrutus Vrbe exire coactus est,continuoq; tota eius factio,Gelphi ferè omnes, patria exacti sunt,bonorum publicatione & exilio mulctati; domus,& turres à solo prostratæ: Leo ipse conspirationis auctor Dictator Reipublicæ, quem *Capitaneum* populi vocabant, factus est. Is contra Ricciardum, & alios inimicos Gelphos Salinguerræ Ferrariensis,& Eccelini de Ro-

Azo cum Ricciardo recuperat Ecclesia ab Othone occupata.
Federicus heres Pontifici.
Iter eiusdem per Italiam.
Azonis obitus.
Obitus Ludouici S. Bonifacij.
San-bonifacij iterum Verona pulsi.
Azo Perticonis Verona Prætor.
Pellitur à Ricciardo S.Bonifacio.
Petrus Mandura.
Ricciardus S. Bonifacius,Verona Prætor, Gonzagam oppidum obsidione soluit.
Aldobrandini Atestini mors.
Azo Nouellus.
Aldobrandini successor, Ferraria pellitur à Salinguerra.
Recepius in eã dẽ domo pellitur.
Intendit recuperationi Ferrariæ.
Fratã obsidet, & euertit.
Bondeni arcẽ tenuat.
Salinguerra Ricciardum S. Bonifacij prodit, & capit.
Cogitur eundẽ libertati pristinæ reddere.
Eccelini III. mores, & annus, quo bellare cœpit.
Senatus Veronensis anni 1225.
Leo de Carceribus.
Gibellinorũ Veronensium coniuratio contrà Gelphos.
Gibellini vincunt.
Ricciardus cũ omnibus ferè Gelphis expellitur.
Leo de Carceribus Capitaneus Verona.

Anno 1. Ab quorum participatione Apostolus Dominus Iesus Christus non separavit
1. Cor. 11. Corinthios, quando eos ad communem mensam vocavit, dicens: Quicunque manducaverit panem hunc, aut bibit calicem Domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini. Et Apostolus Paulus ad Corinthios scribens, ait

ad res componendas Ciuitatibus indixerat; ſed etiam Henricum, ſiue (vt alij malunt) Henricium filium, Principeſq; quos è Germania in Italiam euocarat, anguſtias Alpium, quas *Cluſas* vocant, penetrare, ac Rauennam Patrem adire prohibuerunt. Interim Legati Pontificis, cum Veronam veniſſent, factiones inteſtinis diſcordijs ſæuientes ad concordiam redegere. Verùm paullò poſt eorum diſceſſum, rurſus, Ricciardo Vrbe egreſſo, ad inſaniam redeuntes, agros mutuis vexare maleficijs perrexere. Eccelinus prętereа, vt Ricciardum dolo interciperet, nocte Paraſcenes, Caſtro ipſius Calderio ignem occultè ſubijci curauit, eòq; continuò, quaſi in re improuiſa, ſubſidij ſpecie cum paucis aduolauit, cum tamen anteà in propinquo magnam armatorum militum manum in inſidijs collocaſſet. Quò cum Ricciardus, inſidiarum ignarus, Vicentinorum cohorte roboratus contendiſſet, vbi in conſpectum eſt ventum, accenſis vtrinq; animis, nulla prælio facta mora eſt: cumq; de induſtria pedem Eccelinus referret, in inſidias Ricciardum pertraxit. Hinc non paucis è ſuis amiſſis, ipſe vix fuga elapſus eſt. Quod factum Mantuani, Brixienſes, Bononienſes, & Fauentini ægrè ferentes, iunctis copijs, ipſo Ricciardo Duce, agrum repente Veronenſem incurrerunt, atq; ignem multis Caſtellis, & pagis Monticulorum, aliorumq; Eccelino adhærentium applicuerunt. Hinc Conilianenſibus, circumſeſſione Oppidi ab validiſſimo Taruiſinorum exercitu laborantibus, opem vnà cum Azone Ateſtino tulit; Taruiſiniſq; profligatis, multis eorum prælio cæſis, pluribus Atheſis vorticibus abſumptis obſidionem ſoluit. Suorum ſolus priorum clientum, nec non Mantuanorum, apud quos adeò gratia, & auctoritate valebat, vt eos ad nutum, quoçunq; vellet, impelleret, delectu habito, conſcriptaq; virorum manu, numero haud grandi; ſed robore, & fortitudine inſigni, poſtquam in patriam Eccelini, & Gibellinorum potentia, qui Vrbi dominabantur, aditus non patebat, per aliquot menſes inimicorum in prędia, pagos, & Caſtella agri Veronenſis impetum faciendo quotidie, modò in eam, modò in illam partem, armatus ferebatur, eaq; celeritate vtebatur, & aſtu, vt vbi minimè timeretur, ſæpiùs appareret. Vir ſiquidem animoſus, ingentis ſpiritus, & ad quæq; ſubeunda pericula paratiſſimus, cui corpus mirabiliter diſpoſitum erat ad celeritatem, & laborum tolerantiam, inimicorum bona vaſtabat, diripiebat, abigebat; omnia, cædibus, rapinis, incendijs, terrore complebat: ad ipſius etiam vrbis mœnia quandoq; repentè applicabat, reſq; eò deuenere, vt Vrbs pœnè ab extorribus Veronenſibus obſeſſa videretur; nec ijs malis Vrbani Veronenſes, & Eccelinus facilè occurrebant. Quod ſi exercitus vrbe in Ricciardum emittebatur, in irritum cedebat expeditio contrà hominem inuadendi, & euadendi peritiſſimum, callidum, & non iuſta acie, nec ſtabili prælio (quòd tantæ Ciuitatis viribus impar eſſet) ſed tumultuarijs certaminibus expedita, ac leui manu, & varijs ſemper artibus inſultantem, & eludentem. Ità ſe Ricciardus habebat, cum Pontifex clades, & detrimenta in dies magis ex factionum altercationibus, & certaminibus in Ciuitatibus gliſcentia contemplatus, omni ſibi poſſibili ratione prouidendum duxit, ne Hydræ capita vlterius multiplicarent. Propterea Fratrem Ioannem Vicentinum, ex Ordine Prędicatorum Theologum, Virum ea tempeſtate doctrina, & ſanctitatis opinione pręſtantem, Legatum in Marchiam, & Lombardiam deſtinauit, quòd ſummam eius eloquentiam, ac miram apud populos auctoritatem acceperat. Hinc ille Bononia, quam tunc incolebat, Patauium progreſſus, pacem inter diſſidentes Ciues compoſuit. Perſpectis itidem Ricciardi, & eius partis animis, haud quaquam à compoſitione auerſis, Veronam acceſſit, ibiquè ſummo honore exceptus, pacem, quanta maxima contendere eloquentia potuit, in foro perſuadere perrexit, ac ſic omnes concione ſua permouit, vt Eccelinus etiam, qui omnes homines morum immanitate eo ſæculo ſuperauit, manantibus lachrimis promiſerit, ſe de omnibus controuerſijs, quæ inter ſe, & Ricciardum intercederent, ipſius arbitrio ſtaturum, quod idem quoq; Ricciardus, in Vrbem fide publica acceptus, ſe facturum & ſeruaturum eſſe iurauit. Mox Ferrarienſibus cum Salinguerra eorum Regulo, Mutinenſibus, Patauinis, Taruiſinis, Vicentinis, Mantuanis, Brixianis, Veronenſibus, Comite Ricciardo cum ſua factione, Eccelino, Monticulis, Comitibus de Camino, quorum omnium populorum animos facundiſſimis pijsq; concionibus iam anteà ad pacem declinauerat, in ſuburbio Veronenſi *Tomba* ſecundum Atheſim aduocatis congregatiſquè, ex ſuggeſto inibi erecto, inter Ciuitatum Carrocia, elegantiſſima oratione habita, qua pacis bona, diſcordięq; mala, & detrimenta cum diſertiſſimè ſubieciſſet, pacem inter partes tranſactam, & fœdus pronunciauit, legibusq; fœderis, & concordiæ recitatis, ipſam iurciurando, atq; oſculis inuicem vtrinq; oblatis approbari, & confirmari iuſſit. Et quo concordiæ vinculum inter Comites S. Bonifacios, & Azonem, alioſq; factionis proceres, & Eccelinum, & factionem eius arctius

Factiones Veronenſes ad cõcordiam redigunt.

Eccelinus Ricciardũ dolo ſtudet intercipere.

Calderio ignẽ admouet.

Pugna inter Ricciardũ, & Eccelinum.

Ricciardus Eccelini inſidijs circũuenitur.

Agrum Veronenſem incurſat.

Conilianẽſibus auxiliatur.

Inimicorũ prędia, pagos, & Caſtella diripit.

Ricciardi natura, & laus.

Verona pœnàb extorribus obſidetur.

Ricciardi peritia militaris.

Fratris Ioãnis Vicentini Legatio in Marchiã, & Lombardiam.

Compoſitio pacis inter Patauinos.

Cõcio Veronę, Eccelini immanitas ea concione lenitur.

Cõcio eiuſdem altera in ſuburbio Tomba.

Initæ pacis, & concordiæ capitula recitata.

Plate 1944. Rabbit and Pheasant. Unmarked. Measures 6 1/2" x 4 1/2". Pheasant 3 1/2" high. Rabbit 3" high. Pheasant has a red head, white neck, brown body, and a long tail. Rabbit is white with pink ears and nose. Pheasant is standing on a mound of grass. Rabbit is sitting on a mound of grass. Pheasant is looking at the rabbit. Rabbit is looking at the pheasant. Pheasant has a long tail. Rabbit has a short tail. Pheasant has a red head. Rabbit has pink ears. Pheasant has a white neck. Rabbit has a white body. Pheasant has a brown body. Rabbit has a white body

1240 1240. Nonis Februarij Ferraria vndequaq; obſidione eſt cincta. A terra Montelongus Legatus Pontificius, Bononienſes, Azo Marchio, Ricciardus, & Albericus Taruiſij Dominus muris applicuerunt; nauale autem apparatum Ioannes Teupulus Venetorum Prefectus Pado flumine intulit. Semeſtris obſidio fuit. Compoſitione tandem inita, Salinguerra Regulus, & Ferrarienſes Vrbem fœderatis dedidere. Ferraria recepta, Azo inibi pro Eccleſia Vicarius, Pontificis auctoritate, conſtituitur, Salinguerra Venetias allegatur, ibiquè haud multo poſt
1243 octogenarius moritur. Ricciardus poſtmodùm anno 1243. Brixienſium, & Mantuanorum cohortibus extorribus partium ſuarum Veronenſibus coniunctis, caſtrum Gazi, Gibellinorũ Veronenſium preſidio defenſum, aggreſſus, quamuis Eccelinus cum mille quingentis equitibus ſuppetias aduenerit, expugnauit, ſuorumq; preſidio communiuit. Et cum ipſe Mantua ad S. Bonifacium iter, inimicorum predia ſæpiùs infeſta perculſione vaſtando, intenderet, Henricus de Egna, Veronæ Pretor, foſſam ingentem à ſuburbio Tombæ ad Inſulam Scalarum, ne ita liberè tractum illum excurreret, fodi & perduci mandauit. Non multis interiectis diebus, Turriſendus de Turriſendis, qui eò vſquè partibus Ricciardi faucrat, caſtrum Gazi, Eccelino ſuadente, per proditionem exuri fecit, quo ſcelere in gratiam cum Eccelino redijt. Alia ex parte Ricciardus, vt Gazi detrimentum rependeret, Eccelino Treuenzoli Caſtrum, & eius turrim, quod Petrus del Bouo haud parua cum militum manu defendebat, ademit. Quo irritatus Eccelinus, eodem anno, ingenti coacto Veronenſium, Vicentinorum, ac Paduanorum exercitu, ad Caſtrum S. Bonifacij, aliam ſimulans expeditionem, per anfractus contendit, illudq; repentè inuaſit, ac ſtatim Bonifacium, Ricciardi F. qui Caſtrum cuſtodiebat, tanto militum apparatu longè imparem, ad deditionem adegit, pactione anteà inita, vt ipſe & alij, qui in Caſtro cum illo erant, incolumes cum omnibus ſuis rebus liberè, & ſine fraude, quò vellent, abire permitterentur: quàm pactionem Eccelinus egregia fide ſeruauit, cæterùm illis profectis Caſtrum à fundamentis euertit. Hanc iniuriam Ricciardus ægerrimè tulit, & quò cladem acceptam inimicis referret, Hoſtiliam, oppidum ad Padum munitiſſimum, manu valida oppugnauit, idquè Veronenſibus Gibellinis, vel ipſo repugnante Eccelino, abſtulit. Vtquè erat quietis, & ocij neſcius, ſtudioquè hoſtes vlciſcendi ſummo perflagrabat, coniunctis cum Azone Ateſtino viribus, conflatiſquè haud contemnendis exulum Veronenſium, nec non Ferrarienſium copijs, iuxta acie cum Eccelino, & Veronenſibus vrbem tenentibus ſecus Mintij ripas certamen iniuit. Acriter vtrinquè pugnatum. Prelio, variante victoria, vſquè ad noctem perducto, tandem pari morte à pugna diſceſſum eſt. Is fuit dies I V. Calendas Iulij. Cumq; eo die cœlum maximo æſtu exarſiſſet, calore & ſiti plures, quàm telis & gladijs interiere; multi tamen hinc inde capti. Inter captiuos ex extorribus Veronenſibus Taliaferrum, & Octolinum de Ripa fuiſſe Annales referunt. Hinc Vaſtaldaldum, Mantuanorum oppidum, ad Eccleſiaſticas partes reducendum animum adiecit, nec anteà deſtitit incœpto, quàm prudentia, & auctoritate perfecerit. Cumquè eiuſdem defenſionem ſuſcepiſſet, illud contrà Hencium Imperatoris filium, iuuenem impigrum, & Boſonem Douariam Regis Prætorem, qui cum Gibellinorum exercitu illud circumſedebant, tutatus eſt, donec vndiq; auxiliarijs vrbium ſociarum copijs euocatis, ſuis ac filij adiunctis, ipſe Imperator, alijs per eius regiones dilatis expeditionibus, in vnumquè vniuerſis contractis viribus, Parmam, ab Eccleſiaſticis paulò antè receptam, obſedit. Nec tanto periculo Eccleſiaſtici Duces, & exercitus Parmenſibus defuere. Nam in primis Ricciardus cum ſatis valida ſuorum manu Vaſtaldaldo properauit, vrbemquè ea parte, quæ ad Occidentem vergit, ſibi cuſtodiendam aſſumpſit. Quatuorcenti Placentini equites poſtridiè acceſſerunt. Tertio die Gregorius Montelongus Legatus, & Bernardus Rubeus cum mille equitibus Mediolano venerunt: inde cum expeditis copijs Bononienſes, ac Ferrarienſes. Hiquè omnes caſtra, ad Burgum S. Donini ferente vallo, foſſaquè aduerſus hoſtium impetus communita, locauere. Imperator, quò ſtrictior obſidio fieret, caſtra propè vrbis mœnia, ampliſſimo terræ ſpatio comprehenſo, vallo firmat, & foſſa in oppidum vnum, cui Victoriæ nomen indidit, format: huc regios theſauros ſuos tranſtulit, ficquè omnibus rectæ inſtitutæ Ciuitatis opificijs inſtruit, vt nihil ab iuſta vrbe differret: inibiquè ipſe cum Germanis, Hencio filio, & Mutinenſibus militibus ſtatiua locat. Erat vniuerſus Imperatoris exercitus ad ſexaginta millium armatorum numerum. Parma ita obſidione oppreſſa, Imperatoris milites crebra cum egredientibus Parmenſibus prælia miſcent, mœnia perſæpè inuadunt; cæterùm virtute Ricciardi, aliorumq; Ducum, qui eam tutabantur, irriti conatus omnes cecidere. At enim, cum obſidio in longum traheretur, & parua maioris auxilij Parmenſibus

Fœdus init Venetijs cõtrà Salinguerram. Ferrariã obſidet, & recipit.

Azo Ferrariæ Vicarius Pontificis auctoritate.

Salinguerra obitus.

Ricciardus Caſtrum Gazi expugnat, & munit.

Eccelini ſuppetiæ inanes.

Henricus de Egna, Veronæ Pretor.

Turriſẽdus de Turriſẽdis Gazi Caſtrum incendit.

Redit in gratiam cum Eccelino.

Ricciardus adimit Eccelino Treuẽzolum.

Eccelinus priuat Ricciardũ Caſtro S. Bonifacij.

Caſtrum idem euertitur ab Eccelino.

Hoſtilia aufertur Eccelino à Ricciardo.

Pugna inter Ricciardũ, & Eccelinum ſecus ripas Mintij.

Taliaferrus. Octolinus de Ripa.

Vaſtaldaldum ad partes Eccleſiaſticas reducitur a Ricciardo.

Imperator Parmam obſidet.

Bernardus Rubeus.

Burgus S. Donini.

Victoriæ Oppidum quale.

Parma obſeſſa defenditur à Ricciardo.

bus

bus ſpes reſtaret: cœptumquè eſſet maxima annonæ anguſtia laborari, & ponte propè Brixillum, quà maximè anguſtus eſt Padus, ab inimicis conſtructo, ſupportatio rei frumentariæ intercluderetur, eorum res in apertum diſcrimen, & propè deſperationem deducebantur: cumq; iam ad deditionem ſpectarent, occaſio ſalutis cœlitus, rebus penè amniſſis, oritur. Fridericus graui morbo correptus, ex eo vbi conualuit, recreandi animi cauſa Victoria vrbe cum magno ſuorum comitatu aucupatum tribus paſſuum millibus exijt, rerum omnium ab hoſtibus animo deiectis propè ſecurus. Tum Montelongus Legatus, vir impiger & vigilans, Ricciardus, & Philippus Vicedominus occaſione vſi, Parma repentè cum omnibus copijs, implorato diuino auxilio, erumpunt, ac Vrbem Victoriam adorti, vt illi, quibus calamitas, qua premebantur, vires ſuprà vires miniſtrabat, cuſtodibus fortiſſimè oppreſſis, ac diſſipatis, vrbe ipſa cum ingenti præda, corona regia præcipuè, theſauris, & ſupellectilibus omnibus pretioſis Friderici, & iumentis vniuerſis potiuntur, innumeriſq; captiuatis hoſtibus, Victoriam ipſam ſimul ira, & lætitia elati incendunt. Hæc clades, quæ anno 1248. Friderico contigit, Parmæ liberationem peperit: nam Fridericus aliò ſe vertens obſidionem paulò poſt ſoluit. Qui nullo poſtmodùm regio inſignis facinore, Eccleſiæ ſemper infeſtus, & contumax, excommunicationeq; irretitus vſquè ad exitum vitæ perſtitit miſerrimus, Hencij filij captiuitate, ſuſpicionequè veneni ſibi à Manfredo altero filio propinati infelix, Idibus Decembris, anno 1250. in ipſo beli Bononienſis pro filij redemptione apparatu, veneno interijt. Morte patris accepta, Corradus, qui ſe Regem Germaniæ, & Siciliæ nominabat, cum inſigni exercitu in Italiam, ad obtinenda Regna paterna traiecit, & Veronam primùm, mox Cremonam acceſſit, inde cum Eccelino in agrum tranſgreſſus Mantuanum, apud Goitum ſociarum Ciuitatum per dies quindecim conuentum egit. Aduentus Corradi in Italiam, motuſquè ſubinde populorum varij, diuerſaquè Ciuitarum ſtudia, Pontificis animum haud parùm mouit, & quò ſibi, & partibus ſuis conſultius eſſet, Octauianus Vbaldinus Cardinalis Legatus ſuo iuſſu Procuratores, ac Legatos Ciuitatum, Principeſquè fœderatos Brixiam euocat. Conuenere omnes, & in primis Ricciardus, atq; Octauo Idus Martij conuentum omnium in Epiſcopio Octauianus habuit, in quo omnes ſe fœderatis Lombardiæ, Marchiæ, & Romaniolæ pro opibus affuturos, & amicos cuiuſquè pro amicis, hoſtes pro hoſtibus habituros iurauere. Hac eadem in Ciuitate, vbi aliquot menſibus poſt Ricciardus in morbum incidiſſet, cum diù opibus, auctoritate, atq; virtute ſemetipſum, & ſuos ab hoſtibus, parteſquè Eccleſiæ defendiſſet, ſenex factorum gloria clarus, Ludouico filio relicto, tanto patre haudquaquàm degenere, vitam deſeruit anno ſalutis M CC XIII. Februarij Menſe, & ad Fratres Prædicatores ſepelitur. 1213

Salus eius vnde.

Victoriæ incendium.

1248

Federici Imp. obitus.

1250

Corradus ab Imperatoris morte in Italiã tendit.

Conuentũ agit apud Goitũ cũ Eccelino.

Octauianus Vbaldinus, Cardinalis, Legatus.

Conuentus eiuſdem iuſſu habitus Brixiæ.

Ricciardi S. Bonifacij obitus.

Finis Vitæ Ricciardi Sancti Bonifacij.

Digitized by Google

LAVRENTII DE MONACIS

Veneti Senatus à Secretis, ac Cancellarij Reipub. Magni Cretensis

EZERINVSIII

Et ejusdem Historia Libri XIII

Nunc primùm excusi.

Ejus Operis consilium hæc prafatio declarat.

Venetiis, Apud ANTONIUM DE ALEXANDRI, anno Domini. M. D. LXXIX.

Digitized by Google

EZERINVS III.

Ex Libro XIII. Historiæ Veneræ

LAVRENTII DE MONACIS

Ezerinus tertius, Tarvisinus, Comes Onarensis, Tyrannus Paduæ, Vicentiæ, Veronæ, Feltri, Belluni, Cenetæ, Asolani, Marchiæ Trivisinæ, Dominus Romani, Montagnanæ, Lendenariæ, Montis Silicis, Montis Bagnoli, Montis Ortonis, Montis Selicis

genuit vnam filiam; cuius nomine adorſus eſt occupare illam partem Campreti, quã aſſerebat iure materno ſpectare dictæ filiæ ſuæ naturali,& ob hoc hinc indè paratur exercitus. Azone autem Marchione, filio quondam Obizonis, fauente illis de Campo S. Petri, & ſe interponente Epiſcopo Paduano, pro tunc ſeditio illa ſublata eſt. Illi autem de Campo S. Petri, quorum cordibus antedicta iniuria altè infederat, nunquam depoſuerunt odia, neque animorum tumorem. Florebant ea tempeſtate in Marchia Taruiſina hæ quatuor Domus, de Eſte, de Camino, de Campo S. Petri, & de Honaria, quæ poſteà dicta eſt de Romano.

Diſſidiũ alterũ inter illas de Romano, et Cãpiſanperios occaſione Campreti.

Familiæ principes Marchiæ Taruiſinæ.

Ezerinus III. datur obſes Vicentinis. Azo Poteſtas Veronæ.

Vicentinis hoſtiliter inuadentibus fines Baxiani, & Maroſtichæ, concordium fit inter partes, dato pro obſide Vicentinis ab Ezerino Monacho, Ezerino tertio filio ſuo paruulo. Lapſu temporis parui, dum partes Azonis Marchionis, & Comitis Sancti Bonifacij prẽualerent in Verona, Azo fit Poteſtas dictæ Ciuitatis. Ezerinus prędictus habens ipſum exoſum, quia fuerat ſuis aduerſarijs in facto Campreti, congregatis omnibus amicis ſuis de Verona, Vicentia, & Monticulo (vnde poſteà Monticuli dicti ſunt) taliter operatus eſt, quod Marchio, ſuique complices pelluntur de Verona. Salinguerra vir potens in Ferraria, qui nullam anteà partem tenuerat, occultus tamen æmulus Marchionis, adhæſit Ezerino Monacho, cuius poſteà filiam nomine Sophiam habuit in vxorem, Marchio contracto exercitu, cruento prẽlio vicit inimicos in Braida Veronæ, & Ezerinum captum in illo prẽlio cum honore dimiſit: tamen, quia ſibi prẽbuit comitatum vſq; Baxianum, hæc liberalitas multum auxit, & famam, & gloriam Marchionis: & ſic pars Marchionis, & Comitis Sancti Bonifacij iterum prẽualuit in Verona. Ab iſtis autem principijs emanarunt crudelia bella, quæ prẽtereo, vt veniam ad Ezerinum de Romano Tertium.

Salinguerra hęret Ezerino.

Marchionis victoria in Braida.

Liberalitas eiuſdem erga Ezerinum captum.

Poſt obitum Azonis Marchionis, quondam Obizonis, & Aldreuandini filij ſui, qui dimiſit vnam filiam, Beatrix nomine, quæ, vt ſuprà dictum eſt, nupſit Regi Vngariæ, erat ſuperſtes Azo Nouellus, frater dicti Aldreuandini. Hic vt plurimũ habitabat in Ferraria, Ezerino autem Monacho hæretico, qui dictus eſt prius, ſe redigente in vitam ſolitariam, Ezerinus tertius de Romano, & Albricus fratres, filij ſui, prẽerant dominio ſuorum Caſtrorum. Suborta noua diſcordia inter amicos Marchionis, & amicos Salinguerræ, Marchio cum eius complicibus expellitur de Ferraria. Vnde mox contracto exercitu caſtra poſuit contrà Ferrariam circà Padum, vocatuſquè gratia concordij tractandi intrà Ciuitatem, orta in Vulgo ſeditione, rurſum expellitur. Marchio indignatur. Poſt paucos dies habuit per obſidionem Fractam Ferrarienſis diſtrictus, nimiumquè cruentè ſe geſſit contrà viros, & mulieres Caſtri prędicti.

Beatrix Eſtenſis.

Azo Nouellus expellitur Ferraria.

Ezerinus Monachus vitã ſolitariã amplectitur.

Fracta capitur à Marchione.

Salinguerra magno dolore conſternatus petit auxilium ab Ezerino Tertio, cognato ſuo; grauat iniuriam, & crudelitatem Marchionis; honeſtat cauſam, propter quam pulſus fuerat; quia ſibi, & amicis ſuis tendebat inſidias, & contrà publicam libertatem, & morem maiorum ſatagebat exercere tyrannidem in honoribus, & officijs Communis Ferrariæ. Ezerinus autem ſibi reſcripſit. *Duo eſſe principaliter, ad quæ anhelare debeint homines: Seruare fidem amicis, & viuere cum honore. His cauſis ipſum vrgeri, vt vigilet ad negotia ipſius Salinguerræ, quæ ſua reputabat: & quod, poſtquam de caſu Fractæ audiuit, mens ſua nunquam fuerat in quiete, nec eſſet, niſi ſumpta vltione de damno, & ſanguine ibi fuſo.*

Salinguerra implorat auxiliũ Ezerini.

Licet Verona tunc communiter regeretur, Ciues tamen, milites, populares, & mercatores erant ſeparatis factionibus bifariam diuiſi. Pars vna fauebat Comiti Sancti Bonifacij, quæ erat & Marchionis; altera Salinguerræ Ferrarienſi, quæ erat Ezerini Tertij, & hæc dicta fuit pars Monticulorum. Aucta autem diſcordia ob captionem Fractæ, Monticuli vigilantes ad depreſſionem alterius partis, mittunt ad Ezerinum, reſidentem in Baxiano, vt citò, & occultè veniat Veronam. Ezerinus, auidus nouitatum, & vlciſcendi captionem Fractæ, deliberat ire per viam breuiſſimam, ſcilicet per Valchamonicam, locum montanum, aſperrimum, inſuetũ, niuoſum, & penè inacceſſum: prẽmiſiſquè XL. hominibus cum ventilabris pro ſeparando niues conglobatas, induratáſquè in montibus illis, mox ſubſequitur cum valida manu, & inſperatò Veronam intrat. Mox Ricardus Comes Sancti Bonifacij cum eius ſequacibus pellitur de Verona, & ſic pars Salinguerræ, Monticulorum, & Ezerini occupant Ciuitatem; fitq; Ezerinus ibi Poteſtas, totoq; tempore, quo prẽſedit, miris artibus, & verſutis ſimulationibus Veronenſes ſuæ partis, & alios arctiſſima ſibi iunxit amicitia, quæ cauſa fuit, vt (quod poſteà dicam) Ciuitatis tyrannidem occuparet. Ezerinus cum Veronenſibus aufert Vicentiam, & Albericus frater ibi Poteſtas dimittitur.

Pars Comitis S. Bonifacij Veronæ.

Pars Salinguerræ ibidem.

Mãticuli Ezerinum Veronã inuerſunt.

Valchamonica.

Ezerinus, Veronæ Poteſtas.

Albericus eius frater, Poteſtas Vicentiæ.

Cum

Cum Salinguerra igitur haberet Ferrariam, Ezerinus Veronam, Albericus Vicentiam, pars Marchionis,& Comitis Sancti Bonifacij depressa iacebat. Paduani his territi nouitatibus eligunt in Potestatem,protectoremq; suum Stephanum Baduario Venetum, virum spectatæ virtutis,notæ facundiæ,& expertæ legalitatis. Ezerinus finita sua Potestaria, vt excitaret in Marchia materiam scandali, fisus beneuolentia Veronensium, occupat Castrum Fontis, quod erat illorum de Campo Sancti Petri, & ibi capit Gulielmum paruulum de domo prædicta,quem postea in libertatem dimisit. Tiso, & Guilielmus, quorum erat Castrum Fontis, licet essent Ciues Paduani, ponunt se cum dicto Castro sub Dominio, & protectione Communis Paduæ. Generali igitur consilio dicti Communis,Stephanus Baduario Potestas,cum exercitu inuadens fines Ezerini, posuit castra contrà Baxianum.

Stephanus Baduarius Venetus,Paduanorū protector.
Ezerinus occupat Castrū Fōtis.
Idem capit Gulielmū de Cāpo S. Petri.
Stephanus Baduarius Potestas Paduæ inuadit fines Ezerini.

Petrus Ziani tunc Dux Venetiarum, vltimo anno sui Ducatus, ne hic paruus ignis totam Marchiam ardentius inflammaret,more maiorum,mittit pro quietando hos motus Oratores suos,Matthęum Bono, & Marcum Quirino. Matthęus in castris hostium, vbi erat Potestas, & Magistratus Paduanus,in hanc sententiam verba fecit: *Se peragrasse magnam partem Occidentis, & Orientis, nec vltrà, nec citrà Mare inspexisse Regionem, Prouinciam, Ciuitatem, quæ aut religione, aut magnanimitate, aut potentia, aut diuitijs, aut industria, aut bonitate, aut curialitate posset æquari Marchiæ Tarui sinæ. Proinde vellent virtuosè conseruare, quæ sui Progenitores laboriosè acquisiuerant, & maximè Paduani, qui cæteros dictæ Marchiæ sapientia, fama, gloria, potentia, & felicitate præibant. Cogitarent, quòd parua scintilla multotiens flammas suscitaret ingentes. Discurrisquè malis, & periculis, quæ proueniunt ex bellis, concluserit, quòd his causis Dominus Dux Venetiarum, qui in genere totam Marchiam, & in specie Paduam singulari prosequitur caritate, offerebat se mediatorem pacis inter partes, & auditis iuribus suis, & illorum de Romano, quòd omnem illam sine debito terminaret.* Semoto Oratore, Tiso de Campo Sancti Petri exprobrauit ingratitudinem illorum de Romano, qui adiuti à Paduanis contrà Vicentinos post tantum beneficium cęperunt Castrum Fontis, & Guilielmum paruulum eius nepotem. Non esse igitur loquendum de concordio, nisi prius restituto Castro prędicto. Agendastamen esse gratias Domino Duci de eius optima dispositione. Hanc responsionem Potestas retulit Oratorì prędicto.

Petrus Ziani Venetiarum Dux Marchiæ quietis amans.
Matthęus Bono, & Marcus Quirinus, Oratores Veneti ꝑ pace Marchiæ.
Oratio Matthæi Boni.
Tisonis de Cāpo S. Petri responsio.

Marcus Quirino,alter Orator,in Baffiano,coràm Ezerino,& Alberico fratribus,Guezelone de Prata, & Ansedisio de Guidotis,& alijs eorum amicis, dixit, *quod inter cæteras probitates, quæ reddunt Magnates glorioſos, benivoloſquè, hę sunt principales, quod abstineant ab iniustis bellorum causis: quod si qua iniustè principiantur, citò resipiscant, & satisfaciant. Quare Dominus Dux, audito quod Paduani hostiliter suos fines innaserant, quæ occupaneras Castrũ Fontis, suadebat quod dimitteret ipsum Castrum, prout dimiserat Guilielmum de Campo Sancti Petri: at si prętenderet ius habere in dicto Castro, Dux offerebat se cognoscere iura partium, & terminare, quod sibi iustum videretur.* Ezerinus relata gratia Domino Duci, Domino suo, recensuit odia illorum de Campo Sancti Petri, & inter cætera dixit, quod dum in Venetijs institutа esset solemnissima Curia, ad quam conuenerant Azo Estensis Marchio, & nonnulli Proceres Lombardiæ, Ezerinus fecundus eius pater accessit cum militibus XI. socijs suis ad honorandam Curiam prędictam. Quodam die,dum dicti socij patris sui essent in Platea Sancti Marci,vnusquè eorum vir nobilissimus solatiosè, vt moris est, induisset se vestimento patris sui, qui tunc domi remanserat: quidam Sicarij corrupti pecunia à Tiso de Campo Sancti Petri interfecerunt ipsum nobilem, credentes perimere patrem suum, qui erat frater Matris dicti Tisi. Et quod Iacobus de Campo Sancti Petri eius nepos fecerat occidi iniustè nonnullos amicos, & fideles patris sui, prouocabatquè multos in pernitiem suam, & in depressionem status sui. Concluditquè,quod ad Castrum Fontis,ceu ad quandam speluncam, & scelerum officinam soliti erant confluere multi, qui terras suas, fratris, & amicorum latrocinijs infestabant, nihilquè profuerat conqueri. Ideoquè voluit abigere ab insidijs vulpem, ab antro mortiferum serpentem,& lupum ab ouili,& quod intendebat experiri,quid Paduani possent contrà eum. Tandem Oratores repatriant, tunc nullo secuto concordio.

Oratio Marci Quirini, Guezelo de Prata.
Ansedisius de Guidotis.
Ezerini responsio.
Querelæ eiusdē contrà Azonem Estēsem, & Tisonem de Cāpo S. Petri.

Ezerinus autem secundus hæreticus,pater eius, qui in quodam Castro ficta religione degebat,scripsit dicto Ezerino,& Aberico filijs, quod restituerent Paduanis dictum Castrum, quia eorum potentia comparari tunc Paduanæ non poterat, & quod nil sapiens amittebat, si de fimbria vestimenti partem rescindat,& tali modo se separet à filio iniquitatis, & ne ille arrogantissimus Tiso prętendat causam,propter quam Paduani inuadant terras suas: sperarent-

Iacobus de Cāpo S. Petri.

Ezerinus II. hortatur filios ad cōcordiam cum Paduanis reddito Castro Fontis.

què dicti filij sui citò de eorum inimicis vindictam inspicere; & quod hæc restitutio non prohibebat; quin concesso tempore subijcerent Paduam, totamquè Marchiam: iuxta iuditium prophetiæ Adeleitæ vxoris suæ, matris eorum, quæ stellarum cursus * notabat cęlestes domos: & quod interim cautè procederent, donec eorum augeretur potentia. Ezerinusquè secundum paternum consilium restituit Paduanis Castrum prędictum.

Supple ex Rolandino Lib. ii. Cap. xv. Nouerat: notabat cælestes domos.

Castrum Montis redditur Paduanis.

Ezerinus spiritu ambitionis exagitatus, nec potens quò aspirabat ascendere, nisi vicinæ Ciuitates se bellis impęterent, accessit Taruisium, & in Ciuem se recipi fecit, sub prętextuquè ciuilis fidelitatis, dolosè persuasit Taruisinis, vt Feltrum, & Ciuidadum, tanquam terras sui iuris, acquirerent. Sciebat enim Paduanos id pro viribus non passuros. Contracto sibi exercitu, & resistentibus Paduanis illas subijciunt. Postea vastant agrum Paduanum; sed repelluntur à Stephano Baduario Paduæ Potestate, egresso cum exercitu contrà eos. Tandem Taruisini, instantibus Paduanis, post multos labores, atquè expensas, coguntur dimittere dictas terras.

Ezerinus fit Taruisij Ciuis. Hortatur Taruisinos ad occupandū Feltrū, & Ciuidadū.

Rursus discordias Verona excitat.

Matthæus Iustiniano Potestas Verona pellitur.

Iterùm Ezerinus ægrè ferens Marchiam aliquantulum quiescere, persuasit amicis de Verona, vt illi sui Ciues, qui tempore Rainerij Zeno, Potestatis Veronæ relegati fuerant Venetijs, & redierant, iterum compellerentur ire, & stare Venetijs, & ob hoc inter partes subitò discordia renouatur. Rizardus Comes Sancti Bonifacij, & aliqui suæ partis in palatio retenti, ponuntur in carceribus. Matthæus Iustiniano Potestas Veronæ expellitur; & Salinguerra de Ferraria, tractante Ezelino cognato suo, pręficitur Potestas. Mox Paduani procurant relaxationem Comitis Sancti Bonifacij, & suorum complicium. Vbi idnon succesſit, missis Oratoribus renouant societatem Lombardorum, quorum interuentu, & opera liberantur.

Salinguerra Verona. Potestas.

Paduani agunt pro liberatione Com. S. Bonifacij.

Societas Lombardia.

Paduani sub prętextu, quod Taruisini, & illi de Romano impugnabant illos de Camino, discurrunt hostiliter per agros Pedemontis, & Taruisinorum; sed interponentibus se Venetis, pax fit inter Paduanos, & Taruisinos. Paduani euertunt Castrum Gogij Ezerini, & cum exercitu & Carrocio, auxiliante Azone Marchione & Mantuanis, inuadunt Comitatum Veronæ, destruunt pontem Lignagij, pulsis Ezerino, & Salinguerra, qui cum Veronensibus occurrerant in succursum. Dum Riualta, quæ est super Arice, obsideretur à Paduanis & socijs, Ezerinus, qui dudum sollicitauerat aduentum Federici Imperatoris in Italiam, personaliter, sed secretè accessit Augustam Cameram Imperij, vbi aderat, fecitquè eum venire deinde Veronam, habuitquè per proditionem Vicentiam, expulso Marchione, qui ibi erat Potestas. Fauebant Imperatori Cremona, Pergamum, Parma, Regium, Mutina, & quædam aliæ Ciuitates. Contrariæ verò erant (& hæ dicebantur Societas Lombardiæ, & Romandiolæ, & Marchiæ) Mediolanum, Brixia, Mantua, Bononia, Fauentia Padua, Vicentia, Taruisium, Marchio Estensis, & Comes Sancti Bonifacij. Verona nondum alicui parti adhęserat, sed volente Ezerino, iam ibi potentissimo tyranno, adhæsit parti Imperatoris, fecitquè Salinguerram potentissimum in Ferraria, relicta fidelitate Ecclesiæ, adhærere dicto Friderico. Et tunc facta est Societas Lombardorum. Vnde Ezerinus arrepto tempore, erexit animum ad ambiendam dominationem Paduæ, cępitquè cautè aliquos ex ciuibus corrupere pecunijs, alios exagitare pollicitis. Dumquè die, noctuquè esset in secretis consilijs cum Comite * *Geabundo* de Saxonia, gerēte vices Imperatoris in Italia, cum illis de Pedemonte, & cum Lombardis incussit ingentem terrorem, & suspicionem Paduanis, eliguntquè XVI. de potentioribus ciuibus suis ad consulendum, & prouidendum, ne detrimentum status Reipublicæ patiatur. Datoquè in pleno populo vexillo Communis Azoni Marchioni, constituunt illum protectorem, clypeum, & tutorem eorum, reuocaruntquè gentem armigeram, quam miserant in succursum Taruisinorum.

Societas Lombardia.

Illi de Camino.

Paduani discurrunt per fines Taruisinorū.

Pax inter eosdem.

Gogij Castrū.

Lagnagium.

Riualta.

Ezerinus Imperatore Veronā, & Vicētiā deducit.

Ciuitates Imperio fideles.

Quandonam Ezerinus dominationis desiderio flagare cœperit.

Gaboardo *alij.*

XVI. *Apud Paduanos prefecti Consilio publico.*

Azo Protector Paduanorum in bello.

Apparatus Paduanorum aduersus hostes.

Interim autem detectum est, maiorem partem dictorum Sexdecim velle Imperatori prodere Ciuitatem, absente Marchione, qui aceesserat Este. Potestas igitur mandat dictis Sexdecim, vt vadant Venetias, pręsententquè se Domino Duci. Nemo paruit, nisi Comes Schinella vir septuagenarius. Reliquis secedentibus à Ciuitate, maior pars diuertit ad Comitem * Geabundum, & Ezerinum. Ciuitas igitur distituta à consilio, & patrocinio potentium ciuium, fluctuabat, velut nauis, quæ in mari tempestatibus agitatur. Tunc multi ex fidelibus ciuibus palàm vociferabant, *O felix Venetorum Ciuitas, ò sapiens, & benè fortunatum Commune! Illi gloriosi ciues concorditer, & vniformiter ad bonum publicum sua Ciuitatis attendunt, adeò vt nomen Venetum præ omnibus habeatur, & per aliquos inretur per verentiam,*

Rebellio detecta in Padua.

Comes Schinella.

Gaboardum *alij.*

serentiam, & honorem Venetiarum. Tunc remoto quodam Ramberto ibi Poteſtate, Marinus Baduario Poteſtas præficitur. Cõmes* *Geabundus*, & Ezerinus tractatu maioris partis illorum Sexdecim proditorum, occupant Montem Silicis ſub Imperatoris nomine, aſſerentes illum eſſe Imperij Cameræ, retinentquè ducentos equites Paduanos, miſſos in præſidium loci prædicti. Ibi Ezerinus facundo ſermone commendauit Montiſilicenſes. Vnus etiam ex illis Sexdecim proditoribus ibi aſtãs increpauit ſuperbiam Paduanorum, qui ſtatuere auſi fuerant contrà voluntatem bonorum hominum, quod Imperator non nominaretur inter eos.

Rambertus Poteſtas Paduæ ſucceſſorẽ habet Marinum Baduario.

Gaboardus, *alijs.*

Monſilex per fraudẽ occupatur ab Ezerino.

Ezerinus aduertens Paduanos conuerſos in Marchionem, & in eo ſolo niti libertatem eorum, non zelo bonitatis, neque reſpectu vtilitatis Imperatoris; ſed vt, remoto Marchione à ſocietate Paduana, dictæ Ciuitati expeditius frena tirannicæ ſeruitutis imponeret, traxit ipſum Marchionem in amicitiam Imperatoris, his conditionibus, quod ipſe, ſuiquè homines Caſtrum Eſtenſe, Villæquè ſuæ nullis ſubiacerent angarijs. Marinus Baduario Poteſtas, prævidens Paduam peruenturam ſub Imperatoris potentiam, repatriauit cum rebus, & familia ſua. Mox Artuſius de Deleſmaninis ſubornatus ab Ezerino ſub ſpecie redimendi ciues illos, qui detinebantur in Monte Silicis, facilè perſuaſit Paduanis defertis, proditis à ſuis maioribus, terrore confuſis, & morbo inteſtinæ diſcordiæ laborantibus; obtinuitquè, vt nuntijs Imperatoris Ciuitas traderetur, ſubdens, quod non erat timendum de Ezerino, qui profitebatur exoptare libertatem, & bonum Paduanorum. Comes igitur* *Geabundus*, Ezerinuſq; nuntij Imperatoris, cum eorum ſequacibus, de menſe Februarij pacificè recipiuntur in Ciuitatem. Ezerinus in introitu, reiecta in tergum galea, oſculatus eſt portam Ciuitatis, quod multi adſcripſerunt bonitati, quaſi oſculando portam publicam daret oſculum pacis vniuerſis ciuibus in ſignum remittendi iniurias, & deponendi odia.

Ezerinus vnit Marchionem cũ Imperatore.

Marini Baduarij Poteſtatis diſceſſus.

Artuſius de Deleſmaninis ſuadet. Paduã tradẽdam Imperatori.

Gaboardus, *alijs.*

Padua tradit nuntijs Imperatoris.

Ezerinus habita oratione poſt laudes Imperatoris ſuaſit ciuibus concordiam, dixitquè, quod ſibi illatas iniurias non imputabat Paduanis; ſed illis de Campo Sancti Petri, quorum nutu omnia gerebantur. Tarviſini videntes ſe ſolos derelictos, tradiderunt ſe nuntijs Imperatoris. Comes* *Geabundus* vices gerens Imperatoris in Italia, rediens ad Imperatorem dimiſit in Padua loco ſui Ezerinum de Romano, iuſſitquè Poteſtati, vt obediret in omnibus dicto Ezerino, dimiſitquè ſibi præſidium Teutonicorum, acceptorum ad ſtipendium exactum de Verona, Padua, & Vicentia, Stipendiauit etiam Ezerinus tercentos Saracenos, quos diuiſit per caſtra, & portas Ciuitatis, multiſquè diebus ſapienti cautela conuerſatus eſt pacificè cum ciuibus illis, vt quod optabat, ſecretius ordiretur.

Oſculum Ezerini ad Portã Paduæ.

Tarviſini ſe dant Imperatori.

Gaboardus, *alijs.*

Gaboardi diſceſſus ex Italia, præfecto Ezerino Paduæ.

Ezerinus igitur extollens animum ad occupandam totam Marchiam, & varius pro varietate rerum, & temporum, conſiderans, quod ſicut Marchio inimicus Imperatoris officiebat ſibi ad apprehendendam dominationem Paduæ, ità nunc amicus ad ipſam retinendam, obſtaret, decreuit ſerere diſcordias inter eos. Primò ſuſurrauit in auribus Poteſtatis, quòd illi de Montagnone, ſuggeſtu Marchionis, erant contumaces Imperatori, feciteque, quod Poteſtas accepit obſides ab aliquibus ex Optimatibus Paduæ. Poſteà aliquos ex militibus, mercatoribus, & popularibus, quos voluit Ezerinus, diuiſit per caſtra dicti Ezerini: poſt paulùm fecit eos duci Pratam, vbi Ezerinus erat potens amicis, & attinentibus: deinde aliquos eorum diuiſit per Lombardiam, aliquos miſit in Apuliam. In tantoquè rerum turbine nonnulli optimi Ciues occultè receſſerunt extrà Ciuitatem, quorum domus iuſſu Ezerini fuerunt proſtratæ, bona direpta. Reliqui tentauerunt per viam Marchionis eripere Ciuitatem de manibus Imperatoris, & Ezerini; venitquè Marchio cum potenti manu vſquè ad pratum Vallis, ſed, opponente ſe Ezerino, inde repellitur. Marchionem autem ſecuti ſunt Iacobus de Carraria, qui fuerat vnus ex XVI. multiquè Paduani.

Ezerini conatus aduerſus Marchionem.

Paduanorum multi per Ezerini Caſtra diuiſi: alij alio miſſi.

Paduani ſtudẽt ſe ſubtrahere Ezerino opera Marchionis.

Iacobus de Carraria.

Ezerinus ſcripſit Imperatori reſidenti Cremonæ, quod Marchio erat caput omnium nouitatum, quæ emergebant in Marchia contrà eum, & quod, ad extirpandam cauſam horum malorum, feriendus erat Serpens in capite, vt totum corpus facilius vinceretur. Imperator mox Paduam venit, & pacificis verbis ad ſe acerſiuit Marchionem. Ezerinus fecit cautè explorare, qui Paduani exirent obuiam Marchioni, vt ipſos tanquàm ſuſpectos haberet pro hoſtibus. Marchio motus pro veniendo Paduam, in itinere habuit ſignum, vt fugeret ab Imperatore. Tunc Imperator miſit ad eum Petrum de Vineis, eius Cancellarium, qui clàm ſuaſit ſibi, & Comiti Sancti Bonifacij, ne venirent, quod, vt eſt creditum, fuit cauſa mortis dicti Petri. Tunc Rainaldus filius Marchionis cum vxore ſua nondum tranſ-

Imperator vocatur ab Ezerino Paduã contrà Marchionem.

Eò ſe confert Petrus de Vineis.

Rainaldus Eſtenſis mittitur in Apuliam.

ducta,

Google

Albericus qua de causa aduersus fratrem coeperit.

ducta, filia Alberici de Romano, per instinctum Ezerini fratris mittitur in Apuliam. Vnde Albericus exinde fratri semper fuit infestus, & exinde relicta parte Imperatoris adhæsit Ecclesiæ.

Thebaldus, Franciscus Potestas Paduæ, & Vicarius Marchiæ.

Imperator recedens de Padua præcepit Thebaldo Francisco, quem dimisit Potestatem Paduæ, & Vicarium Marchiæ, vt mandatis Ezelini in omnibus penitus obediret, & accedens in Lombardiam, deuastauit quædam Castra Bononiensium, & properauit in Apuliam. Marchio videns omnia fieri voluntate, & arbitrio Ezerini, à mandatis Imperialibus omninò recessit, expulsisquè custodibus Imperatoris, recuperauit Arcem Estensem, Baonem, & Cerum, & per obsidionem obtinuit Calaonem. Imperator in cunctis ciuitatibus Italiæ omnes amicos Marchionis Estensis, & Comitis Sancti Bonifacij habuit suspectos, & exosos; partes verò Ezerini, & Salinguerræ vbiquè fauoribus prosecutus est. Thebaldus Franciscus puniuit sententia capitali Iacobum de Carraria, captum in Castro Agnæ, & Aduocatum, captum in Castro Brintæ, suasu perfidi Ezerini; postea Castrum Sancti Bonifacij, iubente dicto Tyranno, à Veronensibus est euersum.

Marchio recedit à mandatis Imperatoris.

Recuperat Baonem, Cerũ, & Calaonem.

Mors Iacobi de Carraria, et Aduocati suasu Ezerini.

Castrũ S. Bonifacy euertitur.

Ezerinus.

Ezerinus post recessum Imperatoris iam indubitatus Tyrannus Veronæ, Vicentiæ, Paduæ; auctoritatequè fretus Imperatoria, & amicitia Salinguerræ cognati, qui ab Ecclesia ad Imperatorem defecerat, in tantam elatus est superbiam, vt ausus fuerit inuadere fines Venetos. In Sancto enim Ilario, expulsis Monacis, constituxit Turrim munitissimam, damna inferens nauigantibus per flumina. Vnde Ioannes Theupulo, Ducis filius, cum valida manu, illuc missus, expugnatam turrim funditus euertit, & defensores illius captos duxit Venetias. Ezerinus per proditionem habuit arcem Estensem cum Burgo: & reliqua castra sua, aut per expugnationem, aut per obsidionem inuasit.

Venetos fines inuadit.

Io. Theupulo Turrim Ezerini euertit in S. Ilario.

Ezerinus Estẽsem arcem inuadit.

Marchio Estensis, qui (vt superius tactum est) expulsus fuerat de Ferraria per Salinguerram, & Rizardus Comes Sancti Bonifacij, auxilio Venetorum, Gregorij de Monte Longo Legati Apostolici, Bononiensium, & Mantuanorum, obsederunt Ferrariam. Erat Capitaneus exercitus Venetorum Stephanus Baduario. Dum verò nihil proficerent, quia Ferraria erat munita præsidio quingentorum equitum Imperatoris, Dux Iacobus relicto Iohanne filio ad regimen Ducatus, personaliter accessit contrà Ferrariam cum nauibus bellicis, & machinis pugnatorijs, vnde Ciuitas cœpta est acrius oppugnari. Erat tunc in Ferraria Vgo de Rambertis, vir secundus in potentia Salinguerræ, eiusdem factionis. Hic, qui primò fuerat in sententia Salinguerræ, subornatus postea ab extrinsecis, dixit Salinguerræ, se penitus velle pacem, ne amitterentur fruges illius anni. Cui Salinguerra: *Et ego pacem desidero, sed non illam, quam irati hostes, freti sua potentia, dare volunt. Nam admissa tali pace audebunt, & poterunt contrà nos quicquid eorum ira, odium, & libido suadebunt.* Cui Vgo. *omninò volo pacem.* Salinguerra respondit. *Si penitus ita vis, contraire non possum; sed scias, quod gladio huius pacis mihi genitalia, tibi verò nares truncabuntur, sed ego cooperiam honestius damni mei verecundiam, quàm tu tuam possis celare deformitatem.* Fraude igitur Vgonis Salinguerra sub saluo conducto venit in castra hostium, confectaquè pace regressus est in Ciuitatem. Iterumquè sub dolo in castra vocatus, firmat pacem certis conuentionibus, sub specie cuius aduersarij recipiuntur in Ciuitatem. Salinguerra iam octogenarius tractatu Legati, & Pauli Trauersarij de Rauenna capitur, & Venetias mittitur, vbi satis honorificè habitando, vitam finiuit, sepultus in monasterio Sancti Nicolai in littore.

Gregorius de Monte Longo Legatus Pont. Ferrariæ obsidio.

Stephanus Baduario Capitaneus Venetorũ.

Iacobus Theupolus Dux contrà Ferrariã.

Vgo de Rambertis.

Colloquiũ eiusdẽ cum Salinguerra de pace.

Salinguerra captio.

Paulus Trauersarius Rauennas.

Salinguerræ mors, & tumulus.

Dux Iacobus repatriauit, remanente Potestate Stephano Baduario. Additæq; sunt immunitates Venetis in Ferraria vltrà eas, quas acquisiuerant tempore Comitissæ Mathildæ. Vgo suspectus Legato, & Marchioni, inuisusquè omnibus, paulatim deprimitur, & tandem eiectus cum summo dedecore in miserrima paupertate decessit.

Stephanus Baduario Potestas Ferrariæ.

Mathilda Comitissa.

Vgonis de Rãberti exitus.

Ezerinum valdè terruit inuasio Ferrariæ, & captio Cognati, timentem, ne similis eum maneret exitus, creditumquè fuit, quod si exercitus prædicti vnanimi consilio, & communibus viribus pugnassent contrà eum, imposuissent finem suæ tyrannidi. Guecello de Camino, & Albricus de Romano suasu Venetorum expulerunt de Taruisio Iacobum de Mora, ibi pro Imperio residentem, cuius Ciuitatis paulò post dictus Albericus dominationem inuasit.

Ezerini metus capta Ferraria.

Guecello de Camino.

Iacobus de Mora Taruisio pellitur.

Albericus Domin⁹ Taruisij.

Euanescentibus dictis exercitibus, Ezerinus maiorem sumpsit audaciam; erexit in publicum vexillum crudelitatis. Comitem de Panigo Ciuem Veronensem fecit in Padua decollari, militesquè præclaros, & nobiles sub specie proditionis iussit interfici. Abbatem

Mors Comitis de Panigo, & aliorũ militũ.

Sanctæ

Sanctæ Iustinæ, virum iustum, honestum, & attestatione Cleri, & Populi reuerendum, cum carnali fratre tenebroso carceri fecit includi. Albricum, & Nicolaum de Lendenaria, viros nobiles & potentes, sub specie proditionis, varijs tormentorum generibus interemit. Tres filios Iacobi de Talismanio, varijs tormentis afflictos, in Platea Paduæ trucidari mandauit. Gulielmũ de Campo Sancti Petri in platea iussit interfici. De dicto Ezerino quidam fide dignus * Historiographus dicti temporis scribit. *EZelinus humani generis inimicus in circà finem Augusti, conuocans contrà se omnes milites, & electos populares Marchiæ coniurasse; extraxit mortiferum gladium irrevocabiliter de vagina, incipiensquè à Carnerolo milite Veronensi, quem coniurationis principem asserebat, tàm in Verona, quàm in Padua, & Vicentia, & tota Marchia inauditam stragem, & occisionem hominum perpetrauit. Vbiquè luctus erat, vbiquè dolor, & tristitia, vbiquè dira mortis imago: Caternatim milites, & maiores natu in foro gladijs necabantur, * & rursùm collecta, & imposita rogis, igne suppositò cremabantur. Frater fratrem, consobrinus consobrinum, amicus amicum tradebat ad mortem, & manibus propryjs trucidabat. His sceleribus credebat quilibet, se obsequium præstare Tyrãno, & tamen isti, qui hoc faciebant, post paucos dies in similem mortis * laqueum incidebant. Filij nobilium, & aliorum ciuium oculis priuabantur, & eorum genitalibus amputatis, includebantur in carceribus tenebrosis, vbi moriebantur famis horribili cruciatu. Matronæ nobiles, & delicatæ, & Virgines speciosæ fame, peste, iniurijs, & afflictionibus inauditis in custodijs tabescebant. Quotidie diuersis generibus tormentorum indifferenter tàm maiores, quàm minores à carnificibus necabantur. Voces terribiles clamantium in tormentis die, noctuquè audiebantur de altis palatijs, quæ * terrorem, & horrorem maximum hominibus inducebant. Nullus publicè audebat plorare super his malis; sed quilibet vitam, & victoriam; etsi non corde, saltem verbis affectuosis EZerino nequissimo Domino affectabat. * Illum bonum, illum sapientem, & amatorem Status Marchiæ omnes adulatoriè ac clamabant nec tamen ista dicentes ferocitatem eius animi poterant mitigare, sed erat ei * sic populus, sic sacerdos, sic laicus, sic religiosus, sic senex imbecillis, ità puer adhuc balbutiendo in verba prorumpens. Nulli ætati, * nulli probitati parcebat. Semper eodem vultu, eodem modo, eadem instantia nimiæ crudelitatis opera properabat, & quasi semper à capite incipiens, quotidie sine labore, sine consistentia remorsione * immania, & inexcogitata tormenta corporibus hominũ infligebat. Non remansit in tota Marchia progenies aliqua generosa, vel etiam popularis, quæ ab ipso vel ex toto, vel ex parte maxima, non sit crudeliter lacerata. Milites sunt ferè omnes gladio, & alijs supplicijs interfecti. Studiosi mercatores, Iudices sapientes, Prælati reuerendi, Claustrales deuoti, Canonici honorati, speciosi Iuuenes, & Brenni radicitus sunt deleti, substantijs totis ablatis, & dispositis secundum tyrannicam intentionem. Serpens insuper callidus, & astutus omnes pulchras domos, & fortes, & loca iuxtà portas & pontes in Ciuitatibus constituta emere studiosissimè procurabat, & post paucos dies vitam simul, & pretium venditoribus auferebat. * Ipsa bona Episcopatuum, Abbatiarum, Canonicorum, & ferè omnium Clericorum, & Ecclesiarum, in suis sceleratis operibus consumebat. In diebus eius cessauit prædicatio, obmutuit confessio peccatorum, & deuotio fidei ibi extincta. Visitare sancta loca publica homines non audebant: nam accusatores erant ab ipso in populo constituti, qui vigilanter, & sollicitè observabant, ne quid in dicto, vel facto ab aliquo contrà Tyrannum pestiferum tractaretur. Accusatus autem à talibus insidiatoribus, etiam de leuissima culpa, protinus in equuleo lenabatur; totaquè eius familia captiuitate perpetua damnabatur. Defensor nullus in angustijs apparebat. Accusatorum erat numerus infinitus. Residere sub Ezerini tyrannide erat intolerabile, effugere impossibile videbatur; quia nequissimus Dæmon EZerinus fossatis magis districtus suos circumdederat; & super ipsis fecerat speculas, quas Marchiani* miras *appellant, in quibus erant die, noctuquè speculatores, qui nec intrare, nec exire aliquos permittebant. Si quis in fuga deprehensus fuisset, sine audientia oculis, vel pedibus, vel manibus priuabatur, nec aliqua poterat eum excusatio liberare. Talis erat status commorantium in Marchia, taleque erat Dominium Ezerini.* Iterum dictus Historiographus scribit anno Domini 1263. *Perfidus Ezerinus iterum manus extẽdit ad carcerandum, & occidendum tàm in Verona, quàm in Marchia vniuersa, impleuitquè Ciuitates, & castra multitudine captiuorum, quos fame horribili affligebat. Præ famis autem, & sitis angustia qualibet immunda miseri comedere, ac vrinam cum auiditate bibere cogebantur. Fœtor erat intolerabilissimus corruptus: calor nimius, & tenebræ ita horribiles, quod captiui vix poterãt * respicere, & multi his de causis vitã exhalebant. Tantaque erat hominum miserabilium multitudo, quod vnus alium premebat, vt nemo iacere, aut sedere posset: corporis verò tanta debilitas, quod super pedes stare non*

Abbas S. Iustinæ carceri includitur.
Interitus Alberici, & Nicolai de Lendenaria.
Item filiorum Iacobi de Talismano.
Item Gulielmi de Capa S. Petri.
Intelligit Monachũ Paduanum, qui ab his exordiuntur Capu. antepenultimum Lib. I.
Enumeratio scelerum Ezerini.
Adde ex Monacho pdicto: Membra frustatim præcidebantur, & rursum, &c.
Habet Monachus. Gladiũ.
Idẽ. Deloꝛẽ.
Idẽ. Illũ influũ, illũ bonũ &c.
Idẽ. Sicut populus, sic sacerdos: sicut laicus, ità religiosus: sicut senex, & imbecillis, ità puer, &c.
Addit idem. Nulli sanctitati.
Idem. Magna.
Idem. Ipse.
Ezerini carceres.
Mon. Pad. Respirare.

non poterant. Ingens erat clamor lugentium, & dicentium Ve, Ve: percussiones manuum horrido personabant. Mors ibi summo desiderio quærebatur, vt finem tantis imponerent malis. In mortis articulo nec testari, nec confiteri sacerdotibus permittebantur. Efferebantur defunctorum corpora, nec permittebantur sepeliri, ni probaretur quis esset, vel vnde, qui beneficium deberet consequi sepultura. Custodes carcerum faciebant confici publica instrumenta, vt possent Tyranno, omnia sollicitè inquirenti, ostendere numerum viuorum, & mortuorum. Postea Bontrauersum socerum suum cum filijs suis crudeli fame mori fecit in carcere. Omnibus enim, quos hic Tyrannus occidere destinauerat, titulum proditionis generaliter opponebat.

Bontrauersi mors.

Albericus de Romano, qui per multos annos inexorabilem discordiam habuerat cum fratre suo, acerrimo Dei & hominum inimico, inuentis occasionibus recessit à deuotione Ecclesiæ, confœderatus est cum eodem Ezerino; Ciuitatem tamẽ Tarusij in sua retinuit potestate.

Albericus redit in gratiam cum Ezerino fratre.

Dum de immanissima crudelitate perfidi Ezerini admiraretur cœlum, turbaretur terra, horreret infernus, commouerentur Reges & Principes, ducante Venetijs Rainerio Zeno, Alexander Papa, procurantibus Venetis, Marchione Estense, alijsquè Marchiæ Optimatibus, iniunxit legationis officium cum amplissima potestate in Lombardia, Marchia, & Romandiola strenuo, & prudenti viro Philippo, electo Archiepiscopo Rauennati, cõtrà dictum Ezerinum; quem Innocentius Papa antè pronunciauerat hæreticum, & ab Ecclesiastica communione præciderat, mandans, vt eius, & consortiorum pertinentiam spiritualiter, & temporaliter persequeretur, & Fideles cõtrà eum Dominicæ Crucis insigniret præmio remissionis, quod datur in seruitium euntibus Terræ Sanctæ. Prædicata igitur Cruce in platea Sancti Marci Venetiarum anno Domini 1256. multi signum inuictæ Crucis deuotissimè susceperunt.

Rainerius Zenus Dux Venetiarum.

Philippus Archiepiscopus Rauennas.

Legatus Apostolicus contrà Ezerinum.

Crux indicitur contrà Eundem.

Dum hæc agerentur, superbissimus Ezerinus, ingenti contracto exercitu, hora præfixa per Astrologos, & Diuinos, qua mouere debebat, contrà Mantuam duxit exercitum, quæ sola, vt vociferabant adulatores Tyranni, impediebat eum * non habere dominium totius Lombardiæ. Tunc in auxilium Ezerini processerunt Vbertinus Palauicinus, vir astutissimus, cum Cremonensibus, & alijs inimicis Ecclesiæ. Marchio autem cum Ferrarienſibus, & Bononienſibus profecti sunt in succursum Mantuanorum.

Ezerinus mouet cõtrà Mãtuam.

Melius. Ne haberet, &c.

Fautores Ezerini cõtrà Mãtuam.

Cum Ezerinus esset cum exercitu contrà Mantuam, Marchiani, qui effugerant tyrannidem Ezerini de Verona, Vicentia, Padua, & Taruisio, omnesquè Cruce signati, & quingenti pedites missi per Ferrarienſe cum Legato Apostolico conueniunt ad turrim Babiarum, districtus Veneti, & cum multitudine peditum, & balistariorum missorum de Venetia, ascendunt nauigia castellata, à Venetis præparata, comitantibus alijs nauigijs cum victualibus. Erant in dicto exercitu Marcus Quirino, electus per Paduanos Potestas extrinsecus, & Marcus Baduario Marescalcus totius exercitus. Legatus cum omnibus copijs peruenit Corrigiolam. Ansedisius autem Paduæ Potestas iussit claudi, omnes meatus aquarum, vt nauigia remanerent in sicco, intrauitquè cum militia, & populo in plebem Sacci ad arcendum inimicorum impetum. Illi autem expugnato Castro Conchadalberi, combustoquè Burgo Capitis Syluæ, intulerunt villas, & burgum Bubulentæ. Ansedisius parui animi, dimissa plebe Sacci, reuertitur Paduam, intendens tantùm defendere Ciuitatem. Legatus per viam Pontis Sancti Nicolai cum exercitu Paduam venit. Ansedisius munit portam pontis Curui, & turrim, ad quam hostes aduentare videbantur. Strenui autem X. bellatores descendunt in aquam fluminis, Venetis cum balistis eos tutantibus, & iaculis, & sagittis, inimicorum & per agerem ascendunt superiùs, & tandem fugientibus inimicis de Burgis Ciuitatis, parua cæde, adepti sunt magnam, & gloriosam victoriam. Non nisi quinquaginta ex vtràq; parte interierunt. Die Martis sequentis admouerunt Gattum ad Portam Pontis Altinati, & in eam ignis mittitur, qua ardente, appositis scalis murus Ciuitatis capitur. Ansedisius fugiens egreditur per portam S. Ioannis, & concitè Vicentiam properauit. Victores iubent aperiri carceres, ex quibus exeunt turbæ hominum moribundæ; Matronæ nobiles, trepidæ puellæ, & macilentæ; nobiles pueri excoecati, & castrati. Horum omnium conspectus miserabilis prouocabat omnes ad lachrimandum. Recuperantur infrà quatuor dies non solùm Castrum, quod Ezerinus fundari fecerat in angulo Ciuitatis; sed etiam alia castra Paduani districtus, tradita à custodibus Ezerini, præter castrum Montis Silicis, & castrum inexpugnabile Cahonis.

Fautores Mãtuatorum.

Comitatus Legati.

Marcus Quirino Potestas Paduæ extrinsecus.

Marcus Baduario Marescalcus exercitus Veneti.

Corrigiola.

Ansedisius Potestas Paduæ occurrit exercitui Legati ad Plebem Sacci.

Cõchadalberũ.

Caput Syluæ.

Bubulenta.

Pons S. Nicolai.

Porta Pontis Curui.

Padua capitur à Legato.

Porta Pontis Altinati.

Ansedisij fuga.

Porta S. Ioannis.

Ezerini Castrum Paduæ.

Eiusdem dolor capta Padua.

Ezerinus secedens à Mantua, certificatus secretè per Nuntium de Paduæ expugnatione, inæstimabili dolore commotus, furibundusquè, transmisso fluuio, cum exercitu venit Veronam.

nam. Cauſam feſtinationis admirantibus omnibus, Veronæ fit manifeſtum, Paduam veniſſe in manus inimicorum. Paduani,qui ibi erant, dolent,& territi ſunt pro vxoribus, filijs, & ſubſtantijs,& quia erant in poteſtate Tyranni crudeliſſimi. Tunc inſatiabilis homicida,addẽs afflictionem afflictis,exceptis paucis, ſuorum flagitiorum executoribus, iuſſit capi omnes Paduanos,quorum numerus ad duodecim millia pertingebat,ipſoſquè compedibus vinctos includi fecit carceribus, omneſq; fame, & alijs ſupplicijs miſerabiliter mori compulit. Præcepit inſuper,quod quilibet eorum, qui fugiens caperetur,manibus & pedibus priuaretur. Multiquè tali pœna puniti iacebant proſtrati in agris,ad quorum horrendos rugitus,& clamores nullus metu Tyranni videbatur miſericordia commoueri. Interim cum Ciuitas aquarũ beneficio careret,quia in diſtrictu Vicentino,* qui cum militia Vicentina contra eum venerat,fregit dicta obſtacula, & Paduam eſt regreſſus. Cum Ezerinus cum ingenti exercitu veniſſet contrà Paduam, Legatus ſubito accerſitis auxilijs de Venetijs, iuſſit feſtinatione ingenti fieri foſſatos circà burgos Paduæ à parte occidentali, & ſic Padua defenſa eſt contrà Tyrannum potentiſſimo præſidio, & beneficio Venetorum. Tyrannus ſua fruſtratus intentione regreditur Veronam.

Crudelitas in duodecim millia Paduanorũ.

Deſiderantur hæc, quæ habentur in Monacho Paduano pag.21. Tyrannus fecerat clauſtra, ne verſus Paduã emanarẽt. Legatus,qui &c. Padua ab Ezerino defenſa opera Venetorũ.

Quoniam propoſui ſcribere geſta Ezerini annexa cum Venetis, & aliqua de crudeliſſima vita ſua, prætereo multa alia geſta tam in ſubiugando Brixiam, & Tridentum, quàm alia loca,vt maturem infeliciſſimum exitum ſuum, qui fuit Ducante Rainerio Zeno.

Cum Ezerinus turbaret terram, concuteret regna, interficeret populos, deſolaret Ciuitates; nec ſibi ſufficeret,regionem ſibi ſubditam deuaſtare; ſed mitteret quotidie Legatos ad excitandas nationes,reges,& principes contrà Romanam Eccleſiam,eiuſquè fideles; diſcurrenteſquè Nuncij ſui per Prouincias, alij ad Curiam potentiſſimi Federici,alij ad Principes Alamaniæ ad excitandas ſeditiones,& diſcordias; alij ad Regem Vngariæ pro contrahenda amicitia; alij ad fortiſſimum Regem Caſtellæ, cui iſte ſeminator diſcordiæ Regnum Italiæ promittebat,vt ſi fieri poſſet totum Mundum contra Eccleſiam prouocaret, accidit penè in omni populo Chriſtiano penè incredibilis, & ſtupenda compunctio, à ſæculis inaudita, & primò quidem tetigit Peruſinos, deindè Romanos, conſequenter alias Ciuitates,& Caſtra,& Villas Italiæ;inde tranſiuit ad alias nationes. Nobiles enim cum popularibus ſociati, in omni ætate, nudi per plateas, & vicos proceſſionaliter incedebant, duris ſe corrigijs verberantes, ſequendo vexillum Crucis,& cum lachrimis miſericordiam Dei implorantes. Tunc ſiluerunt muſica inſtrumenta, ſiluerunt amatoriæ cantilenæ, ſolùm pœnitentium lugubris cantio perſonabat. Dimittuntur offenſæ, aperiuntur carceres, debita relaxantur. His gemitibus, lacrimis, compunctionibus, ploratibus, & humilitatibus inclinatur miſericors, miſerator, & amator hominum Deus: tantis malis finem imponit.

Exitus Ezerini.

Notabilis cum punctio, ſiue Pœnitẽtia fere in omni populo Chriſtiano.

Anno MCCLVI. poſtquam iſte ſitibundus, & potator humani ſanguinis obtinuit Brixiam,circà principium Septembris, congregauit exercitum copioſum; & de Brixia recedens caſtramentatus eſt in campeſtribus.* Tutè obtinuit ab obſidentibus ciuibus ſuis,vt poſſet impunè egredi,volentiq; egredi Albericus reſpondit, *epulaberis mecum dapibus, quas mecum paraſti,nunquam mihi ſæuienti,aut perperam agenti piè perſuaſiſti.* Milites, & populares,qui intus erant, paſſi per quatuor menſes obſidionem, caſtrum, & turrim munitiſſimam, & ipſum Albricum,obſtructo ore trunco ligni,cum vxore,filijs, & filiabus in manibus hoſtium tradiderunt. Vxori veſtes tenus in genua abſcinduntur; itaut partes verecundiores paterent, & cum filiabus cremata eſt in conſpectu Albrici. Filij trucidantur, & ipſe membris filiorum pulſatus in faciem, tantæ cladis ſpectator,in fruſta & ipſe cęſus eſt. Iudex, Conſiliarius cęſus eſt in partes minutas. In hoc flagitio Albricus fratrem ſuperabat, quod multitudo matronarum, & virginum nunquàm potuit ſuam libidinem ſatiare. Ciuitatem Taruiſij deduxit in ſeruitutem, & extremam miſeriam. Erat inuerecundus ad turpia,inhumanus ad humana,in exigenda vindicta ſuperabat crudelitatem Tigridis, & Leonis. Nulla ſuper afflictis mouebatur miſericordia,nec mulierum lamentis, nec fletibus puerorum. Specificabo vnum de ſceleribus eius, vt ab vno diſcas cætera. Dum quadam die ſuſpendi quoſdam milites præcepiſſet, iuſſit adeſſe huic horribili ſpectaculo vxores eorum, quarum capillos, cernentibus viris,præcidi fecit, & veſtes à mamillis infernè amputari, & incontinenti antè oculos miſerarum mulierum maritos in patibulum eleuatos, eliſis faucibus laqueo ſuffocari ipſaſquè ſic turpiter denudatas expulit extrà Taruiſium, quæ nullo duce Venetias acceſſerunt.

Finis Exerini III. Laurentij de Monacis.

Exerini exercitus. Deſiderantur hic ea, quæ habentur Lib. II. apud Monachum Paduanũ p.28. Capite de morte pfidi Ezelini, & initio Lib. III. de obſidione,& interfectione infeliciſſimi Alberici pag.31. Alberici de Romano, & familiæ totius miſerabilis interitus. Alberici eiuſdẽ crudelitas. Facinus eiuſdẽ ſceleratiſſimũ.

ALBERTINI MVSSATI DE GESTIS HENRICI VII. CÆS.

Liber Primus.

scentibus in dissensiones animis ad scrutinia declinauere. Scisciatis itaq; clandestinè, (vt assolet) vocibus, HENRICI vox edita est quaternis assensibus; binis scilicet Treuerensis, & Maguntini ad idem innitentium; & binis, qui ob aliorum inuidias animos diuerterant, non votis; sed aliorum contemptibus in HENRICVM. Siuè autem sic, seù Diuinitatem humanis anteponamus conatibus, declaratus est HENRICVS Romanorum Imperator semper Augustus conuenientibus porrò & reliquis. Res hæc per fines vulgata Germaniæ nonnullis admirationi fuit, nec prius credita, quàm per patentissima documentorum monumenta manarent edicta, quæ Prouincias communi assertione complerent. Suberat & admirationis occasio, cum ad sumnos Alemanniæ Principum apices hoc supremæ dignitatis fastigium applicari mos esset. Et equidem mira res, vt quantò humilius habuerit * ipse primordium, tantò celerius volauerit in sublime, Natura Fortunaq; fauentibus, vt mundanis vtamur vocabulis, non abnuentes Dei nutum in excelso consistere.

In omnibus ipse, sed male.

HENRICVS hic titulum nactus Imperij, vniuersorum Principum feruentioribus assensibus, Plebis clamoribus, & Clericorum Antistitum applausibus in sedem Augustam delatus est. Cuius & iugum subiere libentes, qui trans, & cis Rhenum accolunt, & omnes Teutones ad hunc se se referentes, vt ad perspicuum columen Cæsareæ Maiestatis. RVB. V. Alemaniæ plagatio.

Pacata Alemannia, finibusq; Aquilonis vsq; in Oceanum ad maiora direxit animum, desuetum iamdudum Regnum per fines terræ reuiuiscere posse coniectans insignibus argumentis: seq; in horum initium coronas vtrasq; adepturum permetiens, Italorum tentare partes induxit in animum. Constiterat namq; plurimas Italiæ Ciuitates per Optimatum factiones arcuisse in exilia Ciues partium scismatibus; quę hinc Guelforum sub Ecclesiæ; hinc Gibolengorum sub Imperij clypeis nomina sibi quædam induerant, quarum nõnullæ etiam, & præsertim Longobardorum passæ tyrannides siuè exilijs, siuè coertionum profligationibus, diù marcuerant. Cuius rei inuidia ad se, simile veri erat, extorres concurrere, sicq; pacis ingenti suasione alliciendos populos ad cultum noui, & specioši nominis Imperatoriæ Maiestatis. Nec huius regiæ virtutis instinctum circumspecta refellit opinio. Nam & Tuscorum quidam Optimates ex Gibolengis partis antiquę, nec nõ ex diuisis Guelfis, qui Alborum intolerantia Gibolengi nominis sibi prænomen elegerant, eiusdem propositi complices montes transiluere ad ipsum Regem eliciendum muneribus, & subsidijs. Ad quæ etiam hortamenta suggessisse acceptum est Albuinum, & Canem Veronæ Dominatores: quæ res postea successu rerum ludibrio gentibus fuit, diminutionis statuum eorundem consecutione, & grauium pecuniarum exhaustu. His informatus conceptibus, & instinctu nobili, Clementem Papam, Cardinaliumq; Cętum, quos cum Philippo Francigenarum Rege litis caussa, quæ pro cremandis olim Bonifacij Papæ ossibus de hæresi accusati Regem vrgebat, simultates gerere non ignorabat, accersiri statuit, impetraturus Coronationis suæ decus, & in actus quoscunq; fauores Ecclesiæ Triumphantis. Quod & facilè sui obtinuere Legati litteris patentibus, termino ad hoc in certam diem præfixo constitutione solemni, enologata etiam electione cum sacræ Benedictionis præconio. Cuius & Diadematis appositioni in ipsum Romæ in Sedem Pontificalem compariturum, & * effecturum despondit. RVB. VI. Cæsæ progressus in Italiam.

Ferè effecturum.

His ità compositis, Filioq; eius Primogenito in Boemiæ Regnum, quod tunc Romano vacabat Imperio, summoto Henrico Karinthiæ Duce ad id Regnum aspirante, præfecto, coronatoq; & Boemis regia censura pacatis, vt populorum amores sibi conciret, nuntios cum Maiestatis suæ litteris maturè annuntiari iussit felicem aduentum ipsius, seq; pacem Mundo daturum: iura, libertates lapsis restituturum: Vniuersitatum in pace degentium mores approbaturum, & reliqua regalibus extollentia suasionibus corda fidelium. Intereaq; confœderationes cum Principibus Regionum Teotonici nominis, priuataſq; amicitias sibi sponsionibus, & cæteris, quæ Mortales alliciunt, conquirens, Spe etiam suffultus Amei Sabaudiæ Comitis alteram ex filiabus Ducis Brabantiæ vxorem habentis * cui & Delphini frater adhæserat eiusdem Sabaudiæ Comitis gener, inquè Socias vices & Guidone Flandriæ * Comitis fratre ineunte. Hi quidem & Imperatoris aduentum ob studium exosi * eis dicti Philippi Francorum Regis, affectabant. Statutam indè diem transgrediendarum Alpium præfixit in Lausannam vicinam descensui ad Lombardiæ planiciem, indeq; se se cum copijs promoturum enuntiauit. Præmissisq; iterùm ex latere RVB. VII. Annuntiata progressus.

In V. cui, & Dalphinus adhæserat, inque socias &c. *cetera desiderantur.*

In P. & R. Comiti fratre.

In V. desit eis

viris

viris strenuis ad partes Italiæ Episcopis, & Laicis ad vniuersos, & singulos Imperij fideles diem nuntiantibus, qua citrà montes descensurus erat, vt occurrerent suffecturi viribus Regalis aduentus, & pariturì salubribus eiusdem monitis, vt Regia Maiestas appeteret, compositisq; rebus vtcumq; componi potuerunt.

RVB. VIII. Colloquia cũ Principibus Germanorũ.

Ipse inter Regni Principes, insistente Regina Margarita consorte, * ibidem colloquium habuisse fertur. *Inquiens, vt si humanorum actuum auctor, & productor Deus ipsum vti voluisset communi vitæ solatio, priuatus vt viueret; vt liber animus, & sui iuris foret, sibi priuatæ vitæ parendum esse dumtaxat officio. Nunc autem dùm statuerit, vt rerum omnium ipse potiatur, infallibiles fore effectus eorum, quæ Prouidentia diuina prouiderit, se iugum non excussurum, vt seruum pecus, quod suæ ipsius consumitur inertiæ, sed executorum commissa diuinitus. Exhortans commilitones suos, quibus Mundum spondet patere ait, iam benè faustis aspirare principijs, in spectante Deo secum ire, Principatus Mundi se offerentis accipere. Vacantes Curules, Prafecturas, summasq; potestates Senatus; Populiq; Romani se dedentes amplectantur. Se illos antecedere, illos sequi, vt Miles, vt Dux in omnes fortunas, & casus.* Ad hæc inter se * diffidentium militum murmur intonuit, obiurganteq; vulgus per varia suas * cuiusq; discrepabat in facies, dum ex Principum choro prosiliere, qui plurimorum assensu Regem alloquerentur præmaturum asserentes tantarum rerum exordium, Germanorum animos non ad tantos motus infractos, non paratos ad tam supremæ aggressum rei; hybernandum potius, interim niuibus liquescentibus in Kalendas Martias proficiscendum, vt cum pecus omne per ampla luxuriet, fœta exercitus repleant, quæ omnia formidolosum Regem, & præpotentem efficient. His parum suffectus in Reginæ coniugis amplexus, ait, *illam se saltem non relicturam, comitemq; futuram in omnes casus. Et prodeant, inquit, Aquilæ, Italiam petant, progrediantur, faueat Fortuna, quam Deus, Naturaq; fulciant.* Sic fatus arma, equos, farcimenta, sarcinas, & vehenda quęq; expeditioni suppetentia parari iussit.

In V. Ibidẽ in colloquiũ fertur. *In R.* Ibidem collegiũ habuisse fertur.

R. dissidentiũ. *In P. et R.* eiusque.

RVB. IX. Transgressus in Italiam.

Inde mouit iter trecentis ferme hastatis militibus, peditibusq; totidem, * & per iuga, & colles summotis niuibus in Taurini Ciuitatem descendit.* Cuius portæ patuere, quemq; Ciues * libentes acceperè, * quibus Vicarium statuit, & nouas leges dedit, & ad id loci nonnulli ex Tusciæ, Lombardiæq; partibus confluxere aduolante fama Romanum Regem aduentare. in rescriptisq; Cardinali datum, cui Pellagruæ cognomen erat, apud Bononiam tunc Apostolicæ Sedis Legato, qui & Ferrariam expugnatis Venetis in Ecclesiæ ditionem redegerat; vt obuiam Regi pergeret, & commeatum præberet in omnes vias, & actus. Qui Pellagrua ijs intendere creditus, literis in aperto sic nuntiantibus, diuerso tamen itinere Auinionem ad Papam contendit. Cui quantum de persona mutato Papa proposito subrogauit Cardinalem ad eiusdem Regis conductus officium, qui cœpto iam itinere proficiscens vita defecit. Dispositis Taurini rebus Rex idem vicinam Hastensium Ciuitatem venit communi obedientia susceptus, ibiq; pace confœderatis Maioribus Ciuium, Senatu nouo, cæterisq; ad nutum ordinatis, Nicolaum de Bonsegnoribus Vicarium constituit, cui & meram regendi, potestatem tribuit.

In V. Deum & Forte. Cui. *In V. libenter. Desiderãtur hæc in V. vsq; & ad illoci.*

RVB. X. Cõuentus optimatum Lõbardiæ ad Cẽsuram.

In crebescente itaq; fama per vniuersas Italiæ Ciuitates ab infero, superoq; mari in vtriusque Galliæ montes, Germaniæ Principes, Populorumq; Teutonicorum frequentias Alpes transilijsse in Regis conductum, infremuere vndiq; contraria in studia, varijsq; oblocutionibus decertantes. Formidolosum nanq; id nouum dominia, statusque quietos tenentibus, & præsertim, qui propulsatos extorres tenebant, gratissimumq; exulibus, ijsq; quos oppressarant diuturnæ Tyrannides noua exoptantibus suis casualiter profutura calamitatibus. Vnde concussiones, fragores, strepitusque resultabant, hinc palam verba iactantium, quos diuturnus metus taciturnos fecerat obmutescere; * indè quos potentiarum tuendarum. Regi se remedijs quibuscunq; conciliaturos erigebantur. Ex his primi Longobardorum Magnates Philipponus Papiæ Comes, Simon de Colubiano Vercellarum, * Gulielmotus Bruxatus Nouariæ, & Antonius di Fisiraga Laudi Dominatores paribus votis, consilijsq; cum delectorum Ciuium legationibus ad Curiam perrexere, ibiq; comiter susceptì, ad Regisquè consilia vocati, dierum plurium spatio diuersa versantes, denuò Regem allocuti sunt. Status instantes Ciuitatum prædictarum salubres Populis suadere conati, illum se suis producturos potentijs, suffragijsq; ad reliquam Longobardorum obtinendam prouintiam proprijs spondebant, animum Regis, quibus poterant atra-

Sic habent R. & Pat. V. Inde quos potentiarũ mendarũ *rerũ si remedijs quibuscunq;.* *Forte* Inde q. p.r. spes r. s.r. q. c. *erigebat.* *In V. nulla mẽtio* Gulielmoti Bruxati,

Mat. Ped. Arbor, 2dly. Alpin. Exot. 100. 1640. 1653. 1687. Raii Hist. 1286. Tour. 100. Boerh. Ind. Alt. 1. 100. Dill. Elth. 1. 100. Mor. Hist. 2. 100. Park. Theat. 1. 100. Ger. Emac. 1. 100. Cluf. Hist. 1. 100. Cluf. Pann. 1. 100. Cluf. Hisp. 1. 100. Cluf. Rar. 1. 100. Cluf. Exot

Liber Primus. Definitiones.

filiumque,ac nepotem Manni Bizalis viri in ea ora potentissimi, qui in partis Gelfæ factionem municipijs plerisque præerat,ante ora eius * furcis appendit. Ille namq. seù ingenti magnanimitatis virtute, seù Vgutionis diffidentia parere iussis abnuerat. Atteum de Gragnana Virum strenuum Spineta Marchio de Malaspinarum prosapia in suis eiusdem Garfagnanæ municipijs fauore Gibolengorum oræ eiusdem exarcuit, multaq. oppressione cum Germanorum hala,quam Vgutio de Pisis illò destinauerat,ad pressuram famis eduxit. Sed is tamen multa solertia,strenuitatis amore,ab Germanis,ipsoque Spineta impetrata licentia Lucam ire,pro veniæ impetratione dimissus est. Vbi, seù ære dato (vt fama vulgatum est) seù indulgentia se ipsum,suaque ab Vgutione redemit, inque Vgutionis fide acceptus, cum Castrucij de Interminellis Viri sublimis filia matrimonium contraxit,obsidioneq. leuatus statu pristino sub Vgutionis * ditione positus est. Verùm non multo dierum contermino ab Spineta, Municipibusque aduersæ factionis in Vgutionis si multate in, suspicionemque redactus est: contemptisque monitis bellum cum Gibolengis eisdem restaurauit. Quo motu cõtinuis prælijs circùm Carfagnanæ montana incendia,mortes,ruinæ reintegratæ. Idemque Atteus Gelforum Princeps aduersus Gidinellum de Monte Cuculo alterius partis in Castilione Castro vires fulcientem per Montana eadem incursionibus iugiter impetebat, atque impetebatur assiduis. Nec remissus Vgutio, vt hostiles offensas circum se resecaret, ad maiora deinde animum intendens ad Montem Catinum direxit exercitum. Castrum hoc Lucenses prolugi suffragio Pistorienstum, Florentinorumq. tenebant. Statiuis igitur iuxtà fixis ad machinarum, propugnaculorumq. structuras, quibus Castrum vi oppugnaretur, omnem intentum disposuit. Cumque consumptis diebus quinque,& triginta, seù circiter, pluribus insultibus, aggressuriq. * intrinsecis inaniter pertẽptatis, longa mora affectus Vgutio,dimissis per propugnacula præsidijs, Pisas contendit. Alia etiam recessus causa illum mouerat. Nam inter Vrbis viscera nouas res temptari susurratum est. Iamque Pisanis,qui diù obmutuerant, voces redditæ in ipso Prætorio, & per plateas visæ sunt, nonnullis dictantibus Reip. malè contigisse,quæ iam nulla erat,Plebe,Ciuibusq. in penurias intolerabiles, oneraque importabilia, &, (quod peius est)in libertatis amissionem incidisse, seramque pœnitudinem dilacerati communis boni non reminiscentium Ciuium torrere præcordia. Ex quibus oblocutionibus coire in idem propositum vtriusque factionis homines videbantur. Prętensum fore,aiebatur, in Reip. perniciem Bonducium Boncontis, & filium trucidatos fuisse, nunc deesse eos, quisoluto ore bonum publicum loquerentur. Victoriam, * Victæq. Ciuitatis Lucanæ in exitium Pisanorum versa forecondiciones in singulos dies deterrere. Sic odia paulò ante exaggerari per alterna factiosorum alloquia videbantur, vt eisdem super statu Vrbis assertionibus vterentur. Horum omnium non ignarus Vgutio Procerum Senatum haberi constituit. Vbi facta Oratione *probè gesta memorauit: Deletos antiquos Pisani populi hostes, & in* eorum seruitutem redactos: Municipia recuperata, quæ visus, & auditus continuus Pisanorum eminus molestabant: Ad tollendas reliquias instare, studere, assiduis vigilijs fatigare: Hæc tanta, talisque gratis, oblectanter consumari non posse. Impensa, laboribusque opus esse, nec de Fagiola prouentus ijs suppetere: Sibi ipsis ipsi consulerent: Res agendas assumerent, emendarent, impendia leuigarent: Ipsi parere circà ea, quàm iubere gratius: Ex se ipsis deligant, qui ad Commune commodum administrent, stipendia persoluant sub moderamine propensieri: contentumque se ijs fore testatus est*. Demum Senatu, * euulgatis per plebeios conuentus, quæ Vgutio pro magnanimitate, proque veritate protulerat.

Mal. Pureas in *M.S.*

Mendos in M. S. V. Dictione.

Melius. Intrinsecos inaniter pertemptasset.

Forè. Victæq. Ciuitatis Lucanæ vires in exitium &c.

Pro. Eius.

Mendos. V M. S. Emulgatis.

Continuò versum est studia in contraria Vulgus,

Vgutionem extollere, laudare: pro suo libitu publicum, priuatumque æs effundere: pro illo, proque se in ferrum, in ignes ire: vires ad vlteriora extendere: Florentiam inuadere, vitas, soboles, penates, omnia Vgutioni impendere. Tunc per vicos, & fora, ac theatra vox vna,*Vgutionem viuere*, Vrbem omnem obstrepebat: *Florentiam,Florentiam iri*. Vgutio secundantibus pro tempore votis, vt magis,magisque sibi amores concitet, Germanorum, ceterorumque Mercenariorum totius militiæ cohortes centuriauit, in acies pedestribus, equestribusque phalangibus distinxit. Captatisq. matutinalibus horis,migratis Lucanorũ finibus in Florentinorũ agros populabundus exijt,incendijs,capturis,rapinis,quacunq. iter erat, vastauit, magnoque trophæo concinnitate tubarum regressus est. Proinde maiora aggressurus,armamenta, ballistas, cæteraque ad vsum bellicum magno apparatu conquiri constituit. Tuncque per Gelforum Vrbes, Municipiaque vndique terror; sed maior Florentiam metus

tus inuasit. In ea quidem trepidus, impotensque virium Petrus erat, cui nec plena, nec tuta Ciuium fidutia. Vrbs quidem mixtis omni factionum genere viris Albis, ac nonnullis Gibolengis, interniſque Gelforum odijs vacillabat, vt vix consilio locus foret. Nec ipsum Petrum adamabat Communitas, cum citrà spem communem plus otio; & (quòd detestabilius erat) auaritiæ deditus, quàm belli vicissitudinibus foret. Nec minori anxietate angebantur Florentini, quàm HENRICO Imperatore mœnijs instante. Dum tandem prouisione Priorum defendendis mœnijs per Coloniarum incolas, quas *Vicarias* appellant, spem salutis cepere: amicos Bononienses accersere: castra muniere, nulla prorsus tutandorum agrorum, finiumq. fiducia, miseris Ruralibus per Castella, & loca tuta confugientibus. Eodem Senenses discrimine similibus remedijs freti sunt. His momentis tantum sinistri à Monte Catino Vgutioni cessit Idibus Martijs. Nam, qui Castrum pro Lucensibus exulibus magna vigilia seruabant, suis confisi viribus tumultuariam pugnam cum ijs, qui maiori Pisanorum propugnaculo præsidebant, mouere. Cum expositi ad pugnam iniendam Pisani iam se se ad congressum coaptarent, edictum misere Catinenses, vt, qui eadem expeditione aderant, Lucenses à Pisanis, cæterisque pugnatoribus digrederentur, & res prælio cum cæteris agenda relinqueretur, quod & continuò factum est. Digressione facta, vtrinque in prælium itū est. At exules, qui CCC. fermè erant, seù ad Catinensium fortunam, quam eminere viderunt, accedentes, qui iam potentioribus viribus Pisanos represserant, seù sponte sua ad patrium amorem inclinantes, ab tergo * Pisanos adorti sunt, necem eorum, victoriamque Catinensium, & partis Gelfæ conclamantes. Vnde itidem parua mora ad propugnaculum, quod Tusci *Barisolem* vocant, se conferentes hostibus mixti pariter vna perplexitate congressi sunt Sic antè, retròque circumuenti Pisani cæsi, trucidatique sunt, aduſtumque propugnaculum, Lucensesque exules, qui se huic fauori exhibuerant, cum Catinensibus magna exultatione in Castrum concessere. Hæc Pisanorum, Lucensiumque conditiones sub continui belli fremitu suis ipsi damnis Gelforum Ciuitates vndique flagitijs torquebant.

* P. Pisanorum.

Sic peccata luunt homines, dùm viscera terrent.
Concepis ignita odijs, nec digna vicissim,
Qua latet, alternis perpenditur vltio damnis.

Sic omni bono exposa, omniq. calamitate repleta Lucana Ciuitas Francisco Vgutionis filio Dominatore tyrannide interim calcata consumebatur. Ipse namque Castellum magna laterum fabrica apud Sancti Petri valuas, quibus Lucam callis dirigitur, in Curtino, sibi astruxit, obstrusis viarum angulis vndecunq. ad id loci erat accessus. Cui etiamsi nulla de victis, superatisque Lucensibus fiducia, parua de suis victoribus erat, cum vtrique victos, infeliceſque se reputarent. Interminelli siquidem, suique complices, quorum fauoribus Luca ad Vgutionem deciderat, primo conceptu libertate suæ Vrbis potituri aduersis, inspera-tisque successibus detestabilem seruitutem ingemiscebant, exilium pristinum affectare, quàm patriæ cohertionem, reditumque dictitabant, citra spem omnem fuisse, ac præter omnis primi tractatus conditiones Vrbe spoliari, Ciuibus denudari, bonisque omnibus sic priuari, vt omni prorsus ciuilitate carere debuissent, odiaque grauissimæ huius tyrannidis tanto ardore præcordijs alebant, (vt si fari licitum cuique fuisset) ex duabus Gelfa, & Gibolenga factionibus in idem fœdus corda vtrorumque amplecterentur. Sed pœnitentiæ locus ad expianda crimina longiora spatia exigebat. Aliorsum quidem Vgutionis susceptı Dominij propositum, aliorsum illorum opinio diuertebat. Classica enim sequi, quęcunque buccinæ personarent, illis consilium erat, nec iuga collo retrahere. Tum demum ad S. Miniatis validum municipium Vgutio copias omnes eduxit, castra secus Treghialam fixit. Inde per agros omnes luxurians, fata, vineta cum fructibus passim vastauit septem centum, & M. militum. XVI. millium, peditumque cateruis Colonias omni feritate perambiens. Incluti Castro Simon de Villa Sextorum duorum Ciuitatis Florentiæ dux cum municipalibus vallis solis contenti vallorum tuitionibus intendebant. Inde hoc anfractu præsidia Pistorij conduplicata sunt.

RVB. V. Pulsio Calbulensiū de * Farliuio. *Forliuio alij.*

Fuerat in Romandiolæ Prouincia per Nonas Nouembrias XIV. Anno Domini nostri post CCC. M. memoriale momentum. Nam Gilimbertum Romandiolæ Comitem pro Roberto Apuliæ Rege, Simonem de Beloco, & Bernardum de Cimonsutri prouinciales, eiusdem Gilimberti contubernales, quos in Romandiolæ præsidio Rex idem tenebat, vna cum Florentina militia aduersus Vgutionem de Fagiola Petrus Roberti Regis frater in expeditionem.

peditionem ire iuſſit. Qui peracti temporis promeritum ſtipendium quærentes, dū nō impetraſſent impetrata, exequi ſtomachati negauere; ſed in Romandiolam neglecto Petri mandato iter arripuere. Dumque Fauentiam nonnulli ſuorum anteceſſiſſent, in nouis allatum eſt, eundem Comitem cum cohorte ſua nouo propoſito, tædio Petri, ac carentia non acceptæ, quam diū meruerat, promiſſæ mercedis in Gibolengos votum vertiſſe, Romādiolamque totam velle ad eaſdem partes, ſi res ſuccedant, ſuo, ſuorumque conatu conuertere; ſicque ex ipſis ſuæ cohortis ſtipendiarijs ad hæc aperienda peruenisſe. At Franciſcus de Manfredis Gelfæ partis in ea Ciuitate princeps, ac Capitaneus huius rei metu in ambiguo poſitus, pro tutiori ſucceſſu aduentantibus portas clauſit. Stupefactus rei nouitate Gilimbertus receſſit Oriuolim, tum & demum in Caſtrum Carum reſtitit. Auditum hoc circùm circà momentum, Romandiolam totam, ac præſertim Gelfos hac horrenda ſuſpicione conterruit. Nec ſegnis Franciſcus Lambertum de Polenta Rauennæ Dominatorem, Comites Cunienſes, & cæteros Romandiolæ Primores Baguacaullum in colloquium traxit, parti Gelfæ timendum fore, ne à Gibolengis adhærente illis nonnulla Gelforum factione ſub Marchionis, ſuorumque præuaricatione opprimantur, obſtandum eſſe, præoccupandaſque primas aggrediēdæ rei vices. Decretum hoc colloquio eſt, Imolenſes, planiciemque totam cum montanis ad Fauentiæ præſidium concurrere; Lambertum de Polenta cum Rauennatibus, Comites Cunienſes cum ſuorum fidelium copijs Furliuium adire ſuffragaturos Fulzerio, & Calbulenſibus, ne Argulofis eiuſdem Furliuij potentioribus, inter quos, & Calbulenſes contentio, ac ſimultas erat, Gilimberto adhærendi facultas foret, neuè Furliuium in eiuſdem Gilimberti partem cederet: ſed, ſi res expoſceret, Vrbe potius fiduciarij Calbulenſes potirentur. Continuò digreſſu ſtabilita eo colloquio executionem cœpere. Fauentia præſidio Imolenſium fulcitur: Calbulenſes ab amicis edocti ſub armis per Furliuij vicos ſuæ factionis amicos habuere: Cunienſes, & Rauennates Lamberto de Polenta duce, patentibus portis improuiſo, ac horum omnium ignaro..... Cathelonenſe, qui Gilimberti Vicariatum agebat, Furliuium ingreſſi ſunt. * Concitus impræmeditatis momentis, accerſitis Argulofis, cum Cathelonenſium cohorte protinus in Lambertum infeſto calybe ruit, equoque faucium ſtrauit. Nec mora, (quemadmodum in primis cōgreſſibus Fortuna viribus potior ijs, quos præelegit, Victoriam tradit) Lamberti acies per angulos verſæ fugæ remedijs annixæ ſunt, Argulofis fugantibus, ac terga paſſim cedentibus. Ceſſere è portis ſolo tumultu victi, ſuperatique Calbulenſes Vrbe relicta, Viuiano Fulzerij fratre ab equorum ſtrage compreſſo, necatoque; pleriſque etiam Primorum eadem ruina peremptis. Victor,...cum Argulofis ad Roberti Regis Apuliæ nomen Victoria pariter, & Vrbe potiti ſunt. Sic nunquam ſciſmate carent partes per varias mentes imperdurabili quadam naturæ corruptione diuiſæ.

Videntur deſſe nonnulla.

RVB. VI. Turrianorū inſultus ad ſuburbiū Placentiæ.

Vgo Dalphin factione Longobardorum Turrianorum, ac cæterorum Gelfæ partis accitus cum ferè CCC. militibus Papiam venit. Vbi contractis copijs factionis eiuſdem, Parmenſium ſcilicet, Cremonenſiam, exteroruinque exulum Pergamenſium, Laudenſium, Placentinorum, & ſuperæ Longobardiæ, * oris Alexandrinorum, Vercellenſium, Nouarenſium inuadere primo curſu præmeditati ſunt: At Maphæo Vicecomite ſub Imperij regimine conductorum militum multa mercede, amicorumque viribus ſuæ factionis ſumma vi Vrbē protegente Placentiam diuerterunt exercitum, expugnatoque Padi ponte in contiguum Ciuitati ſuburbium introiere. Poſitiſque in eo loci ſtatiuis habilitate expugnandæ Vrbis confiſi ſpes, intentoſque animos direxere. Cum Dalphin ſub horum actuum procinctu Proceres exercitus de promiſſo ſibi ſtipendio pro inſtantibus diebus, cum ſuſcepti iam dicti ſtipendij tempus preferijſſe ſubijceret, interpellauit. At illis ſecus fore aſſerentibus, & de dierum, ſtipendijque computatione certantibus, è Suburbio, & Caſtris ſe quarto Alexandriam verſus cum ingenti commotione digreſſus eſt. Quem poſtera die Contubernales eius rupto exercitu cum ſuorum militia ſecuti ſunt. Longobardi, Turrianique tanto anfractu ſolutis, diſperatiſque conceptibus & ipſi Papiam exuſto à tergo Padi ponte regreſſi ſunt. Fuere, qui Dalphinem Maphæo ære corruptum ſic receſſiſſe dictitarent, argumento, quod iam paratam victoriam relinquens abijſſet.

Mal. Oras.

RVB. VII. Expugnatio Caſtri Ciguli, & depopulatio Sancti Miniatis.

In Tuſcia ſolus Vgutio prouinciam totam bello pertinaciſſimo inceſſebat. Nam, ſicut præmonſtratum eſt, totam Sancti Miniatis oram incendio, & omni præda vaſtans ſecus Ciguli Caſtrum inſidens, Colonias omnes ruina, ferròque ſubiecit, Turrim Sancti Romani, Stibium, Montalium, Sanctam Condam, Fabiaſtrum cæſis per eam planiciem palmitibus, &

Oliuis

Oliuis à Calle Marsignanæ versus Pisas, erectisque instante obsidione machinis, & propugnaculis ad Ciguli Castellum magno impetu, illato certamine, ipso magna intrinsecorum cæde, ac strage potitus est. Verùm ex suis in suburbij oppugnatione fermè CXXV. interempti sunt, inter quos Vir vnus nobilis Tanus de Valchochis: Ex ijs, qui in suburbio erant CC., seù circiter, cæteris omnibus vinctis, & in captiuitates redactis: nonnullis, dum se se magno certamine contuerentur, pacto ad suos abire dimissis. Actum hoc III. Non. Maias. Consequenter ad Montem Caluoli directo agmine itum est. Vbi cum statiuis positis ad oppugnationem structuras coaptaret, ij, qui Castri præsidio erant, cladis, quæ apud Ciguli * contigerat, terrore affecti dedente Bulgatio * Fantoni Florentino Arcis illius Capitaneo nullo expectato certamine ad Vgutionem defecere. Nec mora inde digressus vsque in Sanctæ Mariæ in Monte Arcem ferro, & igni omnia depopulatus est. Ad Vallem Arni properans, quò nihil flagitij, hostilisvè pestis omitteret, fortuna quidem, & viribus pariter vsus, hostes segnibus exploratorum indaginibus sentiebat. Petrus siquidem Roberti Regis frater Florentiæ præsidens, non aliud, quam literis frequentibus Fratrem sollicitare pro suffragio conquirendo annitebatur; nil cò minus, ac si Patriam infesto bello defenderet, annuum stipendium à Florentinis accipiens nonaginta, & sex millium aureorum. Tandem hoc Mense Maio tantis angustatus oppressionibus, atque iniurijs, correptusque Florentinorum querelis assiduis, & suæ remissionis pudore, ad Regem Fratrem præcisi sui proposiri literas direxit; vt nisi per instantis mensis Iunij terminum se subsidiis adiuuet, soli ipsi cum volentium duntaxat consortio in gladios Vgutionis, etiam morte præuisa, * occurrendum. Hæcque iurciurando, & sub Regiæ domus fide contestatus est.

* *Addo* Castellum. Fansone *melius*.

* *Melius*. Incurrendum sit.

RVB. VIII. Transmissio Principis Tarentini in Tusciam.

Robertus incuitabili cohortione permotus, cum hæc multum, diùque aggredi diuturna dilatione vacillasset, Philippum Tarenti Principem cum Carolo eiusdem Principis filio, ac Principe Capuæ Ducem eiusdem Roberti primogenitum destinandos in Tusciam decreuit, dilectumque omnem cum apparatu terrestri, ac nauali nullo medio suis, Tusciæque stipendiis coordinauit, centuriauitque ijs sub gagiis, quæ stipendia Tusci vocant, de Florentinorum, Tuscorumque Gelforum ære mensibus singulis, quibus in expeditione militauerint. Personæ Principis Vnciis CCC. auri. Baronibus, seù Proceribus, Comitibusque duodecim vnciis. CCC. Militibus decem. Primipilariis dilectis vnciis sex pro eorum quouis. Nonaginta gregariis militibus pro quoque vnciis quatuor. Singulis sexcentorum Militum acierum vnciis tribus pro cuiusque stipendio, additis cuique eorum aureo vno Floreno pro equorum emenda, & vnciis tribus singulis mensibus vnicuique eorundem pro exennii largitione. Capit omnis huius summa mercedis mense omni XIII. mille CC L. Florenos. Insuper auxiliare Regis suffragiũ Ioãne altero fratre Duce ex Regiæ Cameræ mercede militũ CCCC L. constitutum est regia largitione. Sic omnia mense Maii stabilita, ac conclamata sunt. Inde ad hunc sulciendum delectum Princeps intentus menses Iunium, ac Iulium, Rege parum solerter intendente, ac filium mutato proposito cum gagiis militum C. subtrahente, retento Ioanne fratre, reuocatoque ex itinere, dum exhaustum illum Siculis effusionibus impensæ admodum grauarent, atriuit. Sed demum circum Augusti Kal. cum ijs copiis in Tusciam profectus est. Tunc vndique excitæ nouo Marte Prouinciæ Italiæ propositis domi rebus, suisq. arctatæ mœnibus singulæ Ciuitates, vt tutæ à finitimis consisterent, ad hoc veluti suarum rerum supremum iudicium intentus direxere. Tunc alitum factionum Gelfæ, ac Gibolengæ ferale odium audentibus fiduciis vtrinque detectum est.

RVB. IX. Præparatio Vgutionis de Fagiola ad bellum.

Ad capita hęc duo hinc Principem, inde Vgutionem vires summittere, fulcire, extollere cuiusque Populi spes erecta est. Nec Vgutioni tam arduis perplexo vicissitudinibus, cum resilire tantis iampridem in Gelfos commissis facultas non foret, audatia, animique magnitudo defuit. Et si illum non ignarum altę indolis, prosapięque Principis, & imparis certaminis formido conterruit; non tamen casualis fortunę spes deseruit; ac si non victoriam polliceritis; non tamen negantis in sui vertigine iudicri, apertum bellum experiri primo proposito coniectatus est, in quo per omnium humanorum actuum experimenta suum ostentat apertius Fortuna dominium. * Plus igitur Fortunę fidendum, quàm contingendorum euentuum rationi. Continuò igitur momento primo nundum firmatis in robur hostibus exercitum velox admouit, per singulos angulos accessus propugnacula præsidiis munita circumposuit, pótiendique cuiusquam ab amicis suffragii spem sustulit Fluuio Nebulę, qui montis

* *Melius fortasse* Plus igitur Fortunæ fidens, quã, &c. Vel fidẽdum ratus, continuò momẽto primo, &c.

ris radices à campis distinguit pro Castrorum suorum tutela potiturus. Per eos quidem agros hostium incursum ad se inuadendum, sicut omnis docebat verisimilitudo, summa prouidentia præmeratus est. Inde à Suffraganeis, suisque Complicibus copias suas auxit. Ex suis quidem mercenarijs Gallicis, quos magno ære vndecunq. collegerat M CCC. habuit. Ex Italicis exulibus Gibolengis, seù Albis D C. Ex ciuibus Pisanis, ac Lucensibus D. Ex Aretinis Vbertinorum, & Paziorum prosapijs (sic enim Florentinorum Nobiles quidam exulum vocabantur) C. Ex Communitatibus Sanctæ Floris cum Complicibus terrarum Patrimonij C. Mutinensibus L. Mantuanis, ac Veronensibus C. Leuis armaturæ peditibus, & agrestibus, quorum copiam Lucana Ciuitas per populosa rura semper habuit XX. millia. Princeps tandem Senas aduenìens, seù fatis sic parantibus, seù itineribus, exercitioque fatigatus, quatriduanæ febris languore occupatus, infractusque * est intensissimis parocismis, nonnullis diebus itidem resedit. Dumque dierum quietis intercapedine alleuaretur, Florentinos, cæteroſque suæ factionis * hortaturque, inde & Florentiam proficiscitur.

Delerem. Est. *Inv.* Incentissimis. *Mel.* Hortatur.

RVB. IX. Princeps ad Ficcechiũ Castrum copias educit, & recenset. *Facit* Leonardo Aretino lib. V. Hist. Florent. pag. 103. Edit. Argentoratẽ sis M.DC X.

Vbi nulla mora, quãtum natura languore refocillata patiebatur, apparatus omnes ad expeditiones exponebat, dum Idibus Augusti Mensis Florentina Vrbe * congressus ad Ficcechium Castrum copias omnes eduxit. Castrum hoc Ficcechij Lucanorum finium erat, in quod sub Lucæ excidio appulsu exules Gelfi se contulerant, in eoq. loci Municipum beneficijs bellum Vrbi, qualecunq. valuerant, inferentes degebant: distabatq. ab Vrbe Lucana passuum millibus ferè.....a Florentia. Hoc in loco recenseri ex multis primi temporis pollicitationibus Tuscorum copias iussit, suasq. patenti campo in aspectum declarari enuntiauit. Fuit Apula militia, Regiaque omnis Cohors sub præmissis adducta stipendijs militum fermè VIIII. centum. Quorum VI. Centum Princeps ipse suo lateri asciuit, ac eorũ Submarescalcum, bellique huius Principem Gulielmum Boraldum Apuli Regni militem egregium constituit: reliquos verò, qui ex ijs superauerant, suo Fratri Petro Embolis Comiti, primogenitoque Carolo adolescenti contribuit. Duces belli, ac primipilarios centuriauit, signaq. ferenda probatis plurima experientia viris, quos sibi honores, ac munificentiæ Regiæ fidos fecerant, assignauit sub ijs numeris. Oberto de Neo Gallico dilectos milites LX. decreuit. Brengario Carrocio L. Raymundatio CL. Aginulfo Aquinensi CLX. Simonem de Villa commeatui Petri Fratris eius cum CL. militum hala præfecit. Bolgarucium Comitem de Marzano XXV. prætulit. Thebaldum de Artese XXX. Gulielmum de Monsablone Burgundionem XXV. Diadegum de Latat Romandiolæ Comitem CL. Fuere milites Florentini VII. centum. Mercenarij eorum conducti CC. Subsidiarij insignes ex Terris, Municipijsque Florentiæ adherentibus ij. Rugerius de Odola, & Carolus Batifollis Comites Palatini cum Contubernalibus L. Nellus de Panochiensibus cum socijs XX. Aduenere ex Aricio Gelfi Duce Fumo de Bostolis milites LXX. Lucani exules CC. Senenses milites quatuor cẽtum cum peditum V. millibus. Bononienses CC. cum peditibus CCCC. Perusini CCL. Vrbitani. C. Malia de Grosseto cum L. militibus. Pistorienses LXX. Samminiatenses LXXX. Montispulcianenses L. Pratenses L. Vulteranenses, Sangeminatenses cum Collensibus C.

RVB. XI. Occursus Vgutionis contra Principẽ.

Vgutio de Fagiola, vt Principis exercitum apud Ficcechium exploratorum relatione dignouit, Lucam aduenìens, inde diluculo egressus cum Lucanorum, Pisanorumque copijs Pagum S. Petri in Campo properè occupauit, ratus, si in eum callem Princeps præuenisset, exercitui Vgutionis, qui Montem Catinum obsidione premebat, meatum ad Lucanam Vrbem precluſurus fuerat. Illudque Principis extimatione futurũ fuerat: sed causa propositum Principis auertit. Nam loci angustia fontium ficcitate, quibus hominum, belluarumq. opportunitas aquari debuerat, identidem gressum inhibuit. Sustuliq. & idem propositum pinguis Principis, Procerumq. fidutia, quos, quacumque liberet, latè incedere nulla suspendebat ambiguitas, assignantibus ferè omnibus, ac computantibus pro quauis ratione potentiam. Verùm huiusce rei prima temeritas futuris successibus præiuditiale initium præstitit. Nam desertis propugnaculis adempta subsidij spes obsidentium fuga liberauerat Catinenses.

RVB. XII. Princeps apud Montẽ Victorinum Castra figit.

Princeps æquo campo, latiori meatu instructis aciebus secus Montem Victorinum castra fixit, ibique resedit. Tutus Vgutio ab inde hostes occupationi viæ Lucanæ intentos non forte, & ipse statiuis mutatis Montis Catini promontorijs per planum semper inhærens pendirectum iunctis castris cum iis, qui Castrum Montis Catini obsidione premebant, substitit. Inde & Princeps secus Vehile Fluuiolum caterua per latum campum eduxit, dum ad Montis Sumani appenditias vsque peruenit, ibique sola intersecante Nebula per balistarum

tractum

d by Google

tractum impedimenta deposuit, sicque ipse directa lancea longis stratis temptoria figi iussit, vbi per iuga locis eminentioribus inuentibus vna castra visa fuissent, fallerentque apertos rerum inscios. Vgutio siquidem Ripam victoriorem tegminibus pedestrium clypeorum ipso ordine sub rectorum pedum assiduis vigilijs infidentium præmunitam, ne se inuito Principe in prædia discurriset. Hic Nebulæ fluuius apud Podium Seraullis vberrimo fonte exoritur, indeque permeans per colles excidit, & per planitiem, quæ montibus Sumano, & Catino interiacet, prolapsus sibi alueum facit alluuionibus excrescens modica ficcis liquore temporibus; verùm riparum crepidinibus abdita profunditate impermeabilis. Hic Montis Catini radices *girans declitiorem apud Buglianum vallem nactus dum alterius Fluentis Borræ, & alijs accedentibus stagnis quieuit, paludemque longæua residentia perstans efficit. Nomen Paludi, Iussiana accolæ dedere. Nebulæ huius nuncupatione per eam oram promontoria cum vallibus nomen accipere, vocitanturque * Valles Nebulæ. In Montis Catini vertice Municipium validum situm est M. fermè Municipum capax, fola fame expugnabile. Hoc post Lucę excidium Gelfis, ac Florentinis fidem seruauit, quorum præsidijs fouebatur. Collibus adiacet Apenninis sub plaga Occidente. Nam trans Nebulam Mons Sumanus conspicit Oriens, Meridiem Buglani Castrum ad Pisas, Lucamque rectos calles aspiciens. Castrum Seraullis ad Aquilonem vergit, vnde Pistorium gressus est. Secus hunc Fluuium bini exercitus inferiora tenentes hinc, atque hinc imaginarijs conatibus multifariam agitantibus prælium, congressumque Principis, Procerumque, ac omnium manipulorum efflagitant. * At Petrus * Vgutioni sui, suorumque tutelam, Montisq. Catini iam famis peste laborantis cohortionem sufficere tolerantia ratus est. Mira Vgutionis suorum custodiendorum Castrorum vigilantia. Victoriam quidem in sola residentiæ perpessione meditabatur, fatisque illi sic consistere visum est, dum ex aduerso luxuriantium ingentibus ausibus Principis, suorumq. insolentias ab scapulorum eminentijs persæpè conspicit. Namque illi, vt iugiter parta victoria, semper oppressos, fugientesque hostes in se se coniectabant, non plus pensi habentes, quàm si conclusos, obsessosq. in exitium concluisset.

Ripam. Forsè Rigans.

Alter Vallis.

In V. Appetius.

RVB. XIII. Tumultuariæ pugnæ inter Gentes Principis, & Vgutionis.

Interea per æquatos Nebulæ aditus nonnulli pallantes in agros hostiles transiliebãt, concitoq. exercitu Vgutionis, tumultuarias pugnas agebant. Pisani, militiæq. Vgutionis, seù bellico æstu, seù ex concepta hostium suorum audacia, formidine castris se continebant. Vnde & ijs ferè omnibus excessibus prosperè succedentibus, singulari certamine victores remanebant. Interimque à scrutatoribus, quî clanculum ad Catinenses, seù per paludis auia, seù nocțu dirigebantur, Principi innotuit, illos fame vltima affectos exculentis, poculentisque consumptis ad radices, graminaq. edenda compelli, iamque ad ea, quæ belluis apponi solent rosibus per propugnacula vigiliarum impatientes mane expirati reperiebantur. Et ea propter flammas, fumosque è fuuijs turrium pinaculis conspectui suorum frustra prodebant. Vnde misertus, compassusque Princeps dum multifariam per alta noctium silentia, perque solitudines edenda sumitteret ab attentissimis Vgutionis excubijs vectores intercipiebantur, nec ipse talibus studijs quidquam proficiebat. Ob hasce res anxius Princeps amaris angebatur stimulis; sed atrocior vis, pestisque mordatior viscera eius exagitabat. Nam instantis quatriduanæ febris æstus non modo singulas dies quartas illum occupatum habebat; sed inconsumptus humor ille malencolicus corporis vires exhausto vigore sic hebetabat, vt sibi ipsi onerosus armis induendis cum auidius pertentaret, positis strato membris deficeret. Vnde nec coequitare, nec castra ambire, nec comminitones sollicitare quibat, nec cum Magistris Militum consilia inire, vt profundissimæ rei poscebat vicissitudo, & verenda qualitas. Proinde & per exercitus motus varij, & consilia singularia, prout vnus quisque pro statuis propijs studijs affectabat. Erat hoc absque Gubernatore remigium. Verbis quisque hostes nullo ictu subegisse visus est. Cumque simul quibusque horis acies instructas inspicerent, ad fugam dispositas conclamabant, assidueque per castra assentatores blandimentis, vt campo singulis crepusculis deferendo ab hostibus, nouis semper indaginibus discurrebant. Vgutio sobrius, ac peruigil omnium, quæ agebantur, gnarus in hostium solutione, ac lasciuia spem occœpit, victoriæque orientis successum animo strenuo autumauit, si se, suisque, vt spondebat, hostium mobilitas * grauiter, ac probè vtatur. Tunc Comminitones Gibolẽgos, Albosque cum acierum Ducibus, quorum sub libra æternæ res agebantur, in vnum coire, spes erigere, sub Dei Excelsi sponsione suasit his verbis.

Forsè. Gnauiter.

Si

RVB. XIV. Oratio Vgutionis ad Cõmilitones.

*Si ad conserendas, inquit, manus Fortuna suum, vt ecce cerno, præbuit secunda subsidium, ne abutamini Socij, Fratres: sed in amplexum occurrite. Duros vos, atque assueto Marte iamdudum infractos in Viros molles, qui solas nouere delicias, opponite, & imparatas moras irrumpite. Nec Regij sanguinis vana nomina pertimescite, aut vereamini hoc in bello, in quo nulla prorsus Personarum acceptio, dum de suo tuendo sanguine quisque sit iudex. Ea pars exuta corpore ignobilis animi pugnatoris anima nobilis impar non est. Se se Regi æquandum quisque nouerit hoc in casu. Constat regna quæsita à rerum primordio armorum, bellorumque instrumentis, & virtutibus animorum. Vnde & Reges dicti sunt, & quamdiù victis imperant, tamdiù cedunt ipsi victoribus, fiuntque nouorum Regum clientes. Nam Manfredus, Fridericusque Reges fuere ab horum Genitoribus nostra memoria interempti. Apulia, Siciliæque Regna non illis quæsita, nisi gladio indite, Successoribus. Imperia fatis, syderumque conuolutionibus immutantur. Portentum est rerum Naturam suæ munera abutentibus condonasse, perdurasse diù beneficium ingratos. Hi ecce Regum indignæ propagines sanguinem vestrum non sub iusti, vel æqui libramine Regia laude perquirunt: sed dati æris ambitu, luxuque sub mercenaria clientela. Deinde consternatos conspicite in Prouincijs Italicis, qui Gelforum vocabulo partis Ecclesiæ falsum sibi nomen induerant. Sacrosanctæ memoriæ Henricus Pius Imperator hic VII. vias pace, ferroque vobis aperuit, Victoriarum suarum heredes instituit, victrices Aquilas ferre contribuit, quibus abuti non liceat. Iam nouos Reges occupata diù Regna desiderant, penates, laresque sacris auspicijs admittunt Dominos iamdudum mendicantes. Hoc iudicium commune rebus Italicis quietem posteris pollicetur, has manus præsentium, futurorumque ministras * numerum fore in longæuas soboles. Præsto* assint, oblatum cœlitus beneficium amplectantur.*

Videtur esse in P. Imparatas morris. *Pro.* In paratas mortes.

Fortè Munerum. *Pro* Adsint.

RVB. XV. Congressus Principis cũ Vgutione.

His hortati Proceres accensos erigunt ad prælium animos: dubium, quod ante mentes hebetauerat, exaggerant: in victoria spes ponunt, si congredi casus, aut necessitas posçat. Intereà, progredi inter Buglanum, & Montem Catinum cum copijs omnibus Princeps constituit, * aut lacessitos ad prælium hostes, aut illis Lucanum Callem, cuius limite alebantur, præcludendum. Castra igitur aciebus coordinatis mouet. Eodem, parique motu gressus Vgutio secus fluuium facit; sed nec æquandum fluuij alueum ballistis, tormentisque permittit, nec prælium admittit, quod quidem sola prudentia ad sui commodum differt. Ex incessu namque solo manipulos, cohortesque hostiles paulatim soluendas agnoscit, seque contemni licentiosius videt. Nam veluti ad iam quæsitum trophæum Princeps plurimos militia cingit, festiuisque præludijs inhermis incedit. Idem Proceres faciunt. Arma siquidem induere parui pendunt, qui capessere celeri impetu ex fiducia non ambigunt, satellitibus magnisque ferenda sinunt. Cum verò moram equitatu trahunt, & Vgutio trans fluuium sistit. Sic in dies plures quidquam aliud agere desitum est, Catinensibus fame laguentibus, ac viritim pereuntibus. Iam enim & aquæ elemento deficientes vino in coquendis pulmentis abutebantur, soloque suorum aspectu præcordijs refocillabantur. Et hæc Principem torquebant in intimis. Repositis igitur secus ripam statiuis, noua circumspectione Princeps trecentorum militum halam ad Viminariam occupandam dirigit Coloniam locupletem, quæ Lucano calli adiacet à castris quinque centum, & sex millibus passibus distantem, vnde Vgutionis fulciendi, alendique è Luca exercitus commoditatibus fungebatur. Præoccupatus à militibus callis per oræ illius circumferentias opiniones incolarum ad victores diuertit, quibus, * quam paruisse Vgutioni, insita erat ex Gelfa factione voluntas. Iam ad victores accedere VI. M. Ruralium cum exennijs, & applausibus turmæ frequentauerant, laterique illorum se se compulauerant, quorum etiam fauoribus omnis rerum commeatus ad exercitum Vgutionis ademptus. Cuius rei nouitate circumuentus Vgutio, quid consilij caperet & ipse perplexus est. Iam quidem solidi vnius minimus panis in suis castris emebatur, & si ad callem expediendum regrediatur, liberatos extemplo obsidione Catinenses, moram quoque sibi, suisque famescentibus exitio fore. Et (quod præiudicialius illi futurum erat) cohors illa CCC. cum fauentibus incolis callem profundarum fouearum, cæsarumque arborum obicibus intersecant, spemque regressus ad Lucam adimunt. Sic dubij semper bellorum euentus sub hoc ludicro perperam conditiones euoluunt. Viminariæ Municipes continuò ad milites Principis deficientes, Castrum dedere, seque & sua exhibuere. Hoc potiti ad Sancti Miniati callem, proximumq. Castellum properant.

Longè melius. Aut ad lacessendos.

Desiderantur. Potius.

Addo. Qui. At ij * præsidio erant, vi magna resistentes, oppugnatione ingenti, inani tutela vincuntur. Vbi cæsa, obtruncataque hominum terrigenarum capita....seù circiter. His circumuentis angustijs Vgutio vincendus fuerat sub sola Principis, suorumq. tolerantia, cui nec recessus facultas, nec pugnandi habilitas erat. Sed angebat Principem fulciendorum Catinensium cura mordax, quosque deficere metuebat. Quare vlteriores indutias non sustinuit; sed pridiè Septemb. Kal. nocturno gressu quingentorum militum cohortem cum onustis farinæ onagris ad Montis Summani iuga deferri iussit. Municipium illud Sūmani montis præsidijs Florentinorum custodiebatur, vt loci habilitate, si hostes paululum à Monte Catino elongarentur, victum in Castrum summitterent. Ipseque diluculo castris dimotis versus Buglanū contendere, vt Vgutionis exercitum à Montis Catini radicibus seorsum appelleret, suique milites alimoniorum fulcimenta summitterent. * Ac iussit, continuò effectum est. Sextuis summotis, ballistis, impedimentisque ad vehendum belluis appositis, distinctis aciebus vsque ad Borræ vadum perrexit; nec illud traijciendum, atq. in latum campum migrandū constituit. Deerant siquidem ex suis copijs milites VIII. centum, ij scilicet, qui in Viminaria persistebant, & qui nocte hesterna Summanū conscenderant. Borra Fluentum est ab excelsa rupe scaturiens, quod secus Buglanum fines montis Catini diuidit, & in congeriem cum Nebulæ fluuio paludem facit. Hic incessus ad Borram nullis instructus centurijs, aciebus solutis, atq. indistinctis, ac si nullis hostibus ad festiuum præludium quisq. permearet. Quacunq; voluntas quemq. trahebat, illac perambulabat. In sericis paludamentis pileati milites nullo armorum onere pallabant sub concentu tubarum, lituiq. melodijs. Plurimorum parmæ, ac thoraces cum cassidibus locatæ per cophinos salmariarum vehebantur onagris, vt viaticum agentes assolent ad fora venalia mercatores. Tegmenta velitum, impedimentaq. cum ballistis tormentorum generibus annexa vectoribus sub equorum, mulorumq. sarcinis nullis parata vsibus, vti armenta, per cāpos laxabantur. Sicq. ad vadum Borræ ventum est. Motionis huius præuisus Vgutio castra ouans & ipse recolligit, obsessores Montis Catini è quibuscumque propugnaculis euocat, iungitque suorum manipulorum catcruis, ac si in se accessuros hostes ad congressum constaret. Quod & fermè coniectatum est. Scuta velitum, leuisq. armaturæ peditum per marginem ripæ sparsim ferri iubet rupi montis à dextra semper adhærens, gressumq. hostium instructis aciebus pedetentim subsequitur ad solutas illorum cateruas oculos vsq. quaq. dirigens. Interea Aginulphus Aquinensis D. Militum Dux, qui Sūmanum conscederant, loci, temporisq. commoditate fretus cum farinæ, alimoniorumq, fulcimento Montem Catinum ingreditur, munitq. ac replet Oppidanos: commissa tamē cum ijs ad ingressum pugna, quos in ea fauce ad obstaculum Vgutio relinquerat, circiter C C. Illi quidem è propugnaculis desilientes Dominum subsequi meditabantur: sed præuenti ab Aginulpho in ore gladij confecti sunt. At Vgutio longas exercituum Principis series iuxta iter anticipans gradu celeri per callem, qui Buglanum vehit, montis crepedines seruans ad Occidens campum præoccupat, quo Princeps se explicaturum constituerat. Gulielmus Boraldus belli Principis Dux, ac Mareschalcus ex Vgutionis mobilitate, ac gressus celeritate fugam concipiens sua extimatione oberrauit, cum, vt illos falleret, sparsosq. trans Borrā educeret, Vgutio falsam fugam simularet (nil enim in eo bellici æstus, prudentiæq. ac vigoris deerat) fauenti quidem Fortunæ ex hostium temeritate obsequens directum aliorsum incessum ostentabat, ac si recta fugiturus fuisset. Mareschalcus ignarus æquari Borræ vadum imperat Mathæum de Colledouico ad æquatorum tutelam præmittens, traiectis onagris, cum impedimentis, cæterisque salmarijs ad prælium nulla ratione dispositis. Infausti agminis primi à cornu dextro adolescens Carolus Principis filius; à sinistro Verengerius Carocius vir fortissimus militum magister erat, qui in aciem erronea cœterorum temeritate irretitus, in directum per vadum exijt, octocentumque militum phalangem, Bononiensium scilicet, ac Senensium traduxit. Hos nulla præcedit prælij iniendi series, ballistarum impedimentorumque dispositio, sed nuda, apertaq. militum cohors primum belli subitura discrimen. Aciei secundæ Dux Petrus erat, Emboli Comes, Roberti Regis frater, ac Principis secus Borræ vadum impedimentorum, saracinarumq. perplexitate repressus, qui Dyadegum Romandiolæ Comitem *sibi aciei sinistro cornu locauerat. Militia sub his locata Florentiæ cum plurimis Apulorum numerum XII. centum complentium hastatorum. Reliquæ multitudinis, omnisūq. superantium copiarum ductor Philippus Tarēti Princeps, qui diem eam nactus febrium æstus infeli-

*Forti sub.

ci

cessu vim intulit naturæ corporeæ dpobus fermè passuum millibus à Borræ vado pedi-
tum constipatione subsistens, virga inhermis accelerationem hortatus, quàq. poterat, lan-
guore premente, ferendo spiritu turmas cæteras instantia subsequebatur. Vgutio rei gerendæ
vicissitudines non omittens, paululum festinus incedens, ac si congressum, prælium que fugi-
tivus repudiaret, acies suas instruit, Francisco nato suo viro bellicoso, magnanimo iuueni, ac
industri fortissimorum aciem primam commendat, vt primas partes aggrediatur. Hos Feri-
tores Italici vocant. Secundam aciem Gallico viro olim Henrici Cæsaris consobrino miræ
fortitudinis agendam tradit. Ipse sibi cæteras copias in aciem vnam suo ductu componit.
Monet, hortatur omnes ambiens militum, peditumq. cateruas, vbique assistens, directoque
visu singulos hostium passus semper aspiciens. Vtque hostilem Caroli, Carrociique aciem
vadum Borræ migrasse conspexit, nullas vlterius passus indutias, celeri rostro primipilariam
Feritorum aciem per directum ad hostes tubarum clangore dirigit. Cuius conceptum, mo- *Aliter.* Dire-
tumque Carrocius agnoscens primæ frontis milites, Carolumque ad congressum excipien- xit.
dum *præuisos efficit, mouetque in aduersum iam matura concitatione Sonipedes. Fran- *Videtur in V. esse* præiussos.
ciscus consternatis, repressisque, qui æquatorum tutelæ præerant, fugas eorum insequens, ad
Caroli aciem nulla intermissione progreditur. Sed, proh generis alta strenuitas, virentisque
adolescentiæ laudanda simplicitas? quam flagranti animo nulla mortis coniectura Carolus
in hostes *irruerit. Ipse quidem signa antè tubas anticipans, stipatus paucis in hostes assilijt. *Melius fortasse.* Irruit.
Nec minori ausu infestas cuspides Franciscus excepit. Tunc vtrinque strages, cædesq. inenna-
rabiles: tunc clamor sublatus ad æther, armorum, ferrique collisio, vapor idem ex equorum,
militumque à mixtione consurgens, pulvis exuberans, confusi hominum vltus pariter, &
auditus. Quis, quem occiderit, referre equidem nephas est: non certum quidquam vllius
contestatur intuitus. Verum fortior, immobiliorque Caroli acies consternatis, qui Francisci
primam frontem * tenuerant, & secundam reprimit Gallicorũ. At ductor Germaniei agminis *In V. non vtiq.* Tenuerat, ad
accurrens prælium instaurauit, vbi violentior impetus, truculentiorque congressus. Cum secundam re-
demum ruptam, hæramque Caroli aciem Petrus cum Dyadego incompositis signis penè primunt.
Borræ passu expediti condeprensſant, quaque valent acceleratione reintegrant. Fit pugna
ingens quatuor simul collidentium acierum. Sed vires impares, cum nullis fulciantur pediti-
bus Caroli, Petriq. adiunctæ militiæ, nudis corporibus ballistarum, tormentorumq. par-
tium Vgutionis, & leuis armaturæ peditum læsiones, ac mille generum mortes * incutiant. *Quid si incur-*
Meritumque accipit improuisæ sibi sortis exitium Principis gens credita fiduciæ, atque socor- *rant.*
diæ blandimentis. Nam plurima inhermis discurrit in hostes suos quæritans, & non inueniés
cassa conclamatione satellites. Milites quidem fortes vilés intercipiunt, conficiuntque turmæ
Velitum, & turbines ballistarum. Errabundi cum manticis prædia onagrorum greges tumul-
tuaria * amixtione perambulant, aciem Petri à congressione perturbant. Atrocissimum futu- *Pro* Mixtione.
rum erat tantarum Gentium amixtione certamen si Borram Princeps tempestiuo suffragio
permigrasset. Sed sic bellorum fert casualis euentus nullo ingenio perceptibilis. In prælium
subijt simul omnis cum adueniente Vgutione victoria. Ipso quidem incuriente contusa, &
irreparabilis gens omnis Principis cessit in stragem. Tunc terga cedere, sternere, fugare. Sed
maior peditum ruina fuit, qui abiectis lanceis in se se compressi per * lactuosas fouearum cre- *Forte.* Luttio-
pidines nullo hoste percussi præcipites alterno onere interibant; militum, equorumque, sua sas.
periecta corpora communi, parique ipsorum nece excipiebant. Qui vero ad turbarum con-
geriem nundum migrato vado concesserant, fugientibus obuij tumultuario confusi strepitu
in Principis retrouersi cateruas fuga irreuocabili suorum stragem faciunt. Iam nulla hostium
manus suis opportuna vulneribus, in seseconfecti, infestique corruũt. Qui equis eminent bal-
listarum iactibus, quas suis distinctæ ordinibus Vgutionis series pedetentim insequebantur,
transfiguntur, nec vitabundi peditum suorũ oppressionibus violenta cohertione equis vltrò
desiliunt. Principis durabilitas, ac consistentia, dum suorum signa stare diutius coegisset, cæ-
teris fugientium cateruis cladem intulit, quibus fugiendi adempta facultas erat. Sic illorum
vires infesti huius successus Fortuna confuderat. Dum & ipse omni sublata spe dispersas vn-
dique suorum halas per agros latè pallantes aspiciens, signa, vt Dux strenuus, dato signo sub
magnanimitate recolligit. Regressusq. per montis summas appenditias Pratum contendit.
hostilis Campus, quaq. parte deseritur errabundi milites, peditesq. vndecunque fors ob-
tulerat, salutes, morteſque simul accipiunt. Multos limosa, palus, in qua deliteſcendi causa
profugerant, absorpsit. Pars exutis armis noctu, postque biduum ausugit. Pars montana

iuga dispersim opperijt, vnde per dura nemorum, quò fortuna quemque vehebat, applicuit. Si verò quos per Montis Victorini adiacentias finabis casus aduexit, à Montis Victorini Terrigenis passim iugulabantur, nonnulli ære redimendi capiebantur in Colonianam circumferentijs, quas amicas felicior sors Florentinis effecerat. Accedentes fugitiuos Incolæ venabantur, spoliabant, &, proh nephas! occidebant. Vbi omni campo hostes excessisse conspexit Vgutio mirabundus cum gaudio simul admissa tristitia exemptum oculis iamdudum Fran-
pro Admixta. ciscum natum apperijt, a singulis Franciscum quærebat dolore iam præclusa voce, nec inuenit, per campumq. ambiens sub casside mœstus lacrimat, ac cruentæ præmetiur animo irrisamenta victoriæ. Dum & inter confertissima hostium funera paulò à Carolo distantem opsum Franciscum annunciant. Eo dolore cruciatus nullis vlterius intentus instantijs à militibus acceptus Buglanum adducitur. Tunc peruagantes campo milites destitutis equis passim capiuntur. Capitur plebs pedestris incognitis permixta Nobilibus. Inde & oberrantium fulgentibus sedibus grex infinita sonipedum. Satures, *pro* abundosque appetitus pin-
pro Auidosque. guis præda confundit. Tiubantes hinc, atque hinc in dubio vacillant, quæ præciosiora proripiant, quibusque ditionibus occupentur oneribus. Patent Regiæ Gazæ raptoribus cum pateris, vasisq. rutilantibus, ac fericæ vestes gemmatæ bullatæ monilibus. Sed ò sacra fames, atque mortalium inexplera cupiditas! Sequens lux cum prædiano crepusculo omne portabile, præter nuda albentiaq. cadauera, frequentia assiduæ rapacitatis assumpsit. Feralis hæc dies fuit....kal. Sept. Anni Domini Nostri Iesu Christi XV. post trecentesimum millesimum insignis, ac in longum ævum memorabilis. Altera luce foleis, ac curiosus Vgutio chari nati funus exequijs prosecutus est. Sed audiat, noritq. atrox, ingensq. ostentum nunquam oblita Posteritas, quàm futurorum sit nescia mens, quidve satis mirabilia tempora pariant, rerumq. series per inopinatos casus euoluat.

RVB. XVI. Memorabilis Facij Pisani Comitis animositas.

Nerius Facij Pisani Comitis filius auitæ mortis non immemor, alium sub vigentis naturæ propaginis odium sub huius commoditatis eventum diiatam vltionem properantis explicuit. Tractum quidem è campestri cæde Caroli adolescentis calcatum corpus illustre stans ipse pedibus pressit, dum ense cinctus nanciscitur, sub eius ludibrij honore militiam, Et *Tollite*, inquit, *Ani Gerardi Manes: Este huius mei muneris largitione felices. Tuque canis senex Caroli proles Corradini veri Romanorum Regis, Anique mei Carnifex accipito dignam tuâ feritate propaginem.* Felix tibi Neri hoc laudis humanæ præludium: sed superato tibi hoc Carolo aduerso Marte felici. Allusum tamen corpus Vgutio ipse dignè veneratus humauit. Cumq. Petrum Principis fratrem occisum hoc conflictu proderet fama vulgaris, rimari iussit exploratores nequidquam obseruatione solerti. At, siuè quia nulli innotuerit mortis alteratione cadauer; siue paludis alto limo incubuerit, nulla vsquam inquisitione repertum est. Cæsa hoc conflictu hastatorum Principis militum Capita CCCC. peditum DC. Vtriusq. generis capta ferè totidem. Signa Regalia duo, militaria VIIII. Pisas ad trophœum relata. Militum Vgutionis cæsa CCL. seù circiter. peditum CXX. Catinenses, ac Summanenses acto conflictu continuò ad Victorem Vgutionem defecere.

Albertini Mussati Paduani De Gestis Italicorum post Henricum VII. Cæs. Liber V. explicit, incipit VI.

ALBERTINI MVSSATI De Gestis Italicorum post Henricum VII. Cæsarem.

LIBER SEXTVS.

RVB. I. Captio Suburbij Sancti Petri de Vicētia per Paduanos.

HInem belli Paduanorum cum Cane Veronense successus * dignis, cui consimilem ab Genesi in hæc nostra tempora vix vlla tradunt rerum monumenta, sortitus est. Fidem quidem nactæ sunt huiusce rei experimento vetustissimæ peregrinorum historiæ, in quas, vti serioſas fabulas, iocabatur incredula modernorum opinio. Quis enim Machabæum illum multa hominum millia manu fudisse rarissimaè Quis Macedonum Ducem mœnia inter confertissimos hostes transiluisse professus sitèniſi ea luce terribilem Canem ruinam, stragemque * se circumferentem in sui vultus asperitate conspexerit. Obiecta nostris oculis exordienda sit series. Ponzinus de Ponzonibus Cremonensis Paduanorum Potestas post deriuatum ad Vrbem Brentæ fluentum Canem in armis tenuit, quem armis, virisque sibi imparem extenuandum impensis multo proposito efflagitabat, curabatque, ne contrà Longobardorum expeditiones, qui Duce Dalphino Vienense ad Mediolanum inuadendum accesserant, Canis ipse Maphæo Vicecomiti suffragatus occurreret. Delectum ob eas causas haberi iussit, in Vrbem coactis, ac recensitis quibuscunque Copiarum ordinibus, onerarijs Curruum, Carrucarumque vehiculis M. fermè, & D. pro dierum XX. spatio Exercitibus coalendis. Cumque paucorum Primatum arcanis VIII. penè dies suspensum Populum, quònam processuri forent, * diliculo tenuisset, plurimis iam ad Montem Silicem cum vehiculis erumpentibus, quasi ex coniecturis se Aticem traiecturos existimarent, die vna Septembris iam vergente ad occasum Sole sub Hespero collatis signis nullo tubarum, lituumve concentu callem directum, qui Vicentiam vehit, accepit. Intenti Milites, Peditesq. ac Cateruæ omnes insperatis progressibus; sed liberioribus animis, dum Vicentiam peti ex hac motione constaret, singillatim, incompositiq. pernoctis vigilatæ tenebras præuia signa secuti sunt. Tamque amens fiducia horum penè omnium mentes occupauerat, seù absentis, seù despecti Canis audatia, vt arma Curribus aduehenda dimiserint, & vti ad imbelle commertium inhermes perambularent. Verùm in hoc * tanto Ponzinum habuit cautela sollicitum, vt custoditos viarum angulos, ne quis Vicentiam * præisset, extrema diligentia obseruauerit. Cumque ad Pontem Quartesoli ab Vicentia passuum fermè. M. M. M. ventum esset, lucescentis auroræ principio, ne silentia irrumperent equorum * hinnitus, substitit scrutatores ad Suburbium Sancti Petri summittens. Qui taciti progredientes propugnaculum, quod ponti, valloque præeminebat, ipsumque vallum intro, citroq. incustodita * erant paucis inhærentibus intimo vestibulo * accumbātibus. Quod vbi repertentes annunciauere Ponzino, ipse cum dilectis militibus, lanceariisque, & leuis armaturæ peditibus clanculum celeri meatu accessit ad foueas. Extemploq. directis ad aggerem lanceis pedites migrato vallo traiecere. Illicarptim, alter alterum humeris supportantes, intrò prodeunt, excubias dormientes obruncant, pontis portes catenis annexos succidunt, strato in vlteriorem ripam ponte in Suburbium sublato clamore introeunt. Procedentes inde Ponzinus cum hala præmissorum nonnullos hastatos milites, qui in Suburbij custodia pernoctauerant, incessere. Qui parum, frustraq. reluctantes fortiori impetu ad Vrbis valuam repressi sunt, mixtimq. intrà eam valuam subeuntes Paduanis, Vicentinisq. exulibus nonnulli, ne eminentis suprà verticem Castelli præsidijs ictu missilium opprimerentur, repentè è progressu retracti sunt. Tum stridore lituum, tubarumq. plena trivia, ac quadriuia ambientium catenarum. Tunc ambigua Vicentinorum suburbanorum plebs, necnon simul lætabunda, si pristinum statum tribuat illa mutatio? Inde tremens, ne nouus hic furor ad prædam, crimina que atrociora lasciuiret. Tandem applaudens Victoribus, *Viuere Paduanos*, vndique conclamauit. Pueros Matres per porticus, & pulpita *Vitam* Paduanis *votitare* docebant gaudentibus lacrimarum profluuijs. Patentia penetralium aperuere Cœnacula, esculenta, poculentaque

Lege Dignus.

Melius. Tenuisset diluculo.

Supple Negotio.

Pro Præiret.

In V. Ignitus.

Forte scripserat auctor. Repererant *Pro* Reperere, *extremaque tantū* eius vocis *ad nos syllaba* peruenerunt.

Pro. Accubantibus.

lculentaque profusis obtulere patribus. Tunc præconia voce fudit edictum Ponzinus, cæde, prædaque vnicuique cauendum capitali adiecto transgressori supplicio. Contritam vero intrò Vrbem spes, timorque immixtus incessit: sed tacitis pectoribus vota Paduanis accomoda sub libertatis reminiscentia, onerum, ac dominatus terribilis formidabilis Canis impatiens. Sed Antonius de Nogarolis vices Bulardini fratris tum fortè absentis agens in Vrbis Præsidatu cum Petro Biamontis, & Catheloneusibus, ac Teutonicis mercenarijs circiter CL. portarum præsidijs penè tardus occurrit, ac demum quosque aditus, quibus ad reliqua suburbia migrandum fuerat, præsidijs vtrinque vallauit, munijit, destinatisque confestim ad Canem nuntijs sinum Vrbis sub hortatu, rigidilque monimentis sub tutela continuit. Protinusque visum est subductis in palatia viciniora captiSuburbij ignibus ea cremare, ne mœnia, portamque ex eorum specularibus ballistis, tormentisque hostes impeterent. Itemque & ipsum Suburbium, ne cõmodis * potiantur, si facultas affit, furtim exurere. Nec mora, incautis Paduanis in plurima tecta ignis conspectus est. Tunc stupefacti, vt alienati mentibus, fortuna sic oblatæ victoriæ, modicum pensi circà incumbentia habentes per viarum ambitus, patentesque domos vagabantur. Ponzinus succedentium ad vota rerum gaudio circumfusus, in se ipsum agendorum perplexitate confusus, per densas phalanges nudato ense singulos Suburbij angulos ambiebat, vixque capescendi consilij locum captabat. Cum demum Sole iam fumini Cœli tenente verticem, cum paucis ex Proceribus in parentis domus diuersorium secedens, quid agendum foret astantes cõsuluit. *A. Mussatus occupanda singula Suburbij tecta: Vehicula cum statinis introducenda: Obturandos Vrbis aditus lignorum, tabularumque obicibus, quibus nullus Cani, Vicentinisque egressus inde pateret: Tenendam, * minuendumque Suburbium, quò arceatur intrà mœnia Canis, impetitionibus affligatur assiduis, * quorum intolerantia, aut Ciuitatem deserat, aut dedat: Nec interea luce hodierna arma poni; sed equis insistendirectis ad Vrbis aditus semper aciebus. potu, ciboque (vt in Campis assolet) hodierno saturandis incommodo. Cumque ait, posthac sic composita res fuerint, facile exterendas, atera Suburbia, desolandaque circum Vrbem, circumuentumque obsidione Canem ijs angustijs cogendum absistere.* Cumque in hanc sententiam Macharuffus, & præsentium plures concederent, Vannes Scomezanus mercenariorum Dux, cui summa belli auctoritas, fidesque rerum gestarum secundis successibus deseruit. *Paduanos omnes Suburbio cedere: Castra cum statinis extrà Vrbis appenditias in latum campum CC. ferè passibus à Suburbio metari: Suburbij foueas solo aquare: Valli ea parte diripere per passus circiter C. Inde, quid super reliquis agendum expedierit, ex deliberato consulere: Sibi suis stipendiarijs inde in crastinũ custodiendum in vacuo Suburbium libera oblatione spopondit.* Extemplo captum bellicosi Viri auctoritate consilium; Cessere omnes Suburbio Paduani; ægrè tamen, dubio tergiuersantes, ne abusi quæsita victoria propositis retellantur, Fortunam hanc mendacem mœstis vultibus supputantes. Nullæ triumphales exultationes, nulla præludia; sed commune illis silentium fuit. Tacitum Vulgus per exteriores * hortos dispositum à Meridionali callis latere sessum nocturno itinere somni recumbebat per vmbras arboreas. Ex oppositoque callem eundem ab Aquilone castra militum mandata. Ex adductis curribus, qui maioribus accellerant, onera iam disponere singuli, Castra sibi quisque struere ordiebatur. Cum ecce porta Suburbij egressus Vannes Scornezanus ad Ponzinum Potestatem, Iacobum de Carraria, & plerosque Primates, qui castris metandis insistebant, excurrit. *Et quis*, inquit, *belli modus vester Paduani? victis hostibus parcere? Victoria vestra vti nescitis hac noxia mansuetudine, quàm * vecordium, ac pusillanimitatem appellare quis malit. Si quando vestri ab ijs superati, numquid casi, obstruncatique sunt? Ipsi quidem hostis ignauia minima indulgentia freti non sunt: igni, ferro, prædaque parcendum hac in bello Capitalium hostium non est. Concedatur prædanostris, quæ iam ex aliis subinde ab intrinsecis per angiportum ora subijcitur.* Subsiluere Ponzinus Potestas, & qui termones hos audiuere Primores. Sed cum secus iam constitutum fuisset, discutiendæ huiusce rei hora, loco ve non patentibus, responsum dedere. *Nam.* Sed quid? Incepto iam infaustarum rerum præcipitio, injussa præda ex importuna stipendiariorum, Paduanorumque lascivia vndique luxuriabat. Iam miseri Suburbani paulo antè in fiduciam accepti rapinis, rapturis, ceterisque hostilibus offensis impetuntur. Expilata continuò ciuium, forensium que tecta furoribus. Quod facinus ipse Ponzinus (proh pudor) à suis satellitibus patrari rulit? conniventibus oculis ab se ipso inhibita exerceri * constituens. Et O Mortalium ineffrena cupiditas? amor habendi insatiabilis? Vannes ipse Scornezanus Miles antiquus, & Magister bellicæ disciplinæ

Vers Liberiori. *Vel* Libertatis. *Vel* Liberionis vitæ.

Male in V. Patiantur.

Longè ad rẽ ac. cõmodatius hoc loco. Muniendumque. *Pro.* Quarum.

In V. Ortum.

Erat in V. Vecordia, ac Pusillanimitas *apertissimo mendo.* *Pro.* Ahnon.

In V. Conuenientibus. *Pro* Contuẽs.

ſciplinæ miſſa Suburbij, omniumque agendorum cuſtodia, ne hoſtes Vrbem irrumperent, ſpon ſione largiſſima promiſſâ ſolertia, cuius ſpe loca Suburbij Paduana Communitas ſub fida tutela dimiſiſſe crediderat, lacero Contubernalium ſtipendiariorum agmine per ædes ſingulas ſubeuntium, ſolitæ diligentiæ oculos clauſit; ſeù pinguis prædæ corruptela; ſeù ipſius capitis varietate Ponzini omnia tunc exiſtimantis licere, quæ libeant. Tunc amara plurimorum Ciuium turba, eorum præſertim, quorum auiditates in exercitibus reliquis ſemper iriquinari communis agnouit opinio, quorum nonnulli baltheos ciuxerant militares, ad hæc coitioſa famulos emiſere ſeruitia. Ipſi inhermes, & communis pudoris, & honeſtatis immemores abiectis è quadrigis, & curribus ſarcinulis, quas ſecum viliores domo detulerant, cariori præda * onerauere, vt officinæ ſeruiles omni belli omiſſo diſcrimine, quos libido quæſtuum occæcauerat, ſeduxeratque. Et quid ni? Si humani hoſtis potentiâ aſpernata hæc inſolentium turba deſpexerat, quam nullus Dei metus, nulla Religio conterruerat, arcuerat. Erant in loco ſtructa ab antiquitate reuerendiſſima clauſtra Sanctorum, vbi celatæ Virgines dedicatæ Deo, Viduæ æterni Dei contemplationibus vota ſoluentes, nec illis expilandis infanda Iuuentus violentas manus abſtinuit: ſed ex ſacris aris ſanctimonia eripuit, altaria ſpoliauit, & ab humo ſubſiſtentia quæque diripuit. Nec hactenus ſubſtitere flagitioſiſſimorum irritamenta furentium; ſed prorſus vltoris Dei, & mundialis honeſtatis immemores tractas per diuerſoria Moniales abhominandis inquinauere ſtupris, & in vlulantes, reluctantesque, & pleraſque ſaucias obſecrationibus obauditis nephandas expleuere libidines. Nevè Dei contemptibus vlla deeſſent in tranſgreſſione ludibria, poſt pudenda equorum terga leuatas in clunibus per cateruarum detulere conſpectus, & per lucos eduxere vicinos, extrema quæque obſcœna iniquitate patrantes. Ea quoque inter ſcelera conſtitit in olenti lectiſternio violatam triduanam incæſtuoſa contagione Puerperam. Cæteri Ciuium Ordines, vt capta iam Vrbe, victis hoſtibus, arma per pomœria, hortoſq. abiecere: diſcumbentes per herbas fœcunda muſta vtribus aperuere ſecum delatis pinguibus, ac varijs epulati delitijs: poſtque hæc mero, ciboque graues ſomnos externos ſuſi per herbas inſtauratiuere nocturnos. At melior Seniorum, Procerumq. feries, & eorum, quos ſanior agendorum cura vexabat, armis incumbens pro rei qualitate ſollicita ingemiſcebat digna patratis deſuper iuditia perhorrens. Penſabat eximminentia pro veri ſimilitudine penè omnia, quæ contingere, diſcrimina, vixque hos iam * capti angebat penitudo Suburbij. *Ah Deus? Quid ſi capta in Vrbe luxuriaſſent hæc ad malorum omnium ſtruem deprauata Conſortia? Vbi malorum finis? Quis manus has a ſtrage, rninis, & cædibus arcuiſſet?* Sic inquiens hæc grauium deplorabat opinio Meliorum. Delatæ fermè tertia dici hora Veronam ad Canem litteræ facti ſeriem indicauere, captum nocte * tempeſta furtiuè Suburbium; Vrbem timeri; Facto opus eſſe, ſi quicquam capit ſors hæc infeſta remedij. Expergefactus inopina, ingentique facti mole Canis, * conflictum oppoſita magnanimitate compeſcuit: ſed quauis alia ſolutus cura pro vltione vitam vouere, quam vitam ærumnoſam ſuperatus educere breuiſſima oris prolatione concluſit.

Quadrigas, & Currus *intellige*.

In V. Capta.

Fortè. Intempeſta. *In V.* Cum victum.

RVB. II. Conflictus Paduanorum per Canem Grandem an te Suburbium Vicentiæ.

Nec mora, Francifchino Nepoti carifſimo Veronæ cura commiſſa, parthum arcum ſuccinctus Pharetra, vt ſui moris, tergo adiecit, & ſolo inſequente altero Vicentiam iter arripuit citatior. Dumque apud Montisbelli Coloniam ſubſenſiſſet equum vrgeri calcaribus, ruſticanum iumentum, quod caſus obtulit, miſſo equo conſcendit ſeptima ferè hora Vicentiam ingreſſus. Vbi dum contertitam Vrbem, nutanteſq. circumfuſo pauore ſuorum animos inueniſſet, calente ſub pectore furore cum ſuggeſtione virtutis eductum ſtabulo Cognati Bailardini Sonipedem inſiluit, & ſitibundus haurtum meri ex vtriculo offerentis mulierculæ ſumpſit oculos ad Cœli verticem ſupplex intendens. Et, *O, inquit, è Cœlis Dei Maria Genitrix, cuius nomen biduano ieiunio ſingulis contemplor hebdomadis, adeſto prævia mihi Diua parens, ſi digna peto: ſin autem, dum animæ miſereare, ſit meis oculis lux iſta noniſſima.* Circumductiſque oculis, emiſſa voce ad Contubernales ſe ſe diligentes ſequi conclamauit, & cum haſtatorum penè centum hala porta Liſeriæ egreſſus eſt. Dumque directus portæ Sancti Petri aditus immiſſis * ardebat incendiis, rurſitque iter per callem, qui Vallum à tectis diſtinguit, diuertens ad occupata loca Suburbij. Erat fortè Ponzinus intrà Vallum, * quirex conſulto rebus cierà ſpes communes in præcipitium abeuntibus igni, prædæq. oblata fortuna contentus, inſiſtebat. Occurrerat quippe paulò antè cum paucis ad tumultuariam pugnam proceuntibus, quam * erumpens Petrus Braymontis Mercenariorum Cæſis Dux cum pleriſq. commiſerat, Paduanorum ſtipendiariorum congreſſus, à quo fautius digreſſus Petrus poſt inter-

V. Incordijs. *Mel.* Arderet incendijs, torſit iter, &c. *V.* Qui eſt ex. *Pro* Erũpente Petro Braymonte, &c. Duce *vt alibi. Alias.* Biamonus.

ruit

rjit.

by Google

rijt. Exieratq.è Suburbio Vannes à plurimis captiuis edoctus Canem in Vicentiã ingreſſum ſed inquiens illum ægrum pede ex valetudine equitaſſe impotentẽ, peruagus ſoluta ſuorũ ſtipendiariorum cohorte, neglecta Suburbij cuſtodia per exteriora Suburbij agmina ambitioſus pallabat. Dum igitur aduenies Canis Ponzinum cum paucis Paduanis, ſcilicet circiter XXX. Ex ſtipendiarijs penè totidem conſpexiſſet, laxis habenis aduerſum excurrit: ſed mox Ponzinus cum pleriſque Nobilibus extrà valli portam profugi conuolauere. Cæteri, qui identidem reſtiterant, excepere congreſſum ijs ſtipendiarijs Philippotus Veronenſis exul, Gulielmus Ceruianus, ex Paduanis A. Muſſatus &.... Tunc ibi ferro res acta eſt, ibiq. vtrinque collidentium & cædes, & ſtrages. Attamen impetum impares non tulere Paduani ſed verſis equis vnà cum Cane, & ſuis ad portam properantibus ſtipati egreſſum petiere. Illicò A. Muſſatus equo per tabularum rupti pontis intercapedinem lapſo pede procumbente diſiluit, ſauciuſque vulneribus XI. è ponte in aquoſam foueam ſe præcipitem iecit, vbi à gladiatorijs peditibus fruſtrà reluctans circumuentus in Vrbem adductus eſt. Continuò Scalarum inſignijs ad portam conſpectis, aduenisſe Canem cum multis militum mille per ſtatiuas rumor increbuit, fuſumque cum maiori cohorte Ponzinum. Iacobus de Carraria, cui mordax omnium leuandorum ſollicitudo, curaque patrij honoris tuendi fuit, ad primum tumultum cum Neceſſarijs, ac Nepotibus, ſuorumque conſortio ad callis frontem in pontis oppoſito ſe ſe contulit cum ijſque, quos in vnum agere valuit, ſe Cani, egredientibuſq. hoſtibus obiecit. Ibi & abſque galea improuiſus Vannes compertus eſt, ac Iacobum plerique Nobiles, fidique Viri, quos eadem cura ſollicitabat, ſubſecuti ſunt. Erat via pedum ferme. XXX. in latum, ab agris profundis diſtincta foſſatis, quos Ponzini, Vanniſque incurioſitates non æquauerant, ex quo ad præliandi facultatem hoſtibus non obſtabat imparitas, ſicque in fronte prima rebus impræliatis ignaræ rerum poſtremæ militum Paduanorum ſocietates,* quæ arma laceratæ hinc, & hinc aſſumpſerant, vti diſperatis rebus, nonnullis ſignis fugam occœpere. Nec reliquis modus, quorum pars ſomno expergefacti, pars conuiſſationum popinis grauis aſſurgens ** neſcia, quæ ſibi tutiora ſe offerant, aut in proximum lucum, aut ad callem directum omni conferendi cum hoſtibus manus ipſe deſtitura diſugiere. Stapitibus arrectus Canis è portæ tumulo, cui nec ſpes, nec virtus, nec exercitatio decrat, adhærentium fortunã præſenſit, & ſuccedentia iam cuncta proſpiciens, hortatus Commilitones, ſublata claua, vagitu ingenti in confertos hoſtes erupit. Et *Occidite*, inquit, *hos viliſſimos Paduanos, & illata vi cõpreſſos, & in ſe collidentes euertite*. Dumque frontis primæ denſitatem diuullam violentus penetraſſet, vix XL. ſubſequentibus per ſolutorum, diffugientiumq. cateruas, vt ignis ardens vento conſlante per ſtipulas, mortes, cædeſque circumtulit; ac vti icti de ſummo Cœlo fulmine Paduani omnis repugnantiæ mouendorum in aduerſum membrorum immemores, de ſola fuga per quoſque viarum ambitus meditati ſunt. Sed ò incredula, quamquam veritate ſub ipſa adiuranda Poſteritas, excuſandaque, ſi non credideris Paduanos fugientes ferme quingentos in inceſſu peruerſo à fugante cum penè XL. Cane præcedi. Nec mirum propterea, cum verſa mente, qui inſequebantur, reliqui ſuos eoſdem in Canis acie, hoſtelque fore ſupputarent: qui verò iam parata victoria ex vrbe progreſſi occurrere, quorum poſtremi duplici exiſtimatione ancipites, Vicentini ab tergo Paduanos cædebant; necnon & collidentes in ſeſe nullo impellente hoſte ruina irreuocabilis præcipitabat; & ſi quidem Iacobus de Carraria, vel fortiorum quiſpiam in aduerſum vrgeret, à ſuorum fugientium impetu violentius euertebatur. Reſtitit quippe ad ſubarram, quæ viam amplexabatur Vir fortiſſimus proceræ ſaturæ Barnabas Macharuffus magni fretus compreſſione Sonipedis, & pleroſq. ex Canis gente ingenti claua compreſſit; ſed demum ſublata galea ab ingruentium hoſtium mole confoſſus eſt. Sicq. quotquot in oppoſitum decurrentium, fugientiumque verſis equis moliebantur, quotquotq. annixi virtutibus patrium honorem præpoſuere corporibus conſternati, cæſi, captique ſunt. Inter cæſos Albertus de Ponte, & Tiſo fratres de Tergula. Gerardus de Villa Comitis. Piper à Prato Vallis. Inter ſaucios, captoſq. Rolandus Iudex de Plaziola. Iohannes de Parthenopeo Iudex. Henrighetus de Ambroſio. Bobus de Obizis: Vannes Scornezanus. Iacobus de Carraria. Marſilius eius nepos, & alij ex ordine equeſtri circiter quinque, & viginti. Cæſa igitur hoc conflictu Paduanorum ex agnitis cognationibus dumtaxat VI. Ex ignobilibus, ac plebeis fermè XXX. Agnitorum Vicentinorum cæſa tria. Beraldus Brognolus, Gerardus Repeta, & A. Aurifex. Ignobilium, quorum pars major Teutonici fuere, ſeptem, & viginti. Dum igitur Canis cum ſuorum

Primũ hanc vocem, cum in M.S.V. eſſet ſocietateſque. Sic emẽdabam, cum M.S. habe ret. Neſciaq. ſibi tutiora offerat.

rum cohorte ad pontem Quarteſoli excurriſſet, regiram inter Iacobum de Carraria, & Vannem in Vrbem cum cæteris equeſtribus captis adduci iuſſit. At populares manipuli, quibus nulla fugiendi per apertos calles facultas fuit, defeſſi, affectique pernoctati itineris heſterna vigilia, vitæ largitione contenti in manus hoſtium ſe ſe ſponte tradidere. Pars multa per ſentes & vicina nemora deliteſcens ſeiuna poſt triduum per viarum aquarumque tractus ſe tandem Paduam contulit. * Multa Baſſianum periit, quem callem & Paduanorum militum cumplurimi tenuere. Nam & nonnulli Equeſtrium abiectis armis, deſtitutiſq. equis eadem fugæ remedia quæſiuere. Multi quoq. peditum, equitumq. qui intra Suburbium primo aggreſſu comperti fuerant, equis deſilientes mixti Vicentinæ plebi per ædes * ſubiere, ſeù celati, ſeù Cani reſignati pœnæ formidine, vt caſus, fortunaq. cuiq. præbuerat. Recenſiti, conſcriptiq. ex prædiana, ſequentiſq. diei captione ex Populo, plebeq. Paduana Sexcentũ LXIII. qui continuò in funes obligati cum capacibus Vicentinis ergaſtulis per imbres, & aquoſum callem Veronam adducti ſunt. Sed irremiſſi Canis contubernales, mercenarijque, & peditum diſpoſita ad pingues predas conſortia per noctis huius tenebras moloſſis, vepribuſq., vt ad venationes, ſecum tractis per viginos lucos ex abditis ſalictis, per ſpinoſas rubium vertigines inedia, frigoreq. marceſcentes Paduanos, quos viarum diſcrimina refelleranr, quærere, venari binos, ternos, & deinceps in manus educere, nec ijs ſcrutationibus per quartam, quintamve diem vlla interniſſione deſinere. Hocque memoriale, ſimulq. miſerabile compertum eſt, Quod nonnulli è ſyluarum, nemorumque penetralibus vrgente fame prodeuntes alienatis mentibus ad Vicentinas portas noctu acceſſere, Paduanas applicuiſſe exiſtimantes, qui à portarum excubijs capti, introducti q. ſunt. Fuere qui poſt diem octauam per Berricanos montes pedetentim diurna requie, nocturnoq. motu demum ad Eſt Paduanam Coloniam ſe contulere. Diligens Canis ad prædam paratiſſimam nullo tuente recolligendam currus, onuſtaſque quadrigas, * quas contiguas per directum callem Rurales Paduani ſubductis bobus fugientes omiſerant, peditum, militumq. cohortes diſpoſuit, & à Brentela duobus ferè paſſuũ millibus à mœnibus Paduanis ipſo eodem tutelam cum ſuorum Commilitonum hala * præſtatem conduxit. Prædæ huius æſtimatio difficillima, cum circiter ſeptingenta pretioſa ſupellectili onerata vehicula in Vicentinum eo biduò congeſta ſint. In ijs latiſſima temptoria cum tapetis, cophini, capſæq. cum Hinteis, paludamentis, cum lectiſternijs implicatis. Plerique namque abundanti gaza locupletum pateras argenteas, ac cochlearia cum ſcyphis, vt ad amœnas ſecum villas adduxerant, tanta petulantia, deſpectiq. Canis inſolentia freti, vt & ſub horum conclauibus ipſa arma aduchenda concluſerint. In his & alimentum XX. dierum contermino, equorum annona, & curandorum corporum per totidẽ alimonia delicata cum delitioſis antidotis, & nouorum amœnitate muſtorum.

In M. 3. Multa.

In V. Subicere.

V. Quaſquos.

Forte, Præſtante.

Deſiderarunt Dies.

RVB. III. Acta per Canem poſt conflictum Paduanorum.

Dives, gratulabunduſq. Canis tam felici ſucceſſu, rerumq. ſecundarum affluentijs in Vrbem redijt. Nec remiſſus ſecunda ſorte, vti ſi maiora forſan emolumenta patrocinata ſibi Fortuna condonaſſet, protinus Raynaldum de Bonacoſis Mantuę Vicarium, Gulielmum de Caſtrobarco, Ortonem Carinthiæ Ducem, & vicinos vndique Auxiliares acciri cum ſuffraganeis quibuſcumq. copijs imperauit, aſſereris potiundæ ſibi Ciuitatis Paduæ opportunitatem præſto affore, ſi tanto anfractu diſperatis rebus moræ diſpendia tollerentur. Ipſeque Veronenſium, Vicentinorumq. copias à prima pubertate, quotquot arma ferre poſſent, in vnum contraxit. Nec ſegnes ſubſidiarij in alteram diem Mantuani in eo loci profecti ſunt. Concuſſa interim tanto in diſcrimine Padua vix portis claudendis, vt Cane ſuis mœnibus circumſidente, ſufficeret, cum pauor, luctuſq. ſimul per Ciuitatis ambitus ſingulas ædes repleſſet. Nec ijs paucis, qui præſidio Vrbis antè ſteterant capiundi conſilij locum affictæ vndiq. res præſtabant. Nec die tota tanti conflictus vnita vlla ſub ſigno communi Cohors Vrbem ingreſſa ſolamen expectantibus attulit; ſed bini, terniq. hinc laucij, hinc inhermes tecta * mixti, pudibundiq. ſingillatim ſubibant. Rurſus hæc extrema tantarum anguſtiarum confuſio ſingulorum mentes vrgebat, quod nec Ponzinum Poteſtatem aduentare, nec viuere à quoquã venientium nuntiatum eſt. Ea Nox per mœſtam Vrbem pernoctata ſub lachrimis.

Forte, Mœſti.

RVB. IV. Acta Paduæ per Paduanos poſt conflictum.

Verum Paganus Epiſcopus, & Gualpertinus Sanctæ Iuſtinæ Abbas cum Choro Clericorum, & pleriſq. conciuibus cum lanternis, & facibus Vrbem ambire non deſiere, in ſequentem lucem ad Prætorium concurrentes, qui Paduam incolumes precedenti crepuſculo, noctuque aduenerant. Accepere quoque & de Municipalibus Baſſiano, Cittadella, Monteſilice, Eſt, ac Montagnana indicantes literas multorum aduentus, lude & per ſingulas portas aduc-

nientium

nsentium frequentiæ, qui per Siluarum errabŏdi latebras tandem sub luce diurna Ciuitatem applicuerant. Præstitinque in malorum tantorum mole extenuata occisorum strues, quos infinitos sors tristis fama pertulerat, demulso mœrore lętitiam; cum septem, aut sex dumtaxat interemptos, & præsentium visiones, & aperta insinuassent documĕra, dum & viuum Ponzinum, & iam suburbanas appenditias attingere clamor ingens Vrbem replesset. Ponzinus quippe, vt Suburbij Vicentini Pontem primo Canis congressu transiluerat (vt suprà monstratum est) aciei frontem cum Iacobo de Carraria, & cæteris summa vi dirigere, vt Canis impetum retunderet, dictus est; sed postquam per collidentium ruinas acies rupta cessit in stragem, viam fugæ, quò sors obtulit, compertus est quæsisse cum cæteris. Cumque fulgentia arma Virum insignem contestarentur, oblatam casu latebram subijsse, & abiectis armis à peditibus tamen stipendiarijs duobus circumuentum, captumque sors iniqua inuasit; demum sed sortem * eam suæ saluti accomodauit. Aere quidem promisso ipsi ijdem Comites Paduani in tutum duxere. Huius aduentus tantis anxietatibus plenas omnium leuauit angustias, veluti sub capite membris fouendis, quæ omni fulcimentorum regimine destituta erant. Deum iam sibi placatum in ipsis Vrbis visceribus sentientes, vt saltem hoc Potestate insidente tribunal Respub. detrimentum, seù intestinum, seù extrinsecus pati non posset, honoratumq. magnis applausibus omnibus præposuere Consilijs. Tum subito Ponzinus aggregato melioŕum consilio Tarusium, Bononiam, Ferrariam ad amicos nuncios dirigi adiutorios decreuit. Venere in triduo milites L. pedites CCC. E Bononia post paulò milites C. pedites DC. Ipsiq. interim Paduani mœnia munire, reparare, circumuallare, Riperiam Montisfilicis, quapropter eius longitudinem, ne Canis Fluuium traiecisset, reparare: Bassianum, Montagnanam, & cætera Municipia præsidijs instaurare. Dies, noctesq. hæc sub Vigilijs egere. Deinde, ne Iacobi de Carraria captura, cui Montisfilicis custodia decreta fuerat, illis detrimento foret, Vinciguerram Comitem Veronensem illò cum hala militum transmisere. Dum ijs, alijsq. sollicitudinibus tutelæ Vrbis, Municipiorumque prouisum est, decidit è cœlo fermè per * decennium imber assiduus solutus in vberrimas pluuias nĭuibus, quæ trans ripas flumina quæq. eduxère, agrorum facies in lacunas vertere vix tectis progredi in ipsis vrbibus permittentes. Vtide ijs simul causis oblata Cani omnis promouendi exercitus spes vlterius in Paduanos, * quidquamve hostile moliendi. Interea admodum honoratos Iacobum, & Vannem Canis cum Proceribus, & Sodalibus suis alto palatio comiter habuit. Mollis solatijs iocabundis & verbis, plerumq. mordacibus, facetijsq. (vt in Curijs assolet) collusere. Ad vltimum quoq. Albertinum Mussatum, qui in Gregorij de Poiana sorte captiuus obuenerat, persæpè Canis Curiæ suæ Primores traxit, in quem sibi in Hentici Cæsaris Curia, Paduæq. frequenter obnoxium obiurgari, comminariq. oblectabatur. A quo quantò procacius magis aucta, quam posita pro vulnetum, captionisq. acceptione superbia responsa susciperet, strenuo animo leniebatur. Ab illo quidem paruipensas in se contumelias aiente, quòd bello captus pro patriæ libertate sanguinem iustè fuderat, glorioſissimaq. morte, si subijsse oporteat, potiturus fuisset, multa tolerantia audiebat; nec in se, suosq. nullo concussus pauore verba sub magnanimitate * cõiecit molestatus. Exactis his hostilium rerum tumoribus, dies fermè XV. tum mouendorum armorum inhabiles, tum per eas oras animos lenientes, Iacobi, & Vannis astantium præsentia agendi de pace causas dedit.

In V. cã. Pro causa.

V. Decendiũ.

V. Quidquam

V. Coniecerit.

RVB. V. Tractatus pacis inter Canem, & Paduanos.

Auctore omnium desuper Deo calamitatibus parcente Mortalium (forsan enim tantis belli ruinis expiata delicta Populos absoluere punitos, substitit q. contentum patrata vtrinque vltione iudicium) Raynaldum de Bonacosis Mantuæ Vicarium, & Gulielmum de Castrobarco Iacobus, & Vannes de pace interpellauere. Hi enim Canis Optimates erant. Cum * quo omnia communia subicientes, si datis obsidibus Paduę adessent, facultasq. concessa sit alliciendi Paduanos ad Pacis fœdera, spes non deesse; simileq. veri esse id consecuturos, Raynaldus, & Gulielmus coniectati sunt. Erat quippe Iacobi auctoritas in Ciuitate sublimis, quam fulciebant altæ prosapiæ generositas, Agnatorum eiusdem cognationis præcellens potentia, nec non Iacobi ipsius fides in Remp. indubitabilis, in cæteros vsus & probata constantia. Illa enim tempestate in bellorum anxietatibus vnus erat hic Iacobus onerum, consiliorum, opportunitatumq. omnium supportator. Omnia credita suis climata consilijs. Erat vti Vrbis columen, & vnionis ciuium tenax, & fida compago. Eratq. ilhi compos Vbertinus prosapiæ huius secundus stipes, cui validæ amicorum obsequentiæ, sicq. in priuatis potentia non impar, consilijs gnarus, ac perspicax. Dubium vter eorum prudentior, idq. frequenter

Melius. Cum quibus.

quenter per diuersoria certatum est; verum Iacobo in publicis, priuatisq. consilijs solertior, factiosior, & eò magis intuisus, quàm formidabilis. Horum duorum concreta præstantia in Vrbe summam potestatem obtinebat.

RVR. VI. Suffiones Cõsilianorũ Canis de pace habenda cũ Paduanis.

Canis Consiliarij, omnisq. eius fortunæ consortes Raynaldus, & Gulielmus Cani pacis commodum mille suffultum rationibus laudauere, *latissimum, gloriasissimum eum fore, si donata ab excelsis secunda fruatur sub* pacis *acceptione Victoria. Ecquis enim cuiusquã belli optimum finem nisi Victoriam duxerit. Huius nempè solius gratia Populi, Regesque bella suscipiũt, discrimina subeunt, hoc felicitatis munus & præmium expectantes. Rupis diuissimorum, fortissimorumque Paduanorum* * *virtus audatiam, perseuerantiam fidelitas, & ne abneges fortunate Canis, has superans actuum omnium effectrix suprema Diuinitas. Parum tibi vincere sciisse, si Victoria vti nescias. Et adquid vltrà, inquiunt, si repensas, ò Canis, inniteris? Credis ne huius tuæ Fortunæ blanditijs, cui successum præbuit illorum incauta; sed suo damno corrigenda, fiducia, tuæque huius non rationabilis? sed pròbelli vsu, quam potius obtulit temeritas, casualis? Paduanè iam potieris, quam sarcinulis licet amissis repetiere incolumes Paduani? Sic te fallet hac repens oblata prosperitas, vt exusta circum Vicentia illorum ferrum, & ignes tuis Verona finibus inexpertus ignores. Quid si pridiè suburbio iam potiti, quod (vt sic loquamur) amisere volentes, te ijs arctassent mœnibus? Nempè Vicentia cedendum consulto tibi fuerat, si quid super harum rerum cognitione dignoscimus. Amplexare Dei munus Canis amice. Sine Iacobum exequi datis obsidibus. Tolle pacis dulcedinem. Te, tuosque salvos effice, & cede tantis, quotquot sustulisti sub temporum varietate, periculis.* Horum alloquijs placatus Canis de pace agendũ horum arbitratu concessit.

* *v.* Virtus Audatia, perseuerantiæ fidelitas.

RVB. VII. Pax inter Canem, & Paduanos, & Allocutio Macharuffi in Senatu.

Continuò igitur dati obsides. Paduam dimissi Iacobus, & Vannes. Conuentus habitus in Atrio Ancianorum sub Populi, Procerumque frequentia Ponzino proponente super tantæ rei deliberatione consilium. Tunc Macaruffus vir nobilis, & magnanimus, cuius frater Barnabas nudius tertius pugnans occubuerat, vbi infractos ad pacẽ animos considentium per subsellia vulgari murmuratione concepit, conscendit in Auditoriũ sic fatus: *Dum Deo sic volente, seù fato, seù nostris (ne vera inficiemur) ignauijs vltima cogit subiecti* * *facti necessitas, vt victi Pacem supplices postulemus, pacem & ego suadeo iam communi (vt percipio) prostratis sic animis conceptione suasis. Sed auertat Deus, quod mens mea curis anxia imminentium consideratione præsagit. Pax hæc necem mihi misero, meæque Vrbi ruinam, seù fantastici inanitione cerebri, seù verisimili rerum consecutione minatur. Cum Cane fidam pacem mihi veteris causa vetat exempli, ne circumueniat, dum sub maioris confidentiæ securitate quieuero; Sicque hæc me vorans vrgeret angustia, vt præmori velim vi oppressus, vt frater, quam cubili dormiens necatus. Vt Canis ad Paduam pernigil hostis aspirat, sitibundus affectat. At vigilabitis. An nos vigilabimus pridiè somno capti in hostium domo, in media sopiti victoria, qui vnam diem vigilasse nequiuimus. Ne vecordias nostras experti dilatione quinquenni emendandas futura sobrietate despondite. Posita quidem arma humeros prægrauant resumenda intermissa suauitate quietis. Angit Iacobi, captiuorumque extrema compassio. Ah quantus me eorũdem dolor exagitat? Sed grauedinem exaggerat centuplicata malorum moles. Reip. huius cura, salusq. vestra vniuersalis, ô Ciues, me captiuorum facit immemorem. Iacobum hunc de Carraria Patriæ nostræ singulare perfugium, semitæ nostræ ducem quauis opportunitate seruare nitamur, dato ære redemptis pro naterum meorum omnium, si consequens est, permutatione nepotibus. Natos meos IV. Patriæ meæ hac pro redemptione denoueo. Sed quid ad rem? Cur vacillans, inquietis, ò Macharuffe, nos sermone occupas vanis pernagatus alloquijs? Ad agibilia te conuertas. Dissimilis tua est à nostra conceptione voluntas. Pacem volumus. Omni mole malorum, affecti, bello fessi Fortunæ cedimus aduersanti. Ne sic prostratis mentibus, quæso, Hosti perperam colla subijcite. Operiamur sub cuiuspiam morę dispendio has igniuomas voluntates. Honestemus causam hanc meliori sub ordine. Acciri amicos Gelfos Florentinos, Bononienses, Ferrarienses, Tarusinos iunctę amicitię fœdus exposcit. Rursus si pacandas simul Veronam, Vicentiam, Paduã subiectarum rerum casus expostulat, Exules restitui velit Canis hostis pacificus, & terna Communitas. Pax ea vera est, cum omnis scandali eradicata cedit, & abscisa materia. Sint æquæ conditiones, ne nascituras lites pars grauata confoueat. His censeo pacisci* per ...., vt paria onera, & communes honores vtrinque mentes efficiant gratuita habilitate conformes. Sin autem, ne campo victi, fugatique nostris ignauijs iterum domi pudenda pacis vincamur imagine, arma melioribus auspicijs, emendatis erroribus resumi suadeo, quæsitis vndecunque suffra-*

Mel. Fati.

Videntur esse in V. Nota aliqua, quæ Ambium *signent. Forte pro.* per ambiam.

Verò melius. ulteriore, fortiorique bello, alternantis Fortunæ sperari successus.

Mel. Amissi. v. Obūbrāt.

suffragijs, & contributionibus plebe vocata è potiorum, ducumque proefusionibus, in quibus hoc sub instanti ipse idem offero libras centum alto mercede milites conducit attentiore, fortioreq. bello alternantis fortunæ sperati successus. Hæc cum animi motum voce indicante Martius ira, dolore que omissi patris, & superatæ patriæ proculisset,

RVB. VIII. Allocutio Bonaffidi.

Bonafidus suaviter frater ætate maturior arrengariū conscendit illo chrismās, moderatus fremunę blando fratris alloquium. *Nunc eius fratrisque mentes obumbrent singularis doloris angustiæ: mitius agendum fratrem primò, deinde Cives exhortatus est. Cedendum ingruenti Fortunæ. Iacobo de Carraria Viro præstantissimo adhiberi fidem immobilem. Sui, capiendumque civium positus insolentijs, ambiguisque belli reparandi fiducijs misereri. Exaudiri lacrymabilis ex Senatus consulto remedijs.*

RVB. IX. Allocutio Iacobi de Carraria.

Iacobus de Carraria, cuius spectata auctoritas (vt prædiximus) conceptam ex Marcharuffi dictis infima viscerum contorsione molestiam solitæ virtutis instinctu obiecta magnanimitate compressit. *Et superatos*, inquit, *nè dicere pudeat, qui nostra vecordia impudenter egimus. De pace cum Cane agi patimur, quam fortè antè hanc calamitatem nostrarum conditionum fors recusasse non debuit. Fecit ne unquam nos domi, militiæque perversorum actuum experientia cautiores? Actuum vestrorum disparatas varietates cognoscis? Vitia, cupiditates, insolentias, luxum, in ipsa punitione æris publici voragines, discordias, malorum omnium strues inualescentes in dies singulos ignoratis? Hæc omnia, quæso percepto damno, non percipiendo cognoscite (nisi mea forsan consideratione reffellar) ad Vrbem nostram, Municipia, finesque tuendos, quæ post hoc exitium seruata sufficiant? Huc mea connictus pusillanimitate contentor Vrbem tueri, insidijs cauere, æris huius residuo, quod in noui belli usus erogandum Marcharuffus hortatur, compenso, propono, & vtinam suffector! Ipse quidem bellis extrà fines inferendis instare suadeat, qui de sola custodiendæ Vrbis cautione diffidit. Graviora aggreditur, qui pati leuiora non potest. Qui suo lecto necari somnolentus pertimescit, qua solertia, qua sobrietate hostilibus vigilabit in agris? Mihi quoque obsidibus que compassus natos quatuor pignora carissima pollicetur. Commendate, ò Consiliarij, Ciuis amore huius patriæ flagrantissimi voluntatem. Fa gratificanda, sanciendaque foret, si consequentias rerum aduertat, si non omnis veri, & æqui oblita tramitem deserat rationis. Ego siquidem Deum viuum, Patriam, Soboles, Penates abiuratus in carceres non reuersurus, abnegem? Sic euanuit mundo fides? Ne meos in hostium manus, ò Cives, considerate Nepotes, qui verius, quàm obsides, fidei signa sunt. Me, si Pace plus vobis plus Patriæ sit frugi discordia, bellique resumptio, carcer ille reuocet, quem dulci tolerantia subiturus sum ego, si Victoriam Vrbi, si præstet solius mei amissio libertatem. Sed, ò, & in memoriam veniisse non vacet fortissimorum Virorum captiuitas, qui soli profuga omnium turba vitas contemnentes sanguinem fudere pro Patria. Quorum nonnullis flagella cruces, rotæ, mortesque viuaces imminent, qui tamen dulci Patriæ amore calentes aduersum hostiles minas procaciter pro Patriæ libertate decertant. Nec minus & mille hates aduersum hostiles minas procaciter pro Patriæ libertate decertant. Nec minus & mille Veronensia, & Berricana ergastula Populares, quorum Matres, Coniuges cum natis adhuc bebent Veronensia, & Berricana ergastula Populares, quorum Matres, Coniuges cum natis adhuc ra, Liberos, Genitores auditis emporia fletu miserabili vagientes. Nec illos obaudire permissum est? Nec tamen viriles animos, quatenus illis suppetat efficacia rationis, frangat, moneat mollities pietatis? Vbi vnquam mille per Vicos hęc, quę euocanda sunt, Tuscorum, ac Bononiensium petita suffragia? Non expedit vobis, ò Cives, tanta perplexitate conuictis ab remotis verbosa, ventosaq. occupare præsidia. Facto est opus fidite vestris viribus. Quantę sint, si eas fulciunt facultates, & libræ C. munus acceptabile Macharuffi. Honestanda causa vestra est non inducijs, cere? Si vestros præterendos Canis assentiat, cur suos habeatis ijs in articulis cautores? Par hęc causa est, cuius disceptationi non insto; sed cętera conseruationi nostræ conueniant. Nunc igitur vana vsus gloria, quia captus sim, meaq sic interfit, an Pacem suadere nolim? (vt forsan pro meo interesse non deceat) Vtile præponam Honesto? Si in his differentia est vlla notabilis, Pacem cum Cane habendam æquo fœdere, remissis captiuis hac mea consultatione diiudico, delectis super reliquorum fœderum moderatione arbitris, qui cum eiusdem arbitris singulares, & communes materias dissensionum euellant, & paciscendis adijciant cautiones hinc inde.

Sic corrigebam V. M. S. in quo Hunc &.

Dictum Iacobi frequens clamor emologauit die eadem in maiori Senatu per plumbeos calculos ex Senatus Consulto more patrio comprobatum. Remissus Vannes acta Paduæ seriatim aperuit Cani, Optimatibusq. Dumque Paduanorum exulum reuocationes non modò non admitti; sed tanta reijci audisset repulsa, compassus illis torquebatur in intimis,

vixque

v. Aduersat.

v. Qui euocādi sunt.

Idem. Eant. Idem. Minus. Idem, Ambagiumque. Mel. Insisto.

Malè omnino v. Vocabilis.

vixque cantiunculæ huius impatiens, nausea caput excutiens è colloquio digressus est. Cum ab Consiliarijs exaudire, quid de Exulibus consequens sit, attineatque ad rem multa prece demulsus est. *Audisti*, inquiunt, *felicitatum tuarum affluentias, siquidem Paci adhærens illas antè cognoueris. Paduanos lato campo vicisse tua insatiabilis aspirat ambitio, quos suæ Vrbis visceribus superasse hac tua inexpleta cupiditate subniteris. De Suis* Statuere, *quæ de Tuis non nisi morte coactus assentias. Quæ tibi, si perspicacius aduertas, ò Canis, ex ea reuocatione emolumenta proueniunt? Si Paduam Ciuium vnione reintegres, quis putas horum Exulum in propria restitutus te suæ feliciori fortunæ prætulerit, Ciuilitatem postponet exilio? Crede, quod in tranquillo tempestatem aduersam optare dementis est. Præcauendum tibi, ne, quos seruandos inniteris, opinione tua frustratus amittas. Te, tuaque profer semper, & auge, alienigenis impensure magis, quàm acceptare seruitia.*

Pro Statuerunt.

His placatus deligi arbitros Nicolaum à Lege, & Bononiensium Veronenses Iuristas elegantes, Nicolinumque arcanorum Scribã suorum assensit. Hi Paduam profecti cum paucis Paduanorum è prudentibus Pacis cõditiones Partium votis accommodauere per has formas.

RVB. X. Pacis Conditiones.

Sanxere pacem vtrinque inuiolandam per Canem, vel per Potestatem Paduæ, Communia, vel Priuatos. *Municipia per partes, vti possident, possideri. Paduanos singulares ad iura, quæ intrà Vicentinos fines habebant, cum ea Ciuitas ad Imperatorem defecerat, & prædia possessa restitui sub nulla structura, seù reparatione Castrorum: cætera, vti & ipsi possederant, possideri. Super dominijs, seù proprietatibus, si quę lites emergerent, trimestri dumtaxat spatio terminari ganisuris eisdem conditionibus similiter Vicentinis. Vinctos hinc, inde remitti. Rursus tollendas ambiguitates per Illustres Ducem Venetiarum, Assidentesque sibi fidos Partium amatores, ac pro vtrisque* * *fideiussores, si (quod absit) vllas exoriri contingeret. Porrò Canis amicos Mantuanos cum R. Vicario* * *G. de Castrobarco, Ducem Charintiæ, Comitem Goritiæ: inde* * *Paduanorum Tarui sinos, Ferrarienses, Bononienses, ac Florentinos hoc pacis beneficio amplexari.* Emologata protinus, iurataque obnixè fœdera hæc in singulis vrbibus Padua, Vicentia, Verona per Canem, Potestates, & Primates, ac Communitatum Syndicos pro concione laudata Anno Domini Iesu Christi XIV. post Millesimum trecentesimum circiter XIII. kal. Nouembris.

Intellige Dari. R. Rainaldo. G. Gulielmo. *Idem*. Amicos.

Albertini Mussati Paduani de Gestis Italicorum Liber VI. explicit, incipit VII.

ALBERTINI MVSSATI
De Gestis Italicorum post Henricum VII. Cæsarem.
LIBER SEPTIMVS.

RVBR. I. Præludio.

DAduanorum conflictus Gibolengæ factionis Partem non modò per Longobardiam; sed vniuersam Tusciam, Italiamque omnem in Gelfos exulit. Iam enim, vti excisum Gelfis caput, quod vnam totam Orientalem oram fouebat, reputatum est. Multa Maphæum Mediolani Vicarium exultatio, qui ab Occasu eandem Prouinciam sub Imperij clypeo protegebat, ad spem erexerat. Vnde Gibertus de Corrigia Parmæ Dominator Fortunæ mobilitate conterritus mobilis & ipse multa cum Passarino Mantuæ Vicario, permulta cum Cane Veronensi ingentis astutiæ duplicitate per eos dies machinatus est: sed illis increditus præteritorum experientijs tandem suis vti viribus ab eisdem extrema illorum responsione permissus est. Quamobrem cum Rubeorum extrinsecorum progenie per noui coniugij compaginem vnita secum illorum factione magnis fœderibus obstrictus est.

Maphæus quoque Vicecomes circà Aprilis kal. Luchinum natum suum secundogenitum

cum stipendiariorum cohorte,& auxiliarijs Laudensibus, ac Placentinis, cum Veronensium mercenariorum hala ad S. Dionysij Pagum ad Parmenses depopulandos agros trans Tarum fauium misit. Vbi multo impetu Castrum Quiricum nulla Matthæi spurij de Corrigia præsidentis rebellione in deditionem accepit. Postque dies paucos Castrum Fori Noui insultantes multa vi cępere Burgensibus ad vnum, qui in eo erant, omnibus gladio trucidatis. Vnde coactus Gibertus intrà męnia, à Bononiensibus, Paduanis, cæterisque Geltis subsidia exquirens nullo fauore adiutus est. Verum transmissi à Padua C. Mercenarij milites, &, si non negata, non tamen concessa per Mutinensium fines comitiua, Paduam rediere. Cremonenses longissimi belli tædio affecti, ac timore præpotentum Maphæi, & Canis Grandis se se suis stare finibus, cæterisque abstinere contenti sunt. Passarinus cum suis Mantuanis perosum Gibertum eundem de Corrigia magno initiandi cum eo belli tumore subsistebat. Nam neque huic impar cum Giberto astus simulandi, ac dissimulandi calliditas deerant. Dum diù pariter, nunc mutuis Coniugijs, nunc opertis, nuncque apertis Confœderationibus allusissent. At maior, irreuocabilisque clades intrinsecos Pergamenses vrgebat, & (quod dictu vix credibile foret) infeliciores * ij, qui in Vrbe erant extrinsecis exulibus, veluti Vrbe obsessi, dum montana planitiemque possidentes incursionibus, rapinis, furtis, omnique præda Vrbem circum lacesserent. Dum paulò antè Aprilis Kal. ijdem Exules de montanis ad inferiora migrantes Arcem, quæ Nimbro supereminet, victis ijs, qui præsidio erant, occupauere. Nec inde interiectis diebus pluribus, quam IV. & & XX. Constantius eorundem Dux consternatis pauore amissæ Arcis ijs, qui secus Nimbrum stagnum Municipium cum Pago tenebant, in vtrumque insultum fecit, igneque ædibus summisso, Burgenses ad Municipium concurrere coegit. Circumuenti, conterritique Municipes, & qui præsidio erant, iam instantibus ad portas hostibus, diffisi viribus, reddito Castro ad Constantium defecere. Hoc tumultu concussa Ciuitas ad arma cucurrit. Ludouicus Vicecomes Potestas cum mercenarijs, militiaque incompositis manipulis ad Pagi subsidium, qui tribus fermè passuum millibus ab Vrbe distabat, expositis signis erupit. Constantius, vt ex alta rupe incenturiatas, disiunctasque acies aduentare conspexit, ad spem erectus, extenso ausu, ad Conuallem descendit cum penè IV. mille peditum fortissimorum cœtu. Potestatem obuius aggreditur, sauciat, & in fugam vertit. Occisa in ea sic tumultuaria pugna capita C.XXV. Capta totidem, seù circiter. Cæteri lacero agmine fugæ remedio Ciuitatem repetiere. Costantius Arce,& Nimbro potitus extemplo aduectis è Colonio Castro munimentis, omnique victu præsidijs firmauit. Cum stagnum, quod per cuniculos subterraneos Ciuitatem adaquabat, confractis decursibus ad deuias partes per conualiem diuertit, alimentumque Vrbi aquæ sustulit. Vnde & vana Pergamensibus spes incolendæ Vrbis, & deserenda statio mœniorum fuerat, & dira cohertio, atque intolerabilis, puteorum tum fomitibus, qui in vrbe erant, non modò bestiarum vsui; verum dumtaxat hominum alimentis insufficientibus.

RVB. II. Insultus Luchini filij Maphæi Vicecomitis in Parmenses.

*V. Ijs. non probe.

Mense eodem Aprilis, quo Pergamensis Ciuitas ab Exulibus Nimbro priuata est, exhortati victoria Extorres, ne Mediolanenses intrinsecis alimonia præstarent, adempto Pontis S. Petri aditu illos excludere, atque arcere meditati sunt. Ipsum quidem Pontem, qui *..... * implectitur fluuium, rumpendum, cremandumque decreuere. Tum accersitis ad huius rei subsidium Cremonensibus, à quibus hastatos in equis Subsidiarios L. Duce Ponzino de Ponzonibus recepere, cum equitatu omni, peditumque manipulis ad Pontem accessere. Quo in loco, seù præscij, seù Fortuna sic ferente reperti Pergamenses intrinseci cum omnibus suæ militiæ, peditumque copijs vno sublato clamore illos adorti sunt. Acri igitur commisso insultu, frustrati suo extorres proposito, repressis ingenti compulsu viribus, infractis animis, rupto agmine secessere cæsis ex hastatis suis militibus circiter XX. inter quos Belfantinus de Riuola, captis ex memorabilibus Georgio * de Soppo, & Galaaz Carpione, & aliis fermè VII. & XX. Ex pedestri manu XL. Ex intrinsecorum parte cæsis IV. & XX. Nam Ponzinus rupta prima fuorum acie laceras cateruas secus fluminis arenam in diuersum bellica arte contraxit, incolumesque Colonium adduxit. Nec inde in Longobardia citrà Mediolanum bellum atrocius. Nam quoties, seù Crema, seù Mediolano farina, vel panis decoctus Pergamum, vbi nulla molendi facultas, onagris, vel curribus veherentur, toties ferentium occisiones à pallantibus exulibus assiduè fiebant. III. & XL. die vna mensis ipsius Aprilis vectoribus exulibus vno interitu interemptis, ac necatis.

RVB. III. Expugnatio Pergamensiũ Exulum secus Pontem S. Petri.

Fertè. Biembum.
Mel. Amplectitur.

Melius. de Zoppo.

Per-

RVB. IV. Transmissio Galeaz filij Maphæi in succursū Pergamensiū intuscoram.

Pergamenſes tædio iam exulum affecti, qui Nimbri Arcem tenebant, cum aſſiduè ad diuertendam ab Vrbe aquam ſatagerent, belloq. vicinam Ciuitatem frequentiſſimè fatigarent, Maphęum Vicecomitẽ, cęteroſq. amicos interpellauere, vt niſi ad tollendos ex ea Arce hoſtes amplioribus viribus opem darent, linquenda ſit illis Ciuitas aſſiduo certamine defeſſis. Annius Maphæus, quamquã Papienſium bello inſtantius vrgeretur, milites CC. peditesq. mille cum balliſtarijs CC. tranſmiſit illò. Galaaa è Placentia milites L. pedites CC. E Crema aduenere Milites L. pedites CC. His adiuti Pergamenſes Arcẽ Nimbri obſidione celebri preſſere. Cumq. loci aſperitate, qui monti adiacebat, nullo certamine Oppidanos aggredi facultas eſſet, longumq. illis ad fame arcendos tempus exigendum foret, prouiſione cauta ex induſtria vſi ſunt. Erat ſcopulus eminens, ſuprà quem aſſurgit altioris montis apex, vbi Caſtellum erat eorundem Exulum, quod Pauonam appellant, à quo, qui Nimbro inſidebant, victibus ſulciebantur. Excogitatus Ludouicus Vicecomes Pergamenſium Poteſtas cum Primoribus ſcopulum noctu furto ſurripere, CCC. accerſſere pedites, qui trecentorum aureorum ſponſione per aſpera ſaxa in eum ſcopulum conſcenderent. Hi æris neceſſitate ſingillatim annixi * gladijs decliues, hiſpidoſq. aditus nocturno gradu tandem in Specum Colli vicinam conuenere. Vbi iam peragrata montis iniquitate conuicti, ſublato clamore, patente curſu L. fermè, qui in ſpecula pro ſcopuli cuſtodia ægrè vigilabant, adorti ſunt, illiſque fugatis, ac nonnullis obtruncatis ſcopulo potiti ſunt. Mane autem detecta fraude, qui in Arce Nimbri erant, Caſtelli Pauonæ ſubſidio deſtituti, adempta alimoniorum ſpe, pactis cum rerum ſuarum redemptione perſonis Arcem Ludouico reddidere Idibus Maijs.

* In V. Gladij.

RVB. V. Nouarienſiũ Conflictus.

Decimo namq. ſexto kal. Maias Anni eiuſdem quintidecimi poſt trecenteſimum milleſimum Papienſes cum Turrianis exulibus, Alexandrinis, Vercellenſibus, cæteriſq. ſuæ factionis militum, peditumq. cateruis noctu perrexere Nouariam. Sub gallicinio præmiſſis ad Vrbis valuas curſoribus ipſi in inſidijs poſitis ſubſtitere. Sed Nouarienſes, vt ſupputauerant, nequeuntes mœnibus educere bellico ingenio, vt ſibi prędeſtinauerant, detectis ſignis, hoſtili impetu per Natam ſuburbanum locum duobus ferè millibus paſſuum ab Vrbe inſultauere, illoque exuſto, expilatoq. per Romenam, Bellenzonumq. ditiſſimas Colonias idem fecere. Cum ecce per properantes Curſores ijs allatum eſt, omnem è Nouaria Populum, cunctam erupiſſe Militiam, & ad ſe directo agmine pergere cum ſignis mercenariorum Maphæi Vicecomitis XI. Tum compoſitis ſignis, centuriatiſq. Ordinibus ingenti tubarum concentu in æquum cãmpum, quò foret vtrinq. præliandi commoditas, deſcendere. Nec mora. Infeſtis gladijs, pariq. clamore hinc, atq. hinc in prælium concurſum eſt. Quod & anceps fuit, fortiſſimis primipilarijs, qui in acierum cornibus robora collocauerãt, non prius repreſſis, quàm ſeſe equis vtrobiq. conſternerent: verùm exulum Papienſium * feliciore ſucceſſu congreſſum decernente terga vertere. Nouarienſes paſſim cæſi, fugatiq. ac capti. Cæſa ſiquidem hoc prælio capita C. & XL. Capta C. LXII. cum pingui equorum, armorumq. præda. Signa militaria VIII. depræhenſa Papiam ad trophæi ſpectaculum relata. Qui verò * fugere enixi ſunt, ad Caſtra Nouarienſium, quæ Baſtiam Longobardi vocant, antè Galuagium Caſtrum illorum obſidione circumuentum confugere. Sed Papienſes Victoriæ munere freti ad Galuagium Caſtrum eorundem Nouarienſium obſidione leuandum, Baſtiamq. expugnandã curſu eodem conuolauere; illamq. inſperato inuadentes tumultu expugnauere occiſis, captiſque ijs, qui caſtris inſederant. Fuerunt inter captos horum congreſſuum memorabiles Maphæus de Nicoruo, Manfredus Cornellus Galuagni filius, Emmanuel Lanfrancus de Fixilegis, Frãciſcus Tetonus, Gulielmus Caza, & Aules Nouarienſis Poteſtatis cum Vrbis vexillo publico. Nec remiſſi Fortunæ huius opitulatione Papienſes populabundi contractis vndique viribus, & in municipia tutiora compulſis per * Lomellinam oram opulentiſſimam dato agmine ad Pontem Vigeuani, qui Ticino ſupereſt, cuius altiſſima propugnacula Maphæi præſidijs tenebantur, adducto igne, cratibus ad velamen oppoſitis acceſſere, ſoloque pauore perculſis cuſtodibus Pontem deſtitutum occupauere. Continuoque in ſtragem omnibus conſternatis præſidiis, captaque claſſe, quæ Pontem nauali ſuffragio fulciebat, igne ferroque vaſtauere; demerſoq. in Ticino nauigio, ad naufragium bellatores, qui in eo erant, cum ductoribus compulere. Nec Papienſibus vlla ex ijs pugna proſperior, hoſtibusvè damnoſior. Cum excluſo trans Ticinum Maphæo * vaſtandam, depopulandamq. Lomellinam ſub omni commoditate, ſub ſola fluminis tutela vacaret.

* V. Falitiore.

Sic lego, cum in V. ſit Fuge *pro* fugere *ſine diphthongo.*

Læumellinã *vocat Bernardus Saccus lib. IV. Hiſt. Ticinenſis.*

Mel. Vaſtãda, depopulãdaque Lomellina.

RVB. VI. Prodigium.

Per hos dies in Porcilio Colonia Veronensi ex Equa prodigium insigne exortum est. Fœtus scilicet viuus, Quadrupes equini corporis cum ceruice, & capite humanæ figuræ, quē cum balbutientem horrendo vagitu vir agrestis, cuius tugurio editus est, conspexisset, rurali simplicitate conterritus harpe continuò mutilauit, præfixo capite in pali acie secus accessum tugurij ad transeuntium spectaculum. Qui insinuatione aliquorum ad Curiam euocatus, atq. de generatione, & singulis inquisitus, cur vesic repentè ipsum necauerit, nihil præsumptione dignū, nisi, quòd metus solius inuasione id fecerit, in illo compertum est. Amota cuiusq. alterius* delicti suspicione, quod sic in patulum monstrum edidisset, cui rem occultauisse tempus, & locus facultatem obtulerant. Ver anni huius pluuiosum. Aestas grandinosa; nimbis, ac tonitruis admodum horrida. In Paduana Ciuitate, & circum Suburbia grando ingens nulla referta memoria glandes vnius libræ efferens, quarum collisione ædium tecta confracta sunt, *strati exaere, necati alites per plana, lepores, & feræ plurimæ repertæ sunt.

v. Delicto.

v. Stroiti.

RVB. VII. Secunda Pontis Vigeuani expugnatio, & conflictus.

Lomellinæ depopulationem à peruagantibus multo commodo Papiensibus Maphæus Vicecomes ægrè ferens, propulsatis Nimbri recuperatione Pergamensibus exulibus ad Pontis Vigeuani refectionem potenti expeditione reccurrit. Vbi ad structuram omni arborū adducta materia cum architectoribus naualis, terrestrisq. ingenij, & copijs venit omnibus. Papienses parata in aduersum classe cum equestri, & pedestri agmine trans Ticini ripam obuij stetere. Cumq. iam identidem peracto penè opere per iactum latissimæ tabularum compagis pedites, militesq. vno impetu in vlteriorem ripam traijcere niterentur, certamen vtrinq. terra, ac fluuio atrociſſimum cęptum est. Sed eos milites, qui per saltum tabularum ripam anticipare conabantur, retrusere Papienses commodiori freti terræ spatio, & in fluuium præcipites euertere. Deinde summisso igne, quem pro rei opportunitate peractum secum tulerant, in tabulas cum accensis cratibus adiecere. Fusa itaque sic, ac detrusa omnis acies, quæ Pontem conscenderat, in stragem * corruit. Pars præceps ad naufragium, pars in se se collisa interijt. Sed maior Maphæo clades in Ticini fluento fuit. Nam conterriti fluuiales bellatores, nautæque viso pontis excidio, destitutis nauibus ex omni remigio, à Papiensium nauigio circumuenti sunt. * Nam ferè omnes cæsi ad naufragium appulsi sunt, excisa penè totius pontis noua strue. Cæsa virorum omnis generis hoc nauali, terrestriq. certamine capita CC LX. Capta LXXX. Naues XII. onerariæ cum balliſtis, & omni nauali apparatu Papiam adductæ. Maphæus victus abscessit XV. Kal. Iunias. Ex secundo hoc conflictu Mediolanensium Lomellina depopulanda Papiensibus patuit tumore Ticini, Padique, quæ flumina traijcere nulla prorsus Maphæo facultas fuit.

v. Corripuit.

Mel. Et.

RVB. VIII. Captio S. Quirici.

Gibertus de Corrigia cum auxiliarijs militibus Bononiensium C. & cum suorum expeditione ad Burgum S. Donini depopulandum coequitauit: sata, vineaque vndique excidit omni recto extra Pagum exusto, Manfredino * Pallauicino se intrà Municipium contenente. Atq. inde digressus Castrum S. Quirici circumsedit. Matthæus spurius de Corrigia, qui Castrum idem Luchino Maphæi Vicecomitis paulò antè seditione tradiderat, eadem fraude salutem sui, suorumque pactus ad Gibertum defecit.

Aliter. Pallauicino.

RVB. IX. Pergami defectio.

Inueteratum Pergamensium varijs vtrinque fortunis bellum partium deniq. vires, animosque sic infregit, vt longis lassatæ laboribus certaminum studia, solertiasque deponerent. Hinc Papiensium delendorum curis Maphæus angebatur: inde suis destituti auxiliaribus Exules Municipijs se se nullo incursu, præliorumve studio continebant. Cum tandem circumspectione Maphæi Georgium de * Soppo, & Galaaz Carpionem de pace interpellare visum est. Captiuos siquidem eos Mediolanum adduci mandauerat. At denuò illis rogantibus de pacis articulis Maphæus respondit, se Pergamensium amicitias quietiore animo, quàm dominium affectare: pacem eis volentibus daturum, seque post XXX. mensium spatium, post iam ictum cum intrinsecis fœdus abdicaturum. Vtque cum Conciuibus suis Exules durabili pace communicent, ne æris alieni exactionibus impetantur, creditoribus ad tempus silentium impositurum: omnibus contributionibus, quas totius belli tempore Pergamensis Communitas Exulum bonis adscripserat, leuandos Exules, statuque integro, ac libero potituros. Missæ ad Ricobrandum de Riuola, cæteroſque extorres litteræ infractos, placatosque ad pacem animos inuenere. Et si parùm fidenter Maphæi pollicitis adhærerent: vrgebat tamen pacis zelus, & instans intolerantiæ vis, ac summa necessitas. Et interea per Legatos rem dirimi placuit missis prius ad Confratres Gelfos super ijs pertemptatis, & de iniqua sui status conditione rescriptis. Qualiter

Aliter. De Zoppo *vt supra Rub. III. huius libri.*

Digitized by Google

& afflictis rebus consulendum sibi euentus suaderet infestus. Missi Mediolanum Legati cum omnium Exterorum mandato comiter à Maphæo accepti sunt. Cum quibus Georgius, ac Galaaz celebrato* colloquio præscriptis verbis sub pacis conditionibus multa mansuetudine vsus est, alijsque adiectis, quæ animos allicuere Legatorum. Vnde communes vtrorum quæ conceptus, atque affectus quouis bello gratior pax amplexa est captiuis omnibus vtrinq. dimissis per Nonas Iulias.

*In V. Erat etiam Consilio antè colloquio.

RVB. X. Conflictus Papiensiũ apud Scriuiani fluuium.

Longo bello fatigati Papienses tutari sola mœnia contenti Pontem Vigentani Maphæo Vicecomiti construendum reliquere. Iam quidem penuria rerum familiarium obstrusis circum callibus, depopulatisque solo Padi subsidio fouebantur. Inde enim alimonia singula, quæq. de superis oris vehebantur. Sed pacatis Pergamensibus nullo alio impliciius certamine Maphæus ad solam Papiam animum, viresque intendit. Vtque omnium rerum copijs illam priuaret, atq. extenuaret Castellum in Padi littore quindecim fermè passuum millibus ab Vrbe magno opere construi iussit, præsidioq. munuit. Huius Castelli pressura obsessæ Ciuitati nulla fulcimenta, frumentadivè facultas erat; sed sola spes Roberti Regis Apuliæ iuuari suffragijs hos suspensos diutius angebat. Dum omnium rerum egentes, aut ferro aperiendi Padi viam per Castelli huius oppugnationem, aut se se, Vrbemque Maphæo dedendi opus esse existimauere: sed prius congestis in vnum viribus oppugnationẽ tentare decreuere. Nauigio itaq. cuius hæc sola copia illis restiterat, quibus valuere Virorum, armorumq. fulcimentis Castellum hoc petiere. Sed continuò Maphæus armatam classem, quam apud Placẽtiam, & ipse ob hasce vicissitudines paratam tenuerat, insequi Papiensium expeditiones mandauit. Et, vt maioribus viribus hostes impeterer, militum CC. cohortem trans Padum per riparum marginem pedetentim submisit. Cum igitur propinquos hostes se insequi, Papiensiũ classem iam cominus oculi intuerentur, omnis congressus auidi, remis incumbentes celeri properantis aquæ lapsu in hostes irruere. Sed impar Maphæi nauigium extemplò prælium detrectans vlteriori ripæ adhæsit, militumque suorum per planas vndas ad Equorum subsellia succurrentium defensione protectum est. Lapsi igitur per fluminis cursum Papienses vltrò Papiam applicuerunt. Ad terrestre igitur, supremumq. experimentum in auxilium Ciuitates amicas, singulosq. suæ factionis è Nouaria, Vercellis, Alexandria complices Duce Vgone de Albasio euocauere. Aggregatis itaq. omnibus copijs, militũ scilicet fermè D C. per Padi appenditias ad Castri oppugnationem perrexere. Maphæus horum omnium præscius milites CCCC. pedites M. seù circiter ad Castri tuitionem transmisit. Cumq. ad fluuium, qui Striuia dicitur, ventum esset, qui superiorum agrorum aquas in Padum educit, per latum patensque vadum CC. aciem Vgo traijcere iussit. Et ij præcursores speculatoribus L. Maphæi ad explorandum missis obuij illos circumueniunt, sternuntq. ad suos paucis profugis. Cæterorum maior acies in subsidium accurrens hos, ipsumque Vgonem Vicarium Regium incessit. Fit pugna atrox. Dum denuò suis, qui nondum traijcerant, non occurrentibus potentioribus hostium viribus cessere. Lacera igitur acie terga dantes in peditum suorum cateruas, quorum CCCC. fere vadauerant, præcipites incidere. Fit strages corruentium militum in pedites, ipsorumque peditum retrocedentium ad vadi transitum. Sed certaminis huius sors infestior hos Papienses, qui eis vadum resederant, obuenit. Nam solius obice fluminis ruti fugientium suorum exemplo versis signis fugam & ipsi simul arripuere. Tum accrescente, patenteque Victoria freti hostes, illorum, qui trans vadum migrauerant, præsertim peditum, stragem fecere. Nam obstrusum vadum virorum, equorumq. aceruo exitum fugientibus denegabat. Sicque Maphæi milites Campo potiti sunt. Cæsa hic Militum Papiensium, Turrianorum, cæterorumq. auxiliatorum capita circiter C LX. Inter quæ Zafredus della Turre eius prosapiæ maior natu Vir bellicosus, ac strenuus. Peditum CC. Capta ferè totidem. Ex Maphæi militibus LXX. seù circiter: ex peditibus XL. Signa militaria duo Mediolanum ad spectaculum delata anni huius millesimi trecentesimi quinti decimi, Non. Iulijs. Clades hæc Papiẽsibus exitialis fuit. Ob hanc enim omnis certaminis spe destituti mẽtibus consistere meditati sunt. Tum omnis generis accrescens in dies pauperies fame appellente popellum omnem Vrbe abscedere viritim coegit. Intrà mẽsia coacti, qui appendentibus vicis cohabitauerant, nulla vlterius tutela solum quodpiam insperatum Dei suffragium præstolabantur. Nec interea segnis vlla desidia Maphæus in ipsius Vrbis sinu tutus nonnullis factiosis scrutari, sciscitari, si seditionibus res agi valebant; polliceri seditiosis. De pace contrà Papienses interpellauere, non nisi cuius conditionibus ipse dominio potiatur.

tiatur. Iis calamitatibus omnibus ferè destituta salutis consilijs Papiensis Ciuitas se ad Octob. Mensem vsque perduxit in se ipsam defectura omnium rerum carentia, nisi Maphæi astu, potentiaque simul, atque ingenio præuenta atrocius exitium nacta foret, cuius rei series hæc constitit.

RVB. XI. Papiæ captio

Per indices edoctus Maphæus Cremonenses militum Lhalam missuros ad Papiæ leuamen, militiam suam Laudum Filio duce direxit, mandatis in publicum edictis, quòd illos arm

hæc ſic inſultantium cohors, trans Vallum ad ſuos reprimit, atque impellit. Acies hæc Germanorum inualidi impulſus impetum tam parua manu ſe ſe ſic impellentis agnoſcēs, quam contra aduenies accēnſa lampas patefecit, concitis equis, clamore ingenti, furoreque Teutonico * ingreſſum reintegrat, ſuperatoſque Papienſes in fugam vertit, inſequique * atque vt in captam Vrbem, cateruas conclamat. Reuocati à ſuperiori certamine Ricardinus, & inſcij Commilitones quibus ſalutis ſuæ, patriæque remedijs inhærcant, mortes vndique circumſpiciunt, ac parua mora ſic impliciti ab hoſtibus impeuntur. Tunc omnis eques in ſtragem cedit. Conſtoſſus militum congerie Comes occumbit. Simon della Turre fortuna adiutus cum paucis per Ticini ripam egrediens fugit, Paſſignanumque ſe contulit. Tunc exorientis Luciferi ferali Papienſibus hora capta Vrbs Victoribus patuit. Pars conflictorū Ciuium per ædes ſacras, priuataſq. ad deliteſcendum confugit: pars mœnibus egreſſa ad agros effunditur: pars ſupplex ſe tradit victa victoribus. Hoc tamen Papienſibus Dei nutus, & ſors benigna contribuit, quòd non vltrà. ...& XX. Virorum commiſſa cædes conflictum hunc funeſtauit. Verum adulteria, raptus, prædæ, milleque calamitatum iniuriæ nullo fine patratę ſunt, immanibus præſertim Germanis in Latinos ferino more inſæuientibus nulla pietate. Nobilium coniuges, ac ingenuas virgines ad ſuas quiſq. ædes in ſcortum trahunt. Sed proh pudor? prohque dolor? Generoſa, deflendaq. tecum tuorum proles cum Ioanne fratre (Reuerende Pater Pagane) cumque infantium, filiorumque, ac nepotum miſeranda ſerie omnibus ſubſtracta diuerſorijs inſignis præda Victoribus Mediolanum adducitur. Te, domumq. tuam (ſic fatis volentibus) hæc nimium clades amplexa eſt. Sed Tu, Pater, tuę Spes vna proſapiæ ce de fortuitis obiecta virtute ſucceſſibus; reminiſcare prēteritorum experientia, & ſolare ſuperſtites. Nam ſupereſt viuentium genus egregium, & Nepotum magni greges, ac per partium tuarum Vrbes conſpicis auidam tuæ vltionis Italiam.

Pro Congreſſum *vt infrà Rub. ſequenti. Delerem.* Atque.

RVB. XII. Pulſi Furliuio Argulioſi. *Al.* Ex Argulioli.

Pulſi Furliuio Calbulenſes Fauentiam, Rauennamq. petiere. Nonnulli eorum in Caſtro Rogerij de Douadola permorabantur. At Communi Bononiæ cum Prouinciæ Romandiolæ Gelphis curæ fuit Furliuij Ciuitatem in Gelphorum factione perſiſtere. Vnde accerſitis ad colloquium Argulioſis in agro Rauennate iuxtà Sancti Petri in Vinculis Baſilicam conuenere. Affuere Communis Bononiæ Legati Malateſtinus Ariminenſis, Lambertus de Polenta Rauennas, Franciſcus de Manfredis Faucētinus, Bernardinus Conienſis Comes, Nordilus Imolenſis, Rogerius de Douadola, Carolus Batifolis, Agnella de Altriclinis Ceſenenſis. E Furliuio Primores Lambertus de Argulioſis, Bindus Altotus, Rainaldutius Burſa, Guerriolus. Iurata illico pars Gelfa votis communibus, pro cuius perſeuerantia Argulioſi ſponſaliorum fœderibus Ramberto de Polenta, ac Franciſco de Manfredis copulantur. Ictis, firmatiſq. fœderibus Argulioſi Gibolengos omnes Furliuio pellunt, nonnullos relegant, in hanc Gelfam partem Ciuitatem obſtringunt. Deſtituti omnibus ſubſidijs Calbulenſes quid de ſe recogitent, anguntur. Nam proſperiori fortunæ amicos Gelfos adhæſiſſe vident, vt ſe excluſis perennia cum Argulioſis pacta percuſſerant. Dum multo concepru demum * Ordalaſſis iamdudum inimicis ſe ſe confœderare animos dirigunt. Tegrinum igitur ex Comitibus Guidis de Monteglana ſpectatum Virum Falcerius de Calbulo clandeſtinè de pace cum Ordalaſſis peremptando interpellat, cui hæc promeruiſſe rememorat. Nam eius occaſione Valbonenſibus Calbulenſes obnoxij fuerant, Valbonenſiumque fauore iuſta vltione nuper Furliuio electi. Tegrinus beneficij huius memor data fide in vnum coirę Cecū, ac Sinibaldum de Ordalaſſis cum Calbulenſibus ſatagit, idq. apud Primalocorum Caſtrum ſolerter efficit. Quamquam enim ipſos Calbulenſes, & Ordalaſſos veteres, ac capitales inimicitiæ, odiaque inteuſa diſiunxerint, vtrorumq. tamen opiniones ad nouæ amicitiæ fœdus, varijs * tamen affectibus in vnum, idemque conueniunt, vt * ſi iunctis viribus Furliuium quaq. via ingrediantur. Atque inter cętera Ordalaſſis Calbulenſes potiundi Furliuij ſecūdante ſucceſſu Scarpetam de Ordalaſſis vinculis eximere Comitis Romandiolę, amicorumque ſuorum ſuffragijs deſpondent. In Caſtro quidem Charo ſub Regis Roberti cuſtodijs habebatur. Re clanculum compoſita, conditionibus Prouincię ad Regem Robertum delatis, mandat Rex Dyadego, quem Prouincię huius Comitem conſtituerat, conciliatis, vtcumq. valeret, diſidijs Furliuium Ciuium compoſitione reintegraret. Profectus in Romandiolam Comes de pace inter Calbulenſes, & Argugliolos agenda cum plurima inſtantia pertentaſſet, nequaquam profecit; refluſque eo conatu Ferrariam perrexit. At Cecus, Sinibalduſque Scarpęr fratres cum Fulcerio, ſuiſque freti, prout vtriſque facultas erat, ingenijs in Ciuitatis ſinu abditis conſilijs

Ordelaſſos *alij vocant.*

Forte Tandē. *Tollerem particulam* ſi.

filijs suos in stuores accersunt, atque alliciunt, denuoq. agendorum diem pari factione constituunt. Atqui non secus, * vt opinati sunt, successus euenit. Nam moti pariter separatis gressibus sub noctis tenebras Franciscus de Calbulo cum Paulutio Nepote, Comesque de * Zazolo facti huius complex per patentem sibi suorum deditione portam Raualdinam ingressi sunt. Cecus quoque, ac Sinibaldus cum Friderico Montisfeltri, & Gulielmo de Malatestis suæ factionis amici per portam Rotæ & ipsi Vrbem introiere. Tunc clamore sublato concita Ciuitas expergefacti, ac eam repentina commotione perterriti ad arma currentes foro exiliunt. Tumultuarius concursus in plateam communem populum concitum vndique elicit. Iam repressis, expugnatisq. hinc, atq. hinc, qui nouum * ingressum fecerant, ignoratis auctoribus in Argulioſos Victoria concesserat. Sed cum iam discederet noctis pulsa caligine Calbulensium, Ordalafforumq. insignia patuere Furliuiensibus. Mirabundi nouo successu, simulq. gauisi, qui suarum factionum Dominos adesse spectabant, segregatis manipulis, lacerato Argulioſorum agmine Dominos suos singillatim petere, simulq. illis * adhærere. Tũc reintegrata pugna Argulioſi iam viribus, nouoque fauore impares impetum non sustinentes terga cum cæde, ac strage vertere. Cæsi eo certamine apud Vicum pontis Militum Argulioſus de Argulioſis probatæ indolis, Agnellus de Gismundis, alijque circiter XXX LIII. Gaynus de Argulioſis cum cæteris faucius ausugit. II. Idus Septemb. huius mutatione status recisa priora decreta. Omnes exules, bannitiq. restituti. Quæ partem Gelfam Ciuitas obseruauerat Gibolengis repletur. Tunc agi de Scarpetæ relaxatione solerter Calbulensium opera cœptum est.

v. Aut.

Alius Iazolo.

Pro Congressum, *vt supra Rub. præcedenti.*

v. Adhęscere *cui tamen* petiere *respondere deberet, non* petere.

Sed ijs nequaquam proficientibus, tamquam rupto fœdere, cum id prorsus se pollicitos Ordalafi dictitarent, non vltrà III. Idus Nouemb. pax hæc præteritarum litium memores animos in vnione continuit. Nam congestis in Vrbe qualibet ex parte Gibolengis amicis, Comes *Z*azoli, qui Ordalafforum partes antè fouerat, cum Fidelium suorum turba, quam ob eam causam in Vrbem introduxerat, ad Calbulensium ædes irruit, improuisosque, atque viribus impares vi cœpit, Franciscumq. Nicolutium, & Paulutium (nam die externa ad Castrum Charum Scarpetam allocuturus Fulcerius adiuerat) in vincula coniecit. At Sinibaldus Scarpetæ frater, seù ficta fraude captionis complex, seù coniugis amore Francisci fororis Comite frustrà reluctante solutos, atque incolumes mœnibus instanter eduxit, sicque reiecti iterum ad castra se se proripuere. Verum horũ captionis tumultu amicorum, fideliũq. qui ad Calbulensium tutelam concurrerant, priuatis odijs suarum rerum rapinas perpessi, plurimiq. trucidati sunt, cæteris eiusdem factionis profugis, relicta Ciuitate Furliuij Gibolengis.

RVB. XIII. Altera Calbulensiũ eiectio.

Alius Iazoli.

Hoc anno circum Kal. Decembde Cœlo signa conspecta sunt. Stella scilicet crinita, quam Astrologi nostri dixere Cometem. Mouebatur hic Cometes diurno motu, & epycicli Iouis. Nam quantum Iuppiter in epyciclo suo exiens in latitudine Septentrionali declinabat, tantum hic Cometes ascendens versus Polum Articum gradiebatur, non equidem secũdum quantitatis æqualitatem, sed secundum proportionis mensuram. Cum enim 25. die, hora 27. Decembris distaret à Polo gradibus 18. minutis 37. & secundis 53. XV. die Ianuarij hora 17. non distabat nisi gradibus 9. minutis 48. & secundis 39. Mouebatur quoquè Planetæ motu, propter quod in directum ipsius Iouis mittebat Comæ radios, quamquam propter diuersitatis aspectum videretur quantum ad aliquid obliquare. Propter quæ adiudicabatur patenter Iouem Dominum eius esse, cuius virtute ipse producebatur. Cometem hunc non aliud, quàm futuram in terris peste m portendere plurimorum iudicijs adiudicatum est.

RVB. XIV. Prodigium.

Eiectis Furliuio Calbulensibus Dyadegus Romandiolæ Comes refici Castrum Nouum, quòd septem millibus fermè passuum ab Vrbe Furliuij distabat, imperauit, præsidioq. muniuit. Ad cuius oppugnationem Comes de * Zazolo cũ Furliuiensibus excurrit. Debellatis, victisq. acri conflictu intrinsecis, plurimisq. cæsis Castrum demolijt.

Alius Iazolo.

Molestatus Castri Noui excidio Dyadegus aduocans Prouinciæ eius Proceres in Furliuienses eduxit exercitum. Promotusq. XV. Kal. Decemb. cum militum mille trecentorum copijs, peditumq. millibus XII. secus Selbagnini Coloniam Furliuiensem prima castra posuit. Confœderatisq. pace Calbulensibus cum Argulioſis in agros Furliuiensium multa vi festinus erupit, Villamq. S. Martini diripiens, vstis ædibus per eam oram cæteras Colonias subiecit incendijs, Marglanum scilicet, Feranzanum Carpene, Grasiglonum, & Colline Raynaldum cum adiacentibus, cæsis per omnia rura * fructicibus: sed repulsus imbribus post triduum collectis statiuis remeauit.

RVB. XV. Castri Noui constructio, & destructio in Romandiola.

RVB. XVI. Exercitus Dyadegi contrà Furliuienses.

Pro Fruticibus.

In

RVB. XVII. Pax inter Fridericũ de Mõtefeltro & Malateſtinum, & Conflictus Franciſci Comitis de Carpegna.

In Romandiola Partium Principes Malateſtinus Ariminenſis, & Fridericus de Montefeltro bellis deteſſi, offenſarum inducias intermiſere, edictaque per ſingulas ſuorum Vrbes miſere, ne quemuis vllis offenſis impeterent. Verum ad Furliuienſium ſuccurſum per eas bellorum moras ex ſuis Nobiles hos ire iuſſerant Franciſcum Comitem de Carpegna, Cecum Chiapetini de Vbertinis, Galeotum de Comitibus Guidis Gulielmi, Triſtanum Manfredi cognationis eiuſdem, Tarlatinum Pucij, Aretinum Cionum de Maſſa Trabara cũ haſtatis millitibus circiter C. Quos aduentantes Guido de Valbona præſentiens inſidijs inceſſit. Ipſe quidem ſecus Colline locum, quo ad Ciuitatellam illis migrandum erat, pedites CCCC. latere iuſſit, præuiſuſq. cum XXX. ferè in equis Franciſco ſe videndum aſtu exhibuit. Ille inſidiarum ignarus, concito cum ſuis equo fugam ſimulantem vſque in Ciuitatellæ appenditias appulit. Sed pauliſper ad ſuos conuerſus, ne parum * cautè ſic excurriſſet, ad fabricam ſeceſſit. Guido cum Ciuitatellæ accolis illum inſequentes, dum inſidiarum loco proximus foret, voce ſublata inſultans oppetijt. Sic circumuentus cum ſuis Franciſcus, detecta inſidiarum fraude, loci iniquitate, & lancearijs peditibus; qua valuit tamen reluctantia, confoditur. Cæſa identidem militum capita XXX. Inter quæ Franciſcus idem Comes Carpegnæ; Cecus, & Triſtanus Viri inſignes. Capta XII. Inter quæ Tarlatinus Ariminenſis, Galeotus ex Comitibus Guidis Kal. April. Anni XVI. poſt milleſimum trecenteſimum.

* v. Cautelæ.

RVB. XVIII Mutatio Status Ceruiæ.

Dominanti Ciuitati Ceruiæ Malateſtino Ariminenſi Idibus Aprilibus Anni eiuſdem Ciuitas ipſa ſubrepta eſt. Nam relegatorum ab Malateſtino Vacharius Dux, & Maior (ſic illi nomen erat) piſcatorijs lembis noctu ab ſuæ factionis Gibolengis in Vrbem cum ſocijs externis acceptus eſt. Cui repentè clamore ſublato ad commune Prætorium improuiſis Gelfis accedenti victoria ſuccreuit. Abſcedentibus vltrò nulla reſiſtentia, nullaque commiſſa cæde Gelfis Vacharius cum ſuis Vrbe potitus eſt. Atqui nouitate rei excitati Romandiolæ Principes Vrbis huius conuicini, varia potiundæ Ciuitatis ſpe primæ lucis ortu, quæ in diem Sacratiſſimæ Dominicæ Reſurrectionis inciderat, celeri greſſu coequitantes per diuerſos calles ſecus Ceruiam ſtetere Ferrantinus de Malateſtis cum D. militum cohorte arreptam Vrbem repetens; Inde Cecus de Ordalaffis Furliuienſis cum militibus CCCC; Dehinc Lambertus de Polenta Rauennas cum Rauennatum phalange, per nuncios dominatum ſibi quiſque pari ambitu deſiderans, atque expetens. Ceruienſes communi voto, vt ambitionem hanc à mœnibus propellerent, vnicuique ſpem ſuſtulere, communi ipſorum libertate ſibi temporaneos Rectores diligere malle, iamque ex Veneris vnum ſeuocandum, qui hos regat initiò coordinaſſe, vtque properet deſtinaſſe. Ii ſublata ſpe pari regreſſu ſeceſſere. Sed continuò ſimulationis ſuæ commodo potiti Ceruienſes Rambertum de Polenta Rauennatem, quem ſibi concupiuerant, in Vrbem excepere, qui Staſium Nepotem Bernardini prædefuncti fratris filium illis præfecit.

RVB. XIX. Agrorũ Cremonenſiũ depopulatio.

Gibolengorum Partes in Longobardorum Prouincia capta Papia in ſuperatos Gelfos elatæ ſuccedentium rerum, & temporis commoditatibus omni ſolertia potitæ ſunt. Maphæus ſcilicet Vicecomes optima filiorum prole in Mediolano potentiſſimus, IV. Ciuitatum dominijs, ſcilicet Cumarum, Pergami, Papiæ, ac Placentiæ Mediolano adiectis, his veluti ſuarum felicitatum initijs, cæteras Vrbes finitimas quibuſque belli artibus inceſſendas conſtituit, breuique & dandæ pacis ingenijs Alexandrinos, & Terdonenſes cum ſuæ factionis intrinſecis excuſſo Roberti Regis Dominio ad ſe deficere conſecutus eſt. Sicque eas circumoras, vt ſolus imperaret, ſuopte ingenio, fortuna ad votum concomitante, pacauit. Hinc Canem Grandem Veronenſem tollendarum è medio Cremonæ, Parmę, ac Rhegij * cura ingens, ac mordax ſollicitabat anxietas. Nam Padua data pace ſuis dumtaxat tutandis finibus magno opere, ſtudioque contenta eſt. Cani Paſſarinus de Bonacoſis Mantuę, Mutineque Dominator veteri confœderatus amore vires vtique communes immiſcuit, bipartiendas ſibi has tres Vrbes viciſſim ambo, ſi prœſtet Victoria, pollicentes. Hancq. ſuis facile applicari votis, ſi quidem Cremona viribus admodum defecta lõgiſſimi belli anfractibus prius ipſi potiantur. Ciuitatis huius patentes agri bellorũ omnes impetus facilè excipientes erant; apertę vndique, inuallatęque Colonię * municipijs inualida munitione compoſita. In Vrbe generis omnis egeſtas, atque penuries. Ciues namque Imperatoris exitium, & innumerę clades ab inde deleuerant, atque plebem dempta agri colendi, meandique facultate conſumpſerant. Bellũm itaque primum Canis, & Paſſarinus Cremonenſibus indixere congeſtis in vnum copijs, & prima inuaſione circum Pomponeſcum caſtrametati nulla Oppidanorum

* *Intelligo* Ciuitatum.

* *Quid ſi.* Municipia.

norum resistentia Castro potiti sunt. Mutatis igitur statiuis Viaglanam circumstetere Caualcabouum Municipium, instructisquecircum machinis frequentibus impugnationibus affectus Prior de Caualcabobus icto pertinarum, rerumque omnium fœdere Victores in Castrum suscepit. Magna hęc Caualcabouum iactura. In hanc quidem Coloniam ferè omne supellectile, mobileq. tulcimentum cum muliebribus familijs collocauerant. Verùm Passarini fauore mutuę cognationis intuitu, annuente Cane, Iacobi Caualcabouis Vxor cum reliquo mulierum, puerorumque cętu, idoneo commeatu, cum rerum familiarium omniumque mobilium apparatibus Cremonam aduehuntur. Viaglanam quidem prędidiis muniendam primis studijs curauerunt: sed breui versis propositis, equatis foueis ignis exitio consumpsere. His igitur fatigati expeditionibus multo trophęo Veronam, ac Mantuam reuersi sunt. At fauente Fortuna omnibus Cremonensium oppressionibus disposita, paucis diebus domi refecti in eosdem agros secus Playnam Episcopale Oppidum resedere, munitisque omnibus circum Castris Oppidanos Trinchinum de Ponzonibus, & Bregognonum Cathelonensem viros cum L. hastatorum equitum hala, velitumque magnis pro tuitione prędidijs indeficientibus fatigauere contumelijs, cedentibus (vt alloler) varijs certaminum victorijs, duobus fermè mensibus intrò, citròque belli flagitijs consumptis. Verùm plerumque sub machinarum, tormentorumq. refectione intermissa Oppidanis quiete Canis Grandis directas acies per cętcros agros admouens omnia igni ruralia concremabat. Per quas dierum intercapedines ipse in oppositum Caluatonum Castrum Cremonensium prędidio munitum equo desiliens cum famulantibus equitibus, peditibusque irruit, & insperatum intrinsecis prędium summa vi intulit. Dispositisq. circum Vallum terrigenis, & tutelę accommodatis atrocissimo certamine ferro, missilibusque omnium generum fit strages vtrinque, ac cędes, nunc Oppidanis intolerantia repressis, nunc Cane cum suis in foueas versis. Mira quidem Canis diei eius ad omne discrimen ardente sic impetu pertinacia. Cuius assistentiam Germani equites concomitati, hortatique conspectu in paratissimas mortes ibant. Dulce quidem illis aspiciente Cane vitas impendere. Ex eis enim ad Castri aggeres* ire, gladijsque confixis Vallo accedentes circiter XL. vna, eademque ruina repulsi foueis interiere. Sed accrescente iugiter exteriorum fauore, nouaq. adiuuantium refectione, * defossa intrinsecorum irreparabilis manus diffisa, affectaque pacem acclamauit, personarumq. redemptionem expetijt. Cui Canis fiducias dedendi Castri annuit, quodque salui abirent, spopondit. Pontibus itaque dimissis in Castrum itum est. Sed nece suorum furentibus Teutonicis, & si non iubente, vel prorsus resistere non valente Cane, & (vt nonnulli asseruerant) conniuente miseros omnes terrigenas vnus consumpsit interitus; nec puberi, vel impuberi, sexuiuè cuiquam parcitum est, vsloque Castro in cętera Castra secus Playnam cum cęsorum, interemptorumque contubernalium fletu reditum est. Trinchinus, ac Bregognonus nulla spe subsidij internetionibus Caluatonensium conterriti Castri Episcopalis, Terręque deditione vitas pepegere. Quibus potiti ad conterrendam Vrbem centuriatis aciebus, distinctisque pedium manipulis ad tiubantem calamitatibus Vrbem accessere, Cursoribus vsque in Cossam prędmissis* itidem suburbium est Vrbi cohęrens. Canisque, ac Passarinus cū primipilarijs, & vexillis in latos agros perstitere prędtolantes, si dedędę Vrbis assistens Sors quoquam in casu Ciues in exitium coegisset. Die illa Giberti de Corrigia tunc fortè prędentis vacillans Vrbs tutela defensa est. Ipse quidem forti ausu, animique constantis fiducia Vrbem perambiens suasos multa industria Ciues intrà mœnia, clausasque valuas continuit. Canis ergò nihil isthic proficiens Casalem Maiorem Coloniam ditissimam Cremonensium mille incolarum cohabitatam expetijt, quam victoriosę Fortunę cursu extemplo in deditionem accepit, munitamq. opportunis prędidijs Mantuam omnem expeditionem retrahens reliquit kal. Iulijs.

Forti. Iere.

Quidsi. Dissi-sa.

Forti desiderantur. Quod *hoc loco, praponendum voci* Itidem.

Angustati tantorum bellorum intoleraptia Cremonenses, quidnam tantis circumuenti discriminibus acturi forent, qui ex eis prudentiores erant, vacillabant. Hinc vrgens fames, & omnium vsualium penuries; inde instantes assiduè hostes, qui penè rura omnia paucis exceptis Municipibus extrà mœnia vastauerant.* Nonnullęque dissidiæ per fora, & vicos, ac susurria in dies inualescebant. *Respublicam ægrè à Primoribus defensam nõ conuenientibus in vnum votis: ad vnum caput res omnes referendas fore: commutandas regiminis, agendarumque rerum conditiones, aliaque via incedendum: aduenisse tempus, quo singularium Principatus ęs in bellis, vt Verona, Mantua, Parma, Mediolani, & aliorum tutius, salubrinsque Vrbes tutarentur,*

Pro Nonnullaque dissidiæ.

RVB. XX. Concessum Dominiũ Cremonæ Iacobo Caualcabouo.

rentur: in apertum hæc omnia videri: non aliter ijs prouidendum angustijs, quàm ex se ipsis: vni omnem potentatum, viresque tribuere, cui pareant: extremum hoc viuendi remedium exhausta omnibus viribus Vrbe ise illi, quàm Cani, aut Passarino minori discrimine parituros, nec vltrà hoc, nisi mortes, aut exilia inſtare. E contrà diuersis studijs alia Magnorum Ciuium factio alia irruminabat, vulgabatque. *Exterorum dominia, quàm suorum malle, si ad id cogat infesta necessitas; cum tamen adhuc restet viuendi, tuendique Vrbem Cremonensi Communitati consilium. Consultum, prouisumque fuisse hactenus Vrbi salubrius, si nullus ad Vrbis aspirasset Dominium, cui quidem non affuisset defendendi segnities. Huius ambitus causa ad hanc malorum molem Ciuitatem deuenisse flammis exurendam,* * *quàm in Tyrannidem cuiuspiam ipsa deueniat.* Lis hæc quantò grauius Cremonenses ab hostibus vexabantur, tantò iuuestius increbuit. Dum per Non. Septemb. inualescens Plebis rumor ad Iacobi Caualcabouis nomen voces edidit, factionique Iacobi in Commune Prætorium ad eiusdem nominationem ausus præbuit. Nec iam cuiquam fas in aduersum contendere metu peruenientis vltrò ad actũ rei, ne plebeius furor violentius insæuisset. Cum demum concione euocata per Patres facetis Oratorum præconijs adductus multo cœtu in atrium Iacobus, Dominus Vrbis assensu * Cõmunis Populi pronunciatus est; decretaque iurisdictio omnium agendorum, *viuereque, ac benè prosperari*; conclamatum. Iacobus iugum tanti oneris, vt molestatus, subiturum supplici voce despondit, gratius illi fore in Vrbe sua, vt * priuatus, degisse. Plebis tamen, Patrumq. consilijs, si præsideat, omnia dispositurum. At factionis alterius Primores, quorum Princeps Ponzinus de Ponzonibus, seù Dominatoris metu, cui se Ponzinus nonnullis simultatibus exosum supputabat, seù suprà se exortæ Tyrannidis impatientia per subsequentis noctis silentia egressi Vrbe ad Castra se se proripuere. Quos libentes excepere Municipes, Succini scilicet, Putciguitonis, Zouenoltæ, & Castrileonis. His manè conterrita Vrbs, tantorum Ciuium absentia deformis, horrendo casu anceps, miserabili discrimine contristata est. Tunc euocatis in Curiam Patribus, Iacobus diù exquisita consultatione decreuit, seuocandos è Municipijs Ciues, cauendumque illis communi sponsione, vt in tuto veniant, disponant ipsi pro libitu, quas pro sui tutela conditiones exoptent, illas Iacobum ratas habiturum, ac per socias vices vnà, comiterq. de rebus communibus prouisurum. Iis Legationibus ægrè conciliati subsedere responsis. *Non* *.....adijtiat Dilecta, ac Veneranda Communitas, vt se* * *ab Vrbis sinu prò communis boni abrogatione distraxerint; sed mortem vltimum terribilium euitasse periculum. Formidolosum eis singulis Viri dominium libertate quidem semper fretis in vrbe: Non nisi pro euitanda seruitute constantius pugnasse cum hostibus. Nulli fiduciæ locum fore eis, dum oppressa Rep acutus suprà vertices gladius emineat singularis. Se sinant* * *ijs Municipijs, vt vita exutos, & sepulcris abiectos.* Per has angustias contumacium Ciuium identidem Mensibus fermè VI. ægra, & cuiusque boni expes Cremona pependit. Cum demum rebus sic vacillantibus * compassus Gibertus de Corrigia cum CC. militum cohorte, accersituſque ab Iacobo, & Ciuibus Cremonam aduenit. Vbi fiducialiter acceptus componendarum rerum Iacobi, omniumque applausibus potestatem accepit. Rebus nullo alio medio sedandis, cedente vltrò Iacobo Dominio ipse Gibertus * Vrbis Dominus publica Concione pronunciatus est. Ad cuius fidem continuò Ponzinus, ac reliqui iurata cum Iacobo indissolubili pace (sic agente, volenteque Giberto) in Vrbem reintegrati sunt nonnullis sponsalibus magna Populi frequentia, & alacritate contractis.

Desideratur potius, vel antè.

Forsè. Communi.

Melius. Vti priuatum.

Aliter Iouenoltæ.

Nihil videtur deesse. V. Abs.

Pro Ijs in Municipijs.

Melius hoc ordine. Compassus Gibertus de Corrigia, accersituſq. ab Iacobo, & Ciuibus cũ CC. militum cohorte Cremonam aduenit. *V.* Vrbi. *Fuit is.* Federicus Madius. *Adi Notas. V.* Passarino, & Mantuano.

RVB. XXI. Pulsio Gibolengorum è Brixia.

Ciuitas Brixiæ post Henrici Cæsaris interitum consistens in publicum, duarum tamen factionum latentibus odijs succensa in dies exagitabatur. Cum tandem aucta vtrorumque simultate neutri Parti vlterius, nisi extrema expectata sui clade dissimulasse visum est. * Episcopus siquidem Brixiensis cum Patre, & Fratribus, suisq. complicibus à Cane Grandi, & Passarino Mantuano fouebantur. Conradus de Falconerijs autem, Ricardus de Vgonibus, G. de Bruxiadis, Vbertinus de Sala cum cæteris alterius Factionis mutuis pollicitationibus conspirabant cum Iacobo Caualcabouo Cremonensium Dominatore. Tamque Partibus iis æquę vires intrà Vrbem erant, vt commiscendarum manuum discrimen subire absque exterorum suffragio tutum consilium neutrius foret. At denique rebus ex verisimilitudine successuum vtrinque appetentibus Conradus cum suis Canem Grandem frequentibus alloquijs cum Passarino coisse præsentiens, suspicione concepta, ad gerendarum rerum opportunitatem laxauit intentum, celeriq. expeditione accersitos Iacobum Caualcabouem, ac Simonem della Turre cum ea militia, quæ Cremonæ erat, ad se aduentare noctu constituit,

rerum-

rerumque conscios in Vrbis sinu in armis præsto esse præmonuit. Nec non amicos sibi Ri-
Alijs Gardæ. periæ lacus * Guardæ incolas de die, atque hora clanculum edocuit. Dum pridiè Febr. Kal. prima noctis vigilia hæc omnia euentum sortita sunt. Iacobus siquidem Caualcabo cum Simone della Turre, & cohorte Cremonensium intra portas acceptus est. Confestim admoto tumultu Ciuitas vndique conterrita, clamorque ingens sublatus est. Tunc Episcopus cum Patre, Patruisque ad arma prosiluit, veloxque euocatis Subsidiarijs, quacunque valuit, aciem in forum eduxit. Tumultuaria, incertaque ob noctis tenebras pugna committitur, occupataque fori platea Iacobus Caualcabo violenta impulsione repressus est. Anceps hoc fuerat intrà Vrbem certamen nescijs Plebeiorum multis, cui adhæsisset Parti, nec antè alterutrius fauorem * procurrentibus, quàm fortunæ vultum præstolarentur. Sed ecce Ductores Ac-
Forè Procurrentibus. *Vel* Ad alterutrius fauorē forè procurrentibus. colarum Ripetiæ Auanzinus de Maerlo, Fedriginus de Philomenis de Salo, ac Franciscus de Lorengo de Gargnano Vrbem ingressi cum peditum oræ eiusdem circiter IV. M. ingenti clamore Vrbem aterruere. *Moriantur Madij* vna voce *conclamantes*, vique magna in plateam erumpentes. Sicque vnus, idemque Iacobi Caualcabo, ac Simonis cum Riperiensibus impetus plateas accepit, simulque omnis Vrbs in mortem Madiorum voces extulit. Solam itaque suam, suorumq. fugam Episcopus meditatus est, concitoque Sonipede ad S. Nazarij portam excurrit, vbi multi suorum præcipites in foueis occubuere, multi relictis, exutisq. armis per eundem callem salutem quæsiuere. Episcopus ad Rochafrancæ Castellum confugit. Quicũque Madiorum partes tenuerant desperatis rebus, antequam illucesceret, quocunque fors obtulit, difugierunt. Multos intestinæ Ciuium inimicitiæ in suis ædibus peremerunt. Nonnulli ab insequentibus Corradino de Confalonerijs, & Partis suæ Primoribus capti sunt. Inter quos Bartholus de Madijs Episcopi Pater, Baldoinus de Vgonibus, Henriginus de Tangerinis, & Manfredus Chizola. Mane summo pacatis tumultibus, interdicta cæde, & momentis reliquis, Vrbs in Partem Gelfam multis præconijs conciliata est. Iacobus Caualcabo, tum & Simon della Turre cum beneficis Cremonensibus prò Concione laudati. Riperiensibus, singulisque, quos exercitia rerum extulerant, grates actæ. Moxque accepta licentia, ne quid sinistri ab hostibus Cane, & Passarino Ciuitas Cremonæ susciperet, Iacobus, & Simon cum suis sub celeritate regressi sunt. Acta hæc Anno XVI. Februarijs Kalendis Anni Millesimi trecentesimi.

In V. hoc loco Mauritij. *Sed in eodem in hac ipsa Rubrica* Marantius.

RVB. XXII. Rebellatio Marantij cũ Cremẽsibus.

Mense Aprili suspectum sibi Marantium Guinzonem Cremensem, vt cum exulibus Gelfis nouas res pertemptaret ad se Mapheus Vicecomes accersijt, custoditumque Mediolani diebus circiter XXX. tenuit, remissumque fiducialiter res Cremenses agere imperauit. Saucius in præcordijs Maphæi diffidentia, accusatorumque, qui ex necessarijs eius erant, iniuria Marantius VIII. ex eisdem securi percussit, plerosque relegauit, & Mercenariis Maphæi licentiatis sibi potentatum tenuit.

RV. XXIII. Pulsio Marãtij, & ingressus Succini Benzonis in Cremam.

Non vltrà mensium VII. interea pedinem improuisus Marantius seditione Terrigenarum Vrbe pellitur. Insignis, memoranda que seditio hæc. Pueris duobus vno fermè pubere, altero impubere turris portæ eius, quæ Succinum vehit, custodiæ nocturnæ * constitutum in
Forè constitutis. mentes venit, si Succinum Benzonem olim Venturini Benzonis filium cum cæteris Gelfis (Gelforum enim factionẽ optabant Pueri ij) in Vrbem traducere possent. Vrbem enim binis vallatam muris fluuius ambibat medius, atque secus Turris huius marginem in fluẽto molẽdinum erat, lembusque molendino deseruiens, muroque citeriori patebat portula, qua vectores tritici ad molendinum conferebantur. Præmeditati quid in facinus, conuenere, vt in octauam diem futuram, qua illis obtingens alternabatur custodia, agendæ rei nullus deesset effectus. Noctu quidem insequenti, dum in ædes suas vterque incessisset, horum alter maior natu Succinum Cremonensium Castrum permeauit, vbi Succinum Benzonem Cremonensem Gelforum Primatẽ allocutus est, contrectataque introductionem detexit, similem veri indaginem concipiens. Succinus cum sociorum Gelforum paucis fiducia veri similis successus rem aggredi cum Puero coniuratus est. Constituta nocte, pueris in turrim ad custodiam locatis, Succinus cum suis erectis ad primum murum scalis, alterniſque intrò secus fluuij ripam summissis, lembo parato insiliens in molendinum migrauit, & traductis viritim
V. Condescentibus. sociis circiter C. per portulam Molendinariam Vrbem ingressus est, * condescendentibus & reliquis. Vtque iam Aurora illucescente exhortandam Vrbem Succino visum est, in forum progressus Succinum, & Gelfos viuere acclamari iussit. Conterriti Cremenses arma quærere, quisnam rumor hic esset, per nuntios exquirere, equos parare tremescentes. Neuè

maturius

Digitized by Google

maturius,*ad forum,* quàm.... ſtetere ancipites. At expoſitis, miſſiſquè in plateas Succini, Gelforumq. vexillis,Succinoque ipſo agnito,fermè omnes ad Succinum ſe ſe contulere. Marantius rerum omnium diſſus,adductiq. ſecum clauigeris ad eandem ſeditionis Portã profugus tràxit, ab hoſtibus portæ propinquis incognitus, ac ſi amicus foret, portam recludere permiſſus eſt, idemque cæteris hoſtibus ingreſſum pateſaciens illæſus aufugit, Ciuitaſque in Gelforum partem conceſſit.

Videtur intelligendum. Accurriſſent. *Forè deſiderantur.* Pares eſſet.

Albertini Muſſati de Geſtis Italicorum poſt Henricum VII. Cæſarem Liber VII. explicit, Incipit VIII.

ALBERTINI MVSSATI
De Geſtis Italicorum poſt Henricum VII. Cæſarem.

LIBER OCTAVVS.

SEV

Fragmentum de captione Montis Silicis.

Montis Silicis deſcriptio.

PER exulum Paduanorum, compliciumq; intrinſecorum factionem * direxit intentum, paulò hæſitans, ſi id aſſecutus fuerit, ſe ſe Padua potiturum. Mons Silex Oppidum eſt in promontorio, quod ab Euganeis montibus fluuio diuidente ſemotum vergit ad Oriens, circum radices Montis fermè mille incolis cultum, vrbanis domibus ornatum, opulentiſſimum. Cuius apex inacceſſibilem Arcem ob exeſas rupes in altum erigit aditu laborioſo antiquorum opere in Arcem * aſtructo. Ab Auſtro Terra Eſtenſis olim Principatus cum adiacentibus Colonijs Meliadino, Caſali, Saleto, Vrbana, & Montagnana Municipio Paduanorum fortiſſimo, à quo in omnes Veronenſium agros erat exitus Paduanis. Ab Occidenti omnis Euganea, Montes ſcilicet fœcundiſſimi, vinearum culti palmitibus, oleo vinoque fertilibus cum ædibus, Palatijſque Paduanorum numeroſis, ac Villis opulentiſſimis. Ab Oriente patens Inſula Capitis Syluæ cum Pernumia, Tribano, Carraria, & Colonijs quantas eis Mare Adriaticum cingit Atex. Ab Aquilone Paduana Ciuitas cum appendenti villarum planicie, & interſecante * Brintha, Plebatu Sacci cum Pagis latiſſimis, ditiſſimiſque in Taruiſinum diſtrictum cohærentibus. Et horum omnium Mons Silex ianua eſt, & limes, cui circum cremare, depopulari, vaſtare, demoliri à prima Mundi compage natura dedit imperium. Oppidum hoc in tantarum diuitiarum columen, tantæ tutelæ ſalutiſque clypeum per hæc tempora miſeri, & deſidioſi Paduani tanto in diſcrimine, vt omni pace freti, cæteris Municipijs omni ſolertia cuſtoditis neglexere, vti Deo, humaniſque circumſpectionibus derelicti. Quos ea tempeſtate (ne quid conſequens futurę calamitati defuerit) obuenit Semiuirum corpore, moribus impudentibus, auaritia pluſquam Paduana Breſſanum nomine de Buzacharinis deligere Poteſtatem, cuius ſocordia ignauiaque exortus, effectuſque eſt rerum Paduanarum interitus. Canis ergo huius potiundi Oppidi Vicũ, * affectuque ſolerti, pauciſſimis factioni adhibitis Virum vnum origine Veronenſem ex antiquis ob partem Comitis Sancti Bonifacij extorribus; ſpiritu tamen, & animo Gibolengum: ſed diſſimulatorem per temporum viciſſitudines, doloſum vtique & factioſum, dilectum admodum à Comite Vinciguera, quem Vir hic aſtu, quàm amore coluerat, ex conſultò Canis accerſiri iubet. Nomen huic Machomet, quod ab Arabico ſumptum Latini Maconum pronunciant. Caupo hic erat hoſpitum acceptor, qui Balnearum naturalium lauacra frequentabant ſecus fluuij marginem Balneis oppoſitam has officinas exercens tribus fermè paſſuum millibus ab Monte Silice. Hunc fide data, depenſaque affluenti mercede ſibi coniurauit Vgutionis de Fagiola ſuffultus ingenio, cui denique, & nonnullis Paduanis exulibus rem contrectandam

Deſunt nonnulla. Canem Grandem *intelligit.*

Forè. Extructo.

Vulgò hodiè, & alibi Brenta.

Deſiderantur. ſtudio.

bellicis plus actibus deditus, quàm factiosis alloquijs commisit. Erat Machomet cum Monsilicanis Gibolengis fiducia ingens, & factiosorum notitia, vt eos agnoscere, cum queis tanta in re conspirandum foret, cumque eis examen intercidit, posset ne ea porta Genti Canis aperiri, tradique, qua ab Occidenti ex Oppido in Montem Vinearum exitur, quem Montem Richum accolę vocitant. Imperceptibilis siquidem accessus ille, cum nec simile veri quisquam extimasset acies militum, peditumvè numerosas cateruas posse inde tantis ansibus permeasse, per quos quidem meatus plerisque locis non plures, quàm Vir vnus singillatim * valeret. Sed quia magnis absque discriminibus vix vnquam ardua patrantur negotia, Magnanimus ad id Vgutio spem direxit. Magna igitur mercede promissa, fideque iuramento data, acceptaque, quęsijt aliquot dierum inducias Machomet, quorum interuallo sibi Viros rei huiusce vtiles, factiososque ex pertinacibus Gibolengis pretio, precibus, pollicitis, ac quibusque inductionibus assistat. Hic ad ędem Balnearum rediens, multa secum recogitans, qualiter, quibusque complicibus hęc * exordirentur, ad Virum vnum pertinacissimæ superstitionis Gibolengę natum, & alitum Paduanum, Varetum nomine, quem sui similem simulandorum morum, & vitę cum Gelsis agnouerat, intentum direxit, adstrictumque obnixis iuramentis, quidnam illis de mutando Paduę statu in Gibolengam dominationem videretur, * degradatimque illo ad votum suum solido deducto proposito descendit ad facinoris speciem, remque optimam gerendam instinctu lacrimoso vtriusque, idem Zelantes affectu constituere, tertiumque sibi Comparem optione vtriusque, Presbyterum scilicet Carrariensis Ecclesię coniuratum pariter habuere. Horum trium opere multifariàm, diùque exquisito, examinatoque frequentibus diurnis, nocturnisque itineribus, & familiaritatibus in Monte Silice cum Bressano prędenominato rerum omnium ignaro, parumque de contingere potentibus pensi habente oblectationibus, ludisque alearum, quam curę, custodięve intendente in scurrilitatibus, serijsque cum illo, ac comessationibus ępius pernoctabant. Dum accedente faciundi operis tempore alios sibi complices ipsi * quęsierant, cum quibus & ipsi vagabundi post horas dierum actas per tabernas fictis iocorum simulationibus insistebant, nec ob aliud, nisi, vt singulis horis, quid circà eius Portę custodiam, cuius mentio habita est, seruaretur, quiue, qualesue, quotq. custodes, quibus muniti armis, ac qualiter custodię residerent. Ijs omnibus facile cognitis de introducendis intrò hostibus parum hęsitantes, nunc vnus, nunc alter, * altero semper ad coordinandos, disponendos expediędæ rei necessarios actus ad Vgutionem Vicentiam frequentabant. Sed proh fallibilis sensus humani * excogitatio, sicut Poeta ait

Nescia mens hominum fati, sortisque futuræ.

Enimverò increbescente per Vrbem Paduanam * magnum parari Ciuitati, lethalequę exitium, auctis per singula Municipia præsidijs nusquam Monti Silici cauere decretum est. Aduenit ergò dies Paduanis infeliciſſima, videlicet Vigilia B. Thomæ Apostoli, quam lethalis Nox hostibus accōmodata præcessit, per cuius silentium Canis Grandis distinctis prima Vigilia peditum, militumque manipulis Vicentia per Bericam portam egressus per Pontem Custodiæ traiecto flumine Bacchilionis iuga Euganeorum Montium celeri gressu conscendit, perque illa proditoribus prævijs gnaris collium, & locorum Arquadam transiliens, permeatis callibus arctissimis in radicibus Montis Richi patente nulla oppugnatione Porta, paucis nequidquam reluctantibus occisis, in Montem Silicem ingressus est. Mane autem rutilante Aurora apparuere * Turribus Scalæ, ignibus gaudentium Canis, & suorum luculenter incensis, perque Colonias vicinas vox instrepuit Canem Montem Silicem tenere. Velox fama, nuntijque sequentes Ciuitatem excitant. Ad Potestatem in equabus Ruricolarum Decani noua deferunt tubas audisse, vixilla vidisse, profugos è Monte Silice inermes, nudos nonnullos exisse contestati, Canem ipsum vidisse, iam Vrbi timendum esse. Tacto igitur Communi de more tintinnabulo, auditis per Vrbem formidabilibus ictibus, famaque, & nuntijs frequenter captum Montem Silicem nuntiantibus, ad arma concurritur, vndique tremor, vndique fremitus, ad plateas exitur. Potestatem iam antè lucem ad Pratum Vallis equitantem sub Insigni Communi subsequuntur exanimes Ciues, Milites, Peditesque. Dum lucescente Cœlo vicino solis ortu se vnusquisque cernit, alter alterum pulsat, rogat, continuoque capti Montis Silicis veritas singulis innotuit. Pars celeri cursu illò coequitandum calido suadet instinctu asserens quidem solitos eos, qui alienas vi, vel fraude terras ingrediuntur, trepidos, pauidosque si hostium resistentiam videant, ad * fugam præcipites: Pars sufficere tanto in discrimine mœnia conseruare: non hoc perpa-

rùm

Intelligitur. Permeare.

Mel. Exordiretur.

Aliquid hic plane desideratur. Puta. Rogauit.

Mel. Quæsierunt.

Adde Relicto.

Mel. Excogitatio? Et, sicut Poeta ait, *Nescia mens hominum fati, sortisq. future. Desideratur sine dubio* Rumore, *vel* Fama.

Mel. In Turribus

Desiderantur. Esse.

Digitized by Google

rùm esse: tempus nunc instare, vt nunc magis consilio, quàm viribus opus* esse. Communi ergò assensu in Vrbem reditum est, positisque armis Senatus habitus. Multis hoc anfractu tanti ponderis variè consulentibus, ex tantorum numero deligi paucos decretum, qui agenda quæque decernant, nec non exequantur. Permultis igitur trutinatis, diùque discussis, nil fore remedij iudicatum, visumque est, quo Cani inhibeatur, quin obtentu capti Montis Silicis cum maioribus viribus, copijsque campos obtineat; quin omnes Insulæ Capitis Syluæ* Coloniæ vsque ad Bouolentæ flumen, quod ab inde Brintham vocant, suæ ditioni subdantur. Satis esse si Plebatus Sacci, quem Brintha ab Insula Capitis syluæ diuidit, defendatur, ibiq; insistendum. Estensibus, vt fortes constantesque Terram suam tueantur, mandandum esse. Viros esse, quales præteritorum temporum experientia edocuit. Canem in Monte Silice residere non posse diutius. Damno esse sibi non frugi accepisse, quæ retinere non valeat. Subito prouisuros Paduanos de militum, sociorumque copijs conquirendis, subsidijs destinandis. Ijsdem literis, nuntijsque exhortandos Montagnanæ, Castri Baldi, Rhodigijque Potestates, & Incolas, & qui præsidijs illis erant. Subinde legatos Taruisium mittendos, qui periculum imminens suæ Ciuitati proponant, commune hoc bellum illis declarent; Canem consequenter, si Padua potiretur, ad suæ Vrbis Tyrannidem intendere; Arma præsto capiant, succurrant, ad tutelam Paduæ properent; Nunc nec desidiæ, nec socordiæ opus fore. Intereaque Cohortes militum, peditumque in Plebatum Sacci mitti; ripas fluminis cum fossoribus iniquas hostibus fieri; obicibus, arboribus vallari; pontes deijci; custodiæ ciuitatis instari, vigilare. Insuper ex elegantioribus Viris Vrbis acceptioribus Parti Gelfæ ad Fratres Bononienses, Florentinos, Senensesque velociter* dirigi quęsituros, vt se adiuuent, communemq. hunc hostem futurum toti Parti Gelfę, seù Sanctę Ecclesię exterminium, si Padua potiretur, propulsent, retundantque. Ijs consiliis, exercitiis auxilia Dei parari. Omnibus ergò his ex Primorum decreto stabilitis, Senatusq; Consulto firmatis ad actus, executionesque summis studiis intendere. Extemplò Tisonem de Torculis & Albertinum Mussatum Florentiam, Bononiam, atque Senas pro ijs impetrandis proficisci* iusserunt. Qui, non patente aliunde tuto gressu, in Clugiam migrantes per Mediterraneum mare, quo in Romandiam nauigatur, laborioso itinere tandem Bononiam se transtulere. Dum hæc Paduæ geruntur Canis, Vgutioq; non remissi Terram Montis Silicis munire foucis latissimis, aggeribus in excelsum leuatis, vallisque sublimibus circuire, turribus propugnaculis per singulas loci custodias struere Coloniarum vicinarum incolis numerosis ad opera coactis, quos sibi parere acceptis Scalarum insignijs.* Iussa exequentibus frequenti studio curare, intendere, vigilare, ne expugnandæ Terræ vllis viribus, vel ingenijs quibulque Mortalibus spes esset. Nec eò minus æris, pecuniarumque à Colonis magnas summas extorquere, quorum ædes, substantiasque non depopulabantur ferro, raptu, vel ignibus. Collectas, coemptionesque Veronensibus, ac Vicentinis imponere, auri magna pondera aggregare, vt per Alemanniæ fines Mercenarios milites sibi conquirat. Amicos omnes Longobardos ab Mediolano in Veronam vsquè, Henricum Carentanum Boemiæ Regem, Henricumque Goriciæ Comitem in huius suæ victoriæ cursum accersere per cuius optatam, sperandamque consummationem* subactæ Paduæ, nil dominatui, magnificentiæque suæ vsque in mare Adriaticum deesse. Post quæ & maiora consecuturum non ab re autumabat. Vtque circum Montem Silicem à meridie per Paduanorum Castra, & Terras, quæ in Veronenses torquentur fines, nil obstet, quod suo non prematur obsequio, ad Montagnanam Castrum Paduanorum fortissimum, à quo in fines Veronenses Paduanis ad depopulandos Canis agros solitus erat exitus, Bailardinum de Nogarolis militem strenuum, fidumq; transmisit ab Capitaneo loci absquè vi Oppidum potiturum. Erat fortè eo in Municipio inexpugnabili, omniumque rerum ad victum copiosissimo Potestatis vices obtinens Vir vnus ad Terram tutandam, quæ sollicitudinem viribus, audaciaque virili expoſcat, inhabilis. Erat equidem talis, qualis ea tempestate vitio communi* legabantur in Ciuitate, quos non tutæ custodiæ, iustique regiminis causa; sed quæstus, ditandique Municipum iacturis corruptissimos deligere vsus erat, ne quid calamitatis ruituræ Communitati deficeret, Antonius Iudex Filarolus sic cognominatus à Patre, Plebeius, qui omnis roboris humanæ virtutis expers, nullius tutelæ; sed ignominiosæ fugæ intentus, falsis astutijs proditis militibus mercenarijs prouincialis generis ex Oppido secum tractis trans Aticem ad Abbatiam fugiens Castrum vacuum Municipibus dereliquit, qui mox ad Dominũ Canẽ à Paduanis defecere. Noua de Mõtis Silicis defectio-

Forte Esse *pro* Esset.

Malè Colonias *in M.S.*

Intellige. Aliquos.

Malè in M. S. Iussi sunt.

Alderem. Nõ [illegible] *Vel quid simile.*

Mel. Subacta Padua.

Montagnanę Oppidũ tentatur à Cane.

Longè melius. Legebantur.

ne Paduam relata tremorem,metumque Paduanis incuſſere,cum & aliã præter hæc de Rho-
digio aduenientes nuntij attuliſſent, quòd ſcilicet Gusbertus de Capite Vaccæ Rhodigij pro
Paduanis Poteſtas audita Montis Silicis captione nouitate rei confuſus Canẽ per ſuper Ati-
cem volitare, ſeque inſequi terrarum omnium Dominatorem viſum adeò pertimuiſſet,ac ſi
terræ Rhodigij adeſſet victor, ſeque trucidandum mox iuſſiſſet.Palatio ſuo,quo preſidatum
tenebat,continuò profugiſſe, inſignijſque Paduanæ Communitatis complicatis, & in Athe-
ſim amnem iactis, vt hoſte terga inſequente,ad Caput Aggeris Venetorum Oppidum con-
fugerit,cuius fugæ Rainaldus,& Opizo Marchiones Eſtenſes occaſione captata Terram, Ca-
ſtrumque Rhodigij, (vt aſſerebant) in Commune Paduæ ſeruandum occupauere. Capti
Montis Silicis fama terribilis Taruiſij nuntiata tantæ Taruiſinis formidini fuit, ac ſi capta
Padua ſuis mẽnijs Canis inſtaret. Legatorum Paduanorum aduentu ad Commune Conſi-
ſilium magna accurrentes frequentia,audientia præſtita,auditaque clade ingenti non modò
patratæ Montis Silicis captionis;ſed ſubactorum Rurium,apparatuſq; ad ampliora magnifi-
ci terrore incredibili affecti Paduanis non deeſſe conſtituere repentino militum, peditum-
que ſubſidio parando,deſtinandoq; Paduam intenti ſtudioſè mittentes, nullo moræ diſpen-
dio Ciuitatem Taruiſij munire, circumuallare, ſedulò cuſtodire,frumenta,vina, Ruraliũ ſu-
pellectilia, & quæque humanæ vitæ, & eſui neceſſaria intrà mœnia deferre, communi bello
intendere. Ex ſe ipſis continuò milites CC. peditesque DCCC.ex ſuis Colonijs delectos
ſub ſtrenuis Ducibus Paduam licentiatis Legatis ſummiſere. Inſuper ex Inſignibus Taruiſi-
nis vltrò venere Illuſtris miles Rambaldus de Colle Alto Taruiſij Comes cum ſingulari ſo-
ciorum equeſtrium,pedeſtriumque comitiua. Is inter Marchiæ Singulares eo tempore vir-
tute, moribus,ac probitatis integritate pollebat. * Vecillo Aduocatus Taruiſii altæ nobilita-
tis & indolis. Talbertus Calza, Bernardinus de Caſeno, Petrus della Parte, Altinerius de
Azonibus, altaque ferè omnis Taruiſinorum Nobilitas ſuis ſumptibus Paduam venientes
belli huius compotes fuere. Canis exuberantis vndique Victoriæ curſu nil, quod Fortuna
ſuminiſtret, abiiciens Monte Silice egreſſus ad Terram Eſtenſem inuadendam inſtructis
aciebus militum, peditumq. cateruis Monſilicanis ad eam expeditionem odio antiquo non
ſegnibus Terram circumobſedit,inuaditq. Eſtenſes hortante Antonio de Contarinis plebeio
Paduano eorum Poteſtate. Boni viri opera agente Vallo aſſiſtentes fundis, balliſtis, fudibus,
ignibus, * aquis feruentibus inſultum excipiunt. Canina gens Domini exhortata preſentia
ſpretis periculis in foueas inſiliens, gladiorumq. innixa fulcimentis, aggeribus * inhærens,
excuſſis bipennibus ſternendo Vallo inſiſtunt. Satagunt Eſtenſes deſuper,lãceas,ſudes, glan-
des,ignes iaciunt,ſternunt hoſtes,in foueas detrudunt,dum Veſper ſolem declinaret,defeſſiſ-
que Canis gentibus ab oppugnatione * deſiſteret Cane hac repulſa in ſe ipſum inſequente,
remiſſam,fellamq. Fortunam arguente: ſed Eſtenſibus victoriam concinentibus, Canique
exprobantibus, quòd ſe, vt Montagnanenſes, Monſilicanoſq. putauerit,qui ſeditionibus, ca-
lamitatibuſq. ſuis ſe ſe ſuę ditioni commiſerint. Infrendens Canis in Monteſilicẽ ſecedẽs, no-
ctu conſilio exquiſito in diem ſequentem oppugnationem conſtituit,nil actum putans Mon-
tis Silicis obtentu,in quo ſe obſeſſum ſtante Eſt exiſtimabat. Rutilante itaq. Aurora cũ cra-
tibus,tormentiſq.omnis generis,ordinatis peditum,militumq.centuriis ad Eſt rediit Terram
ea parte,quę Montem Silicẽ reſpicit,aggreſſus. Ipſeque,vt ex conſulto meditatus eſt,Eſtenſi-
bus ad Terę tutelam intẽntis ad eam partem, quę fouea exeſę rupis montem ab Aquilone
ſeparat,gradiũr,milites Germanos deſcendere iubet,ipſeq. pedes certamini ſe offert. Con-
territi Eſtenſes duplici afflictu ſe ſe diuidunt,pars à primis locis diuulſa ad locum ſuperiorem
inſtantis certaminis, * qua diù,ſed nequidquam,reluctante,Canis cum Germanis in Terram
irrupit ſtrenui Ducis functus officio. Vtque ex diuerſis propugnaculis audiere, videreque,
qui Vallis inſtabant, ab tergo hoſtes per Terram

Reliqua deſiderantur.

Albertini Muſſati Paduani de Geſtis Italicorum poſt Henricum VII. Cæſ. Liber VIII. explicit, Incipit IX.

ALBER-

Apud Vecell. pro Petro Rub. XI. lib. VI. De Geſtis Henrici VII. Cæſaris.

Canis Grãdi inſultus in Eſt.

In M.S. Aquilo. In eodem Inhærenti.

Melius Deſiſterent. vt ad Eſtenſes referatur id verbi. nõ ad Veſperum.

Videtur abeſſe. Se confert.

ALBERTINI MVSSATI
De Gestis Italicorum post Henricum VII. Cæsarem.
SEV
De obsidione Domini Canis Grandis de Verona circà mœnia Paduana Ciuitatis, & conflictu eius.
LIBER NONVS.
PROLOGVS.
Ad Notariorum Pat. Palatinam Societatem.

Ercontamini me frequens, importunius, quàm opportunius instans, Notariorum Palatina Societas, iam sepositа in litteras exitia nostræ Vrbis, quæ in illam diuinis, humanisque fauoribus per hæc tempora intulit Canis Grandis, quæ & post versis fatis versa sunt contrarijs successibus in Auctorem, ad vestrum Ciuiumque solatium in quempiam metricum transferre concentum, hoc postulationi vestræ subijcientes, vt & illud quodcumque sit metrum, non altum, non tragœdum; sed molle & Vulgi intellectioni propinquum foret eloquium, quò altius edoctis nostra stilo eminentiore deseruiret Historia, esseteque metricum hoc demissum sub camœna leniore Notarijs, & quibusque Clericulis blandimentum. Plurimum enim vnumquemque delectat, quod intelligit, respuitque fastidiens, quod non apprehendit. Illud quoque Catonis, qui de moribus censuit, in exemplum adducitis, quod L. Annæo Senecæ imputatur Opusculum. Quod quia planè grammate vulgari idiomati ferè simillimum sanctiores sententias ediderit, suaues populariũ auribus inculcauit applausus. Et solere etiam inquitis amplissima Regum, Ducumque gesta, quò se Vulgi intelligentijs conferant, pedum, syllabarumque mensuris varijs linguis in vulgares traduci sermones, & in Theatris, & Pulpitis cantilenarum modulatione proferri. Nihil ergò recusandum disponens, quod vestra deposcat amica suasio, Fratribus meis annuens, quà licet, & sciero, Heroico vsus metro, exigente materia populariter morem geram rudis ego cum rudibus.

Vsi sumus in recensendis, defensandisque Tribus proximè seqq. libb. De Obsidione D. Canis &c. Trib. Codd. M.SS. Veneto, in quo libri reliqui de Gestis Italicorum post Henricum VII. Cesarem. Patauino vno magna ex parte mutilo Patauino altero Anni 1390. ex Bibliotheca Perillustris, & Excellentissimi I.V.D. Antonij Mussati, qui Codex nota, & fidei melioris. Venetum V. Patauinum Primum. P. Patauinum alterum Mussatorum M. signat.
Prologus habetur tantũ in Codice Mussatorij.
M. Ardentibus.

Inuocatio.
INuictum Populum, formidatumq; per omnem
Italiam Clio quonia Soror inclyta cantu
Ede Virum, nec te non æqua voce sequentem
Dedignare Chelyn. Sacrorum tempora Vatum
Præteriere, modis nunc nostra minoribus Ætas
Admittit tenerum lenis modulamine Carmen.
Propositio.
Te prodente canam secla memoranda perenni
Prælia, quæ Patuæ Magnus Canis intulit Vrbis.
Virtutem obsessi Populi, duroſq; labores:
Germanasque acies, & pulsum mœnibus Hostem.
Postquã castra Canis Patauinã circiter Vrbẽ
Fixerat æquatis succisoæspite campis,
In V. Ruentes. In M. per aura virentes.
*Nec cursu obstarent, visuvè per * arua virentes*
Arboreæ frondes, neù quis foret exitus Vrbi,
Sedulus armatis lustrabat Valla manipliis
Casside sub torua, rigidisq. horrendus in armis.
Parebant victi per singula rura Coloni
Figentes tectis patulis Insignia sedis,
V. Fauorem.
*Atq; nouo reuerenter Hero præstantq. * fauores,*
Vocibus infesti patriæ, non mentibus, Vrbi.
Mœsta coronato flebat Plebs intima Vallo
*Exosum spectans animis * feruentibus hostem.*
Atque aliquis magna fudit lamẽta querela,
Antiquis magno referens præsentia quæsiu.
Ah Pater, æterna qui secula nostra reuolnis
Lege Deus? Cur sic vrgeri mœnibus vni
Decretum est Gẽtis? Recidiuane Pergama restãt, V. Restat.
Inclitus Euganei quę fixit in arua Timaui
Antenor profugus Phrygijs elapsus ab Oris?
Non sic (præteritis liceat si credere fatis)
Expedit, vt Populus pereat discrimine belli
Isti: sed vt longa compositus pace quiescat.
In te nostra tamen vox inuehat excita quæsiu,
*Nobilis Vrbs Patani, natura pinguis, * in aruis* M. Et Aruis.
Euganeis longę fundata sub omine pacis,
Condidit à Phrygijs quam Gens erepta ruinis.
Cur sic instabili toties obuersa rotatu
*Naturam, Sortemq. * suam per tempora mutas?* Idem. Suam.

Pingues alit plenodistentos uber Oues,
Sonaquibus flauo Cereris alimenta ministras
Lacte, & melle fluens, & Bacchi munere largo.
Vna atas simplex, & fraudis nescia vsus
De benè quæsitis lucris, & munere glebæ,
Æqua pace fruens, dum diligit ærua patris,
Defenditq; suos sine vi tutissima fines.
M. Mouent. Idem. Momen ta. Quippe meos Ciues patriæ monumenta ruinæ
Præterita, qui dum memores infanda renarrant
Scandala, candentes animos, auersi, cohercent.
Dumq; Senes viuunt, viuit Respublica: cunctq.
Deficiunt oriens inimica Superbia surgit.
Serpit ab hac Luxus, Fœnusque & dira Cupido
Intuitu longo spatiosos iungere campos
Rure; sed Vrbe domos altas extollere Cœlo,
Pingere & ære trabes, marmoraq; apponere tignis,
M. Seù. Asternare epulas Patrum, pecudumq; legumen
Dicere, * vel liquidis assuescere corpora rapis.
Decernunt pingues patinas lactentibus hœdis
Instaurare satis melius, teneroque iuuenco.
Eunuchos laudant pullos, carnesque ferinas,
Perendaque ex Arabum spicis condita sapore.
Spernere finitimas Gentes, & malle timeri
Incipiunt, veterumq; irrumpere fœdera Patrũ,
Atq; vetus nullo rescindere fœdus amore.
M. & P. Tũ. * Tunc locus Inuidiæ, furit in præcordia Liuor
Dimissos acuens studia in contraria Ciues,
Et patriam inficiens odio excrescente quietem.
Tum raptim exortæ subeunt in viscera Partes,
Inuigilantq; Dolis, nec dentes anxia Cura
Corda vorãt, qua fœda struant molimina, quæ-
Forsan in exosos iactãt noua crimina Ciues, (ue
Quò valeant rapidum Vulgus concire furore,
Illaq; præcipiti plectenda impingere Plebi.
Credula ue nimium semper Victoribus illa,
Exequitur voces clamantum, atq; irruit illò,
Quò vox alta sonat scelus obtestata reorum,
Quos non vlla fides, non risus euerterit Ordo.
Fit ciuile nefas commissum examine nullo;
Non nisi sed veri series post acta liquescit.
Heù sero tantum post vulnera pœnitet ire!
Tum Furor, & Rabies, & inexorabile prorsus
Exitium propria se se depellere terra,
Vel sibi vicino Patriam præbere Tyranno. (bes
Deprehensum tamẽ est semper, qũ credula Ple-
Seditione carens graditur per simplicis æqui,
Natura monstrante, vias dictamine * sancto:
Fraude tamen Procerũ qua circumuenta suorũ,
* Fit animis, patitur sœuas indigna ruinas.
Hoc iuuat ætatem * tantũ, quæ tẽpore vixit,
* Quod videt affligi, plectique sub ordine primos
Auctores scelerum. Non vnquam Regula fallit
Illa, nec à quoquam scelus hoc transiit inultũ.
Haud hæc euenisse vnquã sine strage nocentũ.
Si petat exemplum quinis ab origine prima,
V. & P. Aeque. Idem. Sacro.
M. Fida. Idem. Tãtum quod. Idem. Quo. Idem. Nonnũ quam.
In V. Aut. In P. Haut.

Vrbs Padua magnæ fuerit cum filia Troiæ,
Et Patrem, & Prolem secum deleuit adulter
Dardanus. O sæpe nostrorũ causa malorũ (stus.
Fœmina? sed nostros reprimãs hic carmina quæ-
Nec minus ab Troiam bellis, & fraudibus vsta
Ira Deum pelago reduces delenit Achiuos.
Aiax igne poli cecidit percussus Oileus,
Ense fugi; frater fatiauit Palladis iram,
V. & P. male. Emersusque. Pars confusa fuga, conspecto lumine falso,
Cautibus allidens Capharei fraude perẽpta est.
Ingenio miseros hoc circumuenit Achiuos
Fraude sua genitor Palamedis fraude necati.
Magnanimum Atridẽ noctu iugulauit adulter,
Nec lare, nec patria potuit gaudere quiete.
Appulsus propriæ Diomedes cedere terræ
M. Sicariam. Aduena * Sicaniam socĕri transiuit ad Oram.
Nonne peregrinatum longis ambactibus æquor,
Infandique doli Circes fugique Cyclopes
Dulichium tenuere Duce maria omnia tirynthi
Lustrantem: propriam fesso qui numine tãdem
Non nisi confectus senio, peruenit ad Vrbem?
Cur aliquos frustrà longo sermone moremur?
V. Dirupta. male. In V. & P. deest. Est. Res mansere Asiæ post * dirupta Pergama nulla.
Vile pecus cunctis hodiè Gens illa putata * est.
Cleonymus Rex Græcorũ dilapsus ab vndis
Adriacis multa vitima per æquora classe
Inuasit Patauos ingenti turbine vicos.
Quem contrà egressi Patauina ex Vrbe Coloni,
Deleuere suis conclusum finibus, altas
Et capere rates; fugitiq; per æquora solus.
Mœnibus excelsas secum traxere carinas
Antiqui Troades Patani. Solemnia nostri
M. Memorãt hodiè. Idem. Vobis. Festa iocis hodiè * memorant Naualia nantę
Nota satis * nobis Ecerini gesta nephandi,
Ciuibus ob Patriam dederit quę præmia primis
Idem. Viuunt hæc in secula nostra Nepotes. Aere datã. * Viuunt hęc nostra in sęcla. Nepotes
Videre extinctum reliqua cũ prole Tyrannum.
Nostra resurrexit demum Respublica victrix,
Fert hodiè dignas Romana Ecclesia laudes.
Respicit hic Mussatus ad suam Tragœdiã Ecerinis inscripsam, quã dabimus suis reflitum tam numeris suo loco. Al. Protemi. P. Hæc. * Hęc aliquis Vatum tragica defleta querela
Tradidit Archilocis in parua volumina metris.
Si causis tantis liceat deprimere belli,
Cognita cum fuerint Ecerini facta * prophani,
Quæ tantum afflicti vestri videre Parentes:
Nõ tamen * hę satis culpę impendũtur iniquis,
Aut nimis accensę Diuini Numinis irę,
O Patani? potius meritis impingite vestris.
Nam postquam excreuit tãtarum copia rerum,
Quas fœcunda dabat tellus, & pontus, & aer,
Continuò mentes inopes opulentia fecit,
Inuasitq; animos malesuada Superbia vestros,
Spernere finitimas vestro sub clymate Gentes,
Et nullas vestris æquas præsumere vires.
Quæsitam multo censu, magnoque fauore,
Pacata vobis Henrici Cæsaris ira,

Deser-

Deseruit sanctam vestra inconstantia pacem,
Et furor effrenis rupit longa otia vestes.
Dilexitq; Aquilas Mundi communia signa:
Inuasitq; Canem bellis vicina tenentem
Roma sub Imperij titulo, Regisq; fauore,
Et ferro, & flammis binas exiuit in Vrbes.
Sed neque sic omnes in Vos cõuertere culpas
Quippe veli, vestros vel sic reprõdere motus:
Quin fatear vestra quidquam rationis in ira.
Nouerat Henricus, si fas est dicere, Cæsar
** Vasodisse Canem notis rationibus hostem,*
Anteparans fuerat cum capta Vicentia, cæsis
Ob Ciues Padua ciuili fœdere fratres
Tum sibi connexos, captiuaq; corpora venum
Aere data, & vobis multa feritate perosum.
Vera loqui liceat. Sua per præconia pacem
Cæsar in Italiam veniens promiserat Orbi,
Vtrumq; fuerat iungenda Vicentia terris,
Vt pax sancta foret, populiq; in pace manerẽt.
Haud aliter fieri poterat, nisi iudicis huius
Sub Canis imberbis sceptro, qui nouerat vsum
*Pacis in his * oris, cum nemo quietior illo.*
Nempè nec tam Dea rarum dignissimus Ordo
Aduenisset aquè superis descendit ab astris.
*Non aliter * vestros potuit * sedare furores,*
Vestra quidẽ dignis mulctauit crimina pœnis.
Atq; etiam iã nũc (vt bella externa sinamus)
Intima quis referat solo fœdissima dictu,
Deteriora quibus non vnquam viderat ætas.
Indigæ nullius fuit insestina Tyranni
Impietas, sœuos monit quæ dira Potentes
In proprios Ciues stolidum concire Popellum,
*Ordine * non vllo communia rumpere iura,*
Et vendale forum socio fœdare cruore,
Plebsq; nimis vanas admittens credula voces.
*Libertate sua * cessit priuata ruina,*
Publica priuatis cesserunt iura; nec inde
Vllus in Vrbe locus solitis parere statutis.
Debinc subiectæ Viris perijt Respublica paucis,
Postq; hæc omissis leges statuere statutis,
Plebiscita sui nec decreuere Tribuni.
Exilium Ciues multi petiere volentes,
Linquentes mœstam suis terroribus Vrbem,
*Et proprias liquere domos, * victosq; penates.*
** Sed lare natiuo multi discrimine magno*
Non nisi cum spectis gladijs cessere sequentum.
Quid fugis exosum Domini per tẽpora nomen?
Ad Dominum confusa tuis Vrbs libera culpis
Cinnumera venis, & Cini subderis vni.
*Quid mi? sopitum bellum ciuile putatum * est,*
Exterumq; simul. nam sic suasere priores.
** Tumq; aliquis magno clamans hortamine vocẽ*
*Extulit. O cives vni parere necesse * est.*
*Vnus enim * vobis cunctando restituet rem.*
Hen nequ; sopitum bellum ciuile; sed auctum,

** Exterumq; simul. Fugêre ex ordine plures,*
Qui Domino præcerant lateri, mensæq; priores
Quærentes veterem digressi mœnibus Hostem.
Inde aliud maius sequitur scelus. Altera nãque
His inimico prius Padua depulsa Iuuentus
Se paribus votis annexo fœdere iunxit,
Accersuntq; Canem collectis viribus Vrbi
Bella mouere sua, patrijsq; insidere muris.
Multa sub hoc referens aliquis subiunxerat
Omnia quæ nostro fuerant si digna relatu, (ille,
Materiam longabas opus. Sed carmina sistit
Nostra dolor, lachrima veniunt q. ad lumina no-
Sit satis instantis casus prædicere belli, (stra.
Nec modò præteritas liceat renouare dolores.
Spuma vt inclusos rerum priuauerat vsu
Exteriore Canis, fructusq; negauerat omnes,
Hoc solum restare putat, communia tantum
Si miseris elemẽta neget. Tum flumina primũ
Sistere conatur circum labentia muros.
Euocat ex omni Patauino rure Colonos
Adiectisq; loco, vicinæ illabitur Vrbi
A quo Brintha celer, insistq. fluenta recludi.
Haud secus, vt insti, faciunt. Ingentia sternunt
*Robora, & impactã silicum * sub pondere terrã,*
*O genus * Agrestum seruum pecus, vile mundo*
Mancipium, duros natum tolerare labores,
Effigies hominum modico sed bellua sensu,
Quod non vlla regit ratio, quocunq. traharis?
Ecce pari studio lentam nunc obstruis vndam
Defossam longo Brinthę de flumine tractu,
Quam tuus ipse labor reducẽ diuertet ad Vrbẽ.
Vidit vt exclusum vicinis mœnibus Amnem,
Grana molendinis & non florescere siccis,
Contrahit Vrbe rotas Populus, teretesq. molarũ
Cyclos, & duris annexos dentibus orbes;
Quidquid & in fluuijs tritura connexit arti,
Aptauitq. operi famulos, teneraq. puellas,
Et volucri gyro vires suppleuit aquarum.
Addunt summissis alij iumenta caballis,
*Et frumenta terunt * lapidi, durumq. legumen,*
Perq. omnes vicos operum communitur vsus.
Ad potus, vsusq. hominum pecorumq. perennes
Non deerant haustę venis putealibus vndę.
Arebant vllę magno si forsitan æstu,
Norat aquare nouis animalia fontibus vsus,
Ad victumq. aderat cunctarum copia rerum.
Annua quippe Ceres dederat pinguissima fru-
Et Canis aduentu noto, primoq. tumultu (ges,
Quisq. suos fructus in tutam traxerat Vrbem.
Plena boni sq. alijs, hominum quę postulat vsus,
Vrbs erat. Omnis enim scito discrimine belli
Vtilibus victu proprias compleuerat ædes.
Quid tamen ista tibi Paduę nefana Iuuentus
*Profuerint? vno quę * cum consumpseris anno,*
Victa fame supplex dominum susceperis hostẽ?

Numina

Idem. Extremumque. *Forte* Priori.

M. Nos.

M. Captiua corpora.

M. Orbis.

M. Nostros. *V. & P.* Sedasse.

Inuectiua cõtrà Rusticos. *V. & P.* sub robore.

Idem Agtorii

M. Nonnullo.

M. Concessit.

Pro Lapidatione molæ.

Idem Sæuisq. *Idem.* Et late.

In V. & P. desideratur Est.

V & M. Exterumq. simul fugere ex ordine plures. *Male. Sequitur enim non multo post.*

In V. & P. Tũc *A best* Est *à V. & P.*

M. Nobis.

M. Iam. *Sed ad dictum ab aliena manu.*

Namina sola tuas auferre potentia clades,
Non humana valent. Rerum sic ardo reposcit.
Instat ab Arce Canis Castri, quod struxerat
Oppositum, posset si fortè lacessere bello (Vrbi
Mœnibus astantē populum pedetimq; frequētī
Impulsu clausis* subicit certamina portis.
At Paduana grauī nimium succensa dolore
Plebs furit interior, vetitisq; irrumpere portis
Nititur; obiectus & vī* disrumpere pōtes,
Vi sandē, & Procerū monitu* repressa Potētū.
Fons erat amplectens duro de robore flumen,
Vnde erat egressus solitis inuadere turbis
Castra Canis, variosq; nō* cōsere tumultus.
Hunc Canis aggredītur subiectis vrere flāmis,
Excelsam siccis onerans virgultibus alnum,
Adijcienſq; ignem* stipulis, & stramine tectū,
Armatisq; viris tabulas, alnumq; coronat,
Ipseq; distinctas acies in prælia ducit.
Viderat hæc solers belli Dux omnia Vannes.
Constituit pedites directo ex ordine Ponti,
Et propè contiguam compleuit milite ripam.
Postquam appulsa ratis Ponti, certamina fiunt,
Crebra per obiectam desidunt spicula proram,
Oppositiq; trabes prohibent accedere Ponti.
Illa tamen raptim subijt, * subuectaq; sursum
Erigit arsuras tabulis cum sulfure flammas.
Desuper ignis edax calidis extinguitur vndis,
Saxaq; naualem quatiunt ingentia molem.
O ciuilis amor morti prælate potenti?
Aeternum pro quo morientem viuere certū est.
Se pedes hostilem præceps consternit in alnum
Cominus, & prompti pectus conuertit in hostē.
Victa suo cedens vltrò ratis vritur igni.
Lancea tunc laxo iacitur de Ponte lacerto,
Nauita desertam linquit sine remige puppem.
Vt videre ratem fluuio secedere victam,
Qui Ponti præerant Iuuenes, ad proxima terra
Prælia cepta suis maiori robore currunt,
Admixtiq; simul subiunctis viribus illas,
Quæ de parte Canis pugnę loca prima tenebant,
Auertere acies vltrò dare terga coactas.
Allidunt turmis equitum terrore fugatę
Victorum post se magna cum cæde sequentum:
Marte sed aduerso conspecta strage suorum
Se retro * auertens Canis in sua castra recepit.
His, alijsq; Canis noctesq; diesq; sub armis
Vrgebat pressam crebris insultibus Vrbem.
Quos tamen inuicto Plebs indefessa labore,
Audax sollicitis tolerabat sedula curis.
Mirum quanta viris inerat Constantia clausis,
Ordoq; sub certis vicibus concurrere Vallis,
Et bello se se paribus disponere votis,
Vt cunctorū anima simul omnes corpore in vno,
Et mens vna foret defendere viribus Vrbem.
Nā quòd tecta dabat signum Cāpana tumultus,
Illò vendebat subito Gens illa volatu;
Flauerat Antēnus pallens, sublataq; campis
Parua seges, cæpit subesse & tempora brumæ.
Cum sibi Tarcretis Patauī legere, Ducemq;
Goricum Henricum Comitem, Iacobiq; volūtas
Annuit, Vrbis erat cuius commissa potestas.
Ille vices belli magno sibi sumpserat ausu,
Et Tarusine vires contraxerat* Vrbi,
Sancte Deus, quantas (fortem si fata tulissent)
Vicere quas poterāt Canis, aquo Marte catervas.
Altius annuerat Deus hanc decidere* litem.
Indixere moras belli sub Cæsaris Austri
Iudicio Magni Partes, Regisq; Boemi.
Interea Patauę fuerat custodia terra
Vlrico de* Valse Viro commissa fideli.
Cæsaris ille quidem Friderici nomine partes
Fidas agēs Patauū sumpsit pro Cæsare sceptrū.
Gaudia quanta, Deus, lapsa tunc attulit Vrbi
Vlricus, regione Canem dum tollere spondet
De Patana, castris in pristina iura redactis.
* Ille vbi suscepit Patauā vice Cæsaris Vrbē,
Tutelam Vlrico nato, curamq; relinquens
Quatuor adductis Legatis Ciuibus ipse
Ad Regem direxit iter. Gericius Heros
Henricus pariter comitem se præbuit illi.
Mutat Castra Canis petiturus & ipse tribunal,
Pādit iter, laxatq; vias (sic pactus) ad Vrbem,
Atque intermissa concessit commoda treuga.
Nec minus ipse agros retinet, quæstuq; rura,
Et Padua solis seruantur nomine muris.
O mortale hominum genus exaturabile nunquā,
Et mens quæsitis nunquā contenta,* Superfunt
Si qua videnda oculis? Tibi si confinia Mundi
Subiaceant, cælis alios effundis hyatus?
Pone, Canis, Padua si iam potiare capita,
An contentus eris? Certè maiore famescis
Esurie, satagis * flagrantem accendere votū.
Cur iurata tibi, per cussaq; fœdera frangis,
Dum Patauis alimenta negas promissa, patentes
Nec finis, (vt pactū est) Vrbi cōcurrere calles?
Desuper hæc cernēs Deus est, Fridericus & in-
Cæsar adest. Bino peccasti Numine lęsa. (frà
Venerat interea* Posanum Cæsar ab Austro,
Partibus vt propior fieret, Regiq; Boemo,
Visuruſq; Canem, decisuruſq; querelas
Iure pari, tantæ finemq; imponere liti.
Sed Canis offensus coram venisse negantis
Contemptu, iuiti causis permotus & æqui,
Decreuit Paduam digna ratione inuandam,
Cogendumq; Canem Patauis abscedere terris.
Egregio Vlrico Paduæ præbere leuamen
Ius dedit, vtq; sua defendere iura Vienna.
His iussis Dapifer solertior vndiq; sparsas
Allicit Italiam per regia rura Cohortes,
Gratasq; Legatis imagit mandata remissis,

Lęti

Sic in omnibus, sed melius. Subdit.

V. & P. Dirumpere. Mel. Cōpressa. Refugit enim præpositionē Re natura metri hoc loco. M. Excire.

V. & P. Sub stupa.

P. M. cum esset Subuecta fursū conatus fuerat aliquis sic emendare. Subuecta seorsum.

P. & V. Euertens.

Forū. Vrbis.

In P. margine Al. Causam.

In edit. Vrbis

M. Ille vti.

Idem. Supersit.

saeculi sequioris vitio flagrātē hoc loco dixit pro flagrans.

Sic in omnibus, pro Bolzanū.

Digitized by Google

Lęti abeant, Vrbi caueant, sua viscera seruent
M. Alricum. Idem Paduæ. ** Vlricum interea caro pro pignore natum.*
*Detulit hæc * Patauũ Caprea velocior vlla.*
Lęta fronte puer viridi pręcinctus olina.
Protinus excelsa qui ductus ad atria voce
Acclamat vulgo. Patani gaudete beati,
Soluite vota Deo, Landes attollite Cęlo.
Primus ego venio, victricia pendite dona.
Audiui, & vidi, Cælestia numina testor,
Cæsaris ore sacro. Paduæ communio nostris
Accedat titulis nostro defensa fauore.
Arma parat Dapifer, veniunt in bella Sueui,
In P. margine Al. Filia. *Totaq; pręsidijs armatur Stiria vestris.*
*Vrbs hæc Imperij dicetur * Regia Magni,*
Et iam lęta suos seruabit libera fines.
Hæc ait, acclamans Fridericum viuere Regem.
Hic nõ lingua valet, vel promere littera quãtus
In sublime tonans incusserit aera clamor,
Soluitur exultans Plebes effusa per Vrbem,
Augetur totis duplex custodia Vallis.
P. & V. Aliquod. *Vidit vt obsessos * tantum sperare leuamen,*
Et vitare suas, quod non Canis antè putarat,
Posse manus, terrore nouo succensus, & ira
Tum studio maiore parat, quo vincere possit,
Forsitan ingenio, vel apertis viribus Vrbem.
Instat atrox altis subducens prælia muris,
Committitq; acres vario certamine pugnas.
Sed quacunq; Canem vallis accedere rumor
Vulgabat, rapido tendebant agmina cursu.
Iniĳdũ Aere. *Grãdine nec tanto crebrescit ab æthere nimbus,*
Nec tanto tonitru crepitat post fulgura Cælum,
Desuper à muris quanto condensa tumultu
Tela cadunt. Ictus crebris non cernitur hostis
Missilibus, loca nulla vacant feriendа sagittis.
Ballistas tormenta graui molimine flexas
Laxabant binas simul impendentia mortes.
Armatos furata uiros, nõ visa p auras (muscis,
V. Vocant pro sententiam. M. Minimis. Extrà rationem meri. *Spicula parua * volant, * minimisq; simillima*
Saxaq; de tortis volitabant plurima fundis.
Stridula marmoreas fundebat machina glãdes.
Impatiens pugnæ, Valli sed tegmine Vulgus
Desilit appenso (proh mira audatia!) fune
V. & P. Mẽnibus iniusũ, & nudis petitensibus hostẽ. ** Mẽnibus, inuisũ & nudis petitensibus hostẽ.*
Comminus insertis peraguntur bella lacertis.
M. Prostrata. Non probè. *Desilit impubes pauidos * frustrata parentes*
Turba per oppositos sinuatis arcubus agros,
Hostiles sufligit equos, si forte per hostes
Expetitur, patriæ repetit tutamina fossæ.
Nonnũquã cõstrate Canis certamine ab ipso
Occiso secedis equo, pugnasq; relinquis,
Ambitiosè nimis rebus confisæ secundis.
Quidni? Bella geris multos habitura triũphos.
Amplecti siquidem poteris, quæ strenuus audes.
Nõ illi per præceps iter vnquã Gloria vadit,
Constitit & magno semper suprema parari.

Nulla quies vnquã scandit * fastigia Regni.
M. Fastidia. Idẽ. Nosq; sed Vos melius, cũ sequatur. Vestram. ** Vosq; per oppositũ Patani, quòd libera sitis*
Turba, simul tantum vestram defenditis Vrbẽ,
Quod cupit abnuitis, medius discriminet ensis,
Quod pax nulla valet, demùm decernere ferra
Sit fas productam tam longo tempore litem.
At postquam certasse diù, frustraq; sub ipsis
Mœnibus & pedites ingenti Marte repressos
Cerneret, atq; diem verso pallescere Phœbo,
Cũ vox hæc Redimi abesset a M. visũ est aliquibus hanc reponere illius loco Tendens. *Dat signum * reditu Canis ad tentoria versus*
Tum. Dũ, daq; Cani *vocitat risoria Plebes,*
Altaq; de summo fundunt opprobria Vallo.
Ridet hyantis ouans vana ostentacula Vulgi;
Inferendens tectam defert tamen altius iram.
His licet aduersis semper successibus vsus,
In V. Indefessus mals. *Bella tamen semper Canis indefessus agebat.*
Vt, quàm longa foret succensa caloribus Æstas,
Vlla dies vnquam penitus non Marte vacaret,
Aut hac, aut alia subducere prælia porta.
Et tamen hæc Populus mira virtute ferebat,
Quem Canis offensi fastidia visa iuuabant.
M. etiam claudi cum. Extrema fames acto quinis mensibus anno. *Sed subit extremi pestis suprema pericli*
Saeua fames acto bis quinis mensibus anno.
Diua Famis tantæ da pandere tędia Clio.
Vt primùm Patauos fines occeperat Hostis,
Iam prœmaturas anni perceperat vuas,
Inclusosq; Vrbi musto priuauerat omni.
Omnia post hyemem longis amfractibus ætam
Munera defuerant veteris consumpta Lyæi.
In M. deest. O. *Rebus in humanis * ò munus amabile vinum,*
Præcipuè assuetis; Vitæ pars maxima nostræ,
Quanto deficiens vrges angore carentes?
Abest ab eodẽ. Dum. *Haud aliter notũ, nisi, quod * dũ deficis absens,*
Linquis vitalem sicco pulmone vigorem.
Cara magis vasis quota pars si forsan acebat,
Lymphis mixta suos ducebat longius vsus.
Sic M. Cod. P. & P. V. Nã vacua, & lota pars multa filarum. ** Nã vacua vegetum, & lota pars magna suarũ*
Mẽdosè omnes, & corruptè, ni fallor. Itaq; sic legas. Nam vacua, & lota vegetum pars multa, aut, magna suarum. Ferre pro Ferè. P. & V Fundebat. ** Ferre Tethyn decuplã modico ĩfũdebat aceto,*
Dumq; merum saperet, visa est prębere leuamẽ.
Cinnama commiscens aliquis, carchesia mellis
Cum paulò piperis liquidis stillabat in vndis,
Tritaq; in hoc multum valuit liquiricia potu.
Cũ Sale pars madidũ mittens molliscere granũ,
Melleq; suffuso clarum expressere Medonem.
His tribuere alind Iuli feruentia Mensis
Tępora suffragiũ, viridis quod granula palmes
Edidit expressos iam nunc prębentia succos,
Quæ violenta manus teneris erepta racemis
In liquidis contriuit aquis, hausitq; liquores.
O quã dulce merum, quantum dabat illa saporis
Mixtio subiunctu modici dulcedine mellis?
Prælibatq; de grauido spumans Ceruisia farre
Potum grata dabat Bromij mentita saporem.
M. Hæ. *Nobilium tamen * hæc fuerant, æriſq; potẽtum*
Delitiæ, puteatis aquæ Gens altera quaquè

Corpora

Corpora rorabant largo satiata liquore,
Et quæcunq. cibos, cum poscèret hora. parabant,
M. & P. Cadẽ te. *In patulum phialas lympha* candente nitentes.
Nec locus inuidiæ. Prabebant pocula risus,
M Peragrabant. *Per vicos hilares* peragebant prandia turbæ.
Tantus amor patriæ, libertatisq. cupido.
Hoc vnum solamen erat vitæq. leuamen.
Quòd non larga samen residens sed copia panis,
Defectura dies, faueant nisi Numina, paucos,
Ille quidem mordax vrgebat pectora rancor.
Sola tamen curas acres spes vna leuabat,
Missa frequens Austri quod nũtia littera Regis
Lecta erat auxilium properè tessata futurum,
Hancq. secuturas sibilo cum milite turbas.
Idem. Læta. *Fecerat ò quantum* lætas spes illa salutis,
Et demùm ambiguas mentes non credita multis,
Promissos frustrata dies. Sed fidite iusti, (dos.
Medium Sperate. *Quos bona caula fouet, Superos* sperare secũ
Numquã sũma iuuãt Cælestia Numina tardè.
Senserat interèa Friderici Cæsaris iram,
Vtrumq; Canis multo conamine iussas
Accelerare vices sumptoq. insistere bello.
Angitur insomnis, curisq. ingentibus æger
Inuigilat tepido voluens sua pectora lecto,
Et pensat gemitu pandens suspiria multo,
(Vincere cum nequeat cassis iam viribus Vrbẽ,)
Fortunam temptare dolo, noctisque fauore.
Tum thalamo, paucis summissa voce vocatis,
Exilit, Auroram rutilus cum panderet ortus,
V. Angit M. habit. *Mœnaq. intuitu socijs comitantibus* ambit.
M. Multum. *Tẽplũ erat in Patauo* multo venerabile cultu,
Mœnibus inclusum Sacra de Virgine nostri
Numinis ante ortum longæuo tempore phanum.
Delubro fuerat Patauo, Concordia, quondam
Nomẽ, adhuc seruant veterũ Cimiteria Manes.
Sed postquam illuxit Mundo Diuina Propago,
Nostra Salus, Templum nostri fecere Priores
Idem. Nostræ fidei. *Prosdocimo* Fidei nostræ, legisque magistro.
Forte Iustina est. vel vt. *Postquè sepulta loco Iustina* Martyr eodem
In M. Martyr Iustina subillo. *Illi iuncta sacri seruanis nomina templi.*
M. Olli vincta. *Hæc prope visa Cani prono sub margine ripæ*
Idem. Amnẽ. *Palificata strues media declinia fossæ*
Amplectens labentis aquæ defixa perenni
Congerie, siccus seruaret vt aluens vndas.
Huic super apponi tabulas meditatus ad instar
Pontis, & aduerso pedites subducere Vallo,
Cogitat & tacitis euincere fraudibus Vrbem.
Conceptu placido fidens in Castra reuersus
Dissimulat, vaditeq. suam secum omnia tractans
Veronam, tanti lætatus imagine facti.
Aggreditur facinus Canis, ò nimis æmulus Vrbi,
Et vocat expertos bellorum, & teste remoto
Præmetitur opus, qua vi, aut ratione, quibusnè
Ingenijs tantum possit committere furtum.
Compositis igitur consulto milite rebus,
Dirigit ad Castrum gressus sub nocte silenti,
Et vocat extorres Patauos, sic fatus ad illos.
O Pataui socij, mihi quos fiducia iunxit
Constans, & fidei nunquam separabile pactum,
Casus adest liquido factis intendere vestris.
Fidite, & attentas verbis apponite mentes.
Nunc opus est facto. Geritur res vestra, potẽter
Strenua si vestros virtus erexerit actus.
Idem Paduã. *Non prome* Patriam ferro, insidijsne petatis
Flagito, vos faciat tantum Victoria Ciues.
Ecce, patens vobis facilis sine Marte paratur
Introitus, struxi tabulas trans Valla ferentes,
Idem. Arma Virum. *Arma, vicos, tacitumq. agmen. Domania passu*
Prætereunda cito, vestram do nocte sub ipsa
Sopitam nullis intrare tumultibus Vrbem.
P. & V. Tantos. *Vix fatus,* tanto succendit amore calentes
In facinus promptos animos, vt tardior omnis
Illis visa foret captandi temporis hora.
Ecce, Deus noster, da quem promiseris, aiunt,
Da Pontem. Quacumq. iubes sine ponte ruamus.
Dulce mori nobis, tantum tua iussa sequamur.
Transierat iam prima quies per strata iacentũ,
Desuper. & nigrum celabant sydera Cælum
Omne auium pecorumq. genus dulcedine somni,
Et quidquid mortale tacet. Natura silentis
Lege sub æterna seruabat tempora noctis.
Idem Sub voce. *Tum Canis accitis turbis* sub nocte viritim
Induere arma iubet, secumq. assistere facto,
Eduxitq. acies vllo sine murmure Castro,
Constituens ripæ tacitas adstare Cohortes,
Apponitq. trabes palis in flumina fixis,
Adijciens tabulas ad valla sub ordine iunctas.
Protinus assiluit Pataui proscripta Iuuentus,
Altaq; conscendit concessis mœnia dorsis;
Traditur æterno recubans Custodia somno
M. Lues. *Prima* luens iugulo neglectæ crimina curæ.
Vsq. aditus Valli spatio maiore pateret,
Ferri strage ruens inersus desilit asser,
Ingressusq. nouos aperit discussa bipennis.
Fungitur officio peditum, dum brachia vibrat,
Miles & abrupto duram trahit aggere terram,
Et lateri appenso durum quatit ense ligonem,
Irruit inde frequens in claustra sine ordine Vul-
Implenturq. loci retrò Viridaria Sancti. (gus,
Quid facis ò demẽs Canis, & nimis ausè Potẽti
Cede Deo quem nunc forsan dormire putasti.
Ludit in incautos oblato sæpe fauore,
Et ferit à tergo Virtus Diuina Superbos,
Nonnunquam elatos, magis vt ridentia fallãt,
Quo grauiore ruant, extollunt Numina, casu.
In V. & P. Numina. *Ingemuere cauis Sanctorum* corpora bustis
Auditum Cælo querulum fundentia murmur.
M. Spera. *Audijt Omnipotens* supera sublimis ab alta.
Forte. Ab aula. *Seuocat à Sanctis Patauæ de Gẽte Patronũ (quit*
Prosdocimũ. Quid Sancte facis, sic segnior, in-

Audisti

Audiſti gemitus Patauꝰ de clade dolentum,
Scena parata tuę Genti certamina ſentis,
In V. Sentis instantes, & in marg. al. Gētis in P. Gētis instantes. *Corr.* Gentis, & instantes.
** Sentis inſtantes vllo ſine Marte cruores,*
*Quātos vix Priami * Gens hęc ſub tēpora fu-*
Vrbi porta patēs locus eſt tuus, ecce ſub ipsū (dit.
*Prima * latet minitās mortes glomerata Iuuen-*
Olli ſic inſit deflexo palpite Præſul. (tus.
Summe Pater rerum, Cęli de cardine ſolus
Qui vigilas, ſemperq. tuum circumſpicis Orbē,
Per quem cūcta geri Sanctis, Sanctęq. videmus,
Et mortale genus Mundus miratur, & omnes
Cęlicolę. Rerum cur ſic deducitur ordo?
Erigis exiguum natum de puluere quemque,
In eadem populo & tenēdo. *Ibidem.* Sines.
*Cui ſubicis * populos crudeli Marte * terendos,*
Et ſęuire ſinens cunctis facis eſſe timendum.
Tollere ſublimem poſtquam ſic incipis illum,
Vix rapis ad Cęlum: certè & quādoq. timemus;
Ne ſurgens noſtris ſedem ſibi vindicet aſtris.
Veronę ſiquidem paruo poſt tempore Ciues
Progenuere patrē Canis huius, & iſta propago
(Dicere ſi liceat) certè clariſſima non eſt.
Præfeciſſe patrem Veronę fortè ferendum eſt.
Quippe licet magnum, paruum ratione creātis.
Ille tamen genitor tanto prælatus honore,
Dum vixit contentus abit tolerabilis Vrbi.
Iſte quidem regno fratrum ſucceſſor, & hęres
Altius extollens animum, violentior auſu
Impia finitimis direxit lumina terris.
Illi penſa parum quæſita Vicentia, ſi non
Marte, vel Ingenio Padua dominetur in ipſa.
Quanta ſtrage ruens vicinas triuerit Vrbes
Teſtantur miſerę latiſſima rura Cremonę,
Depopulata ſuis ſuſpirat Brixia Villis,
Parent Parma ſuis, Vrbs & Rhegina triūphis.
M. Qui. *Bella gerit Sancto,* quę ſeruit Ianua Papę,*
Hunc ne ſperne Canē, fuerit nè fortè timendū,
Erigat aduerſas ad Cęli culmina Scalas.
Acria iam Superis mouerunt bella Gigantes,
Idem. abiecta. *Fulminibus quāquam fuerint* euicta triſulcis.*
Nunc mea de Patauo murmur ſi ſentiat auris
Sic in omnibus fortè Defluet. *Quęris ſumme Pater? Totus iā* defluet annus,*
Prælia quod noſtris infert crudelia muris.
Et vidi, & ſenſi, & tā dira grauamina fleui.
Quid ſentiſſe iuuat? Seù quid vidiſſe Deū Rex
Te cernente quidem. nam tu voluiſſe videris.
Impia, ſi nolis, cur non diſcrimina tollis,
Vulneraq. & mortes iam iam ſine fine paratas?
Hi Patani tantas ſiquidem meruere ruinas?
Sanctorum gemitus ſaltem miſereſcite uorum,
Hocq. Canem diro fruſtare pÿſſime voto.
Si tibi Confeſſor ſit fas depromere noſter
De Cane promoto quid nos induxerit, inquit,
In V. dent dul cis. *Omnipotens, noſtras, mi* dulcis Epiſcope, cauſas*
Laudares. Patani voces audiſſe Patroni
Non pigeat alterius ſi iura expromere partis
Hora daret, noſtris dictis contentus abires.
Accelera, nec enim tantis obſtare periclis
Tempus adeſt. paulò ſi plus ſermone moremur
Hoſtis habet Vallum. Tenues deſcēde per auras,
Vade citus: fer opem, translatos Vrbe repelle.
Cęde tamen modica dent pœnas. mœnia primi,
Quos furor incendit primas impēdere mortes,
Sufficiat iam nunc tantum ſi mœnia ſeruent
Tuta tui, ſubito multò maiora videbis.
Sicut erat cana ventoſa per ęthera palla M. Aera.
Deſilit in Patauum Præſul, ſomnoq. iacentes
Excitat excubias, & Valla citiſſimus ambit,
Candenti connectus equo, genteſq. tumultu
Admouet, & totam tutelę ſuſcitat Vrbem.
Diſcite Mortales moniti q̄d numina poſsint,
Quæ cōtrà nō arma valēt, numeruſq. Virorū,
Bellātumuè manus. Cadit oīs pectore virtus,
Et confuſa ſuos dimittit cura labores.
** En deuota Cohors Templi iā clauſtra tenebat,* Idem. Et.
Et loca munitum per ſe facientia Caſirum,
Vnus ad auditum decurrit ab aggere ſummo,
Cui prænomen erat Pellatus, arundine longa
Bis tantum denis ſocijs ſtipatus, & haſtis
Ordine delatis, hoſtes inuadit, & altè
Proditor, inquit, habe meriti tua prœmia furti.
Mœnia prouiſis nobis malè cautè ſubiſti.
Quod petis, intus habes & nō eris amplius exul.
In Patria moriere tua. Sic fatus & una
Ferratos apices trepidos immecit in hoſtes.
Non tam præcipites telorum fortior ictus,
Quantum terribilis Pellati vertit hyatus.
Pars cadit incuſſu gladij, pars terga reflectit
In ſocios colliſa ſuos, penetralia templi
Pars ſubit, ad pronas & pars redit altera foſſas.
Ecce Cohors equitū ſumma deſcēdit ab Vrbe,
Parua licet, comites ductor Nicolaus agebat
Marſilium Parma genitum de ſanguine rubro,
Et Patauos Iuuenes auidos certamine plures.* Pro Certaminis.
Hi clamore pari laxis concurſibus hoſtes
Aggreſſi feriere ſimul. Quem quæritis aſsum,* Pro Adſum.
Sum Nicolaus, ait, mihi dat Carraria nomen.
Vocibus his cępto ſonuit Campana tumultu
Publica maioris crepitans à culmine Turris.
Tum tremor audito Nicolai nomine primos
Vt præſentiti turbauit imagine facti,* M. Præſentati.
Quos Campana tonans vterò dare tergo cogit.
Vix Dea tanta potes concedere carmina Clio,
Vt valeam recitare fugas, ſtrageſq. cadentum,
Hęc cum ſit Phrygiæ ſimilis iactura ruinæ.
Vixiſſet, ſummo fuerat dicenda Maroni.
Omni parte fluens ruit in certamina Vulgus,
Implentur calles, omnis fluit angulus armis.
Lancea ſi deſit, clypeus, ſeù venditus enſis
Eſurie panis, duros cœpere ligones,*
Raſtra, ſudes, harpes: nec deſunt arma furori.

Non

Non expectato Pater ad certamina Nato
Excurrit, quà bella geri velocior audit.
Non nemus incuſſum tanta vehemẽtibus Euris
Strageſonat, ſequitur cũ prœnia fulgura fulmẽ,
Aut audita magis non perſonat æthera ſtridens
Scylla ſub ardenti Canibus latrantibus Aetna,
Quantus ab Arce ſtrepit populari murmure ru-
Nulla p Eccleſias ſonitu Cãpana vacauit, (mor.
Et tamen intactas (dictu mirabile) multas
Aſſeruere fide poſt hæc certamina digni.
At poſtquã retruſa Cohors, quę prima tegebat,
Forti. Rege-bat. *Tranſactas acies, cuneum deuicta reflexit,*
Vertit & ipſa Viros alio ſine Marte ſequentes.
*Hoc vnum miſeris * oberat fugientibus ipſis,*
M. Deerat. *Quòd Gens multa nimis Pontem migrauerat*
Sic inteſtino ruit agmen inutile bello, (vnum.
Quod pedibus preſſum ſuccũbere cogit amicũ,
Et tenebræ ignaros multos fecere viarum,
Ex quibus vrbanas ſubijt Pars multa per ædes
Agmine pulſa ſuo: qua verò proxima Pontem
rdem. Impreſſa. *Acceſſit, * vi preſſa cadit, Pontemq; ruina*
Obſtruit, & liquidis pars multa illabitur vndis.
Neſcit & ipſa mori Gens ſic deuota, velitnè
Configi gladijs, animam vel ferre ſub vndis.
Sternitur in foſſas tandem de culmine Valli,
Et prono titubans ex aggere corruit amni.
O quàm multa ſuis moritur demerſa ſub armis?
Pars natat exurgens gladijs annixa, tenaxque
Se demùm ſuperæ rapit ad faſtigia ripæ.
Mane rubens Orbi cũ ſpargere lumina Titan
Cęperat, & tenebras nitido confuderat ortu.
Victores, victiq; pari non mente rotatum
Fortunæ videre iocum, fatique profundi
*Iudicium, & ſuper * hęc magni decreta Tonãtis.* V. & P. Hoc.
Caſtra Canis repetit confeſſus Numina caſus
Aduerſata ſuos diſcedens corde gelato,
Grandia mœrenti pandit ſuſpiria vultu.
Squallida funeſta deflet ſua damna ruina
Gens ſua detergens vultus ſudore madentes.
Hos ſuper excedit Patauis mœroris acuti
Pondere dilanians vultus & pectora tundens,
Fletq; ſuos læta dimiſſos Vrbe ſodales.
Plebs legit interior prędam, exuuiaſq; iacentũ.
Et piſcantur aquis foſſis demerſa profundis
Corpora cæſorum, figitque patentia Vallis,
Certa trahunt vncis patulis auulſa plateis
Exprobrata diù, nullis conceſſa ſepulcris.

Albertini Muſſati de Geſtis Italicorum poſt Henricum VII. Cæſarem, ſeù de Obſidione Domini Canis Grandis de Verona circà mœnia Ciuitatis Paduanæ, & Conflictu eius Liber IX. explicit, Incipit X.

ALBERTINI MVSSATI
De Geſtis Italicorum poſt Henricum VII. Cæſarem.

SEV

De Obſidione Domini Canis Grandis de Verona circà mœnia Paduanæ Ciuitatis, & Conflictu Gallorum.

LIBER DECIMVS.

V. Errores. *QVæritis * Heroes Padua p mœnia renarrẽ*
Bella Dei, grãdeſq. actus, & digna relatu
Mœonio. Si non petitis deponere frondem
Laurinam, immeriti ſeù iura remittere feudi.
Quid perplexus agam? ſcelus eſt ſi iuſſa recuſem
Debitor ingratus? Quod ſi temerarius vltrà,
Quã valeãt humeri, ſubeã, perferre, verẽdũ eſt,
Ne ſub faſce cadam, caſuſq. ſit ipſe pudori.
M. Iſte. *• Ille tamen Comites. Sceleri prœferre pudorem*
Maluerim quacumq. Lyra, dum mœnibus Vrbis
Iamdudum infeſtos valeam conſternere Gallos.
Struxerat excelſum tumulũ Canis aggeris alti
*Peruigil, * vt ſummo fieret cuſtodia Vallo* Idem. Et ſummo.
Inſpectura ſuper Pontis pinnacula Curui,
Vrbis preſſa tenens Orientis limina portis.
Hunc æquare ſolo, & tacito delere ligone
Nocte parat ſolers, omni memorabilis æuo
Rector; & egreſſum Populo conceſſit ouanti.
Exeritur gladijs moles immanis acutis,
Materias ſibi quiſq. parat. Si congrua deſint
Inſtrumenta, ſolum manibus decerpit aduncis.
Vt formicarum facit innumerabile vulgus,
*Diripit annonæ * cumulum cũ grana * reportat.* Ibidem. Tumulum. Melius. Reportans.
Quęq. ſuum ſibi ſumit onus, ſi fortè grauetur,
Ponit,

Ponit, & ære trahit minimis innixa lacertis:
Sicq; pari raptu carptim decrescit acervus.
Mane rubens Titan excussa nocte refulsit,
Et nitidos Cælo radios effuderat alto,
Fossoresq. Simon specula dispexit ab alta,
Quæ Bassanelli supererat à culmine Castri.
Erigitur, sociosq. iubet consurgere Gallos.
Quisnam militia referat sublimia Gallæ
Arma, & equos, phaleras, auroq. micantia fulvo
Scuta Virum rutili radijs splendentia Phœbi?
Hæc est illa Cohors Henrici Cæsaris olim
Stronnâ, quæ victis egit fera prælia Tuscis,
Quæ Ligurum terris ingenti Marte subactis,
Vssit finitimos sanis populatibus agros,*
Post Tarvisinas Patavina suburbia flammas
Obsidet exacto quæ formidabilis anno.
Has secum horrẽdas Castri de Põte cohortes
Sublitui stridore Simon, Pistoria tellus.
Quem genuit, Ductor cunei, castriq. Potestas
Eduxit, prouectus equo sublimior alto
Ad tumulum vergebat iter, peditumq. labores.*
Protinus è Castro visis descendere Gallis
Infremuit genus omne Virũ, cõmixta per Vrbẽ
Nobilitas cum Plebe ruit, sonat arma tumultus,
Arma vocat sibi q̃q. dari: furor arma ministrat.
Hic fundas fert, ille sudes, Fora cuncta, viasq.
Arma replẽt, densis omnis fluit angulus armis,
Acclamatq. frequens exire in prælia rumor.
Vt quæ permotum fundo, cum nubibus Aer
Desuper à Ventis agitur, super æstuat undis,
Euoluitq. fremens magno cũ murmure fluctus,
Extollens altas ad sydera summa procellas:
Tunc si fortè aliquis malè cautus nauiget ordo
Nautarum, feriatq. ruens in vela repentè
Turbo rapax, lapsas demergit ĩ æquora classes.*
Vr sic exciram videt Altinerius Vrbem,
Rector perpetua mactus præconia famæ,*
Azonum patrij cui stirps generosa Tremisi,
Arduus inæpto dedit incrementa vigori.
Nam ceter egressas reseratis publica portis*
Aduersam hostiles eduxit signa Caternas.
Tum Plebs abiectis Tabulis, & Stramine multo
Per medios agros fluuij, quem fecerat hostis,
Egreditur properans plenis armata pharetris,
Ballistasq. gerens hostilibus obuia campis.
Hastarum stipata nemus fert altera densum.
Turbaq; quò retegant pedites, ancilia secum
Multa vehunt, aut pennati cuspidis harpes:
Milleq. terribiles pars tela minantia mortes.
Pars hurere tumulos, seq; aggere cautimet alto
Inspectans Campo venientes cominus hostes.
Nec dũ prorsus eques fluuiũ transcederat vltus.
Tum q; timẽs Tiso, fluuij transgressa meatus
Agmina ne pereant venientibus obuia Gallis,
Panlides Tiso Patauus, cui Villula Sanctus
Angelus ediderat simul & cognomen, & ortũ,
Transilijt latam ripæ cum fragmine fossam.
Quem celeri cursu succensa mente secuti
Bis seni è Patauis Equites, seù circiter, ausu
Migrantes fluuium simul innituntur eodem,
Queis mens vna fuit Populũ, Plebemq; tueri.
Quod si fata negent, seù sors, casusvè reposcat,
Æquo Marte mori, Patrieq. impendere vitam.
At reliqui Cines, Rectorq. omnisq. Senatus
Cis fluuium resident retinentes ordine turmas.
Iure quidem belli passus via stricta maligni
Paulatim expositas prohibet trãsire caternas.* M. Phalãgas.
Quippe erat emergens aciei parte resecta,
Vt foret in paucos facilis Victoria Gallis.
Sed nil intra valent belli, mens* vlla, vel vllũ* M. Volent. V. Vna.
Humanæ Virtutis opus. Regit omnia Casus.
Pro libitu Domina rũpunt sua stamina Parcæ.
Sydera disponunt hominum mentesq. modosq.
Inspectante Deo, proprio qui singula nutu
Corrigit, & cunctos hominũ præpõderat actus.
Vtq. Simõ pedites* modico sine milite flumẽ* In V. Supra Simõn est Philippus.
Excessisse videt, primam secum ire Cohortem
Ipse iubet, reliquasq. suis consistere signis,
Et citat alipedem fixis calcaribus altum,
Fulmineum vibrans crebris tinnitibus ensem,
Et feris in pedites ingenti turbine primos,* Verũ melius: Furit.
Euersisq. solo magna cum strage cadentes.
Tergaq. continuò fuso dedit agmine Vulgus,
Ac redit ad fossæ latices, & sternitur undis.
Diffugere armis in proxima rura relictis.
Successit Simoni primi victoria belli.
Nec dum fessa alios Fortuna superbior ausus
Extensura fuit Patauæ exitialior Vrbi.
Nãq. vidẽs populis victos dare terga maniplos,
Et profugos medio stagno se sternere fossæ,
Vertit & ipse gradus ipsam fugiturus in Vrbẽ.
Proh pudor? atq. equites multi videre fugaces.
Proh timor? & vacuum Gallis dimittere Cãpũ.
Tum discrimen erat fusis in mœnia turbis
Insimul hostiles secum migrare Cohortes:
Sancta sed excelsi vetuerunt Numina Cœli.
Ipsæ quippe die memorabant digna duorum* In V. Quidẽ, malè omnino.
Cœlicolæ magno plausu Martyria Fratrum.
Tunc quoq. terribilis volat ad cœlestia rumor* V. Quæ.
Dardanio in Patauo clades instare, cædesque,* Melius recentes. neq; enim Cædes admittit eo loco Carmen.
Quarum Troianæ nulla feritate ruinæ
Excessere modos furijs, nec sanguine tanto.
Protinus assurgens sacer Hermacora Pierum* Hermagoras alijs.
Alloquitur Cœtum clementi voce Beatum.
Pro me, proq; meo fabor Bona Numina fratre.
Quodcunq. sumus, meritis hæc gaudia nostris* In V. Vestris.
Vobiscum celebres Sancti, Sanctæq. tenemus.
Tempora cum vestris veniunt solemnia festis,
Cõcinimus laudes, et delectamur in illis. (Cœtis,
Festũ hodiè nostrũ est Populis celebrabile cun-

In M. desiderantur hi duo versus. Turbaq; &c. & Multa &c.

Quod nobis solo raritum contingis in anno.
Spernimur indignè, nec ob hoc martyria passi
Corpora mundanis dedimus ferienda flagellis.
M. Et nona scæna dedit meus incẽdẽtia Frater.
Idem. abit.
* *En nona scœna meus nos incendentia Frater*
*Fortunatus * habet, surgitq. per æthera clamor.*
Quidam diffusi sunt rura per Itala Galli,
Qui fueri bellis, alienique æris anari
Digressi propriis humano sanguine vixunt.
Post Tuscas clades, Longobardasque ruinas,
Bellaq. sub muris Paduæ dilata per Annum
Nunc inferre manus Paduâ conãtur in ipsam,
Multifidaq. parant cædes. Succurrite Sancti.
Parcite, ne tantas videant mea Festa ruinas.
Nec mora. Sanctorum Cœtus pietate molesius
Chrisium adijt, fudítq. suo pro Fratre querelã.
Christus ait. Pereant Galli certamine digni.
Forte. Morte. V. In bella. * *Marte luant tantis quæsita salaria bellis.*
*Dignũ & iustũ est vt pereãt * per bella nephãdi.*
Idem. Tumq. * *Tuncq. acies peditum primo diffusa tumultu*
Erigitur sancto monitu, directaq. tensis
M. Figunt. *Spicula ballistis in equorum pectora * figit*
Gallorum. Subito fit densus in aera nimbus,
Missilibus multis in Equorum corpora iactis
Erigitur sonipes, pedibus ferit aera quassis,
Ora, armosq. leuans iaculi dùm vulnera sentit.
Vidit vt euersas telis secedere turmas
Cautus Marte Simon, nudo circumflnus ense,
Pro Receptui. *Colligit in gyrum cuneos, signumque * recepiu*
Edidit, vt lato distingueret agmina Campo,
Dirigeretq; suam recta ad certamina frontem.
Non secus vt Lybicus perspecto cominus hoste
Per gramen teretes rugas discriminat Anguis;
M. Collecto corpore virtus. *Vtq. paret toto * collectum corpore virus,*
P Connexa. *Ora reflexa simul * connexa per ilia ducit,*
M. Letabilia. *Posiq. caput tollit damna ad * lethalia promptũ.*
M. Pennis. P. pen'. Forte Pectus. *Hunc non expleta siquidem vertigine * Petrus*
P. & V. Expes. *Percutiat Conto, teliqui tutaminis * expers,*
Suffigit tellure caput, corpusq. relinquit.
Tũ Tiso exhortans Populũ, dimittit habenas
Excurrentis equi, totis quoq. viribus hastam
Torquet in oppositum ventoso turbine Gallum.
Non umbo, non parma tenax percussa tuentur
Pectora, quin stricturn penetret vitalia ferrũ.
Scilicet Gallus. * *Labitur obuersa galea, casuque virentem*
Fundit humum, densoq. quatit talaria calce.
Atq. insit. Cape Galle tui condigna laboris,
Quæ Canis hoc anno meruisti præmia toto,
Et nostrum sitiens aurum, bibe sanguinis undã.
Hæc ait, & socijs orditur prælia paucis.
Tu quoq. in his pactis numquã reticende Ioãnes
In V. Stigmata. *Tisonis tunẽtus lateri simul ensis ornamenta*
In Patrias laudes pugnans sublimia quondam
M. Vidit contra rationem metri. *De Campo Sancti memorasti * stemmata Petri.*
V. Reflexit. *Vtq. * videt Rector signis ad terga * reflexis*
Hostiles acies vicinis cedere campis,

Et malè fidentes cœptis desistere bellis,
Euocat excelsum resupinus ad æthera Christum.
O bona progenies Patris dignissima Summi,
Quam celsi pura sub corde fidelior ignis,
Annue commissam ferro defendere Terram
Dextra, & hos hodiè Gallos delere superbos.
Marte cadant soliti per prælia Martis iniqui
Sub Canis imperijs Ligurum patare cruores.
Tum pia thura dabo cunctis redolentia Tẽplis,
Et cantare nouas faciam me supplice laudes.
Vos q. simul mecum, Patani, quos stirpe parentũ
Melius Teucra. Troia enim adiectiua notiora trisyllaba dictio vt plurimum. * *Troia tulit Tellus alto de sanguine Teucri.*
Nestorei Iuuenes pariter videmus in hostes.
Numen adest. Video, Supera de parte iuuamur.
Sic fatus Patanas ducens in prælia turmas
Velocem citat alipedem calcaribus, vltrà
In V. Exiliẽs, deest trãsiliẽs. * *Exiliens tremulum viridi de cespite Pontem,*
Attollensq. grauem stridenti fulmine clauum
P. & V. Argenti. Et nucantis. *Cudit * inardenti galeam sub Sole * micantem,*
Affligitq; cauo capiti, terebrique fluentis.
Spargit Equi vomitũ maculãtẽ sanguine crines.
Lapsus equo moriẽs cadit Anglicus, aurea miles
In V. deest hoc carmen. * *Edidit euersis sursum calcaria plantis.*
Viuat, ait, Vulgus talis per tempora Rector.
Pro Vertẽtes. Vt supra Vergebat, pro vertebat. *Tum maior Patauũ * vergentes terga * Phalãges*
M. Phalãgas. *Gallorum insequitur moles, sternitque, necatq.*
Ictibus increpitant percussa frequentibus æra.
Fabrorum incussis velut instrumenta metallis:
Nec pugnare valet sociorum strage repressus
Gallus in extenso vires effundere campo.
Non agris sonipes sessorem vexit apertis.
Pressus vterq. fuga peragit certamina nenter,
Inuenit arua ruens fossis abrupta profundis,
Et ruit in præceps stimbans, vnaq. sepultus
Idem. Pegit. *Cum moriente perit, tumuloq. nec indiget vllo.*
*Aggeris à Vico * proprios festinus in hostes,*
Vbertus, feriens quem reperit agmine primum,
Cassidis extrema gladium deducit ab ora
Fulmineum, cesumq. secat cum gutture collum.
Aduolat in medio gemitu caput. Excitus ictu
Idem Cornifex. *Cornipes acephalum defert * in prælia corpus.*
Idem. Per prælia. *Proximus huic frater validã Burgũdio quereũ*
M. Torquet in aucatũ corpus patris, qui tuta tegebat. * *Torquet in aucatum patris qui tuta tegebat*
Ilia conijciens vulnus cernice sub ipsa:
Non lethale tamen. Fugit aduentantia contrà
Bella, nec ex toto Fratrem dimisit inultum.
Dens Dentũ de prole Patrũ per bella vagantem
Peccat hic in legẽ metri. Procerus enim secundam prodtam habet cũ magnitudinem, corporis notat, vt hic. *Despexit * procerum pennata cuspide Gallum*
Dimissum turmis, armis, auroq. micantem.
Hunc contrà direxit equum. Quem perimit ille
Ense ferire parans: primum tamẽ excipit ictũ.
Discidit thoracas calybs, humerumq. sinistrum
Incussum fracto deuellit pectore nemo.
Excidit ad clunes, terræque obuersus inerti,
Proh pedes occiditur multa cũ strage Popelli.

Postquam

Digitized by Google

Melius. Castra.

Postquã scissa acies Equitũ, dispersaq; turba
*Non vnam tenuere viam; sed proxima * Castro*
Prima subit, Montis Silicis tenet ardua callem:
Vna Nicolai retinens vestigia Sancti
Põtẽ adyit; Brinthæ sed plurima mergitur amni.
Arua ignota tenent alij, sylvasque pererrant,
Vtq; locis spectant se se cessisse remotis,
V. Equis. *Exonerantur * aquis vltrò, spoliisque relictis,*
Expetit ambignus terras sibi quisque salutis,
Idem. Vt tantum quærat. ** Et tantum salua quærit solamina vitæ.*
Vt dispersa Lupis fugiunt armẽta per agros,
M. Et tamen. *Si fugiat Pastor timidus, seù forsitan absens*
Tuus fuerit, non vlla tenent directa viarum
Signa, vel assuetos adytus, trepidantq; ruunt q.
Nec dudum curant pasci: Sed cædibus instant
Immani feritate Lupi, dum visibus illa
Idem. Sti. *Euasere * suis auidi, missoque furore*
In margine. V. Al. mãdũt. *Ad prædã redeunt, & corpora pinguia * pascũt.*
At quis humi stratos perstringat carmine Gallos,
Terribilesq; Virũm strages, & funera dira,
Totq; eruenta to disiecta cadauera Campo,
Cũq; Equitẽ sternebat Eques, rapit impia Plebes,
Exutumq; armis sectumq; in fruſtra relinquit.
Ah nimium vestræ patuere furoribus iræ,
O Pataui tanto bacchati sanguine Ciues?
Deletur tua magna Canis fiducia Grandis,
Cuius finitimas calcasti sanguine terras.
Victa iacet Phrygijs: ne dedignare, lacertis.
Troica nam versis surgit Victoria fatis.
V. His vtinã. ** Hisq; vtinam sæcris susceptis sistere damnis.*
Sed maiora parant Cœlestia Numina cœptis.
Non etenim Pataui correctus carmine Vatis
In C. M. Spreuerat illa lunæ tui S. de cardine scribæ contẽptrixque sanctæ. *Desisti obscuræ metuens præsagia Lunæ.*
Spreuerat illa tui supero de cardine Scribæ
Contemptrix Sanctæ deiecta Superbia Pacis.
Scinditur in partes Patauo cum milite Vulgus.
Pars fugat errantes Equites, pars cædibus instat:
Nec vacat officio quisquam, ne prospera cursu
Abstineat Fortuna suo, statumue remittat.
Nonnulli multo cæsorum sanguine fessi,
Scù æris cupidi, & pietatis imagine pauci,
Surripiunt Vrbi vivos, animasq; reseruant.

Stabat lapsus Equo, fundo Simõ obrutus imo,
Pondere pressus equi; sed nondum cognitus vlli.
In quẽ fortè aliquis pedes incidit, vtq; mouentem
Membra videt subitò socios conclamat in illum.
Erigitur pedibus galeaque à fronte reuulsa
Agnouere Virum toto licet ore cruentum.
** Exertosque neci * vocat. Obseruate potentem,*
O Iuuenes, vobis infestum reddere Castrum.
Præterea vluens tanto vos ære replebo,
Pauperiem vestris vt non timeatis in annis.
Protinus · auditis hostes sibi fecit amicos,
Tutoresque sua meruit quæsisse saluti.
** Quis referat Simonis prælato nomine capti*
In vulgus dubiam quanto discrimine vitam
*Traxerit. E medijs gladijs, * plebisque furore*
Vinus in hostilem tandem deducitur Vrbem.
** Tunc præter multos Proceres in mœnia traxit*
Nobilitas belli præbens subiure fauorem,
Blandior infesti cohibens suspiria Vulgi.
Cernere erat galeas auri fulgore rubentes,
Arteque cælatos puro thoracas in auro,
Textaque lunatis argentea cingula bullis.
Arma iacent latos iam non pretiosa per agros,
Arma gerit mulier plenis onerata canistris,
Cara emitur Cassis, bino si venditur asse.
Altus equo laxis terit arua patentia frænis
*Militis arma ferens Pedes ostentata per * Vrbẽ.*
Mãdat humãda canis cõgesta cadauera fossis,
Quæ dispersa iacent, Rector, ne lethifer aer
Desuper insiciens sanæ præiudicet Vrbi.
Multa labãt rapidis fluuiorũ mersa sub vndis,
Post nonos conspecta dies deformia visu,
Tandem finitimæ quę susceperc lacunę.
Flumina finitimi Populi vetuere bibenda
Nostra diù puros dùm gustauere liquores.
Victor ouans lętam facit Aleinerius Vrbem,
Donaq; diuinis offert suauissima Templis:
Hermacora super, Fortunatusque beantur.
Sed Canis alta sui pandit suspiria damni.

Simonis hęc verba, sunt ad Pedites Patauinos.

Forte Rogat Mel. His dictis.

M. Quis referat Simonis nunc quæstio nominecapti.

Ibidem. Populique.

Idem. Tum.

In eodem post Vrbẽ sequitur Expectare suos, viresque adiungere pugnæ, Quę interim horum referenda.

Alys. Hermagora.

Albertini Mussati De Gestis Italicorum post Henricum VII. Cæs. seù de Obsidione Domini Canis Grandis de Verona circà mœnia Paduanæ Ciuitatis, & Conflictu Gallorum Liber X. explicit, incipit XI.

Digitized by Google

ALBERTINI MVSSATI
De Geſtis Italicorum poſt Henricum VII. Cæſarem.

SEV

De Conflictu Domini Canis Grandis de Verona apud Paduam.

LIBER VNDECIMVS.

GEſta canenda paras Pataninis annua fa- (ſtis.
O bona quãta Dies abeũtis cãdida Mẽſis
Auguſti denis, deniſq; à tempore lapſis.
Mille trecentenis enixa Virginis annis,
Si ſors hæc Erato *noſtro memor offerat ori,*
Et noſtram tenui vocem moderetur auena?
** Diua parens* Erato *patauæ concede* poeſi*
Victum Marte Canem patria depellere terra.
Miſſus ab Auguſto Dapifer iam venerat Heros
Vlricus pacto Patauæ pro fœdere Genti
Promiſſam laturus opem, Goritius alta
Cui ſe mente Comes iuſta violentior ira
Addidit in ſocias iuncto ſimul agmine partes.
Nec maiore mora, biduo quàm mœnibus Vrbis*
Accepti, certo collatis ordine ſignis
Egreſſi foribus longo poſt tempore clauſis,
Eduxere acies in aperti gramina Campi.
Primus ad occurſũ Caſtro Canis arduus alto
Exierat, campoq; acies eduxerat æquo.
Prima phalanx ſtruitur, dextraq. in parte locatur
Scalifer Andreas miles, belliq. magiſter
Andreas primi portans inſignia pili.
Conſeritur læuo lateri veteranus in armis
Vgo ferens nigram ſigno candente patellam.
Denſatur reliquis bello melioribus Ordo,
Queis inerat prima ſpes, & fiducia pugnæ.
Primus erat turmæ ductor Canis ipſe ſecundæ
Scalarum in medio cuneos, agmenque regebat.
Hic Patani extorres, hic Veronenſia ſigna,
Hic Vicentini reliqua cum gente Manipli,
Hic, quæcunq. aderant, coeunt in prælia turbæ.
Parte alia primæ ſpecimen Goritia frontis*
Prima tenet. nãq. illa Comes ſua bella vocabat,
Quẽ iuxtà Vlricus magno Vlrico patre natus.*
Ab læuo Comitem Rambaldum ſiſtere cornu
Conſtituit. Comes ille tibi Taruiſia Tellus,
Vt Genere antiquo, ſic bello inſignis, & armis.
** Hos galeata Cohors hirſutis horrida criſtis*
Exardens ſequitur pugnæ incumbentis amore.
Dehinc poſtrema acies Patauo cõdenſa Senatu
Sub Magni Vlrici ductu ſtipata caternis
Germanis dictis Caſtri de nomine Valſe.
Fecerat irriguam Brintha de flumine foſſã,
Qua Canis oppreſſã premeret violẽtius Vrbẽ,
Aggeribus tumidis, altaq; crepidine ripæ;
Qua iam ſuccenſo tardabat tempora Marti.
At Plebs acta fame, & longo ſtimulata dolore
Iam Ducis impatiens, celeri non iuſſa meatu*
Procidit ad fluuium, tabulis terraque repoſtis
Aſtruxit ſubito ſalicum de vimine pontem.
Tũ peditũ, quotcunq. capit pons arctus, in agros
Turba ruũt. Velut vnda Padi ſuppreſſa tumẽtis*
Vere nouo, cum ceſſit hyems ab rupibus altis
Decurrit niuibus Solis feruore ſolutis:
Occurrit ſpectator aquæ, tentatque Colonus,
Si valeat cœptum rumpentis ſiſtere curſum;
Siſtere ſed poſtquam deſperat, viribus impar
Cedit aquis properè fugiens. & valle relicta,
Ne fulctu incumbat, tumulũ feſtinat in altum.
Sic Canis, vt primum campis exire Maniplũ
Prouidus aſpexit, ſubito Spadone citato
Proſiluit volitans vna comitante Coborte,
Turbauitq. agmen peditum, qui ponte peracto
Tranſierant longãq; manu lata arua tenebant.
Protinus ad fluuij lacero redit agmine ripas
Turba fugax, pars multa canis ſe ſternit in vn-
Haud aliter, quã cũ demiſſus ab æthere Falco (dis.
Multa ſtrage ruens, horrendus turbine multo,
In latices pauidas demergere cogit Anates.*
Mox arrectus equo, clypeoq. innixus, & haſta*
Conſpicit armatas alia de parte Caternas,
Et videt Eoas acies, Germanaque ſigna,
*Goricos, *Sclauoſq; lenes, Tyrolas, & Iſtros,*
Valſenoſq; Equites quos longo Styria tractu
Miſerat Vlrico cupidos parere potenti.
Dehinc Taruiſinas decernit adeſſe Cohortes
Conuicina Fori comitantes agmina Iuli.
Hos inter Romana manus quã Teutonis Auſtri
Dux dederat, Mũdiq; pater tu Maxime Cæſar,
Teq; videt Paduane ferox obſeſſe per annum
Miles, & audacem Populum, qui flumina primi
Quæritis inſtantes aditu migranda repenti.
Non ſecus, vt laqueis à venatore retenti,*
Dũ ſtrepit ad prædã cornu infrendẽte, Moloſſi
Ore latrant, iaciuntq; acres è gutture ſpumas.*
Tantorum aſpectu monitus Maurtius Heros,

In eodem deeſt hoc carmen. Diua, &c.

M. hæc.

V. Triduo.

In M. Formæ, & Frontis.

In V. Dignus.

In M. Deſiderãtur hæc. Dehinc vſq; Nã magno in latio, *quæ inſerta ſecũdo libro prope finem deſcriptoris lapſu.*

V. & M. Vide.

V. Quoſcunque. M. & P. Suprema.

Mel. Semergere. M. Annixus.

V. Parthoſq.

M. Laquei.

V. Gurgite.

Quam-

In V. desunt. se se non.
In eodem est. Pugnę; & bello.
In M. pro forte est Toto.

Quamquã pugnæ auidus, multo vlterioribus im-
Consulit instanti se se non credere bello, (par,
Nec cõferre manus; sed fortè immittere Castro
Præsidium positis in proxima rura statiuis.
Interea à socios, quos Gens Lombarda parabat,
Expectare suos, viresq; adiungere pugnæ:
Hæc Canis audaci per se conceperat ausu:
Altera sed summo lata est sententia cælo.
Nã Christũ à dextris Patris de more sedẽtem
Virgo adijt Iustina cito celeberrima gressu,
Virgineo sociata Choro, sic quæsta dolenter.
Christe Deus, Mundo cui Virgo Iuuencula nupsi,
Dum Regina forem Patani ditissima Regni,
Exaudi, si iusta peto, si Chrysmatis vncta,
Si Martyr Regis si filia Vitaliani.
In M. Deest hæc dictio. *Gens inimica meam bellis crudelibus Vrbem*
Obsidet integro cur tantis cladibus anno
Te patiente Deus? Non exprobare voluntas;
Sed memorare mea est. Nõne hęc Baptismate pri
Vrbs Cisalpinis lauacrum suscepit in Oris: (ma
Verona fidei post tempora multa rebelle?
M. Testis adest, si vera quidem Sanctissimus illum Prosd. P. dogmate fassus Discipulũ. p. orbe quisnam fidelior isto. M. Ipse. *Testis adest, si vera sacer transmissus ad illam*
Præsdocimus docuit, Petri se dogmate fassus
Discipulum. Populus quisnam Orbe fidelior isto
Templa tibi, Sanctis quotus maiora per omnes
Extruxit terras cultu celebranda perenni?
Et tamen ipsa meo vix iam viduata locello,
Basilica ecclesia nona, nunc Præside pulso
Deseror infelix. Non importuna requiro.
Pone manum pharetræ, & sãtẽ quacunq; sagitta
V. Fuge. *Fige Canem, victumq; mea fac cedere terra.*
Arrisit Sanctæ Proles Diuina Puellæ,
Et flentis madidos palla detersit ocellos;
Appositoq; manum capiti, plausitq; querenti.
Leniter his verbis. Non sic mea Virgo decora
Res Padua veteres, Generis, Patrisq; Tuique
Negligimus; nostræ sed stat sententia menti
Gratuitis Patauam tractare fauoribus Vrbem,
Hocq; tui causa, Sanctorum & amore meorum,
Quos ea claustra tenẽt. Ipsi nam fulmine nostro
Fudimus infestos ingenti vulnere Gallos
Hesterna, scis ipsa die. Non viribus vllis;
Sed nostra periere manu. Tibi vera fatemur.
Pro culpis, meritas nonnullo examine pœnas
Sustinuere Tui maiori turbine digni.
In Patua longa pro pace Superbia terra
Creuerat, vnde Iræ, Inuidiæ, & genus omne ma-
Luxuriæ turpes, & auari fœnoris vsus: (lorũ,
Inde feræ Cædes, Odia intestina, Sceluſque
Omne, quod in prauis solet increbescere terris.
Non nisi criminibus cessat Censura piatis
Nostra, nec accedit nisi certis Gratia causis.
Verùm Virgo tibi iam nunc miserescimus vltrò.
Quæue super factis Padua proponimus audi.
Saucius ecce Canis superatus Marte recedet,
Vt petis. Hæc hodiè iam iam te supplice fient.
Pax erit, & sanum vobis placabimus hostem.
Nam magno in Latio multò maiora paramus.
Quippe duplex Ligurum calcabit Gallia terras,
Vrbibus Hesperijsiam iã noua regna resurgent.
Nec plus quære. Tuus Patauus contentus abibit.
Digressus campo, collectis vndiq; signis,
Egregijs de more Viris adsurgæ relictis
Dux Canis ante alios Castri tendebat ad Arcem.
Non sic summa sinũt. Pedites namq; antè repulsi
Missilibus varijs hostilia terga sequuntur.
Tunc excire Canem pugnæ de Ponte cucurrit
Hala equitum primis peditũ coniũcta maniplis,
Quæ Canis extremam turbabat abire catervam.
P. Tunc que. *Tumq; eius frontis Proceres cum turbine multo*
Alipedes monere citos, atq; impete magno
Diffusum retrò Populum vertere fugacem.
Constitit audito Canis omnis turba tumultu,
Contraxitq; moras instanti pendula pugnæ.
Protinus ecce Comes celeri Goritius ardens
Vectus equo Henricus, phaleris à clune reiectis,
Acer in extremam denso ferit agmine turmam.
Res agitur telis, bello se conserit omnis
Miles, & in lato peraguntur prælia Campo.
M. Læta. forte pro lassa. *Icta gemit tellus pulsu concussa frequenti*
Cornipedũ, volitat diffusus in aera pulvis,
Cõseritur pede pes, crus crure, & pectore pectus.
Igne micant fulua ferri stridore fauillæ,
Collidunt clypei, crebris sonat ictibus aer.
Turbat & intuitus spumantum sudor equorum,
Atq; per auditum vox non decernitur vlla.
Idem. Tunc. *Tum stragesq; cædesq; virum, primoq; tumultu*
Vgo cadis sparsa cerebro manante patella,
Vgo, Cæsareis melior quo nullus in armis,
Fortior aut Montis gessit fera bella Catini.
Sternitur Andreas ductor, belliq; Magister,
Destitutitque suo pollutas sanguine Scalas.
Cum Pontẽ exiliens magna comitãte caterua
De Valse Vlricus toto ruit agmine Magnus,
Instaurans cœptum iuncto certamine bellum.
Tum strepitu lituũ, & magno clangore tubarũ
Mille perhorrendos fundebant cornua cantus,
Buccina terribiles edebat stridula voces.
M. Secundæ. *Cessit rupta acies Canis, & colliſa secunda*
Detrudit venientem, & se inuisse parantem,
Conantemq; retrò præceps socia agmina vertit.
At Canis euersas cernens secedere turbas,
Forte. Obtectus. *Instaurare studet, clypeoq; obiectus, & ense*
Exclamat. Socij fugitis mea gloria semper
Insoliti? & ferro quæsita relinquitis arua,
Deseritisq; Vrbem longo iam tempore victam?
M. In hostes. *Mecum agite, & ferro pariter tẽdamus in hostẽ.*
Hæc ait, & secum Proceres in bella reflexit.
Vt Leo marmaricum fronti illucescere ferrum
Cum videt, excitam magis exardescit in iram,

Ignarusq; fugæ deſpectum excurris in hoſtem.
Aſt belli pondus tum vi maiore graueſcit.
Namq; Canis turbis ex omni parte ſolutis,
Dum proſtrata ruunt fuſorum turba cadentum,
Viribus hoſtiles canei maioribus inſtant;
Qui non ſponte Canem retrò ſecedere cogunt
Magnanimum. O quanta cordis penetralibus ira
Vertere terga pudet. Repetens munimina Caſtri
Ingreditur primas magno conamine barras.
Vtq; videt barris certantes cominus hoſtes;
In Caſtrũ ſubiturus erat; ſed ponte leuato
Vertit ab Arce gradum, dubieq; canere ſaluti
Penſat, & ad Montis Silicis diuertere callem:
Tum citat alipedem ſaltu; ſed protinus ipſe
Incidit in foſſa, fieri quam fecerat, ima.
Accurrunt Comites magno diſcrimine circùm,
Deprehenſumq; leuãt armis & põdere lapſum*
Reſtituunt magno tremitu, ſellaq; reponunt.
Vtque impoſtus equo calli ſe vidit aperto
Expoſitum, Silicis tuta ad munimina Montis
Dirigitur rectæ ſernans veſtigia ripæ.
O nunquam ſtabilis vario diuerſa rotatu
Rebus in humanis quantum Fortuna iocaris?
Non ſimili fruitur tua magna audatia curſu,
Magne Canis, quo tu Patauorum millia paucis
Fudiſti ſocijs. Tunc ſe ſic fata ferebant.
Aſt Iuuenis ſumpta ſecum feruentior hala
Vlricus condenſa Canem per bella requirit,
** Tranſgreſſuſq; acies omni ſtatione pererrat,*
Qua putat eſſe Canẽ, multorũ & cade peracta
Quò ſentit fugiſſe Canem, ſe tranſtulit illò,*
** Calleq; quo pergit, curſu decurrit eodem.*
*Vt Veltres fugiente Lupo, latranſq; * furenſque*
Per ſentes, & rura meat, memorumque receſſus
Ambit, & arrecto ſequitur veſtigia naſo:
Vt verò latices, vel ſumma cacumina ſentit
** Pertranſiſſe, redit ſine ſpe, mentemq; reponit.*
Pons erat amplectens Fluuiũ, quo ſcinditur ager
Directi callis, Canis hunc traiecit, & illo
Confeſtim amoto, Ruralis ſorte reperti
Functus ope, obiectã linquit veniẽtibus vndã.*
Tunc quoq; liberior galea poſt terga reiecta,
Squallidus aerij ſumit fomenta vaporis.
Longum iter ad Mõtem viſum ſub pondere feſſo
Armorũ, & pulſu pendentis crure ſagittæ.
Huius nota manus non eſt; ſed fortè putarent
Demiſſam Cælo, quam tu Iuſtina petiſti.
At pigritantis equi ſtimulis, pulſuq; frequenti
Se tandem in Caſtrum multo langore recepit.
Vlricus ſublata Canis veſtigia linquens,
Infrendens ira, minima quòd tardior hora,
Ocyus implicitum non circumuenerit hoſtem,
Obtruncat profugos, quos inuenit, obuius omnes.
Diffuſa de parte Canis nonnullus ab altis
Elapſus ripis mortem ſibi legit in vndis.
Sparſa Canis Campis acies diffunditur omnis.
Nec præda, cadiuè modus. Paduana per agros
Plebs infeſta furit nullo ſatiata cruore:
Diripit abiectos, nudataq; corpora truncat.
Panditur hic, peperit quod longa iniuria, crimẽ,
Dimittitq; ſuos inferna ad Tartara Manes.
Dũ gladijs exẽpta ruens Canis hala propinquũ
Effugit in Caſtrũ Patauis immixta caternis.
*Namq; patens Caſtrũ, portiſq; * effuſus apertis.*
Conflictu in tanto Cuſtes effugerat omnis.
Sed ſubito diuulſa fugit Gens hoſtica Caſtro,
Et Vicentinas lacero petit agmine terras.
O hominũ mẽdax, & inanis opinio? Nunquã
Quẽ cupit aſſequitur, niſi dextro* Numine, q; sq̃.
Caſtrum excelſum, ingens, atq; expugnabile nũ-
Viribus humanis vna vaneſcit in hora. (quam,
** Liquitur infenſum. Canis ipſe ſatiſq; ſuperq.*
Perdere, dum tantum fugeres, contentus abiſti e
Quis numeret pingues, prædas, effuſaq; campis
Arma, & Equos, fluuis & rura micantia ſellis?
Quaſq; Canis thalamo ſeruabant ſcrinia gazas,
Inſutaſq; auro veſtes, Zonaſque, thoroſque?
Plebs rapit. O mirũ auditu. Paulo antè ſuperbæ
Vertitur in nihilum Magni Canis Inſula Scalæ.
At cadit Oceano dum Sol, redit omnis in Vrbem
Victor, & optata dudum dat membra quieti.
Aſt matutinos tribuit cum Lucifer ortus,
Atq; oriens Mundo diſperſit lumina Titan,
Viſuntur prædæ, captiuorumq; caterua,
Cornipedumq; greges, & Martis dona fauentis.
Vota Deo ſoluunt, & ſummo brachia Cælo
Tendunt, ac longis cingunt altaria ceris.
Vocibus acclamant Fridericum viuere Regem
Auguſtum, & magnæ roſtris conſidere Roma.

Albertini Paduani de Geſtis Italicorum poſt Henricum VII. Cæſarem, ſeù De Conflictu Domini Canis Grandis de Verona apud mœnia Paduanæ Ciuitatis Liber XI. explicit, incipit XII.

M. Preſſum.

In M. Fuſus.

M. Munere.

V. Linquitur.

In M. deeſt hoc carmen. Forte. lic. Hic deficit Cod. P.

In M. Curenſque.

Ibidem. Exceſſiſſe.

Mel. Liquit.

V. Relicta.

Digitized by Google

ALBERTINI MVSSATI
De Gestis Italicorum post Henricum VII. Cæsarem.
LIBER DVODECIMVS.

Ad Bentium Charissimum Amicorum.

RVBR. I. De Traditione Paduæ ad Canem Grãdem Anno MCCC XXVIII. Mensẽ Septẽbri, & Causis præcedentibus.

DE Ordine Causarum, Fatorumq. serie in Opere nostro de Lite Naturæ, & Fortunæ tractauimus, quatenus materia illa suppetijt. In quo licet ea, quæ aguntur verisimiliter, nec non (vt nonnulli existimant) necessitati incumberẽ videantur: omnia tamen illa humanæ subesse virtuti veriori, & sanctiori ratione concluſimus, cui desuper Excelsus Deus liberi conditiones donauit arbitrij, cum à primordio rerum liberum creauit, & edidit prothoplastum, nisi se ipsum exinaniſſet, & feciſſet in sui ipsius præuaricatione manicipium. Lapsus quidem in naturam corruptibilem, non modo is peccati seruus factus est, sed (proh dolor!) à se progenitos fecit obnoxios. Infecit inde Orbem terræ * excadescentia stirpis Caim in ætate primæua, quæ pœnitentem Deum talis Creaturæ delere aquarum inundatione coegit. Sed quid ni? Genus illud primum Deo bono extinxisse quid profuit? Cum secundum sæculum paulò post in nequitiam reciderit Esau. Nec ea substitit: sed ad hoc vltimum Mundi senium perdurauit, non ipsius Dei Summi per certam Sobolem Cœlo dimissam visam & cognitam monitionem * correptum. At præterierit antiquitatum, codicumq; veterum * vigens, atque exuberans: sed non exprobosa memoria: & subiecta nostris oculis insignis, atque omni æuo memorabilis subtexatur Historia, in qua post Eccerinidem nostram Paduana Posteritas fortunam Vrbis suæ, & velut ab ipsa natura inditum, ac fatale euentuum suorum iudicium speculetur, siuè prò terræ situ, siuè talium elementorum fluxu, seù quauis occulta dispositione Mortalibus. Variatur siquidem semper Ciuitatis huius status * alteratione mirabili, qua annorum circiter L. curriculis cunctis Naturæ, quæ sub Cęlo sunt bonis pullulat, & augescit. Virtutibus prędito Ciues gignit: Illibata pace fruitur; finitimis Ciuitatibus prędest, quas amore, & beneficijs ad se allicit, & veluti Mater gratuitis protectionibus principatur. Sed vbi Res publica, priuatorumque in tantum ijs creuere virtutibus, ac moribus, vt magnitudine laborent sua, * insæuire Fortuna, ac mutare omnia incipit; & in pecuniæ cupidinem omnium scandalorum materiem liberalitates, probitatesque conuertere; & in opulentijs inopes esse, & Deum Sanctosq. quos suprema opera, & religione eò vsque coluerant, negligere; & in vsuris, ac fœnore tempora, dicsque assumere, & animos exercere. A cuius auaritiæ initijs Sancta suppeditatur Iustitia, & Nephas dolis atque fallacijs vsum capit, omnesque bonas artes in vitia, nequitiasque confundit. Ex quibus omnis regiminis fræna rumpuntur, & repentè solutis institutorum compagi-nibus tyrannides incidunt * improuisas. Et habet hunc excessum flagitiosum illa infausta Communitas, quòd postquam in ruinam lacerata dilabitur, obortæ in ea crudelitates, & inhumanæ calamitates exemplo carent, & inaudita exitia, & fœditates, quæ per omnes Mundi terminos stupescere faciunt audientes, & mirabundam faciunt memoriam sempiternam. His igitur de Vrbis natura præmissis exordia, potioresq. causas defectionis, ac traditionis ad Canem quam compendiosiori poterimus indagine differemus.

Post Pauli Dentis commotionem, quæ adeò Populi Paduani eneruatio, exitiumque extremum fuit, vt nec Respublica * illa, seù Communitas aliqua dici posset, Populus inde, ac Plebs Carrariensium, vti * pecora, aut seruilia mancipia facti sunt, tanta vitæ circumuenti formidine, ac Dominorum plurimorum perplexitate, vt in quem vnum Dominium intenderent, cuius vmbræ, aut tutelæ se se committerent, ipsi haud scire possent. Omnibus autem se commendatos facere, vt à singulis tuti essent, nec facultates hominum, nec tantarum summissionum studia suppetebant. Tyrannidis quippe huius nouæ ex hac status mutatione suborta Capita erant Nicolaus Miles, Marsilius Magnus, quem sic comparatione Marsilieti vocitabant, quem ex personæ proceritate, ac ingenti virtute superabat, Marsilietus, Obizo, Iacobus

Duplici M. S. ess summus in hac, & sequenti Rubrica emendanda, Vno Clarissimorum Papafabarum, qui nota hac, PP. insignitur, altero Veneto, quem, V, littera denotamus. Cæterum, qua toto illo temporis interuallo, quod inter Conflictum Canis G. apud mœnia Padua, & Traditionem eiusdem Ciuitatis eidem Cani gesta fuere, perse cuncta est diligenter Cortusiorum alter, qui emendatus & ipse post Nostrũ prodiem apparebit.

Sic emendauí locum hunc, cum in vtroq. M. S. esset Scatescentia Stupis, *nulla planè sensu. PP.* Correctũ.

Idem. Ingens.

Idem. Alternatione.

In V. Luscinere. *Fortè pro* lascinire.

Melius. Improuisæ.

Fortè. Villa.

V. Pectora.

Google

Iacobus ætatè pubes, Vbertinus, omnèseius prosapiæ de Carraria eminentiores virum ta-
put Dominij concipientes, & sibi Vrbis totius imperium inducntes. Is adijciebatur Tarta-
rus de Lendenaria Vbertino, tanquam iuuenco atroci & indomito, coniugatus, quo nulla
Tygris, aut Fera seuerior. Suberant ijs & alij Carrarien sium semper facinorosi fautores Ay-
cardinus, & Franciscus de Capitcuaccæ (sic stirps illa nuncupatur) omnium flagitiorum, sce-
lerumque consortes, sub quibus omnibus Catuli aderant plurimi dentibus iam rapaces, &
vnguibus, qui & ipsi in maioribus delictis, criminibusque * insæuiebant, potentijs eis ad ma-
iora non deseruientibus. Principiò huius sæuæ, horrendæque Dominationis, vt vllam regi-
minis faciem Vrbs habere videretur, quam maximè procurauere, * vt Canis Grandis vio-
lentos ausus, insecutionesque retunderent Vlricum de Doneldorf, cui Vlricus de Fanni-
berch Subuicariatum pro se sub H. Boemiæ Regis, Ducisque Karinthiæ titulo absens reli-
querat, sibi, Vrbique Dominum, Rectoremque nomine prætulere; sed re Clientem, turpem-
que Conseruum, & in omne commissum facinus pronum magno de iacturis Monasterij San
ctæ Iustinæ, pulsorumque Ciuium, qui Vrbe ingenti metu profugerant, ære suscepto, illum-
que pro ipso H. Rege sedere pro tribunali fecere, vicesque regias obtinere, cuius autoritate
capitalia iudicia * promulgata sunt. Nec eorum dumtaxat, qui Paulo se adiunxerant, latcri-
que eius astiterant, contenti nominationibus, damnationibusque, qui triginta pedites, equi-
tesuè, seù circiter fuerant: sed per Quarterij Pontis Molendinorum Vicos, adiacentiasque,
* nec non per alias Ciuitatis oras, quos vllo antè tempore Lemizorum, Dentiumque affi-
nes, amicosque esse pernouerant, damnationi adiacere, reosque mortis, & proditionis obno-
xios iudicari fecere, multis etiam insertis, qui tunc Vrbe abesse comperti sunt. Neuè sceleri
iam * cæpta auaritia deesset, multos dolo nominatos eisdem scriptis nexuere, quos singilla-
tim ære redemptos, tamquam exortes, dimisere. Et lues hæc per dies plurimos perseverans
miseros Plebeiorum, Opificumque, qui locupletes putabantur, contributionibus exactioni-
busque affecit, de quibus multis notitiæ non latuere. Multi quoque poenalibus comminа-
tionibus iussis eisdem silentijs ad tempus conticuere.

Dum hæc Paduæ soluta Reip. compagine à Carrarien sibus agerentur, superaduenit Cun-
radus de Oueslagn pro H. iam dicto Boemiæ Rege, ac Duce Karinthiç abdicato ab Prę sida-
tu Paduę Vlrico de Fanniberch, pro eo, quòd super Gulielmi Dentis nece segniter, ęgrèq; se
gessisset. Hic galeatos CC. secum superadduxit alijs C. in Vrbe, quos sibi adesse prę consti-
uerat, compertis. Missus hic erat ab ipso H. Rege ex Consiliariorum suorum consulto de
nece Gulielmi Dentis, excursu, & insultatione Pauli ad plateas, de Potestatis occisione, re-
liquisque excessibus veritatem agnoscere, fontes punire pro reatuum qualitate, & * Ciuita-
tem reformare, & honori Regio prę cipuè intendere; Communitates, & ęqualium Ciuium
consilijs sub Statutorum Ciuitatis obseruatione adhęrere, ac etiam Plebiscitorum, quibus
Plebis * fauores cauebantur. Cunradus hic subactam à Carrarien sibus (vt perhibitum est)
Vrbem inueniens, constratosque metu, ac terrore Ciues, Abbatem Vangaditiæ eousque &
Regi, & Populo creditum Venetias in tanto discrimine abijsse, Mussatum Clugię relegatum,
Ioannem militem de Campo S. Petri, & Ciues alios, qui Regio, Capitaneorumque consi-
lijs adesse consueuerant, metu Carrarien sium ad circumstantes Terras aufugisse solis Car-
rarien sibus circum illum consistentibus, & querelas, rerumque causas nullo obice pro suo li-
bitu, fauoreque proponentibus, * dicentibusque se se pro Rege iamdudum Ciuitatem hanc
à Cane Grandi, seditiosisque Ciuibus defendisse, nuperque Paulo Denti spurio quondam
coniuratione multorum in Regium damnum, dedecusq. plateas insultante solos restitisse, &
sanguinem suum fudisse cicatricibus in patulum comparentibus: offerre se suo assistere lateri,
honoribus, & beneficijs prosequi, atque oblequi: imperet ipse pro Rege, suosque esse satel-
lites, & aduersus Canem, & hostes quoslibet tam domesticos, quàm exteros affuturos, om-
neque discrimen * subituros. Ac insuper naturam viri, moresque agnoscentes, quod honore
Regio, suoque & cunctis sub Cœlo rebus sibi pecunia carior esset, subijecere Ciuitatem,
* Ciuesque, quamquam multis agitatam, obsoletamque exactionibus, adhuc non sic exhau-
stam, quin pinguior, opulentiorque sit, quàm suppuretur. Videat ipse, iubeatque * quantas
exhiberi opus sit in omne expediens, vtileque subsidium, ipsis solis enuntiet, omnia seù vo-
lentibus, seù nolentibus quibusque nullo medio executuris. His exhortationibus, & præser-
tim audita pecuniarum mentione Cunradus (quamquam ad alia communiora, & saniora
se missum agnosceret) perplexum, ac vacillantem animum in rectum, obliquumque permi-
scuit,

PP. Inseruebant *pro* Inseruiebant. *Mss.* Vtque.

V. Promulgata.

PP. Nec non, &. *Limisciorũ, seù Limitiorũ Scardeonio Lib. III. Class. XIII. pag. 218. Vetus.* Cæpto.

PP. Ciuitatẽ in pace reformare.

In eodem. Fautores; *sed male. Istaq; in eo videtur abrasum.*

V. Dicẽtibus.

dem. Subiecturos. *Et desideratur verbũ* Putet. *vel quid simile.*

Forsè abundat hac dictio. Ciuesque. *Intellige.* Pecunias.

Ienit, ſeque illis affabilem, magiſque occidua, quam conſtantiori continentia mediocriter exhibuit. De qua Carrarienſibus * perpendiſſe in ſignum venit, ſpemque illorum erexit, cum familiaris, ſocialiſq; quàm Iudicis rectoris actus oſtenderet Tartaro; Vbertinoque facinorum auctoribus arridens, interdumque ad medios amplexus condeclinans, quod mox * communes Ciues, Populareſque pauere, & diſidere de illius inconſtantia fecit. Per eos dies à Muſſato de Clugia litteras ſuſcepit tenoris huiuſmodi.

PP. Perpẽdiſſe ſatis in ſignum venit.

*Reminiſcatur ad quid, quibuſque cauſis ab Regibus duobus ſcilicet * F. Auſtriæ Romanorum Rege, & H. ſimiliter Boemiæ Rege, & Karinthiæ Duce Paduam miſſus ſit, ex amborum conſtantī conſulto. Quare etiam abdicato à Præſidatu Paduæ * V. de Fanniberch ipſum ſubrogauerint, miſi ex eo, quod in Gulielmi Dentis internetione deteſtabili ſeguiter ſe habuerit, hebeſque in vltionem debitam tàm execrabilis criminis fuerit, & quorum probatis conſilijs vti * inſſus ſit: neuè in partem vllam factionis vllorum Ciuium pendere meminerit: ſed maxime communionis * decretis, conſilijſque publicis, & priuatis Rempublicam nullis opprimi ſinat: de criminibus, craſſitijſque tam in Remp. quàm in priuatos iudiciarijs cenſuris iudicet: ſub quietudine animorum Communitatis vniuerſæ Regiam potentiam, auctoritatemque ſublimet, quæ quarumlibet potentium audacias ſternat: conuictos ſcelerum reos damnet, & innocentes abſoluat, fugitinos Ciues in tutum in Vrbem reuocet, qui ſe ſe reatuum impollutos exiſtiment: ad ſe venire Muſſatum iubeat ab re in Clugia ſequeſtratum, nec non & reliquos, qui potentiorum metu profugerint, quibus fas ſit de ſe, & Rep. conteſtari, qua vera ſunt.* Cunradus auditione earum, quãquam iam amore pecuniæ mente corruptus, læſa conſcientia conſternatus, per indicẽ affatim Muſſato per hæc verba reſpondit, litteras ſiquidem ſignare auſus non fuerat, ne quo errore tenor ad Carrarienſium notitiam peueniret. *Et ſcire, & reminiſci ſic eſſe, vt Muſſatus indicauerat: ſe ſe Muſſato admodum grandi accepto teneri ſeruitio, cuius ſolertia, & procuratione apud iam dictos Reges hunc vltimum Præſidatum obtinuerit: Non hæc menti ſuæ vnquam excedere. Tranſmiſſa conſilia prò ſalubribus documentis habere: verum variatione paduanarum rerum exercitia gerendarum in promptu non eſſe, niſi conditiones liberiores habilitentur. Hortari eum, ſimulque & precari, ne tedeat pauliſper eo demorari, quo eſt loco, dum repatriandi commodior opportunitas tempus, locumque captabit.* Interea Carrarienſes ad Viri conuerſionem ad ſe ſummis ſtudijs intendere: Cunradum ſummiſſis plus timore, quàm amore Ciuibus caſeruatim, ac ſingillatim, & viritim ſubornare: ſollicitare, qui Cunrado ſuggerãt in potentijs, prudentijſque Carrarienſium ſalutem Vrbis fore: illis innitendum, adhærendumque tamquam tutis præſidijs Ciuitatis, quibus agreſtes omnes a circumferentijs Taruiſini deſtrictus, per finitimas Venetorum lacunas vſque in meridionalem oram affinem Communitatibus Marchionum Eſtenſium, atque Coloniarum ferè omnes, quorum maior pars inquilinorum ſuorum erat, ſuis iuſſis * putarent. Idemque de maiori Popularium, Ciuiumque parte media Vrbis incolentium fore, Vrbem ſuis velis, ſuis remigijs gubernari oportere. Nec non & auribus eiuſdem addicere ſecus eſſe non poſſe, in eorumque eſſe poteſtate trans omnem Regis ſui potentiam ſtatum Ciuitatis in aliam formam commutare. Ipſi quoque præcipuè Nicolaus Miles, & Marſilius Magnus dies, noctesque ad illum frequentare magnis armatorum, ſociorumque comitiuis, cænare, commeſſari, exennia, poculenta, & eſculenta offerre: ſed attentioribus, validioribuſque ſtudijs pecuniam polliceri de publico ære quantitates exprimentes, quæ in promptu erant, & ſimiliter de futuris exactionibus * & contributionibus Ciuium prouenturas abſque vllis querelis in publicum diuulgandis. Quæ omnia ſitibundum, auariſſimumque hominem, vt prædium, vel mancipium emptum cum omni anima, & ſpiritu in Carrarienſium poſſeſſionem tranſtulere, & ſic omni poteſtate exuto, vt eorum nutibus res priuatas omnes, & publicas condonaret.

In V. Cões. *Forte pro* Oẽs. *Ideſt.* Omnes. F. Friderico. H. Henrico. V. Vlrico.

V. Miſſus ſit.

Idem. Detectis.

V. Parere. *Pro* Parerent.

Mel. Ex.

Quibus compoſitis extemplo * Hengelmarius de Villandres contubernalis eius cum literis Communis, Legatiſque Carrarienſium fidis ad H. tranſmittitur, qui ſententias capitales aduerſus Paulum Dentem, & Complices, ob eamque cauſam damnatos ſua Regia auctoritate confirmet, tamquam ſuæ Maieſtatis reos ſub omnium confiſcatione bonorum. Aliaque ſecum attulere commenta iuxtà Carrarienſium optiones, quæ populum, plebemque, ac omnem Communionem per indirectum Carrarienſibus ſubiciebant. Verituſque Cunradus, ne tam dura, & minimum ſub iuris, & æqui ordine, & veritate exquiſita, compoſita, & ſuggeſta in Regis Curia reproba haberentur, ipſe ſumptis ſibi à Carrariẽſibus Collegis Maranum ſimul ad Regem contendit. Mirum huius Viri virtutes, vitiaque, ſimulque Fortuna quam magnificum

In ſerie Poteſtatum Paduanorum ad calcem Rolandini Grammatici de Geſtis Marchiæ Tarviſinæ An. 1328 Laudatur Poteſtas Griffus de Villandros Theutonicus. *In PP.* Hengelmarius, Hengemarius *paſſim appellatur.*

gnificum fecerint. In armis siquidem strenuus erat, robustus, & fortis. In Cutijs ante Reges admissior, & omnibus præstans. Operum, & præsertim bellicorum solertissimus effector. Exercitatus, & audax in omnibus, quæcunque Reges iussissent. Inferioribus verò fortis midabilis, & metuendus; sed semper pecuniæ famulentus, & nullis copijs explendus. Quinimo ad conduplicationes vehementer sitibundus, quibus deficientibus & ipse in iram lacessitus omnia desponsa seruitia deserebat, nec in alienis bonis, aut ære sibi suscipiendo fasvè, nefasvè quidquã intererat iusti, iniustiuè dationes fuerint. Enimverò per eos dies Abbatiæ Sanctæ Iustinæ frumenta, vina, & quæcunque mobilia, quæ obligare cuiquam Abbatis etiam delicta manifesta nequiuerant, licitari sub hasta, vendique fecit, & in suam reposuit neglecta omni Sacratissimi Templi, ac Dei, & Sanctorum suorum læsione crumnam. Sed proh irrisibilis, atque odibilis Diuinæ Maiestatis allusioè Vir hic Ecclesiasticorum bonorum expilator, & prædo omni mane, summo diluculo tenuis saltem Missarum additionibus miris vacabat supplicationibus, nonnunquam editis è pectore imo suspirijs, labijs iugiter in frequentatione Dominicæ Orationis collidentibus, & incusso frequentius pectore ad summum Cælum attollens oculos, vt luctuosus aspicientibus appareret, & in cæremonijs, diuinisque mysterijs diuulsus in audientijs propositarum antè se causarum labia iugiter verberabat, nec vnquam antè meridianum cibum, veluti raptus à diuinis speculationibus, ad humana colloquia descendebat. Quodque maius, admirabiliusque censeri potest, obiecta meis oculis hæc ipse vidi. Quod scilicet de ijs, alijsque rapinis in plerisque Karinthiæ Oppidis claustra Sanctimonialium, Ecclesiasque, ac Basilicas extrui fecit largitionibus sumptuosis. Sed ne scripta hæc mea, quæ apposita leget ociosa posteritas, increpanda relinquam, quod has Diuinæ Maiestatis * alluuiones diximus, si forte potius commendanda conscribi, dicique potuerint, Diuini, non mei relinquo cogitationi iudicij. Ipse quidem infallibilis scrutatur corda, & renes Deus, cum nos Mortales perlæpè tenebras * lucem, & lucem tenebras arbitremur, quoniam nostris præuaricationibus in tenebris ambulamus. Videre videor Cunradi accusare delictum, quòd me, meaq. venditor illis emptoribus in hac generali sua traditione concesserit. Nam fortassis & hęc mihi lux fuit, qui patrias * deinde calamitates, & extrema facinora videre subtractus sum. Nec licet scire quanti me, meaque inter illa pecora æstimauerit, quem per XL. fermè lunas Vrbe exclusum, bonisque & honoribus patrijs exutum in ipso exilio dereliquit. At fortassis & hæc mihi lux fuit, qui patrias deinde calamitates, & extrema facinora videre subtractus sum.

Sic in vtroque Cod. M. S. sed Allusiones me[illegible] Diuinæ [illegible] alluuiones.

In P. P. desideratur hæc lucem, & lucem tenebras.

Idem. Inde.

Abijt igitur Cunradus gazis Paduanorum onustus Hengelmario, & Legatis secum ductis ad Regem. Vbi Rex acciris Consiliarijs, quamquam iam de omnibus, quę Paduæ gesta erant, edoctus, de Carrarienssium scilicet prælatione ad Vrbis Potentatum, & empta Tyrannide, legationem audiere, qualiter ipsi Carrarienses pro suis fauoribus, alijsque criminationibus * dictauerant. Vrbi videlicet diligenter, accurateque prouisum fide, consilioque fidelium Carrarienssium, qui honorem Regium ab infidelibus, sceleſtisque Ciuibus suo sanguine, ac virtute defenderant Populo in pace dimisso, qui non aliter, quàm ipsorum potentijs, virtutibusque reformari potuerat, si quę Paduæ composita, ac constituta sunt, obnixe per Regem comprobentur, redituroque Hengelmario, dum ipse quoque Cunradus breui ad Vrbem rediturus sit, executio pleno iure commissa sit. Sed nisi mihi de Regis huius leuitate, ac mollitie hoc in loco plura differenda sint; pauca tamen dici veritas admonet. Animo æquo, & iusto parum deseruiebat virtutis, vigorisque * vitiatas, & digna tanto Viro Regalis auctoritas, cum nihil sibi, præter nomen Regium, quod in Principes suos non transfugerit, in sua ditione reliquerit. Sed horum plurimorum animos insolentes, superbosque faciebat summa Regis humilitas, & nimium laxa licentia, vt se vnusquisque in Regni vicissitudinibus, & Ducatus Regem, Ducemque reputaret. * Et quæ semper..... & Principatuum curias inficit Auaritia, horum omnem fermè Regis huius honorificentiam occupabat sibi in laudem reputantum, vt non plures æstimaretur, quam nomen inane, & vacuum Regiæ maiestatis. * Ille titulum: Hi Regni, legaliumque obuentionum, atque prouentuum possessione gauderent. Quod satis, superquè magnificus superbusque progressus Paduæ, quem in paulò antè Canis Grandis hostis obiectum fecerat, & ignominiosus reditus omni æuo pudendus ostendit. Expositis itaque per Legatos Paduanos suasione * indicationeque Cunradi, quæ Carrarienses præconstituerant, ea nullo renitente, aut contrà audente in conspectu Cunradi decreta sunt, iussusque Hengelmarius Paduam redire, & rata haberi Regis auctoritate iubere, &

Idem. Dictitauerant.

Forte. Vicinitas.

V. Et quæ semper iniendū, & principatuum curias. *ne scio quo sensu. Supple* haberet. *Vel* Ille titulo *scilicet*, gauderet; Hi &c.

V. Indictione que.

pro

pro Cunrado Ciuitati præsse, & Regio assidere Tribunali, & sumpto sibi aliquo Potestate publica iudicia pro Patriæ consuetudine Communitatem regere: Sed priuatim Carrarien sium consilijs, ac nutibus adhærere. Quibus explicitis Cunradus in Karinthiam, & Hengelmarius, & Legati Paduam profecti sunt. Paduam ingressus Hengelmarius acta in Curia primum Marsilio, Nicolaoque, & Carrarien sibus per ipsos Legatos interpretes pandit. Congratulatione magna in thalamo cum amplexibus facta concionem in diem sequentem acciri voce præconia faciunt. Hengelmarius in concionem more penè Regio delatus acta apud Regem *vulgari magno præconio, applausibusq. fecit, gaudere omnes Ciues, Vrbemq. tranquillam deinceps intrò, citròque tutam fore Bannitis, qui cũ Paulo Dente ad plateas procursauerant, sequacibusque. Qui per se ipsos profugerant, reos iudicauere, proditoresq. Regis haberi. Concione dimissa omnis Populus, Plebsque per Vicos ad ædes proprias discedentes inter se verba corde mœsto iacere; tacitis sermonibus conqueri; Remp. Carrarien sibus subactam; deinceps Tyrannos metu, muneribusque colendos; absentibus, profugisq. Ciuibus compari. Nonnulli, quæ futura * Vrbis excidia, flagitiaque cernentes ad rura concedere: alij ædibus proprijs latere, & publica loca cuitare. Et per eos dies conuenientes Carrarien ses in locis priuatis de obseruantijs diserentes optionum diuersarum erant. Quorum Iuuenes arcere impetus nequeuntes vlciscendum de maleuolis censebant, nec vltrà diferendũ, potiundumq. hac Fortunæ largitione aduersus insanum populum, qui fermè * totum in partes Pauli à cæde eorum, non nisi pusillanimitate, ac vilitate Regentibus * concesserant: licentijs vtendum à fortuna concessis, & statu præsenti consequente, Cane non forsan in longum stabili. Nicolaus miles Tartaro ferè per omnia vnanimis Iuniorum consilijs, & si non per omnia assentiens, in plurimis conueniebat, luxui, omnique corruptioni vsquequaque dispositus. Sed Marsilius altiori animo omnia contingentia permetiens alijs vijs incedere cauto, prudentique sermone diserut. *Hac sibi magna licentia * vtendum, nec abutendum fore. Formam publicam tenendam in Ciuitate, ne figura Reip. adeòusque deleta sit, quin faciem, effigiemque habere censeatur. Voluptatibus, vsuique pro libitu rerum publicarum, & priuatarum satis locum esse sub moderatione, industriaque pro obtinenda, ac sustinenda Ciuitatis obtentę potentia. Canem habere à triplici latere vicinum insectorem. Prę omnibus Ciuitati Iustitię nomen dare, Potestatem more solito eligere, qui populo Iustitię prę sit imaginem, cum non desit potentia iam à Rege concessa actus Potestatis restringere, ac ampliare, & vim, ac potestatem in Domum, ac Prosapiam totam sub aliquo moderamine retinere.* Vicit Marsilij sagax, astutumque consilium Vrbi perniciosius. Nam si dissolutam rem illorum Iuniorum, & Tartari lasciuijs dimisisset, dilata per triennium calamitas Populi, ac Ciuium breuiori termino finem quempiam accepisset, cuius temporis intercapedo exitialis, ac flagitiosa mortis supplicia exuperauit. Accersitus igitur ex Carrarien sium decreto, Hengelmarijque auctoritate Potestas Vrbi * est per tempus semestre * Iacobinus de Bochis Brixien sis vir famæ probatæ, qui Taruisino Regimini anno hesterno strenuè concesserat, qui multa cum Carrarien sibus pactione, priuatis, publicisque sponsionibus sub Iustitia Populum, Communionemque regere permitti debuerit, vt Rector communis, nec cuiusquam gestor, vel obsequens haberetur, foretq. Is adueniit * faciemque Vrbis figura Iudicialis auctoritatis ornauit, seque qualis esset, quàmve iusti, æquique cultor (quibus potuit conatibus) boni, strenuique Potestatis more ostendit. Continuò is Vbertino Iuueni, quem nec fas quidquam, aut tolerabile arcere poterat, exosus factus est, primumque, quod de captiuo vno ex eius satellitibus ex manifesto facinore capitale supplicium sumpsisset, quodque iam alium captum alio ex crimine ex publico ergastulo illi demittendum denegasset. * Item quod dum Virginem vnam in Ora S. Leonardi sartoris filiam iam nubilem hortatu Tartari, opeque ad se noctu rapi, trahique lugentibus vociferantibusq. genitoribus fecisset, cumq. Potestas de crimine clamosa insinuatione conquerens illum ad se vocari iussisset, in Prætorium cum Tartaro, sequelaque sicariorum conscendens Potestati mortis minas intulit ferox, atque metuendus, ni processu destiterit. Meminisse deberet, ait, qualiter alteri * scilicet.... de Bononia contingerit. Id ei quoque, nisi talibus processibus abstinens, patiensque fit, subitò euenturum. Iacobinus pro rei, virique talis infecta qualitate verbis acerbitate, mansuetudineque promiscuis illi respondit, nec obiurgari insustinit, sed ab se conniuentibus oculis illum diremit. At animo motus turbido, accersita familia sua, Ancianis, Gastaldionibusque Ciuitatis querelam fudit acerrimam, abdicare se tam turpi non Regimine; sed fœdo, seruilique officio propositum fixisse. Iamque cũ Campanam

Commu-

Fortè per publica iudicia *Vel*, publico iudicio.

Videtur desiderari Narrans.

Desideratur. Essent.

Mel. Totus. *Fortè*. Concesserat.

Mel. Nec vtẽdum.

Refertur ad Accersitus. *Vocatur is Corradinus de Buchis in serie Potestatum Paduanorum ad calcem Rolandini Gramatici M.S. An. 1325* V. Faciemque Vrbis figuraque Iudicialis auctoritatis Vrbem ornauit.

Mel. Itaque dum.

Supplebis Lacunam hanc addendo Potestatis nomen, & cognomen hoc pacto. Pulliono *scilicet* de Becadellis. *Is enim Potestas Paduæ renũtiatus Ann. 1325. inibi occisus est cum omni familia ex seriꝭ Potestatũ Paduanorum in Rolãdini Gramatici M. S. calce. & Cortusio lib. III. Cap. VI.*

Communis, ad cuius tactum Ancianorum aggregabatur Conſilium, terno ictu pulſari feciſſet Marſilius Magnus cum honeſtorum Vicinorum, Ciuiumque comitiua Poteſtatem in proximum diuerſorium traxit. *Viro Sapienti, Nobilique expedire*, inquiens, *non ob Iuuenis Vbertini impetum, craſſantiaque vnius exceſſum ſtatum hunc periculoſum Vrbis concutere, nouamque rem moliri. Placere omnibus Plebi, & Populo, & preſertim Carrarienſibus de raptu virginis, omnique actum, & verborum in ſe exceſſu cognitione facti, & ſtatutorum ſanctione Vbertinum mulctari. Alio conſilio, vel aggregatione opus non fore.* Et conciliato, vt potuit, Poteſtate Vbertinum, & Tartarum in ædem Papafabatum Baſilicæ Sancti Martini proximam cum Nicolao, & reliquis eius ſtirpis ſeuocauit, vbi multis Vbertino ſeueriſſimo, obſtinatoque molliter, grauiterque dictis illum aſſentientem, quieturumque placauere, & veluti Leunculum placatum multis pollicitis ad Poteſtatem duxere luaſum dicere *Et dicti, & facti penitere. Procedat Poteſtas iudicario ſuo iure. Pariturum ſe omni iudicio.* Sicque res illa ſubſiſtit. Nec minus Poteſtas nil contrà nitentem in libris quinque centum pro raptu Virginis condemnauit, quamquam executio, exactioque (ſic exigente ſtatus eius conditione) ſub Vbertini indemnitate quieuerit.

Intelligit Cunradum de Vigontia Filium Bonzenelli, *de quo paulo poſt.*

Per eos dies accidit * Ciuem quemdam Paduanum æquè nobilem, militem Communi, & Plebi attamen dilectum, quòd per externa tempora in Reip. exercitijs aduerſus Canē ſtrenuè, egregièque ſe geſſiſſet, nunc à Carrarienſibus bannitum, Vrbeque profugum, excluſumque, quòd conſcium inſultus Pauli, ac complicem eum dixiſſent coniurationis exteriorum eiuſdem damnationis, & ſpecialiter Fratris * G. Abbatis Sanctæ Iuſtinæ, Turrim vnam, quę Turris Curani dicitur, ſecus Venetorum confinia occupaſſe; identidemque ſe Vrbi rebellem oſtendiſſe, dum putaſſet Carrarienſium odio Coloniasillas, quæ circà eoſdem fines circumſitæ erant, illi adhæſiſſe, & Vrbi vnà rebelles fore. Expoſitis igitur illuc ſignis, & ingreſſu in eas Villas facto Agreſtes ad ſe allicere, & libertatē polliceri, & fauores, & prędidia multorū ab Vrbibus Ferraria, & Taruiſio expectare, quorum hortatu, compoſitioneq. eam rem ſuſcepe-

G. Gualpertini.

rat. Finitimi verò vires eius, & prima conſortia cum conſpexiſſent, & modica ac exigua inuenirent, & tanto aggreſſui non reſpondentia * ſubſtiterunt ea, ſequentique die, ſi quicquam confidentius, fortiuſque apparuiſſet. Sed eo medio tempore Carrarienſes per indices certificati, vnumque transfugam, ſcilicet Gherardum Laurentij Radicis filium, qui ex complicibus Cunradi fuerat, ſecumque affuturum ſpoponderat, de Cunradi tranſitu ad locum Turris, deque paucis Conſocijs, noctu & ipſi manipulos peditum, ſatellitumque ſuorum, atque ſimul equitum cum Hengelmario, halaque Germanorum eò tranſmiſere, & Cunradum improuiſum, dum pallantem eum extrà munitionem inueniſſent, aggreſſi ſunt. Ille primā Cohortem exiſtimans, cum nec vna omnes ſe ſe in patulum ſimul oſtendiſſent, primum inſultum pugnans ſuſtulit. Ardum in ſe molem ingruere pugnantium vidit, paludem verſus, quę proxima erat, vt limoſum laticem enataret, * fugam corripuit; ſed armis, fatigationeque concertationis * grauiter circumuentus, captuſque, & cum eo circiter ex Conſocijs X. ductuſque Paduam eſt. Vbi cum ſe non hoſtem Reip. ſed contrà Singularium, qui Vrbem occupauerant, vim, ac potentiam ingreſſum in diſtrictum ſuæ Ciuitatis licitum feciſſe fruſtrà dictitaret, iudicium ſuſtulit capitale ſecuri percuſſus. Deque Conſocijs cum capitalis ſimile ſupplicium ſumptum eſt. Res hæc Populo vniuerſo Plebique dolori, mœrorique fuit, quamquam magno metu ſubticerent, angoreſque ſupprimerent. Publicè ſiquidem vulgatum, ſcitumque eſt, dum & ipſe ſui hora ſupplicij profeſſus fuiſſet cum Paulo nihil illi eius inſultus, nihil penſi, aut conſcij facinoris fuiſſe; ſed ſimplici animo cum concurrente Populo ad plateam & ipſe concurriſſet. Veniebat & in mentem Ciuium Communioni, quam vtilis, quàmve fidus Vrbi fuiſſet, cunctaque fidelis Ciuis ſtrenuè egiſſet natus olim egregio milite Bonzenello de Vigontia antiquæ, nobiliſque ſtirpis. Verùm cadaueri eius tanta per Carrarienſes humanitas, reuerentiaque ſimul oſtenſa eſt, quod magno honore militari more indutum in lecticam aduehi omnibus comitantibus ad Sacrum Templum fecere. In quod Nicolaus de Carraria, ſeù pietate captus, ſeù fictè, vt ferocitatis ſuæ odium minueretur, lachrymatus eſt. Sicque verſante caſus humanos Fortuna, qui pro ſua Republica memoranda plurima, laudandaque geſſerat, tamquam ipſius Reip. reus damnatus morti occubuit.

v. Subſiſterent.

pp. Fugā eripuit.
v. Grauis.

Poſtquam in hanc Carrarienſium ſeruitutem ſors ſic aduerſa Paduanam vrbem intrò, citròque concluſerat, vt nemini contrà hiſcere, aut audere fas, tutumvè fuerit, Ciues mœſti à rebus, officijſque publicis ſe ſe ſubripuere fora, prætorialiaq; conſilia publica cuitantes, domi,

vel

vel per rura,vt plurimum,* remorati,ignorari malentes,* quaquã agnoſci.Nã Tartarus omnium ſceleratiſſimus alumnũ ſuis nequitijs Vbertinum capacẽ facinoroſarum diſciplinarum, quaſcunq.ille ſuaſiſſet,lateri ſuo ſemper iunctũ iugiter malis artibus imbuebat.Cumq.libidinibus ſuis,atq. luxui nulli honeſtati parcentes pro libitu deſeruirent, eò profuſius ſumptibus dediti erãt,ad oẽm quæſtũ illicitum diſcurrebant, per Vicos, Suburbanaq. aſſiduè Vrbẽ ambibant ſiccarijs,ſatellitibus,bannitiſq.quos multa licentia in Vrbẽ atraxerant, lenonibus, facinoroſis,aſſaſſiniſq.ſtipati Vrbis faciem immutantes,tyrranidemq.ſquam conteſtantes omnibus formidoloſi.Quorum conſortia cũ telis,& armis ambulantia,atq.viſu horrenda porticibus vicinantes Ciues intuebãtur, & per rimas truces ſuperboſq. armatorũ vultus conſpiciebant,ipſoſq. Vbertinũ,& Tartarũ non ritu patrio indũtos;ſed fulgente auro,argentoq. Vbertinũ alteratorum in manicis colorũ pectoralibuſto inſutis, Tartarumq. varia veſte deformẽ, ſequaces ſub veſtibus non * trans genua deſcendẽtibus. Quorũ viſu conterriti Ciues intrà tecta ſua deliteſcentes,nõ niſi poſt illorũ digreſſum,longioremq. diſtantiã ad Porticus ad familiares collocutiones, alloquiaq.redibant ſuccreſcente ſemper oĩum terribiliũ craſſantiarum, omniſq.generis clade,vt per ſingulos dies,& Ciuitatis * oras iniuriæ,violentiæ,prædæ,& homicidia patrarentur.Nevè memoriæ noſtræ decidat hoc inſigne,ac rememorandum facinus.

v Memorati. *Mel.* Quàm agnoſci.

In V. Dett. Trans.

Intellige. Singulas.

Erat in Vrbe Matrona vna plebeia, diues, quę Spectabilis Viri olim Vinciguerræ Comitis Veronenſis * fuerat,filiã habens nomine Perã Marini de Macharuffis abſentis,ac bãniti vxorem.In hanc Vir ille Hengelmarius impudens,& ſpurciſſimus ſatelles, qui Cunradi de Oueſtagn,imo & Regiæ Maieſtatis(ne quidquã ludibrio deeſſet)locũ tenebat, ſtupri libidine cor adiecerat. Cumq.nec eã ære,aut muneribus vincere quiuiſſet(licet illa prudẽtior, atq. honeſtior vitam ſuã continentioribus moribus agere potuiſſet,minus ſe ſpecularibus, ſpectaculiſq. quàm honeſtam mulierẽ decuerat,compto aſpectu exhibens)vim parauit Deo,& hominibus contemptibilem.Noctu,quidẽ tertia, vel quarta vigilia cũ Tartaro,& Vbertino ganeorũ,ſceleſtorumq.caterua ſub tubarũ, tibicinũ, & ſymphoniarum contritu obſeſſam circũ ædem, ne bipenniũ,inculſionumq.ſtrepitus decernerentur,impetũ ad portas fecere,quarum fractis poſtibus, cardinibuſque vi excuſſis introiere, & in intimum Dominæ Peræ thalamum ſumma vi * Matre,& filia ſimul vociferantibus penetrãtes*in quam membratim à pluribus extenſam Teutonicus libidinem extinxiſſe dictus eſt.Nonnulli tamen eam defenſam,ſemiuiuamq.relictam abſque effectuali pollutione dixere.Parum hoc nobis de rei huius veritate quærentibus innotuit: Sed non attentius inquirere ſolertius ſtudium fuit.

Et hic ſubaudiatur. Vxor.

PP. Matre,& illa ſimul. *Mel.* In eam.

In hac igitur corruptiſſima Ciuitate tñ increuere oĩum flagitioſorũ operũ ſpecies, vt,quod per pacis tẽpora dirum,ſędumq. ac crudele reputatũ,illud nunc factu facillimũ haberetur.De infinitis,innumerabilibuſq.obſcænis pauca depromere poſteris nõ inutile ſit, vt colendæ ſuæ Reip.qui libertate fruũtur,ſeù fruitur,ſua ſtudia,ingeniaq.acuãt,& ne in has miſerias corruãt, & diſcrimina pertimeſcant.Erat trans Vrbis mœnia à parte,quæ ad Auſtrũ vergit,Clauſtrum Monialium S.Agathæ dedicatum, antiquũ, ſummæ reuerentiæ habitũ, * in quod multarum Sanctimonialium Virginum numerus Deo, & B.Agathæ deſeruiebat, de ſinu Vrbis nobiliũ,ſimulq.& plebeiorũ.In quod ſub Noctis vnius ſilentio familiæ hæ Sacrilegorũ,Parricidarũ,& cuiuſq. generis Craſſatorũ ingreſſæ per cameras,& penetralia ſingula loci irrupere,nec contẽti ſpolijs, * quorũ onuſti repletiq.abundè,ſuperq. erãt, Virgines octogenarias, omniſq. ætatis Dominas ſtuprãtes,& renitẽtes per facies,& mẽbra ſauciantes,nudaſq.cubilibus hinc, atq.hinc trahẽtes libidinibus ſubmiſere. Cuius rei cũ mane in Vrbẽ famoſa,triſtiſq.increbuiſſet obſcœnitas,atq.dictu fœda,& abhorrẽda craſſationis immanitas;Carrariẽſes Maiores natu, Nicolaus,ſcilicet & Marſilius,quos pudor tãta,tãq. infami trãſgreſſione cõfuderat, Poteſtatẽ adiere vindictã de maleficis poſcẽtes. Sed Poteſtas nõ vltrà valens,quã propoſitæ,inductæq. probationes in cognitionẽ afferrent,vnũ ex vilioribus, abiectoribuſq. captũ antè Clauſtrum iureis cũ damnatione capitali plurimorũ contumaciũ,quos paucis poſt diebus ad Tartari,& Vbertini familias redijſſe cõſtitit, & viſi ſunt incedere cũ reliquis conglobati.Et nõnulli illũ miſerũ,qui pro iã dictis ſceleribus laqueo pependit,culpa vacuũ dixere.Ad Tartarũ,& Vbertinũ impudici quilibet,adulteri,& de periuriis dãnati,homicidæ,guloſi,ganeones, qui bona ſua ludis conſumpſerant,& ob æs alienũ palatia,foraq.cõia vitabant,quiq.ingentia crimina, propter quæ iudicia pertimeſcebãt, patrauerant, pro antiquis bãniti facinoribus, qui longis tẽporibus Vrbe abfuerant,qui pro * G. Dentis nece criminati,nuperq. dãnati extiterant,qui cęterorũ principes,cariq.habebantur,oẽs turi,vt ad ſecurũ preſidiũ,confluebãt,cateruatimq. poſt illos breuibus,ſuccinctiſq.veſtibus incedebãt.Luce apparẽtes;ſed ſub tenebris extràvrba-

Pro. Quibus.

G. Guilelmũ. *Mel.* Hi luce apparentes &c.

na tecta abeuntes ad confines Cãpaneæ Villas, Vicoſq. qui Vrbi adiacebãt bini, terni, quaterni, ſeparatim, diuiſim furta, latrocinia animaliũ, & quorũcunq. mobiliũ cõmittebant. Plerumq. pro ſpolijs rapiendis viãtes trucidabant, ad ædemq. Dominorũ comportabant. Nã immoderatæ illis impenſarũ profuſiones erant, dũ centenarij numeri, ampliorisq. diſcumbentiũ menſæ lõgiſſimæ aſſiduè pararentur, replerenturq. Ad ea loca, & comeſſationes plurimi ex Paduanorũ adoleſcentibus, quò illis cõplacerent, tutelaq. eorũ protegerẽtur, accedebant, quorũ vſu, & cõuerſatione paulò poſt in exceſſibus, & nequã operationibus pares alijs, ſimileſq. efficiebãtur. Nec nocturnis cædibus, furtis, rapiniſq. per Vrbis angulos, viaſq. ipſaſq. cões plateas modus, aut finis, cũ ſingulis diluculis, tres, aut quattuor pro minoribus numeris mortui, necatiq. reperirẽtur. Quotquotq. Carrarienſiũ * ædes, tot carceres priuati cũ ceſpitibus, quibus captiui innectebãtur, tame, & ſiti addicti, dũ * conſtituti pretia perſoluebãt. Marſilius ſolus, quẽ Magnũ Marſiliũ vocitabant, cũ honeſtorũ Ciuiũ Conuicinis, alijſq. ad eũ cõcedentibus domi ſe continebat. Ad quẽ multiplices hinc, atq. hinc querimoniæ cũ frequenter referrẽtur, gemitus edebat, ſeuocatiſq. Parentibus in domo Papafabarum, quę Palatio Antianorum, & Baſilicæ S. Martini adiacebat, pro paſſis iniurias intercedebat, quoſq. poterat ſubſidijs leuabat. Sed nihil eò minus, vt ſub pœnarũ aliquarũ punitionibus, aut mulctis propinqui illi à maleficijs arcerentur, dãnavè, aut probra cõi iudicio paterẽtur, minimè ipſe patiebatur. Deſiſtere illos fatagebat; ſed pro patratis illæſos, quã punitos tranſire mallebat, obſeruabatq. Suffragiũ vnicũ erat miſeris, ſi antè ſuſceptas cõtumelias ad eũ quiſquã concurriſſet. Sed iã paſſis cõpatiens ſuſpirabat. Solus itaq. iuſti faciẽ, vultumq. ſeruabat, eo vſq. alienarũ rerũ, nec raptor, nec rapientiũ fautor. Ad ſolũ ſtatũ hunc Vrbis, ne à Populo, vel Cõitate in ſuã ditionem, potentiãq. verteretur, ſcù alterius, & maximè Canis Grãdis dominio ſubijceretur, prouidè, vigilãter, ac ſtudioſè die, noctuq. operã dabat, & tamquã Columna grauiſſimũ, ingenſq. pondus hoc Deo, & Hominibus infeſtiſſimũ, ac odioſiſſimũ perferebat. Propter quæ à prudentibus, bonũq. cõe cupientibus Ciuibus lethale, atq. exitiale ſomentũ flagitioſarũ rerũ, & longiorũ miſeriarũ diſpendiũ habebatur, & finis peſſimũ nutrimentũ. Hic ad * H. Regem Legatos nunc publicos nũc priuatos, & præcipuè ad Cunradũ de Oueſtagn, à quo * ſtatũ huius cõditionis ære coemerat, quemq. ſibi tutorẽ prætulerat, cũ muneribus frequẽtibus tranſmittebat, crimina ſuorum quibus poterat velaminibus operiebat, excuſare, inficiari ſcelera, quamquã illa oẽm aerẽ circum finitimas Vrbes infectaſſent, & notiſſima cunctis exiſterent. Innitebaturq. præſignatè in ea Curia rõni, nõ poſſe eã Vrbem alia, quã ſua, & ſuorum defendi potẽtia, nec Canis Grandis inſecutionibus, inſidijſq. reſiſti. His rõnibus illa ineptiſſimi Regis impudẽs Curia Cũradi ſubacta metu, & ſuggeſtionibus, nullis cõtrà renitentibus, vel hiſcere audẽtibus, tẽpora præterire ſinebat, dũ Regis tui ſegnitie abuterentur, opibuſq. replerẽtur. Nec Cani Grãdi amicos potentes apud illiũ halenti, quorũ cõſilijs, & fauoribus foucbatur, curæ tunc erat identidẽ quicqd aliud operari, quã, conditionibus Paduæ ſic ſe pertinaciter habẽtibus, gaudere, tẽpus peſtilens Ciuitati protrahere, rem ſuã agi aſſiduè conſpiciens, dũ paratum locum, ac tẽpus futuro operi ſuo captaret. Qd quidẽ oĩum rerum occurrẽtiũ ordo, ipſaq. natura cõdonare videbãtur. Imò in ea Curia ſuos intereà * ſubſidere, * conuenienterq. per dies trãſire ſtudebat, dùm ſeruitij ſui tẽpus aduenerit, ſi dum ſic circumuenti fuerint ſuis, & externis cladibus Paduani, vt auxilijs eius Regis egeant, quo tẽpore * ipſi Regia auxilia, præſidiaq. magna exercitatione prohibeãt. Intereà in Ciuitate pro ſingularibus anguſtijs, flagitijſq. nõ deficientibus; ſed in dies excreſcentibus Populo cões dãtia, exactioneq. & mutua publica, & priuata ſubiciebantur, afficiebantq. cuiuſq. generis Ciues, quibus Cunradus, & Hengelmarius aſſiduè replerẽtur, * & ipſi quoq. Carrarienſes inter ſe proportionaliter deſtribuerent, vt famulorum longos ordines, * equoſq. ad ſubigẽdum terrore Populum, ne nouas res per repẽtinos rumores erectis aubus molirentur. Hæc inter Cunradus, ne ſibi extorquẽdarum pecuniarum iugiter occaſiones deeſſent, vrq. Carrarienſes roboraret, cohortareturq. &, quæ tolli poterant, exhauriret, ſuperaduenie aduerſus Canẽ, ſi contrà Statum hunc quidquã noui pertẽptaret, vt quotidiè Carrarienſes, & Populus vẽrebantur * ſtipendium ſuum, & ſuorum poſtulans. Nec ipſi Cunrado aſtutia deerat Carrarienſes metu ſibi obnoxios cõtinere, quos ſatis nouerat, non alia potẽtia, quã ſua * huiuſce ſtatu, ac dominatione potiri, vultum mutans illis, ſi frequenter petitas pecunias nõ paraſſent. Cuunq. voracẽ, ſitibundumq. appetitum ſua ſtipendia nõ implerent, Colorẽ ampliendarum petitionum ſuarum ingenio ſubiecit, bonum, optimumq. fore Cõi, & Populo, vt Canẽ timidum, ac in ſe continentem facerent, ſi Caſtrum vnum ſuper Liquentiã haberẽt, hoſtiũ, ſcilicet per quod copiæ Teutonicorũ in ſuccurſum ſuũ venientiũ per Forũ Iulij pertranſi-

Intellige. Frãt.

Fortè melius. Conſtituta.

H. Henricũ. *PP.* Status huius conditiones.

In Vtroq; Subluere. *Malè, Mel.* Conniuenter.

In Vtroque Ipſe. *Sed* Ipſi *melius, vt referatur ad Fautores Canis in Curia.*

Satius. Et quę ipſi quoque &c.

In V. Equiſq. *Deeſſe videtur aliquid poſt* Equoſque *puta*, Alerent, *vel quid aliud eiuſmodi;*

V Stipendiũque.

Pro hocce ſtatu.

[illegible] non modo Domini ſui Hᵒ Karin
thiæ Ducis, ſed & Domini Friderici Auſtralis Ducis
in tantam obtentâ à Paduano tumultum moti, & cordi mordaciter offenſi. Quæ etſi per ma-
ioris partem Paduanorum ſectionis aliquibus quoque haberent fautorum validâ caſtra ſua, quæ
aſſiduis contumelijs Vrbem obſidebant, rethinenda potius, quàm noua alienis, longiſq; con-
flictanda præmunijs. Sed illud ueram proverbium eſt antiquum.

Quæ ad diuersorum Regis, placentur Achiui.

Cum ad diuersorum minari, cmologuique oportuiſſet Datiarum millibus libris, Mu-
rorumque diuturnorum Ciuium, Populoque contributionibus datis, & perſolutis Cum-
machoſq; quamplurimis uiris fœnoris vulgo diceretur, adijt in Forum Iulij, & ſuper Liquentiam Tur-
rim caulas, valla, & propugnacula itidem attraxit, quæ abſq. præſidijs ab eodem ad ſuas abeunte
Municipalibus mora, & circumſtantium caſtrorum diſiecta, abolitaq. ſunt. v. Motæ.
Ipſe breui conſtructum, deſtructumque eſt, quod tali alluſione Caſtrum Paduanorũ voca-
batur. In Vrbe per hæc tempora calamitoſa, omnique perinitie plena ſemper augeſcebat om-
nis generis tributatio, preſſura, & anguſtia Nicolao Milite, & Tartaro, qui ſe Fratres appella-
bant Reipublicæ, omneſque Communis viciſſitudines occupantibus, vt nec Criminalis cau
ſarum Ciuilis, nec Communia decreta, aut Plebiſcita niſi nutu, præſertim Nicolai, diſcuſſa,
ſtatuta, firmataque forent, perque eius manus, arbitriumque pertranſirent. Quorum mul-
tam partem Marſilius diſſimulans, metuenſque Nicolai ſuperbiam conniuenter tranſire, ac
præterire ſinebat, cum qua poterat moderatione plerumq. Nicolaum increpans, ſed maxi-
me blandiſs alloquijs, mollibuſq. ſuaſionibus publicas infamias euitaret, ne malorũ magno-
rum moles ruinã, & tragedia totius huius ſingularis Dominij ſecum traheret. At ille, ſi * emen *Forte pro* Etſi. *Quid ſi & hic* correptus *pro* corruptus.
dationi, correctioniq. contentaneus videretur, mẽte * correptus, antiquatis in eo vitijs ad eaſ-
dem inceſtantias, illicitaſq; actus, vt Canis ad vomitum, redibat. Die cum Tartaro per Ganeo-
mancubias, lupanaria, ad inceſtos incubices, Viduas, Coniugatas, Virgineſq. ad ſtupra, incæſtoſque
amplexus ui, precumque, quàm alienibus deuios Ciuium inceſtare.

Cædibus, ſanguinis, flagitijſque ferme per biennium Vrbs hæc exagitata contabuit, omneq. inte-
rim ciuilium, libertatem perdidit. Dum ſemper exercente Nicolai ad rerum publicarũ, pri-
uatarumq. occupationes præcipitatione ad Vrbis ipſius * dominationem aſpirare exorſus *Sp.* Damna-
eſt. Et ad hæc antiquorum quorundam factionis ſuæ Ciuium, quos alias ſecum conſpirantes tionem.
deceperat, coniurationes feciſſe fama ferebatur. Sibi namq. illos conſciuiſſe pollicitis, ſi opta-
tu potiretur, vt Vrbi ſolus præeſſet. Hæc quoquè ex eorum diuturnis, nocturniſq. conuentio-
nibus, concellationibus, & cocquitationibus per Vrbem huiuſmodi ſuſpicionibus fidem da-
bant. Hi erant Marcius de Forzate, Proſdocimus Caligo, Ruzerius Fabiani, Franciſcus San-
guinaccus, Iordanis de Forzate Marcij nepos. Inſuper ipſe ſemper inquietus cum Cane per *Pro Iordanes.*
Vrbem alternatim, & per ſe cum Baillardino de Nogarolis Canis grandis Contubernali præ-
cipuo, fidoque ſæpe interdum cum Spineta Lucenſi Marchione in colloquia ſecreta in locis finiti-
mis conuenire, res nouas tentare, coordinare, & per dies ſuſpenſos habere habilitates condi-
tiones, vt audebat. Necnon cum Marchionibus Eſtenſibus in eaſdem ſuggeſtio-
nes conficiens, plerumque & cum Macharuffis Marſilij hoſtibus compoſi-
tiones intercurans. Marſilius horum omnium non ignarus, à Tartaro proditore edoctus, hæc
omnia [illegible] ingenio, aſtutiaque diù, in dieſque multos diſſimulans agendorũ per
ſe prolixius interibat, ſi forſan illum abſtinere tolerantia valuiſſet, ſperans conatus eius ob
inſolentiam eius, quæ cõibus iam dictis * nota erat, euaneſcere, inuitus hunc ſtatũ concutiens, *In vtroque* Notis.
quod ſicri abſq; ingẽti ſui diſcrimine ſupputabat. Verum periculo eius inſtabat, ne ſceleſtus *Mel.* Quod ſiçri abſque ingenti. & non ſupputabat.
ſimo cum ſuſpecto, prædictorum Conſortio ipſum opportunitate captata gladiis, aut vene-
[illegible] quam ad ipſum familiaritatis cauſa concederent. Nõ vltrà rem
differo, ſed & ipſe, qui apud Hengelmariũ commiſſione Cũradi pri
mum, ſtatumque locum obtinebat, diſgregationi huius ſodalitii formam, modumq. adinue-
nit, adiunctis Obizonem, & Marſilietum, Tartarumq. & Vbertinum tacitos, complices, conſor
temque ſibi adiunxit. Statuta * itaq. inſtructoq. Hengelmario cum Mareſcalcho, Sodalibuſq. *Deeſt ſine dubio* Die.
Teutonicis Marcius, Proſdocimus, Ruzerius, & reliqui ſuprà memorati euocati ſunt, aſſiſten
tibuſque mandatum filios ſuos illicò intanter edant, qui ante ipſum ſiſtant. Aſtitere cum fi-
liis maioribus. Igitur ea, vel ſequẽti die finibus Ciuitatis * abſcedere, Venetias, ſcù Clugiam *Deſideratur & hic luſſi.*
abiere fidem de abſumijs facturi Vicecapitaneo publicis inſtrumentis. Reſpondẽtibus Proſ-

docimo, & reliquis, quid id cauſæ eſſet? ſi quidquam in Dominum, vel in Commune com-
Intelligerem. miſiſſent, ſupplicijs mortis * affici, nil vltrà reſponſum eſt, niſi, vt iuſſis obnixè parerent. Con-
Paratos eſſe. feſtim ergò Vrbe, & finibus egreſſi ſunt. Marcius, quod rure tunc foret, & ipſe Vrbem non in-
pp. Per circà. greſſus ad vicinam Clugiam contendit. Illorum quoque filij, nepoteſue, qui aſtitere * per cer-
ta ergaſtula diſtributi ſunt. At filius Marcij maior natu, ad quem capiendum Hengelmarius
ſpeculatores deſtinauerat, ad Nicolai ædem profugus proxima nocte, cum gener eius foret,
ab Nicolao, & filijs ſub tuto cõmeatu Clugiam ductus eſt. Nicolaus omnium horum improui-
ſus amaris curis, ſollicitudinibuſque anxius non aliud, quàm diſſimulare, perpetique patienter
penſi habuit: ad Marſilium, cęteroſque Cararienſes ſui generis accedere. Quare hæc, quibusve
Mal. In eos. cauſis obtingerint, ſi quidquam contrà ſe, huncque ſtatum moliti fuerãt, * in eis animaduerten
dum gladijs fuiſſe, tunc non vlterius hoſtes ipſos obeſſe potuiſſe, feque ſuamque manum ap-
v. Studio ſe. poſitam fuiſſe. Erga igitur illum, & alij * ſtudiosè ex induſtria cõmunicata ſimilia agebant, vt
& ipſi inſcij viderentur. Nec dictis Nicolai aliud exinde decretum eſt, quam locum cuſtodiæ
Ciuitatis foro, vnanimiter ipſum Nicolaum, atque Marſilium, vt maiores domus, venerari, pa
rere ipſi quæ ſalubria ſunt prouideant. Verum hæc omnia à Tartaro, eiuſque ſagaci conſulto
v. Et circum Vrbes. emanaſſe apud Marſilium vulgata ſunt, produntque Venetijs, Clugiæ, * & cæteris Vrbibus
occidendum Marſilium magnum illos conſtituiſſe, ſed maximè in domum Martij, in quam
prandium externa die conſtitutum fuerat, veneno aſſumendum. Parum ex ijs, vel nihil fama
vaneſcente pernotuit. Intereà Nicolao crudelis animus, cum ambitionum ſuarum, ſeditio-
numque, quas præconceperat; vias præcluſas reputaret; in ſinu vrbis valida de ſe confi-
dentium fidorumve ſibi præſidia non haberet. Infirmatas * vices ſuas videns, * ſimulque
Forte. Vices. accipiens ambibat, ne Canis grandis, alijque, quos de ſeditionibus ſollicitauerat, illum pro-
pp. Simulque ambiebat, & ob id anceps melius ſe habe ret, quam accipiens. ſtratum parui penderent. Conſpiciebat namque Marſilio Magno, quem Hengelmarius,
cohorſque Germanorum ſibi præferebant, propinquos domus etiam adhærere: ad ipſum po
tiores, maioresve Ciues, ac plebeios maiori confidentia confluere; depræhenditq. ipſum Tar-
tarum, quem couſq; fratrem habuerat, cum Marſilio, quàm cum eo frequentiorem commu-
nionem habere, per certas horas cum eodem in ſecretis ſolum conuenire, cui Vbertinus in om
nibus obſequens erat, ſeque ſolum collateralibus vacuum, ad quem iam ſuſpitione oborta ti-
midi Ciues, ipſiq. vicini, ac rarò accedebant. Ex quibus tãta ſuſpitio, timorq. ſimul illũ inua-
v. metu. ſit, vt morti, ni ſe Vrbe abdicaret, incumberet. Ingentiq. mærori huic erat, ac * metui, ne hinc,
In eodem Deeſt. Vt. inde ſeditiones Vrbis, quas (* vt præſcripſimus) plurimis ſtudijs pertractauerat, præſentiren-
tur, quibus Populum vniuerſum, & cunctos amicos, atq. inimicos aduerſos haberet, Populiq.
concitatione necaretur. Verebaturq. præſertim Tartarũ, qui in pleriſq. conuentionibus cum
extrinſecis, atq. hoſtibus cũ eo ſimul affuerat cõiurationum eorũ, tractatuumq. complex, & ſo-
cius, ne Marſilio hæc detegeret, aut iã fortaſſis detexiſset. In quo & veriſſimũ opinabatur. Nã
Tartarus ſemper Marſilio Magno licet coniunctior tantæ erat ſagacitatis, atq. aſtutiæ, vt apud
vtrumq. fidus haberetur, meditatus illius ſequi maiori obſequentia fortunã, quẽ ipſa fortuna.
ſimulq. conuictor, caruſq. haberetur. Mirumq. (mihi ſi iã hæc interfari liceat) quæ natura, quæ
animorũ diſpoſitio his duobus, ſcilicet Iacobo, Marſilioq. Nepoti foret, cũ vterq. hunc Tartarũ
in ijs duplicitatibus, imo & facinoroſis ſeditionibus perſępè conuictũ, repertumq. viſibus & ta
ctibus circumueniſſent, non eũ odiſſe inde oſtendiſſe; ſed carũ, Cõmẽſalẽ, Conſiliariũ ſemper
in maiorũ ponderũ articulis habuiſſe. Nouit Marſilius in nece Gulielmi Dẽtis ab illo ſe prodi
tũ, pro quo non obſtitit, quin ſuis ab inde, præcipuè à Pauli Dentis inſultu, cõſilijs admiſiſſet.
Et ſi verum publica fama oĩum ferè de rebus illis loquentiũ vndiq. habuiſſet, illa ſemper in-
crebruit, vt iugiter cum Tartaro eodẽ cõications per indices haberet, quã famã maximè au-
xit, atq. fidem adhiberi indicauit, quod pridiè antè Pauli inſultũ Marſilius idẽ cũ Tartaro, &
Vbertino in confinibus Ciuitatis colloquio cõicauerit, quæ res Paulo Dẽti metũ incuſſit, pro-
pter quã mortis metu ſe tumultui (de quo ſupra indicatũ eſt) diſcriminiq. cõmiſit. Timebat igi
tur Nicolaus Tartari proditoris ſui infidelitatem, ne Marſilio communia ſcelera indicaſſet.

Inter has amaras curas laboranti, vigilantique Nicolao externi Ciues (de quibus prædi-
ximus) collegæ, qui Venetijs, & Clugiæ erant indices frequentes aduenichant de ſe cu-

rare,

Digitized by Google

rare, ſi non caueat, itemque & ſi caueat, vicinæ morti incumbere, abſcedat Vrbe, Venetiaſque confeſtim veniat, ibi præſto eſſe ſalubriora conſilia, quàm ſint Vrbe potientibus. Ipſi namque ab Cane Grandi aſſiduè per internuncios recipiebant ipſum accerſiri diuitibus, opimiſque conſilijs, intrinſecos ſuperandi locum fore. Nec minus & eadē ab Cane aſſiduè eidem ſummittebantur. Marſilius Magnus, cui nec omnis ſollicitudo, nec ingenium deerat (quatenus & ipſe valuiſſet) omnis concuſſionis ſtatus eius res differre, Nicolaum verbis humilibus leniebat, cui ſe Fratrem, Filiumque, & omnium rerum obſequentē ſpondebat: Vrbi pro ſe, proque cæteris dominetur, præſit: Decere & ætate, & militiæ honore, ſenſuque, virtuteq; ipſum anteferri. * Idemque & reliquis domus ſubornari ſtudebat. Illum tamen inquietum (etſi diſſimulabat) vexabat ambitio, & virium ſuarum in Vrbe abſentium ſocietatum* extenuatio, & cognita ſuæ potentiæ debilitatio. Demumque & vicit egrediendi opinio, & licet * ruina ſua & Marſilij, reliquorumque ſuæ factionis potentias deprimere, atque extinguere. Et clandeſtino itinere Venetias ſe tranſtulit, improuiſuſque filios ſuos Iacobum, * & Iacobinum adoleſcentes poſt ſe reliquit, qui mox ab Hengelmario, & Teutonicis ſuggeſtione Marſilij capti ſunt, & fidæ cuſtodiæ traditi. Fuga hæc, digreſſuſque Nicolai magnas ſuſpiciones Vrbi intulit magnorum motuum eſſe principium. * Verum populo plebi nihil infeſtum. Omnes res nouas, qualeſcunque ille, quamquam graues Vrbis mutationi ſit gratuitas omnibus fore inuiſis tam crudelis, tamque flagitioſi ſtatus. Nihil illis pernicioſius euenturum odio conditionum inſequarum, quibus ipſi premebantur. Nil gratius optare, quàm Carrarienſes odijs, & inimicitijs, & offenſis inter ſe collidere. Nicolaus igitur ſeuocatis Marcio de Forzate, & reliquis relegatis conuentibus priuatis de incumbentibus quotidiè à primis diluculis vſque in tenebras conſilijs * priuatim inſtabat. Ipſe quidem Vir ingentis ingenij, magna vi animi, & corporis, factioſus. Cui à iuuentute exoſa Vrbis ſuæ Communitas, Legum, Statutorumque coarctatio. Audax, formidoloſus, ſed ſemper varius; dominij cupidus, inſolens, facundiæ mediocris, * aſtutiæ, quàm ſapientiæ imbutus, de quo Vbertinum Genitorem ſolitum dicere frequens fama vigebat, quod proſapiæ ſuæ ſupremum exitium futurus fuiſſet, Vrbiſque ſimul ſtatum in diſcrimen * tracturus. Marſilio quoque per hos dies conſilium ſupremum erat, quatenus illum pollicitis in Vrbem retrahere valuiſſet Philippū de Peraga Conſanguineum ſuum primum, nec non & alios eius progeniei * ad ſe mittens, qui rogent, ſupplicent, ſpondeant. Illi nequidquam proficientes * rediere. Iam enim ab Cane maris, & montium ſponſiones, ſi ſibi obſequens foret, receperat. Inde per Proſdocimum Caliginem virum exertum, & factioſum, partium Canis vſquequaque fautorem apud illum ab infantia ſub Iohanne Caligine patre nutritum, qui & Iohannes olim partiarius Vrbe Paduana relegatus beneficia multa à Cane ſuſceperat. Hunc dirigens Nicolaus ad Canem frequentibus itineribus noctesque, dieſque de fœderibus hinc, inde percutiendis cum conditionibus agendorum, rem ad eum deduxit articulum, vt ipſum Nicolaum Veronam, vel ad locum conſtitutum Canem adire, perſonalique alloquio rem firmare expediret. Adijt Nicolaus, * & realibuſque obligationum nexibus cum Cane paribus votis conuenit, firmauitque. Interuenere quoque inter cæterarum conditionum* coniunctiones, Franciſcus Macharuffus pro ſe, & fratribus, coniunctiſque, & Paulus Dente pro ſe ſimiliter, proque ſuis Nicolao oſculis pacis vniretur in Marſilium hoſtem communem, omneſque, qui conſortes, ſeu complices eius eſſent.

Pacis huius conditiones ex ſubſecutis patuere. Nam paucis pariter diebus conſtitit in partibus Fori Iulij cohortes militum parari Hectore de * Sourengano Foro Iulienſe Duce, ſeu Capitaneo. Itemque & in Serauallo, ac Terris, Municipijſque Rizardi olim Guezelonis de Camino filij manipulos * equitumque parari. Quæ res Marſilium, Conſorteſque, qui illi adhærebant, admodum conterruere, conſilioque confeſtim inito ex ſe ipſis legationes, Legatoſque quanto potuerunt apparatu inſtruxere. Fuere hi Marſilius Magnus. Obizo. Marſilietus. Philippus de Peraga. Aicardinus * Caput Vaccæ. Duxius de Buzacharinis. * Pantaleo de Buzacharinis miles. Schinella de Doto Iudex, & Miles. Petrus de Campagnola Iudex. Alcardus de Baſilijs. Hi pleniſſimo à Communi, & Populo ex Senatus Cōſulto mandato reſcripta latiſſima ſignata communi ſigillo pertulere, quibus poteſtas, libertaſque omnis conceſſa legebatur de Ciuitate, Ciuibuſque, & omni Populo cum bonis communibus, & priuatis obligādis, Ciuitatis Dominio in perpetuum, quibus ipſi Legati voluiſſent, tradendū tam H. Karinthiæ, quàm eo abnuente Friderico Auſtriæ, ac ſucceſſiuè, & illo recuſante Regi Boemiæ & Poloniæ, nec non & cuiuis Principi, Regi, vel Potenti eam Ciuitatem à Cane

tutari

PP. Ideoque.

Adderem. Cauſa.

Videtur & hic aliquid deſiderari, niſi ſic legere malimus, & hac ruina ſua, *Nam in V. pro* licet *habetur* Hic *Quæ nota ī eodē alibi ſignificat* Hac.

Poſt Iacobum *in PP. Lacuna eſt. Sed nil aliud deſiderantur quam quod addidimus.* Et Iacobinum *Ita locum hunc legerem, & emēdarem.* Vetū Populo, Plebique nihil infeſtū. Omnes resnouas, qualeſcumque illæ, quāquam graues Vrbis mutationi ſint *vel* Quāquā grauis Vrbis mutatio ſit, gratuitas ſuſpicabātur omnibus fore inuiſis &c. *Delerem.* Priuatim, *cum ſuprà fiat mentio* Cōmētuum priuatorum. *Pro* Aſtutia, quam ſapientia.

V. Tracturū *fortè cum reſpectu ad* Exitiū. *Pro* Ad eum. *PP.* Redire. *Videtur abundare* Pt. *Forte*, Conditiones. *Infrà in utroq; & melius* Sauorgnano. *Melius* Equitum *ſine* Que. *Alibi.* De Capite Vaccæ *in PP.* Panta. *H.* Henrico.

tutari volenti cum generali horum, & aliorum mandato ipsorum Legatorum arbitrijs. Ar-
Mel. Plurium sine Què. Pro. Suam. repto itaque itinere ad partes Tridentinæ Ciuitatis, inde Bassianum perrexere, * pluriumque dierum interuallo H. Karinthiæ Dominum suum ad colloquium, audientiamque * eorum, vbi mallet, inuitantes, instanterque deposcentes. Qui demum Principibus suis à Municipijs euocatis apud illum Orationem habuere. *Ciuitatem illam suam eàusque summis viribus sub eiusdem Regis titulo defensam; sed nunc ad id discrimen per secutore Cane Grandi deuenisse, vt, nisi properè illi succuratur, casui, perditionique occumbat; nec vltrò opis aut auxilij cuiuspiam opus sit. Contigisse nuper Nicolaum de Carraria Virum olim scelerati ssimum cum nonnullis flagitiosissimis Ciuibus coniuratione aduersus Vrbem, & Regem cum Cane habita Ciuitate egressum, statuisseque cum copijs à Cane cõcessis maturè Paduanas Terras inuadere, Colonias igne ferroque vastare, mœnia Vrbis obsidere, debellare, & vitam, atque captam (si aduersa Sors tantum concederet) donare, & Dominum facere Paulo Dente publico Regis, & Vrbis hoste, & Macharuffis, caterisque exteris proditoribus eidem facinori annexis. Nosse Dominum suum Regem hæc facile illis, Canique obtingere posse, nisi Regia manus non parua; sed ingenti vi obstet, subsidiaque maturet. Si hæc faciat, sua Vrbs est, suam rem defendat: Sin autem, en claues Vrbis (has nobiscum Legati tulimus) suscipiat, teneat, & relinquat, vt libet. Si quidem & hæc omnia abnuat, mandato à Rep. suscepto prouidendum * illis fore alteri adhærere Dominio; sed primum, ac maximè Domino principali Philippo Austriæ, cuius illa proprietario titulo est, huius particulari commissa regimini. Cui & si ille cedat ad alios Reges, Regionesque processuri sunt, dum Dominũ, Tutoremque, à quo defendantur, inuenerint.* In eam diem & Legati Canis, inter quos & Nicolai, ac exterorum Nuncij erant, identidem applicuerant, qui post eam Paduanorum audientiam interiorum data dicendi copia & ipsi segregatim auditi sunt. *Pro Canis parte illum omnis coniurationis in Regem, vel Vrbem ignarum dictum, propositumque est. Pati, seù indutijs datis fideliter obtemperasse, etiamsi per intrinsecos secus factum sit occisis in Vicentia districtu plerisque à Paduanorum consortijs, vnoque mercatore Veronensi in alueo fluminis, quo Vicentiam itur, seditione caso, magnisque pecunijs rebusque spoliato. Sed hæc omnia honoris, amorisque Regij gratia præteriri conuenienter dimissa. At qui & amicos antiquos Canis Paduanæ Ciuitatis acolas olim in Vrbe fœderibus pacis acceptos, nunc Canis odio sub falsarum causarum simulationibus pulsos esse potentia Carrariensium, quàm communibus decretis. Nec Regem, nec*
V. Quemlibet. *quemquam mirari debere, si extorres illi sub nulla auditi iniitia; sed singularium superati magnitudine suis fortunis consulunt, vt & ipsi natali sua Vrbe potiantur. Pro exteriorum verò assertione propositum, eum Deum, Hominesque testari nulla eorum culpa in Regem, vel Commune pulsos, Ciuitateque exclusos, sed summa, superbaque Carrariensium, compliciumque tyrannide, sub qua, non sub Regia, Ciuitas illa subiecta est.* His, & alijs hinc, atque hinc vtrinque propositis Rex suorum dumtaxat Consiliariorum, Principumque inito, pluriumque dierũ interuallo, discussoque multa disceptatione consilio in Cunradi de Oueftagn iudicium Regem, sic iubente decensum est, decretumque Legatis Paduanis respondere. Ciuitatem à Canis, exteriorumque, & quorumlibet vexationibus iuuandam forti, sufficientique subsidio, leuandamque omnibus molestijs. Eant ipsi plena fiducia. Ministeria, pecunias, & opportuna quæque ad belli vsum parent, quibus iuuandæ sint Regis impensæ, quibus se minime parciturum spondet. Cunrado cætera commissa. Legati sponsionibus diuitibus repleti multa hilaritate, gaudioque, fusa fama non minori, quàm veri existentia foret, varijs itineribus Paduam reuersi sunt. Canis, quem de Regis, Consiliariorumque circà decreti executionem incertitudine nihil latebat, tunc fortius instare ijs, quæ præconstituta fuerant, insultus ad Vrbem, districtumque maturare, incendere, prædari, vastare, & intrinsecos omnibus flagitijs affligere. Nicolaus siquidem cum Consortij sui Paduanorum, Bannitorumque manipulis
Mel. Hectori de Sauorgnano Foroiulienſi. exijt Rizardo de Camino cum suis cohortibus, & * Hectore de Sauorgnano Foroiulienſe coniunctus. Et primum Villas, Coloniasque ab Orientali parte processere, non ferro, nec igne; sed suasionibus pacificis, nil contrà Agrestes, Ruralesque contumeliarum fieri patientes; sed potius hortantes bonis animis sint, signa victoriosa sequantur, quæ pacem Vrbi, destrictuique perpetuam dabunt, introductione omnium exulum Vrbem lætam facient. Interea agros tutè colant omni fiducia, animalia, & quæque mobilia, seù ipsi cum eis non effu-
PP. Iis. giant, saluo quod * eis, quæ esui, victuique residua illis fuerint, conuentis pretijs ad alendum
V. Postquam ij. exercitum vendant. * Postquam autem ij cum Rizardo, & Hectore in vna castra conuenere,
Mel. Conuenere. apud Bouolentam tabernaculum fixere, foueasque à latere Vrbem versus * communire. Quibus

bus propositum fuit identidem Castrum firmare, quod vndique flumina, quæ ab Vrbe defluunt, ambitum fuisset. Verùm potiundæ Ciuitatis spem adijcientes Castro iam cępto desistere. Intrinseci intereà Vallo perficiendo, quod per plurimos dies antè inchoaueram, intendere, operarios fatigare, nocturnis etiam studijs, ac laboribus igneis luminaribus. * Ad has quidem necessitudines ipsi hoc Vallum struere constituerunt, vt si quo casu latitudinem antiquorum Vrbis Vallorum, quæ longissima, latissimaque Suburbia claudebant, ingruente obsidione tutari non valuissent, illum tantum Vrbis sinum, vt Arcem quādam tutandam sibi seruassent exclusis Suburbiis, quorum ædes Ciuitatis totius domus, & ædificia & spatio, & numero superabant. Ex quo non minima contentio, turbatioq; inter Ciues, quorū ædes excludebantur, oborta ad concitationem totius populi penè commouebantur. Nec minus Vallum nouum maxima instantia, solertiaque sine intermissione perficiebatur. Tartarus siquidem, & Aicardinus Caput Vaccæ domos omnes exteriorū, qui se eorum metu Vrbe surripuerant, & muralia quæque ad opus conuehi faciebant, nondum demolita, vel strata sternebant, neuè patrato * G. Dentis necati sceleri quidquam deesset alta palatia, proceraſque domos pupillorum natorum olim G. prædicti diripuere funditus, & ad opus conuexere. Excludebat quidem Clauſtrum hoc quæcunque Suburbia à parte Meridionali extrà portam Prati Vallis, flumenque, quod à S. Agathæ Cęnobio secus Fratrum Minorum locum dilabitur cum Monasterio S. Iustinæ, & omnibus appendicijs * extrà Pontem Curuum sita sunt. A parte vero Orientis Omnium Sanctorū Suburbium cū cohærentibus trans Fluuium supradictum. A parte Septentrionali à Ponte Contarinorum quæcunque trans Fluuiū sunt qui extrà Arenam ad Omnium Sanctorum Pontem protenditur. Varia in ijs amfractibus per populum, plebemque omnisque generis alloquia fundebantur per fora, vicos, & tabernas. Non fore illis curæ, si exterior exercitus ad Valla processerit, Suburbiis tutandis occurrere, corpora Paduanis extorribus obiicere. Ciuitatem, męniaque non sua crudelium Ciuium singularium fore. Quorumcunque Victorum ipsos seruos futuros in deteriorem seruitutem incidere non posse. Et inter hæc, si qua noua noctu, aut die emergebant, vt Vrbi insultus repente fieri diceretur, Carrarienses cum solis satellitibus, pauciſque ex amicis ciuibus, & cohorte Germanorum ad plateas concurrebant conclamatione voce præconia facta, ne quis Popularis, aut Ciuis armatus in locis publicis appareret. Dum & Nicolao, Rizardoque per hos dies ad męnia Vrbis accedere visum est, populumque pertemptare, si fortasis tędio ingęti intestinarum iniuriarum ipsum concire valuissent, vt qualitercunque concitatio quæuis in Vrbe fieret, quam ipsi ad Valla accedentes exhortationibus augerent, Suburbiaque adorirentur ballistis, tormentisque ad idem exercitium secum delatis cum straminibus, virgultis, cratibusque ad transiliendas foueas secum latis. Sed Marsilius, ac Tartarus, quæ hæc circà contingere poterant & ipsi existimantes vires suas, & suorum ad opportunas portas, & loca, quibus discrimina imminebant, diuisis inter suos * diurnis, & nocturnis excubiis, & custodiis instare, vigilare, nouas structuras facere, nec quidquam intemptatum, improuisumve relinquere. Aduenere mane vno antè Luciferum Nicolaus cum militum paucorum hala, peditumque manipulo, exercitu cætero post terga demisso, speculatoribus ad portam summissis, qui ab aliquibus, si qui ad id identidem perstitissent, responsa suscipiant siuè ea, quæ prę-constituta fuerint, siuè Nicolaus aliquos affuturos se gessisset. Nec fuere, qui ad hæc speculatoribus vocem darent: Verum ab iis, qui in præsidiis erant, voces sublimes, frequentesque editæ. *Abscedere proditores. Frustrà in Paduanum Populum, Regemq; summ arma accepisses vel accedant, si temeritatibus suis confidentijs fallacibus spem haberent.* Et sub hæc spicula à portis, ac tela coniecere, & probra, ac cōuicia crebris clamoribus subiunxere. Nicolaus * nequicquam aliud proficiens cum omni centuria * Bouolentam regressus est. Perpaucis post diebus ad alteram portam regressus, repulsus probris remeauit inglorius.

Dumque his ea parte Vrbis ac finium pertentatis, in quibus ante progressum spem posuerat, tædio affectus mutato, & exasperato in Rurales proposito, quos antè magna fiducia tutos esse spoponderat, insæuire largiori licentia exercitum sinebat, absque pretiis iustis bona mobilia eripere, nec illis aliqua tuta esse. Rebusque iam ad exercitus alimoniam non suppetentibus Foro Iulienſibus equestribus, pedestribusque prædandi licentiæ liberiores laxatæ sunt, quæ etsi non concessæ, impunitæ dimissæ, & ex multorum crassantia in vsum versæ: Quoque seù iustæ, seù iniustæ causæ dilapidationibus, rapinisque excusationem aliquam darent Insulæ Campi Nogariæ Villæ opulentissimæ, quod ægrè Dominis, exercitibusque paruissent,

v. Ad his igitur suum quidem.

G. Gulielmi.

Desiderantur. Quæ.

v. Diuturnis.

Ferrè melius: Segessisset. *Pro* Segregasset.

In Vtroq; Nec quidquam. *Pl.* Buulentã.

In vtroque Subditæ. *Fortè* Esse. *Pro* se se.

paruissent, præda Foto Iulianis concessa est, ignique, ac belliq; incursioni* subdita. Cum agre stes tutiores* esse putauerint, animalia omnia bouina, equina, & pecora quæque ad exercitum vt hostium ducta cum multorum rusticorum omnis ætatis, & sexus cædibus. Sed quis infortunatis incolis Villarum flagitijs modus? Quod vitæ in tantis discriminibus remedium? Hoc idem, peiusque exitiale flagitium inquilini, & incolæ Villæ Curtis locupletissimæ paulo anteà ab intrinsecis Germanis immanius passi sunt pro eo, quòd exteriorum, quàm interiorum amici, beneuolique dicerentur, exustis omnibus ædificijs, animalibus adactis, & rusticanis trucidatis, multisque Cittadellam raptis, dum quibus potuere pecunijs redempti sunt. Plebani autem Terra fortissima, omniumque rerum, & bonorum fœcunda ab eisdem ignibus, incussionibusque defensa, nunc Marcio de Forzate, nunc Nicolao, nunc eorum * Sodalibus equorum, pecuniarumque exennia præbebat, quę, quamquam semel desponsa simul & prębita semel forent, replicatis, illatisque minis duplicabantur, dum solis ędibus cremandis parceretur. Ciues interiores, quorum pro maxima parte ędes, pecora, & bona hęc quęque erant luctibus, suspirijs, & mœroribus torquebantur, quibus tamen nec in publicum * queri (quod amarissimum illis erat) ne suspecti Dominantibus forent. Sed nihil eo minus per Vicos, & ędes mętores, tristitię, ac pressuræ illos affligebant.

PP. Consodalibus.

Desideratur Licebat, *aliud ve simile.*

Maranum, ac Tyrol ad Regem Nuncij pro subsidijs intereà nequidquam frequentabãt, excidia hęc intolerabilia proponebant, antè Regem & Principes deplorabant, nec quicquam, nisi verba pro verbis reportabant, quamquam parari copias in Karinthia per Cunradum de Oueſtagn assererent vindicaturas damna hæc, & iniurias: mœnia vrbis tutum defendant, omnibus vindicandis, & restaurandis locum fore. Cunradus, cuius naturam, & mores antè expositimus, sumptas de Padua pecunias Oppidis, Villisq; emendis distribuţas, quę auiditate maiorum auarum animum nõ impleuerant, in suum patrimonium, proprietatemque conuerterat. Verũ conscientia tanti facinoris morsus de succursu procurando sub nouis, lucratiuisque acceptationibus flagitabat, magisque suis, quam Regijs copiis, ac viribus constabat. Quippe illi Curiam regiam ex inuidia magis, quam honoris regij cura illum odire. Nonnulli enim (vt prædiximus) ob munera susceptа Canis partes agebant, pauci calamitatem Regiæ infamiæ, ac impudentiæ ingemiscebant; sed impotentia resistentiæ pertransibãt. Potens igitur, ac Magnificus Cunradus in Karinthia, cuius Prouinciæ pro Rege Marescalchus Germano vocabulo appellabatur, copias suorum sequacium, qui illi suberant, parari instituit, atque studuit, vt (quatenus posset) Paduanos tueretur, quibus fidem pecunia obligauerat, scilicet Carrarienſibus, &, siquidem non valeret, residua pecuniarum, & omnium exportandorum hauriret. Nicolaus depopulatis Plebatu, Sacci, & Insulis, Coloniis, & Terris adiacentibus cum Rizardo de Camino ad terram Est ex decreto Canis, cuius nutu, atque consulto, & ope omnia gerebantur, exercitum duxit, castraque identidem posuit. Non enim quisquã in Paduano districtu locus, aut situatio erat, quò, vel quà vniuersæ Paduanorũ Coloniæ vsque in mœnia per montes, ac planicies subdendæ, superandæque decumberent. Et ibidem Castrum validissimum eo, quo olim Marchionis Estensis Arx consurrexerat loco, situque cum amplexu magnæ partis terræ Estensis designauere & foueis, & vallis sub omnium * Coloniorum Scodesiæ, Pedisuendæ, Insulæ Causiluis. Et per easdem oras iugibus diuturnis, nocturnisque laboribus afficiebãtur dum locus, seù Castrum iam ferè inexpugnabile consurrexit, ad quod ipsi extorres cum bannitis Vrbis, & quibuscunque profugis confluxere subactis omnibus à meridiana parte incolis Paduanis vsque in Vrbis mœnia. Quibus omnibus à Brintha flumine, quod secus * Bouolentam fluit, & à Calle, quò Vicentiam de Padua iter est, vsque in Est singuli parebant Coloni, mandataque seruabant, atque iulta per singulos menses, & terminos pretia persoluebant.

In vtroq; Nec nulli.

Fortè Colonorum, *vel* Coloniarum.

PP. Vt alibi Buulentam.

Clausi verò, obsessique intrò, citròque Ciues de his, quæ anni eius fructibus in Vrbem sibi conduxerant, vitam agebant, arrepta spe instantiam & iam * naturorum in campis senescentium futurorum, atque ex præteritione messis temporis humi collabentium. Soli Carrarienses cũ consodalibus de Capite Vaccæ, Buzacharinis, & paucis alijs eis obsequentibus sibi à locis vicinis Vrbi cum cateruis satellitum, & hala Germanorum grana, atque blada ad sua horrea contrahebant. Tartarus enim, & Vbertinus cum siccariorum suorum; & homicidarum, & assassinorum longis ordinibus ex suis, & alienis agris ad se victualia contrahebant, * nec proinde aliæ rapinæ, extorsiones multifidæ, ac violentiæ in Ciues nouorum, atque inauditorum cotusque generum cessabant ad prandia, * & comessationes secum quos nouerant

In Vtroq; Naturorum. *Sic locum hunc legerem, & emendarem.* Et iam maturarum, in campisque senescentium frugum, atque ex preteritione, &c.

In vtroq. Perinde.

rant per Vrbem locupletiores inuitabant, quibus poſt ipſa conuiuia ob caretias, indigentiaſque ſuas proponebant mutua, poſcebant, prout facultatibus cuiuſque ſuppetere exiſtimabant. Recuſantes quoque ſtipitibus conclauabant in domeſticis ergaſtulis, dum fame affecti impoſita perſoluebant. Nec ex ijs cuiquam querelas fundere audebant. Moſque vnus horrendus in eius Vrbis calamitatibus obrepſit, qui ſub Iacobo de Carraria olim Tyranno ſemel tantum eqperat. Quod nocte ante Luciferum, ſi quis viſitandarum ſacrarum ædium cauſa, vel viciſitudinum agendarum domo egrediebatur parati erant, quibus commiſſa talia erant, ſaccum repentino actu ſuper verticem capitis apertum iacere, & circumductum ſuccingere, vt viſu ille captus priuaretur, metuque vocem edere non auderet, ductuſque in ignotas ædes fame, & mortis metu pecunijs ſe ſe redimere cogeretur, vt demum relaxati noctu ſe ſolos, aut in templis, aut in Vrbis angulis inuenirent, domoſque taciti, & vita contenti rediẽt, nec Coniugibus, aut Filijs, quæ paſſi fuerant, exprimerent. Hoc quoque ſcelus cæteris Carrarienſibus, eorumque complicibus * ..... aſſidua aſſentientibus ſic increbuit, * ne quiſquam ante altum Solis aſſenſum, vel deſcenſum domibus egrederetur. Sed triſte, abhominandumque facinus, & Deo, ac Hominibus odibile in Presbyterum Thomęum Eccleſiæ Cathedralis Virum ſanctum, & honeſtum dum ad Eccleſiam duobus nepotibus ad ſacri matutini myſterium accederet trium ſaccorum iactibus commiſſum eſt, in priuataque domo retenti, dum ſe pecunijs, quibus ille ſacerdos iuſtus potuit, redimeretur. Sed hos maleficos quoſdam ex domo Capitum Vaccæ adoleſcentes fuiſſe compertum eſt. Dumque per paucis poſt diebus facinoris huius notitia quibuſcunque indicijs prodijſſet, minis illorum adoleſcentium perterritus, mortiſque inſtantis metu affectus ſacerdos expirauit. Habuere, conſtituereq. inter cætera Tartarus, & Vbertinus conſtitutos ad hæc ex nepharijs ſatellitibus ſuis ſcrutatores, qui per ſingulas Vrbis, & Suburbanorum oras nomina Ciuium, qui pecunias, & mobilia cuiuſquè valoris habere crederentur, longis pergamenis conſcriberent, quantitateſque pecuniarum nominibus apponerent, quas perſoluere cogerentur, mutuaque ab ipſis de multa manſuetudine depoſcerent, ſimulque conſilia addebant, ne veſana reſponſione denegarent. Nam aut duplicanda, vel triplicanda illis fore, aut mortem imminere. * Per haſque Ciuium tam ſæuas anguſtias ſibi Vbertinus, & Tartarus magnas pecuniarum ſummas aggregabant. Nec peſtis hæc tantum intrà mœnia Ciues inuaſit: Sed hoc idem Scribarum officium ad Campanearum ædes, nec non ad quaſcunque diſtrictus Villas dilatatum eſt, quibus nil aliud reclamationis remedium, quàm ad tabulas eorum perſoluere, congruebat. Nec Prioris Sanctæ Mariæ de Vantio deteſtabile, ac flagitioſum, memoratuque terribile homicidium prætereũdum ſilentiò ſit, qui cum Vbertino, & Tartaro ad prandium inuitatus ſit, cum quattuor ex eorum Siccarijs ſociatus ad Cœnobium remiſſus eſt, in veſtibuloque loci eius mox trucidatus, & ſemiuius inductus ſepulcro iactus & reconditus, & ſcrinijs capſiſque eius apertis quicquid cum pecunijs inuentum eſt Dominis exportatum. Fuere in eis Vicis S. Mariæ de Vantio Mulieres duæ, mater ſcilicet, & filia, quæ Virgo cum ad Vbertinum raperetur, vique abſtracta domo educeretur Matre reclamante, ipſaque puella vociferante, ambæ gladijs iugulatæ dimiſſæ ſunt. Ciuis erat vnus Paduanus Raxone popularis vtique gratus, & honeſtus, qui vxorem ſibi nuptialiter domum adduxerat. Cui ante crepuſculum ex parte Vbertini in auriculam iactum eſt, ne * mulieris carnali contactu vtatur, ſi craſtinam diem viuus videre voluerit, cum illam Vbertinus Amaſiam ſuam iam dudum concupierit. Paduanus dolore interno perculſus, quid ſibi conſilij foret ignorans, cum paucis honeſtis propinquis, ingentibus tamen timoribus Vbertinum ſub crepuſculo adiere, in quos crudelis, metuenduſque turpem Paduani uſum exprobrauit non niſi ſanguine ſuo vindicandum, quod ſciente Amaſiam ſuam notam matrimonio aſciuerit, * & gladio extracto ipſum magno aſtantium tegmine repreſſus eſt: ſed demum ſub mitibus applauſibus acceptione quinque Centum librarum abire dimiſit impunem. Erat Iudex Albertus Rubeus nomine, cognomineque & ſapientia, & eloquẽtia prædituſ, cui Cognata erat vna nubilis Vxoris ſoror. Hanc Vir vnus nephandiſſimus Obizonis de Carraria ſpurius, omnium ſceleratiſſimus homicida, ac prędo ſceleſtus, * qui illam ſibi, quod dotes diues haberet, petierat: Quam confeſtim parentes Alberti Iudicis conſilio alij plebeio bono equidem viro deſponſam ſimul, & adductam dedere. Mane ſummo deducta ad illum ſpuriuin facti notitia, quem Baſtardinum vocabant, ad Vbertinum querelam effudit. Nec vltio huiuſce rei delata eſt: Sed ea die Albertus Iudex ille (proh improuiſus) dum tutus cum famulo per Vicum Prati Vallis abiret à ſatellitibus Vbertini gladiis multiplicibus confoſſus

In Vtrq. Viciſſitudines.

In PP. Oblũc. *In V.* Obsũc. *Vtrobique nullo ſenſu.* *Pro.* Vt nullus.

Intellige. Vt dicerent, in conſiliis dabant.

PP. Mulier.

Forte. Et gladio extracto in ipſum magno, &c.

Qui illã. *videtur abundare ubi præfferis* hanc

consissus est. Quod ubi inius, qui intùs fuit, vicini, exteriique inde transuntes fugere, huic quo ostijs delituerat cum familijs bonis pressi deplorarent. Sæuit cædibus ad vesperum horarum tractum, ad quod nec exparentibus quisquam, nec cum aliis pedire ausus fuit, dum Fratres Heremitæ ex duo petita ab Vbertino venia, ac licentia quotiens sibi Cœmiterium depetere iussisset hoc ciuis exequijs facere. Dum tempus messis foret, ac præterèa Nicolao, & exterris quacunque ex causa non prohibentibus grana, & frumenta festinanter colligere permissi sunt, nec tolerantiæ huius causa patenter agnita est. Canis tamen respectus ex consulto, non grata, nec eò modo intrinsecorum habitus est, sed sui ipsius coaptatione propositi, dum res Paduanæ ad commodiorem posse opportunitatem solertissimis studijs deducerentur. Iam iam enim ex tam diuersis, variisque ægritudinibus consternatæ Ciuitati vix deesse supputabat, quin iugum tuum ipsa vltronea coarctatione subiret. Propter quod nec * violentæ obsidioni, nec vlteriore atflictione opus esse existimabat, quæ disperatis viis euadendi manus eius fortuna aliqua (vti non nunquam accidit) contulisset. Lectis ergo frugibus primis (vt cuique legi potuere) æruminolam vitam sub semper vrgentibus, ac vorantibus Carrariensibus distulere.

Sic emendati, cum in P.P. Corrupte legerentur. Ad quod nec patrètibus, aut quibusquam aliis. *Io V.* Ad quod nec parentibus, aut quibusdam alijs. *P.P.* Festinant. *Mel.* Violenta obsidione.

Interèa fama ad Vrbem allata est Cunradum de Oueftagn cum tercentum Galeatis Paduam aduentare, aliasque Regias copias maturè secuturas, quę exteriorum persecutiones, aliaque irritamenta fuerunt; Vindemias & minuta blada liberè Ciuibus expediant, exercitusque illorum, & omnes conatus deleant, atque terra, Castroque ac munimento, quod struxerant, diruendo pellant; Vrbem liberam ab omnibus insecutionibus, hostilibusque iniurijs ac violentijs * pellunt. Aduenit Cunradus magno apparatu à Carrariensibus, & Communitate receptus. Cui expositis exteriorum proditorum infandis, sæuisque excessibus, incendijs, cædibus, rapinis, & depopulationibus sub Cane tacito fautore illatis, & patratis, Cunradus armo, equis, curribus, tormenta, ballistas, & quælibet ad Castri oppugnationem conclamauit iussit. Quibus confestim cum pane cocto, vino, & aliis victualibus vehiculo, & sarcinis compositis ingenti tubarum, tibicinumque concentu porta S. Ioannis egressus est, & per calles ad Est ducentes præmissis speculatoribus properauit. Adeòque cursum maturauit, vt prius Procussores Oppidum insultarent, quàm Nicolaus, & * sui inducs ac scrutatores, quos Paduâ perquisituros miserant, aduenissent. Fortè Nicolaus ea hora inermis inspaciabatur. Qui, vt veros hostes cominus adesse cognouit, celeri saltu subsidit, armaque conclamans ipse Pontis machinam, qua Pons leuabatur, subiit, Pontemque festinus erexit. Extemplo Oppidanis magno clamore excitatis fit vtrinque collocutio per lanceas, spiculorumque iactus, exprobatioque conuitiorum. Dumque aduesperesceret exterioribus nequicquam proficientibus concertatione delitum est. Dumque mane die circum Oppidum Castris, sarcinisque dispositis Cunradus cum exercitu instaret, en vox repens crebris clamoribus, & plurimum intus desonans insonuit, Paulum Dentem, * qui cohortibus Canis equitum mille apud Cœnobium S. Mariæ de Carceribus duorum fermè millium ab Est distans in insidijs latuerat, propè adesse, Oppidanosque ad erumpendum cum armatorum manu, quorum maior copia decebatur, quàm rante credita fuerat, paratos. Cunradus * inopinatè cum Tartaro, Vbertino, aliisque Proceribus tanto clamore, fugaque eorum, qui antè cesserant perterriti (cum nulli Paulum vitium contestarentur) fugæ se se coapeauere. Sed lacero agmine, nec aciebus instructis, Teutonicis in vnam phalangem coactis, nec de Latinis vsquequàque fidentibus, de seditione timentes, nec in aciebus militum instruendis, qui pedites seruarent, turosque promitterent, ordo seruatus est: sed, qui in aduentu primi fuerant, posteriores, & qui postremi, in fuga priores incederent. Sed proh miserrima Plebis, Populique sarcinis onustorum, armorumque ponderibus conditio Bubulcorum, Ruraliumque iactura? Quorum pars maxima pro corporum salute abiectis armis, vehiculis, curribus, bouibus relictis, rectis callibus egressi per vineas, & agros discriminia effugiebant, pluribus à montanis agrestibus interceptis, necatisq. Subierat & pestis nebulosi æthcris cum imbribus pluuiosis, lubricus, & aquosus sub pedibus luxus, quibus persæpè occidui, præcipitesque agebantur.

Forè. Reddit.

Forè. Cum cohortibus.

In vtroq; im oppinate.

P.P. Occubebat.

Sed ò incipites, variique bellorum euentus? Vir fortissimus Cunradus de Oueftagn in Germaniæ bellis plurimis strenuus, probatusq. alios vincere, fugareque solitus, Tartarusque ille communem hominum mensuram proceritate superans, in Vrbe formidabilis, ingentium audens facinorum, cæteriq; generosi Proceres, quorum magnificentijs Paduanus populus subditus * occumbebat, fama vana tantum Viri vnius nec dum visi, nec persequentis, vt

fulmine

fulmine icti, tergoque percuſſi, refugiebant. Marſilius verò præſidio Vrbis relictus, audita huius fugæ, vltroneique conflictus ſtrage, metu ingenti perclusus, ne rei huius tam inſperatæ terribilis aſperitas nouos in Vrbe ſub aduentu triſti rumores induceret, cum amicis, & neceſſarijs armatus in forum prodijt, portaſque clauſas haberi, ne ſine ordine fugientes ingrederentur, multoſque * remeari diù antè portas coegit, dum Cunradus cum cohorte ſua ad mœnia applicuit, quem ad Epiſcopatus aulam (ibi namque condeſcenſus illi erat) ſociauit. Dumque per eam diem turmatim, & ſingillatim cæteri Manipuli regreſſi ſunt. Sed erat per eos dies Vrbis mæſta facies, turbulenti omnium vultus, taciti, pallentes, ab omni fermè conciliationis ſpe deſtituti, deficientem ſibi hanc ſingularem ſpem huius Cunradi cernentes, hoſtem fortiſſimum Canem tanto anfractu ipſorum roboratum. Sed maximè Marſilio, & Carrarienſibus, ac complicibus vrens, atque perurgens cogitatio, quibus auxilijs, ſuffragijſque reficerentur. Cunradus idem dolores cordiales vultu tegens, in ſe pudens; tamen illos in ſpem arrectos multa ſuaſione, hortamentoque ſuſpendit, *Nullius dubij, aut cunctationis ſpem illis defuturam, quin ad tantæ contumeliæ vindictam Regias copias, qualis per eas ætates hominum in Italia non deſcendere, ipſumque Regem inducat. Hoc ſuſceptum in ſe probrum, vltimum Canis futurum exterminium, atque exitium.* Tunc omnis cura, & ſollicitudo Carrarienſibus fuit pecunias, mutua, datias, & communes, ac ſingulares collationes vndecunque exigere, quibus aduentus huius Cunradi, & conſortij ſtipendia pararentur, atque ſoluerentur. Nec aliud quodquam producendæ Tyrannidis ſuæ remedium nouerant, quam Cunradum opibus, ære, pecunijs replere, vt illis immerſus, pro eis honorem Regium, ſuumque, ipſiuſque Dei timorem, & reuerentiam derelinqueret, ac aſpernaretur. Ille quidem captiuum ſub ſe Regem, incuruatoſque timore Principes, ac Conſiliarios peſſundabat, tacitoſque eſſe cogebat. Namque & nonnullos ex eis muneribus in ſuas partes trahebat. Cum profecto identidem, ſicut, heu, & in Regum, Principumque Curiis * ferè omnibus Auaritia * dominetur. Studiumque Carrarienſibus erat publicum æs ex theloneis; poſſeſſionibus bonorum Communitatis, exactionibus Datiarum, ſeu Collectarum, quibus omne genus hominum Vrbanorum, & villarum emungebatur, atque ad extremam conſumptionem bonorum extenuabatur. Nec miſeris Ciuibus quicquam dicere, audere, queri fas erat, licet hanc Tyrannorum ijs exactionibus atque emunctionibus Dominationem * fouendam infinitas pernities viderent. Illi quidem populo Paduano, ſicut peculiari pecude, ac mancipio, fouebantur. Multi Ciuitatem, & lares * proprios egentes, atque exhauſti relinquebant, greges filiorum ſecum Venetias, Clugiam, Ferrariam, & ad Vrbes, terraſque finitimas trahebant. Nec vnquam fuga, diſceſſuſque vllorum illis ingrata viſa erant, cum omnes in Vrbe reſidentes hoſtes maleuolos ſibi reputarent; quantòque pauciores reſtabant, tantò maioribus, & paucioribus alimonijs in Vrbe locum eſſe, quam ad vnius Caſtri, Oppidique Arcem contrahere in omni obſidionis caſu meditabantur. Et idcirco nulla illis miſeriarum, egeſtatum, ac inediarum Ciuium miſericordia, nulla charitas, nulla beneuolentiæ naturalis humanitas de ſolis ipſis, ſuiſque commodis conſiderantibus, vt Tyrannorum ſemper natura eſt, qui ſua dumtaxat commoda vſquèquàque reſpiciunt non curantes de preſſuris, & contumelijs ſubditorum. Voraginem igitur Cunradi Carrarienſes nõ implent, neque ſatiant; ſed anxiam, pluriſque appetentem, velut reſperſione aquæ effuſæ diſperſim extingunt, ampliorum ſpeque quantitatum breui ſupplendarum conciliant, & pollicitis laxioribus cohortantur. Dum relicto illis Hengelmario, * vti ſemper ſitienti ſanguiſuga, & fugiter emungenti, diuitibus ipſe ſponſionibus abſcedit. Abſcedit in ſe pudens, * quòd vilißimis hoſtibus; ſed (quod pudentius erat) nullis terga dederat, Vrbemque, quam in ſua ipſius tutela acceperat, in faucibus Canis vorandam, atque omni ſpe deſtitutam relinquebat, & quòd Rempublicam illam, quæ multorum eſſe debuerat, paucis iniuſtè, & ignominioſè vendiderat. Abſcedit improba conſcientia remorſus, quid Regi, ac Principibus ſit de geſtis Paduæ relaturus. Sed hæc omnia reprimit, & ſibi vendicat ſecum congeſta pecunia, quam ſe ipſo chariorem defert omnis alterius honeſtæ conſiderationis * oblitus. Manet Vrbs omnibus anguſtiarum preſſuris ſubdita, & conculcata, intrà ſola mœnia ædes, & mobilia continens, vti obſidione circum obruta, & vuarum, vini, ac minutarum frugum omni ſpe priuata ſeris, ac potius inſperatis Teutonicorum adiuuandæ ſubſidiis.

Sed omnia hæc miſeris Ciuibus interinſecarum calamitatum reſpectibus à tergis reiecta, leuiſſima viſa ſunt, dum aſſidua illos ſæuiſſimorum Carrarienſium tormenta conficiunt, qui

ſanguinem

Forte Remorari. *Vel* Remeare.

Mel. In Italiam.

In Vtreq. Impere. *non recte. Forte.* Dominaretur.

Aliquàm pro paſſiue, niſi pro Infinitas pernities: Infinita pernitie *reponatur.*

PP. Populos.

Mel. Vti ſemper ſitiente, &c. & emungente.

Mel. Non quod &c.

PP. Oblitum.

sanguinem mille modis à consumptis eliciunt: datijs, & collectis publicis,& priuatis expoliãt in se diuisis pro singulorum portione pecunijs, Hengelmario in partem suam fraudatæ, & expoliatæ Communitatis emolumenta partita cum Carrarien sibus contrahente, contrectan te,& in singulis assentiente facinoribus,consorteque. Tartarus,& Vbertinus singulariũ Vrbanorum,Ruraliumque extorsionibus dies noctesque factis, impositis longis Pergamenis,conscriptis sub nominibus,& prænominibus inuigilabant: tabulam soluentibus in porticu exhibitam habebant cum tabellionibus,vt ad tribunal publicum considentibus,& nuncijs scripto referentibus, quantitates,quas pro Dominis iniungentibus ipsi deferri præceperant. Nec exactiones hæ Curiam illam tanta collectione replebant,quando & de Colonijs furto, raptuque Boues, & pecora magnis gregibus turbæ siccariorum adducerent, reluctantesque, si qui fuerant,cæsos absque remissione dimitterent.

Obizo,dira facie,dentibus contritis ipsa inspectione deformis,bibulus, semperque sitiens, antè ædem suam à satellitum manipulis ambitus, terribilis Tyranni gestans imaginem; sed & ferox simul actus exercens à mœnibus Vrbis partem districtus,quæ à flumine Brinthæ,quę per Bouolentam cingitur versus Austrum,vsque in Pernumiam, & Trebanum sibi diripiendam assumpserat vsquè in fines Cauarzeris Venetorum. * Sed veh Ruralibus,accolisve quibusque, qui prædia possederant ab ea parte, Ciuibus, pecoribus, & mobilibus omnibus spoliatis, & ea propter sponte pro parte maxima dimissis incultis. Cui filius erat spurius omnium facinorum sceleratissimus,& proborum inquinatissimus,qui hominibus occidẽdis paruipendebat, vt belluis, risuiq.patri habebatur,quodq. malus esset,atq. fama diceretur, gloriæ suæ reputari congratulatus ostentabat, numquam,aut rarò correptus. Cuius narrare sæuitias, & horrenda flagitia, & pestes circum illatas occupatio esset prolixa, & nimia digressio dicendorum. Sed cũm Deus desuper omnia Vrbis huius inulta suspenderet, in hoc tantum spurio diræ, atque abhominabilis necis permissionem ostendit, quòd in rabiem versus, consilij cuiusquam spiritualis impatiens ad euocantes cõsocios Dæmones expirauit. Tantæ insolentiæ, petulantiæ, ac dissolutionis erat hic Obizo, vt à diluculo vsque in noctem temulentus omni & Corporis voluptati sine fine inseruiret nil malum, vel * indecens existimans, quod libuisset. Accusatum sibi fortè famulum,famulamque domesticos,quod se amore mutuo diligerent,fortassitque & simul coissent,veritate rei non perquisita mutilari fecit, Virum scilicet cæcari,& * puellę nasum putari, & abscisa membra ad se visenda perferri, quod & continuò factum est. Quorum tamen innocentia seuero Iudici Obizoni serò pœnitenti nota accusatoris malignitate patenter innotuit. Hocque scueritati additamentum adiunxit, quod vterque illorum ab antiquis domus suæ * familiaribus.

Marsilietus non homicida,non sanguinum effusor, Virginum raptor, vel in personas terribilium maleficiorum effector,aut author; verum auaritiæ summæ, rapax, pecuniarum, & publicarum,& priuatarum raptor sub titulo, & colore officiorum in publicum quæsitorum. Ille publicorum carcerum Præses,& Custos intrantium,& exeuntium spolijs, & coactis illorum redemptionibus insistebat, ministros scelerum, quales facinorosus vius exigebat, illis præponens officijs, meliores habens eos, qui maiores summas finitis singulis mensibus relignabant. * A Nocturno quoque tempore Præsidatum,seù Potestariam Plebatus Sacci cum Villis adiacentibus sibi continuam violenter,& potenter obtinuit. Cuius Potestariæ subiectis assignatas pro Villarum Communitatibus grauissimas pro suo libitu * quantitates. Vbi Criminalium,& Ciuilium causarum contrà subactam Ciuitatis Communitatem causas, lites omnes acceptis pecunijs dirimebat, simul * & ipse cum reliquis Domus eius de pecunijs omnibus contributionibus * non indulgens. His,alijsque breui post Pauli Dentis incursum, atque Ciuitatis excidium opulentissimus, ditissimusque factus est.

Marsilij autem, qui procritate staturæ Magnus, Marsilictique præeminentia vocitabatur,naturam,moresque alias scripsisse meminimus, cum de primis Domus huius de Carraria, solutionisque status Ciuitatis nostræ primis originibus scriberemus. Sed immutatis rerum Paduanorum conditionibus discriminosis, mutabantur & Marsilii huius mores, quantumque & pericula, vexationesque Vrbis augebantur,tantum & ille sub monitore Patruo cautior,astutiorque efficiebatur increscentibus semper non modò virtutibus; sed & dolis,astibusque obtinendæ trans omnes Cognationis suæ præeminentiæ, nec non & Reip. gradatim subiiciendæ, * ne vmquam trans modum suæ moderationis,& dispositionis increscente se se * Parentibus suis mitem,atque obsequentem ostendere, venerari, Ciuibus, qui

Reip.

Mel. Sed vel Ruralibus ac colis,veh qui busque.

Sic emendaui, cũ esset in Vtroque. Indices.

In Vtroq; puellam.

Desideratur. Fuerat.

PP. Calore.

V. Anotimo quoque tempore *incerta plane sententia, & non obscuro mendo.*

Desideratur. Exigebat. *Fortè* etiam. *Delerem.* Nõ.

Mel. Nec vnquam trans modum &c. increscentem se se &c.

PP. Patentibus.

Reip.gubernaculis efferebantur placidũ,benetuolumq.ſe exhibere,ac ſi cõe bonũ diligere viderentur,diligebatq. * dum bonum de ſuo ſemper nutui contemperandũ accederet. Cumque magnitudine oĉs ſuperaret,manſuetudine quadam ſimũlata gloriã ſupprimebat,& Nicolao laſciuienti,atq.ſuper cęteros ſe extollenti ex induſtria cedebat,vt illius craſſantiæ,quę creberrimæ erant,illum mitem oſtenderent,diligendumq. ex patientia * efficerent per hæc ingenia ceteris craſſantibus ſuę Cognationis. Ipſeq.manus eò uſq.à rapto ſeruaſſet ad tantã ſubactæ Vrbis,Ciuiumq.potentiã peruenit,vt oĩbus potiorem locũ ſibi vindicaret. Eratq.eius præpotentiæ radix,continuũq.fomentũ Hengelmarius Capitanei nomen gerens,quẽ continuis de ære publico donis * alebat,ſibiq.in omne fas, ac nefas ad tẽpora neceſſitudinũ ſatelliũ obſeruabat. Erat ille Dominationis ſignũ quoddã non ſolũ Marſilio amore, & muneribus deſeruiens,ſed & mętoris,nihilq. negotij agens,ĕt minimi,niſi, quod ille ſpeciali licẽtia conceſſiſſet. Subijt tamen,atq.in dies inualuit recens, ingenſq. * ſuſpitio inter Vbertinũ, & Marſilietũ ex eo ſcilicet, quod Gulielmũ Dentem Conſanguineũ ſuũ ex Sorore Matris natũ Tartari cõſilio ſic ſeditioſe,ſicq.nequiter occidiſſet. Ea diffidentia Marſilieti pectori exorta,ne quem eis potentia parẽ videbant,inuidia improuiſum opperetur,atq.gladijs conficerent. Tartari ſiquidem inſignẽ perfidiã agnoſcebat,& Vbertini pronã in omne facinus prauitatẽ. Cumq. per dies ſuſpicio hæc in tantum coaleſceret,vt Marſilietus occaſionis verba iactaſſet, ſe nõ ſic incautũ circumueniendũ,vt ipſo in ſubtili prætexta,quemadmodũ & illo potirentur,maiori ſolita armatorum ſatellitum comitiua domi,perq. Vrbem coambulans ſeperiretur. Identidemq. & Vbertinus,ac Tartarus ſiccariorum,ſequaciumq.familias augebant,& congrediendi hinc,inde vtrinq.iam aperta verba iactabãt. Ciues,ac Vulgus horum edocti per Vrbis vicos,& vndique tali diſſenſione gaudere, exultare, congreſſum illorum magna eſſlagitatione cupere, omni rerum nouarum,& præſertim Carrarienſium * digreſſione,ac colliſione contenti. Sed in Marſilieti, Opizoniſq.partem cõi,ſed ſecreta,& operta opinione concedere. Marſilius Magnus aſtu ſoliro ſedandarum harum litiũ,diſſenſionumq. inuleo ſtudio medius videbatur,frequentibus colloquiis illos coire cum cæteris eius proſapiæ faciens,quid illis euenire poſſet,diſtinguens,ſi ſibi ipſis obnoxij fuerint. *Non aliam cauſam poſſe ſuſceptũ Ciuitatis Dominium ſoluere, nec aliud intrinſecis,exterioribuſq.inimicis ſpem afferre. Non ob aliud Cognationis ſuæ extuliſſe potentiã, niſi eò uſq.tenaciter, atq.obnixè * obſeruaſſet concordiam: Hoc præcipuè à bonæ memoriæ Iacobo Seniore ſuo prædefuncto vltimo affatu illis iniunctum.* Per quæ hæc,& alia ab aliis Neceſſariis, Complicibuſq.ſubiuncta,& ipſi conciliationis verba hinc,atq.hinc * in ſe mutuo proferebant,vnanimeſq.digredi videbantur. Verũ iam ſecuri ad radicem poſita domeſticorũ, familiarumq.ſuſurris, nunc veris, nunc falſis relationibus in priſtinas ſimultates reſidebãt,flagrantiuſq.accendebantur. Magna vtriq.Parti Satellitum, Gladiatorumq.ſequela armatorum ſuperbiam Dominorum extollebat. Tacitè tamen in partem Tartari,& Vbertini clandeſtino fauore declinabat,non ob aliud,niſi quia, ſi Partes ad diſcurſus in prælia, vt ſe ſe manibus inceſſerent,cõmiſcuiſſent,Populus,ac Plebs Marſilieto,& Obizoni potius adhæſiſſent,quo caſu Marſilii potentia in ancipiti futura eſſet,cum oĩbus ferè Ciuibus inuiſus foret, & de Dominii Ciuitatis occupatione ſuſpectus. Cum & ipſi Marſilietus,& Obizo ipſius Marſilii in alteram partem pronioris opinionem agnoſcerent,nec ſe ipſo Marſilio inferiores,ſi concitaretur Populus,& prodiret Ciuitas in tumultũ,ſupputarent. Idque prope erat,quod ſi præſumpto auſu in confuſione cœpti, inualeſcentiſque rumoris hiatus fundere Plebs, Populuſq. prorupiſſet, hoc certiſſime futurum erat,vt in eo conflictu Tartarus,& Vbertinus,& ipſe Magnus Marſilius * deperiſſent: nec tamen in ipſorum Opizonis bibuli,& ſpurci viri,vel Marſilieti parum induſtris,dominii nec capacis, Dominium reſediſſet;ſed veriſimilius ad Politiã populi reuertiſſet.

Marſilius Magnus omnium horum gnarus,* circumſpectus,ſtatũ hunc repentè,& leui rumore præcipitem decernens,ſibi ſoli,ſuiſq.rebus prouidere neglecto omni Communi,priuatorumq.bono,ſiue Conſanguineorum,ſiue quorumcunq.etiã fidelium, veterumq.amicorũ, Cani Grandi(quod ſibi vltimum cogitationũ ſuarum finem ſeruauerat) Ciuitatẽ tradere obnixo propoſito meditatus eſt,nec vltrà traditionem hanc diferre. * Eant Parentum, Propinquorum ſuorum fortunæ,Communitatis,& Populi libertates, qua via ſors illi dederit, dum ſibi ſoli,rebuſque ſuis conſulat. Populum,& Communitatem in ſua potentia conſtitiſſe odiebat,& Statuta,ac Leges communes abhominabatur, niſi quatenus ipſe eleuãdi,& moderandi poteſtatem habuiſſet. Parentum prauitates, ſæuitiaſq.etſi maiores, atrocioreſq. fuiſſent,non * eminente eidem ſuæ ruinæ periculo æquanimiter toleraſſet,dum illi vaſtus animus, admo-

In eodem. Dũque.

Ibidem. Exiſterent. *Sed locũ hunc totum cla vierum effacevis ſi legeris, & interpunxeris hæc patẽt.* Vt illius craſſantiæ, quæ creberrimę erãt, illum mitem oſtenderent, diligẽdumq. ex patientia efficerẽt. Per hæc ingenia ceteris craſſantibus ſuæ Cognationis, Ipſe, quòd manus, &c.

Malè in Vtroque Alebatur. *Malè hic pariter in vtroque* Supplicio. *Reperitur enim nõ multò poſt.* Cũque per dies ſuſpitio hæc &c.

Sic in PP. At in V. Diſgreſſione *fortè pro* Diſgregatione.

In vtroque Obſeruaſſe. *Fortè melius.* Inter ſe.

Pro Deperirent.

Mal. Circumſpectuſque.

Sic in PP. in V. Erant.

Pro Imminente.

dumq. ipſius foret, ſuiq. ipſius, quã vllius dilector. Familiarẽ antiquũ habebat naturę ſuę, ſuorumq. morũ accomodũ Senis olim Iacobi patrui ſecretariũ, votorumq. cõpotem, ac complicem, Guerciũ Tuſcũ olim Lotti Tuſci filium virũ ſectioſum, aſtutũ, iamq. grandæuũ, cuius Marſilius in arduis quibuſq. arcanis cõſilijs regebatur. Paris Gibolẽgæ, & olim Alberti della Scala patris Canis Grãdis, dũ pestẽpora Partes illæ magis incaleſcerent, valdè incenſum, Paduanis vſque tunc ſuſpectum habitũ, & olim Albertũ della Scala Paduanos ſuperaturũ optaſſe, ſeditiones per tẽpora, maximè in Vicentię Ciuitas, Caſtrum quoq. Montagnanæ in Alberitiationẽ deuenißent, pertẽptaſſet, nocturnis diurniſq. alloquijs apud eundẽ Albertũ inſtitiſſet. Fama hæc, ſeù vera, ſeù falſa de Viro iugiter laborauit. Hunc ad Bailardinũ de Nogarolis Preſtantẽ Vicentiæ, qui Canis per tempora conſilia ardua vnanimis, confidẽq. erat, lancinũ direxit, qui & cũ ipſo Cane ſecretis interdũ cõueniebat alloquijs de Ciuitate Paduę illi tradenda, deq. ijs deq. ijdem cũ Marſilio perquirendis, per quę Marſilius Canis animos, fidemq. ſibi conciliaret, hoc vinculo coniungetur. Quod & ipſe cõuentiones alias cũ Iacobo Patrino filio pertẽptaſſet. Abda Iacobi prędicti olim filia Maſtino della Scala nũpturo traderetur dote X. millium librarũ aliàs ſimiliter conſtituta, ſeù quantitate alia maiori parum omnibus vulgata. Quodq. Marſilius tradita Ciuitate Vicarius pro Cane in ea vocitaretur, ac officiũ, & nomen gereret. Quodq. interemptorum Gelforum bona, ſcilicet Macharufforum, Terraduenſium, Malidorum, & omnium inde ferenter, qui poſt Pauli inſultum metu vrbe diſceſſerant. Item (quod & dictu, audituq. abhominabile) quod bona filiorum, ac hæredum olim Gulielmi Dentis per Tartarũ & deinde occiſi (vt ſuprà expoſitum eſt) Marſilij eiuſdem eſſent priuatis illis Infantulis, & Patre, & bonis paternis. Quodq. etiam ſacrilegium fuit, Bona Monaſterij Beatorum Proſdocimi, & Iuſtinæ vbicunq forent, mobilia, & immobilia Marſilij eſſent, & poſſeſſionem eorũ obtineret, inſpoſſioneq. & conuentione cũ Cane deductio. Interimq. & huius Abbas Monaſterij excluſus omnibus bonis priuaretur. Itẽ quod ex extorribus Paduanis quibuslibet, ſiue bannitis, ſiue relegatis, ſiuè, qui (vt dictum eſt) nullo delicto, ſed Carrarienſium ſolo metu diſceſſerant, illi exclu ſi Vrbe manerent, quos Marſilius voluiſſet. Conditiones * hæc pacis ex poſt facto ſingulæ ſunt rerum * executionem per ſingula docente. Ex omnibus Marſilij coniunctis, affinibuſque nullum præter Tartarũ conſciũ horũ fuiſſe præſumptũ eſt poſterioribus executionibus indicantibus, cũ mox tradita Ciuitate præ cæteris admiſſus fuerit Cani acceptabilis Marſilio producente. Cuius filio nata quædã olim Raynaldi Scrouegni, quẽ de te fidentẽ manibus ſuis gladijs Tartarus ipſe confoderat, Cane iubente Sponſa tradita eſt dote X. millium librarũ, quæ illi puellæ acceſſerat hæreditate paterna cõceſſiſq. atq. additis per Canẽ Tartaro præſidijs, finitimis agris olim anteceſſorũ ſuorũ, qui pro parte olim Comitis Veronẽſis extorres fuerant ab antiqua memoria, atq. ſemper inimici. Tantũ cordi erat hic Tartarus Marſilio, & vnanimitate connexus. Mirũ eo tẽpore qualiter, quantũq. Tartarus iſte à prima adoleſcẽtia in nephãdis criminibus homicidiorũ, prædæ, flagitioſarumq. maximè ſeditionũ facinoribus obuerſatus, & alitus rebus ſemper proſperis ſuccedẽtibus creuerit, & maximè horũ Carrarienſiũ amicitiæ & fauore beatus ſemper fuerit, dũ ad hoc culmẽ, Ciuitate Cani tradita, proſperitatis aduenit. Ex deribus demũ per Guerciũ cũ Bailardino, & Cane percuſſis, ad quæ vnienda & præſentia ipſius Marſilij opus fuit, Marſilius ipſe noctu nullis arbitris, aut conſociis, quã ipſo Guercio ſimul, & Tartaro (vt traditur) in Vicentinũ diſtrictũ mutatis in habitũ ſuo diſimilẽ veſtibus cũ Cane in conſtitutũ locum cõueniſſe dictus eſt, ibiq. cũ eo iuxtà tractata coniuraſſe, & deditionis forma conſtituiſſe (quibus ſcilicet artibus, & ingenijs Marſilius ſuos deciperet, ac circumueniret) & opportunitatem, cõmoditatẽq. coordinaſſe, quæ per ſubſequẽtia in paululum veniere. Marſilius in Vrbẽ reuerſus, nil, niſi Marſilieti, & Opizonis ſumptas in Populũ audacias verebatur, quas primũ tollere, vt cæteras vias aperiret, cõſiderauit. Marſilieti facile erat ſuperandi conatus, quẽ ſola rerũ familiarium felicitas, & opulentia magnũ fecerat, Opizone tra pãloſo, ignauo, & ſemper temulento cũ vinoſis, & prædonibus Paduanarũ Colonianũ vitam agente. Marſilius quidẽ (vt ſuprà diximus) potentia Hengelmarii Capitanei Germanorũ, eorũq. Cohorte poterat, quibus à Cunrado de Oneſtagno nõ aliter, quã Marſilius Magnus decerneret, exequi præconſtitutũ erat, ſecreto alloquio Marſilietũ Vrbe pellere, amouere, tollere conſtituit, facti huius ſerie, ac ordine ſimul conſtitutis. Cui Hengelmario mobilia, æs, & cẽs Marſilieti ſubſtãtiæ tapiẽdę à Marſilio cõceſſæ ſunt. Hẽgelmarius, Germaniq. qui cũ eo erãt, ad nil aliud, quã ad prædas, & raptus intẽdentes, vt, & Dño ſuo Cũrado raptus reſignarẽt, ſibiq. ſeruarẽt, ouãtes cõſilio Marſilij aſſenſere. Iidẽ in ipſum Marſiliũ, bonaq. eius cõſenſuri, ſi

Marſi-

Verũ. Impius *Ans ſic emendãdus locus vniuerſus.* Dum illi vaſtus animus foret, ad modumq. ſui ipſius, quam vllius dilector, &c.

Inv. Incenſus, ſuſpectus, habitus. &c.

Apud aliquos Paraninos Hiſtoricos Tradea. Tedea *etiam apud non nullos.*

Pro I Ex. *More ſuorũ, vt alibi. Forte mel.* Executione.

Marſilieti,vel alterius vires, aut potentiæ præualuiſſent. Occupata igitur in Marſilietum per Hengelmarium cuiuſdam cauſa Captiui occaſione e Carceribus dimittendi, quorum Marſilietus (vt dictum eſt) præſes erat,lis oborta,ſcù querela inter Hengelmarium, & Marſilietum. In cuius litis obiurgatione Hengelmarius Germanorum Cohortem ad Marſilieti ędem dimiſit.Qui,vt Canes famelici,ædem ingreſſi,res & mobilia quæque, & domum omniũ bonorum fœcundiſſimam diſcerpere equos proceros de ſtabulis abigentes, diuitioſiſſimamq; domum lectis,veſtibus deauratis,monilibus,tapetis,pecunijs aureis,& argenteis magno pondere ex lucris,& iacturis Populi aggregatis euacuantes,& plauſtris,atq.equis efferentes,Marſilieto redelata,cum tunc in alio Ciuitatis vico cum quibuſdam foret, ipſe domũ propriam à Germanis obſeſſam accedere nequaquam auſus ad Marſilium Magnum, tamquam ad omnium ſingulare refugium conceſſit, & quidnam hoc eſſet exquirens, quidvè ſibi incumberet, non aliud à Marſilio Magno redditum accepit, niſi vt cederet ſuo conſilio, Vrbeque egrederetur,perſonæ ſuæ conſuleret. Marſilietus tanta animaduerſione conterritus ſe tertio,ſicut ibi erat,omnia timens, & ſpecialiter Tartarum, & Vberrinum, quos ſub Marſilio potentes præſcierat, & necem ſuam optantes, per viciniorem portam Vrbe egreſſus diurno, nocturnoque curſu ad Maris lacunas tetendit, Venetiaſque conceſſit. Excluſo ſic Vrbe Marſilieto, domoque eius opulentiſſima ab Hengelmario, & Germanis (mox vt dictum eſt) expilata, Opizonem timor inualit, * & in ædem propriam à præſidio omnium Siccariorum,& Gladiatorum ſuorum deſtitutus ſe recondit,de fugaque & ipſe meditabatur,dum ad domos Tartari,& Vbertini frequentias denſas ſatellitum,& armatorum ſentiret. Sed confeſtim aſtutus Marſilius Magnus cum pleriſq. ex familiaribus ſuis inermis ad illum perrexit,planiſq. & amicis verbis exhortatus eſt,tutus maneat,nil ei metuendum fore* facto Marſilieti plus errore quodã & furore Germanorum comiſſo,quàm ex conſtituto,& illud breui conciliandum. Opizo etſi vesanus,bibuluſq.rem,quam Marſilius exponebat,altius mente exiſtimabat; ſed reſiſtentiæ viribus carens omnibus pro tempore iniuriam diſſimulauit,non tamen ob id ſe tutum exiſtimãs. Cęteri,qui Marſilieto adhæſerant,diſperſi per Vrbem ad plateam Papafabarum,videlicet antè Marſilieti, & Opizonis palatia non apparebant. Pauci ex amicis,& neceſſarijs Opizonis illum ſolo Marſilij Magni timore viſitabant. Vtq.Marſilius ſuſpicionem alleuiaret ſuſcepto per dies,& horas ſecum Opizone per Vrbem ſpaciando coequitabat. Nec tantum Marſilieti, & Opizonis amici hoc proceſſu Teutonicorum conterriti ſunt: ſed quicumque ex Populo, vel Plebe, ſeù Maioribus Ciuibus fauores illorum optauerant, ſiuè etiam alij per Vrbem totam metu pauefacti Marſilium Magnum,ac ſi Ciuitatem totam occupaſſet,formidabant,iamque, vt vnum ſolum Caput, Dominumque verebantur.

In Vtroque Factum.

Philippus de Peraga vir potens,qui in ruinis vrbis vna cum Carrarienſibus deteſtabilis fuerat,eò vſque loqui liberè aduerſus quoſcumq. auſus, eadem formidine ad Marſilij ædem frequentabat nil improbans, vel probans, niſi quod Marſilio libuiſſe perpendebat, & illum & ipſe veritus.Similiterq.Aycardinus de Capite Vaccæ,& alij Marſilieti, & Opizonis Conſuetudinarij faciebant. Nilque iam intererat ſi titulo Marſilius Dominus vnus Ciuitatis nõ vocitaretur, * cum re Dominus ſic eſſet,vt quicquid ei libuiſſet,liceret. Sciebat enim vnuſquiſq; Hengelmarium cum Germanis ſuos veluti ſatellites eſſe, quos ei Cunradus de Oueſtagn ſuſcepta mercede locauerat, quam de Communi ære Marſilius ſua aſtutia de Propinquorum ſuorum fatuorum aſſenſu ſumptã illi erogauerat. At nec ipſe * illis emptus Hengelmarius futurum Regis ſimpliciſſimi,ac Cunradi auariſſimi opprobrium,& æternum flagitium cogitabat. Sic illum,& Dominum ſuum Curandũ accepta a Marſilio pecunia occæcabat. Rebus ſic ſe oppreſſæ,& iam nullæ Communitatis habentibus,oĩbuſq. in manu ſolius Marſilij collocatis,conſilio Canis,& ſecretorũ ſemper cõicato,miſſoq. per frequentes vices Guercio Lotti nocturnis ſilentijs,ſummiſit Marſilius ex ſuis clanculũ,qui in Curia Marſilij,& per Tribus Ciuitatis dicitarent,melius eſſe Marſiliũ in Capitaneum ſibi præferre, vt ipſe ſolus potẽtia, & iuriſdictione potiretur, quã tantis ſubiacere diſcriminibus corrupta ſic Ciuitatis,& oĩs Reip.facie,vt neſciret quiſquam, quæ via ſalutis tam patriæ,quã ſingulis foret. Nec deterrere poſſe Vrbis cõditiones,dum neſciret homo,quod vitę,rerumq.ſuarum ſibi effugium eſſet. Inualuit per vniuerſam Ciuitatẽ vulgare hoc,ac adeò increbuit,vt iam,ſi metu non arcerentur,Marſilium Dominum eligendum clamitarent. Amici quoq.& Marſilij familiares,vt plurimum inuiti, ſed concurrẽti Fortunæ in hunc effectum ſecundantes & ipſi Marſilio ſuadere, *vt ipſam Ciuitatem erigeret, ſe vnum Dominum,Capitaneumq. præferri pateretur; alioquin conditionibus*

In PP. Tamẽ.

Melius Vili; *In PP.* Vilis. *pro* Vilis.

Digitized by Google

ſic exigentibus voce Populi ad Prætorium differrentur, Ipſiq. ĳdem amici voces, & vota cunctorum ſecuturi hoc ſalubre conſilium in publicum conclamarent, & effectui operã darent. Marſilius his congaudens Conſanguineos Domus, & eos, qui eis contœderati per ſingulos caſus fuerãt, euocauit, Philippum ſcilicet de Peraga, Ayeardinũ de Capite Vaceæ, Duxium de Buzacharinis, & alios pleroſq. factionis ſuæ, quos ſuper agendis in tãtis diſcriminibus Ciuitatis conſuluit. Illi, vt de re propè neceſſaria, Marſilium rogandum decreuere, periclitatæ Vrbis onus reuãdum ſuſcipiat. Solus ille, ſi quid remedij eſt, ne cuncta depereant, cui Deus, & occurẽtium rerum Natura conceſſere, Principatum in ſe vnus ſumat, in quem tã publica, quã priuata paribus votis cõmiſſa ſint. Capitaneus ſit, & Domini Generalis nomẽ obtineat. Hocq. vno dicente cæteri editis ſimul vocibus cõclamauerẽ, & ſic fieri conſuluere. Marſilius etſi gratulabundus intrinſecus, egris verbis, vti compulſus, annuit dictis illorum, *Vt libeat eis, Populoque gratum* ſit efficiant. Verũ, nè forte in tanto Populo, & Ciuibus diſcrimen tanti momenti nouum aliquod parere poſſet ſolito ipſorum Propinquorũ ſuorum, & amicorũ more pro agreſtibus inquilinis per Villas & Colonias ſuarum potentiarum manipulos in Ciuitatẽ accerſſant pro talis, tantæque rei magnificentia, tutioriq. executione.* Hæc liquidem oĩa de Canis clandeſtino conſilio Marſilius agebat. Vt gradatim Ciuitatis, & oĩum Singulariũ tam Propinquorũ, quã cæterorum ad exequenda, quæ præconſtituta erãt, de Ciuitate Cani habilius tradẽda potentiã Marſilius præoccuparet, per has ſimulationes confidentiã Propinquorũ oſtendebat. Confeſtim Propinqui, amiciq. rem ſimplicem agere, vt conſtituerant, opinantes, pro agreſtibus miſere. Quorum, aliorumq. Satellitũ, & Siccariorũ turbæ frequentes in Vrbe coiere, & iã per vniuerſam Vrbẽ famam dileminauere Marſiliũ Dominũ Vrbi, & Capitaneũ præficiendũ. Populus verò, Ciuiſq. omni nequã ſtatus mutatione contẽti congaudere, lętari, & exhortari, & placitũ hoc per Vicos, & plateas, ac ſalubre omnibus promulgare. Quamquam enim Virum hunc in Vulgus proteruum, cunctiſq. formidoloſum prænoſcerent, hoc tanto remedio leuabantur, quòd vnus foret, cum eò vſque exitiorum ſuorum præfuiſſent eis tot Capita, quot Tyranni.

Ad Conſilium igitur maius Cõis Ciues cẽs accerſente Cãpana conuenit oĩs ordo, Tribunorũ videlicet, Antianorũ, Gaſtaldionũ, Cõſiliariorũ, Singulariumq. oĩs generis. Vbi iuſſo ſilentio conſcendit in auditoriũ, cui dicendi vices à Marſilij Conſultoribus cõmiſſæ erant, magniſq. ſuaſionibus, facetiſq. præconijs cõcluſum, conſultũq. eſt. *Oportere Reip ſic diſſolutæ Vnũ; ſed Marſilium præferri, vt vno Capite regeretur.* Moxq. vix expectato verborũ pronuncianti fine, *Fieri hoc, & opportunè fieri conclamatũ eſt ĳſdem, quibus olim Iacobo de Carraria Patruo ſuo modo, & iure præfinitis, ordineq ſeruato.* Ille perpaucis verbis vexillũ ſuſcipiens M. Rubeo Parmenſi Conſanguineo ad hoc cũ CC. equitũ Cohorte per eos dies cuocato præſidatũ Poteſtariæ conceſſit, & in Prætorium Cõe deſcendens reliquit, ſtipatuſq. Propinquorũ de Carraria, & Aſſinitũ, Amicorumq. comitiua ad ædẽ ſuã ſe cõtulit. Hiſq. ſic peractis triduò fermè, vel quatriduò Rurales, atq. Inquilini ad ſua rura dimiſſi ſunt. Creſcebat interim in Ciuitate ad Marſilium veniens Parmenſiũ turba, in qua iam palã Canis Grandis amici, Cõmilitoneſq. ac Cõtubernales cognoſcebantur, nec cuiquã ex hoc aliud obloqui, vel hiſcere iã licitũ, tutumq. erat. Marſilius enim iam ſecuro ſuorũ præſidio indubitatũ dominiũ obtinebat, vt Vrbis traditio, & retentio in ſua ſolius poteſtate eſſet. Agnitis iã in patulũ Canis Grandis familiaribus, ac militibus, peditibuſq. Tunc & vulgò iubente Marſilio* editũ eſt, inter Canẽ Grandẽ, & Marſiliũ celebratas eſſe nuptias, inter ſcilicet Maſtinũ olim Albuini filiũ, Caniſq. nepotẽ, & A. Marſilij neptem natã olim Iacobi de Carraria, ad quã deſponſandã de proximo Maſtinum Sponſum cũ Spineta Marchione Malaſpinæ, & alijs Canis Grãdis Conſodalibus Marſilius in Padua præſtolaretur.* Ad huc Marſilij Propinquos, cęteroſq. Ciues fouebat ſpes, vulgòq. enũciabatur, Marſiliũ cum Cane ſocietatẽ contraxiſſe, vt huic Vrbi Paduanæ Capitaneus præeſſet, Caniq. cęteris fędęribus ſocialiter deſeruiret. Indicabat hoc, quòd cõiugij huius celebrationis honore, amoreq. Canis in Vicentia, & Verona pacẽ conclamari publicè fecerat, ne aliqui, ſcù extorres Paduani, ſcù* vili Paduanos intrinſecos ære, vel perſonis, aut quibuſq. mobilibus inceſſerent, ſed vuas, fructuſq. & vina liberè quiſq. ſumat, & in Vrbem contrahat. Quæ res gaudium non modicum Populo, Ciuibuſq. attulit inquientibus omnibus *faciem hanc eſſe bonæ mutationis, & non niſi ſalutem, & relevationem ab tantis flagitijs, & grumis indicare: laudare Deum, manus ad Cęlum tollere, qui de Cęlo in terram* reſpexerit: Nullum Dominium, nullum Statum comparatione factorum prętertorum atrocius ſequi poſſe.*

Propinqui aũt, & Collaterales, & Familiares Marſilij, qui tam infandis antè licentijs graſ-

ſabantur,

Molins. Solũ illũ eſſe, &c.

Dele V. Sic.

pp. Edictum.

A Aldam, vt ſupra.

Forte, Adhæc.

Mel. Illi. i. Extorres.

F. Reſpexit.

ſabantur, vereri, & pauere cęperunt quidnam hoc iam futurum foret. Admiſſos in Marſilij Curiam Canis familiares videbant, iugiterque de Verona Paduam frequentare, ſuſcipi; Marſiliumque iam non Singularis, Familiariſque, Conſanguinei, vel Conciuis faciem habere, nec copiam ſui ſolitam facere, ab exitu proprij thalami diutius expectari. Et interim, dum appropinquaret dies, vt nuptiales ſponſiones hæc fierent, in omnium notitiam venit Maſtinum ſponſum cum Spineta Marchione de Malaſpinis non palàm; ſed clanculùm Venetias applicuiſſe, & A, quæ tunc Venetijs per Marſilium tenebatur, ſubarraſſe ſimul, * & noctu matrimonialiter concubuiſſe; Sed nunc, quamquàm latenter acta fuerant, in patulum explicanda fore, & in diem certam Maſtinum cum Proceribus, & Contubernalibus Canis, militiamq. ducentorum, aut trecentorum equitum in Vrbem expectari maturato per hæc intercidentia inter Canem, & Marſilium negotio. Marſilius Tartaro, Collateralibus, & omnium horum, vt dicebatur, * conſcio Propinquos, Agnatos, & principales ſui generis, ac Aycardinum, & Franciſcum de Capite Vaccæ, & eius domus Primores, quique omnium bonorum, & malorum conſors fuerat, ad ſe accerſitos allocutus eſt. *Nouerint qualiter à die inſultus Pauli magnis momentis, magnis conflictationibus ingenijs, & ſtudijs Vrbs hæc in eorum ditionem retenta fuerit ſub auariſſimis Teutonicis,* * *tamen Vrbem ab Cane ſub vmbra Ducis Karinthiæ eò vſquè defendentibus. Qualiterque inter Proſapiæ de Carraria Coniunctos inuidia ſurrexerit, quidùè Nicolaus, nullo contentus* * *Parentum conſortio egerit. Egiſſet tamen ſuis fruſtatus nequitijs, & in ſuam foueam ipſe caſurus, ſi reliqui Domus huius humano more Ciuitatis Dominio, &* * *oblata ſiue à Deo, ſiuè à Fortuna vti voluiſſent: Sed ſciunt ipſi (Ecce hic aſtant) ſi more humano tolerabili, & non ſeuiſſimo, ac belluali hoc cõmodo, & dono Fortunæ vti voluere: ſi hominum, Ciuiumque ſeruitijs, & non pecudum vorandarum quotidiè cruoribus vti voluere: ſi humanitati, pietatique, vel manſuetudini ſe dare voluere: ſi alicui ſeueritati, flagitio, vel facinori vnquam pepercere, non vſi hominum conuerſationibus ſub vlla Ciuilitate; ſed mancipijs, & ſeruilibus ſub omni deſpectione pecoribus. A ſe illos frequentiſſimè monitos, vſquè dum monitiones odia in ipſum gignerent, & perſæpè in eundem tecta, mina oborirentur. Scire ipſos debere, etſi illi in ſua laſciuia, & inemendabili corruptione cæcati non concernerent, Naturam ipſam hoc abhorruiſſe, vt iam aer ipſe peſtilens non ſolum Vrbis huius fœdaretur; Sed diſtantes per totam Italiam, tranſque Montes Gallicas Regiones infectaret. Euenturum hoc fuiſſe, vt ipſorum omnium, ipſiuſque Marſilij cum eiſdem exterminium, vnumque interitum, & diuinum, humanumque iudicium prodidiſſet,* *orantibus omnibus tam diras clades audientibus Deum de ſummo Cœlo in tam efferos Tyrranos ignes, & fulmina iaculari. Nunc autem ſciant, & velint nolint huic tanto diſcrimini remedium, quale haberi potuit, à ſe ipſo inuentum eſſe. Qui quamuis Propinquos ſuos vltrà communis ſanguinis amorem dilexiſſet, vt diutius pro eis, ac cum eis mortis periculo occubuerit, mortis ipſius proximum, & inſtans exitium expectare noluiſſe: Sed Sibi, eiſdemque Suis, quatenus valuit, de vita vlterius producenda conſuluiſſe; ſcilicet ſub eò vſquè vitato, & omnibus viribus propulſato Canis Grandis Dominio. Datum illi eſſe, & conceſſum per ipſius Marſilij operam neceſſariam Ciuitatis Paduæ Principatum, & liberum, ac generale Dominium. Cuius præſidia equitum, & peditum iam in Vrbe præſentia ſunt, quorum viribus iam reſiſti non* * *poſſit, ipſumque Marſilium huius præſidij, & gentium caput, & tutelam eſſe, mortem pro illo (ſi mori tantum expediat) ſubiturum. Conſulere, hortari, ac rogare ipſos Propinquos, alioſque neceſſarios, & amicos præſentes, atque abſentes huic mitia colla iugo ſubmittere, vt qui libertatem vti noluere, aut etiam neſciere, ſeruire, & famulari diſcant Domino ſingulari.* Audientes hoc propinqui, & aſtantes vultus inter ſe ſtupentes iactabant tanto confuſi mœrore, vt vix * quiſquam eorum voces edere valeret. Sed ſolus metus dolores nonnullorum, manuſque compreſſit. Quibus verò eloqui prudentiæ, audatiæque ſuaſere, atque induxere, non aliud audendum, agendumque fore edidere, *niſi Marſilij geſta comprobare, parere, & omni Fortunæ colla ſubmittere, fidelitateſque & obedientias iuxtà Marſilij decreta, & ſtabilimenta Cani facere, alacritateſque oſtendere, & pariter cum eo omnem famulatum ſubire.* Pars tacita dolores, & angores metu conſternata ſuppreſſit, mœſtumque colloquium illud pro maiori parte diuulſum eſt. Sed verba hæc Marſilij permiſſione, & nulla prohibitione per omnem Vrbem promulgata * diſcurrere.

Ciues primis auditibus inexpectatis mœroribus, ſimulque & horroribus perculſi fluctuauere, domoſque ſubeuntes cum Vxoribus, filijs, & familijs tacitis querelis triſtia infortunia ſua, & ſuæ Vrbis defleuere progeniem hanc de Carraria deuouentes, quòd Vrbem hanc in

A. Aldam. *Abeſt.* Cũ ea. *Videtur hic intelligi* Guercius, *Archanorum omnium Marſilij conſcius vt ſupra. Secus pro,* Conſcio, conſcijs, *reponendũ eſſet.*

Mel. Tantũ *Deſideratur in* PP. Parentũ. *Niſi vocẽ hanc ad Ciuitatem refert, non habebit, quò ſpectet. Emendari nihilominus ſic poſſet hic locus ex proximè ſequentibus.* Et hoc oblata, ſiuè à Deo, ſiuè a Fortuna commodo, & dono vti voluiſſẽt.

FP. Orantes.

In PP. Poſſe.

In eadem. Et amicos huic, atque abſentes, &c. *Male in vtroq.* Quidquam.

In vtroque Diſcurrit, *manifeſto mendo, niſi pro* Verba *reponatur* Fama.

Digitized by Google

has calamitates, & extremas miseriis infandis suis operibus deduxissent. *Heù, heù infausta, infortunata Ciuitas ferro, fame, & sanguine tanto defensa ab Cane tempore, nunc illi gratis accessisse. Venditum Populum, vt pecora, seditione, & traditione paucorum infandorum. Proh execrabile facinus? proh semper memorabile, ac pudendum dedecus, tam potentis, tam nobilis, tam liberæ Ciuitatis sine bello & armis sub Canis iugum sponte, & nullis reluctationibus abeuntis? Pudere tam improuisæ, atque inexpectatæ in hostem antiquum exosum, & terribilem seruitutis? Pudere tam impensæ, atque inexpectatæ in hostem antiquum exosum, & terribilem seruitutis? Qualis vita, statusque mutatio hæc? Quam horrenda, quam execrabilis & metuenda? Nihil de cætero iuris publici, vel priuati cuiuspiam fore, nihilque proprij arbitrij eloquendi, nisi quatenus Domino placitum, gratumque crediderint.* Hæc, & alia mœsti per ædes suffusis lachrimis, gemitibus, ac rugitibus multis eiulabant. Verùm post hæc inter se emissa, digestaque lamenta ad respectiuum solamen reuertebantur. *Et quid ingemiscimus,* inquiebant, *dum lethalem vitam, mortemque viuacem Carrarienſium exuamus? Quis status illo pernicioſior, flagitioſior, maiori pœna, continua formidine terribilior? Seruitus hæc, quàm subituri sumus, vna duntaxat futura est, qua & plures subiecti Populi tamen viuunt à singulorum violentijs absoluti. Vna nobis metuenda, colendaque facies Viri erit, quem obsequijs, & famulationibus placare poterimus. Hocque erit nostri grande leuamen solatij, quod nos Plebs vilissima liberiori vita fruemur, quàm nostri Nobiles, in quos cadere manu solet animaduersio Dominorum. Ecerino quondam de Romano, primi qui Vrbem prodidere Nobiles, primi supplicia persoluere, capitalesque pœnas digni dedere. Altiores domos semper grandia incutiunt fulmina, quæ nostras transeunt casulas planiores. Numquid videbimus, & cõridebimus, & dignum conclamabimus nos Turba minor Dei iudicium horum Carrarienſium strages, cædesque & clades pati, quas in alios intulere. Suum ipsi ijdem astruxere rogum, suum decreuere, & constituere supplicium. Fidebit hic Dominus eorum, in quibus nullam expertus fidem fuerit, nullam inter se, nullam in alios charitatem? Equidem non fidebit; sed immanes, truculentas feras ferro, vinculis, supplicijsque domabit. Sistamus lachrimas, lamenta ponamus, per spem libertatis hanc seruitutem, qua saltem sub Iustitia singuli fouebimur, habeamus. Quid vltrà possimus è tot erumnis non nisi Dei permissione, aut iussione leuati. Speſque nostras ad vitam, & salutem Domini Nostri desiderãdam, colendam, & amandam vnanimiter erigamus; cuius benevolentiam, fauoresque dignis meritis conquiremus, illum promptissimis vincemus obsequijs. Veniat autem, veniat, & vtinam veniat. Illudi adhuc credimus nos seruiles animæ. In libertatem redacti erimus, cum hos maiori Dominio seruire videbimus, vt nobiscum sint pari famulatione Conserui.*

In PP. Animaduerſo.

Mel. Hos Carrarienſes.

A. Aldam.

Marsilius igitur omnibus vicissitudinibus ad vota succedentibus A. sponsam de Venetijs traduci Paduam mandat, illamque Marsilietum concomitari gratulabundum, & contẽtum, quòd vix omnibus rebus desperatus in Vrbem reuocaretur. Dieſque aduentus in Paduã Canis in publicum Consilium ijs præconijs, & enunciationibus statuitur. Marsilius siquidem in Auditorium spectabilis conscendens ad populum prætatur. *Benè nostis Ciues tam Nobiles, quàm Plebei, & omnis generis Viri, quantis sollicitudinibus, quantis studioſis conatibus Vrbem hanc à Cane della Scala tutari, ac defendere operas dederimus nullis parcentes personarum laboribus, sumptibus, angustijs, & pressuris. Hucusque huic nostro Regi H. Karinthiæ post Fridericum Austriæ (nè longam faciam retrò seriem) adhæsimus, seruiuimus tam fideliter quàm constanter in continuam spem suspensi, ac detenti, quòd validis suffragijs iuuaremur. Demum accessit Cunradus de Oueſtagn, coarctationes, & necessitudines nostras vidit, quod potuit, contributi aris deportauit, & frustrà redituru cum præsidijs spopondit, neglexit. Rege negligente alia vndecunque suffragia ab Sanctæ Ecclesiæ Legato, & Communi Venetiarum, à Marchione Estense cum Longobardis, & omni parte pertemptata sunt. Omnia reuoluimus, & nullum calamitatibus nostris remedium, leuamen, aut suffragium inuenire potuimus, Cane hoc cum rebellibus Ciuibus vos vsque in mœnia vrgente. Inteſtina Ciuitatis nostræ flagitia taceo, quorum manus meas mundas conteſtor. In retia compressus, vt euadere vltrà nequiuerim, cum Cane viuendi remedia perquisiui. Diù, multumque conatus illum seruitijs, magnisque seruitutibus absque Ciuitatis huius libero Dominio Vobis conciliare, amicum facere, vexationibus ipsius personarum obsequijs, & annuo ære redimendis; nec hoc quidem obtinere vllis pollicitationibus valuimus, ni Ciuitatis Dominio potiretur. Ego verò ijs angustijs intrò, citròque oppressus, & circumuentus de salute vestra simul, ne conniĉti, & captiui cum misera hac Vrbe in manus eius expressa vi deficeremus, quæ valui, fœdera contraxi Personæ meæ, quatenus potui, Domique, & Præsapiæ meæ salubria contracta cum ipso Cane, & stirpe sua de hac Nepte mea matrimonio cum pace vobis*

H. Hentico.

Desideratur Sollicitus.

Mel. Contractio

dands,

dunda, & toleranda vitæ vestræ remedijs. Dura vobis hæc, puto, videntur, sed mihi duriora libero Patri, diuitijs, honore, & amplissimis omnium rerum copijs freto. Quod in me ipsum, meosque constitui, hoc vobis participibus communicani. Animos vestros, quæso, componite, ferentiores fuisse à Deo præfitis in tantis præsentium temporum plagis cedite, necessarium statum Dominij non primi, nec vltimi, natura & ordine rerum sic afferentibus, vltroneæ assensione subite.

Post Martilij dicta Ciues per subsellia varijs colloquijs inter se mutuere. Magna pars Vulgi leuis vix voces continens acta comprobabant: Multi verò eorum, ad quos Reip. maior cura spectabat, inter se dictitabant *ad hanc ruinæ necessitatem culpa Marsilij deuentum esse pro eo, quod plus Sui, Suorumque, quàm Communis Status curam agens semper Communitatem exosam habuerit, Populumque, & Remp. sibi, Suisque Propinquis subiecerit more patrui Iacobi de Carraria, qui sui Dominij vsurpati tempore, & ipse Nicolaum, & Suos insanire, & grassari permiserit sub nulla Iustitia: nullius que iuris, & æquitatis ordo seruatus fuerit, Cuius rei causa & ipse demum cum Populo ruente corruerit, & * fedè abrenunciare compulsus sit. Hic quoque Marsilius Tartaro Viro nephasto, & Vbertino, ac reliquis in facinoribus pernagantibus, & luxuriantibus, oppressis semper Populo, & Communione, ne aduersus illos cervicem erigeret, tãquam Columna perniciosæ perseuerantiæ, fautor extitit, nunquam misertus calamitatibus Populi si ab extrà nullam insectationem sustulisset. Sua ipsius culpa & facto in hanc coarctationem deuenisse, dum plenus diuitiarum, & omnium bonorum copijs, & ipse luxu, & omnibus ad libitum illecebris potiretur. Potuisse Marsilium (si mens illi æqua, & tranquilla fuisset) Populi, & bonorum Ciuium viribus, & consilijs Iustitiæ operam dedisse, formam, seù faciem Communitatis obseruasse, Propinquos metu pœnarum à sceleribus arcuisse; nonnullos ex insontibus Ciuibus, qui ex Vrbe non culpis; sed metu profugerant, reuocasse, Sibi Suisque conciliasse: sub veritatis assertione Propinquos suos, & singulares Ciues amicos suos singularibus iniurijs induxisse: Marsilium Remp. seque simul, & suos in exitium traxisse.* Collationibus, & narrationibus variis per singulos emurmuratis, re cogente, & sic exigente voces magno clamore proditæ sunt. *Fieri, fieri, quę rerum euentus compellunt, & Dei nutui se commendare. Satis, superque fore, dum Carrarienſium non Dominatum: sed vincens omnes Tyrannides exitium liberi pertranseant.* Verum mœsti, & quasi mentibus alienati digitos manuum ingeminant, palmas stringunt, tecta subeunt, cum Vxoribus & familijs lamenta futuræ seruitutis, & elapsæ libertatis rememorant, deflent; sed demum * temporis huius pestiferi se * accomodare, dum vita, anhelitibusque vitalis spiritus perfruantur. Iam omnis Populus, Plebsque alacribus vultibus aduentare Dominum suum Canem vocibus festinant, lætitiæ communis voces edunt, *pœnitere quòd iamdudum antè tanta interna, externaque Vrbis flagitia illum non acceperint.*

Canis cum Marsilio & diem, & horam ingressus sui contrectans, Guercio omnia hæc per frequentes affatus disponente, * diem Mensis Septembris Anni Domini XXVIII. post Mil lesimum trecentesimum * introitus constituere, simulque & ad effectum iuxtà concepta perduxere. Nam Canis constitutis Veronæ, & Vicentiæ pro custodia præsidijs multa militum, peditumque comitiua, cultu Regio, præcedentibus * procerum equorum vacuorum Ordinibus, Scalisque in altum cum quinis gradibus fulgentibus per Vicentiam coequitans, Paduani Populi Cateruis obuiam euntibus, & Clero cum leuatis Crucibus, ac * Litaniarum concinnitatibus, & *Te Deum*, conclamantibus per Portam Pontis Molendinorum ingressus est, Marsilio Magno lateri consistente, cæterisque Prosapiæ præeuntibus, ac circumstantibus, & Tartaro rerum, quæ gerebantur, omnisque spectaculi auctore, gloriante. Ingresso valuam Vrbis principalem Cane, & in callem maiorem Vrbis principalem progresso obuij perstitere Pueruli sub Insigni ad Scalarum effigiem vna voce conclamantes, *Valere, Viuereque Dominum Canem, mori faccos, & Daciarum impositores.* Substitit alacer puerorum edictionibus Canis, & quamquam veritatis conscius a Marsilio, & astantibus, quidnam hoc esset, quæritans, missilibus in Vulgus iactis, præterijt, & ad Prętorium concessit. Vbi in pauimento latissimo applausibus pręconiorum vulgò editis Vexillum Communitatis à Iudice Anciano rum suscipiens Tisoni de Campo S. Petri identidem astanti dari iussit, qui & Auunculo Marsilio Magno illud tradidit, Marsiliumque Vicarium Vrbis vocari iussit, & Bernardum quendam ex Contubernalibus suis Virum sibi fidum Rainutij Tusci olim filium Potestatę Vrbis constituit, ac Spinetam Marchionem de Malaspinis Lunensibus Collateralem suum Capitaneum Vrbis dici * enunciauit; sequè ad aulam Episcopalem post hęc colloquia contulit, ibique se collocauit. In eo loci Curiam firmans, lautissimas agens comessationes, discumbentibus

In PP. Fide. *In V. Dessi.* Sit.

In PP. Fieri, *vna vice tantũ.*

Melius Tempori huic pestifero. *Vel* Tẽporis huius pestiferi conditioni, &c. *Desiderantur, et huc aliquid puta* statuũt, *vel quid simile. In PP. post* diẽ *lacuna est, quã suppleas licet, addendo Numerum diei, ideſt* Decimũ. *Nã eo die Paduam Canis G. ingressus est, vt apparebit ex Notis. In eodem.* Introitum *Ibid.* Procerorum. *More Vulgi. Nam latini Litaniam, non* Litaniam *dicũt.*

V. Annunciauit.

bentibus simul cuiusque generis,& ordinis Viris sexcentis prima mensa conuescebatur,Carrarien sibus sub Marsilio autè omnes se exhibentibus, quasi omnes Vrbis Dominatores extitissent,& potentioribus honoribus dignos se reputarent, trepidantibus tamen cordibus, cum & eos inscios * agnoscerent traditionis Canem non latere existimarent, seque ipsos inscios agnoscerent. Perquè eos circiter dies Vbertinellum Tartari socium frangendę gulæ laqueum sibi clanculùm parasse compertum est, dumque se facinoris huius * suis cohercitum deprehendisset;sed à superuenienti famulo præpeditum,alteroque actu, nisi à familiaribus custoditus fuisset, præocupatum, fama vera facinoris huius Vrbem repleuit, quæ nec ipsum Canem latuisse dicta est.

Abundat hic Verbum Agnoscerent.

Mel. Sui.

Ciuitate nobilissima Padua Canis potiebatur; Sed paucis,modicisque ex Insignibus,melioribusque Ciuibus, quorum partem maiorem ætate illa Mors ipsa consumpserat, partem Carrarien sium turpis,& sæuissima Tyrannis Vrbe expulerat. Quota pars Carrarien sium assentatrix in Vrbe restiterat, * quos inter Buzacharinorum stirps, cuius nationis eo tempore duo inter editiores Ciues locum obtinebant. Vnus Pantaleo nomine appellatus. Vir hic omnium iudicio quanta humanarum rerum fortuna potitus fuerit singuli mirabantur. Dolosus, inuidus,mendax,maledicus;sed assentator,blandiloquus,astutus,omnibus vulgò acceptus, & ad officia quęque admissus,sed odiosus. Alter Duxius nomine visus honestior,rectus,insidiosus; sed * in se se succelando prudens,Potentioribus pedetentim adhærens, statu deficientibus deficiens, fortunæ hominum imitator. Et hi duo ex Carrarien sibus in Vulgus sæuientibus hortatores fuerant, lucrorum & ipsi,quibus poterant, saltem Rure, si non in Ciuitate, participes. Illorum non dilectores; sed obsecutores. Pantaleo Cani se placidè exhibens orisacceptabili facundia se se illi semper rebellem & viribus, & animo conteStatus translatum in ipsius fidelitatem animum retùlit lateri eius hæsurum, Veronę accolam futurum, nec ab eius contubernio vnquam discessurum. Ad quem Canis pro temporis vicisitudine libens se liberè consentaneum, acceptantemque despondit, ędemque in Verona cum libris M. annuo stipendio contribuit. Demum pro tam sublimis magnificentię accepti tantæ Ciuitatis Dominij Curiam solemnem in proximo S. Andreæ festo in Verona celebrandã edixit, in qua nouos milites cingere Marsilium, Marsilietum, Opizonem, Vbertinellum de Carraria,Aycardinum,& * F.de Capite Vaccæ, Duxium de Buzacharinis, Tartarum de Lendenaria,Guercium Lotti declarauit,quam Curiam paulò post eos dies in Verona vndique euocatis amicis,ditissimis apparatibus,splendidissimis impensis,trophœali gloria peregit XXXIX. militibus Longobardis, Veronensibus, & vno Veneto de Cha Fuscari militia cinctis. Ad quam Opizo Marchio Estensis strenuissima Ferrarien sium, Consociorumque Ciuium comitiua se honoris causa contulit. Identidemque & Ludouicus de Gonzaga nouus Ciuitatis Mantuæ occiso Passarino de Bonacosis Dominator affuit. Solemnis dies illa in Verona Magnificentissimum Canem ostendit;sed adeò munificum,vt singulos milites nouos duplicibus vestibus, & decoris ad hastiludia insignibus cum phaleratis equis donauerit cum omnium impensarum largitione, quæ esui, potui, annonæ, & luminaribus cereis nocturnis horis, & quibuscunque vsui hominum necessarijs vniuersæ multitudini trans omnes copias contributis. Cuius gentis omnis generis numerum computasse, aut æstimasse possibile cuiquam fuit, nec Imperatoriam, Regiamue Curiam in Longobardiæ Prouincia à referendæ memoriæ tempore vllam auditam, visamvè constabat huic potuisse conferri,non capacibus Vrbis Veronæ compressorum Ciuium ædibus, diffusis hospitibus Curialibus per porticus,& plateas. Munera per hos dies susceptæ Ciuitatis in Padua his,qui eam tradiderat,eximia fecit. Marsilio primum Magno traditionis principi petenti, quæcunque deposcere in sua optione voluit,vt scilicet Vrbis Paduæ pro Cane Vicarius vocaretur solo eo contentus vocabulo, constitutis pro ipso Cane Potestate,& Capitaneo,ac Officijs singulis pro eiusdem Canis libitu, qui omnium agendorum habeant potestatem. Petijt quoque diuinæ salutis immemor, & pudoris humani bona,& prædia Cœnobii nobilis S. Iustinæ Abbate excluso,quem Sanctus Pontifex per idem tempus antè præfecerat,vt singuli obtentus in suam potestatem veniant, acto cum Cane (vt ferebatur) quacunque instantia vt....olim Iacobi de Carraria spurius, quem à Monachis impostulatum eligi coegerat, depositò * .....Abbate præficeretur, priuato interim omnium bonorum Monasterij Abbate prædicto. Poposcit etiam Marsilius, atque obtinuit, vt bona quęque heredum Gulielmi Dentis nequiter antè ostium per Tartarum trucidati ipsi Marsilio mobilia, atque immobilia cederent, & cum fructibus omnibus in se deuenirent,

In PP. In se se fuæ celando. *Fortè* Sua celando.

In PP. Acceptantem.

P. Franciscũ.

Supplebis lacunam si addideris Gualpertino.

deuenirent puerulis paruulis innocentibus,ſcil quod paternæ mortis eorum ſentiret, quod eò vſque negauerat,ſcù auaritia inexplenda,quòd hæreditatem illam opulentiſſimam prænoueſſet,factis exulibus, vt perdito * patre bona etiam paterna in tanta rerum proteruitate perdiderint. Mirum qualis Marſilij huius * animaduerſio tam dura à ſuis primis oſtenſionibus ſuper nece olim dicti G. * aliena viſa* ſit,cum trucidato Gulielmo ſe adeò moleſtum,& triſtem oſtenderit,vt vterinus Frater fuiſſet,ille & damnationibus Tartari;& Vbertini homicidarum aſſentiens,veluti Capitalium hoſtium, fuerit. Sed hanc animi mutationem Pauli Dentis iniurioſus in ſe inſultus,& illata vulnera conuertiſſe in odia Puerorum aſſerebatur,quos ſe capitales ſemper inimicos habiturum rebatur,& ideò in extremum exitium eos deducturum omnibus, quibus poſſet, * inſecutionibus. Sic tunc rerum ordo Paduanarum pueris ijs infortunium pepererat, vt inſontes pœnas * indignas paterentur. Item bona, * quæquè Macharuffi forum exterorum,filiorum ſcilicet,ac nepotum olim Macharuffi,quem idem Marſilius ſuaſione Tartari, & idem Tartarus licet captiuum in ædem Vbertini ductum gladijs ſimul antè cõfoderant. Nec non & Paduanorum omnium Ciuium bona,qui ſiuè banniti, ſiuè non banniti ab inteſta Vrbe, Carrarienſiumque proteruitatibus metu aufugerant, abienteſq. per circumſtantes Vrbes exulabant,& præſertim Maliciarum (ſic enim quædam non infima Ciuiũ progenies vocabatur) Terradurenſium, Ioannis militis de Campo S. Petri, & aliorum, quos pro Pauli inſultu damnatos capitaliter Carrarienſes ipſi in eorum nominationibus eſſe voluerant,& conſcribi ſuis arbitrijs fecerant,omnium horum bona in Marſilij ius,& poteſtatem deuenirent. Conceſſiſſe hæc larga,& vberi manu Canis non alio largiendi,quàm Vrbem recipiendi animo dictus eſt,cui nil omninò dum Vrbem carperet,denegandũ viſum eſt. Emendationum ſubſeruans tempus iuxtà rerum earum iuſtificationem, & meritam compenſationem pro datoris honore,& Iuſtitia,ſeruitijque menſura,& * acceptatoris contentatione redigenda ad congruentiam tolerabilis æquitatis. Guertio autem Lotti,quòd tractatus huius ſolertiſſimus exercitator,actor,& operator fuerit, Poteſtariam Terræ Plebis, omniumque Coloniarum eidem adiacentium Iuriſdictionem contradidit,Rectorque pro Cane in eo Tribunali ſedeat, principetur. Munus egregium, ampliſſimæque honorificentiæ, & emolumenti, hocque ei perpetuum eſſe decreuit. Tartaro vel Marſilij ſpeciali gratia, quem vnicum Conſodalem, votorumque ſuorum Compatem habebat, vel quod(vt putabatur)& ipſe traditionis Vrbis conſors cum Marſilio diceretur, filiam olim Raynaldi Scrouegni ditiſſimam Virginem filio coniugandam mandauit cum dote opulentiſſima librarum VIII. millium annualium, quamquam Raynaldum prædictum olim de Tartaro confiſum improuiſum Tartarus vnà cum Nicolao de Carraria trucidaſſet. Itemque & alteram Virginem olim Gaboardi Scrouegni filiam filio Aycardini Capitis Vaccæ Marſilij Conſodalis, & amici ſimiliter coniugari præcepit cum ſucceſſione paternorum bonorum in dotem Sponſo componenda.

Conclamata pace ſub tuto Canis Dominio omnes vndique Ciues Paduæ indemnatos ſecurè in Patriam,& bona reuocari magno laudis Canis præconio * editum, vulgatumque eſt. Tunc Henricus Scrouegnus Ciuis Nobilis per ea tempora apud Venetias remoratus ad pacis huius odorem Paduam concurrens ſupplex conſtitit ante Canem fidelitatem Ciuis offerens munere oblato aureorum annulorum cum pretioſis Margaritis Domino ſuo pro ſalutatione, & ingreſſu proſpero in eiuſdem obſequijs, quem Canis placidè, ſtrenuèque ſuſcepit. Verum Marſilius aduentu hoc ingenti turbatione moleſtus captata cum Cane hora in eam diem collocutus eſt. Canis Marſilij deſideriorum compos, & per eas viciſſitudines vnanimis in largiendo, quæcunque illi complacuiſſent, diſſenſioni tamen ſe ſe interponere nobili vrbanitate niſus eſt,ipſoſque ambos conuenire ſui in præſentia fecit. Petebat Marſilius multorum millium ęs, quod vxori ſuę ex hęreditate olim paterna deberi dicebat, Manfredi ſcilicet Scrouegni olim fratris Henrici prędicti. E contrà nihil ex ijs teneri Henricus reſpondebat, cum eo tempore,quo nepotem ſuam Marſilio coniugem tradidit X. mille libras conſtituerit, atque Marſilio contradiderit,contentumque illis eo tempore ſatis,ſuperque fuiſſe,nec abinde per multa pacis Ciuitatis Paduę tempora cum multa amicitia,ac familiaritate cum eo obuerſatus Marſilius fuiſſet, quidquam ex eis petiiſſet. Si quid quoquè ex fratris olim ſui hęreditariis bonis in eum deueniſſet iure abſolutum tempore, ſpiritualiterque fuiſſe ipſum Henricum, cum auitas vſuras pro tota hęreditate magni ęris erogatione perſoluiſſet. Marſilius dicta Henrici inficiatus in ea magni ęris petitione perſiſtebat. Canis medius de tranſactione, & pace curialibus verbis vtrinque diſſerebat. Dediſſet,vt fertur,Henricus portionem libra-

rum

In PP. Tpſe. *In V.* Aduerſario. *In PP.* Aduerſio. *G.* Gulielmi. *In V. Deeſt.* Sit. *Deſiderari videtur.* Statuiſſe. *Sic in PP. & vtiè. Male in V.* Dignus. *In PP.* Quæ.

PP. Acceptoris. *In Eodem.* Operatus.

Ibidem. Edictum.

Digitized by Google

In eodem. Constante. *Mel.* Consistenti. ium V. millium manendi in Vrbe desiderio Marsilio * constanter, seù pertinaciter in grauiori petitione consistente. Per ea indefinita verba dies illa præterijt. Sed Henricus videns Marsilij insuperabilem, vel tractabilem potentiam, verius, ne forsan personali coertione grauius vrgeretur, noctu cum vno duntaxat puero Vrbe digressus Venetias clanculum se transtulit. Post eiusdem discessum in bonis Henrici, nec minus ac Marsilio placuit, sæuitum est omnibus, & singulis Marsilio postulanti ab Cane concessis; palatijs eius magnæ altitudinis, atque amplitudinis Canis Contubernalibus deputatis.

De Mussato restat simul quidquam exponere. Post Pauli insultum Mussato tunc de Alemannia redeunti à Carrarien sibus Dominium Ciuitatis tenentibus iniunctum est Vrbe negata Clugiæ demorari. Postque non multos dies conualescente à vulneribus Marsilio, * de Venetijs pro quibusdam agendis se transtulisset, in reditu Clugiam iter torsit, Mussatum in ædem, quam inhabitabat, adiit, & dulciter illum amplexatus, valescit, seque de eius absentia compassum, tristemque ostendit aiens: *illum vehementi desiderio in Vrbem cupere, indignum Vrbe arceri, vel vllis ex eo facto contumelijs. Verùm peruersione, & dissolutione Tartari, & prauorum Parentum non audere ipsum in Vrbem recipere, cui si & ipsi aduersum assentirent, in constantia, quin eum occiderent, minimè persisterent, & ipse dolore afficeretur: sed nec minus Mussatus interemptus iaceret. Scit enim, & satis reminisci potest, qualiter Tartarus, & Vbertinus dum diligere Gulielmum simularent, illum seditione prodito ipso Marsilio nequiuerint. Mussatum, qua potest patientia, pro eo tempore identidem commorari rebus Vrbis in eo statu verisimiliter non duraturis. Spondens, & tota fide subnectens, cum habilitari conditiones viderit, summa vi reditum eius procurandum, quo sine in Ciuitate viuere nolit.* Mussatus dum amici summam beneuolentiam, & verba, & vultus indicarent, rationesque veras præscius, pro meritis suis, * sic esse debuerat, grates vberes lacrimans egit, dicens: *Et ipsum Marsilium benè nosse qualiter interfecto* G. rumorem incita Vrbe vetuit, dum Populus, Plebs, & omnis generis Ciues in tumultum discurrere perfurerent. Illum infractum Mussatum, cum solus posset, placasse pertimescentem, ne Plebeiorum crassatio ad insontes pertransiret, & præsertim in Marsilium, quem innocentem violentis argumentis reputabat, amicumque & fratrem habebat. Paulum Dentem furere, & ad plateas multa comitiua dolore ingenti fratris discurrere paratum, iamque armatum in procero equo detinuisse clausis foribus, & exarmatum ad Triuillũ ad Cognatum Gulielmum abire * compuliſſe supressa omni Populi tumultuatione cum maledictione plurimorum in Mussatum inuehentium. Qualiter & in infortunato recessu Mussati paulo post in Alemanniam cogente omni Populo pro Communi necessitudine (quem recessum constat fuisse ruinam, & euersionem Status Ciuitatis, * quò præsente nihil ex commissis contingere* potuerat) ipse Mussatus suadenti Marsilio pro bono Ciuitatis in Alemanniam pergeret, tunc dixit. Marsili vadam, & commissa Communis salubriter Deo iubente contrà Canem peragam. Tu custodiam Ciuitatis sollicitam, ac peruigilem habe. Vnũ tibi semper menti reseruato, ne Paulus Dens quidquam præsumat, nouumque resuscitet. Noui hominem saucium in visceribus fraterna morte, audacem, fortem, & omnia audentem, quæ Vir expers, & extrà omne personæ discrimen committeret. Tu Marsili arridens verba spreuisti. Benè scis, benè reminisceris. Iui, Canem, eiusque Legatos in ea vicissitudine vici. Victoriosus redibam adhibito, & procurato salutifero remedio Ciuitati, * Tu me turpi inertia, atque insitia fefellisti, Tu sanguinem tuum, ego Ciuitatis meæ præsentiam, lares, honores patrios amisi. At præterita damna deflere, atque arguere possumus; corrigere non possumus. Vade maiori discrimine quàm ego in exilio maneam. Misereare mei & quibus potes me absentem beneficijs foue. Ille Compatiam, & mœrore (vt vilus est) commotus hæc infit. Si te, et tua, vt me, & mea pari cura, & diligentia non tractabo Deus me nunquam iuuet; sed mihi contrarius sit. Abijt, & primo exilij anno rerum Mussati curam habuit, & proalimoniis, & fructibus eius ad ipsum transferri mandauit, & à multis tam publicis, quàm priuatis oneribus indemnem seruauit nuntios eius benuolo affatu suscipiens; sed deinde tempore transeunte per dies in eisdem beneficiis tepescens, vt penè tædere, & fastidire super eis, quę à Mussato, & eius nuntio * super necessariis tantummodo videretur, beneficentia semper ienescente.

Ferè Si sic. *G.* Gulielmo.

V. Compulisset.

Pro. Quod eo præsente. *In Vtroq.* Potuerant.

Mel. Expes.

Pp. Tu me, Tu te.

Desiderari videtur Afferebantur.

Dum ad translationem Dominij Ciuitatis in Canem deuentum est. Post quam conclamata vndique pace Paduę Mussatus de Clugia Paduam magna innocentię suę in Communie, vel priuatos fiducia, & præsertim Marsilii se transtulit, & non reperto in ęde sua Marsilio, qui ad Aulam Episcopalem ad Canem hora quasi vespertina se contulerat, ad vnam suam

Casulam

Casulam descendens, mox famulum ad Marsilium direxit, qui adventum eius annuncier. Bo-
nulus Marsilium cum Cane circum pauimentum ambulantem inueniens prona reuerentia
Marsilio veniſſe Muſſatum dixit. Marsilius verbo audito ſtupefactus, mutato vultu, mag-
nè famulum interrogauit. Quo dicente *Venis*. Tertiò dixit, *Venisne*? Illo respondente *Ve-*
nium Canis aprehendens circumduxit eum ad partem, & perpaucis verbis affatim in-
ter ſe habitis nuncium vocauerunt Bartholomæum quendam Bertonum, de verba illius ob
inita cum Muſſato pactum referendam. Qui ad Muſſatum exemplo accelerans ait. *Deabus*
Canem, & Marsilium ſimul, qua audacia, cuiuſque fiducia in Paduam uenerit. Qui Muſſatus
ad patrem conclamatum immanis, & Canem Dominum nouum iuſtum, & pacificum nuncium
veni, fiduciaque Marſilij amici fratris, & Domini ſingularis. Verba Cani, & Marsilio Barthe-
lomæus renunciauit. Qui tacto iam oppiculo ad Muſſatum redijt, aquòrenuli Canem, &
Marsilium, Baylardinum de Nogarolis, & Spinetam Marchionem Lunenſem hæc Muſſato
enunciare, atque referre. *Nouum eſſe illum Virum prudentem & utique nulla dubie ſapientia*
ſed aduentum ſuum in Paduam parum prudenter factum. Moretur ipſe ex die in domi, in
quam deſcendit, dum alia ſuſcipiantur mandata. Muſſatus mirabundus, ac ſtupefactus pernoc-
tem eam noctem egit, famulumque ad Marſilij ædem diluculò emiſit, mitet, & roget reddi ſi-
bi quid de hoc eius aduento priùs actum, conſtitutumue ab Cane, & Conſiliarijs fuerit. Marſi-
lius tumulo, cui ſe eò vſque placidum exhibuerat, vultu obuerſo, ac rubro reſpondit. *Nec ſci-*
re, nec ſibi vltrà curæ negotia Muſſati fore, qui à ſuis diſceſſit conſilijs aduenit in Vrbem in-
conſulto ſuo facto. Conſulat ſibi, ut velit, abſque Marſilio. Famulus illi admodum familiaris
reſpondit. *Nunquid tanti eius aduentus exceſſus, vel reatus eſt, quin unde venit, inde reuerea-*
tur. Ait Marsilius, *Bene! et redeat ſi ſine reuertatur*, & famuli alloquium alijs intentus omiſit.
Famulus ad Muſſatum hæc reſponſa retulit, Muſſatoque indicauit. Muſſatus verbis contu-
ſus formidine titillabat, quaſi mortem, vel carceres verba hæc indicarent. Et Tiſonem de
Campo S. Petri, quid videndum, congratulandumque ad eum accederet ad Matrem ſuam
Cunizam Marſilij ſororem venire rogauit, ipſumque Marſilium adire exquiſitum, quanam
cauſa ſic in ſe mutatus foret, quodue tantæ auerſionis in ſe pondus? Adoleſcens Tiſo contri-
ſtatus Muſſati moleſtia ad Matrem, & demum ad Marſilium contendit, poſtque & rediit cum
Viro vno Religioſo, quem mater illi ſociauerat, reſponſumque à Marſilio reddidit. *Muſſato*
de more, aut carcere, vel perſonali, realive vlla moleſtia timendum non fore. Bono animo eſſe,
factum hoc ſuum reconciliari ſub eius commodo, & beneplacito. Muſſato per eam diem tanta for-
midine leuato, in diem ſequentem per Marſilium Canis Vicarium in Padua eidem mandari, vt
ad locum Clugiæ ſolitum redeat, quieturus dum alia mandata ſuſcipiet. Marſilium quoque ſuo ip-
ſius nomine Muſſatum hortari incurioſus, inconcuſſatus ut è pergat, nulla parte ſuorum bono-
rum priuatus ſiue priuandus; ſed ſi quibus carebat, reſtituendus Marſily opera infallibili, & mul
to è maioribus gauiſurus. Sicque hac conciliatione Muſſatus Clugiam reuerſus eſt. Nec præ-
cundum verbum Marſilij, quod per Bartholomæum iam dictum ad Muſſatum rogatione fa-
ctum eſt. *Scire Marſilium, quod* * *ſi in Codice, qui de geſtis præſentis temporis per eum conſcri-*
bitur ipſum Marſilium proditorem ſcripto perhibuit. Ad quem Muſſatus. *Non putet, ani* *Videtur abun-*
vereatur Marſilius ſe quidquam, niſi verum ſuis inſeruiſſe Chirographis. Acta, vt fuere, tradita *dare, li hoc loco.*
eſſe poſteritati, ſecundum quæ laudes, & probra indicabit Muſſatus teſte, non iudice.

Vix biduò, aut triduò Muſſatus Clugiæ ſubſederat, cum de Padua nuncium mordaciſſimæ
contumeliæ a Marſilio ſibi illatæ ſuſcepit, videlicet Molendinum ſitum in flumine Pontis
Molendinorum, cuius maximo emolumento veſcebatur à Marſilio occupatum eſſe ſub præ-
textu bonorum Monaſterij S. Iuſtinæ eidem ab Cane conceſſorum, quod in eiidem bonis eſ-
ſe dicebat. Cumque per nuncium Muſſati patenti oſtenſione conſtaret Muſſati eſſe, non Mo-
naſterij, & inſtrumenta veri iuris exhiberet, nec videri, nec legi ſe coram, nec à quouis ex ipſis
Iudicibus ſuæ Curiæ paſſus eſt. Sicq. Muſſato alimonia, quibus in Clugia, & alibi ali poſſet,
ſurripuit. Atqui nec ſoli Muſſato tam indigno crimen admiſit: Verùm plurimis, qui, ſeù à Mo
naſterio iam dicto, ſeù olim à Vitaliano de Limicis patre quodam Gulielmi Dentis, ipſoque
* G. prædia, fundos, molendina, vel bona quamquam iuſtiſſimis titulis emerant, vel quæſie- *G. Guli elm*
rant, ſua eſſe Marſilius dicebat, ſibique ab Cane liberè tradita, & conceſſa recilis quibuslibet
iuribus emptionum, feudorum, vel quorumpiam titulorum. Sed ah indignum, & miſerabi-
le delictum! Nobiliſſimis, honeſtiſſimiſque Dominabus Sororibus olim Magni Vitaliani
Dentis viduabus, & Sanctimonialium mulierum vitam agentibus Molendinum in eodem

ſitum

fitum flumine iusto pretio emptum, diùque possessum omni spreto iure, vel iustitia suum fe-
cit, & illas possessione priuauit. Nec profuit, quòd Domina hæc Agnes relicta fuit olim * Ma-
In V. Viri Ma gnifici. gnifici Bartholomæi della Scala Veronæ Capitanei fratris olim Canis prædicti. Quæ quam
quam hanc suam grauem iniuriã Cani iudicari fecisset (vt vulgatum est) Canis conniuentibus
oculis iniuriam præterijsse permisit. Miseri alij Ciues eodem modo suis iuribus spoliati sua
damna defleuere, lacrimis, & quauis lamentatione suppressis, minimæque curæ Marsilio fo-
re, dum multi rem hanc infamem, iniquamque murmurarent, se se omnia paruipendere pro-
nunciãnti, dum Cani carus, gratusque existeret.

Per hos dies Marsilius apud Canem Magnus habebatur, Vicarius multa ambitione voca-
tus, cuius imperio, & beneplacito Bernardus Ranuntij Potestas, & Spineta Marchio obse-
quentes Canis mandato, vti & ipsius Canis in omnibus videbantur. Marsiliusque magna; sed
immoderata fiducia per omne fas, ac nefas ostentabatur, arbitrio vsus largiore, vt, quicquid
eidem libuisset, liceret. Magnis sumptibus (quamquam naturæ ipse parcæ foret) Curiã pro-
priam more Maiorum * sæpe longis comessationibus discumbentium tenebat, supereſſe sibi
In PP. Et Cepit, quã voce si velimus pro Tenebat legendũ erit. Tenere. Deest in vtroq. Vt. Sed addendum necessariò videtur. Videtur abundare particula Dum. Abundat, & hic. In. autumans ad multò maiores apparatus sumptus ex opulentissimi Monasterij S. Iustinæ ob-
uentibus, atque etiam G. Dentis, aliorumque exterorum, & multæ pecuniæ in Venetiis olim
per patruum Iacobum ex ære publico congestæ, Magnificus, Insolens, & deinceps mansuetã
Marsilij, affabilisque nomine, & more exutus, * vt non modo à Ciuibus; sed à suis suæ cogna-
tionis facie mutata alienus videretur. Canis autem * dum per dies plures aspectu Vrbis, &
Populi sub honore, & applausu saciatus, dimissis Potestate Bernardo, & Spineta Capitaneo
Veronam contendit, Curiæque habendæ de Militibus cingendis * in diem certam constituit,
Quam (vt suprà declaratum est) solemni festiuitate compleuit. Post cuius consumationem
licentiatis Azone Marchione Estensi, & Ludouico Capitaneo Mantuæ, reliquisque ordinatis
militibus, Marsilio magno, ac Marsilieto, ac Pantaleone de Buzachariniis, sponte se cum eo re-
sidere petentibus, retẽtis Veronæ moram fecit, Festumque Natiuitatis Dominicæ alaeri exul-
tatione compleuit. Interea Victualium caritas magna Paduæ increuit vendito X. Vero-
nensibus grossis Paduano Sextario, omnibus ferè aliis esui, potuique necessariis in eadem ca-
ritudine se habentibus. Sed & Verona, ac Vicentia non tanta penuria laborabant. Et hæc
sub finem Anni XXVIII. millesimi trecentesimi, dum Annus XXIX. succesſit.

RVB. II. Gesta Paduæ, & Veronæ post Paduam traditam Cani Grãdi Anno 1329.

In Padua per hos dies latissima Platea à Palatio maiori vsque ad domum Scrouegnorum
expedita est dirutis, & amotis Cæsariorum stationibus à latere versus Occidens cum serie
domorum, quæ inter ipsum Palatium, & domos Scrouegnorum sitæ erant, immenso Ciuita-
tis damno, ac mœrore, * quorum ædes ablatæ fuere consilio Cani dato, * vt omnibus Scro-
Adde, vel insel lige Eorum. Mel. vt ex omnibus. In V. Alterũ. uegnorum Palatijs altissimis, ac latissimis vnum sibi * atrium construatur. In hisque eisdem
diebus Marsilius Vicarii nomen gerens nil sibi illicitum putans, quod in libitu eius oborire-
tur, datiam in Commune, & Ciues X. millium librarum imponi iussit pro impendiis, quę Ca-
Deest Fore. nis in Padua tam lautè, quam liberaliter effuderat, in hoc se gratum, acceptumque Cani * exi
stimans; nil de Ciuium grauaminibus pensi habens, dum ex alieno se liberalem ostentet. Sed
Canis non oblitus potiorem odij in Carrarienses causam fuisse datiarum impositionem, col-
latam sibi pecuniam optimo consilio renuit, mandans illam restitui Paduanis. Hicq. Marsi-
lii primus Vicariatus actus omnicius pudentia, & despectione * rescisus. Nec deinceps agnò-
In PP. Rescissus. tus per effectus iurisdictionis huius suæ vigor, præeminentiæuè fortuna Spineta Marchione
Capitaneatus, & Bernardo Potestariæ officia agentibus pleno iure. Secuti itaque Canem
Marsilius, Marsilietusque, ac Pantaleo iam multorum dierum inueteratus Veronæ mansiones
à Cane susceperе cum rerum familiarium pingui administratione, & ipsi quoque cum Cu-
rialium reliquorum suorum consortiis Curiam auxere. Dominum per singulas coequita-
tiones secuti mane summo omni diluculo antè Domini atria cum cæteris Contubernalibus
Nobilibus Longobardis, Tuscis, Germanis, Transmontanis in equis consistentes descensum
Domini præstolabantur. Dumque condescenderent, & ad suos conceptus, libitusque, seù ad
Syluas proximas venationibus, vel aucupiis, illum sequi citatis cursibus, vt & duri, & fortis
Viri mos illi à consuetudine in naturam versus erat, perque campos, saltus, & nemora pera-
gari, volatus auium suarum, cursusque canum videre, & demum in Vrbem extrà ordinẽ nul-
lius horæ diei obseruatione redire. Cumque in Palatii sui vestibulum declinaret, & in Pala-
tium diuerteret, capita cum cæteris deregere, & reuereri nullo ipsorum Paduanorum, quam
cęterorum peregrinorum, seù forensium respectu acceptis, sed cum reliquis ad hospitia abire
dimissis.

Google

dimissis. Assidueque illis vigiles cum erant, indices ex familiaribus suis secus Domini plateas in custodia habere, vt cum Dominus se visendum in specularibus exhiberet, vel infrà palatia copiam sui faceret, sibi confestim * indicaretur, ne aspectui suo vltimi videantur. Si equitat coequitare: si ambulat coambulare: dormitationibus, ac vigilijs eius se se consuetudinarios facere, ad ipsius mores, & ordines se conformare. Videbant siquidem generosos, insignesque terrarum suarum exules, quibus impares & genere, & amissis potentijs se cernebant, sic quotidianos illos vsus dedicisse, vt in equis in curia Domini considentes, plerumque & super sellarum antipodijs dormitantes descensum Domini expectarent, à quibus Paduani nostri noui cœpere esse discipuli, quòs eò vsquè sola sui iuris, suarumque optionum fouerat commoditas, & petulantia incognitæ libertatis. Qui enim antè hæc Dominos iugiter, ac continuè in patria felici se se viderant, nunc cum multa maiorum se turba, & in multitudine per vim * agnoscebantur, videre coeperunt: at serò, quam difficilis esset status, & vitæ mutatio. Qui sibi pares in Vrbe propria pati minimè dignati sunt, maiores se in hac maiori Curia patiuntur. Qui dominari libenti, & obsequenti Populo * nescire, iam cum obsequenti subditorum turba seruire coacti sunt, & hoc satis sibi, superque reputare, dum placeant. Ciuilem Communitatem perosus Marsilius cum ea demergi maluit, quàm æquis remigibus nauigare. Nicolaum, Tartarum, Vbertinellum, quos omnium facinorum inquinatos, & atleclas ipse præscierat, ad nobilis Vrbis gubernaculum naturæ eorum compari malignitate susceperat, cum quibus, si assuetis flagitijs, & transgressionibus vtebantur, tamquam desuper Deus dormiret Omnipotens, tempora producebat, nil de oppressorum iniurijs curans, vel de interremptorum filijs, quos ipse, ne resurgerent, cura propensiori sollicitius insistebat. Innocentum exulum congaudebat pressuris pariter, & nocentum pauperum incolarum Vrbis assiduis emunctionibus germanos alebat. Ipseque omnibus affluentijs * luxuriabat, & gurgusti, ad cuius extremum paulatim trahebatur, ergastulum ignorabat. Sic ducit in sensum reprobum Deus illos, qui in ipsius contemptum de sua ipsius temeritate confidunt. Dum ergò Marsilius iam Festo Natiuitatis Domini accedente patriam dominum visere desideraret, magnificentiaque sua in Vrbe, qua Vicarius constitutus erat, vt secundus à Rege magnitudinis pompa, & solatio frueretur, à Cane repatriandi licentiam quæsijt. Ad quem Canis facie hilari. *Ah*, inquit, *Marsili Domine bone, ad quid locum alium, quàm Veronam expositis. Amænior Vrbs hac profectò, quàm Padua, deris purioris. Et quid Vobis appetibilius esse debet, quàm Nobiscum esse, Curiamque hanc tantis Nobilibus refertam, actusque, moresque eorum videre, inspicere, couti, & maximè nostro aspectu, & conuictu congaudere oblectabiliter, vnito animo, & composito Nobis frui? Quid vestræ optioni, aut affectui deesse potest? Palatium habetis capax familiarum vestrarum cum diuersorijs ad omnes vsus. Quod si non omni commoditati vestræ suppeteret, alterum Vobis in Verona sumite, quod in oculis vestris, & appetentia bonum sit. Quid voluntati, quid voluptati vestræ deest? Veronæ domini, Paduæ, & omnibus, quibuscunque fruimur, bonis compares mandate, & fient.* Marsilius abundantibus responsis victus, conditioni sic se habenti, quàm desiderio cessit, & cum Marsilieto conuenienter Veronæ hyemauit. Sed insatiabili appetentiæ eorum, quæ sibi condonata ab Cane bona erant, * insistere, die, noctuque inuigilabat villicos, & superstites Vicentiæ, Paduæ, & vbique habere, quibus concessa Exulum omnia bona, ac singula * colligeret, vt in sua horrea, & æraria deferrentur, transmittere, sollicitare. Viduarum, Pupillorum, pauperum Ciuium, qui Inquilini, Vassalli, Libellarii erant, ac improprietariorum quibuslibet titulis vterentur obaudire, reiicere, spernere, Domini Canis * donationem absque iuris, vel facti exceptione vti. Tunc nonnullis in aures Canis de multis proteruiis, quæ à Marsilio fiebant, inculcantibus, ab Cane responsum vulgatum est. *Permittite*, inquiebat, *dum superabundantijs satietur*. Et alicui propius familiari dixisse. *Quid mirum, me non posse Marsilium vllis copijs explere. Explebo, & equidem explebo.* Verbum hoc typicè quidam excepere. Desiderabant siquidem, vt, qui aurum sitiebat, aurum biberet. * Semper enim Marsilius quidem Cani dederat, si tantam Ciuitatem pluris valere, quàm, quod acciperet, & debitorem continuo Canem habere, simul & seruum emptum se nullo vnquam obsequio redempturum: compensabatque Marsilius plus traditorem

In V. Indicari.

Male in Vrbe quæ Agnoscebant.

In PP. Nescire.

In eodem. Luxuribat.

Mel. Insistẽs.
In V. Colligerent.
In V. Dominationem.
Locus si quis alius densissimis tenebris involutus. Sic itaque legerem ex coniectura. Semper enim Marsilius credidérat, si tãta Ciuitas pluris valeret, quã quod acciperet, se & debitorem continuo, &c. nullo vnquã &c.

rei valere, quam rem traditam; in hoc se ipsum refellens dum sæpè plus valeat res tradita * traditore. Facilis quippe distinctio hæc. Qui enim rem suam tradit, cum eius rei dominus sit, is re illa est absque vlla contradictione nobilior, cuius habet meram sub * eius auxilio potestatem. Qui verò se rei dominum efficit alienæ, illamque in alium * transfert aut furti, aut violentiæ, aut turpissimæ omnium criminum proditionis arguitur. Nec in casu hoc acceptor datori naturaliter, vel ciuiliter * obligatur. Quæ enim ex turpi causa sibi inuicem mortales sæpè contrahunt, & illicita sponsione * conuenientes turpi, & fluxibili disiunctione soluuntur. Nec ad veriorem considerationem Marsilius deducebat, quod ipse non liberali, sed violenta conuentione coactus, Vrbem, quam tueri ipse non poterat, necessaria cohertione tradiderat. Intrò, citròque claustrum Vrbis eius obsessus, & ad vim opportunæ deditionis astrictus tradidit. Ipse non vltrò; sed victus vitam ignominiosam pepigit cum Victore, vt pro temporalibus, & momentaneis diuitiis * inexpleta sua corporali * lacuna demersis de Carceratorum, & Relegatorum lacrimis, & suspiriis, & filiorum interemptorum iacturis inebriaretur, & insatiabilis baccharetur. *Ah Marsili? Mille panes per singulos dies de mille pauperum manibus raptisti non plus, quàm vno solo refectus, & pastus, nec tamen Deo supplente defuit, quin & singuli eorum panibus uberius, quàm tu * singuli vescerentur. A mille saturatis à Deo tu vnus famelicus permansisti. Templis Dei SS. Prosdocimi, & Iustina eleemosinas mille egenorum assiduas in tua horrea subtraxisti. Tartari, & Vbertinelli successor, & sacrificiorum, libamina combibisti. Sed autore Cane, inquis, concessa, & donata possideo. Canis quidem vlciscendorum scelerum * minister Dei ipsius in omnibus actibus, verisimiles tamen habet, infestam sibi semper Ciuitatem in se, & prædecessores suos superbis semper insolentijs sauientem, & antiquis iugibus iniurijs inimicam permissione diuina de tua, & scelestorum manu, * quamis potuit potestate, & potius inhumana voracitate, surripuit. Nil illicitum cum illicito traditore comisit, quò sine cruore, sine cade, & strage, quæ sibi ad manus præsto erant, nullo penitus deffensore, suo ingenio tuum æstum, & dolum vinceret; imo ære coemeret. Auaro homini profusus, immoderato petitori largitor eximius, dum à te tempus redimeret, & obsessæ, ac victæ Ciuitatis in mortem, & captiuitatem ituro populo indulgeret. Quid tibi, aut quantum erogare potuit, quod dici potuerit superfluum pro te ipso, rebusque tuis, pro Parentibus, pro Patria tot & tantorum libertatibus coemendis. Quæ tibi tunc fuit in illa ipsa traditione pollicitus, futura sua erant; dumque emere in tua vesana existimatione putares, tu te cum illis in illa transactionis pactione vendebas. Numquid satures seruum pecus alienis saginate vilescribus? At Vicary Ciuitatis appellatione gloriaris, & cum cuiquam scribis præmittens superbo titulo nomen tuum ipso sono aures omnium offendente, existimatione tua reputas te sublimem? Tute ipsum sub mentita tibi laude commendas, & nescis, vel nescire te simulas, quod Cognomen hoc nauseant audientes, & tacita illusione subsannant. Mussitant tamen subiecti, & ora supprimunt, & taciti inani in tua ostentatione congaudent. Caput hoc formosum aspiciunt in fastigio sine membris. In Padua sedem vident, & sessorem sub nomine, & re solita Potestatis: Capitaneum superesse stipendijs. Creditas claues illi iam te excluso suis subseruant thalamis, claudunt suis solicitudinibus, & recludunt. Verona hyemasti persæpè redeundi petitionibus inauditus? Quid inde? Si cum Domino pari ambulas gressu, cibo vesceris gratis dato. Hoc pausillum interest, quod illo dormiente tu vigilas, ne cum à somno surrexerit, socors, aut deses de somnolentia arguaris. Pudet quidem te inter Nobiliores, quibus multis genere impar es, Curiam visitare postremum. Quippe satis est, si seruire discis eatenus abusus nimis petulanti, & incognita libertate. Quid quod interdum suspiras. Num, quod à Tartari tui pari communicatione seiunctus es, nec Vbertinelli sattaris aspectu? Gaude potius, dum illi sospites, vt Agni, mansuescerint, absque famulorum sequela breuibus passibus ambulent, templa visitent omni diluculo. Quis Deus Deo nostro consimilis? Quis Canem Dei ministrum desiteatur, qui feras Tygres mansuescere tam breui facit absque ferula, & cum Agnis mixtas ire consociat? Tu ipse, qui illos persæpè metuebas, absolueris illo metu. Iucundum hoc tibi, nisi & aliquid subesset, quod & ipse tu metueres. Quidnam tibi, ò Marsili, eligibilius? An, vt tu cum * illis metui superaberis accumbas:

In PP. Traditione. *Malè omnino.*
Pro suo.
Malè in Vtroq. Transferre.
Sicut & paulo post Obligetur *pro* obligatur, & conuenientes *pro* Conuenientes.
Sicut V. In quæ Inexpleta. *Nam in PP. est* Inexpienda. *In Vtroque* Lacunæ.
Fortè. Singulis.
In PP. Ministri. *Obscurus locus hic etiam, nisi legas aliter, & interpungas hoc pacto,* Canis q.u.s.m. Dei ipsius in omnibus actibus. Verisimile tamen habet infestam &c.
Pro. Quacumque.
Mel. Metu superioris accumbas.

occumbas: An, vt illi Te, Tu illos mutuo timore absque Superiore formidis? Nõ est haec facillima quæstio in responso. Fortè enim libertatem priſtinam ſub praua rum actuum eorum cohertione diligeres, ſeù vinclis, ſeù nece abs te iuſta animaduerſione tollendorum, tuque ad hoc tui capitis ius haberes. Serò tali exiſtimatione laboras. Sed bonum, inquies, Dominum habeo, ſub quo nihil eſt, quod metuam. Nugæ ſunt hæ. Nullus pœnitentiæ locus eſt. Habes, Marſili, quod ſub Domino iuſto metuas. Et quid hoc eſt? * Tu magnanimus es, & nutritus in illecebris libertatis, nullo, quàm Deo ſuper te in Ciuitate ingenus, in qua ſemper tuæ voluptati ſerniebas, vt, quæ libuiſſent, abſque cuiuſquam prohibitione licerent. Iiſdem * voles peruagari delitijs, tuiſque vti votis, in quibus nec ſemper Dominum comparem fortaſſis inuenies. Sæpè enim ſtomachatio vna ſubijens non modò Dominum à ſeruo; ſed Filium à Patre diuellit. Si quando errabas per petulantiam, ipſe tibi per indulgentiam ignoſcebas, Reus eras, & Iudex, & Superiore carebas. Ciuium communionem odiſti, non dignatus conſedere cum reliquis, niſi eis, vt mancipijs vtereris, nil diligens ſociale alienæ paritatis inuidia? Vnius dici, luciſque momento totius vitæ huius tuæ ſtatum immutaſti, vt ſuperiorem reuerearisimo & ſub ingi formidine verearis, cum paribus conſedeas, minoribus interdum, ac ſæpius ſedem loci ſuperioris indulgeas, nonnumquam & aſſurgens cedas, & exoſa, ac ingrata pro gratis habere interna mordicatione diſſimules. Dic age? Quid de his, quas aggregas cum omni tui ſpiritus afflictione, operibus facies? De filiorum interemptorum hæreditatibus, De Templi S. Iuſtinæ ſpolijs, De exulum, & peregrinorum ſubſtantijs, & bonorum Viduarum rapinis? Magna tibi erat antehac, magna poſthac in hac cum Cane pactione congeries. Dic, quæſo, cum tibi nullus vſque * hic legitimus hæres appareat, quid intendis? Cui congreges an ignoras? Profectò, ſi tibi quemquam hæredem dixeris, omni ratione deſtitutus inſanis? Scito quod pingue Pecus es, & alienum in hac tui fœcunditate Mancipium. Quis, qui Capitis ſui dominus non eſt, ſuum aliquod dicat eſſe peculium. Quibus tuis dehinc rebus vtare, ſic alienis, omnia te noueris precariò poſſidere. Sed in Tartarum, & Vbertinellum, tuoſque Propinquos * tu moderaminis contractores noxas transfers. O illis nequior ſuorum * ſemper fomentum, & cauſa facinorum. His in tua mendaci magnitudine fulciebare miniſtris, his Ciues, Populum, & Remp. ingulabas. Hi alieni * ſunt hydri conſumptum in aliorum pernicies venenum à tuo fomite reſumebant, reficiebantur ſemper excurrentes ad exterminia reliquorum. Conqueſtibus paſſorum iniurijs altis eiulatibus, vt & ipſe contribulatus, verbis humillimis ſub gemitibus reſpondebas, vt contumeliarum eorum particeps videreris, eraſque plerumque, dum illi, quàm voluiſſes, ſæuerius inſæuirent. Sed tyrannidem hanc, quantumcunq. violentam, truculentam, & intolerabilem, inuiſa, & odioſa tibi Communitati obſtinato animo præponebas, ſicque, dum ſemper Ciuitatis tuæ Communitatem odires, hac illam vicisti via, quæ ad inopinatum præcipitium te perduxit Tragedi * Senecæ verificans illud metrum.

In Virg. Te.

Intelliges Poſt hac.

Sic emendabã, cum in Virg; eſſet. Sæpè enim ſtomaco vna ſubijciens.

Melius. Tui. *V.* Semperq.

Melius. Sicut.

In Hercule Fur. Ac. II.

Sequitur ſuperbos vltor à tergo Deus.

In te iam tandem hæc conquieſcat inuentio, quem fortaſſis ſuſtinebit Fortuna, quàm Ratio. De Dei namque monitionibus non expedit vrgearis. Illum enim excluſum à tuis actionibus reliquiſti. Et ad vlteriores actus huius noſtri temporis diuertamur *.

Hic deſinit Papeſabarum Codex. In Veneto habentur, quæ ſequuntur.

Contumeliarum mearum notiones cum verarum adiectione cauſarum his centenis dirigo metris, Benti cariſſime, exuberantem naturam non arctiori moderamine cohibere ipſe valens, quæ mihi, vt percuſſa excreſcens hydra, querimoniarum ingruentias ingeminabar, dum in multiloquij vitium labi meorum conſimilium more metuerem, quos ſenſuum inopia verborum facit eſſe copioſos, quin multus forem, euitare non potui. Accipe, & compatere, & habebis in eorum tenore, quod diſcas. Rotationes ſcilicet colludentis Fortunæ, & elationes ſuperbi ſceleris Iuſtitiam ſuperantis. Nec hæc fieri exiſtimabis, niſi in Iuſtorum gloriã, & pernitiem Superborum in examine veritatis. Quæſo igitur hæc tibi habeas, nec omnibus omnia indices. Noſti enim illud Terentianum. * *Obſequium amicos, Veritas odium parit.* Idẽ * de filij mei, quem ad Domini mei P. de Marano, & tui commendam illò direxi, ſcilicet Voluminis operum meorum ſeruandum rogo. Ex quo, quæ quæſieras, ſi decerpiſti, ad me illud Cariſſimè remittas infallibili nuntio commiſſum ex Religioſioribus vni, & maximè Fratri Iacobo Heremitarum, ſi aſſit ibi, & ſi non, alij. Dominoque meo P. mentionem de me per vi-

In Andria Ac. 1. ſc. 1.

Abeſt Præpoſitionis huiuſce caſus, qui fortè an eſſe potuit horum aliquis, Cura, Inditio, ſeù Promulgatione.

ces

ALBERTINI MVSSATI

LVDOVICVS BAVARVS

Ad Filium.

ET rerum Mundanarum variatio FILI, & Vrbis noſtræ ſtatus immutatio; nec non & morum tuorum vix vſquam mihi credita deprauatio, nos à Rudimentorum tuorum ſerie, & propoſito inanis vtilitatis abduxit. Agro ſiquidem ſterili ſemina credere extremæ dementiæ eſt, vbi & labor, ſimul & impenſa depereunt. At nec craſſantiarum tuarum, & actuum pudendorum indagines tradere poſteris viſum eſt, quorum reminiſcentia noſtros ſcribendi dolores renouaret, & non aliud, quã Parentibus, & beneuolis ignominiam irrogaret. Sufficiat & tu nobiſcum patiare, quæ feceris, & inter nos, quas ſortes huius ſæculi Fortuna conceſſerit, partiamur. Et (vt nobis dico) paternæ poſſibilitati * euitabilis foret illa communicatio, quæ plus, quàm dimidium ſuſtulit vitæ noſtræ ſolatium, & noſtram maturauit trans alias contumelias flagitioſiori calamitate canitiem. Pigeat ergò hoc ipſum tantum de te ſuper dicendorum præmiſiſſe ſermonem, quem ſubticuiſſe incohercibilis noſtri cordis efflagitatio non permiſit.

Habet etiam, quod nos increpet neglecta Poſteritas, quòd tantos Italicorũ motus,* quantos poſt Henricum Cæſarem VII. poſtque eos, quos noſtro Codici ſatis ſolerter inſcripſimus, opus immenſius, & arduarum rerum magnitudines omiſerimus, Apoſtolicę ſcilicet Sedis cum Longobardorum Dominatoribus ingentes motus, præſumptuoſoſque in ipſam Sedem, Sanctæq. Eccleſiæ Maieſtatem auſus, & vtrinque deſidia, & ſimultates, nec non aperta bella per vniuerſos fines Italicos ab Mediolano omnium earum diſſenſionum auctore, Præfidibus Maphæo Vicecomite cum egregia familia Domus eius, ad quorum factiones hæſere Primates fortiſſimi, ac robuſtiſſimi Tuſciæ, & Longobardiæ. Quòdque & ſimiliter duorum Cæſarum Germanorum omiſerimus grandes actus in diſcordia electorum, Friderici ſcilicet olim Rodulfi Auſtrienſis Ducis, & Romanorum Regis nati, & Ludouici Bauariæ Ducis, eorumque terribiles congreſſus cum captura Friderici, & eiuſdem Auſtriæ Ducis, eiuſque pacifica relaxatione mirabili, & incredita; & eorum Regum, ſeù Ducum aſſociatione fraterna. Quòdque reliquerimus dilatata dominia Canis Grandis, quæſitaſque Feltri, & Belluni diuerſis ſucceſſibus Ciuitates, ſimulque & Cauolanum ſuper Liquentiam Caſtrum, ac Sarrauallum cum Cadubrio, & plurima Municipia eius oræ. Prætermiſerimuſque momenta inſignia noſtræ Vrbis, diſenſiones ad placita apud Reges præfatos Alemanniæ, & conſenſus partium, & diſcenſus, quamquam eas vias ipſi perambulauerimus, acta ſingula recenſuerimus, & coniecturauerimus aſſiduis legationibus, ſic volentibus, & vrgentibus Paduano Populo inquieti.

Deeſſe videntur nonnulla,

Extat Pari hæc Hiſtoriarum Muſſati in vno tantum Cod. M.S. Veneto cũ hac Inſcriptione Addantur hæc Hiſtoriæ libro meo de Rudimẽtis ad Filium. *Cuius Codicis poſtrema pagina cum mutila pleraque ſint, lectorẽ nobis æquiorẽ ſperamus fore qd nequiuerimus, coniectura.*

Panca certè vt deeſſent conati pro virili ſumus.

Pro. Ineuitabilis ſit.

Adderem cum reſpectu ad hãc vocem. Contigiſſe ſcimus, Ludouici *alij.*

AAA Domi-

by Google

Quid de huius loci emendatione sentiam indicabunt Nota. Bertrãdus de Pogieto *apud Papirium Massonum Gallũ ex Petrarcha.* De Pogiteo, *vel* Poditeo. *Ciacon. p. 684. §. 4*

Dominus Beltrandus de Pozeto Tituli S. Marcelli Episcopus Cardinalis celeri cursu per Satiram transeuntes summam rerum, quasi summis digitis, attingemus.

Ioanne XXII. Papa rebelles Lombardorum Tyranni, vt vix iam Sacrosanctæ Ecclesiæ fortissimum robur sustinere non possent, accersiri Ludouicum Bauariæ Ducem, tamquam Romanorum Regem ex Alemannia iurata simul pactione decreuere, vt Imperij Sacrosancti Maiestatem interiectis dissidijs obijcerent Ecclesiæ Maiestati, eorumque Marchiarum collisionem facerent, qua vniuersi Christicolæ concertarent, vt scilicet Tyranni ijdem Ecclesiæ vires alienis subsidijs ab se retunderent, & ad eandem factionem antiquatas Imperij partes vndecunque, & diuersis studijs complicarent. Fuere hi Galaaz, Marcus Luchinus Matthæi Vicecomitis per idem tempus prædefuncti filij. Canis Grandis Magnificus della Scala Veronæ, Vicentiæ, Feltri, Belluni Dominator. Passarinus de Bonacolsis Mantuanorum Dominus. Raynaldus, & Oppizo March. Estens. Ferrariæque Domini. Castruccius de Interminellis Pisarum, Lucæq. Dominus. Hi missis in Alemanniam Legatis colloquio petito apud Fridericum, primùm illum trahere Tyrolum, demum ab Henrico Tyroli Comite transitum præbente in Tridentum descendit, vbi multis grauis æris desponsis, portò ipsi ad propria rediere. Ludouicus per iugosas vias perãbulans Cumanos* per agram fines Mediolanũ contendit. Ibi à Vicecomitibus comiter, gratanterq. acceptus Curiam suam posuit, Mediolanũque multo Primorum, & Populi fauore in ditionem accepit, vt iam Vicecomitum dominia sic cederent, vt non maiori præeminentia, quàm pro singularibus Ciuibus haberentur. Dũq. sic minutis potentijs occumberent magnæ potentiorum Ciuium manus aduersus illos sumptis ſidutijs querelas nouas Ludouico exposuere. Non expedire bono, & iusto Regi Commune Mediolani, & subditos suos Ciues collectionibus, quas magnas exigi mandauerat, grauare: Apud Dominatores suos solitos æra, pecuniasque communes esse, quas paulò antè, vti Rex ipse magnificè susciperetur, exegerant. Allectus verbis nominati æris Rex, apud quem illorum pecunia hęc esset, seorsum quæsiuit. De Galaaz notione habita, accirl illum iussit, qui de re quęsitus aduersus indices natuseans, illos mentiri superbo animo, vultuque & verbis acribus respondit: nec Regi ea reuerentia, qua dicuerat, deferens in annunciatores rei huius minas iactabat. In quem mox ira non mediocri lacessitus insurrexit, nec inde pedes* admouere, nisi exhibitis pecuniis, imperauit. Interim Galaaz superbum, atque insolentem, ac parere recusantem in atrum profundum carcerem detrudi, nectuoque pedes astringi fecit. Moxq. Azo, Marcus, & reliqui prosapię Vicecomitum à Regis facie semoti sibi sparsim hinc, atque hinc delituere. Omniq. priori potestate, atque eminentia priuati sunt. Exhibitis igitur Rex pecunijs Commune, & Populum exoneratos nouis collectionibus exhilarauit: Regimini Mediolani, vt solemnibus, communibusq. Ciuium consiliis regeretur, formã dedit. Animaduersio hæc à Ludouico in Vicecomites facta Tyrannis cæteris Lombardię ingentes terrores incussit, vt de ipso difidentes deincepś ab eius superemihentia in suis terris pręcauere attentiores fierent; nec tamen ob id suspicionis quidquam ostendentes, ne tãto labore, & impensis tęptas fiducias laceraret. Interea in hunc Ludouicum, conatusque tam apertos Summus Pontifex ab latere vnum, scilicet Beltrandum cum magnis militiarum copiis in Lombardiam legauit, qui à Ciuibus Comminitateque Parmæ prædothilantibus Rubeis in Parmam Ciuitatem cum magnò fauore, gaudioque susceptus est: moxque Passarino de Bonacolsis Mantuanorum dominatori bellum decretum, illatumque est depopulatis Mantuanis agris, Colonijs ferro, & igne assumptis cum plurium Municipiorum captione.

Per hęc momenta Romani, qui longò iam tempore Romana Curia in eorum immensa damna, & ignominias crauissent, Legatos primum Aliinibnem ad Summum Pontificem transmisere petituros *ipsum Summum Pontificem, Curiamq. in Italiam, Romam scilicet, transferri: Sedem Sanctam Apostolicam à B. Petro, Sanctisq. Patribus ibidem præconstitutam, quam se recepturos sumnam desiderijs, funeribus, honoribusq. spondebant, obedituros quæ vestris commonitionibus, ac supplicijs: Si quidem hæc, sicut aliàs plures requisitus, venerit, viduatam ea Sedem deseruerit, Ludouicum Regem dictum Romanorum,* * *& quamuis nomen, titulumq. Romanorum Regis ferentem, in Vrbe accepturos, vt Roma Caput Mundi apicis sui gloriã nõ amittat, & quatenus ipsi Romani posterint, vt vtramq. Sedem Spiritualẽ, & Temporalem in Vrbe videant, ac foueant, colant & venerentur, operas dabunt, Romanumq. Vrbi faciem* * *Monarchiã Orbis terrarum obseruabunt.* Papa legationem Romanorum benigno affatu, facieque alldem ãnibus (quemadmodum

Quãuis *sine* Et, *vel* Et quemuis.

Monarchicã. *sententia mirabiliter respondentis.*

Rectius Amouere.

admodum aliæ eloquentiæ, scientiæque prædituserat) susciens, deliberandum cum Fratribus sibi fore magni momenti consilium. Dū neque in proposito solito Romam ire consisteret, Legatos medijs verbis per dies plures suspēsos tenuit. Dum & certum responsum quęrentibus, *Moram interponendam, infrà quam Romana Ecclesia commodior opportunitas captaretur, respondit. Eant, Ecclesiæ Matri sine fidem obnixam ferrent. Non latere eos, quantis fauoribus à Matre Ecclesia semper foti, atque aliti sint Imperio Romano, Imperatoribusque iamdudum aduersis, & prævaricantibus: Norint, quid specialiter à Germanis, quantumque sui Maiores semper contumeliarum, & pressurarum acceperint Matre Ecclesia vsquequaque consouente, aut vnquam deficiente.* Legati ægrè à Papa conciliati discendentes Romam applicuere.

Romani ijs frustrationibus, vt à Papa illusi, communi assensu ad Ludouicum Nuncios miserunt. *Romam veniat. Romanis, Imperioque suo liberè potiatur, cui se parituros ferro, igni, omnibus obsequijs spondebant.* Mox Ludouicus prosperarum rerum successum non renuens, Mediolanum egressus per breuiores meatus Lombardiam peragrans per Lunenses agros Pisas contendit, indeque celeri cursu paucis diætis Romam ingressus est. Populus Romanus, vt Deo ab excelsis veniente, gauisus illum magnis alacritatibus, præconiorumque applausibus excepit.

Per eos dies Stephanus de Columna, & Ponzellus de Vrsinis à Roberto Rege Zonis militaribus cincti pro eo, quòd ob id Populo suspecti haberentur, ab ingressu Vrbis abstinuere in proximis Colonijs subsistentes. Sarra verò frater Stephani Populo complex, & Imperatoris, Imperialisque partis zelator, ac fautor Populo in omnes vices, & necessitudines adhæsit. Et ipse Stephanum, & Ponzellum detestatus Ludouico se fautorem, consultoremque adhibuit. Sicque Ludouici Romanorum Regis Nomen, ac Titulum vociferante Populo, illum *Viuere, ac Regnare*, in Capitolium ipse, Reginaque pariter consedere, concessa Populo, Plebique Rom. de rebus Imperij potestate consulendi, efficiendique quicquid statui Reipublicæ pertineret. Plebs verò ac Populus (vt eorum moris semper est) gaudere nouis rebus, non modò Ludouici nomen extollere; sed & Papam Ioannem detestari, criminari in publicum cæpere, verumque Papam negare. Noua crimina in eum addicere. Dum à plebe primum succreuit vox, in ipsumque Vulgus inualuit, *Reprobum Ioannem Papam, atque non Papam haberi. Nouum creandum Summum Pontificem, qui sibi Fratrum Cardinalium nouorum conuentum concreet, atque constituat, Sacrosanctam Ecclesiam Romanam in suam Romam ordinarijs Basilicis regat, reuerenter Officiorum Diuinorum celebritate decoret, illum Ioannem, qui trans Montes sacra Ecclesiæ alludit, anathematizet, hic colatur, in reuerentiaque Romanorum, & totius Orbis terrā habeatur, cui & specialiter pareat vtrumque Tribunal, & spiritualiter, & temporaliter Romæ consistat.* Vox hæc, communeque Plebis vulgare ad Populum, & Patres conscendit, adeòque frequens increbuit, vt pari omnium consensu ad Ludouicum Regem suum hæc retulerint, fierique obnixè postulauerint. Ludouicus Fortunæ eius successum non abnuens inter Primates sui contubernij, quos secum ex Alemania abduxerat, hæc exequenda, & consilijs eruminanda diligenter proposuit. In ijs Italici duo erant, qui Ludouici productioni operas multas dederant, eiusque lateri se se adiuxerant, quorum consilijs potissimum fruebatur, Marsilius de Raymundinis Ciuis Paduanus plebeius Philosophiæ gnarus, & ore disertus, & Vbertinus de Casali Ianuensis Monachus Vir similiter astutus, & ingeniosus. Cum his, & reliquis suæ Communionis (vt dictum est) consilio firmato, decretum est Populi Romani inductionibus, consilijsque adhærere, nec ab eorum consilijs, ac assensibus discedere. Ipsi decernant, suo Senatus, Tribuantusque consulto in omnibus parendum. Protinus vehementissimis Populi Romani caloribus, ignitisque ad has res nouas animis* Ioannes XXII. Papa communicationibus propinatis in personam, & actus eius, pro vt iam dicti Marsilius, & Vbertinus consultores, ac etiam processuum dictatores conscribere, atque componere multo studio sciuerunt, edicta à Senatu, Populoque Romano promulgata sunt. *Ioannem eò vsque dictum Papam, tamquam Scismaticum, Prophanum, & Hæreticum, cassum, & reprobum, seù reprobatum*, adiectis in eo contextu causis plurimis, quas probabiles; imo & manifestas asserebant, inter quas causas vnam hic exponere locus admonet.

Glossema sapiè hic locus, & apertissimā mendum. Verba enim illa Ioannes XXII. Papa *abūdare videntur* Proxima verò Cōmunicationibus propinatis *sensu carēt. Itaq. sic emendarem.* Ioanni XXII. Papæ criminationibus propinatis.

Per plurimos antè annos inter Ordines Fratrum prædictorum, & Minorum lis quæ-

dam, grandisque contentio oborta scisma grande, ac iurgium, & ignominiosum discrimen attulerat super Domini nostri Iesu Christi, & illum imitantium Paupertate, dicentibus Fratribus Minoribus, eisque adhærentibus, quod ipsi ipsum Dominum Christum, & vitam eius imitantes non habebant alicuius rei nisi simplicem vsum facti abdicatum, & denudatum ab omni proprietate, vel iure vtendi. Prædicatores verò dicebant ipsos Fratres Minores non solum habere simplicem vsum facti; sed habere etiam ius vtendi. Quare, si non haberent ius vtendi, non haberent ipsum vsum, nisi aliquod ius haberent, propter quod liceret eis vti ipsa re, seù rebus: & quod ipse Christus non habuit in aliquibus rebus sic simplicem vsum facti, quin & ius vtendi habuerit, sine quo iure vsus eius fuisset iniustus. Et in hanc opinionem Papa Ioannes XXII. firmatus constitutum fecerat solemne, & contrà sentientes, vel dicentes Hæreticos promulgarat Ordine Prædicatorum cum eo vnanimi, & concordi. Hanc causam sumpsere consultores Ludouici prædicti, & sententiæ dictatores. Insuper de potentia Papæ consultores ijdem, ac dictatores distinctum quoddam in suis optionibus composuere Chirographum, secundum quod ipsum Ioannem multifariàm errasse censebant, in Romanis Basilicis diuulgatum. Moxque sub hæc sumpta sibi Romani auctore Ludouico eorum Rege, & Principe omnia legitimè agendi potestate, vt, quæcunque constituerent, legis vigorem haberent, deposito, ac reuocato Ioanne, magnis instantijs induxere Virum vnum Ordinis Minorum eò vsque vita, & honestate probatum Petrum de *Coruaria Summi Pontificatus Sedem, & Diadema suscipere præficientibus illum Ludouico, & Romanis sub plenitudine potestatis. Qui paucis post diebus Confratres sibi Cardinales delegit, Conuentumque constituit, cum quibus faciem Pontificatus, & Papalis induit Maiestatis.

Alijs. De Corbaria.

Fama rei huius per vniuersum Orbem vulgata quoscunque ex omni parte Christicolas ad diuersarum opinionum studia concitauit, scisaque est fermè omnis in duas partes Christianitas. Pars vna Imperatorem, Imperiumque præferri affectans Papam Ioannem detestabatur, quòd ad damnationem Ludouici nimis præceps irruisset, Hæreticumque sub nimio animi motu, atque fulmine quodam pronunciasset Roberti Regis amore, & obtentu, quem non sub iustitiæ æquo libramine; sed sub partiali superstitione foueret: cum & ipsum partiarium assererent, non suam pertinaciam partis, cui adhæserat, proprio ore succelantem, dum sæpè, & sæpius voce Gibellinos detestaretur Laicos partiarios imitatus, nullos ad Prælaturas admittens, quos Gibolengos præsciisset. Aliaque obiciebant, quod minus legitimè ad Papatum productus & ipse eiusdem Roberti fauore fuisset, non Confratrum Cardinalium optione spontanea. Atque etiam Virum contentiosum aiebant, quòd per vniuersas partes Italiæ scandala, & bellorum causas, & specialiter inter Lombardos mouisset, Sacrosanctam Ecclesiam in discrimina, & pericula ardua traxisset, quorum nullum vnquam conciliasset. Scire ipsum lites, discordiasque suscitare, non concordijs sedare. Res quoque ad se, vel Pontificatus officium minimè pertinentes assumere, non contentum spiritualibus Sacrosancti Imperii iurisdictiones contemnere, improbare, ius electionis ex Alemannia in Franciam, vel Italiam transferre niti, & multos sermones habere. Semper inquietam Ecclesiam Sanctam sub hoc Papa, *nunquam *quietam habituram. Pars altera iustum, sanctum, æquum, sapientissimum, ac clementissimum dicere Virum, scientissimum Philosophum, & Sacræ Theologiæ Magistrum, * quibusq. Virtutibus, & Scientijs imbutum, Tyrannos odire, quæ pestis per ea tempora totam fermè Italiam, & præsertim Lombardiam, Tusciam, Romandiolam, & Marchiam inuaserat, qui contemptis Deo, & Sanctis Sanctas Ecclesias, scilicet Episcopatus, Abbatias, Prioratus, & quascunque etiam magnorum prouentuum Basilicas, quos, vt Populos vorarent, in armis, bellis, & quotidianis armorum vsibus stipendiarijs erogabant, deque ipsis Sacris locis equorum stabula pulsis Antistibus, & Prælatis fecerant. Hanc Tyrannis Vicecomitibus Mediolani sæuam rabiem nequius coepisse, & adeò perseuerasse, vt ipsi Tyranni Ecclesias, & Prælaturas de facto spreta Papali Sede, & Iurisdictione suis Clientibus, * & partis dignis conferrent. Promouisse primum, & non alium hæc omnia momenta Senem illum inueteratum malorum Maphæum Vicecomitem; his nephandis actibus abstinere Archiepiscopum Mediolani, & alios pulsos

Intellige. Fore, *Quid si.* Quietem.

Mal. Ijs Virtutibus &c. imbuti, &c. *Vel* Quibus, &c. imbutus &c. oditet.

Potiùs. Et patùm dignis.

Prælatos

Prælatos in pace ſine reſtitutis locis, prædijs, & bonis ad Eccleſias ſpectantibus, quibus ſactæ coluntur Eccleſiæ. Illum Maphæum, ſtirpemque eius tantis malis nutritam, vt de iuſto vſu abuſum, & de æquitate inæquitatem feciſſent monuiſſe * obtineri in vanum, cultum in ea Vrbe exerceri per veros Prælatos permitterent: ſed mandata Apoſtolica ſpernentes non modo deſtitere; ſed infandos actus auſere, preces Apoſtolicæ manſuetudinis renuentes, deinde ſe ipſos Excommunicationum vinculis inundantes, & verba proterua in Sacram Eccleſiam, ipſumque Apoſtolicum iactantes, quæ manifeſtæ Hæreſis ignominias, & intolerabilis Chriſtianæ religionis contemptus, & pertinatias oſtendebant. A quibus ſimiliter canonicè, & ſolemniter moniti, nec abſtinere paſſi, vel ab Eccleſiaſtica monitione correcti peccata infanda accumulauere peccatis Sarracenorum, & aliarum Superſtitionum ſectas, & materias imitati, vt & ipſi Sarraceni, & Hæretici manifeſti. Inſuper monitum hunc Ludouicum Bauarum illorum Hæreticorum erroribus, infandiſque actibus non adhærere; ſed, ſi ad Sacrum Imperij culmen aſpiraſſet, illos, & conſimiles abhorrere, & veri filij Sacroſanctæ Eccleſiæ more ad illos repellendos, & refellendos tam prauis auſibus Eccleſiæ aſtare, & ſeruire. Sed ille, cuius mens in Eccleſiam effera earum Tyrānidum, Tyrannorumq. Italicorum iura tenere ſpiritu diabolico coniectauerat, non modo deſtitit; ſed Vicarium ſuum, Gentemque Germanam aduerſus Eccleſiæ monita patenter tranſmiſit, & ſe Hæreticum, & diuinarū conſtitutionum exhibuit contemptorem. Poſt quę cum his Tyrannis conſortia, & coniurationes nepharias inijt, dum ad eos ſectandos, & fouendos eorum ductibus, & ſumptuoſis commeatibus in Italiam condeſcendit. Fœda hæc aſſiduè labes iam penè per vniuerſum Orbem irrepſerat, vt his, & alijs diſenſionum vulgaribus vterentur. Hocque conceptum, planeq; & deprehenſum eſt, quod (ſicut conſtat) * antiqui mali ſemen in terris iactum, diſſeminatumque eſt.

* *In M.S.* Obtineri.

* *In M.S.* Antiquique.

In duas partes ſecta Chriſtianitas erat noſtra, * & paucos inueniſſe contingens fuerit per hanc præcipuè noſtram Italiam, quos vna ex duabus optio non inquinauerit, aut illa, quam aiunt, Gibolenga, vel Gelſa. Hæc enim à tempore Friderici II. vocabula duo inſeparabilia germina, ſeù potius peſtifera ſciſmata pullularunt, atque inualuerunt, quæ ſemper tenuere Italiam inquietam. Sic hoc in errore, & contentione ferè omnes, qui Gelforum nomen, animumque ſeruabant, Ludouicum hunc deteſtabantur, * & actus, Ioannem Papam laude commendabant. Gibolengi verò & ſermone, &, quo poterant, etiam opere innitebantur è contrà. In hac Laici, & hac Clerici omnis generis concertationibus, & diſcordijs vrgebantur. Lues hæc ipſas Fratrum Minorum, & Prædicatorum Religiones infecit, cui illa de Chriſti Paupertate contemio dedit initium. Papa enim Prædicatorum opinionem ſententia promulgauerat, nephaſque, atque hæreticum contrà ſentire, vel dicere edixerat. Cuius offendiculo contingit Fratrem quendam Michaelem Ceſenenſem Generalem Ordinis Miniſtrum adſcitis ſibi Fratribus, præſertim duobus Bonagratia Pergamenſi, & Gulielmo Ocham Anglico, dum Auinione eſſent, iuſſi identidem perſiſtere cum Miniſtro iniuſſu clanculum è Curia digredi, & Piſas, vbi Ludouici obedientia, & fides Imperii ſeruabatur, ſe transferre, Ludouicique parti adhærere, Ioannem Papam, vt Sciſmaticum; quin imo, & Hæreticum deteſtantes, quod idem Papa in pronunciatione eadem * articulo Chriſtianæ fidei derogaſſet. Nec non cum & idem Ioannes Papa omnes, & ſingulas ſententias, & opiniones Beatiſſimi etiam Thomæ Aquinenſis Ordinis Prædicatorum veras ſpeciali ſententia, ac conſtitutione comprobaſſet, quorum nonnullas nonnulli Studioſi, ac Doctores Pariſienſes erroneas iudicabant. Hos * igitur multi Ordinis eiuſdem ſectati Papæ Ioanni iam patenter maledicebant, Hæreticumque vocitabant, quamquam Ordinis eius Corpus, ſeù Vniuerſitas ſcandali huius expers * ſub ſilentij taciturnitate conſiſteret Generalis illius, ac Complicium ſuggeſtionibus non adhærens. Verum excommunicatis, ac maledictis his Michaele, & Conſociis per Ioannem Papam, ipſi per Terras, Vrbes & Municipia Ludouici fauentia vagabantur, & contrà interdicta Papalia iuſſu, ac permiſſione Ludouici diuina myſteria celebrabant.

* *Mſs.* Vt.

* *Mel.* Et actus Ioānis Papæ.

* *M. S.* Articuli.

* *Longè melius, ſine* Igitur *hoc paſſo.* Iudicabant. Hos multi.

* *Mel.* Sub ſilentij.

Infecit quoque per idem tempus error vnus perniciosus & Prædicatorum Ordinem. Plerique enim Conuentuum Venetiæ, Paduæ, & Tarniſij ſibi auctoritate quadam potentatum aſſumpſerant Officiorum, rerum, & Miniſteriorum communium, vt oppreſſa reliqua Fratrum multitudine Prælatos Ordinis, ſcilicet Generales, & Prouinciales eligi pro ſuo libitu curarēt; quos vellent extollerent, quoſque vellent, deponerent; prouentus quoſcunque ipſis diſtribuerent, vt nonnulli ex communibus prouentibus pecunioſi dicerentur, gazaſque priuatas

habere, ſibique has vices ſumpſiſſe, vt veluti perpetui ſupereſſe putarent. Demum per eiuſdem Ordinis aliquos inſinuatione Papę facta, atque fide facti, Papa Generalem Ordinis, Priorem, Prouincialem quoque, & plurimos illo errore pręſidentes ab officijs abſoluit, & eorum poteſtate priuauit, aliumque Generalem, ac Prouincialem ſuffecit, quibus & ſocios Viſitatores totius Ordinis adiecit, quos Venetias, Paduam, Taruiſiumque profectos prędicti auſu pręſumpto non admiſere; ſed potius fauore complicium ſuorum Confratrum, nec nō & Laicorum brachiis ſibi adſcitis reiicere conati ſunt. Fuereque etiam, qui in inſtitutis à Papa ex Ordine eodem ſe ſe propitios pręſtitere. * Lis ſuborta iam ad manuum * iniectiones partes * concitauerat, ſcandalumque in publicum enunciatum, deductumque eſt, vt vndique & hoc tempore prędiudicialeque iurgium vndique vulgaretur. Appellantes autem ad ipſum Papam ij, qui his nouis proceſſibus grauabantur, Papa conſtanter in * rem talem amouendam perſiſtente, ſuccubuere, & ſub ingenti per totum Orbem infamia tandem quieuere. Deteſtabantur Populi huiuſmodi Religioſorum facinora, quę mala ſigna portendere aiebant, quòd ipſe ſciſæ Religiones inuicem colliderent, atque colluctarentur.

M.S. Iniectores.
Idem. Concitauere.
Pro In re tali amouenda.

Addidere & alij Singulares tantis diſcenſſionibus augmenta. Epiſcopus Furliuienſis eo, quo potuit, apparatu in Papæ Ioannis contemptum Mediolanum ad Ludouicum acceſſerat, ſeque in omnibus obſequentem præſtiterat, ſimulque & Epiſcopus Venetus digreſſus Venetijs ad Ludouicum Piſas contendit. Quibus mox Ioannes Papa notitia habita priuatis, maledictiſque, ſucceſſores dedit. Terrebant hac enim parte Chriſtianos * .... hoc ſciſma in tantum inualeſceret, vt in Terris, Vrbibus, Caſtriſque Ludouico, Imperioque fauentibus ſpretis Papæ Ioannis interdictis, excommunicationibuſque Religionum Conuentus, cæterique Baſilicarum, ſeù Capellarum Parochiani diuina officia celebrarent. Beltrandus in Italiam Cardinalis primùm Placentiæ, inde Parmæ cum militiarum ſuarum copijs perſiſtens adiuſſu Papę prælium apud * .... vitabundus plus Ludouici fautores terroribus, quàm armorum inſecutionibus impetebat. Qui demum Lombardia digreſſus Bononiam ſe contulit, quam * decedentibus Ciuibus, & Populo in plenum dominium accepit * . . . . . .

Fortè deſideratur. Ne.
Fortè. Statum.
M.S. Dedecētibus.
Fortè Se dedētibus.

Romei olim de Pepolis pulſi fuerant, multoſque ex veteribus antiquarum cauſarum exulibus introduxit. Ibique pro Romana Eccleſia, Papaque Ioanne ſibi ſedem firmauit, aſſiduè cum Florentinis, Peruſinis, Senenſibus, & alijs vndecunque per Tuſciam, Romandiolam, & Marchiam Gelfis fauorem partis Eccleſiæ pertractans. Nunc proſpera, nunc aduerſa perpetiens maximè ſemper aiebat in Summi Dei auxilijs fidens perconcuſſam Eccleſiam, Petrique Nauiculam non mergi permitterent. Sed paulò poſt Parmenſis Ciuitas coniuratione Rubeorum præſidio Eccleſiæ pulſo rebellis effecta eſt, moxque delata re ad Legatum, Epiſcopum Parmenſem, qui de Rubeorum proſapia erat, captum retinuit.

Reliqua deſiderantur.

Ludouicus, cui nulla, quatenus vires ſuppetijſſent, audacia * deerat, Regnū Apuliæ aggredi vehementi animo aſpirabat quaſcunque poterat in Vrbe copias accumulans. Robertus verò, dum illo & diuitiarum, & omnium fermè copiarum fortior, potentiorque cerneretur, Regno ſuo conſiſtere, nec vltrà diſcurrere multa prudentia diſpoſuit, ſeque, ſuoſq; continuit, cū à Tuſcis, & Italiæ Gelfis ad concertandum multis ſuaſionibus induceretur. Ille tamen immobilis, atque in ſe conſiſtens Vrbes, Prouincias, Municipia, & Colonias ſuas munire, circumuallare, in vigilibus pręſidijs ſpem habere, procul Ludouicum ipſum productione, quàm belli apertis fatigare. Nouerat ſiquidem Populi Romani mobilitatem, atque inconſtantiam, quodque illis Ludouicus plus honori, quàm emolumento foret, dum cum ſuis Germanis gente ſoluta, & licentioſa illis faſtidia, damnoſaque tædia inferret. Curæque ſummæ Roberto erat, ne de ſuis finibus, terriſque Regni per plana, per æquora Romam annona, victualiaque deferrentur, quorum carentia Romanus populus afficeretur. Idque Roberto ad votum ſuccedebat. Nam ſubito Romæ multa irrepſit rerum carentia, quæ & Germanos, & Romanos admodum coanguſtabat. Ab auxiliaribus Tyrannis Lombardis, Tuſciſque Ludouicus frequenter ſubſidia poſtulabat, qui illum plurimum pollicitationibus fruſtabantur. Caſtrucius tamen cum multis Piſanorum, Lucenſium, & ſuorum ſubditorum turbis Viri ſtrenui (ſicut erat) vices agens Romam ad Ludouicum ſe contulit, vbi eximio fauore ſuſceptus à Ludouico, & Populo Romano, mox vrbis Romæ Senator creatus eſt, Curiamque Ludouici adeò auxit magnitudine, ac fauore, vt quibuſque Imperialis partis per vniuerſam Italiam amicis ſpes ſucreſcerent, reliquis magno metui forent.

M. S. Dedecrat *malè.*

Ioannes

Ioannes Papa tantis anfractibus, rumoribuſque aſſiduè inualeſcentibus, etſi mente, vel corde timidus; nil tamen ambigui in patulum oſtendens Dei maximè fiducia ad Fratrum, Curialiumque exhortationes erigebatur, hoc non contingere aiens, niſi vt his luctationibus, ac vexationibus Sancta creſcat Eccleſia, Inimicos ſua ipſorum exterminet pernities. Edictumque ſubito per vniuerſam Eccleſiam omnibus fidelibus emiſit. In Sacrarum Miſſarum ſolemnium officijs poſt *Pater noſter* Orationem ſpecialem ad altaria cantari. *Sterneret Deus inimicos ſua virtute, vt Eccleſia illi ſub ſolita, & ſua libertate conſerviat, ſeù ſubſerviat.* addito pſalmo *Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, &c.* Mirum quid poſt Edicti huius decantationem notatur. Euenit enim, vt eius virtute ſigna per eos dies ſubſecuta ſint. Paſſarinus Mantuæ Tyrannus vir aſtutiſſimus, cuius maximè ductu, conſultoque Ludouicus in Italiam tractus extiterat, ab Ludouico de Gonzaga, & filio ex coniuratione cum Cane Grandi della Scala habita, præſidioque eius, inſcio Paſſarino in Mantuam accepto, obtruncatus, necatuſque eſt filio eius Franciſco capto, & cæſi membris omnibus decaluato in Caſtellaris fundum iacto, in quem olim Franciſchinum nobilem de Mirandula, multoſque Paſſarinus coniectos ad famis mortem cogerat. Hicque finis Paſſarini fuit Tyranni longiſſimo tempore crudeliſſimi. Epiſcopus Furliuienſis, qui & ſpreta Papę Ioannis, & Eccleſię auctoritate magno apparatu in Lombardiam ad Ludouicum acceſſerat, fauoreque multo excoluerat, repentina morte ac crudeli correptus eſt, quamquam & hic ſigna extremę pœnitudinis eorum, quę in hoc opere commiſerat, & verbis, & nutibus patenter oſtenderit. Caſtrucius vir robuſtę fortitudinis mox, dum Roma digreſſus in Lucam redijt, & ipſe morte prœuentus eſt. Raynaldus, & Opizo Marchiones Eſtenſes, qui & reliquorum fautorum Ludouici complices fuerant, Papę Ioannis indulgentię ſe ſe committentes ad ipſius Papę, Eccleſięque gremium confugere, quos Papa Catholicorum fidelium multorum rogatibus in gratiam ſuſcepit, Ferrariamque ſibi, & Eccleſię reſignatam, & traditam accepit, quam & ipſe multa liberalitate illorum fidelitatibus regendam, gubernandamque commiſit, illoſque cum complicibus, & quibuſque excommunicatis, ſeù interdictis ab omni anathemate, & proceſſu abſoluit, & Eccleſiæ Sacroſanctæ filios nunciauit.* Galaaz Anno Domini noſtri IX.M. CCC.

Gloſſema eſt quidquid continetur his verbis. Galaaz Anno Domini Noſtri IX.M.CCC.

Per idem tempus conſtitutum vnum de gente Germana Marchionem in Marchia Anconitana Petrus de Coruaria Antipapa in Marchiam tranſmiſit, qui plurimarum Ciuitatum fauore identidem amplo dominio vſus eſt. Hic Tanum de Eſio diù Magnificum, qui & ipſe multa tyrannica in Marchia exercuerat, ſecuri percuſſit, magnamque partem Marchiæ eius ſubegit. Eo anno Carolus Roberti Regis Apuliæ filius naturali morte vita ſubtractus eſt, cuius funus Apuli magno luctu proſecuti ſunt. Anno hoc innouata fama eſt per omnes terras Italicas veriſimilia videri litterarum ſigna, quæ iam fermè ſeptennio à Philoſophis aſtronomicis Toletanis vulgata fuerant, incipere, per quas indicabatur hoc eodem anno præſertim Menſe Septembri finem habitura, futurum ſcilicet eſſe, vt aeris, & temporis intemperies peſtifera, & plena terrorum eſſet infinitos Mortales ad mortem coactura, de Cęlo audiendos nouos ſonos & gemitus, Eclypſim Vniuerſalis, qualis antè non fuerat, terræmotus in plurimis mundi locis, inſuper fames, & inedias, aquarum inundationes, tonitrua, fulgura, cædes, Regem vnum magnum perituram, paucos viuorum *....., niſi ad certa loca in literis diſcreta, & ſub cauernis confugerent. Fidem rebus his multa iam aduenientia præbuere. Terræmotus ſiquidem in Marchia Spoletana Ciuitatem Nurſiam toram euertit, in qua occubuere capita *..... matibus obruta. Vndique per Apuliam, & Italiam nō modo *.... per terras Tuſciæ, Marchiæ, Romandiolæ panis reſectionis *..... pretio reperiretur menſibus Martij, Aprilis, & Maij * frigidiſſimæ * .....

Videtur Deſiderari Superfuturos.
Fortè Deſctipta.
Mutilus hic plane M.S. ne quis miretur multa deſiderari.
Deſunt hic etiã aliqua.
Et hic pariter multa abſunt.
Fortè Frigidiſſimis.
Nec minus hoc loco nonnulla deſiderantur.

Ludouicus Romanis oneroſus vrgente victualium inopia, & effrœna Germanorum gente populo moleſta, ac interdum verſa, dum ſe, ſuoſque ingratos præſentiret, cum contubernalibus ſuis Antipapa, & Anticardinalibus ſuis in Viterbium ſeceſſit, vnde & demum Lucam aduenit, dominatumque Ciuitatis non admiſſo Caſtrucij filio occœpit, identidemque reſedit. Cumque deficientibus eorum ſuffragijs, qui in Italiam illum contraxerant, copijs ſuis ſtipendia deficerent, Ciuitates Lucanam, & Piſtoienſem breui intolerabilibus exactionibus confecit, vt nec ſolo ſui, & ſuorum victui impenſæ ſupperterent; ſicque familiarium rerum inopijs egens, atque exhauſtus in Lombardiam deſcendit, Cremonamque vrbem ingreſſus cum militum Sociorum V. centum, vel circiter comitiua Canem Grandem ad colloquium

quium in Marchariam accerſijt, & in eo loci Canis ingentibus Paduanorum, Veronenſium, & ſuarum terrarum copijs peditum, ac militum in loco campeſtri cum Ludouico conuenit. Terminata, conſtituta que per eos dies parùm innotuere; verum ſubitò apud Cremonam noua ingrata, horrendaque Ludouico allata ſunt, Azonem olim Galaaz Filium Vicecomitem cum Ciuibus, amiciſque ſuæ factionis Ciuitatem Mediolani in ſe, ſuumque Dominium occupaſſe, rebellemque Ludouico ſe feciſſe. Paucorumque ferè dierum interiectione & de Luca acceptum eſt Marcum Balatronem Vicecomitem cum Caſtrucij filio, quos præſidio Lucę Ludouicus reliquerat ſocia coniuratione rebellaſſe, & cum Florentinis, Gelfiſque Tuſcię pacem in Ludouici odium, prędiudiciumque temptare. Furliuienſes quoque ſpreto, recuſatoque Ludouici Imperio mandata Eccleſię, Legatique Apoſtolicę Sedis iuraſſe, *multas per Tuſcię terras eadem attentare, in Longobardiaq. plurimas vrbes, ſcilicet Papiam, Pergamum, & Laudem deficere, ac palam defeciſſe, ſolum Canem cum Ludouico Mantuę, Dominatore, & Parmenſibus Ludouici fidem tenuiſſe, nec tamen adeò de Ludouico fidere, vt illum in Vrbium ſuarum mœnia admitterent. Ludouicus his anguſtiatus preſſuris Succinum Municipium adijt, pauciſque diebus annonę, & alimoniorum vrgente carentia Mediolanum verſus iter dirigens traiecto * Ambro amne Valubrium deſcendens ſequenti die Gorgozolam mouit Coloniam X. millibus fermè paſſibus à Mediolano diſtantem, identidemque reſedit. Spinetam de Malaſpinis Marchionem per Canem Grandem ad Azonem tranſmiſſum dictum eſt Ludouico acquieſceret, fideliſque foret: At illum prius mortem ſubiturum reſpondiſſe, in codemque propoſito & Mediolanenſes fore. Retruſo ergò Ludouico ad hæc Lombardiæ confinia Beltrando Eccleſiæ Legato accreuit animus tam Tuſciæ, quàm Marchiæ, ac Romandiolæ etiam Populos, & Vrbes, ac Dominatores ad amicitiam Eccleſiæ allicere, dum iam ab Ludouico, caloreque Imperialis fauoris ſe deſtitutos viderent, vrgente illos metu, ne maximè in eos, qui illi adhæſerant, vlciſci meditaretur. Sed & hoc Fortunæ curſu ſic concernente vltrà, quàm ipſe idem putauerat ad votum ſucceſſit. Franciſcus quidem de Ordalaffis, qui & Zecchus nuncupabatur, Furliuiēſium * Primas, ac inter eos deteſtatus reuerenti voto cum Furliuienſibus ſe Eccleſiæ deuotum, pariturumque præſto obtulit, ac obnixam Fidem dedit, & cum iureiurando in Bononia præſentiali perſona, pauciſque poſt diebus cum CCLI. Lanceatis equitibus ad Legatum ſe contulit, quacunq.* iuſſerit illum ire, pariturum. * ..... Filius Franciſci, qui Fauentiæ pulſo patre præerat, cum quibus potuit militum, peditumque copijs idem fecit. Ariminenſes, Rauennates, & fermè omnes Romandiolę, & Marchię populi Dominatores fecere idem, & Tuſcia pariter vniuerſa. Marcus Balatronus Vicecomes Lucę cum.....filio olim Caſtrucij incluſus, dum nepotem Azonem filium olim Galaaz Ludouico rebellem pernoſceret, ſe ſe continuit, cum Florentiniſque permulta per internuntios ſuper agendis in his amfractibus pertemptauit, fiduciamque Florentinis mercatoribus, cæteriſque viantibus libera licentia eundi, redeundi, mercandique largitus eſt.

Mel. Multos. *Vel* Multas Tuſciæ Terras.

Pro Lambro.

In M.S. Primus.

Deſunt nonnulla.

Abeſt nomen Filij Caſtrucij.

Tunc nec Beltrando Ludouicum, amicoſque in Longobardia, Reginos ſcilicet, ac Parmenſes hac veluti fuga, & aduerſione * viſum eſt; ſed confeſtim, vt potuit, accerſito ex Venetijs Ioanne Quilico exule Parmenſi multos Parmēſium tam in ipſa Vrbe, quàm in Colonijs ſuæ factionis habente, illoque in fidem accepto, copijs militum, peditumque ei iunctis, primum in Reginum deſtrictum, deinde in Parmenſem, ac Colonias depopulandas, cunctaque exteriora cremanda tranſmiſit. Regini ſiquidem per eos antè dies & ipſi ſuggeſtione Rubeorum Parmenſium ab Legato, & Eccleſia ad contrarias partes defecerant. Ioannes Quilicus cum militiis Eccleſiæ, fautoribuſque, videlicet filiis olim Giberti de Corrigia, & aliis Ciuitatum Regii, & Parmæ extorribus in coſdem fines diſcurrentes vrere, prædari, & captiuare, omnia terræ ſubſtantia conſumere hoſtili more. Quibus Caſtrum Berbium validiſſimum ſponte mox redditum eſt bello Reginis, & Parmenſibus inferendo congruentiſſimum: deinde ad Caſtrum, ſeù Burgum S. Dyoniſii Ioannes Quilicus cum certa coequitans militum, peditumque manu, diſcurrens illud inquilinorum, fideliumque ſuorum præſidiis firmauit, deque bello Vrbi inferendo conſtituit. Proceſſereque Eccleſiæ, Legatique phalanges, adituſque vrbium earum vndique obſidentes cinxere, ne qua parte illis auxilia conquirerentur, quorū intrinſecos & fames iniqua, inediaque priuaſſet, dum eo anno per vniuerſam Tuſciam, & penè omnem Italiam (vt prædictum eſt) omnis generis caritas populos vrgeret.

Antè Viſum *deeſt aliquid.*

Canis

Canis Grandis Veronæ, dum eò vſque Legato Eccleſiæ ſe ſe non actibus ſeruitorem; verbis tamen, & blandimentis beneuolum exhibuiſſet, per eos dies in contrarios actus, ſeruitiaque prorupit, apud Marchariam (vt ſuprà expoſitum eſt) ſolemni, & perſonali aſſiſtens alloquio Spineta Marchione, & Gulielmo de Nogarolis iniente inter Ludouicum Bauariæ, & Azonem Vicecomitem diſcordia*.....tens, præterea & Parmenſes, ac Reginos conſilijs, & hortamentis aſſiduis* ..... de Carraria Paduanum Rubeorum Parmenſium conſanguineum ad eos roborandos dirigens, rebellionique Eccleſiæ coanimans. Semel quoque quidem circà Martias Kal. cuocatis Paduanis, & vndecunque ſubditis Verona egreſſus Mantuam verſus exijt, quamquam ea die verſo ex cauſa non omnibus nota* propoſito rediret, plurimiſque diebus in Verona præſidia militum, equitumque in armis tenuit belli in quamcunque partem inferendi ſigna edens. Cui & Ludouicus de Gonzaga Mantuanorum Dominus per omnia adhærens inſeruiebat vti dominium occiſo Paſſarino ab illo recognoſcens.

Difficile omninò aſſequi, quæ hic deſiderentur; at multa Notis illuſtrabuntur, quæ horum vicem præſtabunt. M.S. Compoſito.

Aeſtate in hac Legatus in tanto Fortunæ caſu omnia bellica parare, inſtruere, naualiaque etiam vaſa, Galeas ſcilicet duas Bononiæ fabricatas, aliaque nauigia tabulata Ferrariam traduci faciens, parariique onerarias diuerſorum generum rates. Ab amicis Venetis III. Galeas poſtulauit, Vaſa ſcilicet duntaxat, & armamenta, quòd conductu, & ſtipendio Eccleſiæ nautæ, & bellatores ad prælia fulcirentur. Ludouicus autem Bauarus per Colonias Mediolani peruagatus hinc, atque hinc caſtra frequentius immutabat, vnde copioſius tam viris, quàm beſtijs alimonia ſuppeteret. Paucis* autem, & iam ferè nullis præter Canem Grandem Italicis Principibus, aut Populis ſuffragia præſtantibus, ipſeque Canis, ne Legato ſe ſe hoſtem manifeſtius patefaceret, modica, præterquam de ſummittendis ex ſuis contubernalibus pro pace inter ipſum, & Mediolanenſes tractanda, ſubſidia præſtabat. Sicque Ludouicus eximanitis aliundè, quàm ſuorum Germanorum viribus ęgrè ſe in eis Longobardię finibus continebat. Iamque penè in Alemanniam retrouerſurus ab Longobardis omnibus Italicis putabatur.

Delerem Autem, *& ſic ſcriberem* Suppeterent, paucis, & iam ferè nullis.

Ioannes de Porticu Poteſtas pro Lucẽſibus Valis Arni. ſ.1.75.
Ioanninus de Ponzonibus Cremenſis. ſ.1.86.
Ioannes à Portieu.ſ.2.3.
Ioannes de Lucio.ſ.2.10.
Ioannes Peragæ.ſ.2.18.
Ioannes Franciſcus de Gallinarellis.ſ.2.22.
Ioannes de Partenopeo Iudex. ſ.2.44.
Ioannes de Campo S.Petri Miles. ſ.2.80.105.
Ioannes XXII. Papa.ſ.3.2.3.4.5.7.9.10.
Ioſredus de Vercellenſibus.ſ.2.18.
Iordanus de Columna.ſ.1.43.
Iordanus Agapiti.ſ.1.63.
Iulius Galeatus.ſ.1.83.

L

LAmbertus de Polenta Rauennæ dominator. ſ.2.35.55.57.
Lambertus de Argulioſis.ſ.2.55.
Lancea de Opicengis Piſanus.ſ.1.35.
Landus Armatus. ſ.2.13.
Lanzelottus. Viciatus.ſ.1.77.
Lemutius Baltas. ſ.1.91.
Leonardus de Guercino Legatus à Latere & Epiſcopos Albanenſis. ſ.1.19.
Leopoldus Dux Auſtriæ.ſ.2.23.
Ligurius Plebeius.ſ.1.62.
Lippus de Caprona.ſ.1.92.
Liteus de Bitaga.ſ.2.5.
Lodouicus de Sabaudia Vir illuſtris.ſ.1.28.
Ludouicus Francorum Rex.ſ.1.61.
S. Lodouicus. ſ.1.62. ac eius Geneologia.
Lodouicus filius Philippi filij S.Lodouici.ſ.1.62.
Lodouicus de Raymundatio. ſ.2.35.
Lodouicus Vices Comes Pergamẽſium Poteſtas. ſ.2.50.51.
Lodouicus de Gonzaga Ciuitatis Mantuæ Dominator.ſ.2.104.108.ſ.3.7 8.9.
Lodouicus Bauariæ Dux. ſ.3.1.2.3.9.
Lodouicus Bauarus.ſ.3.5.9.
Lorandus de Plaziola.ſ.2.24.
Lothorengus de Martinengho.ſ.1.86.
Lucas de Fleſco Legatus Cardinalis.ſ.1.19.92.
Luchinus Maphei Vice Comitis Mediolanenſis filius.ſ.1.24.62.
Luchinus Dux.ſ.2.15.
Luctus de Malaſpinis.ſ.2.3.

M

MAio Catelanus Cozo Vicarius Roberti Regis apuliæ. ſ.1.77.
Malgarita Seremiſſima Auguſta.ſ.1.15.
Malia de Groſſetto. ſ.2.35.
Malateſtinus Ariminenſis Legatus.ſ.2.55.57.
Manfredus de Beccaria Papienſis.ſ.1.25.89.
Manfredus Rex.ſ.2.37.
Manfredus Cornellus Galuagni filius. ſ.2.51.
Manfredinus Pallauicinus. ſ.2.52.
Manfredus de Gizzola. ſ.2.60.
Mapheus Vice Comes Turriani. ſ.1.67.68.85.88. ſ.2.3.5.15.33.41.49.51.52.54.ſ.3.1.
Mapheus Mediolanenſis Vicarius. ſ.1.26.ſ.249.
Mapheus de Nicoruo.ſ.2.51.
Marantius Guizones Cremenſis.ſ.2. 60.
Marcellus Marchio de Malaſpinis.ſ.2.12.
Marchio Anconitanus Clementis Papæ Nepos. ſ.1.60.67.
Marchion Montis ferrati.ſ.1.67.ſ.2.4.
Marchion de Saluſtio. ſ.1.88.
Marchettus de Salernis fortis Vir Plebeius. ſ.2.54.
Marcus de Polafrixana Miles.ſ.1.56.
Marcus Camillus. ſ.2.25.
Marchus Luchinus.ſ.2.2.
Marcus Balatronus Vice Comes Luce.ſ.2.8.
Mareſcalcus Beltrandus Gulielmi. ſ.2.26.
Marinus de Macharuffis. ſ.2.85.
Marinus de Zachis.ſ.1.84.
Marſilius Polafrixana Podeſtas pro Paduanis.ſ.1.34.ſ.2.9.
Marſilius Magnus. ſ.2.70.81.83.84.85.86.87.88.89.91.96.103.104.108.
Marſilius de Raymundinis. ſ.3.3.
Martinus de Canibus. ſ.1.32.65.
Martinus della Scala.ſ.1.66.ſ.2.98.
Martinus de Forzate. ſ.2.87.89.92.
Maſius de Schanabicis. ſ.1.33.
Matthæus Miles Lucenſis. ſ.1.35.
Matthæus de Monte.ſ.1.63.
Matthæus della Bora.ſ.1.77.
Matthæus de Colle. ſ.1.84.
Matthæus Comes.ſ.2.3.
Matthæus de Colle Diuiſo. ſ.2.38.
Matthæus Spurius de Corrigia. ſ.2.50.52.
Mezius de Vico.ſ.1.92.
Michael Ceſenenſis Generalis Ordinis Miniſtrũ. ſ.3.5.
Monfortus de Panno Vir Nobilis. ſ.1.27.
Montorius Maſchiarelli. ſ.1.35.
Morandus de Triſſino. ſ.2.10.
Morus Alexij. ſ.1.77.
Maſcettus Manfredi de Beccaria filius.ſ.2.89.

N

NAnfos Rex Hiſpaniæ. ſ.1.61. ac eiuſdem Geneologia.
Nantinus Salamoncelli.ſ.2.18.
Nerius Facij Piſani Comitis filius.ſ.2.40.
Nicolaus Scrouegnus. ſ.1.14.
Nicolaus Oſtienſis Legatus a Latere. ſ.1.19.
Nicolaus de Luſcis.ſ.1.33.88.
Nicolaus de Alcardis. ſ.1.39.
Nicolaus de Comite. ſ.1.44.
Nicolaus de Bonſignoribus Senenſes. ſ.1.44.
Nicolaus de Lucio.ſ.1.54.55.ſ.2.9.15.
Nicolaus Lucius Paduanus. ſ.1.56.
Nicolaus A Podio. ſ.2.17.
Nicolaus A Lege.ſ.2.49.
Nicolaus miles.ſ.2.79.81.83.91.
Nicolaus de Carraria. ſ.2.84.85.87.88. 89.90. 91 103.
Nicolaus Laſciuientus. ſ.2.97.
Nicolaus Taratarus. ſ.2.109.111.
Nordilus Immolenſis. ſ.2.55.

O

OBertus de Neo Gallius. ſ.2.35.
Obizo de Carraria.ſ.2.93.96.
Octobonus Patriarcha Aquilegenſis. ſ.1.18. ſ.2.13.14.
Octolinus de Dallo frater Franceſchini de Dallo, Comitis.ſ.1.74.
Octolinus Generaſius.ſ.2.4.
Octonus Carintiæ Dux.ſ.2.45.48.
Odorichus de Euchania.ſ.1.54.
Opincinus Princeps Spinolæ.ſ.1.25.
Opizo de Porta Sancti Petri.ſ.2.13.
Opizo Marchio Eſtenſis.ſ.2.104.ſ.3.2.

INDEX

P

Paganicus Comes de Panico. f.1.74.f.2.4.
Paganicus Senenſis, f.1.94.
Paganus della Torre Epiſcopus Paduanus. f.1.56. f.2.19.20.22.28.45.
Paganus Raina Sancti Saluatoris Poteſtas.f.1.77.
Panceta de Rouolone Natus de Bartholomeo de Schinellis ex nobilibus Paduanis exulibus. f.2. 35.
Pandulfus de Sabellis. f.1.42.
Pantaleo de Buzzacarinis. f.1.33.f.2.89.108.
Parens de Scornazanis Piſanus Forenſis militie Paduane Dux.f.2.9.
Paſſarinus de Bonacoſis mantuæ Vicarius. f.1.39. 74.f.2.49.50.59.60.104.f.3.2.
Paſſarinus della Torre Roberti Regis Apulie Vicarius. f.1.78.85.86.87.
Paſſarinus mantue Tirannus. f.3.7.
Patriarcha Antiochenus.f.1.92.
Paulus Dentis.f.2.27.79.80.88.89.94.96.105.
Pelagius Cagnaſſus Legatus. Piſanus.f.2.2.
Pera Vxor marini de macharuffis. f.2.85.
Petrus Gradonicus Venetorum Dux.f.1.17.f.2.6.
Petrus de meſa Veronenſis.f.1.24.
Petrus de mora Notarus,f.1.53.
Petrus malabranca.f.1.44.
Petrus de Sabaudia. f.1.44.
Petrus Bonincaſa. f.1.49.
Petrus quarto Genitus Nanfos Regis Hiſpaniæ, f.1.61.
Petrus Victorioſus filius Caroli filij S. Ludouici f.1.62.
Petrus de Sabello. f.1. 63.
Petrus de Anzipegis. f.1.86.
Petrus Roberti Regis Apulię frater. f.2.2.32.34. 38.
Petrus Emboli Comes.f.2.11.35.
Petrus Bonducij Altę fiducię Vir. f.2.15.16.
Petrus de Altidino Vir Cauſidicus & Orator.f.2. 19.20.22.25.
Petrus Apulię Dux.f.2.29.
Petrus Raymontis. f.2.42.43.
Petrus della parte.f.2.64.
Petrus de Campagnola Iudex & miles.f.2.89.
Petrus de Bouatia.f.3.7.
Philipponus Comes de Languſco papienſis.f.1.37. 68.88.f.2.4.
Philippottus Veronenſis Exul.f.2.44.
Philippus Rex Francorum.f.1.18.90.
Philippus Comes de Languſco.f.1.20.
Philippus Sebaudienſis princeps Lacedemonij, Papiæ Vicarius.f.1.26.
Philippus Acaie princeps.f.1.39.
Philippus primo Genitus S. Lodouici.f.1.62,
Philippus tertio Genitus S. Lodouici Comes Attrabenſis. f.1.62.
Philippus Rex Francię filius philippi filij S. Lodouici. f.1.62.
Philippus princeps Tarentinus filius Caroli filij Caroli filij S: Lodouici.f.1.62.f.2.34.38.
Philippus ſecundo Genitus Regis Britannię. f.1. 62.
Philippus de Peraga. f.2.99.100.
Pinus de Vernacijs Cremonenſis Brixianorum præpoſitus Vir eloquens. f.1.20.
Piperata prato Vallis.f.2.44.
Ponzellus de Vrſinis. f.3.3.
Ponzinus de ponzonibus Cremonenſis. f.1.68. f.2.4.26.41.42.44.45.46.50 59.
Princeps Capuę primo Genitus Roberti Regis Apulię. f.2.34.
Proſdocimus Caligis.2.87.89.
Puccinus Garnus.f.2.13.

Q

R

Raymundus de Aſpello. f.1.60.
Raymundus Belezonius filius Caroli filij Caroli filij S.Lodouici. f.1.62.
Raymundus marchio de Anciſa. f.1.77.
Raynaldus Verlatus Leuirus.f.1. 65.
Raynaldus de Bonacolis mantuę Vicarius. f.2.45. 46.47.
Raynaldus Suouegni. f.2.98.105.
Raynaldus de Opizo marchion Eſtenſis.f.3.2.7.
Raynalduius Burſa Gueriolus. f.2.55.
Raynerius de Grimaldis.f.1.45.
Raynerius Duci Legatus pro Lucenſibus.f.2.2.
Rambaldus de Colle Alto Comes. f.1.34.84.f.2. 64
Ricardinus Comes de Languſco. f.2.54
Ricardus de Vgonibus.f.2 59.
Ricciardus primo Genitus philipponi de Languſco. f.1. 37.
Ricciardus de Camino Vir Egregius.f.1.17.
Ricciardus Zambateſa Secretarius Regis Apulię.f.27.70.
Ricciardus Vinciguerra Comes Veronenſis. f.1. 38
Riccobrandus de Riuola. f.2.52.
Rizolinus de Cazago mercator. f.1.87.
Rizzardus Guezoloni de Camino filius. f.2. 89. 90.91.92.
Robertus primo Genitus Regis Caroli. f.1.25.
Robertus Rex Apuliæ.f.1.27.58.61.62.67.70.76. 85.f.2.1.2.3.4 5.7.11.14.15.17.18.28.32.f.3.9.
Robertus Flandrenſis Comes. f.1.71.
Robertus Rubeus. f.1.75.
Roccoraulus de Ricciardis.f.2.4.
Rodulphus de S.miniato Fani Poteſtas.f.1.31.70.
Rogerius de Bouadola.f.2.55.
Rolandus de Guarnerinis. f.1.17.
Rolandus de Piaziola Iudex Paduanus.f.1.29.56. f.2.20.24.
Rolandus Scotus. f.1.86.
Rombaldinus de Bucijs. f.1.87.
Romęus Lanzaueglia.f.1.77.
Ronchus de Agolantis.f.2.19.20.
Rugerius de Odula Comes Palatini. f.2.35.
Ruſticellus Boncaſochij.f.2.18.
Ruzerius Fabiani.f.2.87.

S

Sanctius ſecundo Genitus Nanfos Regis Hiſpaniæ.f.1.61.
Sandrinus de Riuola f.1.86.
Sarra de Columna. f.1.63.
Schinella de doto miles & Iudex.f.2.89.
Scotnazanus Piſanus exul. f.1.74.
Scregnianus Benzonus.f.2.4.
Senebrutius Comes olim Ceſaris Contabernalis, ac Conſanguineus.f.2.4.
Simon de Columbiano Vercellenſis Epiſcopus. f. 1.40.f.2.4.
Simon de Villa.f.1.85 f.2.2.32.35.
Simon della Torre. f.1.88.f.2.54.55.59.60.
Simon Philippi Piſtorienſis. f.1 89.
Simon Philippi Ceſaris Pincenna. f.2.2.
Simon de Beloco. f.2.32.
Sinibaldus montifeltri.f.2.65.
Sinibaldus de Ordalaffis.f.2.55.

Soci-

INDEX

Socinus Venturi. f.2.4.
Spineta Marchio de Malaspinis. f.1.89. f.2. 31. 87. 100.103.107.108 f.3.89.
Stephanus de Columna. f.1.27.43.63.f.3.3.
Sublimanus de Rubeis. f.1.33.65.66.
Succinus Benzon.f.2.60.

T

TAlbertus Calza.f.2.64.
Tanus Valcochis Vir nobilis. f.2.34.
Tarlatinus Pucij Ariminenſis.f.2.57.
Tarratus de Lendenaria.f.2.104.105.
Tebaldus de Bruziadis Brizianorum Primas. f.1. 13.17.
Tebaldus de Campo Floris.f.1.43.
Tebaldus de Arteſe f.2.35.
Tecla de Friſcobaldis.f.1.52.
Tenus de Bientina.f.2.17.
Tiſo de Tergula. f.2.44
Tingus Scoti.f.2.13.
Tiſon de Campo Sancti Petri. f.1.34.f.2.107.
Tiſon de Torculis.f.2.63.
Tolbertus de Camino.f.1.34
Tomas de Campo S.Petri.f.1.55.
Tomas de Manzano Apulus Prouincialis Seneſcalcus Roberti Regis Apuliæ. f.1.51.86.
Tomas de Marzanos Comes Squillatij. f.2.3.4.
Tomas de Pureo. f.2.4.
Tomaſinus Burrus. f.2.4
Tomazinus de Gorzano. f.1.39.
Tomaxinus de Septem Fontanis dux Vexilliferis.f.2.2.
Trinchinus de Ponzonibus. f.2.58.
Triſtanus Manfredi.f.2.57.

V

VAnnes de Scornazanis Piſanus exul. f.1. 89. f.2.15.42.44.46.48.
Vannus Comes de Bagnacauallo.f.1.33.
Vannus Barbarocius. f.1.50.
Vannus Bachini. f.1.70.
Vannuntorius Burgognoni. f.2.13.
Vbertinellus de Carraria.f.2.104.110.111.
Vbertinus de Lando.f.1.86.
Vbertinus Carrarienſis. f.2.30.96.97.99.100. 102. 103.104.105.
Vbertinus de Sala. f.2.59.
Vbertinus de Coſali Ienuenſis. f.3.3.
Vbertus de fredo. f.1.39.
Vecelis de Camino Dominator Taruiſij. Feltri, & Belluni.f.1.34.41.43.
Venturinus Riuoli.f.1.87.
Venturinus de Benzon.f.2.60.
Verongerius Carocius Vir fortiſſimus. f.2.38.
Vgo de Vienna frater Dalphini. f.1.46.
Vgo Ziapera.f.1.62.
Vgo de Albaſio Roberti Regis Seneſcalcus.f.1.63. 68.85.f.2.4.5.53.
Vgo de Macharuffis. f.1.84.
Vgocionus de Fagiola. f.1.58.f.2.15.16. 17.19. 30. 31.35.37.39.40.61.
Vinciguerra Comes Sancti Bonifacij.f.1.33.41.42. f.2 46.61.85.
Vitalianus de Baſilijs.f.2.24.
Vitalianus de Limicis. f.2.107.
Vitalianus Dentis.f.2.107.
Viuianus Fulzerius.f.2.53.
Vrlicus de Bonesdorf.f.2.80.
Vrlicus de Fatinbere. f.2.80.81.

Z

ZAmbonettus de Capite Vaccæ. f.1.56.65. 66.84.
Zanionus Scotus.f.1.86.
Zinus Margoti Legatus pro Lucenſibus. f.2.2.
Zirimbertus de Sintilla Aragonéſis Romandiolę Comes. f.1.60.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX LOCORVM.

A

AChaia. S.1 90.
Æmilia, S.1.37.
Alemania. S.1.23.87.f.1.63.106. f.3.2.3.49.
Alexandria. S.1.67.77.f.24.33.53.
Alphon Fluuium. S.1.3.
Angarani Caſtrum. S.1.34.
Anguillaria. S.1.42.
Anthiochia. S.1.92.
Appenditij Vrbisque Biſagnum dicunt. S.1.27.
Apulia S.1.27.74.92.f.2.1.2.3.5.7.8.14.30.39.
Aretium S.1.61.f.2.1.57.
Arleſica S.1.35.
Arni valles. S.2.37.
Arnum flumen. S.1.49.
Arquada villa S.1.56.76.f.2.62.
Arquadi Caſtrum S.1.38.86.88.
Ars Trinilla S.1.18.
Auinio S.1.19.92. f.3.2.3.

B

BAchilion flumen S.1.24.f.2.3.6.15.62.
Bagnacauallum S.2.33.
Barbanum Vicum S.1.13.
Barbarani Caſtrum S.2.7.
Baſſianum Caſtrum S.1.34.83.84.86.f.2.17.46.90.
Bellunus. S.1.13.
Berica Mons S.1.40.f.2.3.
Boadam S.1.45.
Bonici Caſtrum S.1.61.
Bocchon Mons S.1.57.
Bohemia S.61.f.2.80.81.85.86.
Bononia S.1.13.f.2.46.56.63.f.3.6.8.9.
Bornadum S.1.86.
Bouolenta S.2.63.90.91.93.96.
Brentelle Pons S.1.68.
Brente Torrens S.2.17.62.63.92.
Breuantum Rus S.1.34.
Brixia S.1.23.56.87.f.2.39.
Balgani Caſtrum S.2.30.
Burgum Montagnanæ S.1.34.
Brumida Fluuium S.1.77.

C

CAlabria S.22.11.
Calcinatum Caſtrum S.1.77.
Caliſinia S.2.68.86.
Camiſanum S.1.52.57.
Campum S. Petri S.2.3.
Capranæ Inſulæ S.1.70.
Capua S.2.34.
Carraria S.2.61.
Caſtilionis Caſtrum S.2.6.31.
Caſtro Francis S.1.18.
Caſtrum Leonis S.1.24.
Caſtrum Caſalis S.1.26.
Caſtrum Montagnanę S.1.33.82.
Caſtrum Sancti Angeli S.1.44.83.
Caſtrum Sancti Miniati S.1.49.f.2.33.37.
Caſtrum Lucij S.1.56.
Caſtrum Sancti Ioannis S.1.86.
Caſtrum Nouum S.2.2.
Caſtrum Sarauallis S.2.39.
Caſtrum Carum S.2.56.
Caſtrum Berbium S.3.8.
Caſulas S.2.10.
Catalonia S.1.60.
Catona Inſula Calabriæ S.1.93.
Ceruia S.2.57.
Ceſarea S.1.78.
Cipetianum Oppidum Regis Apuliæ S.1.61.
Ciſarenum Caſtrum S.1.77.
Cittadella S.1.42.83.f.2.45.92.
Ciuitas Caſtelli S.1.52.
Cocalium S.1.86.
Cologna Caſtrum S.1.36.
Colles Euganei S.2.18.
Collizeum S.1.44.
Colonia Patauij quam Curte vocant S.1.18.
Coloniæ Papienſis S.1.25.
Crema S.1.56.f.2.4.50.51.
Cremona S.1.22.68.69.71.78.88.f.2.4.57.58.59. f.3.7.8.

E

ESt Caſtrum S.1.34.56.f.2.45.61.62.92.
Eugubium Ciuitas S.1.52.

F

FAnum S.1.70.
Fauentia S.2.33.55.S.1.8.
Feltrus S.1.17.
Ferrazia S.1.47.f.2.67.46.55.84.25.1.3.9.
Florentia Ciuitas S.1.26.72.f.2.4.11.18.21.34.63.
Florenzola S.1.88.
Florenzole Caſtrum S.1.38.
Fluuium Nebuli S.2.34.
Fluuium apud pontem Sarauallis S.2.36.
Fortiniacum S.1.37.
Francia S.3.4
Franciæ Terre vltra Marinæ S.1.18.
Futliuium S.1.34.54.56.

G

GAarlarum Caſtrum S.1.32.
Gallias S.2.1.
Galuagium caſtrum S.1.49.
Gebbana S.1.23.
Genzam caſtrum S.1.72.
Germania S.2.4.
Gorgona Inſula S.1.70.76.
Graſſagnana S.1.75.f.2.30.31.

H

HErbuſcum S.1.86.
Hiſpania S.2.30.

I

IAnnuenſis ciuitas S.1.34.
Iporegia S.1.23.
Irmignanum caſtrum S.1.77.
Italia S.2.1.30.49.55.f.3.2.9.

L

LAudum S.1.34.f.2.54.
Leodenaria S.2.80.
Leonici Terra S.1.41.

Ligna-

ILLVSTRISSIMO ET AMPLISSIMO SENATORI DOMINICO MOLINO LAVRENTIVS PIGNORIVS.



ALBERTINVM Muſſatum noſtratem, Tu Domine, qui es bono Reipublicæ litterariæ natus, publici iuris fieri, trecentis poſt annis, corruptiſſimis, iniuſtis, & peruerſis, indoctiſſimi, veſtilis diligentiſſimæ rerum geſtarum Scriptor (ex quo capite laudatur à Paulo Collenucio & Cenſorio Patauino magno omnium Vate,) nunc demum in lucem prodeat, hac noſtra Typorum forma, tutis etiam optimis quæ licuit illuſtratus. Ego ſanè, vt Tibi motum generem, poſſi ſedeem, & accuratam V. CL. FELICIS OSII diligentiam, Spicilegia incubui, memor dicti Parrhaſiani, neminem repertum ſum, qui à fecete ad Spicilegium reliquerit ſtipulam, ex hac ſtipulam, ſeu cariſcam aliquam ſuſtulerit legere, coetorum videlicet eius, qui, & ſidotiſſimorum, & Hiſtoricorum aliquot fragmentum, quæ ſonus auctus reliqua fecit ex antiquis illis præſci temporis ſumpſcis: promerebatur enim laudem, qui veritatem incorruptam, quo melius potuit formam, & non malus imitatus, nobis propoſuit: vir vtique de omni poſterorum memoria optimè præſtitit meritus: quod tot res memoratu dignas aliis ſcitantes intellas, aliis malignè ſuppreſſas, magna ſydes animi libertate, virtutum aut inſcitatur, virtutum laudatus Predicator, Patriæ dignitatis vindex, & aſſertor, litteris commendauerit. Verùm antem eo conſilio mihi perſuadenda propoſui, quod ex illorum cognitione, rerum notitia familiaritas, & barbarii plerumque vocabula miſcua eruatur. Identidem in gratiam exactiorum perſcutus ſum, qui linguam Latinam callentes, ad nomina tamen peregrina latinam ſeruientia hæreant fulendo, & explicationem requirant. Diſſeruiet reliquum quid adiecerim, gratiam ab omnibus eruditis me initurum ſpero, vt ſui ille incondite ſint, & inelegantes: ferunto tunc malè culpa: non enim laudare poſſum cuiuſcunque ineptiſſimi, qui Henricum ad Florentinos, & Florentinos ad Henricum ſcribentes edidit Litterarum ſylua: monenunque, eos qui Scriptores Hiſtoriarum veteſtos, rudes, & horridos, adeo etiam barbaros, poſtea ſermone interpolare, id profeſſioſſimo veritatis periculo facere. Qua

tuas existimamus insuffecti memoriae etiam fortunarum rerum, quas ipsi possibili repellarum compassores plerumque perditum cunt fuco lenocinantis oratoris. Ac certe quotidianum. Hoc omnia Tibi, Domine, tui Musicae virtutem bene pollicantem debes, & accepisse fere, ego Tibi insperata esse nolo, vere meritorum in me tuorum testimonium quod nullius, & posterno sient, cum Tu res meas inter & tuas nihil unquam discrimini confiteris, quae tua est benignitas, & mihi qui ope, quis consilio bene facere unquam intermittas; quae tua est humanitas, atque adeo bonarum Litterarum promotoris incremento. quod malle animo & virtute, Tuo studio veges, vix neque ullibi, nisi fructissima Philosophiae tuae partes; neque opinio, neque simplicitas, dum modo hic noster Italice terra angulus adfuerit ad fidissimum vestro & humanissimus fructus iam olim parte dignitatis. Sed accedamus propius ad Musicam, & laudes tuas, insantie nostre probi confessi tibi, silentio implevimus.

In Albertini Mussati Historiam;

SPICILEGIVM.

LAVR. PIGNORII.

IN hoc historicæ narrationis limine cum fuerit valde ieiunus hic noster, operæ precium duxi eventum huius pugnæ, vt causas recensere, vt narrationi obscuræ lux aliqua è face historica petita affulgeat. Anno Domini 1288. vt ait Io. à Lexdis Carmelita in Annalibus Belgicis. lib. 20. cap. 21. lamentabilis, & magna controuersia fuit inter Ioannem huius nominis primum, Ducem Lotharingiæ, & Brabantiæ, & Reginaldum Comitem Gheldriæ. At Io. Villanus lib. 7. cap. 132. scribit incidisse in annum 1289. mense Iunij, causa discordiæ fuit Ducatus Limburgensis (Villano Lamborgo) quem Comes Cheldriæ ratione vxoris, quæ fuit Irmingardis soror, & hæres Hentici Limburgici, vt asserit *a* Meyrus, sibi vindicabat. *per retaggio di donna*, scribit Villanus in eo falsus, quod Duci Brabantiæ adscribit ius (vt vocant) prætensum Comitis Gheldriæ. Dux Brabantiæ asserebat, se pecunia redemisse ab Adolpho Comite de Monte, proximo de consanguinitate Ducis defuncti. hic etiam videtur falli Io. Villanus, qui Comitem Lutcemburgi scribit fuisse consanguineum Limburgensis (*di suo lignaggio* inquit ipse) vbi obiter animaduertemus *lignaggio, & retaggio* voces Italicas, esse Gallicanas origine, *lignage*, & *heritage*; quas tamen Gallia Latio debent. *lignage* lineatio est, stemmata enim. vt ait Plinius, *b* lineis discurrebant ad imagines pictas, & has lineas *c* Seneca flexuras, *d* Persius ramos appellant: ramos videlicet arboris, qua figura etiam nunc describi consueuit stemma familiarum. *Heritage* est ab hæreditate, cuius vestigium est apud Ioannem de Ianua. At redeamus è diuerticulo in semitam. Partes Comitis Cheldriæ tuebantur Henricus Comes Lutcemburgensis, Walranus frater eius, Walranus Dominus de Walchenburch, & Archiepiscopus Colonien sis cum alijs non paucis, cum Duce Brabantiæ erant Ciuitas Coloniæ, Adulphus Comes de Monte, Walranus Comes Iuliacensis, præter alios multos, conuenerunt autem pugnæ gratia prope arcem Vuoronc, vt refert Barlandus Chronicor. Brabantiæ cap. 46. & inde pugnam Voroncanam indigitat Meyerus, cum quo Henninges in Theatro Genealogico, ab arce Vuoroncana. Villanus nomine nonnihil detorto, *nel luogo detto Auroue*; corrigendus forte, *nel luogo detto à Vorone*. In die Sancti Bonifacij factus est cruentissimus conflictus. ergo die 14 Maij, non mense Iunio, vti referebat Villanus. at Germani nonis Iunij, vt ait Ado in Martyrologio, celebrabant natalem sancti Bonifacij, non Romani, sed Traiectensis Episcopi, & Martyris, vt habet Molanus ad Vsuardum. Quinta die Iunij tradit Meyerus, & sanè rectè, pugnam cruentam describit hisce verbis Villanus, *la quale fu sì aspra, e sì crudele che durò dalla mattina al Sole lucente, insino al coricare*. Mortuus est ibidem Henricus Dominus de Lutcemborch (inquit Ioannes à Loydis) cum Walrano fratre suo, Mussatus duos fratres, & duos priuignos enumerat. Meyerus nominat Henricum, Valerannum, Balduinum quos Princeps Flandriæ Isabella ipsorum soror bello ibidem cæsos amisit, quosque multis lacrymis longo tempore luxit. Hæc autem Isabella Guidoni Frandriæ Comiti nupserat Villanus Henrico tres fratres adiungit, *ed elli con suoi tre fratelli carnali vi rimasono morti*. cuius sententiæ videtur fuisse etiam Barlandus, vt Henninges, qui fratres hoc ordine describit, Henricum, Valeranum, Gerardum, Guilielmum. videtur porro tota domus in hoc conspirasse, vt bellicam gloriam à maioribus partam strenuè retineret. Cæsarius sanè lib. 7. cap. 43. meminit Vualrani Comitis de Lutzemburg, & Vualrani iunioris, vti virorum militarium. ad hæc ipsi Hentico Gheltricam terram vendiderat Comes Chelriæ, accepta ingenti pecunia, teste Barlando, vt & hinc ansam arripuerit Henticus concedendi in partes Comitis Chelriæ, quem Comitem de Belere nominant Annales Henrici Steronis, qui hæc notant ad annum 1287. fuit vero Comes hic captiuatus, licet Io. Villanus inter cæsos recenseat *il Conte di Galleri*. Exortum autem hoc dissidium est iam inde ab anno 1284. vti litteris consignauit Argidius de Roya in Annalibus Belgicis, cuius hæc sunt, *Anno Domini* 1254. *mortua Comitissa de Lemburg, magna discordia fuit inter Comitem Gelrię, & Comitem de Monte, sed Comes de Monte videns, quod non esset potens contra Comitem Gelrię, propinquiorem suam vendidit Ioanni Duci Brabantię, contra quem fuerunt Episcopus Colonensis, Comes Luxemburgensis, & Comes de Cleua, & alij multi. Sed inter hos Philippus Rex Francię treguas fecit; volens secum ducere ipsum Ducem Brabantię contra Petrum de Aragonia à Papa excommunicatum.* At hæc mora non retudit aciem præcipitis fati, siquidem, vt prosequitur idem de Roya, *Anno Domini* 1288. *bellum acerrimum in Ioannem Ducem Brabantię, & suos auxiliarios, necnon & Comitem de Luxemborg, Comitem Gelrię, & Archiepiscopum Colonensem gestum est. in quo Comes de Luxemborg est occisus, Comes Gelrię, & Archiepiscopus Colonensis capti*: hæc ille. Cæterum de Patre capto, confosso, & in profluętem proiecto hi nihil. vnicus (quod sciam) Mussatus hoc recensuit. pag. 1. rubr. 2. cum tribus reliquis eodem Patre natis. Balduino videlicet, Valerano, qui Mussato Goleranus est, alijs Walramus, & Ioanne. Verum hæc omnia illustrabit lineatio domus Luxemburgicæ, petita ex Genealogijs Hieronymi Henninges, in ea tantùm parte, quæ sit futura vsui Spicilegio nostro.

a lib. 10. Annal.

b lib. 35. cap 2.

c Lib. 3. de Benef. c. 28

d Sat. iij.

Adelbertus
Gisbertus, vel
Sigifridus
|
Gisbertus II
|
Fridericus I
|
Conradus I
|
Conradus II
|
Gulielmus
|
Conradus III
|
Henricus I

Gilbertum vocant Ortilius, & Viuianus in Itinerario. Vignerius Gisilbertum.

Valeranus | Gerhardus | Guilielmus | Isabella vxor Guidonis Flandriæ Comitis.

Henricus II
cognomento Blondellus

Margarita Fil. Io. Duc. Brabant. — Henr. VII. Aug. — Buleuinus Archiep. Treuer. | Valeranus | Ioannes

Ioannes Rex Bohemiæ
|
Carolus IV. Aug.

Vvinceslaus Cæs. | Sigismundus Aug.

Digitized by Google

Mihi tamen monendus est Lector, Maiores Henrici, si unum excipiamus, antiquitatis tenebris valdè inuolutos fuisse, & Iacobus Mainoldus, cum de titulis ageret Regis Philippi, iure dixit, supra annum Henrici Septimi nihil certi sibi patere. Et ipsemet Henninges eiusdem Genealogiæ non satis explicitas rationes affert, quod ad Maiores attinet. Et Conradus Vecerius satis ingenuè professus est, cùm ad Henrici vitam describendam accederet, *qui Maiores Imperatori Henrico, aut omnino parentes fuerint, quamuis curiosa vestigatione cognoscere non potui.* Quibus illi retexit, quas tamen nec approbat, nec refellit, Melusini præstigias; neque affert certiora *a* Vignerius. Et hæc de his satis. ibid. *paterne domus maior*, maior, idest senior, & his vocibus illa ætas vsa est, vt dominos significaret. Capitulare Karoli Magni. lib. v. 107. *vt presbyteri curas seculares nullatenus exerceant, ideòst vt neque Iudices, neque Maiores fiant*, Capitulare Karoli Calui tit. XXVII. *ita tamen, vt si maiores homines voluerint, ad nos veniant, & in presentia nostra ipsam firmitatem faciant: homines verò illorum ante missos nostros eandem firmitatem faciant.* Et hinc Maioratus apud Scriptores illius æui; & Mayorazgo apud Hispanos hodie: & apud nos Maggiore, & Maggioranza. De seniori autem trinissimum est, & cuiuis obuium, veluti in Tabulis Ganslini Episcopi apud *b* Cauacium: *pro remedio animæ senioris nostri Othonis.* Italicismus patens, *del Signor nostro Othone.*

a Histoire de la Maison de Luxemburg.

b lib. 2.

Ibidem, *vt Primogenitus lege Gallica.* Annales Fuldenses, anno 839. *Hlutario quidem, qui maior natu erat, nominis sui dignitatem, & sedem Regni tribuens.* Et latè disputat Andreas Tiraquellus in præfatione de Iure Primigeniorum, vbi appellat generalem Galliæ consuetudinem.

Pag. 1. rubr. 3. *vt circa incumbentia sibi, semper, & consultè fortiter, & strenuè agendum esset*, vox *fortiter* glossema est vocis *strenuè* qua inducta commodè legemus, & consultè, & strenuè agendum esset; strenuus enim fortis est.

Ibid. *Iustitiam quoque tanta coluit observantia.* Benuenutus de Rambaldis in Libro Augustali. etiam ipse de Henrico scripsit, *hic vir prudens, iustus, honestus, catholicus, dilectus omnibus.*

Ibid. *Margaritam Ducis Brabantiæ filiam adolescentem.* Hæc Margarita fuit filia Ioannis I. Ducis Brabantiæ, eius qui cum Henrico Blundello pugnauit, soror Ioannis II. Ducis.

Ibid. *Ex qua Ioannem filium primogenitum procreauit.* Hic Ioannes dictus est Luxemburgicus, & fuit pater Imperatoris Caroli IV. occubuit autem in prælio, anno 1348. dum Francorum Regi militat aduersus Britannos, cuius corpus adhuc sat integrum in capulo ligneo se vidisse Luxemburgi, in Cœnobio Franciscanorum testes sunt Ortilius, & Viuianus in Itinerario, pag. 57. fefellit autem nos Ioannes Sleidanus, qui in Epitome Froissardi vocat hunc Henricum à Lutzemburgo, sed fefellit Sleidanum Froissardus. Videndi autem sunt Scriptores rerum Bohemicarum.

Ibid. *Exenia denegantibus.* Ioannes de Ianua in Summa Catholica Exenium munus paruum, & quodcunque munus mittitur alicui, quod vulgo dicitur, & Gallicè present. Papias dicit Exenia, & præmia, dona, munera, beneficia: Eccl. xx. *Exenia, & dona excecant oculos Iudicum.* Et ita legit Auctor Mamotrepti. Ibi tamen editio Romana, num. 31. reposuit Xenia, quomodo habet & Cæsarius, lib. 4. cap. 15. *Norandinus verò, vt vidit Xenia transmissa, cum multa deuotione suscepit, & singula, idest loricam, clypeum, galeam, gladium, necnon & dextrarios deosculans.* &c. vbi tamen Cæsarium Exenia scripsisse quouis sacramento contenderim, at hæc sunt minima eorum, quæ sibi indulgent Correctores, audaciæ, & licentiæ mancipia.

Pag. 2. in prine. *declaratus est Henricus Romanorum Imperator semper Augustus.* Hæc electio incidit in annum 1308. teste Meyero. H. Sueto addit electum in Franckfurt in festo sanctæ Catharinæ, ambo asserunt coronatum Aquisgrani in festo Epiphaniorum. c Villanus scribit electum Middelburgi. Albertus Argentinensis in Franckfurt. die omnium Sanctorum.

c lib. 8. c. 101.

Ibid. *res hæc per fines vulgata Germanie nonnullis admirationi fuit.* admirationi, quia Henricus licet nobilis, non tamen æquabat multos Alemanniæ proceres, penes quos Imperium residere solitum erat, & hæc fuit causa, vt Benuenutus Grammaticus Imolensis, Henricum parum Comitem *d* vocet. quod possumus interpretari ex ijs, quæ scripta reliquit Ioannes Villanus; *e di picciolo stato che fosse di suo lignaggio. fu di magnanimo cuore*; quibus tamen reclamat Meyerus loco citato, affinitates Henrici accuratè & data opera serioris prodens, vt Vicerium incassum redarguat, & nostros.

d In Augustali.

e lib. 9. c. 1.

Rubr. 6. *Pacata Alemannia.* Alemanniam pacauit Henricus seuiendo in contumaces, vt de Eberhardo Comite de Vuittenberg narrant Albertus Argentinensis, & Martinus Crusius, superbos deprimendo, vt accidit Argentinensibus, & Spirensibus: homagia, & fidelitates à Dominis, & Ciuitatibus accipiendo.

Ibid. *quæ hinc Guelphorũ sub Ecclesiæ hinc Gibelinorũ sub Imperij clypeis, nomina sibi quedã induerãt.* Guelphi, & Gibellini detestanda nomina à Friderico II. in Italiã inuecta sunt, eaq; Pistorij primùm audita inquit Michael Ricius. lib. 11. de Regibus Siciliæ, quod & placuit Blondo inquit *f* Crusius, vt iure Pistorienses Cines peruersos appellarit Petrarca: fuerunt enim geminæ furoris faces hæc nomina, queis concitata Italia fæuiit in præcordia sua, & nullo nõ scelere se contaminauit. At de etymis horum nominum ego sanè g Bartolo non assentior, qui nescio quid somniauit è sacris libris petitum, vtpotè nomen Guelphi legi c. 30. Geneseos, cum sit Zelpha ancilla Liæ; & Montem Gibellum, 1. Reg. cap. vlt. cum sit mons Gelboe, vbi Saul occisus est, potuit sanè Bartolo imposuisse, quoad primum, sonus prolationis. Gnostratium non inum, qui vt Zaruciant. at de secundo non haben quod ex eo sum: nisi confugiamus ad tenebras ætatis, quæ bona etiam ingenia transuersa agebat. Remedium tetigit *h* Crusius, qui narrat, anno 1140. Castrum Vuinsberg à Conrado Rege obsessum fuisse, vbi commisso prælio in exercitu Welfonis Fratris Henrici Ducis inclamatum fuisse ad fumendos animos Hic Vuelph. è contra copias Friderici Conradi Regis Fratris adclamasse Hic Bibeling, aliàs Hic Guaibelin, vel Hic Gibling, quod esset nomé Villæ Vuaiblingæ, in qua nutrix ipsum infantulum lactauerat: innuebat nimirum, se hostem, non Regijs viribus patris, non Ducatus Sueuiæ præstantia, velle Vuelphoni eximium parari, sed factæ nutricis fœx, idest auxilio rusticorum, quod & præstitit. Siculos, Italos, Longobardos exponi sibi ista voluisse, & responsum fuisse illis, Pontificios designari per vocem Vuelf, Imperiales per Giblingen. hæc ille, vt refert, hausit ex Herm. anno Aedituo. Et hinc datur intelligi, cur Gibellinos Gibolengos appellet hic noster; voluit nimirum ad inflexionem Germanicam, Giblingen propius accedere, notauit autem *i* Krantzius, habuisse Guelfos & Gibolengos inter se non modo signa bellica aduersa, sed vt colores, terræ fructus, habitus corporum, incessum, digitorum crepitus, oris hiatum. Brixianos item & Bergomates Allij scissionem ex ratione partium commentos fuisse, eosdem hospitibus vim extremam intulisse, quod Allium gladio scindi viderent: diuersarum partium esse ratios. † Et hoc portentum, licet aliunde illatum, vernaculum Italiæ euasit. adeunt Geor-

f lib. 1. p. 111. cap. 14. Ann. Sue. uicor. Idem sensit Georg. Mer. lib. 4. Antiq. Vic. & Iuselman. lib. III. Histor. Genuens. g In tract. de Guelf. & Gibell. num. 1.

h lib. 10. p. II. cap. 3.

i lib. 10 Saxon. c. 10.

† Videdus & Equicola in 6 lib. 1. Histor. de Merula li 2.

gius Merula *a* verè, & non ſine ſtomacho ſcripſerit, *adeoque in animis Neporum hæc mali labes, & pernicioſa appellatio propagata eſt, vt in noſtra † uſque tempora, iſta dominante peſte, violato ſanguinis iure, cædes paſſim per vrbes fiant, bona diripiantur, domus ad ſolum æquentur, ciues in exilium alij agantur, trucidentur alij; & dum quiſque ſibi aut parti ſuæ reponi iniurias & maleficia formidat, in eam plerumque ætatem gladios diſtringit, cui inhumaniſſimus quiſque barbarus parceret*. hæc ille horroris plena, ſed tamen vera, in germania certè hæc ſeges non excreuit admodum, vt ſeriò adnotauit *b* Bartolus in Tractatu citato, inquiens; *cum poſſibile ſit, & de facto ſint multi homines, & multæ terræ, quæ nulli prædictarum affectionum adhærent, quod ſaltem clarè apparet in Ciuitatibus Vltramontanis*.

Pag. eâdem, rubr. 6. *nam & Turcorum quidam Optimates ex Gibolengis partis antiquæ, necnon ex diuiſis Guelfis, qui Alborum intolerantia Gibolengi nominis ſibi prænomen elegerant*. Hic Muſſatus loquitur de re (vt videtur) ſatis nota. At qui nam hi fuerint Optimates ex Gibolengis mihi planè non conſtat. Auctor certè anonymus Hiſtoriarum Piſtorienſium, ſermone vernaculo, ſcribit pertimuiſſe Florentinos, Lucenſes, & alios ſocios Guelfos Henricum aduentantem, *però ch'hauea con ſeco molti Caporali* (hi ſunt Optimates Muſſato) *al ſuo Conſiglio della parte Ghibellina di Toſcana*. Et Iugurtha Tomaſius recens Hiſtoricus *c* Senenſis refert Nicolaum Bonſignorium Senenſem, Ducem Gibolengorum, trans alpes profectum ad nouum Cæſarem; cum primum Senas perlatum eſt, Henricum rerum potiri. his accenſendus eſt Simon de Philippis Piſtorienſis, cuius meminit Ioannes *d* Villanus non ſemel. Gibolengi autem partis antiquæ fuerũt, vt videtur, qui nouitios Guelforum transfugas non agnoſcebant, rigidos Gibolengos diceremus. Diuiſos Guelfos appellat hic noſter eos, qui ſectis, & factionibus ab inuicem diuellebantur, quorum meminit *e* Villanus, & Borghinus, *f* quorum ille ſingillatim notat Regem Robertum, reuerſum Auenione, eo conſilio Florentiam profectum, vt Guelfos diſſidijs ſeiunctos reconciliaret, at nihil profeciſſe. *g* Alborum intolerantiam non fruſtra notatam videmus: quia opibus, virorum vi, & neceſſitudinibus Florentiæ Albi rerum penè potiebantur, vt aſſerit Villanus lib. 8. loco citato, & cap. 39. 45. & 48. At valde nouum eſt quod adijcitur, Guelforum nonnullos Gibolengi nominis ſibi prænomen elegiſſe, quod ego ſanè non capio: niſi dicamus Guelfos, nomine tenus, ſectos Gibolengos, vt Albos fallerent, qui ad Clauum ſedebant, alioquin inquit *h* Bartolus nemo poteſt Guelfus ſimul. & Gibolengus eſſe: verum nimis portentoſum fuiſſet hæc monſtra iure coerceri; & portenta non fuiſſent, niſi extra orbiram iuris exerraſſent. Bellorum Ciuilium prima lex eſt Inſania, & Furor. Albi & Nigri (vt hoc etiam demus exterorum doctæ curioſitati) Piſtorienſes fuerunt è gente Cancelleria, qui luxu diffluentes, è rixa domeſtica in ciuicum tumultum, & odia lethalia proruperunt. Ea longum eſſet pertexere, quibus recenſendis immorati ſunt Auctor anonymus Annalium Piſtorienſium, & Io: Villanus *i*. Hi cùm ſeiunctim adoptaſſent ſibi colores hinc Album, & hinc Nigrum, veluti anno 1308. Aretini *k* Praſinum; & nos Pataſini, non ita diu Praſinum, & Venetum, ea factione Ethruriam vniuerſam infecerunt, veteribus ſectis Guelforum, & Gibolengorum, rei nouitate, vel abolitis, vel interciſis. Et hæ quidem appellationes Alborum, & Nigrorum non Piſtorij primùm ortæ ſunt, vt videtur aſſerere Villanus, ſed adultas, & ab alia origine petitas traxere Cancellerij in partes inſaniæ, quam fouebant. Quod acutè peruidit Vincentius Borghinus loco ſuperiùs citato, &

a lib. 4. Antiquit. Vicel.
† 1. Ann. 1482.
b nu. 17. in fin.
c lib. 8.
d lib. 8. c. 10.
e lib. 8. c. 38.
f p. 2. pag. 323.
g lib. 9. c. 8.
h Tract. cit.
i lib. 8. cap. 37.
k Villan. lib. 8. cap. 99.

initium Annalium Piſtorienſium clarè innuit. Et hæc ſemel dicta ſint in gratiam eorum, qui peregrinis hiſce vocibus afficiuntur; non vt refricemus vulnera illa, quæ iam cicatrices obduxerunt. Acta in Bonifacium viuentem Parlamenti, vt vocant, Papirius Maſſonius, in vita Philippi, maledictis plena appellat. & data opera omittit; captiuitatemque deteſtatur. Regem ipſo mortuo, à Clemente Pontifice petijſſe ſcribit, vt memoriam damnaret, oſſaque eius in ignem mitti iuberet. hæc Pontifici non placuiſſe ſcienti deceſſorem ſuum à Fide Catholica non receſſiſſe & tria *l* ſupra XL. hæreſeos capita, quæ Rex à I. Canonicis ſuis obijci mortuo curarat, conficta exiſtimaſſe, demum in Synodo Viennenſi, Rege ipſo præſente, Epiſcopos decreuiſſe Bonifacium *m* Catholicum fuiſſe, & nulla hæreſis labe infectum, cùm tres Cardinales, Theologus hic, illi Iuris Conſult. multis argumentis hoc factum comprobaſſent, adeſſentque Equites duo Catalani, qui armis inſtructi memoriam defuncti propugnarint; in Concilio autem illo ſiue Parlamento Pariſijs habito, hæc Bonifacio obiecta ſunt; *crimina, & titulus hæreſis, ſuoque Predeceſſore viuente intruſio, & ingreſſus illegitimus ad Papatum, & quod ei non erat parendum*, inquit Archiepiſcopus Conſentinus. Quibus addit Henricus Stero Altahenſis contra ipſum Papam factam fuiſſe prouocationem ad Concilium Generale; vt minùs mirum ſit, abſtinuiſſe hiſce referendis Maſſonium.

l Villanus lib. 8. c. 91.
m Monaldus lib. 8. Com. Hiſtoric.

Ibid. *Accerſiri ſtatuit*. quomodo accerſiri? hic mihi aqua hæret: ſcio quidem Ioannem de Ianua ſcribere in Summa Catholica, *inuenitur ergo arceſſo ab arcio, arceſſo ab arceo, accerſo ab accio, acceſſo ab accedo*, legerem igitur acceſſiri ex norma Canonum Grammaticorum eius ævi.

Ibid. *Quod & facile ſui obtinuere Legati*. Martinus Polonus ſcriptum reliquit hos Legatos fuiſſe duos Epiſcopos, & tres Comites, quæ totidem penè verbis repetit H. Stero. *n* Mayerus meminit Guidonis Namurcæi, & Ioannis Bauariæ Comitis, qui pro confirmatione Henrici Pontificem adiuerint, quibus ſi addas Comitem Sabaudiæ *o* Villano numeratum fient tres Comites, vti prodidit Martinus. Contradus tamen Vecerius Princeps huius legationis renunciat Sabaudiæ Comitem, cuius nomen ignorat, & Guidonem Namurcæum Flandriæ Comitis Fratrem, nulla habita ratione Ioannis Comitis Bauariæ, nunc de Epiſcopis quærendum, quos nemo ignorabit, qui *p* Georgium Merulam legerit. *ſtatim viros partim illuſtri genere editos, alios ſacerdotio venerandos, ad Clementem ea tempeſtate Auenione agentem Legatos mittit*. O præclarum Hiſtoricum! ego maluiſſem hæc narrari à barbaro, & barbo quopiam, qui ſimulatione nomina Legatorum retuliſſet, quàm à centum comptulis, & pulchellis iſtis, qui Hiſtoriæ decus, & maieſtatem, lenocinio verborum, & faleris neſcio cuius ſtructuræ aucupantur. *q* Bzouius nominat Sifridum Epiſcopum Curienſem, Amedeum Allobrogum Ducem (Comitem voluit dicere) Ioannem Delphinum Viennenſem, Guidonem Comitem Flandriæ, & Ioannem Comitem Serrapontij. Adhuc quæramus ſi libet. Chronicon manuſcript. quod Auctor ipſe appellauit Manipulum Florum, hæc habet, *iſto anno Henricus Comes de Lucemberg deligitur in Imperatorem, & in Aquiſgrani Corona argentea coronatur, qui pro confirmatione Epiſcopum de Cruara, Comitem Sabaudiæ, Dalfinum de Vienna, & Guidonem filium Comitis Flandriæ Legatos Auenionem ad Clementem Papam mittit*. quis hic Epiſcopus de Cruara? Ego Dauus ſũ (vt ille inquit) nõ Oedipus.

n Annal. lib. 11.
o lib. 8. c. 101.
p lib. 7. in princ.
q lib. 14. Annal.

Ibid. *Emologata etiam Electione*. Emologare verbum (inquiunt Lexicographi) nec Latinitas, nec Græciſmus agnoſcit, vſurpatur ab huiuſce ætatis Scriptoribus pro confirmare, vel laudare; infra hic

hic nostet, *lib.3.te vt decus sublime venerandum emologatis pertematis,& actis per nos Antonium,& Mussarum, & lib.10. ac prolixis emologando praconijs, & lib.16. nisi singillatim super reportandis propositum emologauerit* part.2.lib.2. *itlunque inter verunque fuadui est iureiurando emologatum.* Veteres Tabulæ Tergestinæ,anni 1338.in quibus eligitur per Commune Tergestis Florauans de Burtio, ad comparendum coram Domino Bertrãdo Patriarca Aquileiense,ad impetrandam misericordiam de commissis, inter cæteta hæc habentur: *& ad promittendum pœnam conuentam inter partes de stando, & parendo laudo, diffinitioni, & arbitrationi prefati Domini Patriarche, & ad emologandum, & expresiè approbandum.*: &c.vbi lego *emologandum*. Notant autem Magistri omologare propius ad suam, quæ græca est,originem accedere.

Pag.ead. rubr.7. *Filioque eius primogenito in Bohemia Regnum,* &c. Ioannes hic fuit. cui admodum puero, vt inquit Meyerus, Regnum cum Isabella
a1. lib. 9. cap.1. b Hist. Bohem. c.31. soror Regis Venceslai thori socia assignauit.*a* Villanus autem filium vocat, vti & Henninges.*b* Aeneas Sylvius Venceslai sororem,xiix. annos natam fuisse scribit, & matrimonio iunctam Ioanni quatuor annis minori.

Ibid. *Nuncios cum Maiestatis sue litteris*. Ex horum Nunciorum numero excerpsit *c* Corius Epi-
c parte 2. pag.390. scopum Bassi, quem ego arbitror Basilienſem, &
d lib.8. Aloysium de Sabaudia, quibus *d* Iugurtha Tomasius addit Archiepiscopum Constantiæ, qui fortè fuit Eberhardus iii. vt enumeratur à Petro Bertio. Florentinos quidem conuenerunt Aloysius iam dictus, designatus Senator Romæ, & Simon de Philippis, cum Prælatis Germanis duobus, ita prodi-
e lib.8.cap. 110. dit *e* Villanus. Mediolanum profectus est Episcopus Constantiæ ad Guidonem de la Turre, inquit Manipulus Florum, & sanè de Archiepiscopatu apud Veteres nulla mentio.

Ibid. *Sequi pacem mundo daturam: iura,libertates lapsis restituturum*, lego, *iura libertatis*,l.r. Recti hæc præponebat Augustus, *reputans iusti esse finem Imperij obedientium commodum,& salutem*, vt olim dis-
f Apud Ammian. lib.25. serebat *f* Iulianus Imperator morti proximus. Et sanè Pax, Libertasque bonis semper Principibus obuersatæ sunt; hinc in nummis veteribus, data opera ad contestandam Principum mentem, legebatur PAX AETERNA. PAX AVGVSTA. PAX ORBIS TERRARVM. PAX PERPETVA. & LIBERTAS non semel. hinc ipsi Principes FVNDATORES PACIS. PACIFERI. & LIBERATORES. VINDICESQ. LIBERTATIS. At sic ferentibus fatis, Henricus sibi pacem eripuit, bellis Italiam inuoluit, liberos populos in miserrimam seruitutem coniecit, & accessionem præclarissimarum rerum gerendarum præterlabi passus est.

Ibid. *Spe etiam suffultus Amei Sabaudie Comitis, alteram ex filiabus Ducis Brabantie vxorem habentis.* Mussatus perpetuò Ameum nominat, quem Amadeum alij, & hoc à Gallica pronunciatione *Amé*. Comitem rectè, vt minùs rectè qui Ducem. Duces enim non nisi ab Amadeo Sexto, vel Octauo auspicantur Scriptores rerum Sabaudicarum Vander-Burchius, & Massonius, quorum ille in Amadeo Quarto hæc habet. *Sunt qui scribunt, Amadeum, hunc, eiusque Successores haredesque ab Henrico Luxemburgense Imperatore, quod ipse Maioresque eius Imperatoria orti sanguine, ita de Imperio meriti essent, quadque in Italiam euntem Imperatorem per ditionis sua fines concesso transitu, regio vbique apparatu, in omnibus Imperio suo subiectis locis excepissent, & Bernę usque Romam, eius coronationis augustiorem sua præsentia vti faceret, deduxissent, Imperij in Alpensi oppido remunerarios Principes*, quæ planè omnia, & ipse Massonius videtur referre ad Amadeum Quartum, [illegible] Pingonius. Altera autem ex filiabus Ducis Brabantiæ fuit Maria Amei vxor,vti quidem habent Henninges, & Vander-Burchius. vbi obiter admonendus est Lector Typographos apud Meyerum lapsos esse, Annal.lib.11.pag.133.editionis Francfurtensis 1580. *per fines Comitis Sabaudie, qui Augusti sororẽ (vt diximus) habuit in matrimonio, Italiam ingreditur*, lego, *Augustæ sororem*. Fuit enim Maria soror Margaritæ, & ambæ, Ioannis (non Antonij, vt habet Pingonius) Ducis Brabantiæ, Limburgique filiæ, nupsit autem Maria Ameo anno 1304. obijt 1320. ii. Nonas Ianuarij, mater natarum sex, vt Pingonius in litteras retulit, quarum vnius oportuit virum fuisse, notatum *Delphini* fratrem.

Ibid. *Hi quidem & Imperatoris aduentum ob studium exosi eis dicti Philippi Francorum Regis*, &c. Hi Philippum exosum cur haberent videndus Rubertus, Gaguinus, Io: Villanus, Meyerus, & Massonius.

Ibid. *Statutam inde diem transgrediendarum Alpium præfixit in Lausannam vicinum descensui ad Lombardiæ planiciem. Henricus Spira digrediens*,inquit Albertus Argentinensis, *per Prouinciam Sabaudie Comitis intrauit Lombardiam*. Hàc refert Conturbius descendisse in Italiam Carolum Magnum, ad debellandos Longobardos. alioqui viâ Tridentinâ Cæsares in Italiam proficiscebantur. *g* Gun- g lib. vii.
therus.

Altera saxosum tetigerunt Castra Tridentum.
Inde per anfractus rigidos, angustaque locorum
Saxosis horrenda iugis, fauceſque malignas
Carpit iter: tandem longo magnoque labore
Alpibus inuictis, campos, & plana incolunt
Aspicit Ausonia, stagnoque propinqua tacenti
In campis Verona suis tentoria ponit.

Rolandinus *h & aliter pertractauit, quod Fredericus Imperator Augustus venit Tridentum, in anno Domini* 1236. Aut alia via, prout ferebat occasio, vti obtigit Ludouico Bauaro, & ipsius vxori Mat- h lib. 3. cap.9.
garitæ, *quæ per Alpes Cumanas venit*, vt refert Manipulus Florum. Cumanas, ideſt Comenses, vt infra.

Ibid. *Premisissque iterum ex latere viris strenuis ad partes Italie Episcopis, & Laicis*. ex latere; ideſt Consiliarijs, & Assessoribus; ciuilibus, vel militaribus. Martialis eádem pene notione. i lib. vi.96.

Ille sacri lateris custos, Atrtisque togati.
Credita cui Summi Castra fuere Ducis. &c.

Et hinc nostris moribus Legati de Latere,& Collaterales. an autem ijdem nunc qui supra Legati Italiam adierint mihi incompertum est. Episcopus certè Constantiensis *ad Guidonem de la Turre Mediolanum venens in Palatio Communitatis sic est allocutus. Principes Alemannie elegerunt in Imperatorem illustrem* Principem *Henricum de Lucemberg, quem Papa confirmauit. postulat Imperator ipse, quod sicut est in Alamania corona argentea coronatus, ita in Mediolano coronetur per Archiepiscopum Mediolani corona ferrea. illud autem significat, quod sicut ferrum cetera domat metalla, ita per Italorum & precipuè Mediolanensium auxilium, & armorum claram potentiam, Imperator potest cunctas subijcere barbaras nationes, surgens Bonifacius de Parra Iurisperitus respondit, negocia qua sunt maxima magnam deliberationem expectant (forte expetunt) ideò suo vobis responderi in tempore.* lego, *ideò suo vobis respondebitur in tempore*. Hæc ex Manipulo Florum sint Legatio Henrici ad Mediolanenses, prima an secunda alij viderint.

Pag.3. rubr.8. *Ibidem colloquium habuisse fertur*. Est oratio blanda, & generosi spiritus plena.

Ibid. *Hybernandum potius*. Non omninò malè monebant. Henricus enim *transactis Alpibus cum magno apparatu peruenit; ast circa Festum sancti Michaelis*, inquit Manipulus Florum. ergo mense Octo-

bris.

pitur. Ab Aloysio studiosis Asellum disputit, & adulto
Ferdinando, in Fauorem Caesarem defendit, eique
pro ea re operam dat Cuspinianus: quem Caesar ob
eam causam, & ob alia eius merita doctus Viennen. pro-
mouet Tutorem. Et posthaec se sequa Viennen. pro-
mouet Cancellarium Vniuersitatis, Stipendiorum eius-
dem Curatorem, & Collegiorum Theologicorum Pro-
fessorem.

a. Anno. 1511.

Ibid. Cui quatuor & pariter eruditi Viri propediem
sequuntur Cancellarii: ad ea fere tempora Cuspinia-
nus obiit, quo quo eius interitus profecto non sine dolore.

Ibid. Hic Iulius (ut habet vir nobilissimus & in
omnigenere S. R. E. Cardinalium) Thomas Lopez, a
pijs indolis, Orti Pinchiurantini, & Pallantij natalis,
Pistoiensis Pistoiensis Episcopus, & in primis patronus,
Ioannes Cuspinianus, Ioannes Fabri Viennensis Epis-
copus, & Vicarius apud Helueticos, Ioannes Faber
Augustanus Confessionis, Magister Ioannes Eck
Theologus, & ex vtroque fratres Iudocus, Ordi-
nis Praedicatorum, postea apud Helueticos Vicarius
Ioannes Cuspinianus Medicinae Doctor, Ioannes Fa-
ber, Ioannes Eck Confessionis, Magister Ioannes
Eck

a lib. 9. Antonio de Nogarolis, vt narrat *a* Curtius.

Ibid. *Qui Imperialis Zeli agnomina ab antiquo temerant, videlicet ex Vbertorum, &c.* b Villanus, *ma i maggiori erano gli Vberti venuti col loro antico d' Alamagna.* nec dispari loquendi ratione c Petrarcha

b lib. 4. c. 13

c Son. xiij.

Il Successor di Carlo, che la chioma
Con la corona del suo Antico adorna;

vbi Caroli Successor Carolus IV. est, quod vult etiam Alexander Tassonus, & Antiqui nomine designatur Henricus hic, de quo agimus. quod enim Carolus ad Carolingos pertinuerit ego sanè non assentiar.

d lib. 8. cap. 61. Item Annales Florent.

Ibid. *Guido della Turre vir egregius.* d Villanus Guidottum nominat; *il dotto Messer Guidotto si fece fare Capitano di Milano, e meno aspramente Sua Signoria, e fu molto temuto, e ridottato.* e & alibi, *huomo di gran senno, e podere.* magni cordis appellat Manipulus Florum, vt vidimus. & profectò non iure carpunt Guidonem Germani Scriptores, & Paulus Iouius. ipse enim libertatem Patriæ assertum ibat, quã videbat oppressum iri à Vicecomitibus Henrico innixis. Obijt autem Cremonæ, anno 1313. teste Cauitellio.

e lib. 9. c. 9.

Ibid. *Vir magnanimus, acer, & implacabilis.* hæc ad amussim conueniunt cum illis Villani, *temuto, e ridottato.* quorum posterius Gallicum est; dicũt enim illi *redoubter & redoubtable*, pro formidare, & formidabile, & *redoubté & tres redoubté.* quod nostri dicunt, & dicerent *ridottato, & traridottato*: & hoc ex imperitia Gallicismi, vt aliàs dixerunt *tranobile, tresnoble*, etenim nobilissimus, & generosissimus est, non *tranobile*. Quam sanè notitiam ego acceptam fero nobilissimo, & eruditissimo olim viro Io: Vincentio Pinello, qui anno 1598. me docuit, Interpretem Libri Aegidiani, de regimine Principem, vt minùs peritum Gallicæ dialecti, vbi erat *tresnoble* vertisse *tranobile*. Omnes fere Libros ille aiebat Latinorum Auctorum, qui Ethrusci nunc leguntur, è Gallico idiomate conuersos esse: quod mihi fiebat admodum verisimile, cum dialectus Prouincialis, quam appellant, in maximo tunc precio esset apud Italos nostros. Hinc ijdem arripuerunt *dotta, dottaggio, dottanza, dottare, & dottante*; quæ sunt illis, *doubté, doubter, doubteux, doubtance*, & similia.

Ibid. *Huius conatibus Maphæi Vicecomitis, eiusque factionis potentum, Regem sollicitantium obstabat sedulitas.* Permirum sanè est hunc, qui Mussato, Villano, & f Facio de Vbertis Maphæus est, euasisse Matthæum, quomodo passim à nostris, & ab exteris appellatur. g Petrarca sanè qui Mussatum viderat, religiosè Maphæum appellat, oscitanter h Fulgosius, qui Mussatum, & Petrarcã legerat, Matthæum vocat: neutrarum partium i Volaterranus, cum scribat, *in Mattheorum se primum extollere cepit, qui & Maphæus est appellatus.* Eiusdem sententiæ fuit & Sansouinus in Genealogijs. Mihi ab Antiquitate non recedere consilium est; & cum Annalibus etiam Pistorienſibus Maphæum retinere, accedente insuper auctoritate k Augustini Iustiniani Episcopi Nebiensis; & Chronici Parmensis M.S.

f lib. 3. c. 4.

g Rerum mem. lib. 4 tract. 6. c. 29.

h lib. 2. cap. 4. Exempl.

i lib. 4. Gregor.

k Histor. lib. 4.

Ibid. *Necnon Nepotis eius Mediolanensis Archiepiscopi*: innuit Castonum Turrianum nepotẽ Guidonis, qui aliquibus est Cassonus, *cuius fratres ipse Guido, vt sua dominationi suspectos compeditos habuerat.* fratres dixit signanter, ipsos enim tantum compeditos habuit: Cassonum in libera custodia. Rei seriem satis accuratè narrat Corius: perstringit Manipulus Florum hisce verbis, *interim Guido de la Turre capit Castonum Archiepisc. & Paganinum, qui fuit Seruator Romanus, & Edoardum, & Muschinum fratres eius, quos in castro Angleriæ in arcto carcere clausit: tandem Archiepiscopum dimisit reddito castro Trigij, quod Rainaldus frater eius occupauerat, ista dimisso fuit destructio Turrianorum; nam Caseonus Archiepiscopus cum suis complicibus Imperatoris aduentũ totis viribus procurauit in odium Guidonis, sed per duos annos Imperator stetit in Alemannia, propter captionem Archiepiscopi Terra interdicta fuit per Pellagruam.*

Ibid. *Quem vrgebant intrinsecorum multorum odia,* &c. studium nobilium enixum, & præcipitem plebis fauorem notat & Merula. Verùm operæpretium erit hoc loco exscripsisse, quæ de Maphæo scribit Manipulus Florũ. *Eodem tempore Matthæus Vicecomes* (sic ille, quem alij Maphæum) *exul, & pauper quærebat si quem inueniret amicum, quem mitteret ad Imperatorem, & nullum in tota Italia inuenit, nisi Franciscum de Garbagnate, qui exul erat, & Paduæ scholis vitam pauperem ducens: hic ven ditis libris pro expensis, iuit in Alemanniam ad Imperatorem, commendans Matthæum Vicecomitem, quantum potuit.* hactenus Auctor Manipuli. Porrò Franciſci huius meminit non solùm, & Corius. Maphæo summa necessitudine coniunctum, & Gibolengarum partium tutorem acerrimum indicans, in Liguria; mentionem eiusdem faciunt & l Paulus Iouius, Morigia m alicubi, Curtius Veronensis, & Inscriptio sepulchralis Mediolanensis, in qua Ioannes Thomas Garbagnatus dicitur Octauus Franciſci Garbagnati descendens, qui Henrico Luceburgẽsi Imperante legibus & armis maximè floruit, & sanè notandus venit Curtius hic, cum Garbagnatum refert Mediolani copiosum & affluentem opibus tũc fuisse, cùm exul, & pauper alibi degeret. At hic idem Franciscus successu temporis in Maphæum hostilem animum (vt sunt humana) induit, vti narrant Corius & Iouius, apud quos causæ huius mutationis requirendæ sunt, seu æquæ, seu iniquæ, velut huic, vel illi visum est eas designare. Cęterum Hastæ Maphæus Henrico de facie innotuit, quod Manipulus Florum satis accuratè prosequitur, hisce verbis: *Cui primo occurrit Tibaldus Bruxatus de Brixia exul, Philipponus Comes de Languſco Dominus Papiæ, Antonius de Ficilaga Dominus Laudæ, promittentes personas, pecunias, & suas Ciuitates, quos Imperator benigne susc epit. Quo audito Guido de la Turre infremuit dicens, Philipponus & Antonius sunt proditores, in quibus nihil certi, vel rata fides inueniri numquam potuit. Sed Matthæus Vicecomes, qui in Brixiensibus partibus priuatim vitam ducebat, audito Imperatoris aduentu, vno contentus socio peruenit in Ast cum omnibus Gibelinis Italiæ, & ingressus ante Imperatorem, depositoncapucio, reiectaque post tergum clamyde, occurrit ante pedes Imperatoris, & ait: o Domine puer exulum Gibelinorum aduenisti reconciliator: & amplexatus Imperatoris pedes, dans oscula cum lachrymis, se, & suos recommendauit: & accepta Imperatoris benedictione surrexit. Videns autem Comitem Philipponum Imperatori astantem bracchijs extensis in eius amplexus irruit: sed vertit terga comes, volens etiam Antonium de Ficilaga amplexari ab eo repulsus malitas audiuit iniurias. Imperator ridens dixit, Iam inter vos dimidia pax facta est. Et tunc Imperator Matthæum reputauit virum prudentem: illos vero satis vtes iudicauit. His visis Philipponus & Antonius ad mortem doluerunt, quod iuissent in Ast ad Imperatorem reputãtes se fatuos eo quod consilijs Guidonis non acquieuissent, qui nolint vnquam, quod Imperator intraret Italiam: tunc Matthæus Vicecomes instare cepit, vt ad Ciuitatem Mediolani consolaretur Imperator. & tantum fecit, quod Imperator Nouariam venit, & transacto Ticino intrauit comitatum Mediolani: cui omnes Gibelini occurrerunt, & peruenienti ad ciuitatem Guido de la Turre cum vexillo in altum extenso obuius fuit, & descendens de equo Imperatoris pedem est osculatus, intrauit ergo ciuitatem Imperator, sequentibus eum omnibus exulibus, vt Castonus de la Turre, Matthæus Vicecomes, & alij quamplures, intrauit autem ciuitatem Mediolani Imperator anno Domini* MCCCX. *die Mercurij* XXIII. *Decembris.* Hæc ille satis accuratè, vt videtur. Vidic

l In Matthæo M.

m lib. 1. Histor.

n Capite aperto. & reiecta in tergũ pericu a inquit Merula.

dit autem omnia hæc & Corius, qui & addit à Germanis Henrici Scriptoribus vexillum Guidoni abreptum, & ad terram afflictum fuisse. Iouius non Guidonj, sed signifero Turrianorum vi extortum signum narrat: dixisseque Henricum Guidoni ea de re non occulta bile percito, ne contra stimulum
a lib.7.cit. calcitraret, quod à Corio mutuatus est: aliam tamen verborũ seriem refert Merula,a cui sanè quantum credam non video; cum & parum verisimiliter Guidonem referat manus intulisse signis Imperatorijs, eaque humi strauisse; & Garbagnatem antea asserat ius ciuile Patauij docuisse, cum addiscentem referant Manipulus, Coriusque licet polo Histor. Eccl. Mediol lib.7. c lib 9. c.9. d lib 5. Histor. Flor. litissimus b Ripamontius Merulæ partes tueatur. de die ingressus, controuersiam mouent c Villanus & Ammiratus, d notantes Vigiliam Natiuitatis Dominicæ. At biduum ante Natale Dominicum Merula constituũt Corius,& Manipulus Florum.

Pag.5. *Alexandria dumtaxat excepta*. Manipulus Florum Merulæ concors excipit Ciuitatem Albensem & Alexandriam, quòd essent sub dominio Regis Roberti; & concinit Corio, Mussato tamen videtur adstipulare & Lodouicus Cauitellius.

Ibid. *Bononienses... secus*. &c. Hæc omnia & ratio itineris, qua Henricus Romam versus vsus est, e lib 3. de Ep. Bono. apertè dissident abijs, quæ C. e Sigonius vir clarissimus tradit, Hubertum Episcopum Bononiensem *hospitem apud se habuisse Henricum Cæsarem Romam ad coronam Augustalem accipiendam euntem*. neque enim Hẽricus Bononiam attigit, neque passi essent Bononienses illum apud se diuertere, cuius nomen penè proscripserant. Mussatus ipse pag.14.

Ibid rubr. xij. *quamquam disceptatum an Mutinæ id fieri oportuit, vt plurimum moris antiqui fuerat* &c. Mirum est quod narrat Ripamontius, matuꝛasse Henricum ex oppido Mutinæ petere ferreã coronam, & iussisse suo nomine dari litteras ad Archipresbyterum, & Canonicos eius Ecclesiæ, moxque illò profectũ. Mutinæ item parata fuisse omnia celebrandæ coronationi, in Templo D. Io. Baptistæ: verum apparatum omnem ad irritum cecidisse, & Henricum repetijsse Mediolanum re infecta, & Corius sanè eadem literis mandauit, quæ tamen hic noster non agnoscit. Verùm Mutinæ inquiunt Annales Pistorienses sumptam ab Henrico coronam Palea (*della Paglia*) vti moris est, & Mediolani ferream. Nam litem componere meum non est, referam tamen stare ab hoc nostro Merulam, Meyerum, Villanum, Ammiratum, Manipulũ Florum, & Lodouicum Cauitellium. At quam hi omnes ferè vocant ferream, manuscr. apud me Codex argenteam appellat, hisce verbis, *Imperator debet coronari tribus coronis, prima esse debet de ferro, quæ significat potentiam & fortitudinem & de ista corona ferrea debet coronari per Archiepiscopum colonien sem in ciuitate, quæ dicitur Aquisgranum, Aich, Leodiensis Diocesis, secunda est de argento, quæ significat quod in ipso est clara iustitia, & munda, & de ipsa corona argentea coronatur per Archiepiscopum Mediolanensem in Ecclesia S. Ambrosij Mediolani*, &c. Quomodo hic (quisquis ille fuit) argenteam vocet ipse viderit.

f lib.9.c.9. Ibid. *Interfuisse Patauinorum, Vicentinorumque Legati*. negat diserte Villanus f at Mussati potior fides; siquidem & ipse in numero Legatorum interfuit, si audimus Guilielmum de Certosijs nostratem Historicum: *cui coronationi* (inquit ille) *Legati Paduæ interfuerunt honorifice* Henricus Setouegnus, Rolandus de Guarnarinis, Ioannes de Vigontia, Petrus de Mussis milites: Io: Henricus de capite Vaccæ Iudex, Baricus de lingua de Vacca Legum Doctor, & Mussatus Poeta.

Ibid. *Coronati itaque Henricus Cæsar, Augustaque Margarita*, &c. videtur asserere ambos coronatos fuisse corona ferrea, quod tamen Manipulus Florum diserte negat, scribens Imperatricis coronam fuisse auream, & sanè fieri potuit, vt ambo ferrea coronarentur, quod Cæsar ferream domum gestaret, Augusta auream; & quidem passis capillis, vt Manipulus notat, à forma autem, & figura lauream appellet Mussatus, quia vt animaduertit Villanus, siue alius quispiam apud ipsum fuit è chalybe læui, & polito, in coronæ laureæ morem, insertis multi pretij gemmis, vti olim Cæsares gestabant. Minister verò coronationis fuit Castonus de la Turre, Archiepiscopus, super Italiam, Normandiam, & Saxoniam. Ita enim describit Manipulus Florum. Sceptrum graphicè expressit Mussatus, quod enim olim ligneum fuit, ornatum ære, vel orichalco Regum gestamen, postea Consulum & Cæsarum antiquorum imposita eburnea Aquila, id demũ Germani Cæsares aureũ effecerunt Lilio in sedem Aquilæ subrogato: quod & Regibus Gallorum audio solemne fuisse, vt visitur in tumulis Chilperici, & Fredegundæ apud S. Germanum. Georgius Merula sceptrum describit præfixum pomo parum aptè, & à rei veritate abertans. E quorum phaleras nostri è scarlato rubro non inconcinnè commemorat: quod enim nunc Scarlatum coccinum tãtummodo est, tunc tẽporis non fuit, alios enim colores prætet coccinum recepit. hinc legimus apud g Villanum, g lib. 8. c. 13. *tutti giouani vestiti co'l Re d'una partita di scarlatto verde bruno*,

LIBER II.

PAg.6. rubr.1. *Vt donum pollicitatis summam caperet centum millium Florenorum*, Rem hoc ordine enarrat Auctor Manipuli, *Hic* (Nicolaus de Bonsegnoribus) *conuocato consilio Nobilium de Mediolano scisciatus est quid donaturi essent Imperatori pro coronatione. Guilielmus de Pusterla libras quinquaginta millia Florenorum. Matthæus dixit congruum, vt etiam Imperatrici darentur Florenorum decem millia. Guido de la Turre obtulit centum millia Florenorum darentur Imperatori quod & factum fuit*, Rectè ergo dixit Mussatus, *vtrinque ambitiosis studijs ostendendæ prioris dilectionis in Regem*, testatum esse, quod & alij h tradiderunt. At de Edicto Cæsaris, *vt* h Merula, *pro dimidia foret exactio*, non satis conueniunt. Georgius Merula stat à Mussato, & Meyerus, qui tamen summæ maioris non meminit: ducentorum milliũ summa quod recensuerit Cauitellius in eo hallucinatum putamus.

Ibid. *Dilectos ex maioribus secum ire decreuit ad quinquaginta circiter numerum*. variat Auctor Manipuli; *tunc Imperator pro tertia coronatione vadens proposuit ex nobilibus de Mediolano centum ducere pro sua comitiua Romam vsque*.

Ibid. *A Galeaz filio extra....., propè S. Dionysij prædia*. Ex Manipulo Florum hæc supplentur *Franciscus & Galeaz extra portam Ticinensem in pratis occultè colloquium habuerunt, deditis inuicem dextris & osculis, indignatus est contra ipsos Imperator*, &c.

Ibid. *Quem suffocato altero Haltensibus Vicario*. i Georg. Merula, *præficitur deinde Haltensibus Nico-* i lib. 7. B *lans*, & hoc antequam Cæsar Mediolanum attingeret. 84.

Ibid. *Nonnulli arma capessentes in tribubus stetere ancipites*, &c. hæc omnia accuratè exequitur Merula, quem consulere operæpretium est. Illud sanè notandum culpam domesticam benè vertisse Maphæo, & Turrianos vafro hosti, & omnes occasiones captanti nimium credidisse.

Pag.7. *Supellectilia direpta, anea, argentea vasa*, &c. Auri nulla hic mentio. & profecto vetusta maiorum nostrorum frugalitas hoc non ferebat: notat enim Franciscus k Adamus, tanto post anno 1419. k de reb. Firmanor. lib. c.40. in Nuptijs Ludouici Principis Firmiani, & Thaldæ

Ad hæc Ferrariæ ſtudium Patres, mox ſuccedente Decimo Patre, ſub Leone Decimo Pontifice maximo, ad quem Romam ſe contulerat, frequentavit, ubi ſpectatæ eruditionis fama ſuccrevit.

Haud ſtupendum, ſi ingenium, ut eſt ſuapte, ad ſtudia propenſum, ſe totum in ea ſtudia dederit, quæ ſuo tempore florebant. Cognitis enim ſermonis Græcæ, Latinæ, Hebraicæ, Chaldaicæ, Arabicæ, Syriacæ, Perſicæ, Turcicæ, Æthiopicæ, Armenicæ, Indicæ, Tartaricæ, Ruſſicæ, Sclavonicæ, Germanicæ, Gallicæ, Hiſpanicæ, Britannicæ, Belgicæ, Polonicæ, Bohemicæ, Hungaricæ, Illyricæ, Dalmaticæ, Italicæ, Etruſcæ, Umbricæ, Oſcæ, Sabinæ, Volſcæ, Latinæ, Campanæ, Apulæ, Lucanæ, Bruttiæ, Siculæ, Sardoæ, Corſicæ, Ligusticæ, Venetæ, Illyricæ, Pannonicæ, Thracicæ, Dacicæ, Scythicæ, Cimmericæ, Taurinæ, Sarmaticæ, Colchicæ, Iberæ, Albanæ, Caſpiæ, Hyrcanæ, Parthicæ, Medicæ, Elamiticæ, Mesopotamicæ, Aſſyriæ, Arabicæ, Phœnicæ, Cappadocicæ, Ponticæ, Galaticæ, Bithynicæ, Phrygiæ, Lydiæ, Cariæ, Lyciæ, Pamphyliæ, Cilicicæ, Cretenſis, Cyprii, Rhodiæ, Cyrenaicæ, Libycæ, Numidicæ, Mauritanicæ, Gætulicæ, Garamanticæ, Nigritarum, Ægyptiacæ, Troglodytarum, Abyſſinicæ, Indicæ, Taprobanicæ, Arabicæ, Ethiopicæ, Parthicæ, Perſicæ, Caſpiæ, Hyrcanæ, Scythicæ, Sogdianæ, Bactrianæ, Sericæ, Indicæ, Taprobanicæ, Gangeticæ, Malabaricæ, Coromandelicæ, Ceylanicæ, Sin

Google

dicarè, quæ eſt notare, & acri cenſura carpere.

Ibid. *Magiſtratus cum Tribunis plebis, quos Gaſtaldiones appellant*. Gaſtaldio vox Longobardica eſt, vt notat Sigonius; apud nos remanſit hæc appellatio, præfecturam vrbanam, & ruſticam deſignans. vrbana eſt in Collegijs, & Fratrijs, quas Frataleas appellamus, quarum Præfecti etiam nunc *Guardiani* & *Gaſtaldi* appellantur: ruſtica Villæ Cuſtodum eſt. Petro etiam Creſcentio teſte; *& ſi tanta ſit dominorum nobilitas & potentia, quod dedignantur in eadem curia cum ſuis habitare colonis, poterit commodè in prædicto loco, ſi diſpoſitio patitur, morari cuſtos, qui vulgo caſtaldio nominatur*.

Lib. 11. de R. Ital.

Lib. 1. de Agricul. c. 7

Ibid. *Duodecimque ſecretorum conſcij*. Hic fuit tunc temporis ſtatus & legitimus numerus Conſiliariorum, & vidimus ſupra apud Villanum duodecim bonos vitos ab Henrico vnà cum Syndico Florentinorum poſtulatos. Muſſatus infra pag. 13. appellat duodecim ſapientes Reipublicæ præpoſitos, quos ipſemet Henricus pag. 80. Ancianos Conſiliarios, Sapientes, & Rectores.

Ibid. *Vt ſingulis ſemeſtribus terminis, quibus & comitiorum dies eligendorum Rectorum inſtare ſolebat*. Veteres membranæ apud me hæc habent; *nota quòd tempora Poteſtatibus anteſcripta dicunt tempus electionis cuiuslibet Poteſtatis, ſiue Rectoris, aut conſulis; vnde quilibet Rector, ſiue Poteſtas tenet medium annum ſua electionis, & medium ſequentem; quarum poteſtatum electio ſit circa Feſtum S. Petri de Iunio*. At cur hæc ratio Comitiorum incideret potiſſimum in menſem Iunij, noſtrum eſt videre; vt hac etiam in parte Antiquitates patrias illuſtremus. Ego arbitror enatam conſuetudinem ex electione Vicariorum Imperialium, quæ contigit olim in noſtris hiſce Regionibus menſe Iunio. Et quidem veteres ſchedæ Pinellianæ rem ſic enarrabunt. *Imperante Federico Primo quondam Sueuiæ Ducibus nato, Comes Paganus tunc Vicarius eius in Padua, multa grauia Paduanis onera imponebat. Magnatibus quidem odioſus, quoniam conſuetos ſibi honores a ruſticis quo minus fierent impediebat: ſed ſibi rapiebat indebitè. inuidus erat plebeijs, quia vectigalibus, exactionibus, & alijs grauibus eos vexabat: inter alia, quæ Nobilibus moleſta fecit de raptu Virginis acerbius habitum eſt; nam Speronellam virginem ſororem Daleſmanini, & filiam quondam Daleſmani ex Mabilia olim filia nobilis & potentis Rolandi de Carano, viſam, dilectamque rapuit, & in arce Pendicis recondidit. Hoc factum alè deſcendit in cor, & præcordia Daleſmaninj; & omnis beneuolentia, quæ prius fuerat inter Comitem Paganum, & ipſum, vltra alios proceres Paduanos, conuerſa eſt in odium, ſagaciter tamen Daleſmaninus incepit ordiri depulſionem Tyranni modis omnibus; primo cum Alberto de Barno, quem ſciebat non amicum Tyranni, clanculum firmat amicitias, Tyranno ſtruit inſidias cum Alberto de Iauſſano, cum Rambaldo Comite Colalti, denique cum proceribus alijs Ciuitatum Marchiæ. per internuncios ſapientes ordinatur, vt vna die Imperiales Vicarij ab Vrbibus ſingulis depellantur, & ita factum eſt & tractatum, vt Azotto de Altiheriis, Corado de Tranſalgardis, & Benedicto de Deculis Proconſulibus in Padua, nono Kal. Iunij, dum fieret ſolemnitas Feſti Florum, ſumpta occaſione Feſti, populus conſultè armatur, Priores & Signiferi ordinati latitant, vt confeſtim ad aggreſſum contra Tyrannum prodeant. Comes Paganus hoc ſentiens quam celerius potuit fugit ad arcem Pendicis, vbi ſe defendere arbitratus eſt. Populus Paduanus dato vexillo Azotto ad obſidionem Pendicis cum equitibus, & peditibus properant, arcem circumdant. Comes ſe non ibi diu ſtare diffidens (lego confidens) cognitum quoque habens ſe ab alijs Vicarijs Imperatoris, qui Vincentiæ, Veronæ, & Tarviſij reſidebant auxilium habere non poſſe, quoniam eodem die de Regiminibus fuerunt expulſi, pactis interuenientibus, ſeſe & arcem Paduanis in deditionem tradidit*: hactenus ſchedæ illæ. Recenſet autem hoc factum compreſſiore narratione Scardeonius, & ex Scardeonio Cruſius, qui refert ad annum 1164. & rectè: verum quis fuerit hic Paganus neuter eorum explicat. Ego ſanè hanc Hiſtoriæ iacturam æquis oculis non aſpicio, & majorum noſtrorum oſcitantiam incuſo, qui hæc petire paſſi ſunt, rideant, & ringantur, vt volent harumce rerum incurioſi, ego ſanè aliorum ingenia meo genio metior, & probè ſcio rectè factorum, vel ſecus, in hac vita præmium eſſe, vel infamiam, vel bonam famã, & publicè intereſſe memoriam accuratam exiſtere apud poſteros proborum & improborum, vt alij excitentur, alij deterreantur: reponet quidem Deus alibi præmia, & pœnas; vt interim veriſſimum eſt contemptu famæ contemni, & virtutes, & ex Antiquitatis notitia pendere eruditionem omnem; ſine qua Doctrinæ grauiores claudicant, & pene ludibrio habentur. at de his iam ſatis.

Lib. 3. daſſe 13. Sueuicor. Annal. Lib. 11. p. 2

Pag. 9. ead. rubr. 7. *Fideles dumtaxat Imperij*; fideles intelligo ſubiectos, & vaſſallos. apud Muſſatum nihil tritius, & apud monumenta eius ævi. hinc fidelitatem facere, ideſt iuſiurandum præſtare: cuius ſpecies elegans & alibi paſſim, & apud Sebaſtianum Tengnagel in veteribus, vt appellat monumentis, quam hic aſcribere operæpretium puto,

Lib. 2. Feudor. tit. 4.

Adiuratio, ſeu promiſſio, quæ
Regibus debet fieri.

Ab hac hora in antea fidelis ero N. Imperatori per rectam fidem, ſecundum meum ſcire, & poſſe. non ero in conſilio, vt vitam, aut membra perdat; Italicum Regnum & ſuam rectam poteſtatem infra Regnum adiutor ei ero ſecundum meum ſcire, & poſſe, ad tenendum, & defendendum contra omnes homines, qui ſibi tollere voluerunt.

Allocutio ei qui iurauit.

Si ea quæ ſupra ſcripta ſunt iuraſti, aut iurueris, & per rectam fidem adimpleueris, ſenior meus neque per ſe, neque per ſubrectam perſonam tollet tibi vitam, aut membra, nec te capiet propter hoc, quod vſque modo contra eum feciſti, niſi in antea ſis contra eum, & contractus fueris. Præda, & proprietates, quæ iuſte & legaliter habes, non tibi tollet, niſi ſit pro iudicio per veram legem ſit iudicatum, ſi beneficium de Regno, aut de Eccleſia non habueris, & legem, & iuſtitiam ante Miſſum mei ſenioris feceris, non te diſtringet ad eum venire, niſi tu ſponte volueris.

verum, & hic ſpicarum aliquid legamus. *ab hac hora in antea* Italiciſmus eſt, *da queſt' hora innanzi. fidelis ero*. Torquatus Taſſus mitificè.

Can. 6 74.

Crudel ſei tu, che con sì pigra voglia
Moui a portar ſalute al tuo Fedele.

per rectam fidem, quod dicitur, explicatur in ſerie Sacramenti, quod extat in Annalibus Incerti Auctoris ex collectione Pitoeana, in pace firmata inter Ludouicum, Carlum, ex Lutharium; *& ad legis, ac iuſtitiæ & rectæ rationis conſeruationem*. quod antiquiores duabus vocibus exprimere ſoliti erant, *per rectè, per rectum, per dreit*, vt in eadem collectione comparet. *ſecundum meum ſcire, & poſſe, quantum mihi Dominus ſcire, & poſſe donauerit*, inquiunt Annales proximè citati. *in quant deu ſauir & podir me donat. quantum mihi Deus intellectum, & poſſibilitatem donauerit, ſecundum meum Sauirum*. Hæ ſunt receptæ formulæ fidelitatis, & origines Italicorum verborum *ſauere* & *podere*, quæ manant vt vidimus à fontibus Gallicanis: *contra omnes homines, qui ſibi tollere voluerunt*: tollere hic eſt auferre, & abripere, Italicè togliere, & torre. Allocutionis verò exemplum cernere eſt in Sacramento Fidelitatis apud eumdem Pitoeum. *Senior meus*. Ioannes Piclarenſis, *loci ſenioret cum vxore, & filijs captiuos ducit*. Tabulæ Gauslini Epiſcopi apud Cauacium, *pro remedio animæ ſenioris noſtri Othonis*. Synodus Bauarica; *& de quo pago ſint & nomina eorum, & qui*

Anno 860. 872 508. 509. 508. Ex editione Henr. Canifij.

ſunt ſenieres eorum. Hinc vox Italica *Signore*, Hiſpanica *Senor*. Gallica *Sieur*. Vide Bignonium ad Marculf. Et hinc arbitrantur aliqui profluxiſſe appellationem Principis Aſſaſſinorum, quem Senem & Vitulum nominabant. Taſſus

Libro 17. Hiſtor. 2d quæſt. Cant. 34.

Venne con gl' Aſſaſſini il Vecchio maſtro,
Che tra Fenici per honor s'elegge.

Noſtris il Vecchio della Montagna. de quo omnium optime Iacobus de Vitriaco. & Beniamin Tudelenſis.

Conuiu.

Ead. pag. *Franchiſias* Franchiſie ſunt Libertates, Exemptiones & immunitates. Quæ omnia Dantes vnica hac voce complexus eſt, cum ſcriberet de miſſo Romæ in compêdium bello, quod inter Romanos & Albanos exarſerat. *Et non puoſe Iddio li man proprie alla battaglia, doue gli Albani con gli Romani dal principio per lo Campo del Regno combatteuano? Quando vno ſolo Romano nelle mani hebbe tutto la franchigia di Roma?* Vox autem Gallica eſt, dicunt enim ipſi *garder ſa franchiſe, deborter de franchiſe, ſe mettre en franchiſe* & *lieu di franchiſe*; quod eſt Aſylum. Et ſane Romæ patrum & aliorum noſtrum memoria Franchiſiæ celebres erant, quas Iouius ita deſcribit: *Poſtquam ea atria ſuperbo auſu violaſſet, quadamnatis & perfugis, propter inueteratam familiæ exiſtimationem ſalutis ſecuritatiq; eſſe conſueuiſſent*. Has autem Pius V. & Sixtus V. & Clemens VIII. omnino ſuſtulerunt. veluti & olim Aſylis præſcriptus fuit modus, auctore Tacito. *Crebeſcebat* (inquit ille) *Gracas per vrbes licentia atq; impunitas Aſyla ſtatuendi*. Vbi politiſſimus Politus ita vertit, *peroche creſcendo per la Citta della Gracia la licenza e l'impunita di fare franchigia*. Vox vt diximus e Gallia eſt, inflexio autem Latina, more illius ſæculi. & concinit carmẽ Adeleidis matris Ecelini apud Rolandinum

In vita Pomp. Column.

Paliar. Obſ. I Tac. 356.

Lib. III. Annal.

f Lib. II. cap. 15.

En quia fata parant lacrymoſos pandere caſus,
Gentem Marchiſiã *fratres abolere potentes. &c.*

Et ſane Ruſtici noſtrates hanc inflexionem ſæpe vſurpant, quod quos audimus *Grutiſia, ſporchiſia, e deſpriſio*, quod Gallicum eſt *Deſpris*.

Adeo vt maiores noſtros videatur traxiſſe in ſententiam ſuam Brunettus Latinus, *che la parlatura Franceſca è piu dilettevole & piu communa, che tutti li altri linguaggi*.

g Libro 1. Theſ. c. 1.

Eadem pag. 9. *Vinciguerra Comites Veronenſe*. Si hic (vt arbitror) e gente San Bonifacia eſt, hallucinatur profecto Curtius, qui non niſi poſt annum 1320. hoc nominis in clariſſimam domum inuectũ ſcribit, occaſione Victoriæ, quam Patauini de Scaligeris retulerunt; Guerra Comite San Bonifacio, qui Patauinis militabat, Vinciguerra tunc appellato, ob fortem operam in prælio nauatam. Et ſane Marchia noſtra vix habuit quidquam hac gente, in publica Libertate propugnanda, aut fortius, aut illuſtrius. Neque vero reiectus tantum eſt Vinciguerra, ſed & cum tota domo eiectus Verona eſt, & iuſſus exulare vltra omnes Imperij fines. Quod (vt ajunt Sarayna & Curtius) & à Scaligeris manauit, & San Bonifacijs non paruam exiſtimationem conciliauit, quod videretur Auguſtus ab his longe imparibus, ſibi non perfuncto in timore.

h Lib. 10 Hiſtor. Veron.

An autem huc pertineat Comes Bonifacius, qui pretio Librar. Cauri Scaligeris ſuo iure ceſſit, alij viderint.

i Cauitell. Ann. Crem. Ann. 1310.

Ibid. *Et Rizardum de Camino eadem in Ciuitatibus Tarviſii, Feltri, & Belluni priuilegia conſecutum*. Hic fuit Rizardus Dantis carmine nobilis

k Par. cant. 9.

Et doue Sile e Cagnan s'accompagna
Tal ſignoreggia, & và con la teſta alta,
Che già per lui carpir ſi fa la ragna.

Vbi latè Interpretes. Et hunc dicimus pari modo fuiſſe (vt de Scaligeris dictum eſt) declaratum Vicarium. Quia ante Cæſaris in Italiam aduentum haſce Vrbes (vt imperio ita dicam) premebat. Teſtes ſunt veteres Tabulæ apud Georgium Pilonum, quæ ita habent, *In Chriſti nomine amen. Anno* 1307. *Indictione* III. *die* VI. *Aprilis Magnificus & excelſus, & egregius miles & Comes D. Rizardus de Camino intrauit Ciuitatem Feltri, generalis Dominus Ciuitatis Tarviſii, Ceneda, Ciuitatis Belluni, ac contratæ Cadubry, cum nobilibus Ciuibus, videlicet egregio milite D. Rambaldo de Romagno, D. Vincentio de Romagno, D. Rocheſano milite de Luſia, D. Hendrigetto, & D. Franciſco filijs q. miluis D. Diemini de Curte, D. Iacobo de Raynonis, qui dederunt dictam Ciuitatem Domino dicto cum voluntate & conſenſu totius populi*. Et infra enumeratis omnibus Ciuibus de Conſilio, qui aderant, hæc ſequuntur, *qui omnes predicti electi fuerunt ad iurandum eſſe fideles & legales Domino noſtro Rizardo & eius filijs*. At hunc Gerardum appellat Cauitillius, nominum & cognominum, noſtrarium incuria nobiliſſimus. Verum hic videtur textus leuiter corrigendus hoc pacto; *Vt hoc contigiſſe non niſi dati eris, neglecta iuſtitia, corruptelis. Omnia venalia fore. Sic itaq; Vulgi cauſſas ignorantis voces nunc vanæ, nunc quicquam veri autumantes, regia iudicia famoſis inſinuationibus diffamabant*.

l Lib. 9. Hiſtor. Bonon.

Pag. 10. rubr. 8. *Cæſar nobilem quendam de Malaſpinis &c.* Chronicon Italicum Parmenſe. m. ſ. hunc Vicarium non agnoſcit; ſed loco eius Gibertum de Corrigia ſubſtituit. Cui aſſentitur & Corius, nec non & Carrarius, qui addunt ab Henrico donatum fuiſſe Gibertum oppido Guaſtallæ. At Guardaſtallam adſcribit Gerardo de Corrigio Cauitellius, auctor in hiſce referendis ſanè parum fidus. Sanſouinus autem à Muſſato videtur ſtare, cum dicat Anno 1313. Gibertum Henrico elapſum, cum dolo Genuam ſecum auehere cogitaret, Parmam reuerſum fuiſſe, vnde Parmenſes Vicarium Cæſaris expulerint, ſeq; Giberto tradiderint. Huius vero Vicarij nomen diu fruſtra quæſiui. Scio equidem Morcellum Henrico in pretio habitum, teſte Thoma Porcacchio. at Muſſatus, qui eum nouerat, hic nomini non pepercisſet. Cætera quæ ſequuntur de rebus Brixianis & Cremonenſibus cum Scriptoribus earum Vrbium, qui extant, conferantur, videbunt omnes Muſſatum operam non Luſiſſe.

m Hiſtor. Ruboat. Parm. lib. 2.

n In Genuæ Corog.

Pag. 11. rubr. 1. *Sinum Hadriaci maris, qui angulus eſt Venetijs*. Liuium noſtrum imitatur, qui lib. 5. hæc habet; *quæ trans Padum omnia Loca, excepto Venetorum angulo, qui ſinum circum colunt maris &c.* alioqui ſuffeciſſet Horatium dixiſſe

Ille terrarum mihi præter omnes
Angulus videt —— vt miſſos faciamus Ciceronem, & Claudianum eadem notione vſos.

o In Orig. Gent. Mar. faſp.

Ibid. *per hanc & Vicentia ſua, per ipſos Cives, ſuis vrgentibus neceſſitudinibus, commiſſa cuſtodia, regebatur*. Veteres membranæ apud me rei ſeriem ita explicant, *Dominus Iacopinus Rubeus Bernardi Rolandi Rubei de Parma, Padue Poteſtas, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſexto, Indictione nona: tunc Paduani cum magno exercitu obſederunt Caſtrum Leonici Vicentinorum datum Veronenſibus, qui tenebant dictum Caſtrum Leonici valde bene ad defenſionem ornatum. tunc ius* (Auctor membranarum horum temporum æqualis) *per omnes villas de vltra Brenta cum Becello præcone die Lunæ vndecimo intrante Octobri, precipiendo omnibus hominibus dictarum villarum, quæ erant* LXIV. *& de Quarterio Pontis Altinati. Qui iuerunt & ibi ſteterunt donec ipſum habuerunt, de menſe Octob. vnde illa de cauſa Vicentini dederunt claues ſuæ Ciuitatis in manibus Communis Padue, & ſuæ Poteſtatis; & ſuppoſuerunt ſe ſub dominio Communis Padue. nunc Paduani elegerunt Dominum Henrigettum Caput Vacce in Poteſtatem & Rectorem Communis & hominum Vicentiæ, & ſic ab inde antea fuerunt elegentes ſucceſſiue*.

As

At quia, quæ de Leonico attinguntur non ſatis perſpicua ſunt, in ſubſidium aduocemus Annales manuſcriptos. Qui ita habent. MCCLXVI. *D. Iacobinus Rubeus de Parma Poteſtas Paduæ, in hoc anno Caſtellani Vicentini ſua caſtra Veronenſibus dederunt: vnde Commune, & homines de Vicentia ſe Ciuitati, & Communi Paduæ reddiderunt, & Paduanus exercitus Leonicum iuit hoſtiliter, & ipſum per vim de Veronenſium manibus extirpauit*, &c. neque verò noſtri Annales tantum, ſed & qui res Vicetinas litteris conſignarunt eadem fuſiùs tradiderunt. & in his Baptiſta Paiarinus ſollers & accuratus Hiſtoriæ patriæ ſcriptor, qui & poteſtates enumerat Patauio quotannis Vicetias miſſos. Patauinos omnes. At quæ habet ineditus hic Scriptor confirmat Iacobus Marzarius lib. 1. Hiſtoriarum Vicetinarum, quas in lucem emiſit, anno 1604. typis Vicetinis. Imò & ſtatutorum vetus liber, qui extat in publico Tabulario Vrbis noſtræ, habet Rubricam, *de poteſtate Vicentiæ*, ita diſertè perſcriptam, in qua multa ſanciuntur, & præſcribuntur illis, qui eligebantur quotannis in Senatu Poteſtates Vicentiæ: & hæc præcipuè, (Poteſtate D. Roberto de Roberto de Robertis, milleſimo, ducenteſimo ſexageſimo ſexto, Indictione quarta) vt qui electus fuerit Poteſtas Vicentiæ faciat ſe fieri militem adobatum; miles autem adobatus eſt miles armatus, vti quidem elicimus è notione vocis ſiue ea Gallica, ſiue Italica ſit. Galli ſanè *addouber* interpretantur, *s'armer de toutes pieces, & mettre en eſtat de combatre*; atque hoc abuſu verbi antiquo vt ipſi aiunt. Villanus autem noſtras hæc confirmat; *e quando i Franceſchi ſi ſcontrarono con loro, parue loro ſi bella gente, e ſi riccamente a cauallo, e ad arme, che molto ſi marauigliarono, che vſciti di loro Terre poteſſero eſſere così nobilmente addobbati*. Præterea ibidem exaratur formula iuramenti, quæ præſcribebatur Poteſtatibus illò euntibus, huius tenoris. *Iuro ego Poteſtas Vincentiæ regimen Ciuitatis Vincentiæ ab hac die in antea, vſque ad annum vnum hoc modo, quod toto tempore meæ regiminis regam Ciuitatem Vincentiæ & diſtrictum, & homines eiuſdem Ciuitatis & diſtrictus ſaluo ſemper omni honore, voluntate, & vtilitate Poteſtatis, Communis, & Paduæ Conſiliorum. Et omnia, quæ mihi fuerint iniuncta per Poteſtatem, & Commune Paduæ de voluntate Conſiliorum pro dicto regimine faciendo, attendam, & obſeruabo omni dilatione remota, & attendi, & obſeruari faciam, bona fide, ſine fraude, toto poſſe meo, & ipſam Ciuitatem, & diſtrictum manutenebo in cuſtodia, & protectione, ac forcia Communis Paduæ*, &c. Quæ ſanè omnia faciunt, vt gratuler temporum illorum felicitate, quæ nobiliſſimam Vrbem pellexerit, inteſtinis malis concuſſam, & exagitatam, vt reciperet ſeſe in maiorum noſtrorum fidem, quos dignos illa tutela faceret non ſolum gloria publica rei, ſed & priuatarum opum cum virtute coniunctarum magna vis, finitimis ipſis probè cognitæ.

Pag. 11. rubr. eadem. *Accerſito itaque Cebenenſe Epiſcopo, cui Aymo nomen erat*. Cebenam, ſiue Gebennam tunc temporis appellabant, quam nunc dicimus Genetam, non fetiendo Geographiæ errore. Petrarca ét ipſe in Triũpho Diuinitatis vt vocãt.

Ariua vn fiume, che naſce in Gebenna.

vbi Rhodanum innuit, cui cum Gebenna nihil cõmune eſt: verum ignoſcendum eſt Clariſſimo viro decepto ſuæ ætatis errore: veluti etiam aliquot eiuſdem enarratoribus & quidem acutiſſimis, vt ipſi ſibi videntur; qui hæc non animaduerterunt. habenda etiam eſt magna gratia Henrico Glareano, qui ingenuè nos monuit, Genuam, Geneuam, Genabum & Gebennam multum obſcuritatis Lectori ingerere, ac non attentum ſæpè fefelliſſe, quæ ipſa longè diuerſa ſint. Genuam enim Ligurum caput in Italia ad mare eſſe; Geneuam Allobrogum ad oſtia Lemani lacus, vbi Rhodanus exit; Genabum Carnutum oppidum ad Ligerim amnẽ, hodie vt quidam putant Aureliam; denique Gebennam eſſe montem, qui Heluios ab Aruernis ſeparat. Ceterum ab annis, vt putat octingentis, litterarum ac ſoni ſimilitudine Genuam ab indocto tunc ſeculo Gebennæ nomen inueniſſe pluratiuo numero, & quoſdam ita etiam Aureliam ineptè Gebennam nominaſſe pro Genabum, & Gebennenſe ſtudium pro Genabenſe, ineptiores autem hos, qui Genuam Ligurum caput Ianuam nominari putant, quaſi Italiæ, & maximè Liguriæ ianua ſit. Hæc ille eiſdem fermè verbis. Aimonis autem meminerunt hic noſter non ſemel, Villanus, Vecerius, & alij.

Ibid. *Paduanorumque Præſide Ioanne de Vigontia Epiſcopo reddito*, &c.

Pag. 12. *Dulj ad portas traxere*, merus Italiciſmus *traſſero altro Porto*.

Ibid. *His ergo modis Ciuitas Vicentiæ de Paduanorum exemptæ gubernatione*. Auctor Chronici ſeptem ætatum manuſcriptus, mihi communicatus è Bibliotheca Cl. Viri, & nusquam ſatis laudati A. Quærengi, Vatum noſtri ævi facilè Principis; eximio ſtudio & properſa opera Reuerẽdiſſimi Viri Flauij Quærengi accidẽtibus, qui Antonium patruum non magis ſanguine, quàm moribus, & doctrina propius attingit, hic inquam Auctor hæc habet; *eo anno (MCCCXI.) Vincentia à Paduani deſecit, vt longinqua Paduanorum oppreſſione liberi forent*. Ceterum Elogium Canis, quod Muſſatus paulò ſuperiùs reſcripſit, ab eodem Auctore ita concipitur. *Vicarius Auguſti, Princeps Veronæ, cui nomen eſt Canis de Scala, vir inuenis, acer, & ſeuerus in præliorum diſcrimine*, quæ ſanè, vt & alia multa Auctoris ætatem indicant.

Ibid. rubr. 2. *Imperij Vicarium Lupum Farinatum de Vberris*. Hic Lupus videtur fuiſſe idem cum illo, qui anno 1290. Dux ſiue Capitaneus Ghibellinorum Cluſinorum, cum Guelfis itidem Cluſinis infeliciter pugnauit; Auctore Io: e Villano. Cætera quæ pertexuit Muſſatus de Bonacoſis & Caſaroltis ſatis accurata ſunt, & quæ apud alios non ita paſſim extant, de Laude, & Cremona, quæ in Litteras retulit digna profectò ſunt, quæ cum Vrbium illarum Hiſtoricis conferantur. Lib. 7. cap. 135.

Pag. 13. rubr. 5. *Et omnes aduerſos colles paſſibus occupatis*. Paſſus hic ſignificat tranſitum. pag. proxima, *ſed rurſus impetratis paſſibus ſiue tranſitibus*. Italicè li Paſſi, eſt autem Gallicum, *pas, vn paſſage, ou deſtroict par ou on paſſe*; notant autem magiſtri Gallicæ dialecti. in Libris fabularum Equeſtrium, veluti Amadiſijs, Liſuartibus, Splandianis & reliquis eiuſdem farinæ; Paſſum eſſe ſemitam quandam, quam qui arriperent neceſſe haberent, vel redire cũ ignominia, vel pugnare cũ vitæ diſcrimine, & ſanè noſtrates Poetæ, & Hiſtorici frequẽtet vſurpãt.

Pag. 15. Henricus in Epigraphe Litterarum ſuarum ſe appellat ſemper Auguſtum, ſicut conſueuit & Fridericus in Vet. Monumentis apud Radlerum. Et ſanè hæc nuncupationis formula non eſt ita recens: verum valde antiqua: & quæ mille forte annis excedat Henrici ætatem, recte enim obſeruauit Habertus Goltzius in Theſauro rei Antiquariæ, ex antiquis Inſcriptionibus, Diocletianum, & Maximianum appellatos fuiſſe ſemper Auguſtos. Quæ ſanè formula apud ipſum, qui hæc valde ſtudioſi collectum iuit, in anterioribus Principibus non cõparet. Atque ab hoc tempore deinceps æterni & perpetui videntur fuiſſe dicti Imperatores. Quod ſanè probatur ex ijs, quæ ex ſcripſerunt Goltzius, & Gruterus. Scio equidem Grutero ipſi aliam mentem fuiſſe, vt qui ad Antoninum vſque Caracallam referat vetus marmor, in quo legitur præter cetera. Pag. 359, & deinc. Pag. 77.

ad by Google

VICTORI. AC
TRIVMPHATORI
SEMPER. AVG.

Verum vt ille ea recentiorum fit ludibrium et ob-
ject, postea Tolentinates ipse Ate, in qua Confu-
les legionis Attiae & Lotharia vixit cum Matri-
ensis genium exhiuisse 28, & eius vicis be-
gendum Asketicum. Quod Caii Confulis pa-
ducido assumit 29, Consulem, Imperatorem, & Tri-
bunitio, & Tribuniti, Hic quidem de Consule
hoc enim in Chron. Eusebiano, ac Hieronymi
nuntio. Quae illa historiae antiquitatis ratio, qua
accedens etiam minime nouum, aut ingratum
nus esse poterit. Consulem Romanum videmus
stitit nouos Tribunos militum Consulari Potestate
mentibus eligi solitos fuisse. Semper Augustum
vocat Confulem, vel Imperatorem. Quo tempore
Tribunos Imperatorios. Valentem perpetuum
Augustum. Quo tempore Europam omnia Tribu-
tit. Propterea dominum Valentinianum Imperato-
rem & semper Augustum Rufus Festus in Breuia-
gein Romani fui. Ab Odoacano autem Cyrbas
Gundi nomen non nisi cognomenti loco ad Nomen
Cyrbas cauisse; Pyrgum tamen inuenimus mo-
ne Sanctissimi. Verum quod Dio Cassius Senex
Aurelius Victor hoc enarrant ego sine non adhi-
quare. Sanctissimi quidem Archiepiscopi Ravennae
Iustiae, sine ab eodem dictum est. Augustinus Se-
ius autem animi esse 30 & Sanctissimi epithe-
mus) cum aliquid ex eo iquum pulcrumque
Sanctissimi Tribuni Scholarum Gallicis
verum erat pollicitus, idcirco, potius quam
Maximus Pius in Columna. Praefectus Pyrmo
Romanus.

Consulem Consilium inire vt verum fatear
Quale fuerit, facta palam publica.

Ne dicamus cum Gruteriano vos in notitia;
Augustus dicitur, quod ab auctu, augmentoque
gesta perpetuae, tribuna, & Consulatus, & Imperatoris
ab ave & gestu, hac ipsa fides videtur, & ipsa
gallus ait. Cui sententiae etiam non I. Scipione
ne Consulem esse Tribunum Imperatorium, qui
gnomine Caesaris e vestimento nouum assumit.
Quae historiae vel Liber Septem Aurelii Victor
Gruteriano ait: Romanos Gothicum, quem Cl. Sa
ne Augustum nominauit. Caeterum, quod Pyrgum
vocauit, ex nomine Nomen placuit ex cognomine,
Augustinus dicebatur. Quod cognomen Pyrgi
Pyrgum vocauit, quod Pyrgi cognomen Augustin
Pyrgi Augustini. Quod Pyrgi cognomen Augustin
Pyrgi Augustini. Quod Pyrgi cognomen Augustin
Pyrgi Augustini.

de Lucimborg, in eadem Turre proſtitiſſe tabernã Siluestri cuiuſdam Aurificis, cuius erat quotannis præstare Senatui Ballottas plumbeas.

Ibid. *Interea duo de transmiſſis a Patauo*. Notiſſimum illud Hemiſtichium

Hic tamen ille vrbem Pataui

In cauſa fuit, vt nomen Vrbis noſtræ trãſiret è Patauio in Patauum. Quod & placuit Venantio Fortunato. a Lib.8. 4.

Iuſtinam Patauum, Euphemian hinc Calerdon effert.

Imò & è ſubſtantiuo, vt vocant, formarunt adiectiuum. Patauus. a.um. Epitaphium huius noſtri Auctoris, qui paſſim vſurpat,

In mare fert Patauas vnde Timauus aquas.

Benuenutus Campeſanus Poeta Vicentinus, cuius carmina ad me peruenerunt ex munere politiſſimi I. C. & peruetteris amici MARCI ANTONII ROMITI.

Et iam Cæſarea moderator miſſus ab aula
Venerat ac preſſam Patauis intrauerat vrbem.

Ipſe Franciſcus Petrarca, ſub quo maieſtas Linguæ Latinæ caput exercere viſa eſt, in Epitaphio Matini Donati

Florentina mihi generoſa ſtirpis origo,
Cara domus Patauum ——— ideſt Patauium more vt vidimus Venantij Fortunati.

Diſtichon Antonij Baratellæ Lauregij præfixum Arti rithmandi vulgaris Dictaminis, Antonici de Tempo. apud me manuſcriptæ.

Edidit Antonius rithmandi Tempeus artem
Scaligero Patauus ———

& deinceps nihil tritius.

Pag. 17. in princ. *Ioannes de Vigontia Iudex*. Iudices erant Iuriſconſulti, Legum Doctores, cuiuſmodi Baricus de Lingua de Vacca, cuius fit mentio proximè anteriore pagina, erant Iuris profeſſores. Iudicum extat ſatis antiqua mentio apud Anaſtaſium Bibliothecarium in Hadriano; *Direxit (Hadrianus) in eius (Caroli) occurſum vniuerſos Iudices, ad fere xxx. millia ab hac Romana vrbe in locum, qui dicitur Nouas, vbi tum cum Bandora ſuſceperunt*. Quę verba Anaſtaſij parum intellexit Platina, cum dicat Iudices fuiſſe, qui nequaquam ſordidis artibus impliciti eſſent. idemq; ſpatium occurſus detorquet ad numerum Iudicum, qui eſſent ter mille: conſulte ſane quòd non dixerit triginta millia. & Gloſſographum ipſius Anaſtaſij eſt, quod arguamus, qui *Bandoria* militare ſignum interpretatur, vt Iudices rogatos in aciem militarem transformet. *Bandora* eſt effuſa lętitia, nobis *Bandoria*, Thuſcis Baldoria. Differentiã autem inter Doctores Legis, & Iudices quam nos attulimus multa ſunt, quæ comprobent, vt infra videbimus; & illam ipſam videtur aſſerere Otho Morena in ſuo Chronico. b Carolo Mag. de 2. Lib. 774. c Rerum. Tom. 22.

Ibid. rubr. 7. Thebaldi exitium omnes notant quotquot ego viderim. Sed variant in ratione pœnæ. huic noſtro vt præcipuam fidẽ adhibitam multa faciunt. Verum quid prohibet aliorum etiam dicta referre? Auctor Chronici ſeptem ætatum, qui ſynchronus fuit Muſſato, in quatuor partes corpus eius diſſectum, & hinc inde ſuſpenſum ait. Manipulus Florum ita ſcribit. *Hic in Rota ponitur, & in fruſtra conciſus in machina poſitus in vrbem proiicitur*. Vicerium etiam in nomine errantem, & alios nihil moror.

Ibid. rubr. 8. *Grato dominus Clariaci*. Clariacus nunc forſan eſt *Noſtre Dame de Clery*: cuius meminit Carolus Sauſſeyus in Annalibus Eccleſiæ Aurelianenſis: præterea Papyrius Maſſonius, in hęc verba *igitur Bleſas nauiganti à ripa Biturigum primo occurrit Clariacus diſtans ab Aurelia tribus tantum milibus, vbi Ludouicus XI. Rex noſter ſepulchri locum delegit*. d Lib. 3. 27. & alibi. e Deſcr. Fl. per ſluxu.

Ibid. *In Ducatum adiacens*. Ducatus (inquit Ioannes de Ianua) *eſt dignitas Ducis, vel eius terra*. Apud hunc noſtrum eſt quod alij appellant Ducatum, Palatium Ducis. & hic Auctor alibi

Tum quis forte putat Venetum vidiſſe Ducatum

Prouerbium iure vſurpauit pro re iucunda, & quæ cum voluptate ſpectetur. & videtur ſane Ducatus ipſe par fuiſſe illi Foro, quod tantoperè prædicat Franciſcus Patrarca; apud Petrum Iuſtinianum: & alias Palatium appellat locum celeberrimum, omniumq; clariſſimum atq; pulcherrimum: de dignitate Ducis idem Petrarca eadem Epiſtola; *Ducatus honor non petenti, imò quidem ignaro ſibi obtigit*. Ad Terram quod attinet (vt vocat Ioannes de Ianua) animaduertendum eſt Terræ nomine ditionẽ intelligi; & hanc bifariam accipi. Vel pro quadam vt ita dicam portione ditionis, quæ etiam nunc dicitur Ducatus, cuius extat mentio in Statutis inclytæ Vrbis illius; *Si autem querimonia Veneti fuerit, quod ſit bonis ſpoliatus, vel deturbatus foris Venetijs, vel in diſtrictu Ducatus Venetiarum &c.* Qui diſtrictus Ducatus ibidem definitur *à Gradu vſq; ad Caput aggeris*. Vel pro vniuerſa ditione, quam Iacobus Theupulo Dux, & alij ita conſueuerunt explicare, *Dei gratia Venetiarum Dalmatiæ, atq; Croatiæ Dux, dominus quartæ partis & dimidiæ totius Imperij Romaniæ &c.* Porro ab hoc Ducatu nomen accepit aurius nummus Venetijs primum percuſſus, vt inquit Marquardus Frehttus, nunc Zecchinum appellamus, ab officina monetaria ducto nomine. ideoque legimus in eiuſdem anteriore facie etiam hodie. f Lib. 5. Hiſtor. Ven. g Lib. 10. Epiſtol. 9. h Iudic. Petition. i De re Venet. Imp. Rom.

Sit tibi CHRISTE datus, quem tu regis iſte
DVCATVS.

Quam inſcriptionem & formam etiam alij æmulati ſunt, vt memini me videre in auro quodam Rhodio Religionis vt vocant Sancti Ioannis.

Ibid. *Cum regalibus exterius honorificabilitudinitatis, nec obſequentiæ vllius cauſa, quibus etiam inhibitum pedes oſculari regios*. Ad honorificabilitudinitatem quod attinet quouis pignore contenderim, ea voce data opera fuiſſe vſum Muſſatum, vt Legationis imaginem exprimeret.

Dantes enim Aligerius Libro II. de vulgari Eloquentia, ita ſcriptum reliquit, *Poſſet adhuc inueniri plurium ſyllabarum vocabulum, ſiue verbum, ſed quia capacitatem noſtrorum omnium carminum ſuper excedit, rationi præſenti non videtur obnoxium, ſicut eſt illud Honorificabilitudinitate, quod duodena perficitur ſyllaba in vulgari: & grammatica terdena perficitur in duobus obliquis, &c.* Grammaticam autem appellat Linguam Latinam, in qua duo obliqua in plurali ſunt, Honorificabilitudinitatium, & Honorificabilitudinitatibus, quæ ſane ſecunda viſa eſt digna notatu ipſi etiam Ioanni de Balbis, qui in verbo, Honorifico, hæc habet; *Vnde hæc honorificabilitudinitas: & hæc eſt longiſſima dictio, vt patet in hoc verſu*. k Pag. 4. 8.

Fuget honorificabilitudinitatibus iſte.

De Pedum oſculo ſcripſerunt ſatis ſuperq; viri docti, mihi illud adnotandum eſt, Baiulum Venetorum, quo primum die Imperatorem Cõſtantinopolitanum ſalutaturus accedebat, genua flectere ſolitum, ab oſculo pedum abſtinuiſſe. ceteris diebus, cum ad Palatium iraret, Capucium tantum depoſuiſſe, at gonna non flexiſſe, vt notat Georgius Codinus. l De Offic. Coroſt. cap. 14.

Capucium autem deponere fuit deregere, & aperire caput. Manipulus Florum, de Maphęo Vicecomite, *& ingreſſus ante Imperatorem, depoſito Capucio, retectaq; poſt tergum chlamyde, occurrit ante pedes Imperatoris*.

At in Italia noſtra, vti & huiuſce praui inſtituti aliqua in hiſce noſtris tumultuarijs adnotationibus extet memoria, Genua ſibi flecti inſtituit primus Ioannes Galeacius Vicecomes, vt cum eiuſdẽ infectatione tetulit Marius Acquicola. & id qui-

dem à ſubditis, quibus & manum porrigere ſolitus erat deoſculandam, cum magno, vt Acquicola inquit, probro genris dedecoreque. Notauit ſanè
a Cap.12. a Suetonius, inſolenter olim fuiſſe Domitianum, qui Cænidi Patris Concubinæ ex Hiſtoria reuertè. ti, oſculumq; vti aſſueuerat offerenti manum præbuiſſet, quid nunc ille conſilij caperet ſi Baiulos inter ſe ſalutantes audiret, interiecto ferè ſemper oſculo manus?

Ibid. *Galiarumq; corpora ſeu vaſa. Corpi de Galere*, & *Vaſelli*, Italicè diceremus. Galeas autem ab Hebr. Gal lim, ideſt fluctibus, & inundationibus, ſunt qui originentur; alij à Galea & Caſſide, quæ eſſet tutela Nauis; alij à γαλεάγρα. Quæ omnia ego nimis operoſa eſſe arbitror, & exiſtimo vocem eſſe Græco barbaram, quæ in noſtratia Naualia irrepſerit veluti alia multa eiuſdem generis ab eadem Gente.

Pag. 18. rubr. 10. *Hi namq; Francia terræ Vltramarinæ.* Quænam eſt hæc Francia terra Vltramarina? ego legerem *Francia & Terræ Vltramarinæ.* Iacobus
b Hiſt. Or. cap. 65. à Vitriaco de ijſdem Templarijs ſcribit; *Amplis autem poſſeſſionibus tàm citra mare, quàm vltra dilatati ſunt in immenſum.* Sunt autem dicti Milites Templi
c Archiep. Conſent. lib. 4. *quia in porticu Templi Sedem ſui ordinis ſtatuerunt. Hic autem Ordo* (inquit idem ipſe Auctor) *centum octoginta quatuor annis aut circiter militauerat: duues & multum priuilegiatus fuerat.* De Templarijs autem nemo non ſcribit: & Ioannes Villanus, Papyrius Maſſonius, Hieronymus Rubeus, iniuria damnatos aſſerunt. Alij, cum quibus ſtat Muſſatus, ſenatos. ego cum Turſellino ſentio, qui falſis criminibus circumuentos nouiſſime ſcriptum reliquit.

Pag. ead. rubr. 11. Franciſcus Petrarca, rer. memorandarum lib. 4. Tract. 6. cap. 18. totum Muſſatum compilauit. Quod enim hic Solis & Lunæ parem Eclypſin notat, &c. *Solis ac Lunæ ſimul Eclypſin, & minacem inſueti ſideris faciem viſam*, quod Muſſatus *nouum ignotumq; ſidus irradiare.* At quid ſibi volunt apud Petrarcam arculi cœlo ſparſi? an non ex Muſſato legemus circules cœlo ſparſos? pergit porro Petrarca Lunam trigeminam recẽſere, Crucis imaginem, deflagrantes Poli partes, tonitrua ſereno cœlo: aquam nouem pedibus præditam; & Aues ignotas, Stellas nouas duas vidit ætas noſtra; alteram me puero in ſidere Caſſiopeiæ; alteram me annos nato tres ſupra xxx. anno MDCIV. quam ego 1573. primum aſpexi die 22. Octobris, Ioui proximam, Metidem. & Occidentem inter.

Ibid. *In Colonia Patauij, quam Curte vocant.* Colonia Muſſato eſt ruralium hominum habitatio, vt infra.

Pag. 25. Curtes autem olim Villas vocabant, ſed alodes & liberi iuris vt inquit doctiſſimus & amiciſſimus SIRMONDVS in Notis ad Goffridum Abb. Vindocinenſem. Et hæc Colonia etiam hodie Curtis appellatur; ſitu vltra Caſtrum Plebis Sacci vt vocant. & Coloniæ vocem eodem ſenſu vſurpauit Paulus I. C. in l. 27. §. colonus. ff. loca. & condit. de Curte item Bignon. ad Marculf.

Ibid. *Inter Patauij Terminiyq; fines arcis Triuillæ Palatium & eam momento terræ ſubſedit.* Hoc dictum eſt fundum Chaſmate perire, vt legimus apud I. C. Chaſma enim hiatus terræ eſt, dum rumpitur terra inquit Papias; ad cuius imaginem & Chaſma in Cę-
d Lib. 1 natural Q. lo fit, *Cum aliquando cœli ſpatium diſcedit* (inquit Seneca,) *& flammam debiſcens veluti in abdito oſtendat.* Quod Seruius interpretatur, *ſubduam aeris diſ-*
e 9. Aen. *ruptionem & quendam receſſum.* Terreni Chaſmatis horribilem & miſerabilem ſpeciem edidit hoc anno MDCXXVII. terræ motus, in Apulia; die xxx. Iulij circa meridiem. Multa oppida terrarum hiatus abſorpſit, obrutis mortalium circiter decẽ millibus, Leſinæ locus exaruit, retroceſſit mare, fluuiorum aquæ in capita reuolutæ agros inundarunt. Quiſquis vidit ille plane exhorruit. Quid non ibi tunc diffractum, diſiectum, conuulſum?

Apud nos ſanè Feſtum Conuerſationis S. Pauli, etiam hodie, à terræ motu cognomen ſortitum eſt, ab eo videlicet, qui memorandis ruinis vexauit Patauium, & Venetias, anno 1348. quem deſcripſit Ioannes Villanus extremo Libro 12. De alio hinc.

Ibid. *Auium quoq; genus ignotum.* Nos fruſtra quærimus de Apibus ignotis. Verum, quid ſi Fridericus ipſe, cuius tempore viſæ ſunt, prodat eas nobis? ille lib. 1. de arte venandi, hæc habet; *& ſicut* f Cap. 33. *ſunt quædam aues aquatice habentes roſorum rubeum, crura & pedes, dicte Anates de Faraone, quæ ſunt varie ex albo, nigro, & rubeo. Habent enim inter nares & frontem quoddam tenue carneum rubeum eleuatum ad modum criſte, &c.* Quod ſi hæc alicui minus placent, diſquirat ipſi me volente & fauente.

Pene ſimili Chaſmate extant hæc verba apud Leonem Baptiſtam Albertum lib. 3. de 31. Ædific. cap. 111. *Voſque vidimus Turrim apud Mneſtorem, Venetiarum oppidum, quæ poſt annos aliquot, quàm abſoluta extitit, pondere ſui perforato cui incumbebat ſolo, vti res monſtrauit, tenui & imbecilli, ad ſumma vſque propugnacula immerſum ierit.* Quæ repetita ſunt à Gaudentio Merula, lib. 4. Memorab. cap. 4. Mneſtor autem ſiue Mneſtrum hodie dicimus *Meſtre*, de quo & nos non nihil in Orig. Parauinis.

Ibid. *per omnes Pataui fines tanta ſterilitas, &c.* E ſterilitate mox nata eſt Annonæ caritas anno ſequente, cuius meminit Auctor Chronici ſeptem ætatum, in hæc verba. *Hoc anno fere per orbem, in Italia maxime cariſtia annone & vini & aliorum fuit, etiam hominum mortalitas maxima magis virorum, quàm mulierum, & locuple um, quàm egenorum.* At hic idem Auctor anno 1300. notat oſtẽtum dignum plane, quod hic inſeratur. *Ipſo etiam anno fructus arborum vltra ſolitum prematuri: menſe Aprili vidi Roſas, & Ceroſa edi, non tamen plane mature* (forſan *non tamen plene matura*) *menſe Iulio bibi Muſtum ex vuis.* De Roſis & Ceraſis hodie nihil eſt quod miremur. de Muſto eſt ſanè quod miremur.

Ibid. *Et ſiquidem vetere maiorum more Romanorum præcipue, quorum adhuc Legum, Dogmatumque inſtitutis viuimus.* Carolus Sigonius cuius tamdiu perennabit memoria, quam diu erunt Litteræ, & Litterarum amor, ſcriptum reliquit lib. 11. de Re- Ann. 1119. gno Italiæ, Lotharium Regem, vt ex vno Iure ciuili Romano, poſthac iudicia fierent lege ſanxiſſe. Ante hoc tẽpus Italicos alios Longobardica, alios Salica, alios Romana lege vſos, cuius rei exemplo ſunt veteres Tabulę apud me Annorum MLXXXV. MCXIII. & MCXI. in quibus alij profitentur viuere lege Bauiariorum, alij lege Romana, alij alia.

Ibid. in fin. pagina.

Maior ſum quam cui poſſit fortuna nocere

Ouidianum eſt ex lib. 6. Metamorphoſ. contrà Pedo Albinouanus in Elegia, ad Liuiam

Cæſaris adde domum, quæ certe funeris expers
Debuit humanis altior eſſe malis.
Ille vigil ſumma ſacer ipſe locatus in arce,
Res hominum ex tuto cernere dignus erat.
Nec fleri ipſi ſuis, nec quemquam flere ſuorum,
Nec quæ nos patimur vulgus, & ipſi pati.
Vidimus erepta mœrentem ſtirpe ſororis
Luctus vt in Druſo &c.

Ceterum di Latona, & Niobes filijs ne pigeat videre Pauſaniam in Corinthiacis, & in principio Arcadicorum. eiuſdem autem ſimulacrum viſitur in Nummis veteribus æreis Tripolitarum, quod quia neſcio an alibi extet, hic delineandum duxi in gratiam eorum, qui huiuſmodi notitijs afficiuntur.

Pag. 19. rub. 12. *Delatum eſt à Pergamo.* Pergamũ tunc fuit, quod nunc Bergomum, apud omnes omnino Scriptores illius ætatis. Notitia Vrbium m. f. apud eſſe. *Pergamum Italiæ ciuitas olim in Venetia prouincia ſiue Gallia Ciſalpina, nunc in Longobardq*

por-

provincia sita est. & infra, *quare autem Ciuitas huiusmodi sit sortita vocabulum non legi. ratione tamen loci, & situs, & aedificiorum causa sic autumo.* recte. Pergama enim erant loco edito, vti graphici repræsentat Nummus argenteus FREDERICI Imperatoris apud me, in quo cernere est Vrbem Prætorio magnifico, & celsis turribus insignem, montiq; impositam, inscriptam vtrimq; PERGAMVM. At eadem
a Apud P. Ios. vrbs in Epitaphio *a* Ioannis Archiepisc. Vicecomitis, cum prædicatione situs montani, dicitur.

Bergoma magna satis lapidosis mõtibus altis.

Ibid. *Romandiolaue partibus.* Hanc nos hodie appellamus Romagna. est autem Exarchatus Rauennæ, quem à Carolo vsque magno Romaniæ, siue
b De R. Ital. 774. Romaniolæ nomine consitum fuisse scribit *b* Carolus Sigonius: *ex vobis Romæ nomine* (inquit Volaterranus *c*) *cui fidissima semper coniunctaque fuit.* Quod
c Lib. 4. Geogr. sensit & Blondus. *d* Comitatum Romagnolæ appellat Ptolomæus Lucensis, *e* & Ptolemæo antiquior Anastasius *f* Bibliothecarius Romanorum prouinciam.
d Dec. 2. lib. 1.
e Pag. 183.
f In Hadriano.

Cæterum Romanorum Imperium olim Romanitatis & Romaniæ nomine veniisse notat Casaubonus ad Historicos minores. Et sanè Idacius Episcopus in Fastis non semel Romaniæ meminit, quã tamẽ ipse pro Romania Europæa accipit, Thracia videlicet, Achaiaq; & conterminis regionibus; cũ & altera fuerit Romania Asiatica, vt recte notauit
g P. 202. 203 *g* Leondauius in Pand. Hist. Turc.

Ibid. *Goleranum fratrem natu maiorem, &c.* mirũ est quomodo in hoc nomine variant Scriptores; Vvalramum Comitem de Lutzellemburg, & vvalramum iuuenem nominat *h* Cęsarius, & eodem pacto Vicerius. Valeramum Mainoldus, Valeranum
h Lib. 7. cap. 43. Curtius in Histor. Veron. *i* Galleranum Villanus, Goleranum hic noster.
i De Tit. Reg. Phil.

Ibid. *Cuius corpus Veronæ delatum magnificis exequijs humatum est.* Galerani Cadauer elatum fuit ad D. Anastasiæ, vbi ad annum vsque MDLX. loco edito parieti insertum cõquieuit. Quo anno sepulchrum disturbatum est, & humi cõditum cadauer, quod etiam tunc aurea Cæsaris insigne erat; conspectumq; per tres circiter horas fuisse passim, abijsse deinde in cineres retulit mihi Vir antiqua nobilitate studiorumque ingenuorum amore clarissimus FERNANDVS COMES NOGAROLA. Videtur autem fuisse Verona Regalium furoribus destinata. Donnizo lib. 11. Vitæ Mathildis.

Dum genitur bellum ruit vnus filius eius,
De quo Rex late doluit, misitq; cadauer
Veronam, pulcrum fabricatur eiq; sepulcrum.

Meque sane non iure, cum & Marchiæ suæ nomen Verona olim indiderit, & Longobardis regnantibus; præclaris murorum munitionibus, esset insignis; vt Anastasius tradidit, ideoque selectam ab Adalgiso Desiderij Regis filio: vt in ea seruaret Autcharium Francum, & vxorem, atq; filios Carolo manni. Vecerius autem & Capreolus Goleranum in agro Brixiano, ad D. Barnabæ sepultum aiunt.

Ibid. *Et taciturnos Curia tantum funus silentio dissimulatum præterijt.* Curia olim quid significarit valde ambiguum non est. ast huiusce nostræ ætate nomen variæ significationis fuit. veluti Palatium Regale, seu Imperiale vti apud Mussatum non rarò aliquando Ducale, Henricus Dux Austriæ apud Radærum; *præfatus Conuersus imò peruersus, Curiam meam clanculo intrauit.* Aliquando Forum est, & locus in quo Ius dicitur. lib. 2. Feudor. tit. 10. *Sed hodie eodem iure vtuntur in Curia Mediolanensi, quo & Valuasores.* Aliquando est domus priuata, vt apud
k Pag. 419. *k* Cæsarium; *& circa crepusculum in Curia propria illum sine lesione deposuit.* Aliàs domus rustica Petro
l Lib. 2. cap. 19. m Crescentio; *Curiæ siue tumbæ faciendæ in ure occasione habitationis domini & rusticorum.* Nonnun-
m Lib. 1. c. 6. & 7. quam Ludi & Choreæ. Rolandinus *erat nempe constituta Curia quædam causas dicta Venetijs, vbi fiat Ad o Marchio pater Marchionis istius, & alij de Marchia nobiles & potentes. Quam Curiam pater meus honorare desiderans, &c.*
n Lib 1. cap. 14.

Pag. 19. rubr. 1. lib. 4. *Basilienses Episcopus vnus ex Regiæ Curiæ Principibus.* Petrus Bertius in Commẽtarijs rer. Germanicarum, Episcopum Basilienſem Ottonem scribit iniisse anno 1299. cui Gerardus successerit 1325. Alij (quos ego quidem videtim) satis habent Episcopatum nominasse.
o Lib. 3.

Ibid. *Arnaldus de Frangeris Sabinensis Episcopus.* Hunc Arnaldum Feiguerum appellat Ciacconius, Vasconem Gallum ex Archiep. Arelatense Cardinalem Sabinum, & S. R. E. Camerarium, quem Pontifex principem Legationis Pontificię esse voluerit, vti narrat & Mussatus, quem ibi Ciacconius Albertum Musselum perperam videtur nominare. Cauendum autem Lectori est ab accuratissimo Pãuinio, qui hunc Arnaldum cum alio eiusdem nominis permiscuit. Videtur autem notatione dignum; quod est inter Ciacconium & Mussatum discriminis. Ille enim ait à Pontifice quinque Legatos pro coronatione Henrici designatos fuisse; hic quatuor tantum enumerat.

Ibid. *Nicolaus Hostiensis & Veletrensis Episcopus.* Hic fuit Frater Nicolaus Martinus Pratensis, Tuscus, ordinis Prædicatorum, vti indigetat Ciacconius. (vulgo apud nostros il Cardinale da Prato) Prudentię laude illustris & Doctrinæ, qui obijt anno 1321. sepultus Auenione. *Leonardus de Guercino Episcopus Albanensis.* Hunc omnino omisit Ciacconius, qui tamen meminit Leonardi Episcopi Card. Albani, qui Auenione obierit 1308. Non. Decemb. Quem si temporum ratio pateretur eumdem esse cum hoc nostro facilè crederem. At hunc ipsum memorat Panuinius in secunda Cardinalium creatione à Clemente celebrata.

Ibid. *Allegaute Hostiense, quid dum Papam coronare suum esset* allegabant Pratensis rem explorati Iuris. Ideoq; Arnalphus Laxouiensis scribebat,
p Pag. 29. 6. *Porro illi de carcere beneficio Senatus educti, ad locum quo Apostolica insignia seruabantur, Domino miserante perducti sunt, vt electio manciparetur effectui, & electus gratiam cõsecrationis per manum Hostiensis Episcopi, ad quem hoc iure speciali pertinebat acc peret.* Et
q In Resp. de nomin. Cardin. huc facit assertio Hieronymi Manfredi I. C. Bononiensis, *quod etiam si Rex Hispaniarum esset in vrbe in Consistorio Papæ sederet post Card. Decanum S. R. E. Qui nuncupatur Card. Episcopus Ostiensis.*

Pag. 21. *Innotescebat namque illi liquido, Tuscia Romandiolaue &c.* Dantes Vatum clarissimus hisce diebus Epistolam scripsit Henrico, quam nacti in peruetusto Cod. nostro manuscripto publici Iuris facere decreuimus, & describi curauimus seorsum in calce Spicilegij nostri, cum alijs nonnullis eiusdem ævi monumentis. & eiusdem Epistolæ meminit Io. Villanus, lib 9. cap. 35. Quam etiam Italicè redditam vidimus & editam Florentiæ, anno 1547.

Ibid. *at Regina grauissimis affecta doloribus; hinc Cognati necem, multorumq; Procerum.* Cognatum appellat Goleranum noto Italicismo cum. qui erat viri frater. Ioannes de Balbis in Catholic. *& est Lemir cognatus, scilicet frater mariti vel vxoris.* Scripsit autem hic Auctor anno 1286. Multi Proceres, quos Augusta deflebat, & deinceps defleuit, fuere Guido
r Annal. lib. 11. Flandrensis vt aiunt Meyerus, & Marchantius in descript. Flandr. Quem Guidonem singulari elogio
s Lib. 11. prædicant Villanus lib. 9. cap. 19. & Contadus Vecerius, & Georgius Merula, qui Papiæ defunctum,
t Lib. 8. & Derthonæ sepulchri honore affectum scribit: quòd Papia esset factis interdicta. Aliorum nomina neq; sane paucorum, scribentium incuria intercepit; cum & Nepos Henrici apud Curtium legatur prorsus anonymus Veronæ perijsse, ex vulnere
u Lib. 10. Hist. Vero. ipsi

ipſi illato in obſidione Brixienſi. Verum huius memoria, quæ olim extabat in Templo Sanctorum Firmi & Ruſtici, prorſus intercidit: translata Arca marmoream in horum Monaſterij, oleribus irrigandis. Et ſanè indignum facinus videtur, & principali cenſura plectendum, ſepulcra demoliri, & veterum monumenta abolire, quibus & ipſi hoſtes aliquando pepercerunt. Apud nos iſtiuſmodi graſſatorum licentia (ne dicam audacia) præclarum Soranæ Marchionum monumentum ſublatum eſt prorſus. & vidit noſtra ætas in altiſſima pace, quod noſtri maiores in bellicis cladibus minimè viderunt. Et conquerimur non ſemel pagellas non multas ætui prioris abolitas omnino, cum patiamur moles marmoreas, memoriæ inſignium virorum magno impendio erectas, diſijci nobis videntibus, & in ignobiles vſus transferri? ò Abdera? ò Abdera?

Pag.21. *Ab Aurora Miſſarum inſtaurationes ad altam diei Horam Tertiam de mane perdurabant, tẽpeſtiuaq; Veſpera in crepuſculum Curiam vacantem tenebant.* Inſignis eſt locus, & qui nos poſſit admonere Eccleſiaſtici abſtruſi moris atq; adeo conſuetudinis, quæ moderabatur actiones maiorum noſtrorum. Hora diei Tertia dicta erat Iudicum Tribunalibus, & Cauſidicorum laboti; vt notauit Martialis.

Lib.4.8. Exercet raucos tertia Cauſidicos.

12.18. Idemq; ille ſibi blandiens
Ingenti fruor improboq; ſomno,
Quem nec tertia ſæpè rumpit hora.

Aſtr.c.12. Et iure D. Petrus Neburcorum calumniam amolitur. non enim Apoſtoli hora diei tertia ebrij poterant eſſe; cum non niſi hora octaua vel nona diſcũberent omnes, qui tertia foro vacabant. Quod eriã hodie Venetijs eſt in vſu poſitum: cum hora tertia pateant Dicaſteria, ad quæ conuolant Litigatores & Patroni. ciuſdemq; Vrbis quæ vocatur ſemiterIn Comm. tia celebris eſt ab ipſo vſque Dante Aligherio, qui meminia, & ſeminonæ.

Iam vero Tertia tantum hora Miſſa olim celebrabatur. idque legitimum tempus ſcribit fuiſſe Amalarius Fortunatus Epiſcopus Treuerenſis. lib.
Cap.42. 3. de Eccl. Offic. Decretum videlicet à Thelesphoro Papa: reſpectu horæ tertiæ, qua Dominus noſter
Cap.40. aſcendit in Crucem. repetitq; idem lib.4. cum Vva-
Cap.23. lafrido Strabone in Commentario, de Exordijs & incrementis rer. Eccleſiaſticar. Neque omnino ſilendus Io. Stephanus Durantus doctiſſimus Præ-
Cap.2.& 8. ſes Toloſani Senatus lib.3. de ritib. Eccl. Ideoque recepit vſus, vt etiã hodie poſt Tertiæ horæ Pſalmodiam recitatam celebrentur Miſſæ ſolemnes; veluti non niſi poſt Nonam eodem de tempore vt vocant, diebus Ieiuniorum. Hora enim nona ad ſummum, vt diximus, accumbebatur. Muſſatus enim in fine huius Libri narrat, Henricum hora ferme nona epulatum. Vt ſcilicet corporis refectioni vacare poſſent, peracto vſque quaque toto penſo precare poſſent, peracto vſque quaque toto penſo precum matutinarum. Quamobrem diebus ferialibus Quadrageſimæ inſtituit Eccleſia Romana, vt Veſperæ, quæ olim hora verè veſpertina celebrabantur, ante comeſtionem recitẽtur. Die vero Dominica, vti & ceteris anni vertentis diebus, poſt prandium. Quod innuit Auctor noſter illis verbis, *Tempeſtiuaq. Veſpera in crepuſculum Curiam vacantem tenebant.* Alioqui Veſperæ vt diximus in diurnæ lucis occaſu olim celebrabantur. Aut loquitur Hræbanus Maurus de Inſtit. Cler. Amalarius (qui
Lib.1.c.7. ad hoc citat & Iſidorum) lib.4. cap.7. & Hugo de
Cap.5. Sancto Victore, Eruditionis Theologicæ lib.2.

Lectorem autem meum monitum volo, vt animaduertat, indultum fuiſſe ab Eccleſia humanæ imbecillitati, vt Nonæ hora transferretur ad Meridiem, ratione forſan Ieiuniorum; & Veſperæ vt recitarentur haud longo interuallo poſt Nonam, vt fideles luce conuenirent ad Synaxes, ad quas nocte itare non perinde turum viſum eſſet. Neque vero errabant qui Auguſto, & Auguſtæ Miſſas ab Aurora inſtaurabãt, vt narrat noſter Auctor. Quia Amalarius Fortunatus loco ſuperius relato, narrat ſe vidiſſe Leonem Apoſtolicum diluculo intrare ad Miſſam. & ſanè ita recepit Conſuetudo, quæ eſt optima Legum interpres: de qua Scholaſtici late.

Ibid. *Octo adducti Dextrarij ſub rubeis phaleris.* Italici *Deſtieri.* Cæſarius lib.7. cap.39. *Erat Monaſterio Poledrus pulcherrimus, & tanti valoris, vt tam Epiſcopus Treuerenſis, quam Dux Lotharingiæ quadraginta, vt puto, marcas argenti offerret pro illo. Species enim optimi Dextrarij in eodem erat Poledro.* Dextrarij autem erant Equi militares. Cæſarius Cap.39 lib.11. *Erat inquit in Saxonia miles quidam Alardus nomine, qui vir fuerat tantæ probitatis, vt in primo torneamento, in quo miles factus eſt, manu propria quatuordecim Dextrarios acquireret.* Et hoc nomine veniebant quandoque Equi admiſſarij. Idem Cæ- Lib.eodem cap.17. ſarius *habebat Conuentus proletarium pulcherrimum, quem Equatricie ſuæ propter fœtum nobilem deputauerat.* Et infra Dextrarium appellat, quem ſupra proletarium vocarat. Equaricia vero, ſeu Equiricia eſt armentum equorum inquit Ioannes de Ianua. Idem porro Dextrarium dici ait, quia per dexteram ducatur: quaſi non & Aſinus & Bos dexteram minentur. Palifridus fuit equus delicatus, & curialis vti appellabant; Gallici *Palifroy*, Italici *Palafrino.* In Legibus Friderici Aug. Brixiæ ſancitis. Cron. Annal. lib.10.

Si extraneus miles pacifice ad caſtra acceſſerit, ſedens in Palefrido ſine armis, qui cum laſerit pacis violator indicabitur. Secus ſi laſerit ſedentem in dextrario, ſcutum in collo habentem, lanceam in manu. Rectè igitur Ioannes de Balbis Palafredum, quem Gradarium, & Mannum etiam vocat, deducit à paſſu & leni & freno, & ducendo. à Parauereedis deducit Pitoeus in Gloſſario Capitularis Karolini, & mea quidam ſententia minus recte. ſunt, qui à Palla & freno, neque omnino malè, cum fuerit moris valde priſci, Equos honoratios palla inſeratos frenis dutari, vt legimus in Libro Eſther de Amane, & Mardochæo. Quod & hodie fieri audio in ſolemnibus Principum inaugurationibus: & in militari Equitum tranſuectione paſſim fit.

Ead. pag.21. *Tormentorumq, omnis generis apparatibus ingemoſos.* Ego legerem, *Tormentorumq. omni genis apparatibus ingenioſos.* Dicitur *Machina* inquit Ioannes de Ianua. *Omne quod ingenio paritur; vt Manualis Balliſta & ſimilia.* Ingenioſus igitur hic eſt *Ingegnere* vt nos vocamus. Torquatus,

Cant.18. Et era queſti infra i più induſtri ingegni
Ne' mecanici ordigni huom ſenza pari.

Et Ingenia tunc temporis erant Machinæ Bellicæ. vt conſtat ex Epiſtola Comitis Sancti Pauli ad Ducem Louanienſem, anno MCCIII. apud Godifridũ Monachum in Annalibus, edente Marquardo Fribreto.

Reſpondit nobis, quod cum iuxta cathenam antedictam faceret Naues ſuas protrahi, ſuas erigens Petrarias, cum inſtrumentis variis ſuper naues: nos quoque noſtra faceremus Ingenia erigi ſuper terram. Noſtratibus *Ingegni di Guerra.* Veluti quæ vocabãt Mangana, Carcamuſas, Vineas & Gattos.

Ingenium item vſurpabant notione aſtus & doli, vt quidem notant Pitoeus in Gloſſario Capitularis Katolini, & Bignonius in notis ad Marculfum.

Pag.22. *Cardinales, nec cadium inſpectores adiudicentur, Crouconum ſi ea die prorſpuere.* Lego *Cardinales, ne cadium.* Eſt autem omnino operæ pretium videre cap. reprehẽſibili, & cap. ſi in morte. 23.q.8. Quo forte reſpiciebat Clericus ille Pariſienſis apud Lib.1.c.31 Cæſarium, qui aiebat, ſe vix credere poſſe, quod vnquam aliquis Epiſcopus Alemanniæ poſſit ſaluari. Quia vt ait ibidem Auctor *de ſanguine iudicant & bella*

bella exercent. Neque ſanè mitior fuit ſententia Ioannis Nider, in Formicario; *Penes omnes Eccleſia in Thentonia adeo preſſæ ſunt ſpinis, & mole rerum temporalium & negociorum ſæculi, vt quidam eas regentes, non ſicut olim procuratores pauperum, & animarum paſtores, ſed eſſe videantur Capitanei militum.*

Lib.1. c.6.

Ibid. *Aſt inſequentibus ad hæc diebus venerabilis Octobonus Placentinus Aquilegienſis Patriarcha, qui & in ijſdem caſtris erat, &c.* Epiſcoporum hoc ævo ea dignitas fuit, vt venerabiles appellarentur. & huiuſce rei ſpecimen paſſim extat apud Scriptores. Verùm & Fridericus Imperator, quod maximi facio, ſcribens Peregrino Patriarchæ Aquileienſi, dilectum & fidelem ſuum, & venerabilem appellat. Neque ſanè tunc temporis, titulorum valde copioſa ſeges fuit, quam nunc in immenſam ſyluam excreuiſſe cognouimus. Quando Amalricus Eccleſiæ Sanctę Reſurrectionis Epiſcopus, Alexandrum Summum Pontificem digne Reuerendum vocat. & Ioannes Nider qui floruit anno 1430. Epiſcopos Reuerendos; & Cardinales Legatos Sedis Apoſtolicæ, Dominos appellat. Quomodo, & Cæſarius Dominum Veridonem Cardinalem. Octobonus autem Placentinus, quem Othonem appellat Capreolus, videtur fuiſſe primũ Epiſcopus Patauinus, anno 1199. deinde Patriarcha: veluti & Paganus Turrianus eiuſdem in Epiſcopatu, & Patriarchatu ſucceſſor.

Radyr.394.

Radyr.412.

Lib.1. Formic cap.6. & 8.

Lib.9.c.31.

Io. Candidus I prin. lib.6.

Quòd autem hic noſter ſcripſerit *Aquilegienſis*, videtur eos ſecutus, qui Aquilegiam, iuxta ſententiam magiſtri in Hiſtorijs, dictam ita eſſe aiunt, quaſi aquis ligatam. Nummi ſane argentei apud me tres RAIMONDI, ſeu RAIMVNDI Patriarchæ habent *Aquilegienſis*, per G. et E; extrita I. Quod vero dicit Patriarcham in Caſtris fuiſſe, hoc eò pertinet, vt in militia, & expeditione fuiſſe denotet, quas Romanis Imperatoribus Patriarchæ præſtare tenebantur, vnà cum ſubditis, quos & aliquando indebitè vexabant. vt patet ex reſcriptis Apoſtolicis, quæ Abbatem Roſacienſem militia eximunt.

Notitia Vrbium. m.ſ.

Radyr.387.

Ead. pag.22. *Prefecit in Vicarium Gerardum de Henzola Parmenſem*. Ego non ambigo huc pertinere verba Ptolemæi Lucenſis in Annalibus; *eodem anno fuit Poteſtas Lucenſis Dominus Thomaſius de Lanciola de Parma*. Et lego *de la Henzola*. Fuit autem Henzola oppidum in agro Parmenſi, penes quod Gibertus Corrigia, anno Domini 1308. die 18. Iunij, Parmenſes fudit, vt habent Annal. m. ſ. Parmenſes Italici, quorum alibi meminimus.

Ann. 1185.

Pag.23. *Peſtis exemplo carens ab omni rerum memoria*. Auctor Chronici VII. Ætatum ſcribit anno Domini 1312. Fetè per orbem, in Italia maximè, cariſtiam annonæ & viris & aliorum fuiſſe, & hominum mortalitatem maximam, magis virorũ, quàm mulierum, & locupletum, quàm egenorum. Meminit eiuſdem & Villanus, qui etiam cauſam importunæ luis reijcit in putoré Equorum, & diuturna Copiarum ſtatiua. Capreolus eiuſdem vi, vnico menſe, hominum ſeptem millia & amplius deſiderata fuiſſe ſcribit. Vecerius ac Meyerus ſtruẽ cadauerum, & fœtorem cæſorum hominum cauſantur. Cæterum Henricus Scero Monachus Altahenſis, ſubſcribens Auctori Chronici VII. Ætatum, recenſet Epidemiam maximam anno 1312. & cariſtiam vini & bladi in partibus Oceani; quam Archiepiſcopus Conſentinus in annum inſequentem obligat.

Lib.9. c.19

Lib.6.

Ibid. *Hæc interruptio Gallos Germanosq; ſine fine abſumpſit, quos etiam ad has impreſſiones immoderata ciborum diſponebat ingluuies*. Iacobus de Vitriaco in Hiſtoria Orientali, de hominibus Italicis hæc perſcribit; *Et quoniam in potu & cibo modeſti ſunt, diutius in Orientali regione viuunt, quam alia Occidẽtales nationes*. Et. *Alemanni autem & Francigena Anglici & alij tranſmontani &c. in cibis & potibus magis ſuperflui, &c.*

cap.67. & 68.

Ibidem. *Inter Italicos dilectiſſimus, eximiæ auctoritatis*. Ciacconius in Bonifacio VIII. cum Albertinum Muſſatum, quem etiam citat, vidiſſet; hęc de Luca Fleſco memoriæ prodidit, *ab Italicis multum dilectus, eximiaq; auctoritatis fuit. Obijt Auenione ſub Ioanne XXII. ſepultus ad Minores*.

Ibid. *Cæſar autem ex Maieſtatis, ac Magnificentiæ ſuæ ſublimatu, non niſi apertis ruinæ mortis &c.* Hæc murorum diſſectio Hieronicarum præmium antiquitus fuit, de qua conſulendi ſunt Vitruuius in proluera. Libri 9. Suetonius in Nerone; & nouiſſime omnium Bulengerus. Verùm hæc demolitio honoraria & feſtiua, illa in honora, & triſtis, quam experti ſunt etiam Mediolanenſes; vti narrat Fridericus Imperator, ſæuitię, quam pateuerat locupletiſſimus teſtis; *Foſſata complanauimus, muros ſubuertimus, turres omnes deſtruximus, & totam Ciuitatem in ruinam & deſolationem ponimus*. Conſultiores ſanè noſtri, qui Vrbes muniunt, non æquant ſolo. Olinarum autem rami pacem præ ſe tendebant, vt nemini non notum: & tetigit doctiſſimus Petrus Victorius in Libello elegantiſſimo de Cultu Olearum & Helmonorſthius lib.3. Met. April. late explicat. Obſidenti inſuper Brixiam Henrico ſunt qui tradãt, oblatam fuiſſe Coronam Auguſtalem, quam Parmenſes eripuerant Friderico Cæſari, poſt Vrbem Victoria captam, & dirutam teſtantur hoc Notitia Vrbium m. ſ. apud me; Carrarius lib. 2. Hiſtor. Rubeor. & cũ Georgio Merula Corius. & hanc quidem Ioannes Gryphiander I. C. eruditiſſimus ait fuiſſe Conradi Friderici II. filij; quam Conradi nomen præferentẽ ſe vidiſſe teſtatur Norimbergę, poſt coronationem D. Matthiæ Cęſaris, antequam in ſcrinium reponeretur. Dubitat tamẽ an illa ipſa ſit. Et illam obtuliſſe Gibertum de Corrigia ferè omnes cõſentiunt. Qui profecto debuit, quando altero Giberto Duce Parmenſes eam ſibi habuerant, vt inquit Sanſouinus in gente Corrigia. Qui præterea notat, faſtigium tunc temporis impoſitum Corrigiorum inſignibus gentilitijs, Canem venaticum è Corona proſilientem. Vt eſſet indicio Coronam acquiſitã occaſione venationis, in quam profectus fuerat animi cauſa Fridericus. Eiuſdem Obſidionis tempore narrat Petrarca viſa fuiſſe portenta, Eclypſis, noui Sideris, Lunæ tergeminæ, & illa præterea omnia, quæ hic noſter ſuperius tetulit lib.3. pag.18. ante ipſam obſidionem homines exterruiſſe. Quinimo & prodigium Equitis in veſtibulo domus Maphæi Viceconitis videtur in eũdem temporis articulum coniecciſſe, quod Muſſatus narrat in fine lib.12. pag.68. Verùm in eo Vir Clariſſimus veniam non demeretur, quòd nonnulla prodigiorum illorum ſe puero euenisſe ſcribit, vt memoria proinde labaſſe appareat. Illud ſanè paruam excuſationem meretur, quòd à Muſſato ſe hæc accepiſſe ſcribit. Vbi Veteres Editiones Mixtatum habent pro Muſſato. Quæ Lectio Iofiam Simlerum in errorem etiam induxit, qui quẽ debuerat Muſſatum Mixtatum appellat; Quod acutè peruidit Gerardus Ioannes Voſſius, orbis hiſtorici Atlas, & Sol, in ſuo immortali Commentario de Hiſtoricis Latinis. At Petrarcam ſecuti ſunt Georgius Merula, & Cauitellius.

Cap.55.

Radyr.405.

In Cõmentar de Vvelchbild. Saxon. c.70. nu.10.

Lib.4. rer. memor. ca. 18.

Ibid. c.19

Lib.8.

Pag.24. *Fuere ibidem Giberij Legati*. Lego Cherij; vt ſupra, *abſentes per dies pene ſeptem præſtolatus*: deleto commate poſt *abſentes*.

Ibid. *Cuius & facta fuit oratio*. Malim vt in ora legitur; *cuius & facta fuit oratio*. Facetus. n. eſt curialis & vrbanus, vt interpretatur Ioannes de Balbis: qui & addit Etymon facetus, quaſi fauẽs cętui.

Catholic.

Pag.25. *A. de Fiſtraga Laudenſis*. Hic eſt Ioanni Villano lib.8. c.61. Antonius de Foſſeracco. Blondo lib.9. Dec.2. Antonius Viſceragus.

Ibid.

Ibid. *Qui sunt sit interne de deretione confiti. Inter-*
rogandus, an ipse non agnoscat se non esse Christianum
etiam ante examen. De capitulum Fidelium Ecclesiæ
Catholicæ.

15.b. Ibid. *Addere debent plebem non tenere Patria populi*
Pontificis. Hinc Abusus erroris Villanæ inflexione
quoniam Canonicæ. Episcopo electum etiam Sanctum
eodem regulariter ordine. Item qui Germani modo-
Abusus nimium Petrus Damian. Concordia Pla-
cit. 1644. 8th anno Domini 1589. & Petrus Ber-
dinum epistola. & Franciscus quæ Inflexione
1589. eodem anno & 1644. 1600 1610. Fit nomen
Ap. Ubbo, qui Hereticis obtinuit anno. Ubbo
Bertram, 1580 Inflexione 1610 anno 1500.

Ibid. *Addere forma quinque modi Ordinis ad-*
15.c. *Ecclesiæ.* Trado Inflexione præcedit Abusus
eadem verbum minus quinque Ecclesiæ quinque
quinque ordinis quinque.

Ibid. *Addere Ecclesiæ Patriarchæ Constantinopolitanæ*
Ecclesiæ. Petrus Episcopalia nunc temporis ex-
stitit Inflexione Imperatorum ne in Ecclesiæ
et Romani haud non hoc hunc Inflexione quæ
constantæ Imagines Henrici IV. & Petrus Aug-
ius Vicentinus Inflexione habent hoc, Damian
Inflexione Franciscæ Apud. *Pontifex Italiæ pro Imperatore anno Domini 1119. Inflexione 13. anno Domini Imperatore Italiæ de Ecclesiæ Romanæ, & de Ecclesiæ sed Romanæ, & de Ecclesiæ Romanæ, & de Ecclesiæ Romanæ.* Ubertus patriarcam certantes mentes verum, vicentinum ne non turpe Ita, Ecclesiæ Damian Inflexione & Inflexione, Clerum. & populum Ecclesiæ Romanæ, ac Ecclesiæ Apostolicæ, ac, vicentinum Inflexione fidelium est quæ mentes, ad Ecclesiæ Romanæ, quod sibi præsumpsit. Inflexione Damian Inflexione Ecclesiæ Romanæ, & Ecclesiæ Romanæ, & Ecclesiæ Romanæ, &

bonis omnibus commendatiſſimus. Exerrauit autem Villanus, qui Margaritam Menſe Nouembri deceſſiſſe memoriæ conſignauit. Neque videtur omittendum Elogium Mangaritę quod extat apud Bizarrum, eximijs dotibus & præclara pudicitia, fœminam nominantem. Lib.9 c.17.

Ibid. *Præpoſito, ac duce Facio Comite nato olim Gherardi Comitis Piſani.* Huius Facij monumentum hucuſque viſitur Piſis in Ædę Sancti Franciſci, perhibente Schradero.

Florida qui miro tenuerunt culmina curſu
Fletibus aſpicitis mente dolore opus.
Gloria fulgentis vrbis protenſa Piſanæ.
Claudituꝛ in tumulo ſtirps generoſa nimis.
Hic genitor genitus Facius iacet, & quoq; Gaddus,
Quos Donoratica protulit alma domus
Kaltra ſublimes Comitatus ſede nitebant,
Et Gaddus placide præfuit ipſe Piſis.
Quo laudente ſua dum ferret lumina curam
Plorat adhuc tanto plebs viduata viro.

Hic iacent domini Comites Bonifacius & Dn. Gaddus eius filius Comites de Doneratico, domini ſextæ partis Regni Kallaretani, quorum primus obiit anno MCCCXIII. *die* XXV. *Nouemb. Secundus vero obiit die prima Maij anno Domini* MCCCXXI. Comitis autem Gherardi meminit Villanus lib.7.cap.29. & Facius de Vbertis lib.2. cap.29. & 31. & Ptolomæus Lucenſis anno 1268. apud quem anno 1294. Comites de Dennorice Piſani videntur eſſe Comites de Donotatico.

Alterius autem Facij (niſi fuerit hic noſter ſed tunc minor natu) meminit Ptolemæus Lucenſis anno 1284. capti videlicet à Ianuenſibus in conflictu nauali, *alla Milora*. Regnum vero Kallaretanum idem auctor biennio poſt vocat Regionem Callaritanam hodie *Cagliari* in Sardinia. Cuius Regni initia, & ſectiones cum earumdem nomenclaturis nemo (quod ego quidem viderim) exequitur meljus, quàm Iacobus Maynoldus in aureo Commẽtario, de titulis Regis Philippi. Et quia hi primites Iudices vocati ſunt, dein Reges, iure ſcripſit Ptolemæus Lucenſis anno 1294. *Comes Guelfus infirmatus eſt & mortuus pra dolore, videns ſe ita depreſſum, qui prius in Sardinia altus Rex videbatur.* Pag 29.

Ibid. *Quamquam & rei horribilis antiqua nondum tamen dilecta memoria.* Extat Epiſtola Petri Regis Aragonum ad Carolum Regem Siciliæ, in qua hęc leguntur præter cętera, *inſtatus etiam tenor tuæ Epiſtolæ prafatæ continebat, Regis Manfredi ſoceri noſtri nobilem potentiam fuiſſe tuo marte praclaſam, nec non Regis Conradi ſecundi noſtri affinis floridam adoleſcẽtiam, ſpeculatoris gladio, tuo proteruo & iniquo iudicio fuiſſe deſtructam, &c.* Et hæc ſane dictata fuerunt à Petro de Vineis, quem ego legebam olim in veteribus membranis fuiſſe origine Paduanum. Neque erat profecto cur hanc notitiam Patriæ meæ inuiderem, quæ Virum ſua ætate qua ſtylo, qua rerum magnarum vſu maximum, forte hucuſq; pro Ciue non agnouit. eiuſdem natalibus iactet ſe vtcumq; Capua, nos certe originis primordijs contenti erimus, qui meminimus rem ſacram eſſe fontium capita, vt aquarum decurſus patere promiſcuo mortalium vſui.

Ibid. *Qui capitali ac pari morte cum Corradino de Stoph Alemannorum Rege.* Quare Muſſatus dicat Comitem Gherardum capitali ac pari morte cum Corradino occubuiſſe, cum in alios non paucos tũc fuerit gladio animaduerſum, explicabit nobis vetus Chronicon m. ſ. anonymi Auctoris, in quo hęc leguntur. *Item obiit Dominus Papa Viterbium in die Sanctorum Vitalis & Agricolæ: & infirmatur Menſe Nouembri iuxta horã nonã die Sabbati nono exeunte, & iacet ad Eccleſiam maiorem Sancti Laurentij. & in ſequenti die mortis Papa decapitati fuerunt Corradinus Rex & Dux Auſtriæ, & Gerardus Comitem Piſanorum: & duo in vna foſſa & alter ad pedes.* Cõtigerunt autem hæc vt habet idem Scriptor anno 1268. cui etiam debemus diem animaduerſionis, qui ſane Ioannem Villanum latuit. Nunc autem perquirendum videtur quid permouerit hunc noſtrum vt Corradinum inſigniret appellatione de Stoph. Manipulum Florum (ita enim neutro genere habet vetus Chronicon m. ſ. quo ſæpius vſi ſumus) narrat; *Mortuo Henrico IV. Gibelino ſine herede totum genus Gibelinum defuit. Sed remanſit iſti Henrico IV. vna ſoror, quæ tradita fuit Comite de Scoph, & genuit duos filios, ſcilicet Conradum Comitem de Scoph, qui poſtea fuit Imperator, & Fredericum de Scoph barbam rubeam &c.* Petrus Bertius Regius Coſmographus, qui Germaniam nobili opere illuſtrauit, Comitem de Scoph, ſiue de Stoph Fridericum de Straufen appellat, cui modo iungit vxorem Agneten, modo Sophiam filias Henrici IV. Agneten nominat Hieronymus Henringhes in Theatro Genealogico: qui gentem de Hohen Stauffen indigetat, monetq; diuerſam eſſe ab illa, quæ in Briſgoia nominatur à Stauffen. Martinus autem Cruſius in Annalibus Sueuicis, deſcribit Litteras Mariæ Auguſtæ viduæ Philippi Romanorum Regis, datas apud Stophen XIII. Kal. Sept. Indictione XI. quibus ſubſcripſerunt Bertoldus & Egeno de Stophen. idẽ alibi de morte Conradini loquẽs, *iacuit vetus & inclyta Hohen Stauffenſium familia.* Imò & lib.12.p.3. arcis ipſius Hohẽſtauffenſis parietinas graphicè deſcribit nobis. At Ioannes etiam Glyphiander in accurato Commentario de Vveichbildis Saxonicis promiſcue Fridericum Stauffenſem nominat, & familiã Hohen Strauffenſem. Vbi etiam aſſerit certum eſſe in iure Saxonico per Fridericum à Strauffen Fridericum ſecũdum deſignari. & hæc ſatis de cognomine hoc. Lib.7.c.29. Lib.2. Pag.244. Pag.44. Lib.12.p.2. Lib.2.p.3. Cap.50.

Pag.27.rubr.5. *Adſe veniant grantes vti ad domũ, & thalamum Regium.* Piſæ nunc temporis quantæ celebritatis fuerint hæc verba Legatorum indicio ſunt. Beniamin Tudelenſis, qui hæc tempora propius attigit, hæc de Piſis. *Ingens vrbs, in cuius domibus fere decẽ mille Turres numerantur, ad pugnandum apta & inſtructa &c.* Notitia Vrbiũ m.ſ. apud me, *ditiſſima & opulentiſſima eſt Ciuitas, & honorabilem habet Archiepiſcopatum.* Porro Aulam regis ita deſcribit Petrus Chryſologus; *Aula regis fulget auro, nitet marmore, picturis ſplendet, grandeſcit ſpatijs, leuatur culmine, amœnatur viretis, ipſo terribilis eſt ſecreto.* Verum Serm.42.

Neſcia mens hominum fati, ſortisq; futuræ.
Rectius ſiquidem inuitaſſent ad ſepulchrum.

Ibid *Offereban: q, tentorij ſuper admirabilis exemnium.* Tentorium hoc iure conferri poterat cũ illo Alexandri apud Polyænum, & altero Ptolemæi Philadelphi apud Athenæum. *Anno* DCCCVII. *Aaron Rex Perſarum Papilionem & tẽtoria atrij vario colore facta mira pulchritudinis Imperatori miſit.* Et ſane viros militares hæc mirum in modum ſemper affecerunt. Vt etiam de Carolo Burgundij Duce narrat Cominæus. Lib.4. Lib.3. Annal. Eginetani. Lib.5.

Ibid.rubr.6. in principio huius rubricæ, quæ Genua antiquitas eſt nunc, & Ianua vocatur; barbarie ſæculi. Ita habet notitia manuſcripta, quæ ſæpe nobis ſeſe obtulit: ita Ioannes de Balbis: ita omnes huiuſce ætatis Scriptores. *Quod eſſet Ianua ideſt porta* (inquiunt ipſi) *quaſi ſit Lombardiæ introitus:* Vel à conditore Iano vt iactant. Et quidem vtriuſque etymi nationem habuit, qui Epitaphium conſcripſit Ioanni Vice Comiti Archiepiſcopo Mediolanenſi. Io. de Balbis.

Ianua qua antiquo quondam iam condita Iano
Dicitur, & vaſti narratur ianua mundi. Apud Ioan. & Schradero.

Itaque recte aliquando amicus noſter carmine Pentametro luſit

Quæ

Quæ Genua indigitor, Ianua fum rudibus.

Genua enim (inquit Hermannus Torrentinus in Elucidario carminum) nobilis vrbs Leguriæ quæ vulgo Ianua dicitur.

Verum prudenter & aptè ad veritatem ſcripſit Muſſatus, Legatos Apulum & Siculum non vno, & eodem tempore Genuam veniſſe. Vt proinde falſum fuiſſe appareat Cauitellium, qui Henricum audiuiſſe Legatos Regis Neapolis, ac Federici Siciliæ ſibi aduerſantes, in Litteras retulit.

Lib. 8. Iugurta Thomaſius cautior, qui illorum aduentum aliquo temporis ſpatio diſcriminat, cognomine autem Apuli Gambateſæ hoc accidit, vt ferè ab omnibus malè haberetur, quotquot ipſius meminere. Ioannes Villanus lib. 9. c. 97. Hiſtoriæq; Piſtorienſes Gambateſtam; vti & Folieta lib. 6. Hiſtoriar. Paulus Interianus lib. 3. & Petrus Bizarrus lib. 5. Gambaſieſam.

Blondus Dec. 11. lib. 9. Auguſtinus Iuſtinianus lib. 4. Gambaceſſam. & memini me videre qui Gambatoſam appellaret. rectum eſt Gambateſa, quod Latini dicerent Crus rigidum: ita enim Gentem hanc indigitant Familiarum Neapolitanarũ ſcriptores, inter quos Angelus Conſtantinus lib. 5. Hiſtoriar. Neapolitanar.

Ead. pag. 27. *Verum ex ſuſurris & coniecturis & diuerſorum arbitrationibus vulgabatur.* Ioannes de Balbis, *Suſurrium, murmur, latens locutio. Iob. 8. & quaſi furtiuo ſuſcepi: auris mea venas ſuſurrij eius.* Atque ita capite quarto Iob, non octauo legit olim etiam Auctor Mammotropti. *Suſurrij, ideſt latenſis locutionis.*

Ibid. *De Sponſalibus agi inter ipſum Regem Regiſque filias cum Rege Roberto &c.* Si Gambateſa de Sponſalibus egit (vt potuit egiſſe) non puto egiſſe bona fide Robertum. *Sparguntur enim*, vt indicat vir ſummus Chriſtophorus Forſtnetus, in Notis ad Tacitum, *A Regibus Filiæ aut Sorores in eos, quos fallere amicitiæ ſpecie volunt; vel ad tempus placare.* Fabulæ ipſæ (ſi modo fabulæ, & non potius Hiſtoriæ ſunt) iſtiuſmodi tragicis euentibus ad ſatietatem ſcatent. Hypermneſtra apud Ouidium.

Ducimur Inachides magni ſub tecta Pelaſgi:
Et ſocer armatas accipit ipſe nurus.
Vndiq; collucent præcinctæ Lampades auro:
Dantur in inuitos impia thura focos.
Vulgus Hymen, Hymenęe, vocant, fugit ille vocantes,
Ipſa Iouis coniux ceſſit ab vrbe ſua.
Ecce meto dubij, comitum clamore frequentes,
Flore nouo madidas impediante comas
In thalamos læti, thalamos ſua buſta feruntur
&c cęt. Floridè & ornatè.

Ibid. *Exauditum eſt nouum.* Italiciſmus. *Fu ſentita vna noua.* Ioannes Nider lib. 3. cap. 8. *Quæ noua ſtatim ad omnes adiacentes volabant regiones.*

Pag. 28. rubr. 8. *Tabulaq; argenteæ magni ponderis.* Menſam interpretor, quæ Italicè dicitur *Tauola.* & ſanè moris fuit etiam antiquioris haberi iſtas inter Regia clenodia. Eginartus in vita Caroli Magni. *Inter cętera theſauros, atque pecuniam tres Menſas argenteas, & auream vnam præcipuæ magnitudinis & ponderis eſſe conſtat. De quibus ſtatuit atque decreuit, vt vna ex iis, quæ forma quadrangula deſcriptionẽ vrbis Conſtantinopolitanæ continet, inter cętera donaria, quæ ad hoc deputata ſunt, Romam ad Baſilicam beati Petri Apoſtoli deferatur, & altera, quæ forma rotunda Romanæ vrbis effigie inſignita eſt, Epiſcopo Rauennatis Eccleſiæ conferatur. Tertiam quæ cęteris & operis pulchritudine & ponderis grauitate mirum excellit, quæ ex tribus orbibus connexa totius mundi deſcriptionem ſubtili ac minuta figuratione complectitur, & aureum illam, quæ quarta eſſe dicta eſt, in tertia illius & inter hæredes ſuos atque in eleemoſynam diuidenda partis augmentum eſſe conſtituit.* Noſtro æuo celebertimæ fuerũt Menſæ binæ Auguſtales. Gemmia videlicet Rodolfi Imperatoris, quæ inter mundi miracula recenſeri, ac cum templo Dianæ Epheſiæ comparari abſque iniuria poteſt. Vti refert Anſelmus Boetius de Boodt. lib. 2. de Lapidib. ac Gemm. cap. 103. qui etiam alibi Octauum mundi miraculũ appellat. Lignea altera Vratislauiæ, in ædibus Io. Cratonis Cæſarei Medici, qua ſunt vſi Ferdinandus Imp. & Maximilianus II. qui in ipſa ſententias plenas pietatis & humanitatis ſua manu inſcripſit.

Et hæ quidem ab arte nobiles; illa à naturæ ingenio, cuius meminit Georgius Agricola lib. 8. de natura foſſilium; his verbis. *Grandes autem eius (Argenti) maſſæ ſunt erutæ ex nonnullis fodinis, vna è Snebergi Georgio, cuius videndæ gratia cum Albertus Saxoniæ Princeps, vehemens ille bellator, in fodinam deſcendiſſet, & cum ſtipatoribus corporis pro menſa vſus, dixiſſe fertur: Fridericus Imperator potens & diues eſt, hodie tamen eiuſmodi menſam non habet.* Nanceij autem in Lothoringia (vt ad Menſas arte elaboratas reuertamur) duas precioſiſſimas, alteram marmoream, alteram argenteam ſe vidiſſe teſtatus eſt Iodocus Sinceres in Itinerario Gallicano. Verùm quid prohibet hiſce omnibus adnumerari Męſam Iſiacam, eam quę Mantuæ in Gazophylacio eſt Sereniſſimi Ducis, quam nos olim Commentario illuſtrauimus? eam ſanè Antiquitas, & Eruditio ſtudioſis ęternum commendabunt.

Ibid. rubr. 9. *Ianuam liberam ab omni ſeculo ciuitatem, quæ Friderici de Stoph dominium ſpreuerat, ipſumque viribus contuderat &c.* Præclarum Encomiũ, cui etiam ad ſtipulabitur ipſe Fridericus ſcribens Friderico Grilli, & Ioanni Strica porci, apud Paulum Panſam ſiue Thomam Coſtum, in vita Innocentij IV. Summi Pontificis; *Dedimus quoque per Litteras noſtras Marino de Ebulis ſacri Imperij à Papia ſuperius Vicario & fideli noſtro firmiter in mandatis, quod ipſe cum fidelibus noſtris & Imperij de Iuriſdictione ſua, faciat Ianuenſibus qui rebelles ſunt Imperij, vnam guerram. Vberto etiam Malchiani Pallauicino Vicario in Lunexana & partibus cumuicinis fideli noſtro, de facienda guerra ex hac parte mandatum facimus ſpeciale.* Et hactenus Fridericus. neq; minor ea laus eſt, quam Genuenſibus ex hoc eodem capite impertius eſt, quiſquis ille fuit, qui Narrationem pertexuit de morte Friderici, ſtylo prout illa ferebant tempora neque inerudito neq; ineleganti; quam ex meo vetuſto Codice publici iuris fecit eruditiſſimus Gretſerus. illius hæc ſunt verba; *ſane inter alios Chriſtianæ fidei & ſanctæ matris Eccleſiæ Zelantes, vos, quos indiſſolubili ligatura ligat in fidei firmitate Liguria, præcipuè gaudere debetis, quod poſt longa fudoris certamina acquiſiuiſſe probemini nobis, veſtrisq; poſteris ſalutem. Demum qui pro vita veſtra conſeruatione noſcimini tam ſtrenuè propugnaſſe, lætari debetis, quòd hoſtes veſtros qui quantum libet vos læſerint, libertatis tiudis reſeruaſtis per mortem dicti Friderici, qui ſicut præmiſimus, in feſto B. Lvciae ſpiritum exhalauit, viribus mortificatus & ſpiritu.* Et cętera præclara admodum & inſignia.

Ibid. *Mercatoribus Longobardis, Tuſcis, Siculis & nedum Alexandrinis.* Auctor Summæ Catholicon. *Item à Ianua porta dicta eſt Ianua quadam Ciuitas potens, nobilis, pulcra & diues, iuxta mare ſita. & eſt quaſi introitus vt porta Lombardiæ, Tuſciæ, Prouinciæ.* De antiqua Nauigatione Alexandrina copioſè diſſerit, eruditèque, vt ſolet, Iſaucus Caſaubonus ad Suetonium. & neſcio quid tetigimus & nos in epiſtolicis Symbolis noſtris, in Epiſtola ad Io. Hieronymum Bronzerium. Beniamin ſanè Tudelenſis ſcribit Alexandriam eſſe commercijs omnium populorum frequẽtiſſimam, ac celebertimam. in quibus ille enumerat præter alios, Tuſcos, Longobardos, Apulos, Siculos, Prouinciales, Genuenſes, & Piſanos. & huius commercij apud Genuenſes cauſam eam eſſe refert Iacobus Stunica in Itinerario, edito

In Bibliotheca Hiſpana

edito ab A. Schotto clarissimo viro, *quod cum aspernam terram incolant, qualis omnis est Liguria, vitumq; haud regio facile præbere possit, necesse est vt aliunde quærant, quam ob causam omnes fere orbis prouincias mari adeant.* Et huc pertinet (vt ad Alexãdrinos mercatores redeamus) quod Petrus Martyr ab Angleria scripsit reliquit in calce Libri primi Legationis Babylonicæ; *Galeaceaarum (Veneratum) ex Aegypto præcipue vel Syria redeuntium, decentorum interdum millium Ducatorum summam singula reportare creduntur. Inde namque Gemmarum, Aromatum, Arabicorum odorum, referunt omne genus, & quidquid lasciuiæ huiusmodi est in natura ad effeminandos homines: simul & Medicamentorum copiam ingentem per totam Europam disseminandorum.*

Pag. 29. *In Ianua terra saluberrimi climatis, & aeris dispositissimi.* Facius de Vbertis ideo cecinit, Lib. 3. c. 5.

Questa Citta e tutta en poggie & piano
Richiusa tra Bisagno & Peceuere
Con lei Palagi, el sito dolce & fino.

Ibid. rubr. 10. *Vt Albertinus Mussatus Laicus.* Laicus hic opponitur Iudicibus & Iurisconsultis, quod videlicet non esset adeptus gradum (vt vocant) Doctoratus. Quo sensu apud Ioannem Villanum legitur, de Dante Aligerio; *questi fu grande Letterato quasi in ogni scienza, tutto fosse Laico.* Mirum etenim admodum esse videbatur, tot Litteras calliere, & Doctrinis ferè omnibus imbutam esse, neq; tamen ad Magisterij apicem peruenisse. Alioqui Laicus alibi distinguitur à Clerico. Vt apud Domnizonem; Lib. 9. c. 135. lib. 2. c. 3.

Hinc Clerici flebant, valde Laicig; dolebant.

In Commentariolo Hessonis Scholastici edito à Gretsero, *Post eum Episcopus Lausanensis & Comes Palatinus, & ceteri Clerici & Laici, qui cum eo erant, &c.* & alibi non semel: nihil, cum totius ut hęc notio nihil facit ad Mussatum illustrandum. illa sanè propius accedit, quam attingit Ioannes de Ianua. *Laicus a laos quod est lapis, inde Laicus dicitur lapideus, quia durus & exercitatus à feruentia Literarum.*

Pag. 30. rubr. 1. lib. 6. *Inuentia nouit pene credere; sed ex Literis Cani Grandis &c.* Penè hic valet quod Latini dicunt vix, Italicè *a pena.*

Ibid. In fine paginæ; *Astum conspiciendus in eminentia Auditorij, sic fatus. Auditorium* (inquit Ioannes de Ianua) *locus vbi consilia & responsa audiuntur.* Superius pag. 24. *Vocatiq; sigillatim ad Auditorium atrenis ferere obtemperet.* Hic videtur significari Audientia quam vocant.

Pag. 31. *Sicubi cassus Potestatis nomen obtinens essit, ex omni Abbatis ciuitatis saluberrimæ conseruatore.* Cassare apud hunc nostrum & alios coætaneos fuit frangere, destruere, annichilare, vanum facere. cassus, primatus. de Abbate populi dictum superius est satis. Hic notandum est vsum fuisse ense, qui & nouis Potestatibus magistratum ineuntibus ex antiqua consuetudine præferri solet.

Ibid. *Sic dispersi ordines populorum à primo Ciuitatis suæ consuetudinum.* supra pag. 28. Memineram ordinum, *suis carere ordinibus.*

Ibid. *Ille scilicet Sathana filius Ecerinus de Romano.* Indulsit sibi Mussatus in hoc nomine, vt ad Tragœdiam suam respiceret Lector, cuius nomen conflauit ex Eccelino, & Etyuni; vti vocaretur Ecerinis. & sanè perbellè accidit, vt illius nomen vexaretur mortui, qui omnes viuos vexauerat. Eccelinum appellant Rolandinus, & auctor vitæ Sancti Antonij apud Henricum Sedolium; Icilinũ Sigonius lib. 17. de Regno Italiæ; Ezzelinum Hieronymus Rubeus Histor. Rauennat. lib. 6. Ezelinũ Pigna lib. 3. Eccelinum Tursellinus, Epitome Historiarum lib. 9. Acciolinũ Iouius in Elogijs; Azolinum Tursellinus loco citato; Acciolinum Valerius Musciheta in Vita B. Ioannis; Eccelinum vetus inscriptio apud Angelum Rocham in lib. de Campanis. Verùm hæc pertractabit eruditè & copiosè Vir Reuerendissimus & patriarum Antiquitatum sciẽtissimus Albertinus Barisonus Abbas, in editione Rolandini, quam in gratiam Illustrissimi Heroĩs Dominici Molini, orbe Litterato vniuerso prestolante, adornat; Historiæ Genio & afflante & plaudente.

Ibid. *Illo educatus loco, quo undecim millium patrũ vestrorum funera, vna simili nece defunctorum, adhuc viuens memoria non abiecit.* Vnam similem fuisse necem negat Rolandinus lib. 9. cap. 8. affirmat Villanus lib. 6. cap. 74. Qui asserit, in illo prato, vbi viui comburium celebratum à viro tetertimo est, nunquam amplius germinasse herbam virentem: vt appareret innocentia peremptorum. Et hoc fortè sibi voluit Rolandus cum adhuc viuẽtis memoriæ meminit. Simile quid audiui ego à viris fide dignis accidisse in Collibus nostris Euganeis in villa Tramontis. ibi Pratum olim fuit (quod etiam nũc Rustici duorum Compatrum appellant.) in ipso duo Compatres Fœnisectores Falcibus se interemerunt multa bile perciti. eo sanguine perfusis in locis, quia pugna statuaria non fuit, sed desultoria, nihil vsquam segetum maturescit; licet multa tellure aggesta & fimo comportato situs ille telluris è prato in agrum excreuerit. imò si quid in illis plagis, quas calidus sanguis infecit, herbidum luxuriauerit, Mense Maio vel circiter, totum exarescit. Fundus autem est Ascanij Zabatellæ viri lectissimi, qui extorsit mihi Inscriptiunculam lingua vernacula, secus viam reponendam aliquando.

Ibid. *Tuitione rebellioneq; coaptari.* Videtur exprimere quod Italicè dicimus, *ad offesa & à difesa.*

Ibid. *& per semestre tempus Ciuitatem hanc in Libertate regere.* Hinc confirmatur quod de semestri spatio Præturæ superius diximus.

Pag. 32. *Nec audire pigeat quem alias obaudisse pœnituit.* Videtur legendum *non pœnituit.* Sed ex sęculi notione abundabit negatio. obaudire enim tũc erat malè audire. & sanè Mussatus hic Ammianũ Marcellinum imitatus est, quem etiam in totius operis syntaxi videtur studiosè expressisse. Iulianus enim Apostata lib. 22. dictitasse legitur, *Audite me quem Alemanni audierunt & Franci.*

Ibid. *Puta Regi Franciæ Regnum Arelatense, tractumq; Rhodani vsq; in Alemanniæ fines.*

Regnum Arelatense olim portio Romani Imperij fuit, quod indicare satis potest Archiepiscopus Treuerensis, qui inscribit se Archi-Cancellarium Regni Arelatensis, vt in Bullæ Caroli IV. cap. 2. & 3. Testantur hoc & Ioannes Villanus, qui Philippum Franciæ Regem à Ioanne Pontifice titulum expetijsse scribit Regni Arelatẽsis & Viennensis, illio conferendi: & N. Stero Altahensis in Chronico quod edidit Freherus; qui sub anno Mccxciv. hæc habet, *& Adolphus Romanorũ Rex, plus fauens Regi Anglia, repetiuit à Rege Franciæ Regnum Arelatense, & quasdam alias terras & prouincias, quas dicebat esse Imperij,* & cętera: & Ptolomeus Lucensis, qui Steronis verba nobis interpretabitur, qui alias terras & prouincias, quas tetigit nobis non explicuit. *Eodem anno* (Mcclxxiii.) *Filius Rodulphi primogenitus intrauit terras Comitis Sabaudiæ pro iure Imperiali, & deuastauit:* Hermannus Nuenarius, de Origine & sedibus priscorum Frãcorum, qui hæc retulit ex Procopio; *Idem Auctor Libro tertio scribit, Germanos Galliam debellasse, permissuq; Iustiniani Cæsaris possidendam accepisse: vnde inquit & Arelate nunc habitant.* Sed omnium clarissimè homo Gallus Robertus Gaguinus, qui in Carolo V. ita tradit; *Traditum à Gallis Scriptoribus cęperio, Imperatorem quibusdam castellis terræ Delphinatus donasse Delphinum: eumq; in Arelatensi Regno Imperio Vicariũ instituisse Arelatem enim Regni Burgundorum primariam ciuitatem & caput fuisse, Imperioq;* Lib. 10. cap. 198. & 225.

primi, parcelle exercet ab... Quare ut Cornelius scribit Agrippinæ sacrum primi appellatum fuit. Vim munitionis *Agrippinæ sacrum primi appellatum fuit.* Vim munitionis Ubiorum Cornelius Tacitus exponit. Cum Gessilius Publicius Interpretem, Ubiorum, qui Germanis Romanis interpretabatur, Germanicæ aciei Germani Romani Ubiorum nomine Hostiliæ, Lucullus Asiaticus Vespasiani Imperatoris, & Crispi Cæsaris Bithynicum Ponticum. Ex quo propter Gaiganum hæc facile intelligi possunt. At Geographorum et & Regum Ubiorum. De ciuis Rhodiæ vique in Alexandriæ Ptolemæi, qui Cæsarem recipiens Regia Ptolemæorum insidiis regi & Rex in ista fuit vellet Deiotarum. De Alexandrino, quo vitalis ad Romanos fuit Strabo Rhodanus describit vique ad Romanos, qui ab ea Ligustinis vicinis capiuntur Massiliensium. Tradunt autem Rhodanus ex Rhodanus Massiliensium Rhodanus Nodus insula Rhodanus, Rhodanus Rhodanus Rhodanus

cap.8. vbi recensentur terræ, castra, & cõfinia Pedemontis. Ab eadem originatione est Pede-montium Ducatus Sabaudiæ.

Ibid. *Agresti Harpe nequiter interfecto.* Ioannes de Ianua in verbo Arpax, ita hæc illustrat. *Arpe enim grece rapere, & est instrumentum Orci* (Plutonem intelligit) *Ferreus vncinus dictus, quia arripiat quod in puteum cadit secundum Papiam.* Hunc vncinum etiam nostri appellant *Rampicone.* Et sanè accedit ad figuram Harpes, quę fuit Persei gestamẽ, vt videre est in Arateis Grotianis pag. 41. & in Notis 53. At germanam Harpen, quam intelligit hic Auctor nostrates Rustici vocant *Ronchetto.* De facto autẽ huiusmodi necis narrat Bartholomæus Burchelatus Physicus Tarusinus & Philologus scriptis editis clarissimus, & amicus noster, lib.4. Commentarior. memorabilium, Ricciardum anno MCCCXII. ob patratum indicens facinus, à coniuratis cum latrunculis luderet, rustici percutientis manu, cæsum fuisse. indignum hoc facinus aperiũt Georgius Pilorius lib.4. Historiæ Bellunensis, & Ioannes Bonifacius V. Clarissimus: sollicitatam videlicet vxorem viri Nobilis Altenerij de Azonibus.

Ibid. rubr. 10. *Premissis etiam qui sata, vineta, & frutices vastarent.* Noluit dicere, *premissis vastatoribus.* Quod sane Rolandino religioni non fuit. lib.10. cap.5. *Ergo die Mercurij penultimo Mensis Augusti, in supradicto anno Domini* MCCLVI. *Movit militiam suam totam, movit etiam magnam peditum quantitatem, premisit Balisterios, & Vvaldanam, omnesque Guastatores cum illis.*

Pag.35. rubr.11. *Gherardus de Henzola Potestas confestim in suffragium Beltramum Gulielmum, Lanceam de Opicengis Pisanum, cum stipendiarijs illico transmisit.* Biltramus Gulielmi fuit Cathelanorum ductor, vt paulò superius asseruit Auctor. Lancea de Opicengis videtur fuisse exul Pisanus: tum quia militabat Gelfis: tum quia narrat Ptolemæus Lucensis, anno MCCXCIII. Comite Guidonem de Montefeltro, Pisarum dominũ, Calcinariam proditione cepisse ex negligentia Opizingorum. Accedit Ioannes Villanus, qui lib.7. asserit Vbizingos Pisanos, post Comitem Vgolinum carceri mancipatum, cũ alijs nobilibus Gelfis fuisse Pisis electos. Cap.120.

Pag.36. *Bernardus Lancea, & Borgarutius.* Scribo; Bernardus, Lancea, & Borgarutius. & infra, *detecta equorum himitibus,* non detenta.

Ibid. *Marchia Tarasina flos & supremum decus Tiso de Campo Sancti Petri natus olim magni Tisonis &c.* Hæc omnia Bernardinus Scardeonius transtulit ad Tisonem nouellum lib.3. class.13. pag.291. parum pensiculate; & ratione temporum insuper habita.

Ibid. *Cui Gulielmus nomen erat antiquum paterna domus.* Rolandinus lib.2. cap.9. meminit Gulielmi senioris, & Scardeonius tres eiusdem nominis recenset.

Ibid. *nos velut per mediterraneas aquas cymbam nostram dirigare, quo sublimioribus velis Tyrrheni maris procellas fortioribus impulsibus percurramus.* Amabant tunc temporis scriptores conatus suos aptare huiusce modi artis nauticæ translatis. Rolandinus Mussato antiquior, in ipso statim Prologo; *vt me qui parua naucula vectus, la cũ tante profunditatis quasi præsumptuosus ingredior, faciat in sequentibus periculorum transire procellas, & ad portum salutis absq; naufragio deuenire.* Ioannes Boccaccius vir amœnissimi ingenij totos ferè quindecim Libros de Genealogijs Deorum non aliter exorsus est. Dantes ipse politissimo carmine auspicaturus 2. Cantic.

Per correr miglior acqua alza le Vele
Homai la nauicella del mio ingegno,
Che lascia retr' a se mar si crudele.

Benedictus Cæsenas in Libello de Honore mulierum,

Vedi Madonna che'l mio Legno à porto
Dalta letitia spiega le sue vele.
Fuggo la notte oscura e'l camin torto.

Et Antiquiores passim Poetæ præsertim.

Pag.37. Longobardiam siquidem Moderani accipiunt. Ioannes de Balbis. *A modus dicitur modernus, idest istius temporis.* Videtur legendum à modo. *Sicut ab Oriente montes Gallicorum.* Librarius videtur inuertisse situm plagarum Cęli, vt etiam in ora Libri monuit Cl. Osius. *Sabaudia, Fortiniacum, Gebena.* Sabaudia per se nota est. de Gebena dictum supra. Fortiniacum videtur esse *Foucigny,* seu *le pais de Foucigny* apud Paradinum in Chronico Sabaudico, lib.1. Pingonio Foucigniacum, in Indiculo Prouinciarum Sabaudicarum. *Ab Oriente mare Adriaticum, seu Venetiarum.* Ea fuit dignitas inclytæ, & nunquam satis laudatæ Vrbium Vrbis, vt mare, quod antea Hadriaticum appellauit Antiquitas vniuersa, Mussati ætate Venetum appellaretur, vt ex Iohanne Boccaccio discimus, ringente licet, factumq; improbe calumniante. *Ab Austro alpes Lunæ, quæ ab Ianua in Bononiæ fines exclusiue inga protendunt.* Alpes Lunę vocat hic noster Apenninum: cuius rei testem aduoco Rutilium Numatianum in Itinerario, vbi Ligurum Etruriæq; nec-minit, Cap.4. in. 25. Lib. de Mansionibus. Lib.11.

Excubijs Latijs prætexuit Apenninum,
Clausstraq; montanis vix adeunda vitis.
Inuidiam timuit Natura, parumq; putauit
Arctois Alpes opposuisse minis.

Quem eumdem elegantissimis versibus Vrbem Lunæ celebrantem, illustrabat pluribus amicus olim noster Iosephus Castalio piæ, & recolendæ memoriæ; cuius eruditionem æque ac ingenuitatem septem gemini colles adhuc suspirant. Lunam verò, cum hæc perscriberet Mussatus, dirutã fuisse testatur Ioannes de Balbis, in v. Luna. Cęterum videtur Mussatus Apennino Alpium nomen indidisse, quia hisce est ad Vada Sabbatia annexus vt testatur accuratissimæ diligẽtiæ vir Philippus Cluuerius Introduct. Geogr. lib.3. cap.32. *Ab Aquilone Tridentina, Aquilegiensiq; ora.* Has Alpes, seu potiùs earum adicus graphicè descripsit Ioannes Iacobus Conturbius Mediolanensis Libello vernaculo. *Is namque ambitus duas olim velut regiones Aemiliam scilicet & Liguriam nostra posteritas nuncupabit.* Hæc verba neque ipsa forte sanitas poterit sanare: non ideò tamen desperandum, sed audendum potius aliquid. veluti si legamus; *Id namque ambitus duas olim velut regiones Aemiliam scilicet & Liguriam nostra posteritas nuncupabit.* Scio equidem conscriptas fuisse ab hoc nostro Historias non Vaticinia. Verùm cum ille videret siue à consuetudine, siue à scriptoribus hanc denominationem inualescere, eam forte sententiam animo complexus est, vt & posteri hoc approbarent. Certum illud est Mussato scribente immutatum fuisse ferè omnem antiquorum rationem, qua Italicas Prouincias distinxerant. & testatur desertis verbis Cluuerius Italiæ antiquæ lib.1. Exemplo sit Gunthetus lib. 11. de Italia scribens,

Aemilia primam fama cognouimus vrbem,
Qua velut ex Aquila, cũctarum Rege volucrum,
Nomina clara trahens, Aquileia rite vocatur.
Metropolin Ligurum dicunt, sudemq; suprema.
Quam Mediolanum Ligus incola nomine vrbẽ;
Siue quod in media quadam tellure, medulla
Omnibus ingenijs acerrima rebus abundat,
Seu quod ab inuento trahit ista vocabula Porco,
Lanea qui medio portabat vellera tergo,
At quam præcipuo Venetus colit ordine sedem
Nomine non alto quam tellus ipsa vocatur:
Vrbs opulenta nimis, quamuis circumsonet illam

Cap.6.

Pontus & Hadriacis ingreſſus fluctibus agger,
Eliſo modicam conceſſerit æquore ſedem.

Hactenus Guntherus, qui ſcripſit res geſtas Friderici primi, multò antiquioris Muſſato ipſo. *Quamquam & antiquorum aſſertionibus ab Atice, qui Veronam diuidit, Taruſina Marchia ſuum per ſe nomen obtinuerit.* Hæc etiam Auctoris noſtri ſunt, quæ illuſtrantur è Cluueriani lib. 1. Ital. antiq. c. 17. Aricem vocant politiores Atheſin. Muſſatus autem ſecutus eſt conſuetudinem ætatis, quo ſcribebat; à qua legimus in vetere Sigillo Vrbis Patauinæ, Muſo, Mons, Atex. Pontem Atacis ſcripſit Rolandinus. Notitia Vrbium m. ſ. apud me hæc tradit de Atheſi; *hanc præterea vrbem præterfluit fluuius Atheſis nomine, ſecundum quod dicit Papias. licet aliqui eum Athacen vocent, dicentes illum eſſe de quo meminit Lucanus. alij dicunt Athacem eſſe Ticinum. ſed Papias dicit, quòd Athax eſt fluuius inter Laudunum & Remos iuxta Rhenum. Atheſis vero Verona eſt fluuius.* Lib 3. c. 4.

Hæc autem in Papia, quẽ edidit Boninus Mombritius non comparent: vt perinde credam peruenisse ad nos non Papiam integrum, ſed Papiæ epitomen; quam tamen ſi quis emacularet, vt Vir clariſſimus & ad illuſtrationem veterum Auctorum natus Gaſpar Barthius, multis in locis vt admodũ feliciter fecit, maximo bono rei Litterariæ faceret. Eſt enim Auctor recondita doctrina refertus, & qui multa habet alijs Lexicographis omnino indicta. pergit Muſſatus. *At hodierna vbique per Italiam vulgaribus Marchia illa agnomine Longobardorum includitur.* Vulgaria hic ſunt Dialecti, & Idiomata Italica quæ appellamus. Rolandinus in Prologo; *nam forte non erit inutile, vel delectabile minus aliquibus, & præcipue Litteratis id quod de Modernorum inuentis & laboribus ſcriptum per Latinum inueniunt, quam quod de Geſtis nobilium Antiquorum audium per vulgare.*

Ioannes Villanus cum recenſeret Dantis Aligerij ſcripta, & præſertim aureum Libellum de vulgari Eloquentia, hęc notauit; *che riproua tutti i volgari d'Italia.* Ibi enim omnes Italicæ dialecti ad examen reuocantur. & profecto, cum hæc prodiret Muſſatus, loqui vulgariter fuit Italicè loqui, Litteraliter loqui non niſi de Latino ſermone accipiebatur. Abſtinebo ab Auctoribus congerẽdis. Vnus mihi ſufficiet Antonius de Tempo Iudex & Ciuis Paduanus, in Summa Artis Rithmici vulgaris dictaminis, ſcripta anno 1332. ad illuſtrẽ Principem Albertum de la Scala: cuius operis duo ſunt apud me Volumina manuſcripta multo auctiora, ſiquàm illud quod Venetijs olim prodijt, typis Simonis de Luere 1509. Hic igitur Auctor in Antemonis de Luere 1509. loquijs ſic habet, *nam dictaminum Litteralium ſecundum Rhetoricum tria ſunt genera, quorum materias ad præſens Litteraliter tractare non expedit, quia per Grammaticos & Rhetoricos ſatis tractatum eſt. Sed quia de vulgaribus eſt rithmis dicendum, primo quærendum eſt quid ſit rithmus. Ad hoc litteraliter dic. quod rithmus ſecundum Grammaticos &c.* Et hęc ſatis de hoc Auctoris noſtri implexo & obſcuro loco, in quo præpoſtera illa *poſteritas* vix patitur, vt aliquid inde ſani eliciamus, niſi per poſteritatẽ ipſe intellexerit maiores & ante ſe natos, quod ſeu per incuriam ſcribentis, ſeu per ævi barbariem potuit fortaſſe accidiſſe. Lib. 9. c. 13.

Lib. 7. pag. 37. *Ad Lomelinam terram feraciſſimã.* De Laumellinæ nomine, ſitu, feracitate latè egerunt Bernardus Saccus Ticinenſis Hiſtoriæ lib. 4. cap. 3. 4. 5. & deinceps. Maphæus autem eo conſilio in Lomelinam duxit, vt Philippono Languſto ęgrè faceret, qui hæreditario iure iam inde à Patre Ricardo, Comes fuit Lumelli. Indicium huiuſce rei mihi fecerunt carmina ſepulchralia. Comitis Ricardi, quę attulit Antonius Maria Spelta in Hiſtoria Ticinenſi Italicè ſcripta; cum de Guidone Languſco Epiſcopo Philipponi fratre pertractaret. ea ſunt

Eximium locus iſte virum, ſpeculumq; virorum
Claudit is hinc locus eſt ſpecimen ſpeciale locorũ.
Languſchi dominus fuit iſte, Comesq; Lumelli
Quem non attingit præſentis forma libelli;
Italiæ regionis honor, Comes iſte Ricardus,
Cardo fuit Comitum, redolens quaſi cœlica Nardus

&c. Quod & Sigonius animaduertit anno 1277. in Libris de R. Italiæ

Et hinc diſcimus Ricciardinum Philipponi de Languſco primogenitum, Ricardi aui paterni nomen retuliſſe. Quod ſanè nominis ad Gentis prima initia trahit quem citauimus Spelta, quem videre ne pigeat.

Pag. 38. *Denuo Gulielmus equo quem conſederat ſtratus occiſo.* Legam, *demum Gulielmus equo quem conſederat ſtratus occiſo.* niſi quis pro *conſederat* malit *conſcenderat.* Ceterum infelix Gulielmi euentus indicat Guarnerij barbariem, qui Henrici auctoritatem ſæuis & tyrannicis moribus immanitatum ibat. Noſtrates enim tunc temporis ſæuitiem ferre haud amabant. Guntherus ſanè hæc cecinit de tota gente

Libertatis amans, pro qua nec triſtia rerum
Damna, nec extremam ſolet exhorreſcere mortem:
Nec Regis, dominiue iugo cetuice volenti
Subdita——

Otto Friſingenſis addit & ipſe, magnopetè libertatem affectare Longobardiæ accolas. Lib. 2. de Geſt. Fred.

Ead. pag. *At contra in fidem partis Gelfa, quam Sanctæ Eccleſiæ nuncupabant.* Ita nuncupat Io. Villanus centies & amplius: & nominibus Imperij, & Eccleſiæ nihil frequentius apud huius ſæculi Scriptores. Noſter Auctor Libro Secundo, in Oratione Henrici Cæſaris; *hi Imperij, illi Eccleſiæ velaminibus inuidioſa induere nomina, quibus hæc ſuggeſſit Luciferinile qui cecidit.* Et Vincentius Carranus lib. 2. Hiſtoriæ Rubriorum, ex Paulo Caſtrenſe aſſerit, in Statutis Capitanei Populi & Communis Florẽtiæ, partem Gelfam vocare partem ſanctam, qua tamen nomenclatura noluerunt carere & illi qui alteri parti fauebant. Quod vel vnus teſtabitur Dantes Parad. Cit. 27.

E'l primo tuo refugio, e'l primo hoſtello
Sara la corteſia del gran Lombardo,
Che'n ſu la ſcala porta il ſanto vocello.

Sanctam Auem appellat Aquilam ab ea mente, qua Rolandinus, Muſſatus ipſe, ceterique omnes ſynchroni Scriptores, Sacrum Imperium omnibus verſibus, omnibus paginis inculcant.

Apud eoſdem ipſe Imperator ſacer audiebat. Franciſcus Petrarca ſcribens Carolo IV. Imperatori; *Nam ſi omnis iuſtus amor proximi ſacer eſt, ille profectò multo dignius habet hoc nomen, quo Romanus princeps amatur, vere Chriſtus domini, vere ſacer.* Familiar. lib. 11. ep. 7. ex editione 2. Chaliſij.

Pag. 39. *Balatrono Maphæi Vicecomitis filio.* Certatum videtur tunc temporis inter noſtros vtri magis incondita & barbara nomina imponerent. Turriani Cuſſonum, Vice Comites Balatronum, alij Butironum, nonnulli Bardellonum adamarũt. Balatrones ſanè noti carmine Horatiano etãt quiſquiliæ, & bullæ, & feces. At indulgeamus & hoc Italiæ noſtræ, & clariſſimarum Gentium magnis ſpiritibus, per quos factum eſt, vt hiſce nominibus tantùm dignitatis conciliaretur, vt regia & penè augusta cenſerentur, & eſſent. Verùm Vicecomites Scriptori noſtro hoc nominis debebunt. vtiud & alia multa huiuſmodi Italiæ reliqua.

Ead. pag. *Suiq; eſſe iuris ad tempus ex empto, & indulto.* Commode legetur, *ex empto.*

Manu ad cervicem ſuperiecta vnum cum equo &c. Seruius ad illa lib. 11. Æn.

Dire-

Direpcumq; ab equo dextra complectitur hostem,
Et gremium ante suum multa in concitus auferet.

Ita scribit, *hoc de historia tractum est. Nam Caius Cæsar cum dimicaret in Gallia, & ab hoste raptus equo eius portaretur armatus, occurrit quidam ex hostibus, qui eum nosset, & insultans ait Cæsar Cæsar (alij legunt Cesse o Cæsar) quod Gallorum lingua dimitte significat. & ita factum est vt dimitteretur, &c.* Citantur autem hæc ex Ephemeride ipsius Cæsaris.

Pag.40. *Locum hunc (si continuatæ per colonos ab antiquo fama credamus) Romani in metallum damnati fodere.* Nos olim Commentarium nostrum de seruorum ministeriis, hęc eidem Annotatione insignuimus, cum nondum Historias Mussati vidissemus: & sanè locus etiam ipse apud bonos Auctores Custodiæ nomine significatur. At Lapidicinas hisce prorsus similes notauerunt & alij; veluti Iodocus Sincerus in Itinerario Gallico, & Papyrius Masserius, in descriptione Franciæ per flumina, in Curantono: cuius verba hic subiungimus, ob loci ingenium Custodiæ Vicetinæ persimile.

Pag.444.

Pag.70. 116. 118.

Pag.610.

Sub qua spatiosæ cellæ visuntur ingressu stricto, nec quicquam in eis potest videri, nisi fumalia aut laternas, aut paleas accensas præferri inferas. intus autem spectantur variæ imagines seu figuræ, aut hominum, aut ferarum, aut vestium, aut columnarum, aliarumq; rerum, quas magna voluptate atq; delectatione animi, qui præsentes sunt, aspiciunt, cum subterranea loca illa ingrediuntur. Labyrinthus etiam ipse, quem Creticum appellant, nihil aliud est, quàm Lapidicinæ vti obseruat, & describit Petrus Bellonius Observation. lib.1.cap.6. vt proinde falsus fuerit Petrus Martyr ab Angleria, qui Labyrinthum appellat.

Lib.11. Legat. Babyl.

Verùm exactam Custodiæ delineationem si quis requirat, sumat in manus Epistolam Ioānis Georgij Trissini viri suæ ætatis doctissimi, quæ extat apud Leandrum Albertum. At fumus, qui nostros olim struxit ab ingressu Speluncæ, fecit vt isthęc latibula auorum nostrorum memoria minus essent tuta; anno videlicet MDX. Germanis agrum Vicetinum diripientibus; vti narrant Andreas Mocenicus Leonardi filius lib.3. Belli Cameracensis; qui LATOMIAS appellat: Petrus Bembus lib.10. patriæ Historiæ, qui CONCAMERATOINEM, antiquitus effodiendis ad ædificationes lapidibus factam: Petrus Iustinianus lib.11. qui CAVERNAS & SPECVS: Franciscus Guicciardinus libro 9. qui CRIPTAM vocat, nunc CVBALVM appellamus voce Latina barbara originis Germanicæ, cuius meminit & Facius Vbertus.

Lib.3.c.3.

La maggior nouita, che li si pone
Se è a vedere el Conol de Costogia
La doue el Vin si conserua & ripone.

Quòd etiam hodie fit æstiuis præcipue temporibus, quibus Vinum algore aduersus sitim excitatur, & sanè habent viri Patricij, qui illos tractus delicatis Villis excoluerunt, vnde se iactent, obruantq; vernaculis Ventorum ductibus ijsdemq; salubribus, luxum, & fastum in hoc genere Italiæ vniuersæ, Cubalum autem, vt diximus, vox Latina barbata est. vt patet ex Notitia vrbium m. s. quæ portio est Bibliothecæ meæ, quamq; sæpè citaui. *Est locus (inquit) in Ciuitate Veronæ vocatus Arena, rotundus, per totum magnis saxis vndique constructus & perfilatus: cum Cubalis intus, & multis Antris multiformiter redimitus.* Cobel dictio Germanica est, qua insignitur Arx in Alpibus Tridentinis, cuius accurata descriptio extat apud Petrum Bembum lib.9. Historiar. vbi hæc leguntur, *ea quoque Arx, quam Conolum appellant, eorum deditione, qui illam exstodiebant, ad Rempublicam rediit.* Bembo adijci potest Itinerarium Francisci Schotti I. C. & Senatoris Antuerpiani, quod inscripsit Italiæ Germaniæq; Libris quattuor.

Cęterum hæ nostræ Latomiæ (vti eas appellat Mocenicus) Syracusanis fortassè non absimiles fuerunt, quarum meminerunt nostras Pediamus, Varro, & Festus, referente Francisco Mario Grapaldo, in Libello, quem edidit hoc titulo, *de verborum explicatione, quæ in Libro de Partibus Aedium continentur.* Varro sanè vocem Custodiæ illustrat his verbis, *Carcer à coercendo, quod ęrę prohibentur. in hoc pars quæ sub terra Tullianum, id eo quod additum à Tullio Rege, quod Syracusij, vbi simili de causa custodiuntur, vocantur Latomiæ.* & Hasce Syracusanas describit Thomas Fazillus, de rebus Siculis, prioris Decadis lib.4. qui hodie tagliatas appellatinos docet. Qui & plures recenset, vtque præter cęteras specum, in quo Echo non modo vocis editæ, sed & submissæ quoque, neque natura vt alibi, sed arte certa responsa referuntur. Idemque eiusdem Decadis lib.6. tres Lapidicinas Selinuntinas in Litteras retulit, in quibus spectantur adhuc rudes columnæ, & impolitæ moles, multa cum iucunditate eorum, qui illo accedunt. addit insuper has Lapidicinas non modo ab eruditis, sed & à rudi quoq; vulgo, & ab accolis Latumias ad hanc vsque ætatem appellari. & mirum esse, quòd ea vox cum Græca sit, tot annos & inter barbaras, quæ Siciliæ postmodum imperarunt, tot nationes, tusticosq; ipsos, incorrupta perseuerauerit. post Fazellum nouissimus omnium, quod ego sciam, de Latomijs Syracusanis perscripsit Vincentius Mirabella & Alagona Eques Syracusanus, & quidem Italicæ, qui loca Ciceronis, Varronis, Diodori, Thucydidis, Plutarchi, Æliani, & Suidæ apte coagmentauit. idemq; citat Turnebum Aduersariorum lib.22. c.17. & Andream Schottum ad Controuersias Senecæ, Controu.17. desserentes an Latomias vel Lautumias scribere rectius sit. Et ab istarum Latomiarum ingenio videtur Io. Barclayus Mythistoricorum eruditissimus Antesignanus, arripuisse ansam confingendi, in sua politissima Argenide, Antrum illud in domo Timoclęæ, in quo subterranea porticus in longum porrecta abibat in varios colles, nisi quis malit arripuisse Monitum à Leone Baptista Alberto, qui Arces Cuniculis instruit, qualem delineauit Torquatus Tassus Poetarum nostri sæculi princeps, Hierosolymæ Libertate Cantu 10. ad tutelam videlicet locorum, effugiumque hominum; quod tamen malè cessit C. Mario iuniori, vti indicant Velleius Paterculus lib.2. Histor. & Plinius in Viris Illustrib. Et hæc nimis multa sufficiùt in gratiam Loci exteris curiosis celeberrimi.

Lib.1.

Lib.5. de re ædific.c.5.

Pag.41. *Ac demum decimaue vespere, impellente Albertino Mussato, cui forte vehendo vexillo Quarterij Pontis Molendinorum fors obtigerat.* Quarteria sunt Regiones vrbanæ, quarum extat mentio apud nos sanè frequens, & perantiqua. ita Florentiæ actutatum testes sunt Villanus, & Borghinus. ille lib.3. cap.2. hic Discursuum par.1. pag.280. alibi Sextetia, Villano *Sestora*: vt Venetijs & Florentiæ. Romę Regiones, hodie Rioni. Quarteria apud nos quattuor numero sunt, quorum hæc sunt nomina, Pontis Molendinorum, Pontis Altinatis, Domus, & Turricellarum. Domum, Cathedralem Ecclesiam intelligimus, patente Italicismo, qui & alibi obtinuit, veluti Augustę Treuirorum, docente Ortelio in Itinerario: vbi summum Templum Dom appellant.

Pag.61. Pag.65.

Pag.42. lib.8. *Cum inuestigatione per internuncios, amicorumque & peregrinorum documenta sollicitudo non defuerit.* Ammianus Marcellinus initio libro 15. profitetur & ipse quæ videre non licuit per ętatem, se ex interrogatione eorum, qui versati essent, cognouisse. Verùm hoc eo periculo fit, vt veritas quandoque corrumpatur. Quod sibi accidisse conqueritur senò Paulus Iouius in Epistola Italica ad Hannibalem Raymundum; in ijs quæ de Azaho tradiderat Cherium propugnante lib.38. Historiarum

dem à subditis, quibus & manum porrigere solitus erat deosculandam, cum magno, vt Acquicola inquit, probro gentis dedecoreque. Notauit sanè
a Cap.22. a Suetonius, insolenter olim fuisse Domitianum, qui Cænidi Patris Concubinæ ex Historia reuertẽti, osculumq; vti assueuerat offerenti manum præberi, osculumq; vti assueuerat offerenti manum præri, osculumq; vti assueuerat offerenti manum præri, osculumq; vti assueuerat offerenti manum præri

prouincia sita est. & infra, *quare autem Ciuitas huiusmodi sit sortita vocabulum non legi, ratione tamen loci, & situs, & adificiorum causa sic autumo.* recte. Pergama enim erant loco edito, vti graphici repræsentat Nummus argenteus FREDERICI Imperatoris apud me, in quo cernere est Vrbem Prætorio magnifico, & celsis turribus insignem, montiq; impositam, inscriptam vtrimq; PERGAMVM. At eadem vrbs in Epitaphio *a* Ioannis Archiepisc. Vicecomitis, cum prædicatione situs montani, dicitur.

a Apud P. Ion.

Bergoma magna satis lapidosis mõtibus altis.

Ibid. *Romandiolaue partibus.* Hanc nos hodie appellamus Romagna. est autem Exarchatus Rauennæ, quem à Carolo vsque magno Romaniæ, siue Romaniolæ nomine constitum fuisse scribit *b* Carolus Sigonius: *ex vobis Roma nomine* (inquit Volaterranus *c*) *cui fidissima semper communtaque fuit.* Quod sensit & Blondus. *d* Comitatum Romagnolæ appellat Ptolomæus Lucensis, *e* & Ptolemæo antiquior Anastasius *f* Bibliothecarius Romanorum prouinciam.

b Ioe R. Ioael. 774.
c Lib. 4. Geogr.
d Dec. 11. lib. 1.
e Pag 183.
f In Hadriano.

Cæterum Romanorum Imperium olim Romanitatis & Romaniæ nomine veniſſe notat Casaubonus ad Historicos minores. Et sanè Idacius Episcopus in Fastis non semel Romaniæ meminit, quã tamẽ ipse pro Romania Europæa accipit, Thracia videlicet, Achaiaq; & conterminis regionibus; cũ & altera fuerit Romania Asiatica, vt recte notauit *g* Leondauius in Pand. Hist. Turc.

g Pag. 203

Ibid. *Goleranum fratrem natu maiorem, &c.* mirũ est quomodo in hoc nomine variant Scriptores; Vvalramum Comitem de Lutzellemburg, & vvalramum iuuenem nominat *h* Cęsarius, & eodem pacto Vicerius. Vaieramum Mainoldus, Valeranum Curtius in Histor. Veron. *i* Galleranum Villanus. Goleranum hic nostet.

h Lib. 7. cap. 43.
i De Tit. Reg. Phil.

Ibid. *Cuius corpus Verona delatum magnificis exequijs humatum est.* Galerani Cadauer elatum fuit ad D. Anastasiæ, vbi ad annum vsque MDLX. loco edito parieti insertum cõquieuit. Quo anno sepulchrum disturbatum est, & humi cõditum cadauer, quod etiam tunc aurea Cæsarie insigne erat; conspectumq; per tres circiter horas fuisse passim, abijsse deinde in cineres retulit mihi Vir antiqua nobilitate studiorumque ingenuorum amore clarissimus FERNANDVS COMES NOGAROLA. Videtur autem fuisse Verona Regalium funeribus destinata. Donnizo lib. 11. Vitæ Mathildis.

Dum genitur bellum ruit vnus filius eius,
De quo Rex late doluit, misitq; cadauer
Veronam, pulctum fabricatur eiq; sepulcrum.

Meque sane non iure, cum & Marchiæ suæ nomen Verona olim indiderit, & Longobardis regnantibus; præclaris murorum munitionibus, esset insignis; vt Anastasius tradidit, ideoque selectam ab Adalgiso Desiderij Regis filio: vt in ea seruaret Autcharium Francum, & vxorem, atq; filios Carolo manni. Vecerius autem & Capreolus Goleranum in agro Brixiano, ad D. Barnabæ sepultum aiunt.

Ibid. *Et taciturnos Curia tantum funus silentio dissimulatum praterijt.* Curia olim quid significarit valde ambiguum non est. ast huiusce nostræ ætate nomen variæ significationis fuit. veluti Palatium Regale, seu Imperiale vti apud Mussatum non ratò aliquando Ducale, Henricus Dux Austriæ apud Radærum; *præfatus Conuersus imò peruersus, Curiam meam clancido introiuit.* Aliquando Forum est, & locus in quo Ius dicitur. lib. 2. Feudor. tit. 10. *Sed hodie eodem iure viuntur in Curia Mediolanensi, quo & Valuasores.* Aliquando est domus priuata, vt apud *l* Cæsarium; *& circa crepusculum in Curia propria illum sine lesione despoiat.* Aliàs domus rustica Petro *m* Crescentio; *Curia siue tumbæ faciendæ in rure ecclesiæ habitationis domini & rusticorum.* Nonnumquam Ludi & Choreæ. Rolandinus *erat nempe constituta Curia quadam causa fiendi Venetijs, vbi fiat Rolo Marchio pater Marchionis istius, & alij de Marchia nobiles & potentes. Quam Curiam pater meus honorare desiderans, &c.*

k Pag 419.
l Lib. 8. cap. 19.
m Lib. 1. c. 6 & 7.
n Lib 8. cap. 14.

Pag. 19. rubr. 1. lib. 4. *Basilienſis Episcopus vnus ex Regiæ Curiæ Principibus.* Petrus Bertius in Commẽtarijs rer. Germanicarum, Episcopum Basilienſem Ottonem scribit iniisse anno 1299. cui Gerardus successerit 1325. Alij (quos ego quidem viderim) satis habent Episcopatum nominasse.

• Lib. 3.

Ibid. *Arnaldus de Frangeris Sabinensis Episcopus.* Hunc Arnaldum Felguerium appellat Ciacconius, Vasconem Gallum ex Archiep. Arelatense Cardinalem Sabinum, & S. R. E. Camerarium, quem Pontifex principem Legationis Pontificię esse voluerit, vti narrat & Mussatus, quem ibi Ciacconius Albertum Musselum perperam videtur nominare. Cauendum autem Lectori est ab accuratissimo Pãuinio, qui hunc Arnaldum cum alio eiusdem nominis permiscuit. Videtur autem notatione dignum; quod est inter Ciacconium & Mussatum discriminis. Ille enim ait à Pontifice quinque Legatos pro coronatione Henrici designatos fuisse; hic quatuor tantum enumerat.

Ibid. *Nicolaus Hostiensis & Veletrensis Episcopus.* Hic fuit Frater Nicolaus Martinus Pratensis, Tuscus, ordinis Prædicatorum, vti indigetat Ciacconius. (vulgo apud nostros il Cardinale da Prato) Prudentię laude illustris & Doctrinæ, qui obijt anno 1321. sepultus Auenione. *Leonardus de Guercino Episcopus Albanensis.* Hunc omnino omisit Ciacconius, qui tamen meminit Leonardi Episcopi Card. Albani, qui Auenione obierit 1308. Non. Decemb. Quem si temporum ratio pateretur eumdem esse cum hoc nostro facilè crederem. At hunc ipsum memorat Panuinius in secunda Cardinalium creatione à Clemente celebrata.

Ibid. *Allegante Hostiense, quid dum Papam coronare suum esset* allegabant Pratensis rem explorati Iuris. Ideoq; Arnalphus Laxouiensis scribebat, *Porro illi de carcere beneficio Senatus educti, ad locum quo Apostolica insignia seruabantur, Domino miserante perducti sunt, vt electio manciparetur effectui, & electus gratiam cõsecrationis per manum Hostiensis Episcopi, ad quem hoc iure speciali pertinebat acciperet.* Et huc facit assertio Hieronymi Mantiedi I.C. Bononiensis, *quod etiam si Rex Hispaniarum esset in vrbe in Consistorio Papæ sederet post Card. Decanum S.R.E. Qui nuncupatur Card. Episcopus Ostiensis.*

p Pag. 29. d.
q In Resp. de nomin. Cardin.

Pag. 21. *Innoteſcebat namque illi liquido, Tuſcia Romandiolaue &c.* Dantes Vatum clarissimus hisce diebus Epistolam scripsit Henrico, quam nacti in peruetusto Cod. nostro manuscripto publici Iuris facere decreuimus, & describi curauimus seorsum in calce Spicilegij nostri, cum alijs nonnullis eiusdem ævi monumentis. & eiusdem Epistolæ meminit Io. Villanus, lib 9. cap. 35. Quam etiam Italicè redditam vidimus & editam Florentiæ, anno 1547.

Ibid. *at Regina grauissimis affecta doloribus; hunc Cognati necem, multorumq; Procerum.* Cognatum appellat Goleranum noto Italicismo cum, qui erat viri frater. Ioannes de Balbis in Catholic. *& est Leuir cognatus, scilicet frater mariti vel vxoris.* Scripsit autem hic Auctor anno 1286. Multi Proceres, quos Augusta deflebat, & deinceps defleuit, fuere Guido Flandrensis vt aiunt Meyerus, & Marchantius in descript. Flandr. Quem Guidonem singulari elogio prædicant Villanus lib. 9 cap. 19. & Conradus Vecerius, & Georgius Merula, qui Papiæ defunctum, & Derthonæ sepulchri honore affectum scribit: quòd Papia esset sacris interdicta. Aliorum nomina neq; sane paucorum, scribentium incuria intercepit; cum & Nepos Hentici apud Curtium legatur prorsus anonymus Veronæ perijsse, ex vulnere

r Annal. lib. 11.
s Lib. 11.
t Lib. 8.
u Lib. 10. Hist. Ver.

ipsi

ipſi illato in obſidione Brixienſi. Verum huius memoria, quæ olim extabat in Templo Sanctorum Firmi & Ruſtici, prorſus intercidit: translata Arca marmoream in horum Monaſterij, oleribus irrigandis. Et ſanè indignum facinus videtur, & principali cenſura plectendum, ſepulcra demoliri, & veterum monumenta abolire, quibus & ipſi hoſtes aliquando pepercerunt. Apud nos iſtiuſmodi graſſatorum licentia (ne dicam audacia) præclarum Soranеæ Marchionum monumentum ſublatum eſt prorſus. & vidit noſtra ætas in altiſſima pace, quod noſtri maiores in bellicis cladibus minimè viderunt. Et conquerimur non ſemel pagellas non multas æui prioris abolitas omnino, cum patiamur moles marmoreas, memoriæ inſignium virorum magno impendio erectas, diſijci nobis videntibus, & in ignobiles vſus transferri? ò Abdera? ò Abdera?

Pag.21. *Ab Aurora Miſſarum inſtaurationes ad altam diei Horam Tertiam de mane perdurabant, tẽpeſtiuaq; Veſperæ in crepuſculum Curiam vacantem tenebant.* Indignis eſt locus, & qui nos poſſit admonere Eccleſiaſtici abſtruſi moris atq; adeo conſuetudinis, quæ moderabatur actiones maiorum noſtrorum. Hora diei Tertia dicta erat Iudicum Tribunalibus, & Cauſidicorum labori; vt notauit

Lib.4.9. Martialis.

Exercet raucos tertia Cauſidicos.

11.18. Idemq; ille ſibi blandiens

Ingenti fruor improboq; ſomno,
Quem nec tertia ſæpè rumpit hora.

Aſtr.c.11. Et iure D. Petrus Neburcorum calumniam amolitur. non enim Apoſtoli hora diei tertia ebrij poterant eſſe; cum non niſi hora octaua vel nona diſcũberent omnes, qui tertia foro vacabant. Quod etiã hodie Venetijs eſt in vſu poſitum: cum hora tertia pareant Dicaſteria, ad quæ conuolant Litigatores & Patroni. eiuſdemq; Vrbis quæ vocatur ſemiterIn Comm. tia celebris eſt ab ipſo vſque Dante Aligherio, qui meminia, & ſeminonæ.

Iam vero Tertia tantum hora Miſſa olim celebrabatur. idque legitimum tempus ſcribit fuiſſe Amalarius Fortunatus Epiſcopus Treuerenſis lib.

Cap.42. 3. de Eccl. Offic. Decretum videlicet à Theleſphoro Papa: reſpectu horæ tertiæ, qua Dominus noſter

Cap.40. aſcendit in Crucem. repetitq; idem lib.4. cum Vala-

Cap.23. frido Strabone in Commentario, de Exordijs & incrementis rer. Eccleſiaſticar. Neque omnino ſilendus Io. Stephanus Durantus doctiſſimus Præ-

Cap.2.& 8. ſes Toloſani Senatus lib.3. de titib. Eccl. Ideoque recepit vſus, vt etiã hodie poſt Tertiæ horæ Pſalmodiam recitatam celebrentur Miſſæ ſolemnes; vemodiam recitatam celebrentur Miſſæ ſolemnes; veluti non niſi poſt Nonam eodem de tempore vt vocant, diebus Ieiuniorum. Hora enim nona ad ſummum, vt diximus, accumbebatur. Muſſatus enim in fine huius Libri narrat, Henricum hora ferme nona epulatum. Vt ſcilicet corporis refectioni vacare poſſent, peracto vſque quaque toto penſo precum matutinarum. Quamobrem diebus ferialibus Quadrageſimæ inſtituit Eccleſia Romana, vt Veſperæ, quæ olim hora verè veſpertina celebrabantur, ante comeſtionem recitẽtur. Die vero Dominica, vti & ceteris anni vertentis diebus, poſt prandium. Quod innuit Auctor noſter illis verbis, *Tempeſtiuaq; Veſpera in crepuſculum Curiam vacantem tenebant.* Alioqui Veſperæ vt diximus in diurnæ lucis occaſu olim celebrabantur. Aut loquitur Hræbanus Maurus de Inſtit. Cler. Amalarius (qui

Lib.1.c.7. ad hoc citat & Iſidorum) lib.4. cap.7. & Hugo de

Cap.5. Sancto Victore, Eruditionis Theologicæ lib.2.

Lectorem autem meum monitum volo, vt animaduertat, indultum fuiſſe ab Eccleſia humanæ imbecillitati, vt Nonæ hora transferretur ad Meridiem, ratione forſan Ieiuniorum; & Veſperæ vt recitarentur haud longo interuallo poſt Nonam, vt fideles luce conuenirent ad Synaxes, ad quas nocte itare non perinde tutum viſum eſſet. Neque vero errabant qui Auguſto, & Auguſtæ Miſſas ab Aurora inſtaurabãt, vt narrat noſter Auctor. Quia Amalarius Fortunatus loco ſuperius relato, narrat ſe vidiſſe Leonem Apoſtolicum diluculo intrare ad Miſſam, & ſanè ita recepit Conſuetudo, quæ eſt optima Legum interpres: de qua Scholaſtici late.

Ibid. *Octo adducti Dextrarij ſub rubeis phaleris.* Italici *Deſtieri.* Cæſarius lib.7. cap.39. *Erat Monaſterio Poledrus pulcherrimus, & tanti valoris, vt tam Epiſcopus Treuerenſis, quam Dux Lotharingiæ quadraginta, vt puto, marcas argenti offerret pro illo. Species enim optimi Dextrarij in eodem erat Poledro.* Dextrarij autem erant Equi militares. Cæſarius Cap.19. lib.11. *Erat inquit in Saxonia miles quidam Alardus nomine, qui vir fuerat tam probitatis, vt in primo torneamento, in quo miles factus eſt, manu propria quatuordecim Dextrarios acquireret.* Et hoc nomine veniebant quandoque Equi admiſſarij. Idem Cæ- Lib.eodem cap.17. ſarius *habebat Comentus proletarium pulcherrimum, quem Equaricia ſua propter fœtum nobilem deputauerat.* Et infra Dextrarium appellat, quem ſupra proletarium vocarat. Equaricia vero, ſeu Equiricia eſt armentum equorum inquit Ioannes de Ianua. Idem porro Dextrarium dici ait, quia per dexteram ducatur: quaſi non & Aſinus & Bos dextera minentur. Palifridus fuit equus delicatus, & curialis vti appellabant; Gallici *Palifroy*, Italici *Palafrino.* In Legibus Friderici Aug. Brixiæ ſancitis. Cron. Annal. lib.10.

Si extraneus miles pacifice ad caſtra acceſſerit, ſedens in Palefrido ſine armis, qui eum laſerit pacis violator indicabitur. Secus ſi laſerit ſedentem in dextrario, ſcutum in collo habentem, lanceam in manu. Rectè igitur Ioannes de Balbis Palafredum, quem Gradarium, & Mannum etiam vocat, deducit à paſſu & leni & freno, & ducendo. à Parueredis deducit Pitoeus in Gloſſario Capitularis Karolini, & mea quidam ſententia minus recte. ſunt, qui à Palla & freno, neque omnino malè, cum fuerit moris valde priſci, Equos honorarios palla inſeratos frenis ductari, vt legimus in Libro Eſther de Amane, & Mardochæo. Quod & hodie fieri audio in ſolemnibus Principum inaugurationibus: & in militari Equitum tranſuectione paſſim fit.

Ead. pag.21. *Tormentorumq; omnis generis apparatibus ingenioſos.* Ego legerem, *Tormentorumq; omni genis apparatibus ingenioſos.* Dicitur *Machina* inquit Ioannes de Ianua, *Omne quod ingenio paritur; vt Manualis Balliſta & ſimilia.* Ingenioſus igitur hic eſt *Ingegnere* vt nos vocamus. Torquatus,

Et era queſti infra i più induſtri ingegni Cant.18.
Ne' mecanici ordigni huom ſenza pari.

Et Ingenia tunc temporis erant Machinæ Bellicæ. vt conſtat ex Epiſtola Comitis Sancti Pauli ad Ducem Louanienſem, anno MCCIII. apud Godifridũ Monachum in Annalibus, edente Marquardo Fribrero.

Reſpondit nobis, quod cum iuxta cathenam antediluuiam faceret Naues ſuas protrahi, ſuas erigens Petrarias, cum inſtrumentis variis ſuper naues: nos quoque noſtra faceremus Ingenia erigi ſuper terram. Noſtratibus *Ingegni di Guerra.* Veluti quæ vocabãt Mangana, Carcamuſas, Vineas & Gattos.

Ingenium item vſurpabant notione aſtus & doli, vt quidem notant Pitoeus in Gloſſario Capitularis Katolini, & Bignonius in notis ad Marculfum.

Pag.22. *Cardinales, nec cadium inſpectores adiudicentur, Crouconum ſi ea die prerupuere.* Lego *Cardinales, ne cadium.* Eſt autem omnino operæ pretium videre cap. reprehẽſibili, & cap. ſi in morte. 23.q.8. Quo forte reſpiciebat Clericus ille Pariſienſis apud Lib.2.c.28 Cæſarium, qui aiebat, ſe vix credere poſſe, quod vnquam aliquis Epiſcopus Alemanniæ poſſit ſaluari. Quia vt ait ibidem Auctor *de ſanguine iudicant & bella*

bella exercent. Neque ſanè mitior fuit ſententia
Lib.1. c.6. Ioannis Nider, in Formicario; *Penes omnes Eccleſia in Theutonia adeo preſſa ſunt ſpinis, & mole rerum temporalium & negociorum ſeculi, vt quidam eas regentes, non ſicut olim procuratores pauperum, & animarum paſtores, ſed eſſe videantur Capitanei militum.*

Ibid. *Aſt inſequentibus ad hæc diebus venerabilis Octobonus Placentinus Aquilegienſis Patriarcha, qui & in iiſdem caſtris erat*, &c. Epiſcoporum hoc æuo ea dignitas fuit, vt venerabiles appellarentur. & huiuſce rei ſpecimen paſſim extat apud Scriptores. Verùm & Fridericus Imperator, quod maximi facio, ſcribens Peregrino Patriarchæ Aquileienſi, di-
Radgr.394. lectum & fidelem ſuum, & venerabilem appellat. Neque ſanè tunc temporis, titulorum valde copioſa ſeges fuit, quam nunc in immenſam ſyluam excreuiſſe cognouimus. Quando Amalricus Eccle-
Radgr.410. ſiæ Sanctę Reſurrectionis Epiſcopus, Alexandrum Summum Pontificem dignè Reuerendum vocat.
Lib.1. Formio cap.6. & 8. & Ioannes Nider qui floruit anno 1430. Epiſcopos Reuerendos; & Cardinales Legatos Sedis Apoſto-
Lib.9.c.51. licæ, Dominos appellat. Quomodo, & Cæſarius Dominum Veridonem Cardinalem. Octobonus autem Placentinus, quem Othonem appellat Ca-
Io. Candidus I prin. lib.6. preolus, videtur fuiſſe primũ Epiſcopus Patauinus, anno 1199. deinde Patriarcha: veluti & Paganus Turrianus eiuſdem in Epiſcopatu, & Patriarchatu ſucceſſor.

Quòd autem hic noſter ſcripſerit *Aquilegienſis*, videtur eos ſecutus, qui Aquilegiam, iuxta ſententiam magiſtri in Hiſtorijs, dictam ita eſſe aiunt,
ygotitia Vrbium. m.ſ. quaſi aquis ligatam. Nummi ſane argentei apud me tres RAIMONDI, ſeu RAIMVNDI Patriarchæ habent *Aquilegienſis*, per G.et E; extrita l. Quod vero dicit Patriarcham in Caſtris fuiſſe, hoc eò pertinet, vt in militia, & expeditione fuiſſe denotet, quas Romanis Imperatoribus Patriarchæ præſta-
Radgr.387. re tenebantur, vnà cum ſubditis, quos & aliquando indebitè vexabant. vt patet ex reſcriptis Apoſtolicis, quæ Abbatem Roſacienſem militia eximunt.

Ead. pag.22. *Præfecit in Vicarium Gerardum de Henzola Parmenſem*. Ego non ambigo huc pertinere verba Ptolemæi Lucenſis in Annalibus; *eodem*
Ann. 1285. *anno fuit Poteſtas Lucenſis Dominus Thomaſius de Lanciola de Parma*. Et lego *de la Henzola*. Fuit autem Henzola oppidum in agro Parmenſi, penes quod Gibertus Corrigia, anno Domini 1308. die 18. Iunij, Parmenſes fudit, vt habent Annal. m. ſ. Parmenſes Italici, quorum aliàs meminimus.

Pag.23. *Peſtis exemplo carens ab omni rerum memoria*. Auctor Chronici VII. Ætatum ſcribit anno Domini 1312. Fetè per orbem, in Italia maximè, cariſtiam annonæ & viris & aliorum fuiſſe, & hominum mortalitatem maximam, magis virorũ, quàm mulierum, & locupletum, quàm egenorum.
Lib.9. c.19 Meminit eiuſdem & Villanus, qui etiam cauſam importunæ luis reijcit in putorẽ Equorum, & diu-
Lib.6. turna Copiarum ſtatiua. Capreolus eiuſdem vi, vnico menſe, hominum ſeptem millia & amplius deſiderata fuiſſe ſcribit. Vecerius ac Meyerus ſtruẽ cadauerum, & fœtorem cæſorum hominum cauſantur. Cæterum Henricus Scero Monachus Altahenſis, ſubſcribens Auctori Chronici VII. Ætatum, recenſet Epidemiam maximam anno 1312. & cariſtiam vini & bladi in partibus Oceani; quam Archiepiſcopus Conſentinus in annum inſequentem obligat.

Ibid. *Hæc interruptio Gallos Germanosq; ſine fine abſumpſit, quos etiam ad has impreſſiones immoderata*
Cap.67. & 68. *ciborum diſponebat ingluuies*. Iacobus de Vitriaco in Hiſtoria Orientali, de hominibus Italicis hæc perſcribit; *Et quoniam in potu & cibo modeſti ſunt, diuitus in Orientali regione viuunt, quam alia Occidẽtales nationes*. Et. *Alemanni autem & Francigena Anglici & alij tranſmontani &c. in cibis & potibus magis ſuperflui, &c.*

Ibidem. *Inter Italicos dilectiſſimus, eximiæ auctoritatis*. Ciacconius in Bonifacio VIII. cum Albertinum Muſſatum, quem etiam citat, vidiſſet; hęc de Luca Fieſco memoriæ prodidit, *ab Italicis multum dilectus, eximiąq; auctoritatis fuit. Obijt Auenione ſub Ioanne XXII. ſepultus ad Minores*.

Ibid. *Cæſar autem ex Maieſtatis, ac Magnificentiæ ſuæ ſublimatu, non niſi apertis ruinæ mortis &c.* Hæc mutorum diſſectio Hieronicarum præmium antiquitus fuit, de qua conſulendi ſunt Vitruuius in proluera. Libri 9. Suetonius in Nerone; & nouiſ- Cap.15.
ſime omnium Bulengerus. Verùm hæc demolitio honoraria & feſtina, illa in honora, & triſtis, quam experti ſunt etiam Mediolanenſes; vti narrat Fri- Radgr.403.
dericus Imperator, ſæuitię, quam pateuerat locupletiſſimus teſtis; *Foſſata complanauimus, muros ſubuertimus, turres omnes deſtruximus, & totam Ciuitatem in ruinam & deſolationem ponimus*. Conſultiores ſanè noſtri, qui Vrbes muniunt, non æquant ſolo. Olinarum autem rami pacem præcendebant, vt nemini non notum: & tetigit doctiſſimus Petrus Victorius in Libello elegantiſſimo de Cultu Olearum & Helmonorſthius lib.3. Met. April. late explicat. Obſidenti inſuper Brixiam Henrico ſunt qui tradãt, oblatam fuiſſe Coronam Auguſtalem, quam Parmenſes eripuerant Friderico Cæſari, poſt Vrbem Victoria captam, & dirutam teſtantur hoc Notitia Vrbium m. ſ. apud me; Carrarius lib. 2. Hiſtor. Rubeor. & cũ Georgio Merula Corius. & hanc quidem Ioannes Gryphiander I. C. erudi In Cõmentar de Vvechbild. Saxon. c.70. nu.10.
tiſſimus ait fuiſſe Conradi Friderici II. filij; quam Conradi nomen præferentẽ ſe vidiſſe teſtatur Norimbergę, poſt coronationem D. Matthiæ Cęſaris, antequam in ſcrinium reponeretur. Dubitat tamẽ an illa ipſa ſit. Et illam obtuliſſe Gibertum de Corrigia ferè omnes cõſentiunt. Qui profecto debuit, quando altero Giberto Duce Parmenſes eam ſibi habuerant, vt inquit Sanſouinus in gente Corrigia. Qui præterea notat, faſtigium tunc temporis impoſitum Corrigiorum inſignibus gentilitijs, Canem venaticum è Corona proſilientem. Vt eſſet indicio Coronam acquiſitã occaſione venationis, in quam profectus fuerat animi cauſa Fridericus. Eiuſdem Obſidionis tempore narrat Petrarca viſa Lib.4 ser. memor. ca. 18.
fuiſſe portenta, Eclypſis, noui Sideris, Lunæ tergeminæ, & illa præterea omnia, quæ hic noſter ſuperius retulit lib.3. pag.18. ante ipſam obſidionem homines exterruiſſe. Quinimo & prodigium Equi- Ibid. c.19
tis in veſtibulo domus Maphæi Vicecomitis videtur in eũdem temporis articulum conieciſſe, quod Muſſatus narrat in fine lib.12. pag.68. Verùm in eo Vir Clariſſimus veniam non demeretur, quòd nonnulla prodigiorum illorum ſe puero euenisſe ſcribit, vt memoria proinde labaſſe appareat. Illud ſanè paruam excuſationem meretur, quòd à Muſſato ſe hæc accepiſſe ſcribit. Vbi Veteres Editiones Mixtarum habent pro Muſſato. Quæ Lectio Iofiam Simlerum in errorem etiam induxit, qui quẽ debuerat Muſſatum Mixtarum appellat; Quod acutè peruidit Gerardus Ioannes Voſſius, orbis hiſtorici Atlas, & Sol, in ſuo immortali Commentario de Hiſtoricis Latinis. At Petrarcam ſecuti Lib.8.
ſunt Georgius Merula, & Cauitellius.

Pag.24. *Fuere ibidem Giberij Legati*. Lego Cherij; vt ſupra, *abſentes per dies pene ſeptem præſtolatus*: deleto commate poſt *abſentes*.

Ibid. *Cuius & facta fuit oratio*. Malim vt in ora legitur; *cuius & facta fuit oratio*. Facetus. n. eſt cu- Catholic.
rialis & vrbanus, vt interpretatur Ioannes de Balbis: qui & addit Etymon facetus, quaſi fauẽs cętui.

Pag.25. *A. de Fiſtraga Laudenſis*. Hic eſt Ioanni Villano lib.8. c.61. Antonius de Foſſeracco. Blondo lib.9. Dec.2. Antonius Viſceragus.

Ibid.

Ibid. *Spe vana fui intentus in derelictum omissa.* Italicè prorsus, *lasciata in abandono la vana speranza del suo intento.* De captiuitate Fisiragæ legendus Lib.8. & Merula.

Ibid. *Abbas scilicet plebeius vir more Patriæ populi Præfectus.* Hunc Abaum vocat Villanus inflexione Lib.9.c.93. omnino Genuensi. E quo dicimus etiam Sauonam Lib.eod.c. 89. eodem magistratu vsum. Eius, qui Genuam moderabatur meminit Petrus Bizarrus, Genuensis Histor. lib.4. sub anno Domini 1289. & Plebis Rectorem appellat. & Bizarro antiquior Iustinianus lib.3. eodem anno & lib.4. anno 1307. Fuit autem hic Abbas, qui Henrico obuiam venit, Robertus Benauia, teste Iustiniano lib.4. anno 1310.

Ibid. *Millibus ferme quinque indutis similis amictus ornatu.* Tradit Iustinianus processisse obuiam Lib.4. indutos vestibus aureis, & fericis; item virgatis tũ purpuræ, tum citrij coloribus sagis.

Ibid. *Qui in Episcopali Palatio à Communitate locatus subsedit.* Palatia Episcopalia tunc temporis videtur fuisse diuersotia Imperatorum. in nostro certè Patauino, haud vno loco, huiusce hospitij gratia, comparent Imagines Henrici IV. & Bertæ Augustæ. Veteres membranæ habent hæc, *Dominus Thebaldus Franciscus Apul. Potestas Paduæ pro Imperatore anno Domini 1239. Indictione 12. intrauit Imperator Paduam, die sequenti exeunte Ianuario, & descendit ad Episcopatum: in sequenti die ad Sanctam Iustinam.* Vbi rerum patriarum curatores monitos velim, vt cogitent an non turpe sit, sacris diebus Diuorum Prosdocimi & Iustinæ, Clerum, & populum à Monachis arceri, ne solemni supplicatione, vt mea memoria factitatum est quotannis, ad illud Templum accedant, quod olim primarium fuit, Dominicum videlicet primitiuæ Christianæ plebis in nostra vrbe, quo loco Episcopi residebãt, vbi sacras synaxes celebrari moris erat, vbi fideles terræ mandari, vbi alia munia Ecclesiastica peragi.

Fridericus sane Imperator vtrobiq; in Episcopatum diuertere se arbitratus est; non quia amplitu- Lib.3. Hist. pag 96. dine & laxitate ædificiorum caperetur, vt inquit amicus noster Cauacius, sed quia Episcoporũ plures, vt res ipsa loquitur, apud Oratoriũ Beati Prosdocimi residerent, ac tumularẽtur inquit idemmet Auctor. Omnificas & pias liberalitates vestras Lib.1. pag. 14. Rossi, & Gaulme Episcopi nostrates, per quas factum est, vt ad excludendam religiosæ vrbis plebẽ, ne suos tutelares statis & legitimis conuentibus veneretur, iam de temporarijs præscriptionibus agatur. Et tu Patauium sub religiosissimo & æquissimo Principe tuo hæc vides & fers?

Ibid. *Opicinum vrbem per tyrannidem diu oppressisse.* Hæc latissimè exequitur Iustinianus, qui etiam nobis velut digito commonstrat Theodorum Palæologum Andronici Imperatoris Constantinopolitani filium, qui fuit Opicini Spinulæ Gener, & Marchio Montisferrati. Iustinianum supplere possunt Interianus vt Folieta, quibus nonnihil lucis Cap.514. addit Villanus lib.9. Quod autem Opicino exprobratur Regis Caroli, & suorum amicitia: hoc illò respicit, quòd anno 1305. Dux Calabriæ filius Caroli Regis, Genuam cum vxore profectus, hospitio Opicini vsus est, vt tradit Iustinianus.

Ibid. *Guelforum scilicet Fliscatorum* Lego, *Guelforum scilicet, Fliscatorum*; ita monente Villano. Lib.9.c.25. Qui vnus (ni fallor) Fliscatores nobis recensuit: de quibus sanè nihil habeo quod in medium afferam.

Pag.26. *Ipse quidem Pratensis erat pagi iuxta Florentiam vrbem, plebeio genere, magna virtutis ac sapientiæ vir.* De Cardinali à Prato egimus satis superque ad pag.6. Hoc vnum hic adijcimus ex nobilissimo Viro, qui pertexuit Nomenclatorẽ S.R.E. Cardinalium, Pratensem scripsisse.

De Paradiso. &

De Pontificalium Comitiorum habendorum ratione.

Vt merito iure in eius Epitaphio legatur;

Eloquium bona vita virens, discretio fulta
Consilium, doctrina vigens, prudentia multa
Ista silent; hic illa docent sunt cuncta sepulta &c.

Ibid. *Galeaz primogenitus Maphei Vicecomitis.* Hæc gemina est germanaque huius nominis inflexio, propiusq; accedens ad Etymon, quod accuratus scriptor Paulus Iouius consulto descripsit, his verbis. *Galeacius Matthæo magno genitus, nomen id nomen quod postea manauit ad posteros, primus familiæ intulit, à matre Burra loco inditum, quam ea forte in multo Gallorum cantu enixa puerum, apertis oculis alte vagientem, Gallacium appellasset, idque arridentes ancillæ sæpe repeterent, nec abnueret pater, tamquam ab aue martia militari augurio iucunde accepto.* ita Iouius.

Ibid. *subito consolasset.* Georgius Merula scribit fero aduenisse: ita Cremona Caualcabouem patiLib.8. tam.

Ibid. *Et Philippum Sabaudiensem Lacedæmoniæ Principem Papiæ Vicarium, fauorabiliorem eorum casibus fore.* Manipulus Florum de Philippo hæc habet; *Ibidem Philippum de Sabaudia, qui se Principem Achaiæ falsò titulabat, suum Vicarium dimisit, similiter super Vercellas & Nouariam. Hic contra Imperatorem tamquam proditor omnia mala ordinauit. Nã propter eius auxilium Comes Philipponus Adamfredum de Beccaria cæpit, Guielmus Caualcabos contra Cremonenses prælia multa mouit, Ciuitatem ingreditur, Iacobus de Redenasio interficitur, Galeaz Vicecomes qui in Vrbis expeditionem venerat in seruitium Imperatoris expellitur. Sicq; Guielmus Imperatoris dominatur, dominatur Passarinus de la Turre, ibidem potestas efficitur.*

Ibid. *Guarnerium de Semborc.* Hic Guarnerius apud Crusium legitur fuisse Vvaltherus Comes Mpar. lib. 4.c.1.&3. Hohenbergensis. Apud Memlam est Guarnerius Aspurgensis. Apud Iacobum Philippum Bergomatem est Comes Ocnipontanus. Militem strenuũ (velut & hic noster) appellat Manipulus Florum.

Ibid. *Vt asseruere Physicorum optimi.* Physicum pro Medico cœpisse dici à temporibus Caroli Magni nobis auctor est Ioannes Filesacus ad Ioannem Eroardum. Ideo Cęsarius apte dixit, in Monte Pe- Lib.9.c.25. sulano (hodie Monpolier) esse fontem artis Physicæ. Quam laudem (vt audio) etiam nunc Academiæ non paucæ frustra illi inuident. Thusci non Vocal.Gr. recte carmen Petrarcæ

Et se non fosse la discreta aita
Del Fisico gentil——

Interpretati sunt. ibi enim Physicus Medicus est, non Physicæ scientiæ peritus. Velut & in voce *Fisiciano*; quæ origine Gallica *Fisicien*, Medicum denotat, parum cognita Villano, *Facendosi curare à* Lib.6.c.44. *Medici Fisicum.* Nisi peccauerint Librarij, quod procliuius puto.

Pag.27. *In Palatio hæredum Benedicti Zachariæ.* Iustinianus & Bizarrus in omnia alia abeunt. Verùm quid sibi voluit Mussatus in illis verbis, *Non tamen lapidibus auroq; stabili conclusum?* Et quid illud aurum stabili? forte scripserat *muroq; stabili.* In morte autem Margaritæ Aug. insignitet falsus est Bo. V. Senecn. Lothoi. Duc. Franciscus de Rosieres, dum scribit, *Gemmam deinde cum Regio apparata monetas (Henricus) sibi coniugem morte solutam offendit.* Quæ sane paria sunt illis, Beneuenti mortuam Augustam. Voluit enim dicere Boncortium.

Ibid. *Huius insignis memoria, aiet, festus erat beatissimæ Luciæ Virginis.* Eumdem diem notat & Manipulus Florum, qui sane fuit capitalis & Friderico II. vt notauit Rolandinus, si rectè memini, & vulgauit ex vetere narratione manuscripti mei Codicis Radętus vir doctus, & ab vniuersa eruditione bonis

bonis omnibus commendatissimus. Exerrauit au-
Lib.9.c27. tem Villanus, qui Margaritam Mense Nouembri decessisse memotiæ consignauit. Neque videtur omittendum Elogium Mangaritę quod extat apud Bizarrum, eximijs dotibus & præclara pudicitia fœminam nominantem.

Ibid. *Præposito, ac duce Facio Comite nato olim Gherardi Comitis Pisani.* Huius Facij monumentum hucusque visitur Pisis in Æde Sancti Francisci, perhibente Schradero.

Florida qui miro tenuerunt culmina cursu
Fletibus aspicitis mente doloris opus.
Gloria fulgentis vrbis protensa Pisanæ.
Clauditur in tumulo stirps generosa nimis.
Hic genitor genitus Facius iacet, & quoq; Gaddus,
Quos Donoratica protulit alma domus
Kaltra sublimes Comitatus sede mebant,
Et Gaddus placide præfuit ipse Pisis.
Quo claudente sua dum ferret lumina curam
Plorat adhuc tanto plebs viduata viro.

Hic iacent domini Comites Bonifatius & Dn. Gaddus eius filius Comites de Donoratico, domini sexta partis Regni Kallaretani, quorum primus obiit anno MCCCXIII. *die* XXV. *Nouemb. Secundus vero obiit die prima Maij anno Domini* MCCCXXI. Comitis autem Gherardi meminit Villanus lib.7.cap.29. & Facius de Vberris lib.2. cap.29.& 31.& Ptolomæus Lucensis anno 1268. apud quem anno 1294. Comites de Donnorice Pisani videntur esse Comites de Donoratico.

Alterius autem Facij (nisi fuerit hic noster sed tunc minor natu) meminit Ptolemæus Lucensis anno 1284. capti videlicet à Ianuensibus in conflictu nauali, *alla Milora*. Regnum vero Kallaretanum idem auctor biennio post vocat Regionem Callaritanam hodie *Cagliari* in Sardinia. Cuius Regni initia, & sectiones cum earumdem nomenclaturis nemo (quod ego quidem viderim) exequitur me-
Pag.19. lius, quàm Iacobus Maynoldus in aureo Commẽtario, de titulis Regis Philippi. Et qua hi primites Iudices vocati sunt, dein Reges, iure scripsit Ptolemæus Lucensis anno 1294. *Comes Guelfus infirmatus est & mortuus præ dolore, videns se sic depressum, qui prius in Sardinia altus Rex vocabatur.*

Ibid. *Quamquam & rei horribilis antiqua nondum tamen dilecta memoria.* Extat Epistola Petri Regis Aragonum ad Carolum Regem Siciliæ, in qua hęc legunturpræter cętera, *influus etiam tenor tua Epistola præfatæ continebat, Regis Manfredi soceri nostri nobilem potentiam fuisse tuo marte præclusam, nec non Regis Conradi secundi nostri affinis floridam adolescẽtiam, speculatoris gladio, tuo proterno & iniquo iudicio fuisse destructam, &c.* Et hæc sane dictata fuerunt à Petro de Vineis, quem ego legebam olim in veteribus membranis fuisse origine Paduanum. Neque erat profecto cur hanc notitiam Patriæ meæ inuiderem, quæ Virum sua ætate qua stylo, qua rerum magnarum vsu maximum, forte hucusq; pro Ciue non agnouit. eiusdem natalibus iactet se vtcumq; Capua, nos certe originis primordijs contenti erimus, qui meminimus rem sacram esse fontium capita, vt aquarum decursus patere promiscuo mortalium vsui.

Ibid. *Qui capitali ac pari morte cum Corradino de Steph Alemannorum Rege.* Quare Mussatus dicat Comitem Gherardum capitali ac pari morte cum Corradino occubuisse, cum in alios non paucos tũc fuerit gladio animaduersum, explicabit nobis vetus Chronicon m. s. anonymi Auctoris, in quo hęc leguntur. *Item obiit Dominus Papa Viterbium in die Sanctorum Vitalis & Agricolæ: & infirmatur Mense Nouembri iuxta horã nonã die Sabbati nono exeunte. & iacet ad Ecclesiam maiorem Sancti Laurentij. & in sequenti die mortis Papæ decapitati fuerunt Corradinus Rex & Dux Austriæ, & Gerardus Comitem Pisanorum: & duo in vna fouea & alter ad pedes.* Cõtigerunt autem hæc vt habet idem Scriptor anno 1268. cui etiam debemus diem animaduersionis, qui sane Ioannem Villanum latuit. Nunc autem Lib.7.c.29.
perquirendum videtur quid permouerit hunc nostrum vt Corradinum insigniret appellatione de Stoph. Manipulum Florum (ita enim neutro genere habet vetus Chronicon m.s. quo sæpius vsi sumus) narrat; *Mortuo Henrico IV. Gibelino sine herede totum genus Gibelinum defuit. Sed remansit illi Henrico IV. una soror, quæ tradita fuit Comite de Scoph, & genuit duos filios, scilicet Conradum Comitem de Scoph, qui postea fuit Imperator, & Fredericum de Scoph barbam rubeam &c.* Petrus Ber- Lib.2.
tius Regius Cosmographus, qui Germaniam nobili opere illustrauit, Comitem de Scoph, siue de Pag.244.
Stoph Fridericum de Straufen appellat, cui modo iungit vxorem Agneten, modo Sophiam filias Henrici IV. Agneten nominat Hieronymus Henringhes in Theatro Genealogico: qui gentem de Pag.44.
Hohen Stauffen indigetat, monetq; diuersam esse ab illa, quæ in Brisgoia nominatur à Stauffen. Martinus autem Crusius in Annalibus Sueuicis, Lib.12.p.2.
describit Litteras Mariæ Augustæ viduæ Philippi Romanorum Regis, datas apud Stophen XIII. Kal. Sept. Indictione XI. quibus subscripserunt Bertoldus & Egeno de Stophen. idẽ alibi de mor- Lib.2.p.3.
te Conradini loquẽs. *iacuit vetus & inclyta Hohen Stauffensium familia.* Imò & lib.12.p.3. arcis ipsius Hohẽstauffensis parietinas graphicè describit nobis. At Ioannes etiam Gryphiander in accurato Cap.50.
Commentario de Vveichbildis Saxonicis promiscue Fridericum Stauffensem nominat, & familiã Hohen Strauffensem. Vbi etiam asserit certum esse in iure Saxonico per Fridericum à Strauffen Fridericum secũdum designati. & hæc satis de cognomine hoc.

Pag.27.rubr.5. *Ad se veniant orantes vti ad domũ, & thalamum Regium.* Pisæ nunc temporis quantæ celebritatis fuerint hæc verba Legatorum indicio sunt. Beniamin Tudelensis, qui hæc tempora propius attigit, hæc de Pisis. *Ingens vrbs, in cuius domibus fere decẽ mille Turres numerantur, ad pugnandum aptæ & instructæ &c.* Notitia Vrbiũ m.s. apud me, *ditissima & opulentissima est Ciuitas, & honorabilem habet Archiepiscopatum.* Porro Aulam regis ita describit Petrus Chrysologus; *Aula regis fulget* Serm.42.
auro, nitet marmore, picturis splendet, grandescit spatijs, leuatur culmine, amoenatur viretis, ipso terribilis est secreto. Verum

Nescia mens hominum fati, sortisq; futuræ.
Rectius siquidem inuitassent ad sepulchrum.

Ibid *Offerebant q, tentorij super admirabilis exemplum.* Tentorium hoc iure conferri poterat cũ illo Alexandri apud Polyænum, & altero Ptolemæi Lib.4.
Philadelphi apud Athenæum. *Anno* DCCCVII. Lib.3.
Aaron Rex Persarum Papilionem & tẽtoria atrij va- Annal. Eginocani.
rio colore facta mira pulchritudinis Imperatori misit. Et sane viros militares hæc mirum in modum semper affecerunt. Vt etiam de Carolo Burgundij Duce narrat Cominæus. Lib.5.

Ibid.rubr.6. in principio huius rubricæ, quæ Genua antiquitas est nunc, & Ianua vocatur; barbaric sæculi. Ita habet notitia manuscripta, quæ sæpe nobis sese obtulit; ita Ioannes de Balbis: ita omnes huiusce ætatis Scriptores. *Quod esset Ianua idest porta* (inquiunt ipsi) *quasi sit Lombardiæ introitus:* Vel Io. de Balbis.
à conditore Iano vt iactant. Et quidem vtriusque etymologionem habuit, qui Epitaphium conscripsit Ioanni Vice Comiti Archiepiscopo Mediolanensi.

Ianua qua antiquo quondam iam condita Iano Apud Ioa. & Schradio.
Dicitur, & vasti narratur ianua mundi.

Itaque recte aliquando amicus noster carmine Pentametro lusit

Qua

Quæ Genua indigitor, Ianua ſum rudibus.

Genua enim (inquit Hermannus Torrentinus in Elucidario carminum) nobilis vrbs Leguriæ quæ vulgo Ianua dicitur.

Verum prudenter & aptè ad veritatem ſcripſit Muſſatus, Legatos Apulum & Siculum non vno, & eodem tempore Genuam veniſſe. Vt proinde falſum fuiſſe appareat Cauitellium, qui Henricum audiuiſſe Legatos Regis Neapolis, ac Federici Siciliæ ſibi aduerſantes, in Litteras retulit.

Lib.2. Iugurta Thomaſius cautior, qui illorum aduentum aliquo temporis ſpatio diſcriminat, cognomine autem Apuli Gambateſæ hoc accidit, vt ferè ab omnibus malè haberetur, quotquot ipſius meminere. Ioannes Villanus lib.9.c.97. Hiſtoriæq; Piſtorienſes Gambateſtam; vti & Folieta lib.6. Hiſtoriar. Paulus Interianus lib.3. & Petrus Bixarus lib.5. Gambaſieſam.

Blondus Dec.2.lib. 9. Auguſtinus Iuſtinianus lib.4. Gambaceſſam. & memini me videre qui Gambatoſam appellaret. rectum eſt Gambateſa, quod Latini dicerent Crus rigidum: ita enim Gentem hanc indigitant Familiarum Neapolitanarũ ſcriptores, inter quos Angelus Conſtantinus lib.5. Hiſtoriar. Neapolitanar.

Ead. pag. 27. *Verum ex ſuſurris & comeſturis & diuerſorum arbitrationibus vulgabatur*. Ioannes de Balbis, *Suſurrium, murmur, latens locutio. Iob.8. & quaſi furtiua ſuſcepit auris mea venas ſuſurrij eius*. Atque ita capite quarto Iob, non octauo legit olim etiam Auctor Mamotropti. *Suſurrij, ideſt latenſis locutionis*.

Ibid. *De Sponſalibus agi inter ipſum Regem Regiſque filias cum Rege Roberto &c.* Si Gambateſa de Sponſalibus egit (vt potuit egiſſe) non puto egiſſe bona fide Robertum. *Spargentur enim*, vt indicat vir ſummus Chriſtophorus Forſtnerus, in Notis ad Tacitum, *A Regibus Filiæ aut Sorores in eos, quos fallere amicitiæ ſpecie volunt; vel ad tempus placare*. Fabulæ ipſæ (ſi modo fabulæ, & non potius Hiſtoriæ ſunt) iſtiuſmodi tragicis euentibus ad ſatietatem ſcatent. Hypermneſtra apud Ouidium.

Ducimur Inachides magni ſub tecta Pelaſgi:
Et ſocer armatas accipit ipſe nurus.
Vndiq; collucent præcinctæ Lampades auro:
Dantur in inuitos impia thura focos.
Vulgus Hymen, Hymenęe, vocant, fugit ille vocantes,
Ipſa Iouis coniux ceſſit ab vrbe ſua.
Ecce mero dubij, comitum clamore frequentes,
Flore nouo madidas impediante comas
In thalamos læti, thalamos ſua buſta feruntur
& cęt. Floridè & ornatè.

Ibid. *Exauditum eſt nouum*. Italiciſmus. *Fu ſentita cosa noua*. Ioannes Nider lib.3. cap.8. *Quæ noua ſtatim ad omnes adiacentes volabant regiones*.

Pag.28.rubr.8. *Tabulaq; argenteæ magni ponderis*. Menſam interpretor, quæ Italicè dicitur *Tauola*. & ſanè moris fuit etiam antiquioris haberi iſtas inter Regia clenodia. Eginartus in vita Caroli Magni. *Inter cęteros theſauros, atque pecuniam tres Menſas argenteas, & auream vnam præcipuæ magnitudinis & ponderis eſſe conſtat. De quibus ſtatuit atque decreuit, vt vna ex iis, quæ forma quadrangula deſcriptionẽ vrbis Conſtantinopolitanæ continet, inter cętera donaria, quæ ad hoc deputata ſunt, Romam ad Baſilicam beati Petri Apoſtoli deferatur, & altera, quæ forma rotunda Romanæ vrbis effigie inſignita eſt, Epiſcopo Rauennatis Eccleſiæ conferatur. Tertiam quæ cęteris & operis pulchritudine & ponderis grauitate medium excellit, quæ ex tribus orbibus connexa totius mundi deſcriptionem ſubtili ac minuta figuratione complectitur, & auream illam, quæ quarta eſſe dicta eſt, in tertiæ illius & inter hæredes ſuos atque in eleemoſynam diuidendæ partis augmentum eſſe conſtituit*. Noſtro æuo celeberrimæ fuerũt Menſæ binæ Auguſtales. Gemmia videlicet Rodolfi Imperatoris, quæ inter mundi miracula recenſeri, ac cum templo Dianæ Epheſiæ comparari abſque iniuria poteſt. Vti refert Anſelmus Boetius de Boodt. lib.2. de Lapidib. ac Gemm. cap.103. qui etiam alibi Octauum mundi miraculũ appellat. Lignea altera Vratislauiæ, in ædibus Io. Cratonis Cæſarei Medici, qua ſunt vſi Ferdinandus Imp. & Maximilianus II. qui in ipſa ſententias plenas pietatis & humanitatis ſua manu inſcripſit.

Et hæ quidem ab arte nobiles; illa à naturæ ingenio, cuius meminit Georgius Agricola lib.8. de natura foſſilium; his verbis. *Grandes autem eius (Argenti) maſſæ ſunt erutæ ex nonnullis fodinis. vna è Snebergi Georgio. cuius videndæ gratia cum Albertus Saxoniæ Princeps, vehemens ille bellator, in fodinam deſcendiſſet, & cum ſtipatoribus corporis pro menſa vſus, dixiſſe fertur: Fridericus Imperator potens & dives eſt, hodie tamen eiuſmodi menſam non habet*. Nanceij autem in Lothoringia (vt ad Menſas arte elaboratas reuertamur) duas precioſiſſimas, alteram marmoream, alteram argenteam ſe vidiſſe teſtatus eſt Iodocus Sinceres in Itinerario Gallicano. Verùm quid prohibet hiſce omnibus adnumerari Mẽſam Iſiacam, eam quę Mantuæ in Gazophylacio eſt Sereniſſimi Ducis, quam nos olim Commentario illuſtrauimus? eam ſanè Antiquitas, & Eruditio ſtudioſis ęternum commendabunt.

Ibid. rubr.9. *Ianuam liberam ab omni ſæculo ciuitatem, quæ Friderici de Stoph dominium ſpreuerat, ipſumque viribus contuderat &c.* Præclarum Encomiũ, cui etiam ad ſtipulabitur ipſe Fridericus ſcribens Friderico Grilli, & Ioanni Sttica porci, apud Paulum Panſam ſiue Thomam Coſtum, in vita Innocentij IV. Summi Pontificis; *Dedimus quoque per Litteras noſtras Marino de Ebulis ſacri Imperij à Papia ſuperius Vicario & fideli noſtro firmiter in mandatis, quod ipſe cum fidelibus noſtris & Imperij de Iuriſdictione ſua, faciat Iamenſibus qui rebelles ſunt Imperij, viuam guerram. Vberto etiam Matchiani Pallauicino Vicario in Lunexana & partibus cumuicinis fideli noſtro, de facienda guerra ex hac parte mandatum facimus ſpeciale*. Et hactenus Fridericus. neq; minor ea laus eſt, quam Genuenſibus ex hoc eodem capite impertius eſt, quiſquis ille fuit, qui Narrationem pertexuit de morte Friderici, ſtylo prout illa ferebant tempora neque inerudito neq; ineleganti; quam ex meo vetuſto Codice publici iuris fecit eruditiſſimus Gretſerus. illius hæc ſunt verba; *ſane inter alios Chriſtiane fidei & ſanctæ matris Eccleſiæ Zelantes, vos, quos indiſſolubili ligatura ligat in fidei firmitate Liguria, præcipuè gaudere deberis, quod poſt longa ſudoris certamina acquieſciſſe probemini nobis, veſtrisq; poſteris ſalutem. Demum qui pro vita veſtra conſeruatione noſcimini tam ſtrenuè propugnaſſe, lætari debetis, quod hoſtes veſtros qui quantum libet vos laſerint, libertatis titulis reſeruaſtis per mortem dicti Frederici, qui ſicut præmiſimus, in feſto B. Lvciae ſpiritum exhalauit, viribus mortificatus & ſpiritu*. Et cętera præclara admodum & inſignia.

Ibid. *Mercatoribus Longobardis, Tuſcis, Siculis & nedum Alexandrinis*. Auctor Summæ Catholicon. *Item à Ianua porta dicta eſt Ianua quadam Ciuitas potens, nobilis, pulcra & diues, iuxta mare ſita. & eſt quaſi introitus vt porta Lombardiæ, Tuſciæ, Prouinciæ*. De antiqua Nauigatione Alexandrina copioſè diſſetit, eruditèque, vt ſolet, Iſaucus Caſaubonus ad Suetonium. & neſcio quid tetigimus & nos in epiſtolicis Symbolis noſtris, in Epiſtola ad Io. Hieronymum Bronzerium. Beniamin ſanè Tudelenſis ſcribit Alexandriam eſſe commercijs omnium populorum frequẽtiſſimam, ac celeberrimam. in quibus ille enumerat præter alios, Tuſcos, Longobardos, Apulos, Siculos, Prouinciales, Genuenſes, & Piſanos. & huius commercij apud Genuenſes cauſam eam eſſe refert Iacobus Stunica in Itinerario, edito

In Bibliotheca Hiſpana.

edito ab A. Schotto clariſſimo viro, *quod cum aſperrimam terram incolant, qualis omnis eſt Liguria, victumq; haud regio facile præbere poſſit, neceſſe eſt vt aliunde quæritent, quam ob cauſam omnes fere orbis prouincias mari adeunt.* Et huc pertinet (vt ad Alexãdrinos mercatores redeamus) quod Petrus Martyr ab Angleria ſcriptũ reliquit in calce Libri primi Legationis Babylonicæ; *Galeacearum* (Venetarum) *ex Aegypto præcipue vel Syria redeuntium, ducentorum interdum millium Ducatorum ſummam ſingulæ reportare creduntur. Inde namque Gemmarum, Aromatum, Arabicorum odorum, referunt omne genus, & quidquid laſciuiæ huiuſmodi eſt in natura ad effeminandos homines: ſimul & Medicamentorum copiam ingentem per totam Europam diſſeminandorum.*

Pag.29. *In Ianua terra ſaluberrimi climatis, & aeris diſpoſitiſſimi.* Facius de Vbertis ideo cecinit, Lib.3.c.5.

Queſta Città è tutta en poggie & piano
Richiuſa tra Biſagno & Peceuere
Con lei Palagi, e'l ſito dolce & ſano.

Ibid. rubr.10. *Vt Albertinus Muſſatus Laicus.* Laicus hic opponitur Iudicibus & Iuriſconſultis, quod videlicet non eſſet adeptus gradum (vt vocant) Doctoratus. Quo ſenſu apud Ioannem Villanum legitur, de Dante Aligerio; *queſti fu grande Letterato quaſi in ogni ſcienza, tutto foſſe Laico.* Mirum etenim admodum eſſe videbatur, tot Litteras callere, & Doctrinis ferè omnibus imbutum eſſe, neq; tamen ad Magiſterij apicem peruenisse. Alioqui Laicus alibi diſtinguitur à Clerico. Vt apud Dominizonem; Lib.9.c.139. Ib.2.c.3.

Hunc Clerici flebant, valde Laiciq; dolebant.

In Commentariolo Heſſonis Scholaſtici edito à Gretſero, *Poſt eum Epiſcopus Lauſanenſis & Comes Palatinus, & ceteri Clerici & Laici, qui cum eo erant, &c.* & alibi non ſemel: nihil, enim tritius at hęc notio nihil facit ad Muſſatum illuſtrandum. illa ſanè propius accedit, quam attingit Ioannes de Ianua. *Laicus à laos quod eſt lapis. inde Laicus idem lapideus, quia diurnus & extraneus à ſcientia Literrarũ.*

Pag.30. rubr.1. lib.6. *Inſperata noua penè credita; ſed ex Litteris Canis Grandis &c.* Penè hic valet quod Latini dicunt vix, Italicè *à pena.*

Ibid. In fine paginæ; *Aſtitit conſpiciendus in eminentia Auditorij, ſic fatus. Auditorium* (inquit Ioannes de Ianua) *locus vbi conſilia & reſponſa audiuntur.* Superius pag.24. *Vocatiq; ſigillatim ad Auditorium attenti ſtetere obticentes.* Hic videtur ſignificari Audientia quam vocant.

Pag.31. *Sic ibi caſſus Poteſtatis nomen obtinens enſifer omni Abbas ciuitatis ſaluberrimus conſeruatore.* Caſſare apud hunc noſtrum & alios coæuos fuit frangere, deſtruere, annichilare, vanum facere. caſſus, priuatus. de Abbate populi dictum ſuperius eſt ſatis. Hic notandum eſt vſum fuiſſe enſe, qui & noſtris Poteſtatibus magiſtratum ineuntibus ex antiqua conſuetudine præferri ſolet.

Ibid. *Sic diſperſi ordines popularium à primo Ciuitatis euo conſuetudinum.* ſupra pag.28. Meminerat ordinum, *ſuis carere ordinibus.*

Ibid. *Ille ſcilicet Sathana filius Eccerinus de Romano.* Indulſit ſibi Muſſatus in hoc nomine, vt ad Tragœdiam ſuam reſpiceret Lector, cuius nomen conflauit ex Eccelino, & Erynni; vti vocaretur Eccerinis. & ſanè perbellè accidit, vt illius nomen vexaretur mortui, qui omnes viuos vexauerat. Eccelinum appellant Rolandinus, & auctor vitæ Sancti Antonij apud Henricum Sedulium; Icilinũ Sigonius lib.17. de Regno Italiæ; Ezzelinum Hieronymus Rubeus Hiſtor. Rauennat. lib.6. Ezelinũ Pigna lib.3. Eccellinum Turſellinus, Epitome Hiſtorianum lib.9. Acciolinũ Iouius in Elogijs; Azzolinum Turſellinus loco citato; Acciolinum Valerius Muſcheta in Vita B. Ioannis; Eccelinum vetus marmor apud Angelum Roccam, in lib. de Campanis. Verùm hæc pertractabit eruditè & copiosè Vir Reuerendiſſimus & patriarum Antiquitatum ſciẽtiſſimus Albertinus Bariſonus Abbas, in editione Rolandini, quam in gratiam Illuſtriſſimi Heroĩs Dominici Molini, orbe Litterato vniuerſo præſtolante, adornat; Hiſtoriæ Genio & afflante & plaudente.

Ibid. *Illo educatus loco, quo vndecim millium patrũ veſtrorum funera, vna ſimili nece defunctorum, adhuc viuens memoria non abiecit.* Vnam ſimilem fuiſſe necem negat Rolandinus lib.9. cap.8. affirmat Villanus lib.6. cap.74. Qui aſſerit, in illo prato, vbi viui comburium celebratum à viro tetterrimo eſt, nunquam amplius germinaſſe herbam virentem; vt appareret innocentia peremptorum. Et hoc fortè ſibi voluit Rolandus cum adhuc viuẽtis memoriæ meminit. Simile quid audiui ego à viris fide dignis accidiſſe in Collibus noſtris Euganeis in villa Tramontis. ibi Pratum olim fuit (quod etiam nũc Ruſtici duorum Compatrum appellant.) in ipſo duo Compatres Fœniſectores Falcibus ſe interemerunt multa bile perciti. eo ſanguine perfuſis in locis, quia pugna ſtataria non fuit, ſed deſultoria, nihil vſquam ſegetum matureſcit; licet multa tellure aggreſta & fimo comportato ſitus ille telluris è prato in agrum excreuerit. imò ſi quid in illis plagis, quas calidus ſanguis infecit, herbidum luxuriauerit, Menſe Maio vel circiter, totum exareſcit. Fundus autem eſt Aſcanij Zabatellæ viri lectiſſimi, qui extorſit mihi Inſcriptiunculam lingua vernacula, ſecus viam reponendam aliquando.

Ibid. *Tuitione rebellioneq; coarctari.* Videtur exprimere quod Italicè dicimus, *ad offeſa & à difeſa.*

Ibid. *& per ſemeſtre tempus Ciuitatem hanc in Libertate regere.* Hinc confirmatur quod de ſemeſtri ſpatio Præturæ ſuperius diximus.

Pag.32. *Nec audire pigeat quem aliàs obaudiſſe pœnituit.* Videtur legendum *non pœnituit.* Sed ex ſęculi notione abundabit negatio. obaudire enim tũc erat malè audire. & ſanè Muſſatus hic Ammianũ Marcellinum imitatus eſt, quem etiam in totius operis ſyntaxi videtur ſtudioſè expreſſiſſe. Iulianus enim Apoſtata lib.22. dictitaſſe legitur, *Audite me quem Alemanni audierunt & Franci.*

Ibid. *Puta Regi Franciæ Regnum Arelatenſe, tractumq; Rhodani vſq; in Alemanniæ fines.*

Regnum Arelatenſe olim portio Romani Imperij fuit, quod indicare ſatis poteſt Archiepiſcopus Treuerenſis, qui inſcribit ſe Archi-Cancellarium Regni Arelatenſis, vt in Bullæ Caroli IV. cap.2. & 3. Teſtantur hoc & Ioannes Villanus, qui Philippum Franciæ Regem à Ioanne Pontifice titulum expetijſſe ſcribit Regni Arelatẽſis & Viennenſis, filio conferendi; & N. Stero Altahenſis in Chronico quod edidit Freherus; qui ſub anno Mccxciv. hæc habet, *& Adolphus Romanorũ Rex, plus fauens Regi Angliæ, repetiuit à Rege Francia Regnum Arelatenſe, & quaſdam alias terras & prouincias, quas dicebat eſſe Imperij,* & cętera: & Ptolomeus Lucenſis, qui Steronis verba nobis interpretabitur, qui alias terras & prouincias, quas tetigit nobis non explicuit. *Eodem anno* (Mcclxxiii.) *Filius Rodulphi primogenitus intrauit terras Comitis Sabaudiæ pro iure Imperiali, & deuaſtauit:* Hermannus Nuenarius, de Origine & ſedibus priſcorum Frãcorum, qui hæc tetulit ex Procopio; *Idem Auctor Libro tertio ſcribit, Germanos Galliam debellaſſe, permiſſuq; Iuſtiniani Cæſaris poſſidendam accepiſſe: vnde inquit & Arelate nunc habitant.* Sed omnium clariſſimè homo Gallus Robertus Gaguinus, qui in Carolo V. ita tradit; *Traditum à Gallis Scriptoribus cõperio, Imperatorem quibuſdam caſtellis terra Delphinatus donaſſe Delphinum: eumq; in Arelatenſi Regno Imperio Vicariũ inſtituiſſe Arelatem enim Regni Burgundorum primariam ciuitatem & caput fuiſſe, Imperioq;* Lib.10.cap. 198. & 225.

Pag. 21. l. 2. & 3. & 22. l. 22. & 23. l. 1.

Ibid. Ita Lucianus Patavinus Commentator Pignonii. Ita apud Lucianum Patavinum Commentatorem Pignonii. *Apuleium Apologiæ cap. 6. Mortui hic Aquilius Accipitrum, quæ pugnacissimæ corporum animalia sunt, ultro publicè & privatim per domos curam habuit.* Ita Lucianus Patavinus. De hoc publico & privato studio circa Accipitres ipsius Aquilii, quæ pugnacissima sunt animalia, *per domos* nempe *publicè & privatim* Apuleius. *Ita Lucianus Patavinus Commentator Pignonii.* Ita apud Lucianum Patavinum Commentatorem Pignonii. *Apuleium Apologiæ cap. 6. Mortui hic Aquilius Accipitrum, quæ pugnacissima corporum animalia sunt, ultro publicè & privatim per domos curam habuit.* Ita Lucianus Patavinus. De hoc publico & privato studio circa Accipitres ipsius Aquilii, quæ pugnacissima sunt animalia, *per domos* nempe *publicè & privatim* Apuleius.

Ibid. Ita Lucianus Patavinus Commentator Pignonii. Ita apud Lucianum Patavinum Commentatorem Pignonii. *Apuleium Apologiæ cap. 6. Mortui hic Aquilius Accipitrum, quæ pugnacissima corporum animalia sunt, ultro publicè & privatim per domos curam habuit.* Ita Lucianus Patavinus. De hoc publico & privato studio circa Accipitres ipsius Aquilii, quæ pugnacissima sunt animalia, *per domos* nempe *publicè & privatim* Apuleius.

Pag. 24. l. 1. & 2. Ita apud Lucianum Patavinum Commentatorem Pignonii. *Apuleium Apologiæ cap. 6. Mortui hic Aquilius Accipitrum, quæ pugnacissima corporum animalia sunt, ultro publicè & privatim per domos curam habuit.* Ita Lucianus Patavinus. De hoc publico & privato studio circa Accipitres ipsius Aquilii, quæ pugnacissima sunt animalia, *per domos* nempe *publicè & privatim* Apuleius.

*Ibid. Ita Lucianus Patavinus Commentator Pignonii

cap.8. vbi recenſentur terræ, castra, & cõfinia Pedemontis. Ab eadem originatione est Pede-montium Ducatus Sabaudiæ.

Ibid. *Agresti Harpe nequiter interfecto.* Ioannes de Ianua in verbo Arpax, ita hæc illustrat. *Arpe enim grece rapere, & est instrumentum Orci* (Plutonem intelligit) *Ferreus uncinus dictus, quia arripiat quod in puteum cadit secundum Papiam.* Hunc uncinum etiam nostri appellant *Rampicone.* Et sanè accedit ad figuram Harpes, quę fuit Persei gestamẽ, vt videre est in Arateis Grotianis pag. 41. & in Notis 53. At germanam Harpen, quam intelligit hic Auctor nostrates Rustici vocant *Ronchetto.* De facto autẽ huiusmodi necis narrat Bartholomæus Burchelatus Physicus Taruisinus & Philologus scriptis editis clarissimus, & amicus noster, lib.4. Commentarior. memorabilium, Ricciardum anno MCCCXII. ob patratum indicens facinus, à coniuratis cum latrunculis luderet, rustici percutientis manu, cæsum fuisse. indignum hoc facinus aperiũt Georgius Pilorius lib.4. Historiæ Bellunensis, & Ioannes Bonifacius V. Clarissimus: sollicitatam videlicet vxorem viri Nobilis Altenerij de Azonibus.

Ibid. rubr.10. *Premissis etiam qui sata, vineta, & fruices vastarent.* Noluit dicere, *præmissis vastatoribus.* Quod sane Rolandino religioni non fuit. lib.10. cap.5. *Ergo die Mercurij penultimo Mensis Augusti, in supradicto anno Domini* MCCLVI. *Movit militiam suam totam, movit etiam magnam peditum quantitatem, præmisit Balisterios, & Vvaldanam, omnesque Guastatores cum illis.*

Pag.35. rubr.11. *Gherardus de Henzola Potestas confestim in suffragium Beltramum Gulielmum, Lanceam de Opicengis Pisanum, cum stipendiarijs illico transmisit.* Biltramus Gulielmi fuit Cathelanorum ductor, vt paulò superius asserit Auctor. Lancea de Opicengis videtur fuisse exul Pisanus: tum quia militabat Gelfis: tum quia narrat Ptolemæus Lucensis, anno MCCXCIII. Comite Guidonem de Montefeltro, Pisarum dominũ, Calcinariam proditione cepisse ex negligentia Opizingorum. Accedit Ioannes Villanus, qui lib.7. asserit Vbizingos Pisanos, post Comitem Vgolinum carceri mancipatum, cũ alijs nobilibus Gelfis fuisse Pisis electos. Cap.120.

Pag.36. *Bernardus Lancea, & Borgarutius.* Scribo; Bernardus, Lancea, & Borgarutius. & infra, *detecta equorum hinnitibus,* non detenta.

Ibid. *Marchia Taruisina flos & supremum decus Tiso de Campo Sancti Petri natus olim magni Tisonis &c.* Hæc omnia Bernardinus Scardeonius transtulit ad Tisonem nouellum lib.3. class.13. pag.291. patum pensiculate; & ratione temporum insuper habita.

Ibid. *Cui Gulielmus nomen erat antiquum paterna domus.* Rolandinus lib.2. cap.9. meminit Gulielmi senioris, & Scardeonius tres eiusdem nominis recenset.

Ibid. *nos velut per mediterraneas aquas cymbam nostram dirigare, quo sublimioribus velis Tyrrheni maris procellas fortioribus impulsibus percurramus.* Amabant tunc temporis scriptores conatus suos aptare huiusce modi artis nauticæ translatis. Rolandinus Mussato antiquior, in ipso statim Prologo; *vt me qui parua naucula vectus, la cũ tanta profunditatis quasi præsumptuosus ingredior, faciat in sequentibus periculorum transire procellas, & ad portum salutis absq; naufragio deuenire.* Ioannes Boccaccius vir amœnissimi ingenij totos ferè quindecim Libros de Genealogijs Deorum non aliter exorsus est. Dantes ipse politissimo carmine auspicaturus 2. Cantic.

Per correr miglior acqua alza le Vele
Homai la nauicella del mio ingegno,
Che lascia retr' a sè mar sì crudele.

Benedictus Cæsenas in Libello de Honore mulierum,

Vedi Madonna che'l mio Legno à porto
Dalta letitia spiega le sue vele,
Fuggo la notte oscura e'l camin torto.

Et Antiquiores passim Poetæ præsertim.

Pag.37. Longobardiam siquidem Moderani accipiunt. Ioannes de Balbis. *A modus dicitur modernus, idest istius temporis.* Videtur legendum à modo. *Sicut ab Oriente montes Gallicorum.* Librarius videtur inuerrisse situm plagarum Cęli, vt etiam in ora Libri monuit Cl. Osius. *Sabaudia, Fortiniacum, Gebena.* Sabaudia per se nota est. de Gebena dictum supra. Fortiniacum videtur esse *Foncigny,* seu *le pais de Foncigny* apud Paradinum in Chronico Sabaudico, lib.1. Pingonio Foucigniacum, in Indiculo Prouinciarum Sabaudicarum. *Ab Oriente mare Adriaticum, seu Venetiarum.* Ea fuit dignitas inclytæ, & nunquam satis laudatæ Vrbium Vrbis, vt mare, quod antea Hadriaticum appellauit Antiquitas vniuersa, Mussati ætate Venetum appellaretur, vt ex Iohanne Boccaccio discimus, ringente licet, factumq; improbe calumniante. *Ab Austro alpes Lunæ, quæ ab Ianua in Bononiæ fines exclusiue inga protendunt.* Alpes Lunę vocat hic noster Apenninum: cuius rei testem aduoco Rutilium Numatianum in Itinerario, vbi Ligurum Etruriæq; meminit, Cap.4.10. Lib. de Montibus. Lib.1.

Excubijs Latijs prætexuit Apenninum,
Clausträq; montanis vix adeunda vitis.
Inuidiam timuit Natura, parumq; putauit
Arctois Alpes opposuisse minis.

Quem eumdem elegantissimis versibus Vrbem Lunæ celebrantem, illustrabat pluribus amicus olim noster Iosephus Castalio piæ, & recolendæ memoriæ; cuius eruditionem æque ac ingenuitatem septem gemini colles adhuc suspirant. Lunam verò, cum hæc perscriberet Mussatus, dirutã fuisse testatur Ioannes de Balbis, in v. Luna. Cęterum videtur Mussatus Apennino Alpium nomen indidisse, quia hisce est ad Vada Sabbatia annexus vt testatur accuratissimæ diligẽtiæ vir Philippus Cluuerius Introduct. Geogr. lib.3. cap.32. *Ab Aquilone Tridentina, Aquilegiensesq; ora.* Has Alpes, seu potiùs earum adicus graphicè descripsit Ioannes Iacobus Conturbius Mediolanensis Libello vernaculo. *Is namque ambitus duas olim veluti regiones Aemiliam scilicet & Liguriam nostra posteritas nuncupabit.* Hæc verba neque ipsa forte sanitas poterit sanare: non ideò tamen desperandum, sed audendum potius aliquid, veluti si legamus; *Id namque ambitus duas olim veluti regiones Aemiliam scilicet & Liguriam nostra posteritas nuncupabit.* Scio equidem conscriptas fuisse ab hoc nostro Historias non Vaticinia. Verùm cum ille videret siue à consuetudine, siue à scriptoribus hanc denominationem inualescere, eam forte sentẽtiam animo complexus est, vt & posteri hoc approbarent. Certum illud est Mussato scribente immutatum fuisse ferè omnem antiquorum rationem, qua Italicas Prouincias distinxerant. & testatur desertis verbis Cluuerius Italiæ antiquæ lib.1. Exemplo sit Gunthetus lib. 11. de Italia scribens, Cap.4.

Aemilia primam fama cognouimus vrbem,
Qua velut ex Aquila, cũctarum Rege volucrum,
Nomina clara trahens, Aquileia rite vocatur.
Metropolin Ligurum dicam, sudemq; suprema,
Quam Mediolanum Ligus incola nomine vrbẽ;
Siue quod in media quadam tellure, medulla
Omnibus ingenuis acerrima rebus abundat,
Seu quod ab inuento traxit ista vocabula Porco,
Lanea qui medio portabat vellera tergo,
At quam præcipuo Venetus colit ordine sedem
Nomine non alio quam tellus ipsa vocatur:
Vrbs opulenta nimis, quamuis circumsonet illam

Direptumq; ab equo dextrâ complectitur hostem,
Et gremium ante suum multa vi concitus aufert

Ita scribit, *hoc de historia tractum est: nam Caius Cæsar cum dimicaret in Gallia, & ab hoste raptus equo eius portaretur armatus, occurrit quidam ex hostibus, qui eum nosset, & insultans ait Cæsar Cæsar (alii legunt Cesse ô Cæsar) quod Gallorum lingua dimitte significat. & ita factum est vt dimitteretur, &c.* Citantur autem hæc ex Ephemeride ipsius Cæsaris.

Pag.40. *Locum hunc (si continuatæ per colonos ab antiquo famæ credamus) Romani in metallum damnatos fodere.* Nos olim Commentarium nostrum de seruorum ministeriis, hac eadem Annotatione insignuimus, cum nondum Historias Mussati vidissemus. & sanè locus etiam ipse apud bonos Auctores Custodiæ nomine significatur. At Lapidicinas hisce prorsus similes notauerunt & alij; veluti Iodocus Sincerus in Itinerario Gallico, & Papyrius Mussenius, in descriptione Franciæ per flumina, in Curantono: cuius verba hic subiungimus, ob loci ingenium Custodiæ Vicetinæ persimile.

Pag.244.

Pag.70. 116. 118.

Pag.610.

Sub qua spatiosæ cellæ visuntur ingressu stricto, nec quicquam intùs potest videri, nisi funalia, aut lucernas, aut paleas accensas præferri iusseris. intus autem spectantur variæ imagines seu figuræ, aut hominum, aut ferarum, aut vestium, aut columnarum, aliarumq; rerum, quas magna voluptate, atq; delectatione animi, qui præsentes sunt, aspiciunt, cum subterranea loca illa ingrediuntur. Labyrinthus etiam ipse, quem Creticum appellant, nihil aliud est, quàm Lapidicina; vti obseruat, & describit Petrus Bellonius Observation. lib.1.cap.6. vt proinde falsus fuerit Petrus Martyr ab Angleria, qui Labyrinthum appellat.

Lib.11. Decad. Babyl.

Verùm exactam Custodiæ delineationem si quis requirat, sumat in manus Epistolam Ioānis Georgij Trissini viri suæ ætatis doctissimi; quæ extat apud Leandrum Albertum. At fumus, qui nostros olim arcuit ab ingressu Speluncæ, fecit vt isthæc latibula auorum nostrorum memoria minus essent tuta, anno videlicet MDX. Germanis agrum Vicetinum diripientibus; vti narrant Andreas Mocenicus Leonardi filius lib.3. Belli Cameracensis; qui LATOMIAS appellat: Petrus Bembus lib.1. patriæ Historiæ, qui CONCAMERATIONEM antiquitus effodiendis ad ædificationes lapidibus factam: Petrus Iustinianus lib.11. qui CAVERNAS & SPECVS: Franciscus Guicciardinus libro 9. qui CRIPTAM vocat, nunc CVBALVM appellamus voce Latina barbara originis Germanicæ, cuius meminit & Facius Vbertus.

Lib.3. & 3.

La maggior nouita, che li si pone
Se è a vedere el Couol de Costogia
La doue el Vin si conserua & ripone.

Quòd etiam hodie fit æstiuis præcipuè temporibus, quibus Vinum algore aduersus sitim excitatur. & sanè habent viri Patricij, qui illos tractus delicatis Villis excoluerunt, vnde se iactent, obtuantq; vernaculis Ventorum ductibus ijsdemq; salubribus, luxum, & fastum in hoc genere Italiæ vniuersæ, Cubalum autem, vt diximus, vox Latina barbara est. vt patet ex Notitia vrbium m. s. quæ portio est Bibliothecæ meæ, quamq; sæpè citaui. *Est locus (inquit) in Ciuitate Veronæ vocatus Arena, rotundus, per totum magnis saxis vndique constructus & perfilatus: cum Cubalis intus, & multis Antris multiformiter redimitus.* Cobel dictio Germanica est, qua insignitur Arx in Alpibus Tridentinis, cuius accurata descriptio extat apud Petrum Bembum lib.9. Historiar. vbi hæc leguntur, *ea quoque Arx, quam Cuolum appellant, eorum deditione, qui illam custodiebant, ad Rempublicam redijt.* Bembo adijci potest Itinerarium Francisci Schotti I. C. & Senatoris Antuerpiani, quod inscripsit Italiæ Germaniæq; Libris quatuor.

Cæterum hæ nostræ Latomiæ (vti eas appellat Mocenicus) Syracusiis fortassè non absimiles fuerunt, quarum meminerunt nostras Pedianus, Varro, & Festus, referente Francisco Mario Grapaldo, in Libello, quem edidit hoc titulo; *de verborum explicatione, quæ in Libro de Partibus Aedium continentur.* Varro sanè vocem Custodiæ illustrat his verbis, *Carcer à coercendo, quod extrà prohibentur in hoc pars quæ sub terrâ Tullianum, id eo quod additum à Tullio Rege, quòd Syracusis, ubi simili de causa custodiuntur, vocantur Latomiæ.* & Hasce Syracusanas describit Thomas Fazellus, de rebus Siculis, prioris Decadis lib.4. qui hodie tagliatas appellari nos docet. Qui & plures recensèt, vtque præter cæteras specum, in quo Echo non modo vocis editæ, sed & submissæ quoque, neque natura vt alibi, sed arte certa responsa referuntur. Idemque eiusdem Decadis lib.6. tres Lapidicinas Selinuntinas in Literas retulit, in quibus spectantur adhuc rudes columnæ, & impolitæ moles, multa cum iucunditate eorum, qui illo accedunt. addit insuper has Lapidicinas non modo ab eruditis, sed & a rudi quoq; vulgo, & ab accolis Latumias ad hanc vsque ætatem appellari. & mirum esse, quòd ea vox cum Græca sit, tot annos & inter barbaras, quæ Siciliæ postmodum imperarunt, tot nationes, rusticosq; ipsos, incorrupta perseuerauerit. post Fazellum nouissimus omnium, quod ego sciam, de Latomijs Syracusanis perscripsit Vincentius Mirabella & Alagona Eques Syracusanus, & quidem Italicæ, qui loca Ciceronis, Varronis, Diodori, Thucydidis, Plutarchi, Æliani, & Suidæ aptè coagmentauit; idemq; citat Turnebum Aduersarior. lib.22. c.17. & Andream Schottum ad Controuersias Senecæ, Controu.17. differentes an Latomias vel Lautumias scribere rectius sit. Et ab istarum Latomiarum ingenio videtur Io. Barclayus Mythistoricorum eruditissimus Antesignanus, arripuisse ansam confingendi, in sua politissima Argenide, Antrum illud in domo Timocleæ, in quo subterranea porticus in longum porrecta abibat in varios colles, nisi quis malit arripuisse Monitum à Leone Baptista Alberto, qui Arces Cuniculis instruit, qualem delineauit Torquatus Tassus Poetarum nostri sæculi princeps, Hierosolymæ Libert. te Cantu 10. ad turcicam vide'icet locorum, effigiumque hominum; quod tamen malè cessit C. Mario iuniori, vti indicant Vellems Paterculus lib.2. Histor. & Plinius in Viris Illustrib. Et hæc nimis multa sufficiùt in gratiam Loci exteris curiosis celeberrimi.

Lib.1.

Libro 4. de L. L.

Lib.5. de re æd. 5.

Pag.41. *Ac demum declinante vespere, impellente Alberino Mussato, cui forte vehendo vexillo Quarterij Pontis Molendinorum fors obtenerat.* Quarteria sunt Regiones vrbanæ, quarum extat mentio apud nos tanè frequens, & perantiqua. ita Florentiæ actitatum testes sunt Villanus & Borghinus. ille lib.3. cap.2. hic Discursuum par.1. pag.28. alibi Sexteria, Villano *Sestiere*: vt Venetijs & Florentiæ. Romæ Regiones, hodie Rioni. Quarteria apud nos quatuor numero sunt, quorum hæc sunt nomina, Pontis Molendinorum, Pontis Altinaris, Domus, & Turricellarum. Domum, Cathedralem Ecclesiam intelligimus, patente Italicismo, qui & alibi obtinuit, veluti Augustæ Treuirorum, docente Ortelio in Itinerario: vbi summum Templum Dom appellant.

P.p.61. Pag.67.

Pag.42. lib.8. *Cum inuestigatione per internuncios, amicorumque & peregrinorum documenta sollicitudo non defuerit.* Ammianus Marcellinus initio libro 15. profitetur & ipse quæ videre non licuit per ætatem, se ex interrogatione eorum, qui versati essent, cognouisse. Verùm hoc eo periculo fit, vt veritas quandoque corrumpatur. Quod sibi accidisse conqueritur senè Paulus Iouius in Epistola Italica ad Hannibalem Raymundum; in ijs quæ de Azalio tradiderat Cherium propugnante lib.38. Historia-

gitized by Google

...ntur dicebat. Quod autem in exhibendo Libro ...
...ntiam Legatus fecit, id ...
...ntiam Legatus fecit, id ...
...ntiam Legatus fecit, id

triis in barbaros mores degenerauimus, q legeret fragmenta ridendus veniret. occineretur q; illa cantio Syrophœnissæ, *nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum*. Amoueri. autem mensas antiquissimum fuit; veluti ex Virgilio discimus

Lib. 2. Aen.

Postquam exempta fames epulis, mensaq; remota
Amissos longo socios sermone requirunt,

Et

Postquam prima quies epulis, mensaq; remota

erat enim locuturus Æneas,

Decad. 2. lib. 3.

Ead pag. 43. *Fari mihi inter vos, tantò in rerum discrimine*. Hæc oratio Henrici, (quam etiam Blondus, in his quæ de Henrico digessit, vidisse visus est,) nihil habet eorum, quæ commentus est Sansouinus. Qui Henricum ita differentem inducit, ac si Pontificem Roma ejicere voluisset. *Quid me ex Augusta urbe Regia in hanc Italiam adduxerit*. Hæc Augusta vrbs Regia videtur esse Aquisgranū ex Petro Bertio lib. 1. Germaniæ suæ. Qui etiam citat veterem, & inde à Caroli ipsius temporibus positam Inscriptionem,

Carolus insignem reddens hanc condidit urbem
Quam liberauit post Romam, constituendo
Quod sit trans Alpes hic semper Regia sedes
&c.

Æneas Siluius in Apologia ad Martinum Mayer, *omissimas Aquisgranum Germanici Regni Sedē, vbi Palatium illustrat a Germania nobilissimum, Cæsarum, qui ex Theutonicis rerum potiti sunt, egregias ex lapide statuas asseruat &c.* Vidēdus & Philippus Cluerius Introductionis Geographicæ lib. 3. cap. 9.

Ibid. *Nisi vt meum carum visitem Senatum Populumque Romanum, quo exultante in Capitolium vehar?* Huc facit Epistola editionis Gretserianæ, alterius Henrici Regis Romanorum, Consulibus, Senatui, populoq; Romano; *Diuina disponente gratia, postquam regnum patrium nostrum intrauimus, vrbem, caput & sedem nostri Imperij pio affectu visere optauimus*. Eodem spectant verba Legatorum Romanorum apud Frisingensem lib. 2. cap. 21. *Cur enim suum visitaturus populum non pacificè adueniret?* De populi exultatione prosequentis Imperatorem in Capitolium veterum Scriptorum testimonio consignata res est. Iuuenalis

Sat. 10.

—— *hinc præcedentia longi*
Agminis officia, & nimeos ad frena Quirites,

Lib. 3. el. 3. Propertij,

Qua videam spoliis onerato Cæsaris axe
Ad vulgi plausus sæpe resistere equos,

6. Cons. Hon. Claudiani,

Hinc te iam patriis Laribus via nomine vero
Sacra refert, flagrat studijs concordia vulgi,
Quam non illecebris dispersi colligis auri.
Nec tibi venales captant araria plausus
Corruptura fidem: meritis offertur inempta
Pura mente fauor ——

In quibus tangit Poeta Cæsarum Cōgiaria; quæ Populus Romanus his etiam temporibus aliquando non destitit flagitare; vt indicat Oratio Romanorū, cuius antea meminimus, ad Fridericum Augustum, ex Orhone Frisingensi, *Officialibus meis, à quibus tibi in Capitolio acclamandum erit, usque ad quinque millia Librarum expensam dare*.

Ibid. *Qui ab Apostoli Petri limine repellar?* de Liminibus Apostolorum doctam & accuratam animaduersionem videre est apud Illustriss. Card. Baronium in Annotationes ad Martyrologiū Rom. 18. Nouembris. Dixit autem inuidiosè Henricus se repelli ab limine Apostoli Petri; tùm quia illud limen cunctis Christianis patebat; tùm quia limen in vniuersum nemini non patebat. Iuuenalis Mem. 124. Sat. 3.

Limine summoueor: perierunt tempora longi
Seruius ——

Ad quem locum Interpres apud me manuscriptus hæc habet, *limine summoueor, hoc vult inferre, nullius est confirmatus in alicuius amore, quem detrahēdo inimicum non reddant. limine enim ponitur pro intima familiaritate. Sic Virgilius de Turno dolet de limine pelli*. Locus autem Virgilij est in 7. Æn.

Stirpem admiscem Phrygiam: se in limine pelli.

Vbi Seruius vulgatus hæc tradit; *se limine pelli, interiore familiaritate. Iuuen. Limine sum motor*: Hæc tamen interior familiaritas Linunis nomine Senecæ vsurpata non est. *Est proprium superbiæ magno æstimare introitum ac tactum sui liminis, pro honore dare vt ostio suo propius assideas, vt gradum prior intra domum ponas, in qua deinceps multa sunt ostia, quæ receptos quoque excludant*. Vti nec Horatio

Libro 6. de Bonif.

Forumque vitat & superba Civium
Potentiorum limina.

Seruius tamen ad illa 2. Georgic.

—— *penetrant aulas & limina Regum*

Per limina interpretatur interiorem familiaritatem, & hæc sint obiter dicta de Limine.

Pag. 44. *Stephanus de Columna vir insignis*. Præconium huiusce Stephani & laudante & laudato sanè dignum exstat apud Franciscum Petrarcam, scribentem Carolo IV. Cæsari, Henrici nepoti, in hæc verba; *siquidem magnanimus olim vir & memorabilis Stephanus de Columna, cuius erga gloriosissimum Avum tuum Romanum Imperatorem fides tanto orbe notissima est, & qui diem suum, teque, quem non aliter quam Christum Simeon expectabat, videre senio victus & præuenire morte non potuit*. Et paulò infernus. *Ioannes de Columna illius Stephani magni nepos &c.*

Lib. 10. ep. 4.

Ibid. *Nicolaus de Comite se gratuitum deens, cingulumque militiæ a Rege Carolo Roberti Regis genitore susceptisse ait*. Hic Nicolaus videtur fuisse

—— Comitum de gente latina

Vt cecinit Andreas Fulvius. Quæ Gens tres Protifices summos continuata pene serie effudit, Innocentium III. Gregorium IX. Alexandrum IV. quos Onufrius in Chronico Ecclesiastico Comites, Signiæ appellat. de Comite autem quod nomnat ad illam cognominandi normam factum est, qua etiam alibi vsus est; veluti de Corrarodulo, de Lucio, de Flesco, de Columbiano, de Fisiraga: licet lib. 6. pag. 321. Demetrium de Comitibus, non de Comite extulerit. At quid in mentem venit Sansouino, cum de Nicolao de Comite fecit Comitem Nicolaum de Vrtinis; cui etiam affinxit Orationem, à Mussati vestigijs omninò abeuntem. Quod autem Nicolaus obtitare libi Cingulum militiæ à Carolo Rege collatę affirmauerit, quo minus Henrico obtemperaret, id poterat sanè hominem excusare. Philippus enim Rex Francorum, audiens expeditionem parari ab Henrico contra Regem Robertum. Cæsaris progressum non multi fecit, quod (inquit Mussatus) *sibi hunc Henricum fidum militem creatum, educatumq; dilexerit, redimitumq; se non verius fuerit, nec se aduersus illa insolentia clarum prosus reputauerit, &c.* Vbi notandum est Henricū Fidum militem dici: ac si ex collatione Cingulī fidelitas aliqua (vt tunc tēporis loqui consueuerant) collatori à suscipiente esset præstanda. & profecto huc facit, quod sequitur de Annibaldo, Ioanne, & Thebaldo, *Regi Romanorum se paratissimos, in omnem casum*. & aduersus omnes *cognationis suæ, singulis* (non singulis) *dumtaxat exceptis*. Cingulum porro militare fuit solemnis rei militaris symbola. & patet ex his Martyrologij verbis *item Antiochiæ Sancti Hesychij martyris, qui cum esset miles & præceptum audisset, vt quisquis non sacrificaret idolis, cingulum militiæ deponeret, repente cingulum solui*. Veluti & illa antiquiora apud Virgilium

Lib. 1. Antiquar.

18. Nou.

Lib. 16. p. 92

Lib. 12.

—— *infelix humero cum apparuit alto*
Balteus, & notis fulserunt cingula bullis.

Vnde factum est, vt Mussati ævo, norma &

ritu satis antiquiore, cingerentur qui Equestrem militiam auspicabantur. Manipolum Florum. *Fa-*
ctis sunt in ista Coronatione pro Imperatore Milites ac-
Lib. 9. c. 10. *cincti* Lxxxx. Ioannes Saresberiensis in Policratico; *Vide iam inoleuit consuetudo solemnis, vt ea ipsa*
die, qua quasi militari Cingula decorantur, Ecclesiam
solemniter adeat. Gladioq; super Altare posito & obla-
to, quasi celebri professione facta, se ipsum obsequio Al-
taris deuoueat. Erat hæc erat Cinctura Equestris, cuius meminit Epitaphium Ioannis Cacij Episcopi Patauini, apud nos, in Canonica Templi Cathedralis.

Qui cum prole sua cinctura fulsit equestri,
Inq; sacerdotum Canone Doctor erat,
Hic iacet Antistes Cacij de stirpe Ioannes
Cuius nomen humi, mens vicet astra super.

Damus autem hos versus exscriptos oculata fide, non fide Laurentij Schraderi, qui secundum & quartum, proiit ipsi libuit, mutauit. Successit autem in Episcopatu Ioannes Bellinus Martyri, anno 1149. Cacciaguida apud Dantem

Parad. Cit. 11. *Poi seguitai lo imperador Corrado,*
Et ei mi cinse de la sua militia
Tanto piacer li oprar li fecem in grado.

Vbi, quod se cinctum à Conrado militiam refert, de Equestri militia intelligendum est absque controuersia. Ioannes enim Episcopus, cuius Inscriptionem sepulcralem retulimus, fuit miles & doctor, vt habet vetustus Indiculus Episcoporum Patauinorum, manuscriptus apud me. Et quæ leguntur apud Ioannem Boccaccium in præfatione Genealogiæ Deorum; *si satis ex relatis Domini Parmen-*
sis egregij mihi sum &c. perperàm Italicè versa sunt. ibi enim Miles Equitem significat, non quem nos dicimus *Soldato.*

Ibid. *Annibaldumq; Militianum palatia, munitio-*
nesque ac Turrim S. Adæti, & Coliseum, quorum pos-
Lib. 1. Antiquar. *sessor erat, &c.* Andreas Fulvius:

Inde per antiquæ vestigia prisca Suburræ
Ad fora deducar quondam pulcherrima Neruæ,
Turris vbi assurgit Comitum sublimis ad auras,
Quas modo distantes modico discrimine Turres
Pontifices summi Comitum de gente latina
Fundauere ambas, ne vis & monimenta suorum.
Altera quæ maior Comitum cognomine dicta est
Altera Militiæ quæ surgit ad æthera Turris
Dicta à militibus, qui illic quandoque fuere
Inflammat Barii Traiani in parte suprema.

Lib. 4. c. 22. Martianus etiam in Vrbis Romæ Topographia asserit Turri Militiarum illud cognomen ex eo indium esse, quia milites Traiani ibi stationem olim habuerint: extitisseque, ipso scribente, eius ædificij bonam partem. Blondi autem verbis hoc Henrici consilium illustratur. *Arces verò Vrbis, quas Prole-*
Decad. 1. lib. 9. *mum secuti Imperatorem petiisse diximus, ædes erat in Theatris, Thermis, & vetustis operis ædificijs in Ar-*
cis formam, quod etiam nunc facilè intelligitur, com-
munire.

Consueuerunt etenim nostri homines eiusmodi opera publica munire in Castellorum morem. Hoc æuo. inde fit, vt sepulcrum Cæciliæ Metellæ, quod Romæ situm est, extra Portam Capenam, etiam hodie Pennas Murorum ostenter, vocabant autem (vti & nunc) Capo di Boue. Moles Hadriani meliore fato in eumdem vsum concessit & ipsa. Loci enim opportunitate, & munimentorum rationibus, Arx nunc demum est rei Romanæ firmissima, tutissimaq;. Annibaldi autem maiores videntur cum Vrsinis atrocia ante hæc gessisse bella, & narrat Archiepiscopus Consentinus, post mortem Nicolai III. Hannibaldenses statim, Romæ, partem dominij inuitis Vrsinis obtinuisse, inciderunt autem hæc in annum Domini 1281. & non multò post (eodem teste) Vrsinis Prænestæ occupantibus obuiam iuerunt Hannibaldi, non sine cæde Vrsinorum, & Vilanus etiam Hannibalolenses recensuit inimicos Vrsinorum. Qui tamen alibi Riciardum à Rota de Hannibaldensibus Vrsinorum factioni addictum scribit. At hic Annibaldus huic nostro nominatus is forte est, quem Romani ad mandatum Papæ reuersi (vt inquit Martinus Polonus) cum Pădulpho de Sabello Vicarium Senatoriæ susceperunt. Nominatur autem Annibaldus Petri Annibaldi. At Thebaldus de Campofloris (si Blondo credimus loco citato) licet Vrsinorum affinis, vt hic noster ait, illos tamen, sed irrito conatu, conuitijs prosciditi: *nec enim satis illi profuerunt maledicta petulanter in fl. ossiciam,* ait Blondus, vt quotquot maiebat ipse ab Henrico permitterentur abire. An verò hic Thebaldus idem fuerit cum Thebaldo Sancti Statij, quem recensuit Villanus, ego sanè alijs perpendendum relinquo. Mussatus profectò hic Thebaldum de Campofloris secernit à Laurentio Ioannis Statij, vt cuiq; licet videre. Lib. 10. cap 55. & 56.

Ibid. *Vt sibarras ad domum vicinamque suam fir-*
met. Hoc Italicum est *le Sbarre*, quæ repagula appellat Blondus. Italica autem vox Gallicissima sapit, *une Barre*, quæ sunt Cancelli, Septa, Clathri.

Ibid. *Quos inter Petrus Malabranca ipsius Cancel-*
larij Nepos. Eadem tradit Sansouinus ijsdem penè verbis, qui & Laurentium Ioannis Statij nominat, recenseturque arces Annibaldi quas diximus, at obscitantes, & præposterè vt verùm fateamur. Malabranca Gens Romana Latinum Cardinalē Ostiēsem tulit, cuius frater fuit Ioannes Sincij Capitaneus Vrbis & Reipublicæ defensor nominatus ab Archiep. Consentino in Martino IV. & hoc antiquiorem Ioannem Cardinalem Sancti Theodori, vti habet Ciacconius. Qui pro huius Insignibus Brancam, siue Pedem feræ cum vncis vngulibus exhibet, appositè ad cognomen Malæ branchæ, quod ea ratione formatum est, qua nobilissimis familijs Malatestarum & Malaspinarum sunt indita cognomina. Latinum verò, cuius meminimus Nomenclator Cardinalium vir accuratissimus, dubitat num Malabrancam, seu Frangipanem appellet. Neque profectò apposuit huic Ciacconius Insignia Malabrancarum. Fuit hic Parisiensis Doctor, & vt ferebant illa tempora, illustris concionator. ediditq; præter alia, Prosam, quæ canitur in Missa Defunctorum

Dies Iræ dies illa.

Huic autem Genti ne nimis æquus videtur fuisse Dantes, qui Inferni accolas, & eiusdem nescio quàm regionem hoc nomine insignuit. Cant. 11. & 11.

Ibid. *Capuisque ea ditc Comes de Biserno.* Sansouinus Comitem de Tiferno videtur legisse. Quid si legamus *de Piperno?* Priuernum hic facit antiquitus Latij oppidum, Silio Italico & alijs nominatū.

Ibid. *Inter quæ occubuit Vir super illustrissimus Epi-*
scopus Leodiensis Comitis de Isaci frater. Meyerus Annal. lib. 11. retulit Henrico in Italiam descendēti adfuisse Theobaldum Episcopum Leodiensem. Et huius eædem accurate enarrat Io. Villanus lib. 9. Cap. 48. Qui virum vocat magnæ virtutis, nec minoris auctoritatis. Neque audiendus hic est Sansouinus, qui ipsum Comitem Barri cæsum fuisse pronūciat: improbandus etiam Caurellius, cui est Episcopus Lugdunensis, qui Leodiensis esse debuerat.

Ibid. *Campanis vndique per turritas Ecclesias ad*
certamen pulsatis. Italice *suonare à stormo è suonare all'arme.* Patauij *campanà à martello.* Quo pertinet vox illa insignis Petri Capponij, apud Franciscum Guicciardinum lib. 1. Historiar. vos inflabitis vestras tubas, nos pulsabimus nostras campanas. De vsu autem Campanarum in sacris, luculenter egit Angelus Rocca Episcopus Tagastensis, & Apostolici sacrarij Præfectus amicus olim noster, vir pietate, & discendi studio clarissimus. Qui tamen cap. 2. sui Commentarij, dum nomina perquisit

rit Campanarum, Squillas ait vocari etiam Italicè. Improbatq; ſententiam Hieronymi Magij aſſerẽtis eam vocem è Gallia effluxiſſe, nullibi enim eam vocem inueniri, & à viris Gallis & quidem eruditiſſimis excludi tamquam ſpuriam. At pace amicorum Manium dictum ſit, hæc dictio Gallica etiã nunc eſt apud Tholoſates, qui dicunt *Eſqual*, vt notat eruditiſſimus Legis Salicæ Gloſſator, Titulo 29. Videtur autem originem duxiſſe à voce Germanica Sxel, cuius meminerſit Hermannus Narenarius ad Vitam Caroli Magni, & oculatiſſimus Barthius Aduerſarior. lib. 55. cap. 10. promiſcui illarum vſus eſt, vt diximus

Aere ciere viros, Martemq; accendere

Præterea Signa lętitiæ odere, item & mœſtitiæ; vt in funeribus, & capite plectendis. Horas adhæc metiri, tonitrua fugare, cœtus hominum cogere, Horum omnium quia paſſim obuia ſunt exempla, Lectorem non onerabo. illud tantum Animaduerſione dignum proponam, Signa appellari illarum pulſus à non malis Auctoribus, vt notat Gloſſographus ad Capitulare Caroli Magni: & aduertimus nos olim apud Leonem Oſtienſem, & incertũ Auctorem Annalium Gallicarum, in collectione Pithoeana. Vnde *Tocſin* Galliæ, Italice *Segni*: Et apud nos nemo non, vſurpat *Segni de Meſſa*, *Segni de Predica*.

At dum hic noſter hęc Litteris conſignaret, Carroccium prodibat in aciem, appenſa Campanarum inſignitum. Notauit hoc doctiſſimus Sigonius lib. 15. de R. Ital. ſub anno 1191. in Carrocio Cremonenſi, cuius Malum & Nolam Brixiani in patriam aſportauerunt, trophæi vice. Et hinc forte Antonius Campus Pictor Cremonenſis lib. 1. patriæ Hiſtoriæ malo Carrocij, quod elegantèr delineauit, appendit Nolam. Ioannes quidem Villanus memorauit Campanam nomine Martinellã, ſiue Aſinorum, quæ vnà cum Carrocio in hoſtes educebatur à Florentinis. Verùm illa ſtatuebatur ſeorſum in Turri lignea, ad cuius pulſum acies procedebãt. Et quia de Carrocio confido ita tractaturum ſollertiſſimum Fel. Oſium, vt palmam alijs omnibus ſit præreptурus, diuina illa, quæ illi ſemper ad manum eſt, accurationis & diligentiæ virgula; ideo ab eiuſdem inſtructiſſimo penu conſulto abſtinebo, expoſitis tantum Analectis quorumdam Auctorum calamo exaratorum, quos publico inuidere impium & diris propè dignum facinus eſſet. in Manipulo Florum non ſemel citato, non Carrocium ſed Cattocerum perpetuò habetur. Eius autem hæc ſunt verba; de Heriberto Archiepiſcopo Mediolanenſi. *Carrocerum quoque excogitauit. Eſt autem Carrocerum currus quidam admirabilis, per circuitum a ſummo deorſum Scarlato veſtitus. In cuius medio eſt arbor procera contingens cęlum: quam quatuor viri portare non poſſunt. Quia a frequentia virorum recta tenetur. funibus hinc inde protractis. in ſummitate arboris eſt Crux aurea ſplendens nimio fulgore. ſub Cruce eſt vexillum album Cruce rubea inſertum. hunc Currum quatuor iuga Boum trahunt, qui ſerico albo cum faleris, cum rubea Cruce per medium ſunt cooperti. magiſter Carroceri eſt vir honorabilis, quem Ciuitas Enſe, Lorica, ac continuis ſtipendijs dotare tenetur. inſuper Communitas prouidere tenetur de Capellano, qui iuxta Carrocerum ſemper Miſſam celebret, & vulneratis det pœnitentiam. hic etiam magno ſtipẽdio per Communitatem dotari debet. ſunt inſuper octo Ciuitatis Tibicines, cum totidem militaribus Deferarijs, quibus Communitas prouidet de duobus tentorijs, & ſalario militibus conſueto.* Hæc habuit optimum illud Chronicon. Guido etiam Carmelita, Piſanus; in Concordantijs (ita enim appellauit) Hiſtoriarũ aliquot antiquarum, ſermone Italico exaratis; cuiuſque ego Volumen manuſcriptum domi habeo, ita inquit; *in prima poneano lo Tabernacolo con l'Arca, lo quale Tabernaculo era à loro come Tempio è come Carrocio. & intorno intorno ſtauano li Sacerdoti è li Leuiti a cuſtodia è a ſeruigio del Tabernaculo.* Non potuit apriùs expreſſiſſe. Carrocium etenim fuit Palladiũ (vt ita dicam) militare, quòd omnes ſummo ſtudio certatim tuebantur. Qui plura volent adeant Ricordanum Maleſpinium, cap. 164. & 205. Villanum lib. 6. cap. 67. & alibi; Vincentium Carrarium in Hiſtoria Rubriotum Parmenſium lib. 2. Friderici Imperatoris Epiſtolam 41. ex editione Gretſeriana; Marquardum Friherũ in Gloſſario, ad editionem ſuam Scriptorum aliquot inſignium rerum Germanicarum; Vincentium Borghinium in prima ſecunda Diſcurſuum & Pignam lib. 11. Hiſtoriar. Inuentum autem videtur placuiſſe exteris etiam nationibus. Siquidem narrat Nicetas Choniates Annalium lib. 5. Hungaros in pugnam proficiſcentes, ſtatuiſſe Vexillum in craſſa & procera trabe, quàm rotis impoſitam quatuor iuga Boum trahebant. Decertatum autem tunc eſt cum Græcis Manuele Comneno imperante, qui ſynchronus penè videtur fuiſſe Friderico I. neque verò ſemper productũ eſt Carrocium in horrorem Martij pulueris, ſed & in feſtiuæ Hilaritatis plauſum, Honoris ergo & publicæ Maieſtatis. ita Florentini obuiam iuerunt Latino S. R. E. Cardinali, cuius paulò ante meminimus, vt prodit Villanus lib. 7. cap. 56. Eumdem honorem noſtri præſtiterunt B. Ioanni Viceſino, Sigonio teſte, in Libris reliquis de Regno Italiæ, anno 1233. Necnon & Friderico Imperatori, ſexennio poſt, vt norauit Rolandinus lib. 4. cap. 9. Nomen porro etiam Carrocio inditum fuiſſe obſeruaui. Cremonẽſes ſiquidem Bertazzolam, vel Bertam nominauerunt ſuam: vti perhibent Sigonius lib. 18. de Regno Italiæ, & Chronicon Parmenſe m. ſ. apud me. Parmenſes Creuacerem, ſeu Biancandum, Sanſouino & Carrario teſtibus. noſtrates Bertam. & alij fortè aliter. In gratiam videlicet viri alicuius, vel mulieris, quorum ingentia beneficia in Vrbem redundaſſent, vel vt Ciuibus vtcumque libuiſſet.

Form 15.

Lib. 6. c. 71.

Pag. 45. *Raynerius de Grimaldis Roberti Apuliæ Regis Admiratus.* Fuit vir planè militaris, & fortunatus; vti vocat Villanus lib. 8. cap. 77. *Cæteris cum vaſis & omni Balliſtrarum apparatu.* Huiuſmodi Vaſorum meminit ſuperius pag. 17. *Galearumq; corpora ſeu Vaſa.* & pag. 27. Galeas quatuor ac Vaſa. ſunt autem *Vaſcelli* quos dicimus Italicè, origine Gallicana *Vaiſſeau* Archiepiſcopus Cõſentinus, in Martino IV. de Rege Carolo ita inquit; *Sed quod conceperit tunc adimplere nequiens, multa Vaſa in portum Brundiſij*, ne per fluctus hiemales vaſtarentur, aut caperentur ab inimicis, reliquit.

Ibid. *Niſi vt ſe ſe præſtolarentur, negotiaq; interim ſingula differrent, pollicitus inde ſemper, & in dies iter mutare, in ſingulis deficiens terminus &c.* Prudentiſſimus Rex noluit omittere caput rerum, aptè ad Taciti doctrinam, quam luculenter illuſtrauit aureis notis omnigenæ Hiſtoriæ peritiſſimus Chriſtophorus Forſtnerus Auſtriacus amicus meus, ad Librum I. Hiſtoriar. eiuſdem Auctoris. noluitque ſe & rempublicam in caſum dare. Videbat ſe Romæ, in Thuſcia, & in Marchia noſtra auidè expectari. Cùm vbique eſſe non poſſet malebat nullibi eſſe: ne poſtpoſiti cõtumelia incenderentur, & res nouas cogitarent. Qua ratione vniuerſi in officio continebantur. His non attendens Ioannes Bohemiæ Rex Henrici Cęſaris filius, vt Francorum Regi militaret Bohemiam peſſumdedit, & demum Vita mulctatus eſt, animaduertente Io. Villano lib. 10. cap. 197. & Ortelio, in Itinerario.

Ibid. *Ignauæ ſocordiæq; imputantibus Regis fœminei, Reberti nomen in Regem Bertam vertentibus; ſicque vulgò vocitantibus.* Idem dicterium adnotauit & Sanſouinus. neq; ideò tamen Muſſatum laudare aliquid

aliquid pensi habuit. At huic nominis iocosæ inuersioni ineſt Italiciſmus non inelegans. Dicunt enim noſtrates *dar la berta, berteggiare*, & *berteggiatore*, quod Latini dicunt deridere, & deriſorem.

Pag.ead. *Illis aſſerentibus nefas eſſe à Papali Conſtitutione, reſcriptisq; diſcedere, Litterarum contextum, moremq; longæuum allegantes.* Hæc ſanè vt Canoniſtas decebat. non enim Legato licèt à contextu Litterarum abire; ſed eius eſt interpretari qui ſcripſit; ſtyluſque Curiæ (vt appellant) ſeruandus eſt. Vt latè pluribus diſſerunt Canonum Interpretes, & Fuerardus in Locis Legalibus Loco 105. in principio. Grauiter enim monet, quiſquis ille fuit, qui Legatum Pontificium præceptis prudentiſſimis inſtruxit, quemque Auctorem edidit Academia Veneta anno 1558. *In toto autem actionum genere Studendum eſt, ne quid temerè, aut à noſtrimet ipſis agamus, ſed diligenter attendentes mandata, illorum fines ſeuere cuſtodiamus.* At illud verum viciſſim eſt, ſummam iniuriam eſſe ſummum Ius, & Neceſſitatem ante rationem eſſe, maximè in bello, vt pronunciauit Rex ſetiò magnus apud Curtium lib.7.

Ibid. *Sin autem coercendos per Tribunos populumque Romanum.* Tribunicius magiſtratus etiam his temporibus viguit in Vrbe. Neque verò ita recens fuit, vt huic tantum ſæculo ortum ſuum debeat. Guntherus ſanè in Ligurino lib.3. hæc cecinit de Arnaldo Brixienſi,

Quin etiam titulos Vrbis renouare vetuſtos,
Patricios reſtituere viros, priſcoſq; Quirites,
Nomine plebeio ſecernere nomen Equeſtre,
Iura Tribunorum, ſanctum reparare Senatum;
&c.

Poſt Henricum Tribunus fuit Nicolaus Rentius, cuius vita extat typis impreſſa; & teſtimoniũ Franciſci Petrarcę viri eminentiſſimi in Libro Epiſtolarum, quem ſine Titulo inſcripſit.

Ibid. *Iudæis dumtaxat, qui trans & intra Tiberim morabantur, obtemperantibus.* Iudæi olim Romæ trans Tiberim habitabant, Trans-tiberini ambulatores dicti etiam Martiali lib.1. ep.98. prout etiã alij adnotarunt. At Beniamin Cantaber in ſuo Itinerario innuit, ſemet Romæ degente, recutitum quempiam habitaſſe trans Tiberim, & alios ad ducentos, nulli mortalium tributum pendentes. Quos tamẽ Henricus hac vice tributarios eſſe, ſatis æquo animo, paſſus eſt.

Ibid. *Lateranum venit, Miſſarumque ſolemnibus peractis &c.* Notauit etiam Archiepiſcopus Coſentinus, quem diuerſum à Martino Polono ſtatuit Blondus Decadis ſecundæ lib. 5. non procul ab initio, Henricum in Templum ſancti Petri intrare nõ potuiſſe, *prædiente exercitu hoſtium.* Confirmant Blondus lib.9. Villanus lib. itidem 9. cap.42. H. Stero Altahẽſis in Annalibus. Cauitellius. Cruſius duodecade 3. lib.4.par.3.cap.2. Annales Piſtorienſes. & demum Matthæus Palmerius, cuius Chronicon extat apud me manu exaratum, qui ſcriptum reliquit. contra decus Imperij, Laterani per contentionem coronatum fuiſſe. & profectò non habeo ego, qua ratione Sanſouinum excuſem; cum ſcripſit ex Pauli Æmilij ſententia & recentiorum omnium peractam fuiſſe Coronationem in Baſilica Lateranenſi: & vnum Albertinum Muſſatum repugnare, qui in D. Petri referat Coronam accepiſſe. Hoc verò dormitare eſt, vel alienis oculis Scriptores ſectitare. Vbinam hæc tradit Muſſatus? num in Annalibus Veronenſis? an in Elephantinis? Et hæc Sanſorini oſcitatio in errorem forte impulit Nicolaum Vignerium, in Hiſtoria, quã pertexuit, de domo Luxemburgica ſermone Gallico, ſcribentem Coronã inſignium fuiſſe Henricum in Baſilica principis Apoſtolorum. Ritè quidem & legitimè ibi coronari debuit. ante Confeſſionem etenim (vt dicũt) B. Petri hoc fieri moris antiquiſſimi fuit. in ea ſtatione Carolus cognomento magnus, Otho itidem magnus, ibi Henrici, ibi Conradus, ibi Friderici, ſecũdus & tertius Imperiali diademate ſunt redimiti. Cur autem Confeſſio dicatur explicat Franciſcus Maria Torrigius, qui ſacras Cryptas Vaticanas Italicè deſcripſit, pag.80. Dies verò, in quem Coronatio incidit fuit Petro & Paulo Apoſtolis feſtus, 3. Kal. Iulij, non Kal. Iulij, vt habet huius noſtri Textus, pagina proximè ſequente. concinunt Martinus Polonus, Henricus Stero; & res ipſa loquitur. ſi enim Henricus inſtante die vigiliæ Principis Apoſtolorum, ſumma luce in Montem Auentinum conceſſit, & ſequente die in Lateranum venit, ibique Coronam accepit: non igitur Coronatio Kalendas Iulius attigit. Imò per hæc errotis arguuntur quotquot hæc in Kalendas Sextiles reiecerunt. in quorum numero ſunt Villanus lib.9. cap.42. Cauitellius, Scipio Ammiratus lib.5. Hiſtor. Florentinæ, Conſtantius Felicius in Kalendario Italico, Vignereus loco citato, Conradus, Vecerius & forſaſſe alij. Cruſius ſanè non ferẽdus, qui Duodecadis tertiæ lib.4. par.3. c.1. coronatum ſcribit die Pentecoſtes: ſecus atque ipſemet Henricus (apud eumdem cap.2.) tradidit in Epiſtola, ad Abbatem Vualdſaſſenſem, hiſce verbis; *per duos Cardinales, die feſto beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, (quem ad hoc vt poteramus virtute commiſſionis per D. Clementem ſummum Pontificem eleginus) in Eccleſia Sancti Iohannis Lateranenſis, præſente Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, & aliorum Prælatorum, ac Eccleſiaſticorum ordinum Vrbis, Ducumque, Comitum, Baronum, Nobilium, ac Romani populi innumeroſa caterua: oleo ſacro vncti fuimus: nec non Imperiali diademate coronati, ac aliis debitis ac conſuetis ſolemnijs inſigniti, &c.*

Pag.46. *Inclyto Imperatori Henrico ſemper Auguſto Vitam, Victoriamque conclamantibus vniuerſis.* Annales incerti Scriptoris, ex editione Pitoeana idem acclamatum fuiſſe tradunt Carolo Magno. *Carlo Auguſto a domino coronato, magno & pacifico Imperatori Romanorum, Vita & Victoria.* Eumdem ritum acclamandi complexus eſt Otto Friſingenſis lib.2. cap.22. *Cunctis qui aderant cum magna lætitia acclamantibus, Deumque ſuper tam glorioſo facto glorificantibus.* Quæ ſunt dicta de Coronatione Friderici. neque ingratum fore opinor his, qui Antiquitatis inſtituta rimantur, ſi dixero acclamatum fuiſſe aliàs Principibus, vt benedicti venirẽt in nomine Domini. Anaſtaſius in vita Sergij 11. de Ludouico Lotharij filio, *decantantes vniuerſus Clerus & cuncti religioſi Dei famuli extenſaque voce adclamantes, Benedictus qui venit in nomine Domini.* Conſuetudine dubio procul repetita à Sacerdotibus veteris Legis; cuius extat nobile veſtigium in Pſal. 117. verſ.24. Quamuis eam excludat doctiſſimus Genebrardus: quam ſanè ego non improbauerim. Hinc apud noſtrum hunc Henricus benedictus appellatur, ſupra lib 4. pag.20. in Parenteſi Cardinalis Oſtienſis ad Brixianos, *Tollite ecce vos inſaniſſima Infidelium ſecta, & ad pedes benedicti Regis in Ciliciis & Cineribus vos ſternite humiles.* Et hæc omnia ab Hebræorum inſtitutis manarunt ad nos. lib.1. Regum.cap. 10. *Et clamauit omnis populus & ait* VIVAT REX. & lib.3. Reg. cap.1. VIVAT REX ADONIAS. & alibi.

Quę etiam fuit in Oriente olim legitima formula adloquendi Reges. Danielis cap.2. *Rex in ſempiternum* VIVE. & cap.3. *Rex in æternum* VIVE. Ad quam normam conformata ſunt verba Sinætæ ad Regem Artaxerxem, Mnemonem cognomento, apud Ælianum lib.1. Var. Hiſtor. cap.32. *O Rex Artaxerxa regnes in æternum.*

Noſtrorum autem nonnulli ad Reges cum ſcriberent, Vitam in Limine epiſtolæ adſcribere conſueuerunt. Hinc manus Archiep. Rhemenſis ad Caro-

Carolum Regem, *Domino glorioso sit semper laus & vita*. Leo Papa nonus Britronum Principi &c. *Secundum Deum viuere volentibus vita & salus*. Suo Carnotensis Henrico Anglorū, & Lodouico Francorum Regibus, *in eo viuere & regnare per quem Reges regnant*. Et hic mos vitam acclamandi apud nos à remotiore vsque Antiquitate adeò inolcuit, vt nihil eo tritius. Ioannes Gabellinus in Commētarijs Pij secundi, in fine lib. 4. *Ad noctem vniuersus populus in Equis, cum luminaribus ad aedes Pontificis occurrit, ductaq; per gyrum pompa, ante fores Palatij, magno clamore, & ingenti gaudio Vitam & Felicitatem optauit Pio*. Et de Coronatione Hungarica Matthiæ 2. anni 1608. (vt in semitam tedeamus) testatur Ioannes Iessenius adclamatum fuisse, *Viuat Rex, feliciter agat, aeternum viuat, vincat, triumphet*.

Item; *Populus intra Templi parietes, plebs foris conglomerata Vitam Regi, Salutem, Felicitatem, Victoriam exoptare*. Post Coronationem peractam moris olim fuit Missilia spargere in vulgus, vt omnibus notum omninò est. Obseruatum hoc fuisse Bononiæ cum Carolus V. Maximus Cæsar ibi Coronam acciperet anno 1530. testantur Paulus Iouius, & Laurentius Surius: effusam nimirum in populum, ad dimouendum turbam, excitandumque lætitiam, argenteam, atque auteam stipem, signatam imagine Cæsaris. & in Coronatione Hungarica, cuius nuper meminimus, hæc Iessenius, *postremas partes Regia custodia Praefectus Ferdinandus Elbogner habuit, cum aliquot militum manipulis: in quorum medio duo à Cancellis, aureis argenteisq; partim Regis Leone, partim nominis hieroglyphico signata numismata spargiētes equitarum. factū ex prisco veterum Romanorū Imperatorū instituto; qui Vestes, Vnguenta & id genus Missilia in vulgus iacere Coronati consueuerunt; luxu hoc, futura Liberalitatis signum, ab inita statim dignitate statuentes*. Et hanc Largitionem planè regiam præscribit mos peruetustus Serenissimis Principibus Venetis recens creatis, vt habet Liber Ritualis, vel Ceremonialis Ecclesiæ Sancti Marci, quem penes me seruo, manu elegantis Librarij descriptum. adscribam autem verba Auctoris, qui fuit Nicolaus Morauius Plebanus Sancti Pantaleonis, Vicarius Sancti Marci, & Auditor Io. Baptistæ Egnatij. indicant autem ritum antiquum, & Ducum Venetorum maiestatem penitus Regiam. *Et descendens in medium Chori per Primicerium vel Vicarium, seu Canonicum eidem cōsignatur Vexillum rubeum Beati Marci dicendo. consigno Serenitati vestrae praesens vexillum beati Marci in signum veri Ducatus: per suam Serenitatem respondo, & ego ipsum recipio in nomine Domini, ac Protectoris nostri Sancti Marci. ipsumq; dat Armiralio Arsenatus. Qui ipsum defert vsq; ad gradus extra Chorum, vbi parata est, quam vocant Caleam, cum Pulpito, in quem ascendit sua Serenitas cum duobus suis consanguineis, qui Denarios populo spargendos praeparant, & cū sua Serenitate proiciunt. &c.* De Sparsione hac, siue aureo imbre, altum hic Silentium: veluti & apud Frisingensem, & Guntherum in Coronatione Friderici. Conuiuium & comessatio videntur vicario loco successisse largitioni illi. & profectò Pontificale Romanum post huiusmodi peracta solemnia, Conuiuium præscribit Imperatoribus. cuiusmodi pro dignitate descripsit Carolinum Bononiense Paulus Iouius lib. 27. Historiar. & ex Iouio Surius. Quibus adcensuerim ego Regium Hungaricum Matthiæ, à Iessenio celebratum polito admodum stylo; qui potuit sanè & forte debuit veniam à clementissimo Cæsare impetrare Auctori suo, ne Lingua Musis Sacra, funesto Carnificis ferro exscinderetur: ne ve inter miseros spectaculo esset is, qui docta Panegyri immortales Gentis augustissimæ laudes prosecutus erat. Verùm ad nos. Summi Pontifices Romani & ipsi instituerunt post Coronam sumptā in Basilica Lateranensi Conuiuia agitare: quod Littetis prodidit Fabricius Saleminus anno 1590. Pontificali Tyara insignito Gregorio XIV. neque verò non aliquando, sparsa & profusa stipe, publicæ Hilaritati litarunt. de Leone X. certè testatur Iouius lib. 3. Vitæ, quam de ipso conscripsit, spartam à Quæstoribus per omnes regiones larga manu auream, argenteamque pecuniam, tanta Leonis liberalitate, vt ipsi centum millibus aureis eam pompam Pontifici constitisse fateretur. O plane dignum caput, cui Parnassus vertices suos inclinet, cui iam vsu desita Liberalitas vni præceteris assurgat?

2. Lauren. Surius argenteaque.

Pag. 46. *Diruptisq; in planum Annibaldi, ac Ioannis de Sabello Palatijs*. Dirumpere in planum apud hunc nostrū est Italicè *Spianare*, Latinè solo æquare. corrigo autem Martinum Polonum eadem de re loquentem; hæc verba; *& in direptione demorum tunc Roma grauiter fuit deformata*: & lego *diruptione*. Planum autem Mussati sæculo fuit, quod dicimus vernaculi *la Pianura, & il piano, & la Campagna*. Quæ omnia denotant ipso vocis sono origines suas. Planuriam enim legimus, & Campanias & Campanea loca apud vetustos Limitum Auctores. Apud eumdem autem Martinum Polonum quod est Planum Burdegalense, Villano est *Bordella*, hodie *Bordeaux*, & Burdigala Vibiscorum. Sanctus Bonauentura in vita Sancti Francisci §. quinto. *Subito Liberatoris sui virtute inueniens se in plano*. Et huc pertinent Pede-plana Turrium, quorum meminit lib. 13. Cod. Theodos. de Metatis vnde vox nostras *à pepiano*.

Ibid. *Dominus Fortiniati*. Lego Fortiniaci, vt supra in fine lib. 6. Subaudiæ, Fortiniacum, Gebena. *Diatis celeribus* Italicè *à gran giornate*. in eadem significatione acceperunt Iosarisberiensis lib. 5. Policratici. cap. 12. *Dicunt etiam praeproperum esse vinorem, qui antequam Lucifer oriatur, crassis adhuc tenebris, luceq; remota, diaetam aggreditur*. Cæsarius Heisterbacensis lib. 1. primæ partis cap. 40. *Iuxta Augustam vero & Veronam septem dies enumerantur*. Illud verò admodum nouum est, Viam Caroli IV. Imperatoris appellari ab eiusdem Scriptore Diætam. Vita nimirum dies vel etiam hora est, nisi malimus diæculam, vel horulam appellare. illam priorem notionem agnouit etiam Ioannes de Balbis *& est dua dies itineraria, vnde diata dietas idest per dietas ire*.

Ibid. *Suadentibus angentibusq; Ethruriae primatibus*. Hos potiores fuisse è Gibolenghis, quos & nominat, scripsit Vincentius Borghinius, Discurs. parte secunda. Pag. 331. Altountos, Adimarios, Vbaldinos, Albos omnes, qui Nigros infensissimi oderāt, noster Auctor in principio paginæ sequentis; *erant Albi genus hominum superstitionis nouae*, qui nati ex Gelfis &c. quem locum nimirum illustrat Borghinius, ead. prima pag. 40. & 41.

Ibid. *Tamquam sortitam à re vocabulum, Florentiam &c.* Notitia Vrbium manuscripta, quam sæpè laudaui, in hanc sententiam hæc differit, *sed postea Senatus decreto a Floro, siue Florino, qui primus in loco illo fuerat Aedificator, & quia locus floridus, & idem Florinus in armis floruerat, & eo quod à flore nobilium Romanorum inhabitata erat, deberet Florentia nominari. vnde quidam*

Flos Florum floret Florentia semper honore,

Re vera Ciuitas ista magnificè vt populosa & opulenta, & ditissima inter Orbis vrbes dici possit. Hac autem cudit Monetam, cum qua ferè mundus omnis tunditur, imò per illam peccata hodie fiunt mirabilia. Demiror quid Sculptura significent Sigillo ipsius Ciuitatis impressa. est enim in eo Herculis Imago Clauam manu gestantis, & versus

Herculea claua domat Florentia prima.

Nam

Ioannes Antonius Pantagathus Romanus, Pal. Ioannes Antonius Pantagathus Romanus, Palatinus Comes, Equestris Militiæ Auratus, Sacri Lateranensis Palatii Protonotarius, Sanctissimi Domini Nostri Clementis VIII. Cubicularius, Ordinarius Familiaris, Equitum Auratorum Creator, Ordinis Sancti Georgii ad Velabrum Prior, Sacræ Domus Hospitalis Sancti Spiritus in Saxia Hospitalarius, Sancti Hieronymi Illyricorum Archiconfraternitatis Præfectus, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Protectorum Consiliarius, Sacræ Romanæ Rotæ Auditor, Sanctissimi Domini Nostri Clementis VIII. Referendarius, Sanctissimi Domini Nostri Clementis VIII. Ad Regem Poloniæ Nuncius, Sanctissimi Domini Nostri Clementis VIII. Ad Regem Hungariæ Nuncius, Sanctissimi Domini Nostri Clementis VIII. Ad Regem Bohemiæ Nuncius, Sanctissimi Domini Nostri Clementis VIII. Ad Regem Galliæ Nuncius, Sanctissimi Domini Nostri Clementis VIII. Ad Regem Hispaniarum Nuncius, Sanctissimi Domini Nostri Clementis VIII. Ad Regem Lusitaniæ Nuncius, Sanctissimi Domini Nostri Clementis VIII. Ad Regem Angliæ Nuncius, Sanctissimi Domini Nostri Clementis VIII. Ad Regem Scotiæ Nuncius, Sanctissimi Domini Nostri Clementis VIII. Ad Regem Daniæ Nuncius, Sanctissimi Domini Nostri Clementis VIII. Ad Regem Sueciæ Nuncius, Sanctissimi Domini Nostri Clementis VIII. Ad Regem Norvegi

Vbi Cendatum est pannus sericus tenuis, qui apud nos etiam hodie nomen tetinet *Cendado*: quo etiam Cruces in Processionibus, & Vexilla, seu Banderias in agminibus Militum ornamus. & huiusmodi Cendatum appensum etiam fuit olim sublimi Antennæ Carrocij. sicut discimus ex Roládino lib. 4 cap. 9. Robertus Gaguintus in vita Ludouici Grossi narrat Regem in prælium euntem, sumpsisse ex Altari Auriflammam; id enim peculiare signum Regibus Francis esse, dum difficile aliquid in potentem quempiam hostem suscipiunt, describit autem his carminibus Balthasar de Vias

Vexillo insignibat Tritonia, brattea totum
Aurea formabat opus, lux hinc inimica per hostes
Fulgurat, & gelidos quatit Auriflama timores.

Dantes & ipse diuino ingenio vir, qui nihil prætermisit, quod modo Poema suum ornare posset, Paradisi Cantui 31. Auriflammam intexuit.

Così quella pacifica Oriafiamma
Nel mezzo s'auuiuaua è d'ogni parte
Per egual modo allentaua la fiamma.

Vbi Virgo Beatissima aureo pennicillo describitur, appellaturq; Auriflamma sed pacifica. vt enim illa Gallica, seu Cæsarea præibat in procinctu

Omnibus in bellis habet omnia signa praire.

Inquit Armoricanus, ita MARIA præit beatorum omnium agmnia. Qui plura cupiet de Auriflamma adeat Octauium Rossium, qui Brixiam Patriam eruditis Voluminibus illustratum it. is enim peculiari Libello sitim restinguet.

Quod verò Henricus aggressus sit Montẽ Vvarchium primum, deinde Castrum Sancti Ioannis; id sanè ratio Itinerum & præsidiorum postulabat. Siquidem contra Arretinos infestos nomini Florentino, Ancisa, Castrum Francorum, & Castrum S. Ioannis excitata sunt. Quod tradidit Paulus Minius, in Discursu Italico, de Nobilitate Florentina. & Ioannes Villanus pethibet lib. 10. cap. 100. aduersus Ludouicum Bauarum Arretium aduentantem, præsidijs militaribus firmata fuisse Montem Vuarchium, Castra S. Ioannis, & Francum, Ancisamque, quam bello Henrici Florentini insederunt.

Ibid. *Tusca subtilitas, prouidere, vigilare &c.* huius loci sunt verba Bonifacij VIII. apud Matthæum Palmerium. *Celebrans adhuc Pontifex Iubileum, in publico Prælatorum assensu, recensuit, se eo anno XII. Legationes, quarum Florentini extiterant Principes, à diuersis Mundi Principibus accepisse. & Legatorum inde nominibus, atque familijs palam exhibitis, immoxit, in gloriam igitur Florentini nominis affirmo, in gubernatione Orbis Terrarum Florentinos aliud elementum fore.*

Pag. 49. *Igneus scilicet & æstuans Cometes.* Huius Cometæ neq; Mizaldus, neq; Mixaldo antiquior Ioannes Viuianus Brixiensis meminere: neq; Ioãnes Villanus curiosus huiusmodi Phasmatum adnotator.

Ibid. *Interea Florentini, vt gentibus Cæsaris perrumpendi, prædandiq, saltus auferrent.* Italicè *leuare li passi*. Patauij dicimus *togliere li salti*. Et significat impedire, & auferre potestatem. *Fesulanam, Arcem Basilicamq; Sancti Miniati in monte.* De Basilica, siue Templo Sancti Miniati graphicè Villanus lib. 1. cap. 57. Arcem verò Fesulanam Florentini à fundamentis diuerent anno 1125. sanxeruntque ne vmquam Fesulæ amplius munirentur, si Ricordano credimus cap. 77. Histor. Patriæ; vt proinde parum attẽtus videatur fuisse hic noster, & descriptionis huius loci parum sollicitus; quod sanè externo homini condonandum, & quidem animo non inuito.

Ibid. *Annona centum quinquaginta Salma.* Salma Italica vox est, à sagma Græcæ notionis, vt habet Casaubonus ad Historicos minores. & ab vtraque fluxerunt Saumæ, & Saumeuij, siue Saumarij. Quæ sunt apud nos *Some, Somieri, e Somari*. Videndæ veteres Tabulæ apud Hieronymum Rubeum lib. 6. Histor. Rauennatis. Hæc autem omnia, quæ à Mussato enarrantur; Villano magnam lucem possunt impartiri. Vt verè demum exercitus sit quod in principio Libri octaui pollicetur, sollicitæ inuestigationi per internuncios, amicorumq; & peregrinorum documenta se animum adiecisse.

Pag. 50. *Solata de Albizo*. Lego *Sclata*. Schiatta nomen proprium Florentiæ fuit: & tunc temporis celebre. *Schiatta Cancellieri, Schiatta delli Vberti, Schiatta Frescobaldi, Schiatti* &c. apud Io. Villanũ. Est autem proles, soboles, gens vt hoc & peregrini sciant exteriq;. Nomen autem quod proximè præcedit *Vani Barrocy*, legerem *Vani Barrucy*. Barrucij etenim Gibolengi antiquitus fuerunt. vt perhibet Villanus lib. 7. cap. 39.

Pag. 51. *Asinina caudæ annexus ad pœnidam tractus.* Asino quempiam imponi contumeliosum fuit olim, & nunc est. Quando apud nos Bigamis hæc pœna irrogatur. ab Antiquitate repetita exempla sunt Argimundi cuiusdam, qui ob affectatam Tyrannidem verberatus, decaluatus, dextra amputata Asello impositus fuit, tradente Ioanne Biclarẽse in fine Chronici. & Thomæ nescio cuius apud Ioannem Curopalaten

Ibid. *Carrocium ex Cathelonia.* Strenuus hic miles fuit referente Villano lib. 9. cap. 22. & cæsus in pugna ad Montem Catinum anno 1315. teste eodem cap. 70. eiusdem Libri.

Ibid. *Valles Canti Grauis, Vltranensis &c.* Scribo *Cause, Grauis, Vter Arnensis*: Chianti, Grioui, Oltr'Arno.

Ibid. *Caualcantibus iam domatis*. Legendum *Caualcantibus, Ian-Donatis*. Vt sit nomen gentilitium, quod apud Scriptores rerum Florentinarum passim occurrit. Gerardini namque, Caualcantij, & Ian Donati Alborum factioni accensiri fuerunt. & infra *pridiana felicitas; & Orbis heros. In se aliquis per Hypothecas sic elongatus*. Lego *Apotheas*. Apotheca hoc sæculo fuit Taberna, Italicè *Bottega*: vt notauit doctissimus vir Bernardinus Baldus in Cõmentario de verbor. Vitruuianor. Significatione. & ab Apothecario fluxit *Bottegaio* vox itidem vernacula. Alioqui Apotheca est Celsa Vinaria, Olearia ue, aut Frumentaria? Quemadmodum docent nos Grapaldus in accurato, quem edidit, Libello, de partibus Ædium, & Barnabas Brissonius, de verborum significatione.

Pag. 52. *Cum Salmarijs Pannorum, Coriorum, Sagettamenti, Ferri, & omnium belli apparatuum.* Aut ego insigniter fallor, aut hæc ab Auctore nostro huc translata sunt ex Epistola quapiam Florentiã ad ipsum scriptam. *Salmerie di Panni, Cuoi, Saettamento, Ferro, & d'ogni guernimento di Guerra.* Vel ita scripserunt illi, vel sanè paulo aliter. Amicos enim Florentiæ habuisse, qui cum de belli euentibus redderent certiorem, inde conijcio, quod Florentiæ (& quidem magna cum laude) Executor Iustitiæ fuit Mussatus, cuius rei indicium debeo Xiconi Polentono, lib. 4. Scriptorum illustrium Latinæ Linguæ.

Ibid. *Tecta de Friscobaldis.* Italicè *Tegghin Frescobaldi*. Cuius meminit Villanus lib. 8. cap. 68. & lib. 9. cap. 219. *Tegghin* Florentinis est vas patulum siue æreum siue fictile ad coquendas Placentas, vel assandas Carnes: nobis dicuntur *Tecchij*. Mussatus autem ideò Teclam Latinè appellauit, quia meminerat à nostratibus Teclam Virginem & Martyrẽ Tecchiam corrupte appellari. Debuit autem Tegghiam nominare vt alibi Vanni, Teri & cet. Nomina enim propria scribenda & proferenda sunt ad communem normam, quà hominum, quà vrbium, vt animaduertit accuratissimus Barbarus.

in Mensa Nicomedis, & alia quæ nonnulla Antiquitatis monumenta explicuit, quæ ad Romanos Ritus pertinent. Ejus Opera Romæ Anno 1668. in 8. Amstelodami 1669. in 12. Lugduni Batavorum 1671. in 12. Romæ 1677. in 12. Amstelodami 1683. in 12. Lugduni Batavorum 1685. in 12. Romæ 1696. in 12. Amstelodami 1700. in 12.

Basilii Amerbachii Orationes duæ, altera de ratione studii legendi Historias, altera de Officio Historici, Basileæ 1539. in 8. Ejus Opera Basileæ 1582. in fol. Vitam ejus vide apud Georgium Draudium Bibl. Class. pag. 1615.

Basilii Basilii Epistolæ ad Gregorium Nazianzenum, Basileæ 1532. in 8. Ejus Opera Basileæ 1540

etepti: Græcè πτύον in vetere Glossario Græco Latino apud me; & legitur Matthæi cap.3. vbi quod edidit Latinus Interpres, cuius Ventilabrum in manu sua, ita vertit Iuuencus Presbyter lib.1. de Euang. Historia

Illius & manibus ruralis Pala tenetur.

Ventilatorum & Ventilabrorum mentio est apud Columellam lib.2. de R.R. cap.10. Nostras autem Rolandinus lib.2.cap.8. hæc tradit. *Præmisse etiam ante se 40. prudentes homines, cum singulis Ventilabris, qui viam mundificabant à minutis mulcendine, in illis montibus collectæ per plures annos.* Palas voluit dicere, quæ etiam hodie apud nos in vsu sunt, vt vidimus Anno nuali MDCVI. & quotãnis hyeme passim. Prudentes autem illi apud Rolandinum validos & robustos significãt, veluti & lib.7. cap.1. in principio: adaptata voce Latina, prudentis, Italicæ dictioni *pro*, & *prode*. A quibus Gallicè *preuesse*, Hispanicè *proeza*, Italicè *prodezza*. Et fortè Italicissimus à Gallis est, apud quos *preud'homme* & *preud'hommie*. Trita sunt vocabula. Nisi hæc omnia ad vocabulum, probus, velimus referre. Qua natione apud Cæsarium Heisterbacensem lib.9. cap.48. legitur, *respondit Imperator; modo loqueris sicut probus vir.* Et in Decreto Consilij publici in Archivio Senensi, quod publicauit vnicus meus vir eximius Christophorus Forsterus, hæc habentur; *& quod Mariscalco & militibus Theutonicis, pro remuneratione Probitatis, quam fecerunt heri contra inimicos Communis Senensis, debeant donari & dari de pecunia Communis D. Libras denariorum Senensium.* Et in Vesontionis parte 1. cap.16. Ioannes Iacobus Chifletius recitat Epitaphium monostichum huiusmodi

Hic Renaudi iacet vir amabilis & probe miles.

Sed hic est locus animaduertendi, rara seculi nostri (felicitate an dicam infelicitate?) fictum esse, vt improbissimi hominum, latrones & sicarij segniosis notæ, vulgò vocentur probi homines, *homini da bene*. Veluti etiam omnibus sceleribus contaminatos appellamus *galeam homini*, & circulatores agyrtasq; *virtuosi*. Adeo verùm est nos iam pridem vera rerum vocabula amisisse. At reuertor.

Ibid. *Nec signis Rambaldus de Colle alto Comes, accitis Episcopo præfato, Aduocato Tolberto, & Iacquino de Camino, plurimisq; alijs insignibus.*

Ioannes Bonifacius optimus senex, qui Patriam Radigium scriptis nobilibus quotidie illustrat, lib.6. Historiæ Tarusinæ, Tolbertum Caminatem facit. At hic noster Aduocatum, seu Auogarium. & sanè potuerunt interfuisse ambo eiusdem nominis è diuersis familijs.

Ibid. *Nec vitia distudere, præiudicantis more dispendia submonentes.* Præiudicantis moræ dispendia sapienter dixit. Curio etenim Cæsarem alloquens apud Lucanum lib.1.

Tolle moras: semper nocuit differre paratis.

Et Io.VINC.PINELLVS V. Cl. In circulo Annali interiore gestauit (vt olim animaduertimus) Pindaricum illud Pythiorum Ode IV. in fine, ΜΑΚΡΥΝΩΝ ΤΕΛΟΣ ΟΤΔΕΝ. idest protelantium nullius finis. Nam Occasio apud homines breuium mensarum habet, inquit ibi Poeta venustissimus. Quod videtur imitatus Silius Italicus lib.4.

Pelle moras: breuis est magnæ Fortuna fauoris, Sed vrens damnosa est —— inquit Ouidius lib.11. Metamor. & cecinit Seneca Thyeste

Serum est cauendi tempus in medijs malis.

Moras autem dispendia mutuatus est Auctor à Virgilio lib.3. Æn.

Hic tibi nequa moræ fuerint dispendia tanti,
Quin mauis increpitent socij & vt cursus in altum
Vela vocent ——

Ibid. *At omnium Ciuitatis Capellarum increbuere tinnitus.* Capellæ hic sunt Templa Parœciarum. Vnde & apud nos Parochi antiquissima nuncupatione etiam nunc Capellani appellantur. De Capella Baronius. Bignoniusque.

Ibid. *Nicolaus de Lucio.* Hic fuit noster Catilina, Reipublicæ Patauinæ Carcinoma Pestis & Fax, vomica Ciuitatis. Quo classicum inflante centena millia mortalium vtrimq; periere. Natus est Guidone patre, matre Constantia Aretinę Lucium oppidum hodie est *Lucco*.

Pag.55. *Amictus in terram laxioris.* Suetonius de Iulio Cæsare cap.45. *Vsum enim lato clauo ad manus fimbriato, nec vt vmquam aliter, quam super eum cingeretur, & quidem fluxiore cinctura.*

Ibid. *multi ornatus.* Manilius lib.5. in Libidinosorum genitura.

Taurus in auersos præceps, vt tollitur ortus
Sexta parte sui, certantes lucis ad ortus
Pleiades ducit: quibus aspirantibus almam,
In lucem eduntur. Bacchi Veneriq; sequaces:
Perq; dapes, mensasq; super petulanter inertes,
Et sale mordaci dulces quærentia risus.
Illis cura sui vultus, frontisq; decora
Semper erit, tortosq; in plexum ponere crines,
Aut nodis reuocare, & rursus vertice denso
Fingere, & appositis caput emutare capillis,
Pumicibusq; cauis horrentia membra polire.
Atq; odisse virum, sterilesq; optare lacertos.
Fœminea vestes, noxa sine regmine planta
Et species, fictiq; placent ad mollia gressus.
Natura pudet, atq; habitat sub pectore cæco
Ambitio, & morbum virtutis nomine vitant.
Semper amare parũ est, cupient & amare videri

Nihil potuit concinnius huc afferri, aptiusque Auctoris descriptione. Quàm cum Manilij carminibus conferri, neque irriti laboris erit, neq; operæ pœnitendæ.

Imò & Alcibiades Cornelij Nepotis in aliquam partem veniet Collationis non sine fructu.

Ibid. *Virum sibi asciuit.* Salsè dictum veluti in fœminam, quæ viro indigeret. notum etiam est illud Licinij Calui, qui Pompeium Magnum districho notauit tamquam effœminatum

Magnus quem metuunt omnes, digito caput vno
Scalpit. Quid credis hunc sibi velle? virum.

Tritissima quoque illa Iuuenalis Sat.2.

Traditur esse vir clarus genere atq; opibus vir

Ibid. *Antonium de Carratodulo, cum quo omnia vite communia, cuius non modo substantias auxit, verum sibi pari domus dominio, thoroque absentis per vices vxoris sedulæ obseruantia copulatæ.* Mirum quòd non fuerit dicta Dos, signatæ tabulæ, dictum feliciter. Vsque adeò omnis ætas monstrorum huiusmodi ferax fuit. Nos hæc prodidimus; & noramus Gentem de Carratodulo nostra ætate defeciſſe: vxorem verò Nicolai fuisse Agnetem Geraldi Caminensis (vt inquit B. Scardeonus) filiam; cuius & meminit, vt etiam Geraldi Patris, Bonifacius lib.6. *Laborante fama.* Ita lego. vt mox. *Visi siquidem.* Et sanè hæc Neroniana, & Heliogabalina erant.

Ibid. *Ex fiducia quippè data illi.* Hoc est (inquit Ioannes de Balbis, quod vulgariter solet dici affidare, in u. Fiducio. as. & sanè in Statutis Inclytæ Ciuitatis Venetiarum, in Conf. maior. Consilij, 1395. hæc habentur, *Ille talis fugitiuus, quem considerandum est fugisse pure ex sola impossibilitate, & non fraudulenter, nec ficte ad vsurpandum bona aliena, affidari debet secundum vsum per vnum mensem, &c.*

Ibid. *At ille eo minus Vrbi, Cimbusq, tectis odijs ingiter insidiatus, noctes diesq. conspirationibus cum factiosis vacabat.* Seditiosorum genituram hisce exprimit Manilius lib.5.

Sed cum bis denas augebit septima partes
Lanigeri, surgunt Hyades: quo tempore natis
Nulla quies placet, in nullo sunt otia fratri.

rioq; paruiſſe certum eſt. *Quam vt Gervaſius ſcribit Arcam latam priſci appellabant, &c.* Vbi animaduertat Lector Gervaſij nomine citari Gervaſium Tilleberienſem, quem ex Orci faucibus produxit in luminis auras Mercurius alter Gerardus Ioannes Voſſius lib.2. de Hiſtoric. Lat. Qui fuit Arelatenſis ditionis Marſchallus, & ſcripſit Origenem Burgundionum. Ex quo opere Gaguinus hæc ſua illuſtrauit. At ſatis dictum nobis eſt de Regno Arelatenſi. De tractu Rhodani vſque in Alemanniæ fines, quod erat alterum petitionis Regiæ membrum, ſic intelligo vt Rex ſui iuris fieri vellet Delphinatum, & Sabaudiam, quas tractu dextro, à mari ſurſum Rhodanus deſcribit vſque ad fontem ſuũ, qui eſt in Lepontijs, vt notauit Papirius Maſſonius. Tractum autem Rhodani ea ſpecie dixit Muſſatus, qua Ioannes Nider lineam Rheni. lib.1. cap.4.

Ibid. *Non probet Rolandus ò ciues.* Videtur commodè poſſe legi, *nunc probet Rolandus:* & videtur dilucidior oratio. *Vt ſidus contemplatur* & hoc Ammiani eſt lib.21. *Per alias quoq; ciuitates vt ſidus ſalutare ſuſciperetur.* & lib. 22. *publicas miratus voces multitudinis magna, ſalutare ſidus inluxiſſe eis partibus adclamantis.* Et alias notarunt ad Suetonij Corium viri docti multa copiosè. Hic etiam noſter Solem appellauit Henricum, Luminaris nomine, in oratione Legatorum, qui Piſis Genuam aduenerant, à Dante forte mutuatus, qui ad hunc ipſum Henricum ita ſcripſit, *Verum quia Sol veſter, ſiue deſiderij feruor, hoc ſiue moueat fama, ſiue facies veritatis, aut morari iam creditur, aut retrocedere ſuſpicatur, quaſi Ioſue demo, vel Am... filius imperaret, &c.*

Ibid. *Haberote ſemper hunc ſupra verticem metuendum.* Policraticus, *procul dubio magnum quid diuinæ virtutis declaratur ineſſe Principibus, dum homines nutibus eorum colla ſubmittunt.* Principes enim ſunt imagines Dei omnia ſeruãtis; Ioue nati; Iouis alũni; imagines animatæ Dei; homines à Deo ſecundi, quidquid ſunt à Deo conſecuti, & ſolo Deo minores: vti quidem allatis Auctorum inſignium locis Lectorem perdocet Balthaſar de Vias in Syluis, in Viretis Regijs; Sylua 9. Principum etenim ſalus, publica ſalus eſt, quos facto, dicto, cogitatione violare eſt nefas, vt eruditè & luculenter oſtendit vir maximæ ſolertiæ Ianus Gruterus in Diſcurſib. var. ad Tacitum.

Ibid. *Per ſumma Pretorij Communis faſtigia è muris pictas Aquilas deripuere.* Moris fuit Aquilas Auguſtorum inſignia, tunc temporis collocari in locis editis publicè; & priuatim per domos eorum, qui Cæſaribus fauebant. De locis publicis hæc legimus in vetere Chronico ſæpius citato, nomine Manipuli Florum; *Marcas Auri proiam ſibi ſuisque praceſſoribus denegato tributo recepit: Aquilas Imperiales ſuper altiſſimum Campanile Eccleſia maioris erigi inſſit.* Loquitur autem de Friderico Ahenobarbo: qui Mediolanenſibus fictè reconciliatus fuerat, de priuata vero Aquilarũ pictura narrat Georgius Merula initio Libri 8. Antiquitatum Vice Comitum, Vualramum fratrem Hentici, quòd à fratris manſuetudine & clementia longè abeſſet, hoſpitem Laudenſem, quòd in eius domo, ipſo planè inſcio, Aquilæ collo appictæ parieti laqueus carbone adiectus fuiſſet, pronũciaſſe ſuſpendij reum, & eo adegiſſe vt necem quingentis aureis redimeret. Cornus vero mulctatum aſſerit Iacobum Ardeatem quinquaginta florenis, quòd eo loci, vbi olim Aquila in illius ædibus viſebatur, neſcio quis furcam & ſuſpendioſum carbone, nihil conſcio heto, noraſſet.

Pag.33. *Vſque in vrbis appendicis.* Lib.5.pag.27. *In vrbis appendicijs.* Vſurpat hoc verbum Auctor non rarò pro ſuburbijs. Et inflectebant Grammatici hunc temporis hoc appendicium, cij. Vti quidem indicat Ioannes de Ianua in verbo appendex, qui declarat fuiſſe manſiunculam, quæ magnæ domui adhæret, ſcilicet quæ appenditur parieti, non habens tectum diuiſum in duo lateta. Satis graphicè noſtri Ruſtici appellant *SeZonta*, quaſi Seiunctam.

Ibid. *Villas Sancti Zenonis, Minerbium, Preſſianam, aliaque eis Alponem vſque ad Legnagy portum.* Hodie S. Zenon, Menerbe, Perſana, Alpon, Porto & Legnago. Menerbe eſt Minerua apud Domnizonem lib.2. Vitæ Mathildis.

Hæc & in æſtate capitur Minerua ſanè
Hancq; fame cepit, nouallis denig, telis.

Et

Nam poſtquam magna fuit arx Minerua capta,
Tempore Rex hiemis Atheſis trans fluma abiuit.

Alphon fluuius eſt, qui montibus Vicetinis ortũ ſuum debet: non longè ab ea regione, quæ fert lapides ſciſſiles, quorum cruſtæ referunt Piſcium variorum, Plantarum, & Florum ectypas figuratas, quę ſanè lapidi nigro foſſili Eislebiano, celebri illi & naturæ luſibus memorando, nihil habent quod inuideant.

Portus & Legnagij, qui nunc ſolo Legnagij nomine cenſetur, meminit Rolandinus noſtras, *maius eſt Paduanus exercitus, & Carrocium Paduanum. & diſcurſurus abſq; vllo obſtaculo per Veronenſem diſtrictum, congregauit primo gentem ſuam, & guarnimentũ magnifice, vir ſtreuus, Dominus Stephanus Badoerius, Paduana Poteſtas egregia, in loco vbi dicitur Tricontay. exinde glorioſè procedens in manu potenti & brachio excelſo, iuit ad Portum & Legnagum.* Trè contai vox vernacula ſunt Tres Comitatus, vt mè docuit Domnizo, qui hæc habet in capitis Rubrica: *Item de eodem Rege, & eadem Domina Matilde, & de bello militum Comitiſſa cum Rege, apud tres Comitatus.* & in ipſo capite ſexto.

Lib.3.c.4.

Lib.2.c.6.

Iſte quidem pagus vocaretur tres Comitatus.

At Legnagum (ſi quem hoc etiã ſcire delectat) pontem Alminianum vocat Iouius in Elogijs Ioãnis Cottæ Varum recentiorum politiſſimi. Tres autem Comitatus ex ratione pago nomẽ dedere, qua alibi Tres Turres, Tres Tabernæ, Tres villæ, nunc *Treuille*, Tres Baſilicæ, hodie *Treſelegbe*, alijſq; locis Tricrena, Trifanum, Tricaſtium, Trimontium, &c.

Rol. lib.3. c.2.

Ibid. *Ibiq; poſt obſiſtentiam Bitifredi ſupra Pontem eminentis remoratus.* Bitifredum, ſeu Bitfredum, ſeu Battifreddum vt Etruſci amarunt dicere, Gallicũ eſt *Beffroy*, quod Turrim & ſpeculam ſignificat. Videndus Rolandinus lib.1.cap.3. & lib.6.cap.6.

Ead.pag. *Duæ ſiquidem erant acies, prima eius ordinis quem Feritorum vocant.* Feritores gerebant vexillum quadratum *il Pennone* vt placet Vincentio Borghinio; & legitur apud Villanum lib.7. & lib.9. cap.70. Vexilla Regia, ſeu Impetij cum Aquila (nobis Bandiere) ducebant cęteras turmas.

Pat.2. Diſcurſ. Cap 153. Rol. lib.4. cap.5.

Ibid. & ex *ſtipendiarijs ſocij plurimi.* Stipendiarios vocant Scriptores vernaculi *Promiſſionatos.* At æuo Muſſati ſtipendiarij videntur fuiſſe qui ære conducti militabant. Ioannes de Balbis, in verbo ſtipendium. *Proprie quidem ſtipendium dicitur, quod datur militibus ſoldarys pro precio.*

Pag.34. *Exuſſitq; Arleſica reliquias, Rubanum, & Meſtrinum.* Hic ordo topographię videtur claudicare. cum Tabulæ noſtrates inter Arleſicam & Rubanum collocent Meſtrinum.

Ibid. *euocatis Pede venda colonis.* Pede vendæ meminit & Rolandinus lib.6. cap. vlt. *Et ecce quidam in apparentia ſatis deſcretus homo retulit, quod nocte præterita, per Caſtra de Pede venda vbicumque erant, viſus eſt ignis per merlos Caſtrorum ardere diu, &c.* Pede vendæ igitur Coloni erant milites ruſticani è collibus Euganeis euocati. & ad hanc nominis formationem compoſuerũt noſtri Pedemontem, quæ fuit olim ditis Eccelini, vt habet Rolandinus lib.3. cap.8.

cap.8. vbi recenſentur terræ, caſtra, & cõfinia Pedemontis. Ab eadem originatione eſt Pede-montium Ducatus Sabaudiæ.

Ibid. *Agreſti Harpe nequiter interfecto.* Ioannes de Ianua in verbo Arpax, ita hæc illuſtrat. *Arpe enim græce rapere, & eſt inſtrumentum Orci* (Plutonem intelligit) *Ferreus vncinus dictus, quia arripiat quod in puteum cadit ſecundum Papiam.* Hunc vncinum etiam noſtri appellant *Rampicone.* Et ſanè accedit ad figuram Harpes, quę fuit Perſei geſtamẽ, vt videre eſt in Arateis Grotianis pag. 41. & in Notis 53. At germanam Harpen, quam intelligit hic Auctor noſtrates Ruſtici vocant *Ronchetto.* De facto autẽ huiuſmodi necis narrat Bartholomæus Burchelatus Phyſicus Taruiſinus & Philologus ſcriptis editis clariſſimus, & amicus noſter, lib.4. Commentarior. memorabilium, Ricciardum anno Mcccxii. ob patratum indicens facinus, à coniuratis cum latrunculis luderet, ruſtici percutientis manu, cæſum fuiſſe. indignum hoc facinus aperiũt Georgius Pilorius lib.4. Hiſtoriæ Bellunenſis, & Ioannes Bonifacius V. Clariſſimus: ſollicitatam videlicet vxorem viri Nobilis Altenerij de Azonibus.

Ibid. rubr.10. *Premiſſis etiam qui ſata, vineta, & frutices vaſtarent.* Noluit dicere, *premiſſis vaſtatoribus.* Quod ſane Rolandino religioni non fuit. lib.10. cap.5. *Ergo die Mercurij penultimo Menſis Auguſti, in ſupradicto anno Domini* Mcclvi. *Mouit militiam ſuam totam, mouit etiam magnam peditum quantitatem, præmiſit Baliſterios, & Vualdanam, omnesque Guaſtatores cum illis.*

Pag.15. rubr.11. *Gherardus de Henzola Poteſtas confeſtim in ſuffragium Beltramum Gulielmum, Lanceam de Opicengis Piſanum, cum ſtipendiarijs illico tranſmiſit.* Biltramus Gulielmi fuit Cathelanorum ductor, vt paulò ſuperius aſſeruit Auctor. Lancea de Opicengis videtur fuiſſe exul Piſanus: tum quia militabat Gelfis: tum quia narrat Ptolemæus Lucenſis, anno Mccxciii. Comite Guidonem de Montefeltro, Piſarum dominũ, Calcinariam proditione cepiſſe ex negligentia Opizingorum. Accedit Ioannes Villanus, qui lib.7. aſſerit Vbizingos Piſanos, poſt Comitem Vgolinum carceri mancipatum, cũ alijs nobilibus Gelfis fuiſſe Piſis eiectos. Cap.120.

Pag.36. *Bernardus Lancea, & Borgarutius.* Scribo; Bernardus, Lancea, & Borgarutius. & infra, *detecta equorum himitibus*, non detenta.

Ibid. *Marchia Tarviſina flos & ſupremum decus Tiſo de Campo Sancti Petri natus olim magni Tiſonis &c.* Hæc omnia Bernardinus Scardeonius tranſtulit ad Tiſonem nouellum lib.3. claſſ.13. pag.291. parum penſiculate; & ratione temporum inſuper habita.

Ibid. *Cui Gulielmus nomen erat antiquum paterna domus.* Rolandinus lib.2. cap.9. meminit Gulielmi ſenioris, & Scardeonius tres eiuſdem nominis recenſet.

Ibid. *nos velut per mediterraneas aquas cymbam noſtram dirigare, quo ſublimioribus velis Tyrrheni maris procellas fortioribus impulſibus percurramus.* Amabant tunc temporis ſcriptores conatus ſuos aptare huiuſcemodi artis nauticæ translatis. Rolandinus Muſſato antiquior, in ipſo ſtatim Prologo; *vt me qui parua naucula vetus, la cũ tanta profunditatis quaſi præſumptuoſus ingredior, faciat in ſequentibus periculorum tranſire procellas, & ad portum ſalutis abſq; naufragio deuenire.* Ioannes Boccaccius vir amœniſſimi ingenij totos ferè quindecim Libros de Genealogijs Deorum non aliter exorſus eſt. Dantes ipſe politiſſimo carmine auſpicaturus 2. Cantic.

Per correr miglior acqua alza le Vele
Homai la nauicella del mio ingegno,
Che laſcia retr' a ſe mar ſi crudele.

Benedictus Cæſenas in Libello de Honore mulierum,

Vedi Madonna che'l mio Legno à porto
D'alta letitia ſpiega le ſue vele.
Fuggo la notte oſcura e'l camin torto.

Et Antiquiores paſſim Poetæ præſertim.

Pag.37. Longobardiam ſiquidem Moderani accipiunt. Ioannes de Balbis. *A modus dicitur modernus, ideſt iſtius temporis.* Videtur legendum à modo. *Sicut ab Oriente montes Gallicorum.* Librarius videtur inuerriſſe ſitum plagarum Celi, vt etiam in ora Libri monuit Cl. Oſius. *Sabaudia, Fortiniacum, Gebena.* Sabaudia per ſe nota eſt. de Gebena dictum ſupra. Fortiniacum videtur eſſe *Foucigny*, ſeu *le pais de Foucigny* apud Paradinum in Chronico Sabaudico, lib.1. Pingonio Foucigniacum, in Indiculo Prouinciarum Sabaudicarum. *Ab Oriente mare Adriaticum, ſeu Venetiarum.* Ea fuit dignitas inclytæ, & nunquam ſatis laudatæ Vrbium Vrbis, vt mare, quod antea Hadriaticum appellauit Antiquitas vniuerſa, Muſſati ætate Venetum appellaretur, vt ex Iohanne Boccaccio diſcimus, ringente licet, factumq; improbe calumniante. Cap.4.10. Cap.1.25.

Ab Auſtro alpes Lunæ, quæ ab Ianua in Bononiæ fines excluſiue inga protendunt. Alpes Lunę vocat hic noſter Apenninum: cuius rei teſtem aduoco Rutilium Numatianum in Itinerario, vbi Ligurum Etruriæq; meminit, Lib. de Mauribus.

Lib.1.

Excubijs Latijs prætexuit Apenninum,
Clauſtraq; montanis vix adeunda vitis.
Inuidiam timuit Natura, parumq; putauit
Arctois Alpes oppoſuiſſe minis.

Quem eumdem elegantiſſimis verſibus Vrbem Lunæ celebrantem, illuſtrabat pluribus amicus olim noſter Ioſephus Caſtalio piæ, & recolendæ memoriæ; cuius eruditionem æque ac ingenuitatem ſeptem gemini colles adhuc ſuſpirant. Lunam verò, cum hæc perſcriberet Muſſatus, dirutã fuiſſe teſtatur Ioannes de Balbis, in v. Luna. Cęterum videtur Muſſatus Apennino Alpium nomen indidiſſe, quia hiſce eſt ad Vada Sabbatia annexus vt teſtatur accuratiſſimæ diligẽtiæ vir Philippus Cluuerius Introduct. Geogr. lib.3. cap.32. *Ab Aquilone Tridentina, Aquilegienſesq; ora.* Has Alpes, ſeu potiùs earum adicus graphicè deſcripſit Ioannes Iacobus Conturbius Mediolanenſis Libello vernaculo. *Is namque ambitus duas olim veluti regiones Aemiliam ſcilicet & Liguriam noſtra poſteritas nuncupabit.* Hæc verba neque ipſa forte ſanitas poterit ſanare: non ideò tamen deſperandum, ſed audendum potius aliquid. veluti ſi legamus; *Id namque ambitus duas olim veluti regiones Aemiliam ſcilicet & Liguriam noſtra poſteritas nuncupabit.* Scio equidem conſcriptas fuiſſe ab hoc noſtro Hiſtorias non Vaticinia. Verùm cum ille videret ſiue à conſuetudine, ſiue à ſcriptoribus hanc denominationem inualeſcere, eam forte ſentẽtiam animo complexus eſt, vt & poſteri hoc approbarent. Certum illud eſt Muſſato ſcribente immutatum fuiſſe ferè omnem antiquorum rationem, qua Italicas Prouincias diſtinxerant. & teſtatur deſertis verbis Cluuerius Italiæ antiquæ lib.1. Exemplo ſit Guntherus lib. 11. de Italia ſcribens, Cap.6.

Aemilia primam fama cognouimus vrbem,
Quæ velut ex Aquila, cũctarum Rege volucrum,
Nomina clara trahens, Aquileia rite vocatur.
Metropolin Ligurum dicam, ſudemq; ſuprema.
Quam Mediolanum Ligus incola nominat vrbẽ;
Siue quod in media quadam tellure, medulla
Omnibus ingenuis acerrima rebus abundat,
Seu quod ab inuento trahit iſta vocabula Porco,
Lanea qui medio portabat vellera tergo,
At quam præcipuo Veneris colit ordine ſedem
Nomine non alio quam tellus ipſa vocatur:
Vrbs opulenta nimis, quamuis circumſonet illam

zed by Google

Direptumq; ab equo dextra complectitur hostem, Et gremium ante suum multa in concitus auferet

Ita scribit, *hoc de historia tractum est. nam Caius Cæsar cum dimicaret in Gallia, & ab hoste raptus equo eius portaretur armatus, occurrit quidam ex hostibus, qui eum nosset, & insultans ait Cæsari Cæsar (alij legunt Cesse o Cæsar) quod Gallorum lingua dimitte significat. & ita factum est vt dimitteretur*, &c. Citantur autem hæc ex Ephemeride ipsius Cæsaris.

Pag.40. *Locum hunc (si continuatæ per colonos ab antiquo famæ credamus) Romani in metallum damnati fodere*. Pag.444. Nos olim Commentarium nostrum de seruorum ministerijs, hæc eadem Annotatione insignimus, cum nondum Historias Mussati vidissemus: & sanè locus etiam ipse apud bonos Auctores Custodiæ nomine significatur. At Lapidicinas hîsce prorsus similes notauerunt & alij; veluti Iodocus Sincerus in Itinerario Gallico, & Papyrius Massenius, in descriptione Franciæ per flumina, in Curantono: cuius verba hic subiungimus, ob loci ingenium Custodiæ Vicetinæ persimile. Pag.70. 116. 118. Pag.410.

Sub qua sphæroïdea cella visuntur ingressu stricto, nec quicquam in ijs potest videri, nisi funalia aut lucernas, aut paleas ardentes præferri iusseris. intus autem spectantur variæ imagines seu figuræ, aut hominum, aut ferarum, aut vestium, aut columnarum, aliarumq; rerum, quas magna voluptate, atq; delectatione animi, qui præsentes sunt, aspiciunt, cum subterranea loca illa ingrediuntur. Labyrinthus etiam ipse, quem Creticum appellant, nihil aliud est, quàm Lapidicinæ; vti obseruat, & describit Petrus Bellonius Obseruation. lib.1.cap.6. vt proinde falsus fuerit Petrus Martyr ab Angleria, qui Labyrinthum appellat. Lib.12. Decad. Babyl. Verùm exactam Custodiæ delineationem si quis requirat, sumat in manus Epistolam Ioãnis Georgij Trissini viri suæ ætatis doctissimi, quæ extat apud Leandrum Albertum. At fumus, qui nostros olim arcuit ab ingressu Speluncæ, fecit vt isthæc latibula auorum nostrorum memoria minus essent tuta, anno videlicet MDX. Germanis agrum Vicetinum diripientibus; vti narrant Andreas Motenicus Leonardi filius lib.5. Belli Cameracensis; qui LATOMIAS appellat: Petrus Bembus lib.12. patriæ Historiæ, qui CONCAMERATOINEM antiquitus effodiendis ad ædificationes lapidibus factam: Petrus Iustinianus lib.11. qui CAVERNAS & SPECVS: Franciscus Guicciardinus libro 9. qui CRIPTAM vocat, nunc CVBALVM appellamus voce Latina barbara originis Germanicæ, cuius meminit & Facius Vbertus. Lib.5.c.3.

La maggior nouita, che li si pone
Se è a vedere el Couol de Costogia
La doue el Vin si conserua & ripone.

Quòd etiam hodie fit æstiuis præcipuè temporibus, quibus Vinum algore aduersus sitim excitatur. & sanè habent viri Patricij, qui illos tractus delicatis Villis excoluerunt, vnde se iactent, obruantq; vernaculis Ventorum ductibus ijsdemq; salubribus, luxum, & fastum in hoc genere Italiæ vniuersæ, Cubalum autem, vt diximus, vox Latina barbara est. vt patet ex Notitia vrbium m. s. quæ portio est Bibliothecæ meæ, quamq; sæpè citaui. *Est locus (inquit) in Ciuitate Veronæ vocatus Arena, rotundus, per totum magnis saxis vndique constructus & perfilatus: cum Cubalis intus, & multis Antris multiformiter redimitus.* Cobel dictio Germanica est, qua insignitur Arx in Alpibus Tridentinis, cuius accurata descriptio extat apud Petrum Bembum lib.9. Historiar. vbi hæc leguntur, *ea quoque Arx, quam Coulum appellant, eorum deditione, qui illam custodiebant, ad Rempublicam rediit.* Bembo adijci potest Itinerarium Francisci Schotti I. C. & Senatoris Antuerpiani, quod inscripsit Italiæ Germaniæq; Libris quatuor.

Cæterum hæ nostræ Latomiæ (vti eas appellat Mocenicus) Syracusanis fortasse non absimiles fuerunt, quarum meminerunt nostras Pedianus, Varro, & Festus, referente Francisco Mario Grapaldo, in Libello, quem edidit hoc titulo; *de verborum explicatione, quæ in Libro de Partibus Ædium continentur*. Varro sanè vocem Custodiæ illustrat his verbis, *Carcer à coercendo, quod exire prohibentur. in hoc pars quæ subterra Tullianum, id eo quod additum à Tullio Rege, quod Syracusijs, vbi simili de causa custodiuntur, vocantur Latomiæ*. & Hasce Syracusanas describit Thomas Fazellus, de rebus Siculis, prioris Decadis lib.4. qui hodie tagliatas appellati nos docet. Qui & plures recenset, vtque præter cæteras specum, in quo Echo non modo vocis editæ, sed & submissæ quoque, neque natura vt alibi, sed arte certa responsa referuntur. Idemque eiusdem Decadis lib.6. tres Lapidicinas Selinuntinas in Literas retulit, in quibus spectantur adhuc rudes columnæ, & impolitæ moles, multa cum iucunditate eorum, qui illo accedunt. addit insuper has Lapidicinas non modo ab eruditis, sed & à rudi quoq; vulgo, & ab accolis Latumias ad hanc vsque ætatem appellari. & mirum esse, quòd ea vox cum Græca sit, tot annos & inter barbaras, quæ Siciliæ postmodum imperarunt, tot nationes, rusticosq; ipsos, incorrupta perseuerauerit. post Fazellum nouissimus omnium, quod ego sciam, de Latomijs Syracusanis perscripsit Vincentius Mirabella & Alagona Eques Syracusanus, & quidem Italicæ, qui loca Ciceronis, Varronis, Diodori, Thucydidis, Plutarchi, Æliani, & Suidæ apte coaptamentauit. idemq; citat Turnebum Aduersarior. lib.22. c.17. & Andream Schottum ad Controuersias Senecæ, Controu.17. desserentes an Latomias vel Lautumias scribere rectius sit. Et ab istarum Latomiarum ingenio videtur Io. Barclayus Mythistoricorum eruditissimus Antesignanus, arripuisse ansam confingendi, in sua politissima Argenide, Antrum illud in domo Timocleæ, in quo subterranea porticus in longum porrecta abibat in varios colles. nisi quis malit arripuisse Monitum à Leone Baptista Alberto, qui Arces Cuniculis instruit, qualem delineauit Torquatus Tassus Poetarum nostri sæculi princeps, Hierosolymæ Libertate Cantu 10. ad tutelam videlicet locorum, effugiumque hominum; quod tamen malè cessit C. Matio iuniori, vti indicant Velleius Paterculus lib.2. Histor. & Plinius in Viris Illustrib. Et hæc nimis multa sufficiùt in gratiam Loci exteris curiosis celeberrimi. Lib.1. Lib.5. de re ædific. c.5.

Pag.41. *Ac demum declinante vespere, impellente Albertino Mussato, cui forte vehendo vexillo Quarterij Pontis Molendinorum fors obtigerat*. Quarteria sunt Regiones vrbanæ, quarum extat mentio apud nos sanè frequens, & perantiqua. ita Florentiæ actitatum testes sunt Villanus, & Borghinus. ille lib.3. cap.2. hic Discursium par.1. pag.280. alibi Sexteria, Villano *Sestora*: vt Venetijs & Florentiæ. Romæ Regiones, hodie Rioni. Quarteria apud nos quatuor numero sunt, quorum hæc sunt nomina, Pontis Molendinorum, Pontis Altinatis, Domus, & Turricellarum. Domum, Cathedralem Ecclesiam intelligimus, patente Italicismo, qui & alibi obtinuit, veluti Augustę Treuirorum, docente Ortelio in Itinerario: vbi summum Templum Dom appellant. Pag.61. Pag.67.

Pag.42. lib.8. *Cum inuestigatione per internuncios, amicorumque & peregrinorum documenta sollicitudo non defuerit*. Ammianus Marcellinus initio libro 15. profitetur & ipse quæ videre non licuit per ætatem, se ex interrogatione eorum, qui versati essent, cognouisse. Verùm hoc eo periculo fit, vt veritas quandoque corrumpatur. Quod sibi accidisse conqueritur senò Paulus Iouius in Epistola Italica ad Hannibalem Raymundum; in ijs quæ de Azaho tradiderat Cherium propugnante lib.38. Historia-

rum ſuarum. Quod autem in veſtibulo Libri legitur *noſtri Cæſaris*, hoc ab alijs etiam Scriptoribus,& quidem non ignobilibus vſurpatum eſt. Plinius; *euocatus in conſilium a Cæſare noſtro*. Hinc apud Ælium Lampridium in Alexandro Seuero, ſolemnis illa Adclamationis ſpecies; *Cæſar noſter, Auguſtus noſter, Imperator noſter, Dij te ſeruent*. Et in antiquis Epigraphis notæ illæ CAES. NOSTRI SERV, quibus ſunt CAESARAE NOSTRI SERVVS. Cæterùm quo ſunt Cæſarae noſtri Servvs. Cæterùm hæc loquendi ratio indicat Muſſatum affectu Cæſarianum fuiſſe. Quòd & ipſe non vno in loco prodidit; & quidem diſertis verbis. Loquendi ſanè ratio ſibi hoc vult. & ſatis ſuperque tritum eſt Virgilianum illud

Noſter eris——

Ibid. rubr. 1. *Ianuam egreſſus magna claſſe Cæſar in Portu Veneris magna tempeſtate dies circiter quadraginta perſtitit.* Iacobus Bracelleus in deſcriptione Oræ Liguſticę, Portum Veneris à Templo diuo Venerio facto dictum eſſe autumat. Quòd tamen refellitur ex antiquo Itinerario maritimo Antonini vt vocant; in quo Portus Veneris diſertè ſcribitur. Vbi Surita Portum hunc eundem eſſe cum Portu Lunæ manifeſtè tradit, quod & Bracelleus non abnuit; addens inſuper, obieciſſe illi naturam Inſulæ cujuſdam veluti ante portale, quod illum ex Auſtro, & Africo totum præſtet. Vt mirum non ſit, ſi magna tempeſtas Cæſarem ibi tot dies detinuerit, in ipſa nimirum ſtatione.

Ead. pag. 42. *per Piombinum ac Maritimam*. Recte; & Chorographicè. à Plumbino enim deinceps Maritima eſt. Quam dicunt hodie *Maremma*: antiquiores verò dixerunt *Maretema*. Tomas Fortifiocca Scriba Senatus, in vita Nicolai Renti, *habbe l'obbedienza de la Toſcana, Campagna, e Maretema*. Nimirum a voce Latina, quàm vſurpauit & Sanctus Bonauentura in vita S. Franciſci lib. 1. §. 8. *In Maritima mulier quadam mentis alienationẽ per quinquennium paſſa*.

Ibid. *V. q; Pontem qui Molis dicitur &c.* Hic Pons antiquitus fuit Miluius, ſeu Moluius, ad quem de Maxentio victor euaſit Conſtantinus. Qui plura Maxentio victor euaſit Conſtantinus. Qui plura quærit adeat Vrbis æternæ Topographos. Vnus hic mihi citabitur Andreas Fuluius lib. 2. de Antiquitatibus Vrbis,

Miluius a Scauro pons primum conditus exat
Sapius euerſus ſæpe inſtauratus ibidem
Flaminia appoſitus: tyrrhenos ducit in agros
Ponsq; frequens, quamuis reliqui diſtantior vrbi.
In quo præclari Ciceronis Conſulis arte
Legati Allobrogum interpellata nocte fuere
Deprehenſi inſontes: intercepteq; tabellæ,
Conuratorum fraudes, ac tela repulſa;
Quo Conſtantini Maxentius ante tyrannus
Concidit, & finis datus eſt ciuilibus armis.

Henricus autem cum è Tuſcia Romam properaret, ideo Pontem Milui attigit, quia vt ait Fulvius, *Tyrrhenos ducit in agros*. Cur autem Pontem Etrulum appellat Villanus alij viderint.

Ibid. *Inea pactato Pandulpho de Sabellis, quem ad Ioannem præfatum tractaturum de compoſitione præmiſerat*. Franciſcus Sanſouinus lib. 3. Hiſtoriæ, quã de gente Vrſina perſcripſit, ait Pandulphum miſſum fuiſſe, vt cum Gentile Vrſino tractaret. Qui etiam addit Henricum fuiſſe comiter Viterbij exceptum vt hic noſter prodidit; redarguuntq; ambo Conradum Vecerium, qui & in multis alijs minùs accuratus, Viterbium nullo negotio captum aſſeuerat. indulgebimus tamen viro occupato, etateq; multa annorum longe ab his, quę narrat, diſſito; cum fuerit à ſecretis Carolo V. Cęſari, vt liquido cõſtat, tum ex Epiſtola Gerardi Nouiomagi, apud Petrum Scriuerium eruditiſſimum virum, cui Muſæ æternũm debebunt, in Batauia illuſtrata: tùm ex ijs, quæ ipſemet Vecerius tradit, in calce vitæ Henrici, de Amurathe Turcarum Imperatore & de Henrico Britanniæ Rege. Narrat porro ibidem Sanſouinus, ex aduentu Henrici tentaſſe Gibolengos Vrbeuetanos, ſi qua poſſent expellere Gelfos. Verùm hoc illis minùs proſperè ceſſiſſe; adeò vt ipſi Gibolengi ſolùm verterint. Quòd Alphonſus Ciccarellus Mæuanas lib. 2. Hiſtoriæ Monaldeſcorum pluribus tradit. Filippeſchis enim & eorum ſectatoribus quibuſcumque ejectis bona adempta ſunt, domuſq; ſolo æquatæ, publico Vrbis decreto, anno Domini (vt habent veteres Tabulæ) milleſimo trecenteſimo tertiodecimo, Indictione vndecima, tempore Pontificatus Sanctiſſimi Patris domini Clementis Papæ V. Menſis Auguſti die 29. inſtante. & quidem hæ turbæ Vrbeuetanæ videntur excepiſſe Coronationem Henrici; quas tamen Muſſatus non attigit ſibi fortè ignoratas, ideoque rectè præfatus eſt in limine huius Libri, malle ſe, ſi quid demeruerit, de omiſſis argui, quàm de maledictis.

Pag. 37.

Ibid. *Verum ex ligneo propugnaculo ad Pontis latus extructo, quem Tripſonem vocabant, ſagittarum iactus exiuere*. Sanſouinus hos ſagittarum ictus, non è propugnaculo, ſed ab Vrſinis exiſſe pronunciauit. Et verò Sanſouinus hunc noſtrum cum viderit, valdè miror cur in Hiſtoria Gentis Vrſinæ dignũ non exiſtimauerit, quem nominaret, imò potius diuerterit aliquando in alia omnia. nimirum tanto turpius gratia non refertur, quanto honeſtior eſt cauſa reticẽdi. Vidit enim Sanſouinus Albertini Muſſati Hiſtoriam calamo exaratam, vt ipſemet de ſe teſtatur in Stemmate San Bonifaciano, vbi de Vinciguerra clariſſimo Imperatore ſermonem habet. At nos deinceps iudicabimus loca, per quæ Sanſouini copiæ auctæ ſunt,

Pag. 43. *Quamquam & ad ipſum Regem in Apuliam Ioannem de Iuſtiga, & religioſum virum ex Prædicatorum ordine præmiſiſſet*. Sanſouinus Ioannem Vſticam, & Religioſum, qui ſibi eſſet à ſacris Confeſſionibus, miſſos ab Henrico ad Robertum ſcribit. Pag. 116.

Ibid. *Expèti ad hoc fecit Vrſinorum primores alta proſapiæ*. ſupra 28. *Vrſinorum alta potensq; progenies*. Quæ de multis nominibus clariſſima ſtirpe ſummo iure dicta ſunt. Verè enim anno MDCXVII. Monſpelij Trophæo honoratio inſcriptum eſt

Inſuber Vrſus, Venetusq;, & Gallus, & Vmber,
Gens & Hetruſca duces, & ſacros inclyta debet
Roma Patres; Europæ decus, Latiumq; ſalutem.

Verùm hic textus videtur deſiderare Nomen proprium alicuius ex Vrſinis. ita enim repoſcunt illa *ad quem Cæſaris internuncy &c.* & Sanſouinus certè Gentilem nominat, ad quem Nuncios miſiſſet Henricus; rogatũ ne Coronationem turbaret.

Ibid. *Anagninus, Tudertinus, ac Spoletinus*. Per Anagninos dubium eſt num ſignificet Anagninos quos vt inquit Virgilius

——*dines Anagnia paſcit;*

Vel Narnienſes ad quos inclinat conjectura. in Ducatu namq; Spoletano fuere Narnienſes, Tudertini, Spoletani. Narniam appellat Virgilius, Narnium Sanctus Bonauentura lib. 1. de Vita Sancti Franciſci §. 6. infra pag. 45. Spoletini, Tudertini, Narnienſes.

Ibid. *Abſq; differentia Nobiliores in conuiuium vocauit*. Eadem habet Sanſouinus: in eo tamen diſpar, quòd Annibaldum de Annibaldis; Ioannem de Sabello, & Thebaldum de Campo Floris Columnenſium factioni immiſcet, qui reuera partiarij Vrſinorum erant. *Lectis fragmentis, amotiſq; tabulis*. Pranſos & cœnatos legere fragmenta apud nos, etiam me puero, in vſu fuit, idque ab antiqua dubio procul inſtitutione, cuius origo videtur fuiſſe ab illis Euangelij, *Colligite fragmenta ne pereãt*. Hodie tamen, vt ab antiquis conſuetudinibus pa-

Pag. 49.

trijs

trijs in barbaros mores degeneranimus, q legeret fragmenta ridendus veniret, occinerenturq; illa cantio Syrophœnissæ, *nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensâ dominorum suorum*. Lib. 1 Aen. Amoueri autem mensas antiquissimum fuit; veluti ex Virgilio discimus

Postquam exempta fames epulis, mensæq; remotæ
Amissos longo socios sermone requirunt,

Et

Postquam prima quies epulis, mensæq; remotæ

erat enim locuturus Æneas.

Decad. 2. lib. 3. Ead pag. 43. *Fari mihi inter vos, tanto in rerum discrimine*. Hæc oratio Henrici, (quam etiam Blondus, in his quæ de Henrico digessit, vidisse visus est,) nihil habet eorum, quæ commentus est Sansovinus. Qui Henricum ita differentem inducit, ac si Pontificem Roma ejicere voluisset. *Quid me ex Augusta urbe Regia in hanc Italiam adduxerit*. Hæc Augusta urbs Regia videtur esse Aquisgranū ex Petro Bertio lib. 4. Germaniæ suæ. Qui etiam citat veterem, & inde à Caroli ipsius temporibus positam Inscriptionem,

Carolus insignem reddens hanc condidit urbem
Quam liberauit post Romam, constituendo
Quod sit trans Alpes hic semper Regia sedes
&c.

Æneas Siluius in Apologia ad Martinum Mayer, *omissimas Aquisgranum Germanici Regni Sedē, vbi Palatium illud tota Germania nobilissimum, Cæsarum, qui ex Theutonicis rerum potiti sunt, egregias ex lapide statuas alitetur &c.* Videdus & Philippus Cluuerius Introductionis Geographicæ lib. 3. cap. 9.

Ibid. *Nisi ve meum carum visitem Senatum Populumque Romanum, quo exultante in Capitolium vehari*? Huc facit Epistola editionis Gretserianæ, alterius Henrici Regis Romanorum, Consulibus, Senatui, populoq; Romano; *Diuina disponente gratia, postquam regnum patrium nostrum intrauimus, vrbem, caput & sedem nostri Imperij pio affectu visere optauimus*. Eodem spectant verba Legatorum Romanorum apud Frisingensem lib. 2. cap. 21. *Cur enim suum visitaturus populum non pacificè aduenire*? De populi exultatione prosequentis Imperatorem in Capitolium veterum Scriptorum testimonio consignata res est. Iuuenalis Sat. 10.

—— *hinc præcedentia longis*
Agminis officia, & nimios ad frena Quirites,

Lib. 3. el. 3. Propertij,

Qua videam spolijs onerato Cæsaris axe
Ad vulgi plausus sæpe resistere equos,

6. Cons. Hon. Claudiani,

Hinc te iam patrijs Laribus via nomine vero
Sacra refert, flagrat studijs concordia vulgi,
Quam non illecebris dispersi colligis auri.
Nec tibi venales captant æraria plausus
Corruptura fidem: meritis offertur inemptus
Pura mente fauor ——

In quibus tangit Poeta Cæsarum Cōgiaria; quæ Populus Romanus his etiam temporibus aliquando non destitit flagitare; vt indicat Oratio Romanorū, cuius antea meminimus, ad Fridericum Augustum, ex Othone Frisingensi, *Officialibus meis, à quibus tibi in Capitolio adclamandum erit, usque ad quinque millia Librarum expensam dare*.

Ibid. *Quis ab Apostolis Petri limine repellat*? de Liminibus Apostolorum doctam & accuratam animaduersionem videre est apud Illustriss. Card. Baronium in Annotationes ad Martyrologiū Rom. 18. Nouembris. Dixit autem inuidiosè Henricus se repelli ab limine Apostoli Petri; tùm quia illud limen cunctis Christianis patebat; tùm quia limen in vniuersum nemini non patebat. Mem. 124. Iuuenalis Sat. 3.

Limine summoueor: perierunt tempora longi
Seruitij ——

Ad quem locum Interpres apud me manuscriptus hæc habet, *limine summouear, hoc vult inferre, nullus est confirmatus in alicuius amore, quem detrahēdo inimicum non reddant. Limine enim ponitur pro intima familiaritate. Sic Virgilius de Turno dolet de limine pelli*. Locus autem Virgilij est in 7. Æn.

Stirpem admisceri Phrygiam; se limine pelli.

Vbi Seruius vulgatus hæc tradit; *se limine pelli, interiore familiaritate. Iunen. Limine summoueor*: Hæc tamen interior familiaritas Liminis nomine Senecæ vsurpata non est. *Est proprium superbiæ magno æstimare introitum ac tactum sui limitis, pro honore dare ve ostio suo propius assideas, vt gradum prior intra domum ponas, in qua deinceps multa sunt ostia, quæ receptos quoque excludunt*. Vti nec Horatio.

Forumque vitæ & superba Civium
Potentiorum limina.

Seruius tamen ad illa 2. Georgic.

—— *penetrant aulas & limina Regum*

Per limina interpretatur interiorem familiaritatem, & hæc sint obiter dicta de Limine.

Pag. 44. *Stephanus de Columna vir insignis*. Præconium huiusce Stephani & laudante & laudato sanè dignum exstat apud Franciscum Petrarcam, scribentem Carolo IV. Cæsari, Henrici nepoti, in hæc verba; *siquidem magnanimus olim vir & memorabilis Stephanus de Columna, cuius erga gloriosissimum Avum tuum Romanum Imperatorem fides toto orbe notissima est, & qui diem tuum, teque, quem non aliter quam Christum Symeon expectabat, videre senio victus & præcentus morte non potuit*. Et paulò inferius. *Iacōbes de Columna illius Stephani magni nepos &c.* Lib. 10. ep. 4.

Ibid. *Nicolaus de Comite se gratuitum decus, cingulumque militiæ à Rege Carolo Roberti Regis genitore suscepisse ait*. Hic Nicolaus videtur fuisse

—— Comitum de gente latina

Vt cecinit Andreas Fulginas. Quæ Gens tres Pontifices summos continuata pene serie effudit, Innocentium III. Gregorium IX. Alexandrum IV. quos Onufrius in Chronico Ecclesiastico Comites, Signiæ appellat. de Comite autem quod nominat ad illam cognominandi normam factum est, qua etiam alibi vsus est; veluti de Corrarodulo, de Lucio, de Flesco, de Colinbiano, de Fisiraga: licet lib. 6. pag. 321. Demetrium de Comitibus, non de Comite extulerit. At quid in mentem venit Sansouino, cum de Nicolao de Comite fecit Comitem Nicolam de Vrsinis; cui etiam affinxit Orationem, à Mussati vestigijs omninò abeuntem. Quod autem Nicolaus obstare sibi Cingulum militiæ à Carolo Rege collatę affirmauerit, quo minus Henrico obtemperaret, id poterat sanè hominem excusare. Philippus enim Rex Francorum, audiens expeditionem parari ab Henrico contra Regem Robertum, Cæsaris progressum non multifecit, *quod* (inquit Mussatus) *sibi hunc Henricum fidum militem creatum, educatumq; dilexerit, redamatumq; se non veritus fuerit, nec se aduersus vlla insolentia clarum prorsus reputauerit, &c.* Vbi notandum est Henricū FIDVM militem dici: ac si ex collatione Cinguli fidelitas aliqua (vt tunc tēporis loqui consueuerant) collatori à suscipiente esset præstanda. & profecto huc facit, quod sequitur de Annibaldo, Ioanne, & Thebaldo, *Regi Romanorum se paritueros, in omnem casum*. & aduersus omnes *cognationis suæ, cingulis* (non singulis) *dumtaxat exceptis*. Cingulum porro militare fuit solemnis rei militaris symbola. & patet ex his Martyrologij verbis. *Item Antiochiæ Sancti Hesychij martyris, qui cum esset miles & præceptum audisset, vt quisquis non sacrificaret idolis, cingulum militiæ deponeret, repente cingulum solut*. Veluti & illa antiquiora apud Virgilium Lib. 1. Antiquus. Libro 6. de Bonif. 18. Nou. Lib. 16. p. 99

—— *infelix humero cum apparuit alto*
Balteus, & notis fulserunt cingula bullis.

Vnde factum est, vt Mussati seculo norma &

situ

ritu satis antiquiore, cingerentur qui Equestrem militiam auspicabantur. Manipulum Florum. *Facti sunt in ista Coronatione pro Imperatore Milites accincti* Lxxx. Ioannes Saresberiensis in Polierat. co; *Vide iam inolevit consuetudo solemnis, vt ea ipsa die, qua quisq; militari Cingulo decoratur, Ecclesiam solemniter adeat. Gladioq; super Altare posito & oblato, quasi celebris professione facta, se ipsum obsequio Altaris devoueat.* Et hæc erat Cinctura Equestris, cuius meminit Epitaphium Ioannis Cacij Episcopi Patauini, apud nos, in Canonica Templi Cathedralis. Lib. 9. c. 20.

Qui cum prole sua cinctura fulsit equestri,
Inq; sacerdotum Canone Doctor erat,
Hic iacet Antistes Cacij de stirpe Ioannes
Cuius nomen humi, mens viget astra super.

Damus autem hos versus exscriptos oculata fide, non fide Laurentij Schraderi, qui secundum & quartum, prout ipsi libuit, mutauit. Successit autem in Episcopatu Ioannes Bellino Martyri, anno 1149. Cacciaguida apud Dantem Patad. Cat. 15.

Poi seguitai lo'mperador Currado,
Ed ei mi cinse de la sua militia
Tanto per bene oprar li venni in grado.

Vbi, quod se cinctum à Conrado militiam refert, de Equestri militia intelligendum est absque controuersia. Ioannes enim Episcopus, cuius Inscriptionem sepulcralem retulimus, fuit miles & doctor, vt habet vetustus Indiculus Episcoporum Patauinorum, manuscriptus apud me. Et quæ leguntur apud Ioannem Boccaccium in præfatione Genealogiæ Deorum; *si satis ex relatis Dommi Parmensis egregijs militaris &c.* perperã Italicè versa sunt. ibi enim Miles Equitem significat, non quem nos dicimus *Soldato*.

Ibid. *Annibaldumq; Militiarum palatia, munitionesque ac Turrim S. Marci, & Colisæum, quorum possessor erat &c.* Andreas Fulvius Lib. 1. Antiquar.

Inde per antiquæ vestigia prisca Suburræ
Ad fora deducor quondam pulcherrima Nemus;
Turris vbi assurgit Comitum sublimis ad auras,
Quas modo dissanes modico discrimine Turres
Pontifices summi Comitum de gente latina
Fundauere ambas, decus & monimenta suorum.
Altera quæ maior Comitum cognomine dicta est
Altera Militia quæ surgit ad æthera Turris
Dicta à militibus, qui illic quandoque fuere
In statione: boni Vrbem tutantur in arte suprema.

Martianus etiam in Vrbis Romæ Topographia asserit Turri Militiarum illud cognomen ex eo inditum esse, quia milites Traiani ibi stationem olim habuerint: extitisseque, ipso scribente, eius ædificij bonam partem. Blondi autem verbis hoc Henrici consilium illustratur. *Arces verò Vrbis, quas Proles mesum secuti Imperatorem peruisse diximus, ades erãt in Theatris, Thermis, & vetusti operis ædificijs in Arcis formam, quod etiam nunc facilè intelligitur, communita.* Lib. 4. c. 21. Decad. 2. lib. 9.

Consueuerunt etenim nostri homines eiusmodi opera publica munire in Castellorum morem, hoc ævo. inde fit, vt sepulcrum Cæciliæ Metellæ, quod Romæ situm est, extra Portam Capenam, etiam hodie Pennas Murorum ostenter, vocabant autem (vti & nunc) Capo di Boue. Moles Hadriani meliore fato in eumdem vsum concessit & ipsa. Loci enim opportunitate, & munimentorum rationibus, Arx nunc demum est rei Romanæ firmissima, tutissimaq;. Annibaldi autem maiores videntur cum Vrsinis atrocia ante hac gessisse bella, & narrat Archiepiscopus Consentinus, post mortem Nicolai III. Hannibaldenses statim, Romæ, partem dominij inuitis Vrsinis obtinuisse. inciderunt autem hæc in annum Domini 1281. & non multò post (eodem teste) Vrsinis Prænestæ occupantibus obuiam ierunt Hannibaldi, non sine cæde Vrsinorum. & Villanus etiam Hannibalolenses recensuit inimicos Vrsinorum. Qui tamen alibi Riciardum à Rota de Hannibaldensibus Vrsinorum factioni addictum scribit. At hic Annibaldus huic nostro nominatus is forte est, quem Romani ad mandatum Papæ reuersi (vt inquit Martinus Polonus) cum Pãdulpho de Sabello Vicarium Senatoriæ susceperunt. Nominatur autem Annibaldus Petri Annibaldi. At Thebaldus de Campofloris (si Blondo credimus loco citato) licet Vrsinorum affinis, vt hic notet ait, illos tamen, sed irrito conatu, conuictis profecit: *nec enim satis illi profuerunt maledicta peruulanter in [illegible] iactata*, ait Blondus, vt quotquot malebat ipse ab Henrico permitterentur abire. An verò hic Thebaldus idem fuerit cum Thebaldo Sancti Statij, quem recensuit Villanus, ego sanè alijs perpendendum relinquo. Mussatus profectò hic Thebaldum de Campofloris secernit à Laurentio Ioannis Statij, vt cuiq; licet videre. Lib. 10. cap 55. & 56.

Ibid. *Vt saluarent ad dominos vicinamque suam sirmet.* Hoc Italicum est *le Sbarre*, quæ repagula appellat Blondus. Italica autem vox Gallicissimum sapit, *une Barre*, quæ sunt Cancelli, Septa, Clathri.

Ibid. *Quos inter Petrus Malabranca ipsius Cancellarij Nepos.* Eadem tradit Sansouinus ijsdem penè verbis, qui & Laurentium Ioannis Statij nominat. recensetque arces Annibaldi quas diximus, at officianter, & præpostere vt verùm fateamur. Malabranca Gens Romana Latinum Cardinalẽ Orsiẽsem tulit, cuius frater fuit Ioannes Sincij Capitaneus Vrbis & Reipublicæ defensor nominatus ab Archiep. Consentino in Martino IV. & hoc antiquiorem Ioannem Cardinalem Sancti Theodori, vti habet Ciacconius. Qui pro huius Insignibus Brancam, siue Pedem feræ cum vncis vngulibus exhibet, apposite ad cognomen Malæ branchæ, quod ea ratione formatum est, qua nobilissimis familijs Malatestarum & Malaspinarum sunt indita cognomina. Latinum verò, cuius meminimus Nomenclator Cardinalium vir accuratissimus, dubitat num Malabrancam, seu Frangipanem appellet. Neque profectò apposuit huic Ciacconius Insignia Malabrancarum. Fuit hic Parisiensis Doctor, & vt ferebant illa tempora, illustris concionator. ediditq; præter alia, Prosum, quæ canitur in Missa Defunctorum In Martino IV.

Dies Iræ dies illa.

Huic autem Genti nõ nimis æquus videtur fuisse Dantes, qui Inferni ecclesias, & eiusdem nescio quàm regionem hoc nomine insignitur. Cant. 11. & 12.

Ibid. *Capuisque ea die Comes de Biserno.* Sansouinus Comitem de Tiserno videtur legisse. Quid si legamus *de Piperno?* Priuernum hic facit antiquitus Latij oppidum. Silio Italico & alijs nominatũ.

Ibid. *Inter quæ occubuit Vir super illustrissimus Episcopus Leodiensis Comitis de Barri frater.* Meyerus Annal. lib. 11. retulit Henrico in Italiam descendẽti adfuisse Theobaldum Episcopum Leodiensem. Et huius eẽdem accurate enarrat Io. Villanus lib. 9. Cap. 48. Qui virum vocat magnæ virtutis, nec mineris auctoritatis. Neque audiendus hic est Sansouinus, qui ipsum Comitem Barri cæsum fuisse pronũciat: improbandus etiam Caumellius, cui est Episcopus Lugdunensis, qui Leodiensis esse debuerat.

Ibid. *Campanis vndique per turritas Ecclesias ad certamen pulsatis*, Italice *suonare à stormo & suonare all'arme*. Patauij *campana à martello*. Quò pertinet vox illa insignis Petri Capponij, apud Franciscum Guicciardinum lib. 1. Historiar. vos inflabitis vestras tubas, nos pulsabimus nostras campanas. De vsu autem Campanarum in sacris, luculenter egit Angelus Rocca Episcopus Tagastensis, & Apostolici sacrarij Præfectus amicus olim noster, vir pietate, & discendi studio clarissimus. Qui tamen cap. 2. sui Commentarij, dum nomina perquisit

rit Campanarum, Squillas ait vocari etiam Italicè. Improbatq; ſententiam Hieronymi Magij aſſerẽtis eam vocem è Gallia effluxiſſe, nullibi enim eam vocem inueniri, & à viris Gallis & quidem eruditiſſimis excludi tamquam ſpuriam. At pace amicorum Manium dictum ſit, hæc dictio Gallica etiã nunc eſt apud Tholoſates, qui dicunt *Eſqual*, vt notat eruditiſſimus Legis Salicę Gloſſator, Titulo 29. Videtur autem originem duxiſſe à voce Germanica Sxel, cuius meminerſit Hermannus Narenarius ad Vitam Caroli Magni, & oculatiſſimus Barthius Aduerſarior. lib. 55. cap. 10. promiſcui illarum vſus eſt, vt diximus

Aere ciere viros, Martemq́, accendere

Præterea Signa lętitiæ odere, item & mœſtitiæ: vt in funeribus, & capite plectendis. Horas adhæc metiri, tonitrua fugare, cœtus hominum cogere, Horum omnium quia paſſim obuia ſunt exempla, Lectorem non onerabo. illud tantum Animaduerſione dignum proponam, Signa appellari illarum pulſus à non malis Auctoribus, vt notat Gloſſographus ad Capitulare Caroli Magni: & aduertimus nos olim apud Leonem Oſtienſem, & incertũ Auctorem Annalium Gallicarum, in collectione Pitoeana. Vnde *Tocſin* Galliæ, Italice *Segni*: Et apud nos nemo non, vſurpat *Segni de Meſſa*, *Segni de Predica*.

At dum hic noſtet hęc Litteris conſignaret, Carroccium prodibat in aciem, appenſa Campanæ inſignitum. Notauit hoc doctiſſimus Sigonius lib. 15. de R. Ital. ſub anno 1191. in Carrocio Cremonenſi, cuius Malum & Nolam Brixiani in patriam aſportauerunt, trophæi vice. Et hinc forte Antonius Campus Pictor Cremonenſis lib. 1. patriæ Hiſtoriæ malo Carrocij, quod eleganter delineauit, appendit Nolam. Ioannes quidem Villanus memorauit Campanam nomine Martinellã, ſiue Aſinorum, quæ vnà cum Carrocio in hoſtes educebatur à Florentinis. Verùm illa ſtatuebatur ſeorſum in Turri lignea, ad cuius pulſum acies procedebãt. Et quia de Carrocio confido ita tractaturum ſollertiſſimum Fel. Oſium, vt palmam alijs omnibus ſit præreptura, diuina illa, quæ illi ſemper ad manum eſt, accurationis & diligentiæ virgula; ideo ab eiuſdem inſtructiſſimo penu conſulto abſtinebo, expoſitis tantum Analectis quorumdam Auctorum calamo exaratorum, quos publico inuidere impium & diris propè dignum facinus eſſet. in Manipulo Florum non ſemel citato, non Carrocium ſed Carrocetum perpetuò habetur. Eius autem hæc ſunt verba; de Heriberto Archiepiſcopo Mediolanenſi. *Carrocerum quoque excogitauit. Eſt autem Carrocerum currus quidam admirabilis, per circuitum a ſummo deorſum Scarlato veſtitus. In cuius medio eſt arbor procera contingens cęlum: quam quatuor viri portare non poſſunt. Quæ a frequentia virorum rectà tenetur, funibus hinc inde protractis. in ſummitate arboris eſt Crux aurea ſplendens nimio fulgore. ſub Cruce eſt vexillum album Cruce rubea inſertum. huic Currum quatuor iuga Boum trahunt, quę ſerico albo cum faleris, cum rubea Cruce per medium ſunt cooperti. magiſter Carroceri eſt vir honorabilis, quem Ciuitas Enſe, Lorica, ac continuis ſtipendijs dotare tenetur. inſuper Communitas prouidere tenetur de Capellano, qui iuxta Carrocerum ſemper Miſſam celebret, & vulneratis det pœnitentiam. hic etiam magno ſtipẽdio per Communitatem dotari debet. ſunt inſuper octo Ciuitatis Tibicines, cum totidem militaribus Deſerarijs, quibus Communitas prouidet de duobus tentorijs, & ſalario militibus conſueto.* Hæc habuit optimum illud Chronicon. Guido etiam Carmelita, Piſanus; in Concordantijs (ita enim appellauit) Hiſtoriarũ aliquot antiquarum, ſermone Italico exaratis; cuiuſque ego Volumen manuſcriptum domi habeo, ita inquit; *in prima poneano lo Tabernacule con l'Arca, lo quale Tabernacolo era à loro come Tempio è come Carrocio. & intorno intorno ſtauano li Sacerdoti è li Leuiti à cuſtodia è à ſeruigio del Tabernaculo.* Non potuit aptiùs expreſſiſſe. Carrocium etenim fuit Palladiũ (vt ita dicam) militare, quòd omnes ſummo ſtudio certatim tuebantur. Qui plura volent adeant Ricordanum Maleſpinium, cap. 164. & 205. Villanum lib. 6. cap. 67. & alibi; Vincentium Carrarium in Hiſtoria Rubriorum Parmenſium lib. 2. Friderici Imperatoris Epiſtolam 41. ex editione Gretſeriana; Marquardum Frihetũ in Gloſſario, ad editionem ſuam Scriptorum aliquot inſignium rerum Germanicarum; Vincentium Borghinium prima ſecunda Diſcurſuum & Pignam lib. 11. Hiſtoriar. Inuentum autem videtur placuiſſe exteris etiam nationibus. Siquidem narrat Niceras Choniates Annalium lib. 5. Hungaros in pugnam proficiſcentes, ſtatuiſſe Vexillum in craſſa & procera trabe, quàm rotis impoſitam quatuor iuga Boum trahebant. Decertatum autem tunc eſt cum Græcis Manuele Comneno imperante, qui ſynchronus penè videtur fuiſſe Friderico I. neque verò ſemper productũ eſt Carrocium in horrorem Martij pulueris, ſed & in feſtiuæ Hilaritatis plauſum, Honoris ergo & publicæ Maieſtatis. ita Florentini obniam iuerunt Latino S.R.E. Cardinali, cuius paulò ante meminimus, vt prodit Villanus lib. 7. cap. 56. Eumdem honorem noſtri præſtiterunt B. Ioanni Viceſino, Sigonio teſte, in Libris reliquis de Regno Italiæ, anno 1233. Necnon & Friderico Imperatori, ſexennio poſt, vt notauit Rolandinus lib. 4. cap. 9. Nomen porro etiam Carrocio inditum fuiſſe obſeruaui. Cremonẽſes ſiquidem Bertazzolam, vel Bertam nominauerunt ſuum: vti perhibent Sigonius lib. 18. de Regno Italiæ, & Chronicon Parmenſe m. ſ. apud me. Parmenſes Creuacerem, ſeu Biancandum. Sanſouino & Carrario teſtibus. noſtrates Bertam. & alij fortè aliter. In gratiam videlicet viri alicuius, vel mulieris, quorum ingentia beneficia in Vrbem redundaſſent, vel vt Ciuibus vtcumque libuiſſet.

Ferm 15.

Lib. 6. c. 71.

Pag. 45. *Raynerius de Grimaldis Roberti Apuliæ Regis Admiratus.* Fuit vir planè militaris, & fortunatus; vti vocat Villanus lib. & cap. 77. *Cæteris cum vaſis & omni Balliſtrarum apparatu.* Huiuſmodi Vaſorum meminit ſuperius pag. 17. *Galearumq́, corpora ſeu Vaſa.* & pag. 27. Galeas quatuor ac Vaſa. ſunt autem *Veſcelli* quos dicimus Italicè, origine Gallicana *Vaiſſeau* Archiepiſcopus Cõſentinus, in Martino IV. de Rege Carolo ita inquit; *Sed quod concepit tunc adimplere nequiens, multa Vaſa in portum Brunduſij*, ne per fluctus hiemales vaſtarentur, aut caperentur ab inimicis, reliquit.

Ibid. *Niſi vt ſe ſe præſtolarentur, negotiaq; interim ſingula differrent, pollicitus inde ſemper, & in dies ter mutare, in ſingulis deficiens terminis &c.* Prudentiſſimus Rex noluit omittere caput rerum, aptè ad Taciti doctrinam, quam luculenter illuſtrauit aureis notis omnigenæ Hiſtoriæ peritiſſimus Chriſtophorus Forſtnerus Auſtriacus amicus meus, ad Librum I. Hiſtoriar. eiuſdem Auctoris. noluitque ſe & rempublicam in caſum dare. Videbat ſe Romæ, in Thuſcia, & in Marchia noſtra auidè expectari. Cùm vbique eſſe non poſſet malebat nullibi eſſe: ne poſtpoſiti cõtumelia incenderentur, & res nouas cogitarent. Qua ratione vniuerſi in officio continebantur. His non attendens Ioannes Bohemiæ Rex Henrici Cęſaris filius, vt Francorum Regi militaret Bohemiam peſſumdedit, & demum Vita mulctatus eſt, animaduertente Io. Villano lib. 10. cap. 197. & Ortelio, in Itinerario.

Ibid. *Ignauæ ſocordiæq; imputantibus Regis fœminei, Roberti nomen in Regem Bertam vertentibus; ſicque vulgò vocitantibus.* Idem dicterium adnotauit & Sanſouinus. neq; ideò tamen Muſſatum laudare aliquid

aliquid penſi habuit. At huic nominis iocoſæ inuerſioni ineſt Italiciſmus non inelegans. Dicunt enim noſtrates *dar la berta, berteggiare*, & *berteggiatore*, quod Latini dicunt deridere, & deriſorem.

Pag.ead. *Illis aſſerentibus nefas eſſe à Papali Conſtitutione, reſcriptisq; diſcedere, Litterarum contextum, moremq; longæuum allegantes.* Hæc ſanè vt Canoniſtas decebat. non enim Legato licèt à contextu Litterarum abire; ſed eius eſt interpretari qui ſcripſit; ſtyluſque Curiæ (vt appellant) ſeruandus eſt. Vt latè pluribus differunt Canonum Interpretes, & Fuerardus in Locis Legalibus Loco 105. in principio. Grauiter enim monet, quiſquis ille fuit, qui Legatum Pontificium præceptis prudentiſſimis inſtruxit, quemque Auctorem edidit Academia Veneta anno 1558. *In toto autem actionum genere ſtudendum eſt, ne quid temerè, aut à nobiſmet ipſis agamus, ſed diligenter attendentes mandata, illorum fines ſeuere cuſtodiamus.* At illud verum viciſſim eſt. ſummam iniuriam eſſe ſummum Ius, & Neceſſitatem ante rationem eſſe, maximè in bello, vt pronunciauit Rex ſeriò magnus apud Curtium lib.7.

Ibid. *Sin autem coercendos per Tribunos populumque Romanum.* Tribunicius magiſtratus etiam his temporibus viguit in Vrbe. Neque verò ita recens fuit, vt huic tantum ſæculo ortum ſuum debeat. Guntherus ſanè in Ligurino lib.3. hæc cecinit de Arnaldo Brixienſi.

Quin etiam titulos Vrbis renouare vetuſtos,
Patricios recreare viros, priſcoſq; Quirites,
Nomine plebeio ſecernere nomen Equeſtre,
Iura Tribunorum, ſanctum reparare Senatum;
&c.

Poſt Henricum Tribunus fuit Nicolaus Rentius, cuius vita extat typis impreſſa; & teſtimoniũ Franciſci Petrarcæ viri eminentiſſimi in Libro Epiſtolarum, quem ſine Titulo inſcripſit.

Ibid. *Iudæis dumtaxat, qui trans & intra Tiberim morabantur, obtemperantibus.* Iudæi olim Romæ trans Tiberim habitabant, Trans-tiberini ambulatores dicti etiam Martiali lib.1. ep.98. prout etiã alij adnotarunt. At Beniamin Cantaber in ſuo Itinerario innuit, ſemet Romæ degente, recutitum quempiam habitaſſe trans Tiberim, & alios ad ducentos, nulli mortalium tributum pendentes. Quos tamẽ Henricus hac vice tributarios eſſe, ſatis æquo animo, paſſus eſt.

Ibid. *Lateranum venit, Miſſarumque ſolemnibus peractis &c.* Notauit etiam Archiepiſcopus Coſentinus, quem diuerſum à Martino Polono ſtatuit Blondus Decadis ſecundæ lib. 5. non procul ab initio, Henricum in Templum ſancti Petri intrare nõ potuiſſe, *prapediente exercitu hoſtium.* Confirmant Blondus lib.9. Villanus lib. itidem 9. cap.42. H. Stero Altahẽſis in Annalibus. Cauitellius. Cruſius duodecade 3. lib.4.par.3.cap.2. Annales Piſtorienſes.& demum Matthæus Palmerius, cuius Chronicon extat apud me manu exaratum, qui ſcriptum reliquit. contra decus Imperij, Laterani per contentionem coronatum fuiſſe. & profectò non habeo ego, qua ratione Sanſouinum excuſem; cum ſcripſit ex Pauli Æmilij ſententia & recentiorum omnium peractam fuiſſe Coronationem in Baſilica Lateranenſi: & vnum Albertinum Muſſatum repugnare, qui in D. Petri referat Coronam accepiſſe. Hoc verò dormitare eſt, vel alienis oculis Scriptores lectitare. Vbinam hæc tradit Muſſatus? num in Annalibus Veruecinis? an in Elephantinis? Et hæc Sanſonni oſcitatio in errorem forte impulit Nicolaum Vignerium, in Hiſtoria, quã pertexuit, de domo Luxemburgica ſermone Gallico, ſcribentem Coronã inſignium fuiſſe Henricum in Baſilica principis Apoſtolorum. Ritè quidem & legitimè ibi coronari debuit. ante Confeſſionem etenim (vt dicũt) B.Petri hoc fieri moris antiquiſſimi fuit. in ea ſtatione Carolus cognomento magnus, Otho itidem magnus, ibi Henrici, ibi Conradus, ibi Friderici, ſecũdus & tertius Imperiali diademate ſunt redimiti. Cur autem Confeſſio dicatur explicat Franciſcus Maria Torrigius, qui ſacras Cryptas Vaticanas Italicè deſcripſit, pag.80. Dies verò, in quem Coronatio incidit fuit Petro & Paulo Apoſtolis feſtus, 3. Kal.Iulij, non Kal. Iulij, vt habet huius noſtri Textus, pagina proximè ſequente. concinunt Martinus Polonus, Henricus Stero; & res ipſa loquitur. ſi enim Henricus inſtante die vigiliæ Principis Apoſtolorum, ſumma luce in Montem Auentinum conceſſit, & ſequente die in Lateranum venit, ibique Coronam accepit: non igitur Coronatio Kalendas Iulius attigit. Imò per hæc erroris arguuntur quotquot hæc in Kalendas Sextiles reiecerunt. in quorum numero ſunt Villanus lib.9. cap.42. Cauitellius, Scipio Ammiratus lib.5. Hiſtor. Florentinæ, Conſtantius Felicius in Kalendario Italico, Vignereus loco citato, Conradus, Vecerius & fortaſſe alij. Cruſius ſanè non ferẽdus, qui Duodecadis tertiæ lib.4. par.3. c.1. coronatum ſcribit die Pentecoſtes: ſecus atque ipſemet Henricus (apud eumdem cap.2.) tradidit in Epiſtola, ad Abbatem Vualdſaſſenſem, hiſce verbis; *per duos Cardinales, die feſto beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, (quem ad hoc vt poteramus virtute commiſſionis per D.Clementem ſummum Pontificem eleginus) in Eccleſia Sancti Ioannis Lateranenſis, præſente Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, & aliorum Prælatorum, ac Eccleſiaſticorum ordinum Vrbis, Ducumque, Comitum, Barorum, Nobilium, ac Romani populi innumeroſa caterua: oleo ſacro vncti fuimus: nec non Imperiali diademate coronati, ac aliis debitis ac conſuetis ſolemnijs inſigniti, &c.*

Pag.46. *Inclyto Imperatori Henrico ſemper Auguſto Vitam, Victoriamque conclamantibus vniuerſis.* Annales incerti Scriptoris, ex editione Pitoeana idem acclamatum fuiſſe tradunt Carolo Magno. *Carlo Auguſto à domino coronato, magno & pacifico Imperatori Romanorum, Vita & Victoria.* Eumdem ritum acclamandi complexus eſt Otto Frinſingenſis lib.2. cap.22. *Cunctis qui aderant cum magna lætitia acclamantibus, Deumque ſuper tam glorioſo facto glorificantibus.* Quæ ſunt dicta de Coronatione Friderici. neque ingratum fore opinor his, qui Antiquitatis inſtituta rimantur, ſi dixero acclamatum fuiſſe aliàs Principibus, vt benedicti venirẽt in nomine Domini. Anaſtaſius in vita Sergij 11. de Ludouico Lotharij filio, *decantantes vniuerſus Clerus & cuncti religioſi Dei famuli extenſaque voce adclamantes, Benedictus qui venit in nomine Domini.* Conſuetudine dubio procul repetita à Sacerdotibus veteris Legis; cuius extat nobile veſtigium in Pſal. 117. verſ.24. Quamuis eam excludat doctiſſimus Genebrardus: quam ſanè ego non improbauerim. Hinc apud noſtrum hunc Henricus benedictus appellatur, ſupra lib 4. pag.20. in Parenteſi Cardinalis Oſtienſis ad Brixianos, *Tollite ecce vos infauſta Infidelium ſecta, & ad pedes benedicti Regis in Ciliciis & Cineribus vos ſternite humiles.* Et hæc omnia ab Hebræorum inſtitutis manarunt ad nos. lib.1. Regum.cap. 10. *Et clamauit omnis populus & ait* VIVAT REX.& lib.3. Reg.cap.1. VIVAT REX ADONIAS.& alibi.

Quę etiam fuit in Oriente olim legitima formula adloquendi Reges. Danielis cap.2. *Rex in ſempiternum* VIVE.& cap.3. *Rex in æternum* VIVE. Ad quam normam conformata ſunt verba Sinætæ ad Regem Artaxerxem, Mnemonem cognomento, apud Ælianum lib.1. Var.Hiſtor.cap.32. *O Rex Artaxerxa regnes in æternum.*

Noſtrorum autem nonnulli ad Reges cum ſcriberent, Vitam in Limine epiſtolæ adſcribere conſueuerunt. Hinc manus Archiep. Rhemenſis ad Caro-

Carolum Regem. *Domino glorioſo ſit ſemper laus & vita.* Leo Papa nonus Britonum Principi &c. *Secundum Deum viuere volentibus vita & ſalus.* Suo Carnotenſis Henrico Anglorū, & Lodouico Francorum Regibus, *in eo viuere & regnare per quem Reges regnant.* Et hic mos vitam acclamandi apud nos à remotiore vſque Antiquitate adeò inolrnit, vt nihil eo tritius. Ioannes Gabellinus in Commētarijs Pij ſecundi, in fine lib. 4. *Ad noctem vniuerſus populus in Equis, cum luminaribus ad ædes Pontificis occurrit, ductaq; per gyrum pompa, ante fores Palatij, magno clamore, & ingenti gaudio Vitam & Felicitatem optauit Pio.* Et de Coronatione Hungarica Matthiæ 2. anni 1608. (vt in ſemitam tedeamus) teſtatur Ioannes Ieſſenius adclamatum fuiſſe, *Viuat Rex, feliciter agat, æternum viuat, vincat, triumphet.*

Item; *Populus intra Templi parietes, plebs foris conglomerata Vitam Regi, Salutem, Felicitatem, Victoriam exoptare.* Poſt Coronationem peractam moris olim fuit Miſſilia ſpargere in vulgus. vt omnibus notum omninò eſt. Obſeruatum hoc fuiſſe Bononiæ cum Carolus V. Maximus Cæſar ibi Coronam acciperet anno 1530. teſtantur Paulus Iouius, & Laurentius Surius: effuſam nimirum in populum, ad dimouendum turbam, excitandumque lætitiam, argenteam, atque auream ſtipem, ſignatam imagine Cæſaris. & in Coronatione Hungarica, cuius nuper meminimus, hæc Ieſſenius, *poſtremas partes Regiæ cuſtodiæ Præfectus Ferdinandus Elbogner habuit, cum aliquot militum manipulis: in quorum medio duo à Cancellis, aureis argenteisq; partim Regis Leonis, partim nominis hieroglyphico ſignata numiſmata ſpargiētes equitarunt. factū ex priſco veterum Romanorū inſtituto; qui Veſtes, Vnguenta & id genus Miſſilia in vulgus iacere Coronati conſueuerunt; luxu hoc, futuræ Liberalitatis ſignum, ab inita ſtatim dignitate ſtatuentes.* Et hanc Largitionem planè regiam præſcribit mos peruetuſtus Sereniſſimis Principibus Venetis recens creatis, vt habet Liber Rituālis, vel Ceremonialis Eccleſiæ Sancti Marci, quem penes me ſeruo, manu elegantis Librarij deſcriptum. adſcribam autem verba Auctoris, qui fuit Nicolaus Morauius Plebanus Sancti Pantaleonis, Vicarius Sancti Marci, & Auditor Io. Baptiſtæ Egnatij. indicant autem ritum antiquum, & Ducum Venetorum maieſtatem penitus Regiam. *Et deſcendens in medium Chori, per Primicerium vel Vicarium, ſeu Canonicum eidem cōſignatur Vexillum rubeum Beati Marci dicendo. conſigno Sereniatati veſtræ præſens vexillum beati Marci in ſignum veri Ducatus: per ſuam Serenitatem reſponſo, & ego ipſum recipio in nomine Domini, ac Protectoris noſtri Sancti Marci. ipſumq; dat Armiralio Arſenatus. Qui ipſum defert uſq; ad gradus extra Chorum, vbi parata eſt, quam vocant Galeam, cum Pulpito, in quem aſcendit ſua Serenitas cum duobus ſuis conſanguineis, qui Denarios populo ſpargendos præparant, & cū ſua Serenitate proijciunt.* &c. De Sparſione hac, ſiue aureo imbre, altum hic Silentium: veluti & apud Friſingenſem. & Gunthetum in Coronatione Friderici. Conuiuium & comeſſatio videntur vicario loco ſucceſſiſſe largitioni illi. & profectò Pontificale Romanum poſt huiuſmodi peracta ſolemnia, Conuiuium præſcribit Imperatoribus. cuiuſmodi pro dignitate deſcripſit Catolinum Bononienſe. Paulus Iouius lib. 27. Hiſtoriar. & ex Iouio Surius. Quibus adcenſuerim ego Regium Hungaricum Matthiæ, à Ieſſenio celebratum polito admodum ſtylo; qui potuit ſanè & forte debuit veniam à clementiſſimo Cæſare impetrare Auctori ſuo, ne Lingua Muſis Sacra, funeſto Carnificis ferro exſinderetur: ne ve inter miſeros ſpectaculo eſſet is, qui docta Panegyri immortales Gentis auguſtiſſimæ laudes proſecutus erat. Verùm ad nos. Summi

s. ſ. aures argenteaque.

Pontifices Romani & ipſi inſtituerunt poſt Coronam ſumptā in Baſilica Lateranenſi Conuiuia agitare: quod Litetis prodidit Fabricius Saleminus anno 1590. Pontificali Tyara inſignito Gregorio XIV. neque verò non aliquando, ſparſa & profuſa ſtipe, publicæ Hilaritati litatunt. de Leone X. certè teſtatur Iouius lib. 3. Vitæ, quam de ipſo conſcripſit, ſpartam à Quæſtoribus per omnes regiones larga manu auream, argenteamque pecuniam, tanta Leonis liberalitate, vt ipſi centum millibus aureis eam pompam Pontifici conſtitiſſe fateretur. O plane dignum caput, cui Parnaſſus vertices ſuos inclinet, cui iam vſu deſita Liberalitas vni præceteris aſſurgat?

Pag. 46. *Diruptiſq; in planum Annibaldi, ac Ioannis de Sabello Palatijs.* Dirumpere in planum apud hunc noſtrū eſt Italicè *Spianare*, Latinè ſolo æquare. corrigo autem Martinum Polonum eadem de re loquentem; hæc verba; *& in direptione demorum tunc Roma grauiter fuit deformata:* & lego *diruptione.* Planum autem Muſſati ſæculo fuit, quod dicimus vernaculi *la Pianura, & il piano, & la Campagna.* Quæ omnia denotant ipſo vocis ſono origines ſuas. Planuriam enim legimus, & Campanias & Campanea loca apud veteſtos Limitum Auctores. Apud eumdem autem Martinum Polonum. quod eſt Planum Burdegalenſe, Villano eſt *Bordella*, hodie *Bordeaux*, & Burdigala Vibiſcorum. Sanctus Bonauentura in vita Sancti Franciſci §. quinto. *Subito Liberatoris ſui virtute inueniens ſe in plano.* Et huc pertinent Pede-plana Turtium, quorum meminit lib. 13. Cod. Theodoſ. de Metatis vnde vox noſtras *à pepiano.*

Ibid. *Dominus Fortiniati.* Lego Fortiniaci, vt ſupra in fine lib. 6. Subaudiæ, Fortiniacum, Gebena. *Diatis celeribus* Italicè *à gran giornate.* in eadem ſignificatione acceperunt Ioſarisberienſis lib. 5. Policratici. cap. 12. *Ducum etiam præproperum eſſe viatorem, qui antequam Lucifer oriatur, craſſis adhuc tenebris, lucēq; remota, diatum aggreditur.* Cæſarius Heiſterbacenſis lib. 1. primæ partis cap. 40. *Inter Auguſtam vero & Veronam ſeptem dietæ numerantur.* Illud verò admodum nouum eſt, Vitam Caroli IV. Imperatoris appellari ab ejuſdem Scriptore Diætam. Vita nimirum dies vel etiam hora eſt, niſi malimus diæculam, vel hetulam appellare. illam priorem notionem agnouit etiam Ioannes de Balbis *& eſt dia dies numerata, vnde diato dietas ideſt per dietas ire.*

Ibid. *Suadentibus argentibusq; Ethruriæ primatibus.* Hos potiores fuiſſe è Gibolenghis, quos & nominat, ſcripſit Vincentius Borghinius, Diſcurſ. parte ſecunda. Pag. 331. Altomtos, Adimarios, Vbaldinos, Albos omnes, qui Nigros infenſiſſimi odetāt. noſter Auctor in principio paginæ ſequentis; *erant Albi genus hominum ſuperſtitionis noua*, qui nati ex Gelfis &c. quem locum mirificè illuſtrat Borghinius, ead. prima pag. 40. & 41.

Ibid. *Tanquam fortitam à re vocabulum, Florentiam* &c. Notitia Vrbium manuſcripta, quam ſæpè laudaui. in hanc ſententiam hæc differit, *ſed poſtea Senatus decreto a Floro, ſiue Florino, qui primus in loco illo fuerat Ædificator, & quia locus floridus, & idem Florinus in armis floruerat, & eo quod à flore nobilium Romanorum inhabitata erat, deberet Florentia nominari. vnde quidam*

Flos Florum floret Florentia ſemper honore,

Re vera Ciuitas iſta magnificè vt populoſa & opulenta, & diuiſſima inter Orbis vrbes dici poſſit. Hac autem cudit Monetam, cum qua ferè mundus omnis tunditur, imò per illam peccata hodie fiunt mirabilia. Demiror quid Sculptura ſignificent Sigillo ipſius Ciuitatis impreſſa. eſt enim in eo Herculis Imago Clauam manu geſtantis, & verſus

Herculea claua domat Florentia prauos.

Nam

Nam aduerti poteſt, quòd hodie Ciuitas ipſa aureis quos fabricat ab ipſa Florentia nominatis Florinis, maſora longè, quàm Clava Herculis domat, & dominatur in orbe.

Pag.47. *Imperium vti ſignum cœleſte colentes.* Palladium voluit dicere, quod antiquitus cœlo delapſum arbitrabantur, & ideo maxima religione colebatur. nec ſanè potuit aptius exprimere ſtudium Gibolengorum, vel inſaniam verius. Et inter cætera huiuſce rei teſtimonia, quę poſſem proferre, vnũ mihi ſelegam ex epiſtola Ecelini de Romano ad Fridericum Imperatorem, apud Rolandinum lib. 4. cap.7. *Et ego cum bonæ memoriæ Pater meus Ecelinus, dictus verè de Romano,* (quæ verba myſterio nõ vacant, dicta ſtudiosè vt exprimatur deuotio erga Romanum Imperium) *& ipſe ſubditus & obediens extitiſſet Imperio, & Coronæ; ſpem vitæ meæ totaliter ſub dominationis veſtræ clypeo poſui & tutela; pugno quoque & pugnabo dum vixero, quod honor & culmen Imperij de bono ſemper in melius augmentetur & creſcat. hoc eſt enim vt video ſingulare illud iuſtæ gubernationis remigium, per quod naues huius ſæculi tranſiens fluctus maris ad portum ſalutis adducitur: hoc eſt illud inclytæ Sapientiæ frenum, cuius loris Mundus, quaſi currens ſonipes moderatur.* & cætera veneratione plenissima.

Ibid. *Nam ſicut in omnibus Politijs plurimum contingens eſt.* Ariſtotelica hæc ſunt lib.5. Politic. cap.1. & 2. Cæterum quid vox Politia ſignificet, quiſque fuerit ipſius apud probos Auctores vſus eruditè pertractat Ludouicus Regius in Prolegomenis Politicis, cap.5.

Ibid. *Poſſidebat Dalmaſius ex Cathelonia oriundus.* Hunc Dalmaſium petperam Gallum faciunt Philippus Bergomas, qui hic hallucinatur: & Iulius Faroldus in Annalibus Venetis, anno 1312. fuit enim Dalmaſius domo Hiſpanus, vt etiam vidit Petrus Iuſtinianus lib.3. Hiſtoriar. in fine: hæc in re Muſſato & Sabellico adſtipulatus. Ludouicus etiam Dominicus, qui Commentarios tetum Ferrarienſium Io. Baptiſtæ Gyraldi Italicè vertit, falſus eſt in eo, quod Franciſci Marchionatum veluti cognomen interpretatus eſt.

Pag.enim 65. vbi nominatur *Franceſco Marchione*, ſcribere debuit *Franceſco Marcheſe*. Porro de Franciſci nece, merito an immerito patrata varias ſententias illa ætas tulit. & noſter tantum ſibi non ſumpſit, vt rem definiret. licet lib.2. de Geſtis Italicorum poſt Henricum Cæſarem pag.7. pronunciet Franciſcum à Dalmaſio cæſum fuiſſe per ſeditionẽ. Vetus ſanè Auctor Chronici VII. Æratum aliter ſenſit, hiſce prorſus verbis, *ipſo anno* (1312) *menſe Auguſto Franciſcus filius Obici.., poſtquam obtinere non valuit à Papa, vt conſtitueretur Vicarius in dominatu Ferrariæ, molitus eſt vi aut fraude occupare dominium, cum adiutorio Guelforum vicinorum, Damaſius Prafectus Vrbis per ſummum Pontificem in Portu Ciuitatis Franciſcum imaremit. Complices eius aliqui capti, & aliqui aufugerunt.* Hæc ille Auctor. Eſtenſibus (vt dicam quod ſentio) minus æquus. Ioannes Bapriſta Pigna, Gaſpar Sardius, & Marcus Antonius Guarinus laudibus extollunt. Pigna Diegum & Dalmaſium manifeſto errore cõfudit, Guarinus Dalmaſij fratrem Rinaldom nominat, Compendij Hiſtorici lib.3. pag.123; *Ab ipſo Dalmaſij fratre Cathelanisq; circumuentus*, inquit Auctor noſter.

Ibid. *Prohtanta ſtrenuitatis, magnificeque domus pudor.* Citari ſolet hemiſtychium Ouidianum lib. 9. Metamorph. de Galanthide

Strennitas antiqua manet ....

Eſt autem Strenuitas hoc loco Virtus, ſed planè militaris, cuiuſmodi etiam Romani Cæſares in ſuis Nummis procudi curabant: militis ſchemate; cui Lactantius Firmianus facem ſcripto præfert lib.1. *Virtutem eſſe dicunt, quæ hominem tollat in cœlum, non illam, de qua Philoſophi diſerunt, quæ poſita eſt in bonis animi, ſed hanc corporalem, quæ dicitur Fortitudo.* & alibi, *alia Virtutis quam eamdem Bellonam vocant.* Et eamdem notionem agnouit etiam Valerius Maximus lib.3. cap.2. *Strenuus ille quoque flos ordinis equeſtris, cuius mira virtute &c.* Curtius etiam lib.7. in Elogio Parmenionis.

Ibid. *Denudatum in ludibrium nobile corpus in tabe, luroq; paterna Ciuitatis.* Lego. *in tabo luroque* ſatis patheticè expreſſit rem indignam. ita Virgilius

Nudus & ignota Palinure iacebis arena.

Nullo neceſſariorum fletu deferrent. Videntur expreſſa ex illis

Nos animæ viles inhumata inſletaq; turba
Sternamur campis——

Lacrymas enim carorum in funere nemo niſi inhumanus inhibuit. & arguit velut inſolitum Pedo etiam Albinouanus

Et quiſquam leges audet tibi dicere flendi?
Et quiſquam lacrymas temperat ore tuas?

Lactymatum enim affectus longè vehementiſſimus eſt inquit M. Fabius lib.6. Inſtitution. Oratoriar. cap.1.

——molliſſima corda
Humano generi dare ſe Natura fatetur
Quæ Lacrymas dedit —— Et
Naturæ imperio gemimus —— inquit Iuuenalis Sat.15. vbi manuſcriptus Interpres meus, quẽ aliàs etiam produxi, hæc tradit, *fatetur Natura ſe dediſſe homini cor miſericors, quia dedit etiam lacrymas, quæ ſunt ſigna miſericordiæ.* Noui ergo punitores miſericordiæ ſunt, vt inquit Valerius Max. qui lacrymari verant, & imperio minaci coercent.

Pag.48. *Ibi tanquam ſponſus in thalamum ſuum* ſuperius pag.17. *Ad ſe veniat orantes vti ad domum & thalamum Regium.* Thalamum vocamus Cubiculum, vel Cameram, vel coniugalem Lectum ſpõſi & ſponſæ, vt nos docet Ioannes Genuenſis. ideoque notat Virgilium Seruius, quia cecinerit lib.6. Æn.

Ferreiq; Eumenidum thalami ——

quia Furiæ nunquam nupſerint. egregiè autẽ lib.1.

Quinquaginta illi thalami, ſpes tanta nepotum.

At Appuleius lib.4. Metam. Thalamum videtur ſecernere à Toro, & à Cubiculo. *Nam viſa ſum mihi de Domo, de Thalamo, de Cubiculo, de Toro denique ipſo violenter extracta &c.* & ſanè videtur Thalamus fuiſſe temporariæ ſtructuræ. Claudianus de Nuptijs Honorij & Mariæ

Aſit alij thalamum docta componite textu:
Stamine gemmæo picturatisq; columnis
Ædificetur apex ——

Virgilius tamen lib.4. Æn. marmoreum ſtatuit

Marmoreo referunt thalamo——

De Thalamo ſanè non omnibus obuia norauit Aldus Parrhaſius in Commentario Claudiani de raptu Proſerpinæ lib.1. in princ.

Ibid. *Nec minus exemplo Aquilas aureamq; flammam explicans.* Aquilas Signis Regijs fuiſſe impreſſas quis non nouit? hic noſter lib.6. pag.33. *qui Regium vexillum, Aquilamq; geſtabat.* Fuit autem beceps, & bicorpor vt ita dicam. vel aurea tota, vti geſtarunt Imperatores Orientis, vel atra vti Cæſares Occidentales: & notat Borghinius Diſcurſ. p.2. Aurea flamma, ſiue Flammula fuit vexillum Gallicum, prolatum è templo D. Dionyſij & ſociorum; tradente Papyrio Muſſonio in vita Philippi Auguſti. à Gallis videtur manaſſe eiuſdem vſus ad Caſtra Auguſtorum. Forma fuit quadratum, colore rubrum, vt aſſerit Vvilelmus Armoricanus citatus à Balthaſare de Vias in Syluis Regijs.

Vexillum ſimplex Cendato ſimplice tectum
Splendoris rubri, quali celebri Lætania
Vtitur in certis Eccleſia ſanctia diebus.

Vbi

Vbi Cendatum est pannus sericus tenuis, qui apud nos etiam hodie nomen retinet *Cendado*: quo etiam Cruces in Processionibus, & Vexilla, seu Banderias in agminibus Militum ornamus, & huiusmodi Cendatum appensum etiam fuit olim sublimi Antennæ Carrocij, sicut discimus ex Rolãdino lib. 2. cap. 9. Robertus Gaguinus in vita Ludouici Grossi narrat Regem in prælium euntem, sumpsisse ex Altari Auriflammam; id enim peculiare signum Regibus Francis est, dum difficile aliquid in potentem quempiam hostem suscipiunt. describit autem hus carminibus Balthasar de Vias

Vexillo inuigilat Triuonia, bractea rotum
Aurea formar opus, lux hinc inimica per hostes
Fulgura, & gelidos quasit Auriflamma timores.

Dantes & ipse diuino ingenio vir, qui nihil prætermisit, quod modo Poema suum ornare posset, Paradisi Cantui 31. Auriflammam intexuit.

Così quella pacifica Oria fiamma
Nel mezzo s'auuiuaua è d'ogni parte
Per egual modo allentana la fiamma.

Vbi Virgo Beatissima aureo penniculo describitur, appellaturq; Auriflamma sed pacifica. vt enim illa Gallica, seu Cæsarea præibat in procinctu

Omnibus in bellis habet omnia signa præire.

Inquit Armoricanus, ita MARIA præit beatorum omnium agmina. Qui plura cupiet de Auriflamma adeat Octauium Rossium, qui Brixiam Patriam eruditis Voluminibus illustratum it. is enim peculiari Libello situm restinguet.

Quod verò Henricus aggressus sit Montẽ Vvarchium primum, deinde Castrum Sancti Ioannis; id sanè ratio Itinerum & præsidiorum postulabat. Siquidem contra Arretinos infestos nomini Florentino, Ancisa, Castrum Francorum, & Castrum S. Ioannis excitata sunt. Quod tradidit Paulus Minius in Discursu Italico, de Nobilitate Florentina. & Ioannes Villanus perhibet lib. 10. cap. 100. aduersus Ludouicum Bauarum Arretium aduentantem, præsidijs militaribus firmata fuisse Montem Vuarchium, Castra S. Ioannis, & Francum, Ancisamque, quam bello Henrici Florentini infecerunt.

Ibid. *Tusca fabrilitas, prouidere, vigilare &c.* huius loci sunt verba Bonifacij VIII. apud Matthæum Palmerium. *Celebrans adhuc Pontifex Iubileum, in publico Prælatorum assensu, recensuit, se eo anno XII. Legationes, quarum Florentini excuerant Principes, a diuersis Mundi Principibus accepisse. & Legatorum inde nominibus, atque familijs palam exhibitis, inquit, in gloriam igitur Florentini nominis affirmo, in gubernatione Orbis Terrarum Florentinos aliud elementum fore.*

Pag. 49. *Ignous scilicet & æstuans Cometes.* Huius Cometæ neq; Mizaldus, neq; Mizaldo antiquior Ioannes Viuianus Brixiensis meminere: neq; Ioãnes Villanus curiosus huiusmodi Phasmatum adnotator.

Ibid. *Interea Florentini, vt gentibus Cæsaris pernoscendi, prædandiq; saltus auferrent.* Italicè *leuare di passi*. Patauij dicimus *togliere le salti*. Et significat impedire, & auferre potestatem. *Fesulanam Arcem Basilicamq; Sancti Miniati in monte.* De Basilica, siue Templo Sancti Miniati graphicè Villanus lib. 1. cap. 57. Arcem verò Fesulanam Florentini à fundamentis diruerunt anno 1125. fanxeruntque ne vnquam Fesulæ amplius munirentur, si Ricordano credimus cap. 77. Histor. Patriæ; vt proinde parum attẽtus videatur fuisse hic noster, & descriptionis huius loci parum sollicitus; quod sanè externo homini condonandum, & quidem animo non inuito.

Ibid. *Annona centum quinquaginta Salmæ.* Salma Italica vox est, à sagma Græca notionis, vt habet Casaubonus ad Historicos minores. & ab vtraque fluxerunt Saumæ, & Saumeuij, siue Saumarij. Quæ sunt apud nos *Some*, *Somieri*, *e Somari*. Videndæ veteres Tabulæ apud Hieronymum Rubeum lib. 6. Histor. Rauennatis. Hæc autem omnia, quæ à Mussato enarrantur; Villanus magnam lucem possunt impartiri. Vt verè demum exercitus sit quod in principio Libri octaui pollicetur, sollicitæ inuestigationi per internuncios, amicorumq; & peregrinorum documenta se animum adiecisse.

Pag. 50. *Solara de Albizo.* Lego *Sclara*. Schiatta nomen proprium Florentiæ fuit: & tunc temporis celebre. *Schiatta Cancellieri*, *Schiatta delli Vberti*, *Schiatta Frescobaldi*, *Schiatti Zoi*: apud Io. Villanũ. Est autem proles, soboles, gens vt hoc & peregrini sciant exteriq;. Nomen autem quod proximè præcedit *Vani Barrocij*, legerem *Vani Barrucij*. Barrucij etenim Gibolengi antiquitus fuerunt. vt perhibet Villanus lib. 7. cap. 39.

Pag. 51. *Asinina cauda annexus ad patibulum traheus.* Asino quempiam imponi contumeliosum fuit olim, & nunc est. Quando apud nos Bigamis hæc pœna irrogatur, ab Antiquitate repetita exempla sunt Argimundi cuiusdam, qui ob affectatam Tyrannidem verberatus, decaluatus, dextra amputata, Asello impositus fuit, tradente Ioanne Bicarẽse in fine Chronici. & Thomæ nescio cuius apud Ioannem Curopalaten

Ibid. *Carrocium ex Cathelonia.* Strenuus hic miles fuit referente Villano lib. 9. cap. 22. & cæsus in pugna ad Montem Catinum anno 1315. teste eodem cap. 70. eiusdem Libri.

Ibid. *Valles Canti Grauis, Vltranensis &c.* Scribo *Cante, Grauis, Vltr' Arnensis*: Chianti, Grioui, Oltr' Arno.

Ibid. *Caualcantibus iam domatis.* Legendum *Caualcantibus, Jan-Donatis.* Vt sit nomen gentilitium, quod apud Scriptores rerum Florentinarum passim occurrit. Gerardini namque, Caualcantij, & Ian Donati Alborum factioni accensiti fuerunt. & infra *pristina felicitas; & Orbis heras. In se aliquas per Hypothecas sic elongatus.* Lego *Apothecas*. Apotheca hoc sæculo fuit Taberna, Italicè *Bottega*: vt notauit doctissimus vir Bernardinus Baldus in Cõmentario de verbor. Vitruuianor. Significatione, & ab Apothecario fluxit *Bottegaio* vox itidem vernacula. Alioqui Apotheca est Celsa Vinatia, Olearia ue, aut Frumentaria? Quemadmodum docent nos Grapaldus in accurato, quem edidit, Libello, de partibus Ædium, & Barnabas Brissonius, de verborum significatione.

Pag. 52. *Cum Salmarijs Pannorum, Coriorum, Sagettamenti, Ferri, & omnium belli apparatuum.* Aut ego insigniter fallor, aut hæc ab Auctore nostro huc translata sunt ex Epistola quapiam Florentiã ad ipsum scriptam. *Salmerie di Panni, Cuoi, Saettamento, Ferro, & d'ogni guernimento di Guerra.* Vel ita scripserunt illi, vel sanè paulo aliter. Amicos enim Florentiæ habuisse, qui cum de belli euentibus redderent certiorem, inde conijcio, quod Florentiæ (& quidem magna cum laude) Executor Iustitiæ fuit Mussatus, cuius rei indicium debeo Xiconi Polentono, lib. 4. Scriptorum illustrium Latinæ Linguæ.

Ibid. *Tecla de Friscobaldis.* Italicè *Teghia Frescobaldi*. Cuius meminit Villanus lib. 8. cap. 68. & lib. 9. cap. 219. *Teghia* Florentinis est vas patulum siue æreum siue fictile ad coquendas Placentas, vel assandas Carnes: nobis dicuntur *Tecchij*. Mussatus autem ideò Teclam Latinè appellauit, quia meminerat à nostratibus Teclam Virginem & Martyrẽ Tecchiam corrupte appellari. Debuit autem Teghiam nominare vt alibi Vanni, Teri & cet. Nomina enim propria scribenda & proferenda sunt ad communem normam, quà hominum, quà vrbium, vt animaduertit accuratissimus Barbarus

Digitized by Google

erepti: ἁρπαξ in vetere Gloſſario Græco Latino apud me; & legitur Matthæi cap.3. vbi quod edidit Latinus Interpres, cuius Ventilabrum in manu ſua, ita vertit Iuuencus Presbyter lib.1. de Euang. Hiſtoria

Illius & manibus ruralis Pala tenetur.

Ventilatorum & Ventilabrorum mentio eſt apud Columellam lib.2. de R.R.cap.10. Noſtras autem Rolandinus lib.2.cap.8.hæc tradit. *Præmiſit etiam ante ſe 40.prudentes homines, cum ſingulis Ventilabris, qui viam mundificabant à niuis multitudine, in illis montibus collecta per plures annos.* Palas voluit dicere, quæ etiam hodie apud nos in vſu ſunt, vt vidimus Anno niuali MDCVI. & quotānis hyeme paſſim. Prudentes autem illi apud Rolandinum validos & robuſtos ſignificāt, veluti & lib.7. cap.1. in principio: adaptata voce Latina, prudentis, Italicæ dictioni *pro.* & *prode.* A quibus Gallicè *proueſſe*, Hiſpanicè *proeza*, Italicè *prodezza*. Et fortè Italiciſmus à Gallis eſt, apud quos *preud'homme* & *preud'hommie*. Trita ſunt vocabula. Niſi hæc omnia ad vocabulum, probus, velimus referre. Qua natione apud Cæſarium Heiſterbacenſem lib.9. cap.48. legitur, *reſpondit Imperator; modo loqueris ſicut probus vir.* Et in Decreto Conſilij publici in Archiuo Senenſi, quod publicauit vnicus meus vir eximius Chriſtophorus Forſtnerus, hæc habentur; *& quod Mariſcialco & militibus Theutonicis, pro remuneratione Probitatis, quam fecerunt heri contra inimicos Communis Senenſis, debeant denari & dari de pecunia Communis D. Libra denariorum Senenſium.* Et in Veſontionis parte 1. cap.26. Ioannes Iacobus Chriffletius recitat Epitaphium monoſtichum huiuſmodi

Hic Renaude iaces vir amabilis & probe miles.

Sed hic eſt locus animaduertendi, rara ſæculi noſtri (felicitate an dicam infelicitate?) factum eſſe, vt improbiſſimi hominum, latrones & ficarij ſegnioris notæ, vulgò vocentur probi homines, *homini da bene.* Veluti etiam omnibus ſceleribus contaminatos appellamus *galanti homini*, & circulatores agyrtaſq; *virtuoſi.* Adeo verùm eſt nos iam pridem vera rerum vocabula amiſiſſe. At reuertor.

Ibid. *Nec ſignis Rambaldus de Colle alto Comes, accitis Epiſcopo præfato, Aduocato Tolberto, & Biaquino de Camino, plurimisq; alijs inſignibus.*

Ioannes Bonifacius optimus ſenex, qui Patriam Radigium ſcriptis nobilibus quotidie illuſtrat, lib.6. Hiſtoriæ Taruiſinæ, Tolbertum Caminatem facit. At hic noſter Aduocatum, ſeu Auogarium. & ſanè potuerunt interfuiſſe ambo eiuſdem nominis è diuerſis familijs.

Ibid. *Nec vltra diſtulere, præiudicantis mora diſpendia ſubmouentes.* Præiudicantis moræ diſpendia ſapienter dixit. Curio etenim Cæſarem alloquens apud Lucanum lib.1.

Tolle moras: ſemper nocuit differre paratis.

Et Io.VINC.PINELLVS V.CL. In circulo Annali interiore geſtauit (vt olim animaduertimus) Pindaricum illud Pythionum Ode IV. in fine, ΜΑ-ΚΤΝΩΝ ΤΕΛΟΣ ΟΤΔΕΝ. ideſt protelantium nullus finis. Nam Occaſio apud homines breuem menſurum habet, inquit ibi Poeta venuſtiſſimus. Quod videtur imitatus Silius Italicus lib.4.

Pelle moras: breuis eſt magni Fortuna fauoris. Sed mora damnoſa eſt—— inquit Ouidius lib.11.Metamor. & cecinit Seneca Thyeſte

Serum eſt cauendi tempus in mediis malis.

Moræ autem diſpendia mutuatus eſt Auctor à Virgilio lib.3. Æn.

Hic tibi neque mora fuerint diſpendia tanti,
Quamuis increpitent ſocij, & vi curſus in altum
Vela vocent——

Ibid. *Ac omnium Ciuitatis Capellarum increbuere tinnitus.* Capellæ hic ſunt Templa Paroeciarum. Vnde & apud nos Parochi antiquiſſima nuncupatione etiam nunc Capellani appellantur. De Capella Baronius, Bignoniusque.

Ibid. *Nicolaus de Lucio.* Hic fuit noſtras Catilina, Reipublicæ Parauinæ Carcinoma Peſtis & Fax, vomica Ciuitatis. Quo claſſicum inflante centena millia mortalium vtrimq; periere. Natus eſt Guidone patre, matre Conſtantia Areſtinę Lucium oppidum hodie eſt *Lazzo.*

Pag.55. *Amictus in terram laxioris.* Suetonius de Iulio Cæſare cap.45. *Viſum enim lato clauo ad manus fimbriato, nec vnquam aliter, quam ſuper eum cingeretur, & quidem fluxiore cinctura.*

Ibid. *multi ornatus.* Manilius lib.5.in Libidinoſorum genituta.

Taurus in auerſos præceps, vt tollitur ortus
Sexta parte ſui, certantes lucis ad oras
Pleiades ducit: quibus aſpirantibus alnus
In lucem eduntur. Bacchi Veneriſq; ſequaces:
Perq; dapes, menſaq; ſuper pendula corda,
Et ſale mordaci dulces quærentia riſus.
Illis cura ſui vultus, frontiſq; decoræ
Semper erit, tortoſq; in plexum ponere crines,
Aut nodis reuocare, & rurſus vertice denſo
Fingere, & appoſitis caput emutare capillis,
Pumicibuſq; cauis horrentia membra polire.
Atq; odiſſe virum, ſterilesq; optare lacertos.
Fœmineæ veſtes, noxæ ſine regmine plantæ
Et ſpecies, fictiq; placent ad mollia greſſus.
Natura pudet, atq; habitat ſub pectore cæco
Ambitio, & morbum virtutis nomine vocant.
Semper amare parū eſt, cupient & amare videri

Nihil potuit concinnius huc afferri, aptiusque Auctoris deſcriptione. Quàm cum Manilij carminibus conferri, neque irriti laboris erit, neq; operæ pœnitendæ.

Imò & Alcibiades Cornelij Nepotis in aliquam partem veniet Collationis non ſine fructu.

Ibid. *Virum ſibi aſciuit.* Saltè dictum veluti in fœminam, quæ viro indigeret. notum etiam eſt illud Licinij Calui, qui Pompeium Magnum diſticho notauit tamquam effœminatum

Magnus quem metuunt omnes, digito caput vno
Scalpit. Quid credis hunc ſibi velle? virum.

Tritiſſima quoque illa Iuuenalis Sat.2.

Traditur eſſe viro clarus genere atq; opibus vir

Ibid. *Antonium de Curtarodulo, cum quo omnis vitæ communia, cuius non modo ſubſtantias auxit, verum ſibi pari domus dominio, thoroque abſentis per vices vxoris ſedula obſeruantia copulauit.* Mirum quòd non fuerit dicta Dos, ſignatæ tabulæ, dictum feliciter. Vſque adeò omnis ætas monſtrorum huiuſmodi ferax fuit. Nos hæc propudia miſſa facimus; & notamus Gentem de Curtarodulo noſtra ætate defeciſſe: vxorem verò Nicolai fuiſſe Agnetem Gerardi Caminenſis (vt inquit B. Scardeonius) filiam; cuius & meminit, vt etiam Gerardi Patris, Bonifacius lib.6. *laborante fama.* Ita lego. vt mox. *Viſi ſiquidem.* Et ſanè hæc Neroniana, & Heliogabalina erant.

Ibid. *Ex fiducia quippè data illi.* Hoc eſt (inquit Ioannes de Balbis, quod vulgariter ſolet dici affidare, in u. Fiducio. as. & ſanè in Statutis Inclytæ Ciuitatis Venetiarum, in Conſ. maior. Conſilij, 1395. hæc habentur, *Ille talis fugitiuus, quem conſiderandum eſt fugiſſe pure ex ſola impoſſibilitate, & non fraudulenter, nec ficte ad vſurpandum bona aliena, aſſidari debet ſecundum vſum per vnum menſem, &c.*

Ibid. *At nil eo minus Vrbi, Ciuibuſq; tectis odijs ingruer inſidiatus, noctes diesq; conſpirationibus cum factioſis vacabat.* Seditioſorum genituram hiſce exprimit Manilius lib.5.

Sed cum bis denas augebit ſeptima partes
Lanigeri, ſurgunt Hyades: quo tempore natis
Nulla quies placet, in nullo ſunt otia fructu.

Lateri profugus Patauos hoc corpore iuſſit.

De Gualpertino, qui plura deſiderat petat ex Hiſtoriarum Libris Iacobi Cauacij, & ex Bernardino Scardeonio.

Ibid. *Iam ad traditionem omnia parata.* Traditio Italicè eſt *Tradigione, Tradimento.* Gallicè *Trahiſon.* Fridericus Imperator in Epiſtola ſcripta A. Friſingenſi Epiſcopo, in Collectione Gretſeri; *cū Cœli ſtupeant, & totus orbis contremiſcat, & cuncta turbari conſtet elementa à facie ſceleſtiſſimæ perfidiæ, à nece piacularis malitiæ, ab auditu nefandæ traditionis, quam quædam Ciuitates Longobardiæ &c.* In quibus verbis voculam inſerere, alia amandata: *à nece piacularis malitiæ* corrigo in *voce*. Vt gradatio faciei, vocis, auditus ſibi omninò conſtet. Arbitror autem (neque arbitrij pœnitet) deſignari hiſce verbis electionem Vicariorum Imperialium, cuius meminimus.

Pag. 9. lib. 2. & quam legimus non ſemel perſcriptam in Manipulo Florum, anno 1164.

Ibid. *Ciuem alta potentia.* paulò ſupra. *Ipſe potentiſſimus rebellis.* & lib. 2. pag. 28. *Vrſinorum alta potentiq; progenies.* Et ſanè hoc Epitheton fuit hoc ævi promiſcui vſus. inde nomina muliebria *Alta flos*, *Alta donna*, nomen virile *Alto bellus*: nomina corographica *Alta cumba*, *Alta villa*, *Alto paſſio*, Domnizo in limine Libri primi.

Vimus ſi Plato foret hactenus ipſeq; Maro
Innumeros verſus daret illis fingere tempus
Iſtud de noſtris Ducibus, quos totus hic Orbis
Funditus eſſe catos non ſolum nouit & altos.

Et in fine capituli 11.

Muneribus magnis Attonem ditat & altis

Et alibi paſſim, vti & apud eos, qui Italice ſcripſerunt.

Et hinc manarunt compoſita Altithronus, Altigradus, Altiloquus & ſimilia, à Scriptoribus horum temporum formata. Altithronus legitur apud Venantium Fortunatum lib. 1. de vita Sancti Martini

Altithronus poſtquam repedauit ad æthera Chriſtus.

Et altithronum altithroni pro alto throno dici teſtatur Io. de Balbis in Catholico: illo nimirum ſæculo, quo colluuies Idiomatum Latij faciem induerat. Altigradus eſt in carminibus eiuſdem elegantiæ, apud Bernardinum Scardeonium libro 3. Claſſe 12. pag. 131.

Quum ſedata fuit Pataui diſcordia Luci
Hos inter ciues altigradumq; patrem.

Vbi Lucium videtur eſſe Lo[illegible]o, de quo nunc Muſſatus ſermonem habet; oppidum nimirū agri Patauini. Lucienſis Arx vocatur in Epitaphio Guidonis, qui genuit Nicolaum,

Hic ſitus eſt Guido Lucienſi notus ab arce

Apud Valerium Polidorum, in Memoriis quas appellauit religioſas. meminit & Hieronymus Areſtinus in carmine Elego, quod inſcripſit de laudibus oppidi Areſtini,

Lucius & paribus curis veſtigia ſoluat:
Cum lux ſidereas occulit alma faces.
Cynthius ipſe ſuas tollat cacumine laudes,
Mons vbi proſpectu metior aſtra meo:

Ead. pag. 56. *Lucium eſt mons altis apicis &c.* Hæc omnia illuſtrantur carminibus Hieronymi Atheſtini Libro 4. de Geſtis Atheſtinorum.

Sic fatus frigidam Fontanam deſerit Heros,
Et ſedes Ruſtæ, nimboſaq; culmina Cynthi.
Luci ſic turrem munitam collibus altis,
Atq; bonã vallem caſtrum, fluuiũq; propinquum.

Vbi fluuius propinquus Bachilio, ſiue Bachilo eſt.

Pag. 57. *Ipſiſq; Ancilibus, è foueis terra ſublata, eſferentibus.* Ancilia Scuta ſunt hic militaria, quibus in opere tumultuario, quale deſcribit Hiſtoricus noſter, Milites vſi ſunt. Alioqui erant Scuta religioſa, de quibus videndus eſt Plutarchus in Numa Pópilio, & Nummographus Auguſtanus. vt mittamus interim Iuuenalem, qui cecinit Sat. 2.

Arcano qui ſacra ferent nutantia loro
Sudanti clypeis Ancilibus ——.

Ibid. *rupe ligone ſcindente.* lego *rupem.* Vt & pagina proxime ſuperiore *rupe exciſa*, & hæc eadem, *per vaſtitates nemorum, & exciſas rupes.* Ligo autem, vt interpretatur Ioãnes de Balbis, eſt Sarpa, quoddam inſtrumentū ruſticorum ad fodiendum aptū.

Ibid. *Domum Maſtini Canis in Cormiſano ſitam.* lego *Martini Canis.* Ita enim appellatur lib. 6. rub. 3. pag. 32. & quem Bernardinus Scardeonius ſatis nobili Encomio proſequitur, lib. 3. claſſe 13.

Pag. 58. *Sub matori Communitatis ſuæ Sigillo.* Hoc Sigillum ad noſtra vſque tempora peruenit: hac facie.

Et in hoc mirum in modum hallucinatus eſt Laurentius Matrucinus, qui in Panegyrico Baſſani oppidi ſcripſit, Sigillum Patauinum magnũ fuiſſe argenteum, cum hac perigraphi

Muſon, mons Athos mare certos
—— *dat mihi fines.*

Ibid. *Claſſicis obſtrepebat.* Rectè monet accuratiſſimus Otius ita legi in omnibus manuſcriptis; ea enim fuit huiuſce ætatis in hac voce ſcribenda, ortographia; vt videre eſt apud Auctorem Catholiconis. Qui hæc tradit. *Claſſiarius ideſt Vereta, qui naui imponitur. & dicitur à Claſſis. Claſſium à Kalo, las. Quod eſt vocare. dicitur hoc Claſſium, ti. ideſt Cornu vel Tuba, vel aliud inſtrumentum cauſa conuocandi factum. Claſſicum etiam dicitur ſignum bellicum, vel ſonus Tubæ, vel alterius Inſtrumenti bellici.*

Ibid. *Nocte vigilia ſedula.* De vigiliis latè, & ad mentem noſtri Auctoris agit Ioannes de Balbis in verbo Crepuſculum. ex antiquis Appuleius, Macrobius, Cenſorinus, & alij.

Ibid. *Caſulani à Senenſibus factione Gibolengorum indigenarum deficientes.* Iugurtha Thomaſius Hiſtoriar. Senenſium lib. 8. hoc menſe Decembri contigiſſe ſcribit, ſuadente, & operam nauante Ravnerio Porrina Caſulano, quod & animaduertit Muſſatus pag. 60. Et infelicem obſidionis exitum apud eumdem videat, quiſquis hæc Muſſati cum aliorum ſcriptis conferre volet.

Ibid. *Fuerunt de Calbulis.* Hunc Ioannes Villanus lib. 8. cap. 59. Ferum & ſanguinarium hominẽ appellat. Nil mirum igitur ſi Florentinorum ſuor Degonem extolleret. Calbulorum meminit & Dantes Purgator. Cantu 14.

Ibid. *Oſtienſis Cardinalis ad Curiam proficiſcens.* Fuerunt qui crederent Clementem Pontificem, & Robertum Regem ex compacto agere. Et profecto Dantes non ſemel notauit Clementem, quod non bona fide ageret cum Henrico, velut Paradiſi Cantu 17.

Ma pria, che'l Guaſco l'alto Arrigo inganni

Et Cantu xxx. in fine.

Et ſia perfetto nel foro diuino
Alhora tal, che paleſe & couerto
Non andera con lui per vn camino.

Turſellinus, aperte in Epitome Hiſtoriarum, prodidit, Clementem quod videret Guelfos eijci vbique, & reſtitui Gibellinos, veritum etiam ne Cæſar Romam occuparet, Roberti Neapolitani Regis fidei Vrbem commendaſſe. & Turſellino antiquior Contadus Vecerius Vaſconicam inconſtantiam notauit.

Ibid. *Indeq; in poſterum ad podium Bonici ſe contulit.* Villanus lib. 9. cap. 45. Ammiratus lib. 5. Auctor Hiſtoriar. Piſtorienſium hæc omnia luce aliqua poſſunt perfundere. Podium Bonici eſt hodie Poggi Bonzi: prædium Bonatianum vocat Vecerius. Bonitianum voluit dicere. Bonici autem nomen gentilicium eſt, etiam penes Rolandinum noſtrum

ſtrum lib.5.cap.19. proprium verò apud Villanum lib.5. cap.7. Podium in editum collem ſignificare ait Maſſonius,in deſcriptione Franciæ per flumina pag.575.

Ibid. *In eius montis apice ſe ad hiberna diſpoſuit.* Amat hic noſter montium cacumina apices appellare. Sic pag.56. *Lucium eſt mons alti apicis.* & pag. 57. *Diruereq; ta monumenti veteris, quod montis apici eminebat.* Et aptè ſanè Ioannes de Balbis, *Apex, id eſt ſummitas. Quod enim in ſummo eſt à pedibus remotum eſt.* Et Papias ab eodem relatus, *Apex,icis, dictus quod longe ſit à pedibus, ideſt ſumma pars verticis, vel comi, vel Galea, vel Montis, vel Littere &c.* Quæ ſanè ad captum huius ævi ſatis ingeniosè excogitata ſunt. Alioqui nomen Apicis, teſte Seruio lib.10. Æn.ab apere quod erat ritu Flaminum adligare,dictum eſt.Hæc autem Muſſati ætas hoc nominis ad ſumma queque rerum quarumlibet faſtigia & culmina tranſtulit.veluti in Epitaphio Raynerij de Foroliuio

Liuia quem genuit Raynerius alma quieſcit
Hoc ſaxo legalis apex——apud Valerium Polydorum.

Et Franciſci de Ceſſo, referente Scardeonio,cui & ſequentia ferimus accepta

Quem Legum titulabat apex ——

Et Pauli de Titulo I.C.

Iuris apex ——

Item Bartholomæi Campi

Eclipſatur apex Medicinæ ——

Cæterum apex montis Bonicij à Gibolengis occupatus, diruitus olim à Florentinis eſt, incolis ad habitandum planitie tantum conceſſa, vt tradit Volaterranus lib.5. Geographiæ.Quod ex Ioanne Villano lib.6.cap.65.videtur contigiſſe anno 1257. Ideoque notat Ammiratus Podij Bonicij accolas monuiſſe Henricum quanti olim feciſſent Imperij Romani maieſtatem. Quapropter Caſtrum reſtitutum fuiſſe,quod in apice montis ſteterat,adiecta appellatione Caſtri Imperialis.

Ibid. *Ciuitatem Ferrariæ Curiæ noſtri Regiminis certo modo commiſit.* Litteras Clementis Pontificis in calcem ſpicilegij noſtri reiecimus;quas nacti ſumus beneficio viri ſummi, & præclaros omnes conatus impenſa opera adiuuantis DOMINICI MOLINI. Interim ſubit admirari, quomodo Robertus Regem ſe Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ nuncupet, non Ducem Apuliæ, & Principem Capuæ, vt hodie fit. Erſanè hæc titulorum proponendorum formula tunc temporis ſtata fuit legitimaque. Veluti & hæc *Karolus Dei gratia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ, Angariæ, Prouinciæ, & Solcariæ Comes*, in meo m.ſ. & apud Petrum de Vineis. Quæ ſanè emendatiora extant in altero Codice ſcripta apud me, *Karolus Dei gratia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ, & Andeg. Prouinciæ, & Folch. Comes, Poteſtati, Conſilio, & Communi Paduanis dilectis amicis ſuis, ſalutem & omne bonum.* Et hæc profectò caſu gignendi (vt vocant Grammatici) enunciata eſſe arbitrabar; niſi Villanus lib.7. cap.73. caſu nominandi vertiſſet. Scio equidem non defuturos qui criminentur morioſam hâc rationem minuta quæque conſectandi. At hos rogaros velim, vt nullâ ſui iactura hæc mea præter volent.Ego illis ſcribo, qui in Hiſtoria illuſtranda nullam nimium diligẽtiam eſſe putant; & qui inſticutum Spicilegij mei approbauerunt.

Ibid. *Ac eos prõpta veſtri exforcij, ſi &c. adhibitione.* Galli dicunt *Effort*, Itali *Sforzo*. Cuiuſmodi ſunt illa itidem huius ævi, *ſalvo eo,quod quandocumque pervenerit in forciam Communis Padue &c.* In Rubrica Statutorum de Homicidijs. & in Rubrica de Aſſaſſinis, *ſi verò Aſſaſſinus non eſſet in forciam Communis Padue.* & ibidem, *Quelibet perſona, que diceret, & arrengaret ſeu conſuleret, aut tractaret in aliquo conſilio, ſeu in concione aliqua &c. de accipiendo de forcia & manibus domini noſtri ſeu Communis Padue, Ciuitatem Padue &c.* & apud Marculfum Monachum Formularum lib.1. cap.28. *Eo quod Pagenſis veſter ille, eidem terram ſuam in loco nuncupante illo, per fortiem tulliſſet.* Vbi diligentiſſimus Bignonius.

Ibid. *Vt à mixtis communibus viribus.* Scribo libentius *vt admixtis communibus viribus.*

Pag.60. *Inclyto Roberto Regi.* Domnizo lib.1. Metro 2.

Imperioſi, ſuo Rex cunctis inclytus Hugo.

Idem Metrop.6.

Chonradus ductor, Bonifacius inclytus vltor

Et carmen Sepulcrali Antenoris apud nos

Inclytus Antenor patriam vox miſa quærens.

Monuit autem Ioannes de Balbis, vocem formatam fuiſſe ex in, & clytus: quæ valde nobilem ſignificant. Qua dubio procul mente Q. Curtius ſcripſit de Clyto Macedone, quem Alexander in conuiuio ira percitus haſta traiecit; *Vetus Philippi Miles, multisq; bellicis operibus* CLARVS. Clytus enim hoc ſignificat.

Ibid. *Dumq; interim frumentandi cauſa &c.* Hanc pugnam attigit Villanus lib.9.cap.47. Ex quo diſcimus apud Muſſatum ſcribi debere *& Collis præſidijs. & verſus Collem.* Collis.n.nomen topicum eſt.

Ibid. *Leuis armaturæ prædæ rapaces.* Italicè *ſcorridori,ò ſaccommanni* diceremus nunc. Albertini ætate quomodo appellarent noſtri homines compertum non habeo. Lectorem tamen admonitum volo, Zirimbertum de Syntillæ. Quem vocat hic noſter, Villano lib.9.cap.18.eſſe Gilibertum de Santilia Vice-Comitem Regis Roberti, Hieronymo Rubeo lib.6. Hiſtor. Rauennatis Gilbertum Santillum Regis Vicarium. ita vt Comes, Vice-Comes, & Vicarius ab hiſce Scriptoribus in vnam veluti maſſam redigantur. Harum autem præfecturarum notitias pertexere, poſt Viros doctiſſimos qui eas illuſtrarunt, mihi conſilium non eſt.

FINIS.

Digitized by Google

FELICIS OSII

IN

ALBERTINI MVSSATI

HISTORIAM AVGVSTAM

HENRICI VII. CÆSARIS

Castigationes, Collationes, & Notæ.

IN PROLOGVM.

PROLOGVS] Græca vox A iampridem donata Lario, & olim vllo fine discrimine premissa Orationi vindicæ pariter, ac solutæ: Q. Aur. Symmachus Epistola XIX. Lib. IV. *Ad prosperis ordiendum est. Quamobrem in* PROLOGO *(ne tacá diverim) litterarum salutem vale scribenti mecum dico.* Marcello quoque Monacho Formularum Lib. II. Cap. II. PROLOGI nihil aliud sunt, quàm *Prefationes variæ, quæ donationi ad Ecclesiam conueniunt, & omnes remissionis peccatorũ, & animæ remedij causses continent.* Cuius exempli pleraq; omnia instrumenta Donationum videre est in antiqueis Ecclesiarum monumentis. Videsis tamen Valer. Maximum, Paulum Diaconum in fronte Hist. Gothorum, & alios eius æui Scriptores, apud quos PROLOGVM, PROLOGIVM, PROLOQVIVM, ANTELOGIVM vnam, & eandem vim habuisse reperies, qua prefigi iure suo possent quibusuis ingenij monumentis. ANTELOQVIVM omisi, quòd illi diuersa notio, & à paucis, quod quidem hactenus nouerim, obseruata. ANTELOQVIVM enim *principatum loquendi, non rei principium sonat.* Macrobius: *Huic assensi omnes Pretextato* ANTELOQVIVM *detulerunt.* Hoc est; *primas loquendi vices* explicatore Budæo. Et alibi. *Philosophia, quod vnicum est munus Deorum, & Disciplina Disciplinarum honoranda est* ANTELOQVIO. Aliàs, sed ex vsu magis, quàm sua, & propria notione, PROLOGVS *Fabulæ Prefatio est*, vt lippis, & tonsoribus notum. Verùm hæc alterius loci. Sciat hic tantùm Lector, Prologum hunc abesse ex omnibus Codd. MSS. preterquàm ex Veneto, & Romano.

MVLTVM IPSE MECVM] Insistit vestigijs primorum Rei Litterariæ Patrum, quos magnum aliquid litteris mandaturos dubitandi par ratio in ipso statim Operis vestibulo torsit. Horum in numero primus occurrit lacteæ facundiæ flumen Liuius. *Facturusne operepretium sim, si à primordio Vrbis res P. R. perscripserim, nec satis scio: nec, si sciam, dicere ausim.* Quæ quidem propemodum omnia arripuit Renerus Snoius sic exorsus Historiæ suæ Batauæ Prefationem. *Facturusne sim operepretium, si res Batauas, Comitumq; strenue gestarum preclara, eorumq; fortia facta, de quibus audiui, & legi, conscribam, nec satis scio: nec, si sciam, dicere ausim.* In re minore Symmachus Epist. XLVIII. Lib. VIII. *Diu sanitati pariter, ac vemustati literarum tuarum mediocris eloquij conscius respondere dubitaui: sed religio rupit timorem.* Et Statius Prefatione Lib. I. Syluarum ad L. Aruntium Stellam Patauinum. *Diu, multumq; dubitaui* STELLA *Iuuenis optime, & in studijs nostris eminentissime, qua parte voluisti, an hos libellos, qui mihi subito calore, & quadam festinandi voluptate fluxerant, cum singuli de sinu meo prodijssent, congregatos ipse dimitterem.* Pari mente Sidonius mihi hac in parte nullatenus dimittendus Lib. VII. Epist. III. *Diu, multumq; deliberaui, quamquam mihi animo affectus, studioq, parenda sollicitaretur, an destinarem (sicuti iniungis) contestationicadas, quas ipse dictaui: vicit ad vltimum sententia, qua tibi obsequendum definiebat: ergo petita transmisi.* Plures post hos adducere, quos Noster duces habuit, non necesse: occurrent passim, & ingenio suo MVSSATI prudentiam liquidò restabuntur.

PERCVNCTATVS] Erat in Veneto *Percontaclus*,

pro quo reposui *Percunctatur* ex Festo, & Nostro Lib. III. Rub. XII. Lib. IV. Rub. XII. Lib. V. Rub. I. licet *Percontatur* libentiùs arrideret. Verrius enim *Percontor* scribit, & deducit à *Conto* pertica nautica, qua inquiruntur loca nauibus opportuna, & exploratur altitudo aquæ. Hinc probis Scriptoribus *Percontor* in vsu potius, quàm *Percunctor*, eiusq; vis eò potissimum spectat, vt rem aliquam altè intuestigare, suisq; meriti ponderibus representet, πυνθάνεσθαι φιλοπευστῶς. Plautus Menech. Sc. V. Act. V.

Mane etiam percontabor alia.

Idem in Pseud. Sc. IV. Act. 4.

Vbi perconteris me insidijs hostilibus.

Terentius Hecyr. *Tua, quod nihil refert, percontari desinas.* Sic apud Tullium *Contor* eodem sensu legitur in Epistolis secundi libri ad Atticum. *Cum ex eo de me contaretur.* Et apud Agellium Lib. V. Cap. V. *Ea contantur, & insistant.* Sed vtro velis modo hic pronunties, vel rescribas, *Percunctor* scilicet, an *Percontor*, parùm interierit. Nam & *Percunctor* eadem notione se prodit. Donatus in Hecyram Terentij Act. I. Sc. II. *Et* Percunctatum, *&* Percontatum *scribitur; sed* Percontatum à Conto *dicitur, quo nauta vtuntur ad explorandam loca nauibus opportuna: si verò* Percunctatum, *ab eo, quod* à cunctis perquiratur.

Porrò vtrum inter *Cunctor*, & *Percunctor* eędem significandi vices intercedere possint, quas mutuas inter se habent *Percontor*, *Contor*, & *Percunctor*, non ego quidem auserim affirmare. Viderint id otiosiores, Nos enim ad alia propetamus, ne diutius, quàm par sit in Operis hesisse vestibulo videamur.

GESTA] M. Tullius in ea, quam habuit post reditum in Senatu. *Tunc ausus es isto ocudo, non dicam illo animo: ista fronte, non vita: tanto supercilio (non enim possum dicere tantis* GESTIS *cum Gabinio consociare consilia pestis meę?* Val. Maximus in Prologo. *Nec mihi cuncta complectendi cupido incessit. Quis enim omnis axi* GESTA *modico voluminum numero comprehenderit?*

SEMPER AVGVSTI] Ità Symmachus, quem Noster imitatur non rarò, Lib. X. Epist. LVII. ad Theodosium. *Dignum est igitur D. Imperator Theodosi Inclyte, Victor, ac Triumphator* SEMPER AVGVSTE, *vt decretum Senatus* &c. Et LXIII. ad Valentinianum, Theodosium, & Arcadium Auggg. *Quid habeat conditionis Inscriptio, nostis pra ceteris Iuris publici conditores D. D. D. Imperatores Valentiniane, Theodosi, Arcadi Inclyti, Victores ac Triumphatores* SEMPER AVGVSTI. Gerbertus etiam, postmodum Sylvester II. Rom. Pontifex, suam primam Epistolam sic inscripsit. *Domino suo Ottoni* SEMPER AVGVSTO *Gerbertus quondam liber.*

At quis primus particulam *Semper* cum *Augusti nomine* copularit, incertum planè. Inter Inscriptiones L. Septimi Seueri, quas I. Gruterus de Romana Antiquitate probè meritus collegit, & euulgauit, vna prę cæteris occurrit his notis inuenta, Romæ in ruinis Palatij Imp. Titi anno CIↃ. IↃ. LXXXVIII. Pag. 171.

PROPAGATORI. ORBIS
AC. ROMANÆ. REI
.....
VICTORI. AC
TRIVMPHATORI
SEMPER. AVG.
FABIVS. . . CONSER .....
PRÆF. VRBI. ITERVM IVDEX
COGN. SACR. MAIESTATI. EIVS
DICATISSIMVS.

Antè hanc nulla alia eiusdem notæ, longè plures in Constanti, Constantio, Constantino, Iuliano, Valentiniano, Valenti, Honorio, Theodosio paginis seqq. Quæ quidem in eam nic sententiam facilè deducunt, vt putem, formulam hanc Imperatorum istorum temporibus vsurpari cœptam, cum anteà sola AVGVSTI appellatio in vsu esset, quod suptà laudatæ Symmachi, & Gerberti Epistolæ videntur astruere non obscurè.

AVGVSTE] Gratus hic Titulus, quàm qui gratissimus Romanis Imperatoribus memoriæ priscæ pariter, ac recentis. Clarum id etiam, quàm quod clarissimum ex Ammiano Lib. XXIII. vbi Valentinianus ob nuncupationem AVGVSTAM donatiuum Militibus pollicetur: & Lib. XXVII. in quo morem institutum antiquitùs supergressus, non CÆSARES; sed AVGVSTOS Germanum, & Filium vocat.

Manauit ab Octauio Iulij F. qui primus id cognominis, & honoris sibi comparauit ex merito, propter quod videbatur effectus humano fastigio maior. Inscriptio vetus.

IMPERATOR. CÆSAR. D. IVLII
FILIVS. AVGVSTVS.

Cresconius Corippus Lib. III. Ver. 17.

AVGVSTO melior Iustinus CÆSARE Princeps.

Neque enim eò loci Corippo AVGVSTVS CÆSAR Iustinianus est, quod perperàm Thomæ Demipstero venit in mentem, sed Octauius, cui memorabilis Pietas in exequendâ morte Iulij Cæs. & suis eidem inferijs procurandis Optimi Principis famam dedit: ipse, inquam, Octauius AVGVSTVS primus, à quo deinceps Impp. cæteris idem cognominis impertitum. Nam antè Octauium Romanis Principibus sola IMPERATORIS appellatio Titulorum omnium amplissimus Titulus erat, qui C. Iul. Cæsari perpetuo Dictatori creato cum insigni potestate antè omnes datus. Disertissimè Dio Lib. XLIII. ex interpretatione G. Xylandri. *IMPERATORIS quoque nomen, non antiqua tantùm pro consuetudine, qua id cum alij, tum ipse quoque sapius ex bello reportauerant; neq; ea ratione, quod ei merum imperium, absolutamq; potestatem deferrent, Cæsari: sed eo modo, quo nunc ijs, qui summum imperium obtinent, tum primo Cæsari primum imposuerunt, tamquam ipsi proprium.* Apertiùs Suetonius Lib. I. Cap. LXXVI. *Pregrauant tamen cætera facta, dictaq; eius, vti & abusus dominatione, & iure cæsus existimetur: non enim honores modo nimios recepit, vt continuum Consulatum, perpetuam Dictaturam, Prefecturamq; morum, insuper prænomen IMPERATORIS, cognomen Patris Patriæ, statuam inter Reges, suggestum in Orchestra: sed & ampliora etiam humano fastigio decerni sibi passus est.* Quorum in sententiam eunt Scriptores omnes Romanarum rerum.

Octauius igitur minimè contentus Imperatorio nomine, iureq; perpetuo, quod idem ex S.C. tenuerat, primùm C. CÆSARIS (eiusdem suptà laudati Suetonij verba sunt Lib. II. Cap. VII.) *& deinde* AVGVSTI *cognomen assumpsit: alterum testamento maioris Auunculi alterum Munatij Planci sententia, cum quibusdam censentibus Romulum appellari oportere, quasi & ipsum Conditorem Vrbis, prævaluisset, vt* AVGVSTVS *potius vocaretur, non tantum nouo; sed etiam ampliore cognomine, quòd loca quoque religiosa, & in quibus augurato quid consecratur.* AVGVSTA *dicantur* ab auctu, *vel* ab auium gestu, gustuvè, *sicut etiam Ennius docet scribens.*

Augusto augurio postquam inclyta condita Roma est.

Cui licet addas Festum eius sententiæ mirum in modum suffragantem, & explicantem Suetonium ipsum, cum tradit, *Augustum locum dici ab Auium gestu, vel quia ab Auibus significatus est, siue ab Auium gustatu, quia Aues pasta ad ratum fecere.* Sensit & Dio Octauium AVGVSTVM *ab auctu* boni ominis causa nominatum Διὸ καὶ πλείω τι ἢ κατ' ἀνθρώπους αὔ,

ὦν, vt aliquid supra Hominem existens. Πάντα γὰρ τὰ ἐντιμώτατα, καὶ ἱερώτατα Σεβαστὰ προσαγορεύεται. *Nam ea omnia, quæ magno in pretio sunt, & sanctissima, vocantur* AVGVSTA. Augere enim, & Mactare verba sunt Sacrorum: & Templa, quæ sancta, *Augusta* pariter nominantur. Ouidius Fast. I.

Sancta vocãt AVGVSTA *Patres, sanctissima* AVGVSTA *vocãtur*
Templa Sacerdotum rite dicata manu.

Sicut Platonicę sapientię fons *Sanctus* idem, & *Augustus* audit apud Romanę copię parentem Tusculana V. *Ex hoc igitur Platonis, quasi quodam sancto, augustoq; fonte, nostra omnis manabit oratio.* Adstipulatur Dioni Manasses, apud quẽ in Politicis Lib. VII. hęc habes. Σεβαστὸς δὲ μετὰ ταῦτα κληθεὶς ὡς αὐξηθείς. *Augustus postea dictus, vt quasi auctus.* Nec contrà sentit Diaconus Lib. VII. licet paullò diuersam appellationis huius causam edat. Censet enim is, non vocibus imperitæ multitudinis Octauium primum acclamatum AVGVSTVM; sed iudicio Ordinis amplissimi tantum diuini propè honoris illi habitum, quòd is Romam triumphis suis auxerit. Idcircò enim ait Diaconus, *Anno Vrbis* DCCXXV. *quo primum die fine bellis ciuilibus impositio triplicem triumphum in Vrbem inuictis ex Aegypto in P. R. ditionem, potestatemq; redacta, primum* AVGVSTVS, *quod Rempublicam auxerit, consalutatus est, quod nomen cunctis antea inuiolatum. & hucusq; ceteris inausum. Dominis tantum Orbis licitè usurpatum, apicem declarat imperij, atq; ex eadem die summa rerum, ac potestatum penes vnum esse cœpit, & mansit quod Graeci μοναρχίαν vocant.* His affinia sunt, quæ tradunt Epitome Liuij, Plinius, Censorinus, Cassiodorus, aliiq; sexcenti, nempe Cæsarem leges protulisse, Iudices ordinasse, Prouincias disposuisse, ideóq; cognominatum AVGVSTVM, perinde ac si dicerent, ob tales, tantasq; res gestas macto Meritis, & Virtute cognomen addictum AVGVSTI resanctum, vocis vsurpatione singulare, remunerationis officio vnicum.

Factum id autem, si quis amplius hoc requirat. Idibus Ian. Anno Vrbis DCCXVII. Sex. I. & M. Vipsanio Agrippa III. Coss. Ouidio teste Fast. I. Nam Censorinus id contigisse censet ex antè diem XII. Kal. Febr. Alij aliter. Lapis, qui Narbone est, ait Augustum auspicatum esse imperium VII. IDVS IANVARIAS. Orosius VIII. Idus, eademque hice triplici triumpho clarum Vrbem esse ingressum, & tunc primùm AVGVSTVM salutatum Orbis imperium suscepisse.

Addunt alij ob res ab Octauio benè gestas, non tam placuisse Senatui, vt tali, ac tanto AVGVSTI nomine decoraretur: sed etiam, vt Sextus à primo Mensis, qui ob id Sextilis antea dicebatur, Augusti nomen acciperet, in eius scilicet Principis gratiam, cuius auspicijs Ægypto P. R. addita, Mensis ille Romano Imperio felicissimus affulsisset. Qua de re nos pluribus in *Vrbe Aeterna*, si votis Deus annuerit, differemus, cum eius Mensis Festos dies, ac Ferias ex Antiquitatis Romanæ tenebris eruemus.

Ex hoc planè fonte AVGVSTI appellatio fluxit ad insequentes Imperatores, & sanè maior, quàm CÆSARIS, vt Zosimus adnotauit. Nam & hi in posterum AVGVSTI dicti, tum ob singularem ipsorum Virtutem, & Merita in Rempubl.; tùm, vt tam splendido nomine sibi adepto ad egregias AVGVSTI I. virtutes exprimendas inflammarentur ardentiùs. Præclarè siquidem Dio sensit, & docuit, CÆSARIS, & AVGVSTI appellationes nullam Romanis Principibus potestatem addidisse: nomen autem CÆSARIS significasse successionem generis; AVGVSTI splendorem dignitatis. Sic enim ille apud Xiphilinum de sequutis Imperatoribus loquens. *Iam, adempta verbitate Regum obtinent potestatem. Nam* CÆSARIS, *aut* AVGVSTI *appellatio nullam eis potentiam tribuit; sed altero Familia significatur, altero Splendor dignitatis.* Quin imò, VT AVGVSTI cognomen sibi longè gratum propagaret Octauius, Tiberium, & Liuiam idem ferre cognomen iussit, auctore Tacito Lib. I. Ann. quamquam eo Tiberius parcè admodum vsus, & in ijs Epistolis tantùm, quas ad Reges dabat ex Suetonij fide. Caligula, *Cæsar*, quàm *Augustus* dici maluit eodem Suetonio teste, cumq; illi acclamasset aliquando Populus, *Iuuenis Auguste*, ratus sibi iniuriam factam multos occidit. Claudius non modo *Augusti* nomen aspernatus est; sed ne *Imperatoris* quidem appellationem admisit, *Cæsaris* titulo contentus, vt Nero, & Galba. Vitellius *Germanici* cognomen recepit, *Augusti* distulit, *Cæsaris* in perpetuum repudiauit. Tiberius *Cæsar* in Senatu à Nerua, non *Augustus* dictus. Lampridius in Commodo Antoninos Pium, & Philosophum Impp. primos omnium *Augustos* dictos, dein Pertinacem ostendit. Spartianus Verum, & M. Antoninum: postea verò Imperatores ipsos cæteros *Augustos*: candidatos autem Imperij *Cæsares* appellatos. Verùm enimuerò nequaquàm putandum est, Lampridium, & Spartianum in ea fuisse sententia, vt censuerint Antoninos antè Imperatores omninò cæteros, atq; adeò antè Octauium ipsum *Augusti* nomine salutatos, cum scirent nõ aliam ob causam Septembrem, atq; Octobrem; non autem Sextilem, Antoninum, & Faustinum de illorum Imperatorum nominibus S. C. dictos, nisi quia Sextilis in gratiam Octauij multò antè *Augusti* cognomine decorati *Augustus* fuerat appellatus; sed illi *Augusti* nomen Antoninis primò tributum litteris prodidere, non quòd his omninò primò tributum esset; sed quòd hi Senatui digniores visi, qui primi *Augusti* nomen, quod inuetustudinem quodammodo abierat, repararent. *Autumn* certè nomen cum in Marco Philosopho Imperij symbolum cepisset esse, ad Maximinum vsq; perualit, post quem iterùm *Augusti* nomen à Rom. Imperatoribus sic assumptum est, vt dimissum nunquam in HENRICO quoquè VII. & Imperij Romani Moderatoribus ceteris assiduè vulserit ad hæc vsq; tempora iugi tenore, ac serie mirificè propagatum.

Hæc de prima splendidi huius Tituli origine, & processu, velut in procinctu cursim, illustrandæ Antiquitatis, dum honestando Antiquitatis æmulatori Historico operam damus.

LIBIDINIJ Voluntati incensæ, at honestæ, qualis olim Romanos incessit, quos patriæ Princeps Historia *magis in decori armis, & meliora bonis equis, quam in scortis, & conuiuiis libidinem habuisse* testatus est initio Catilinarij belli. Nam alibi in eiusdem Historici monumentis *Bona tibi libido* occurret *Patriæ, & Parentibus gratificandi.* Quæ cum obseruasset Nonnius Marcellus Cap. VI. sic scripsit. *Libidinem, & appetitum, vel æmulationem earum honestarum rei possimus dicere, vt sit Libido omne id, quod libuerit.* Hinc illa Varronis Lib. IX. de L. L. *In demonstrando, quoniam potius profecisse oportet, ab eo, quod apertius est, quam ab eo, quod prius est, & potius ab incorrupto principio, ab natura rerum, quam ab libidine hominum.* Illic enim, *Libido*, incensa Voluntas est, vt apud Plautum passim; sed signatè Pseud. Act. I. Sc. V.

Libido est ludos spectare Pseudole.

Et Menech. Act. V. Sc. I.

Libido maior fuere est mihi.

Et *Libido* Persa Act. I. Sc. III. vbi Saturio de prosapia Parasitica, vnde & ipse erat oriundus, nugatur.

Nihili Parasitus est, cui argentum domi est.

Libido extemplò cœpere, vel (vt Scaligero placet) *cœpire est conuiuium, tuburcinari de suo, si quid domi est.* Quo sensu locutus & Tullius, in quo finiam

Felix Olius

Tabulam 1. *Ex Tabularum nostrarum Index pagina 4.* Barbara Olia nupsit *Joanni Ber Kolmo, Anno 1*

Tabulam 2. *Ex Tabularum nostrarum Index pagina 4.* Joannes Olius nupsit *Catharinæ Vestingiæ, Anno 1*

Tabulam 3. *Ex Tabularum nostrarum Index pagina 4.* Felix Olius nupsit *Margaretæ Lundiæ, Anno 1*

Tabulam 4. *Ex Tabularum nostrarum Index pagina 4.* Joannes Olius nupsit *Catharinæ Vestingiæ, Anno 1*

Tabulam 5. *Ex Tabularum nostrarum Index pagina 4.* Felix Olius nupsit *Margaretæ Lundiæ, Anno 1*

Tabulam 6. *Ex Tabularum nostrarum Index pagina 4.* Joannes Olius nupsit *Catharinæ Vestingiæ, Anno 1*

Tabulam 7. *Ex Tabularum nostrarum Index pagina 4.* Felix Olius nupsit *Margaretæ Lundiæ, Anno 1*

Tabulam

In Hiſtoriam Aug. Muſſati.

Vnum audiamus è Recentioribus multis Renerum Snoium eiuſdē ingenij virum, & ad Genium Muſſati factum. *Nihilominus hæc Batava lingua exaraui, quæ ipſi (Batavi) ſi quando volent, quod non impedio, Romana poterunt expolire, præſertim, ſi aſpera quædam fuerint à me profecta. Non enim limam recuſo, neq; adeò mihi bellus videor, vt Cenſorem negligam, vel excludam, qui in Catonis reprehenſionem incidi, vt civius culpam deprecari velim, quam ea vacare poſſim.* Et paullò poſt. *Neq; verò tantillum offendar, ſi quis noſtra locupletabit diligentior, diriget exactior, illuſtrabit eloquentior, expoliet otioſior, vindicabit felicior, ne quid Momo reliqui ſit, quòd queat carpere.* Nimirum vim habent Oraculi Euripidis illa Ὦ ξεῖνε μίας χειρὸς ἀβρώστου μάχη ἔνεστι εἰς ἀνὴρ οὐ πάντ' ὁρᾷ. *Vt vnus manus infirma pugna eſt: ſic vnus Vir non omnia videt.* Quarè non immeritò Cicero Poetas illos, qui alienum iudicium in ſuis carminibus emendandis exquirerent, non ſolum laudibus effert Lib. 1. Offic. ſed etiam proponit ad imitandum ſedentibus in Reipublicę puppi, clauumquè tenentibus his verbis. *Vt Pictores, & ij, qui ſigna fabricantur, & veri Poeta ſuum quiſque opus à Vulgo conſiderari vult, vt ſi quid reprehenſum ſit à pluribus, id corrigatur: hiq; & ſecum, & cum alijs, quid in eo peccatum ſit, exquirunt: ſic aliorum iudicio permulta nobis & facienda, & non facienda, & mutanda, & corrigenda ſunt.* Nec aliud ægriùs habebat Tomitanum Vatem ſecūdum exilij pœnam, cum aberat Roma, quàm quòd Amicis careret ijs, quorum cenſurę, cum Romæ degeret, ſua carmina permittere conſuetat. Quæ ne temerè ſcripta putes, ipſum tibi Vatem teſtem do. Sic enim ſecum ille conqueritur Lib. III. Triſt. Eleg. IV.

Nullus in hac terra, recitem ſi carmina, cuius
Intellecturis auribus vtar, adeſt.

Et Lib. IV. Eleg. I.

Sed nequè cui recitē, quaſquā eſt, mea carmina; nec qui,
Auribus accipiat verba latina ſuis.

Quibus affinia deprehendes Elegia vltima eiuſdem Libri, & VIII. Quinti. Solebant enim veteres, vbi quid ſcripſerant, quòd Orbi daturi eſſent, Sodalibus, & Amicis vnum in locum coactis legere, vt quid eorum quiſq; de eo ſentiret, liberè aperiret. Innuit morem hunc idem Ouidius Lib. IV. Triſt. Eleg. vltima.

Sæpè ſuas volucres legit mihi grandior æuo,
Quæq; nocet ſerpens, quæ iuuat herba, Macer:
Sæpè ſuos ſolitus recitare Propertius ignes,
Iure ſodalitij quo mihi iunctus erat.

Et Eleg. XII. Lib. IV. De Ponto.

Sæpè ego correxi ſub te Cenſore libellos,
Sæpè tibi admoniti facta litura meo eſt.

In re apertiſſima aliorum teſtimonia non produco, quæ locum ſibi fortaſſis alium vendicabunt.

ELIMAVERIS] Vritur eadem voce Muſſatus Lib. VI. de Geſtis Ital. poſt Henricum VII. Rub. V. *Iacobus onerum, conſiliorum, opportunitatumq; omnium ſupportator erat: illi omnia credita ſua elimata conſulijs.* Nec abſquè exemplo. Ouid. IV. Metamorphoſeon.

——*Extemplo graciles ex ære carenas,*
Retiaq; & laqueos, qua lumina fallere poſſent,
Elimat:

Cicero Attico Lib. VI. *Velim quidvis aliquod elimes ad me.* Quo ſenſu *Limare* à Symmacho vſurpatum Lib. IX. Epiſt. CV. *Pari nitore, atque grauitate ſenatorias actiones, & Romana rei monumenta limaſti.* Nec ineptè id verbi à Noſtro redditum *Caſtigandi* verbo. Nam opus aliquod *Elimare, limarevè*, idem eſt planè, quod *incudi ſubijcere, corrigere, caſtigare*. Cic. Acad. I. *Inſtitui quædam ad eum, quæ ſunt magna ſane, & limantur à me politius.* Hinc lima Operis vltima Ouidio Lib. I. Triſt. Eleg. VI. vbi de Metamorphoſi non correcta.

Abiecrum mediis opus eſt incudibus illud,
Deſuit & ſcripto vltima lima meo.

MAGNIS] Ità legebam initiò ex coniectura vix apparentibus veſtigijs huius vocis, cum demum, vt ità conſtanter legerem, effecerunt eiuſdem Muſſati Carmina ex Epiſtola II. in Henrici VII. laudem, & Operis ſui commendationem dextro ſatis Apolline decantata, quorum mihi copiam fecit Perillustris, & Excellentiſſimus I. V. D. ANTONIVS MVSSATVS, vel ob id Elogio dignus, quòd humanitatem eximiam, ac ſingularem cum Nobilitate generis, & Virtutum ſplendore connectit. Sic enim illic legebam apertiſſimis notis.

Sit ſtylus ipſe humilis, rebuſq; incommodus aptis,
Sit rata verborum pro grauitate fides.
Quoq; magis MAGNIS *fuere* SCRIPTORIBVS *impar,*
Hocq; minus reliquis inuidioſus ero.

Magni porrò non temerè dicti Scriptores Auguſtorum, cum & Auguſti ipſi *Magni* titulo gauderent. Sozom. Lib. VI. Cap. XII. παρόντος Κωνσταντίνου αἰωνίου μεγάλου αὐγούστου. *Præſente Conſtantio Æterno, Magno, Auguſto.* Accedit huc Oppianus, qui Auguſtæ Seueri Matri idem cognomen impertit. Communia ſiquidem Auguſtis, & Auguſtabus fuere cognomina, vt aliàs dicam.

Ἀντωνίης Ἑλίκος γλυκερὸν θάλος Ἀντωνίνου,
Ὅν μεγάλῳ μεγάλῳ φυτέυσατο δῶμα σεβίρῳ.
Auſonij Iouis dulce germen Antonine,
Quem Magna Domna Magno Ioui peperit.

Alias *Scriptores Magni* ſunt, qui ſummum ſtudium, & magnas cogitationes ad ſcribendum afferunt, quales ſuas fuiſſe Vitruuius aſſeuerat in Procmio. *Non audebam tantis occupationibus de Architectura ſcripta, & Magnis cogitationibus* (hoc eſt diuturnis, & diligentibus) *explicata edere.* Clar. & Eruditiſſimo Gaſp. Barthio ſic docente Lib. I. Aduerſ. Cap. X. cuius in ſententiam eo. Et Tullius ſuas Epiſt. IX. Lib. XV. ad Atticum. *Ita ſum meteoros, & magnis cogitationibus impeditus, &c.*

NON INVISA] Loqui ſic amauit antè Noſtrum Symmachus Lib. IX. Epiſt. XLII. initiò. *Religioſa potius, quam inuidioſa Quæſtio eſt, qua fidem pactarum repetit antiquarum.* Tullius etiam ex parte in Manliana. *Ne, aut inuiſa Dijs Immortalibus Oratio noſtra, aut ingrata eſſe videatur.* Cæterùm inuiſus ille eſt, quem æquis oculis aſpicere nequeas, exoſus. Idem Tullius II. Officiorum. *Quo quis callidior, & verſutior eſt, hoc inuiſior, & ſuſpectior, detracta opinione probitatis.* Ouid. Eleg. IV. Lib. V. Triſtium.

Non inuiſa tibi pars ego ſæpe fui.

Poetarum Maximus Lib. I. magni Operis.

Et genus inuiſum, & rapti Ganymedis honores.

SED POTIVS] Nimirum à ſe alibi deprecatur Inuidiam, & Epiſt. I. Libro ſuo felicitatem ominatur ex eo, quòd ob tenuitatem ſuam nullis patebit aculeis Inuidorum.

Felix, inuidia quòd tu mordebere multa.
Iſta Dei tantum munera pauper habet.

INVIDIOSA] Cui inuideant Scriptores Magni. Neq; enim *Inuidioſus* ſemper is eſt, qui inuidet; verùm quādoq; is etiā, cui inuideatur, ὁ ἐπιφθονούμενος Græcis. Ouidius II. Transformationum.

Pactolumq; petit, quamuis non aureus illo
Tempore, nec ſuris erat inuidioſus arenis.

Et Noſter in ſuprà producto Carmine in Henrici VII. laudem ſui ipſius interpres.

Quoq; magis magnis fuere Scriptoribus impar,
Hocq; minus reliquis inuidioſus ero;

Pari vi *Pecunia, & Opes* inuidioſę dictæ Tullio pro Cor. Balbo. *Pecunia Cornelij Balbi neq; inuidioſa eſt, & quantacumque eſt, &c.* Porticus C. Soll. Sidonio Apollinari Lib. II. Epiſtola cognomine. *Ab Ortulacum Porticus intuetur magis rotundatis fulta coluris, quam columnis inuidioſa manubilibus.* Et *Angulus* Lib. III. Epiſt. I. *Modo inuidioſi huius Anguli* etiā *deſolata proprietate potiātur*, hoc eſt, cui quis meritò inuidere poſſit. Alijs alia relinquimus expēdēda.

CHRISTOPHORVS Clavius Bamberga natus, e Societate Iesu, Romanus Collegii Mathematicus, Euclidem explicatum & demonstratum, Geometricarum practicarum, Astrolabium, Gnomonicam, Calendarium Gregorianum, Horologium Ecclesiasticum, Algebram, Arithmeticam practicam, Sphæram, Commentarium in Sacrobosci Sphæram, Theodosium, Opus Astronomicum, Commentarium in Ioannis de Sacrobosco Algorismum, Commentarium in Ioannis de Sacrobosco Computum Ecclesiasticum, Romæ edidit. Ad eius opera multa quoque spectat, quæ in Romano Collegio Mathematicis disciplinis operam dederunt, & ab eo discipulis suis proposita fuerunt. Petit autem Clavius Bambergam, Franconiæ Metropolim, ubi natus est, ut ex ipsius Epistolis ad Ioannem Metellum Saxonem, & Ioannem Molanum Lovaniensem, Theologum, liquet, qui ad Clavium Romam scribebant, ut ipsi Bambergam. Ita enim Clavius ad Metellum: Bambergæ, quæ mihi patria est, ut ad Molanum. Ita ad Molanum: Bambergæ, quæ mihi patria est, ut ad Metellum. Ita ad Molanum: Bambergæ, quæ mihi patria est, ut ad Metellum. Ita ad Metellum: Bambergæ, quæ mihi patria est, ut ad Molanum. Ita ad Metellum: Bambergæ, quæ mihi patria est, ut ad Molanum. Ita ad Molanum: Bambergæ, quæ mihi patria est, ut ad Metell

tur nemo, qui verba eius attenderit, vt acuratissimè attendit, & litteratum monumentis consignauit magni, & acerrimi vir ingenij, Suadæq; medulla disertissimus GERARDVS IOANNES VOSSIVS Lib. I. de Historicis Latinis Cap. XIX. cui debent plurimùm T. Liuij Patauini manes. Quarè plures non aduoco. Siquidem enim delicato cuipiam aspectus fortè LIVIVS non blandiatur, inspectus (affirmatè hoc dico) cuiusuis aures demulcebit, & pectus, vt olim Isocrates, cuius iucunditas sic hominum mentes allicere consuerat, vt eius domus cunctæ Græciæ, quasi ludus pateret, ac dicendi officina.

PRODIT] Aperit.

TIBI] *Omnium domi, foriſq; Virtutum*, quod de Prætextato Symmachus Lib. X. Epist. XXIII. multò antè protulerat.

DOMI MILITIÆQVE ET PARTVM ET AVCTVM IMPERIVM SIT] Haud dubiè tùm hic, ista cum Mussatus scriberet, tùm in Prologo librorum de Gestis Italicorum post Henricum VII. Cæs. ad Paganum Turrianum Episcopum Patauinum, cum inquit. *Scis quippè Tu nostrorum actuum in Reipubl. fide testis Episcope, quanris* DOMI MILITIÆQVE *solertijs implicer*, Liuium Concinem suum ob oculos habuit sic præfantem. *Ad illa mihi pro se quisq; acriter intendat animum, qua Vita, qui Mores fuerint, per quos Viros, quibusq; artibus* DOMI MILITIÆQVE, *& partum, & auctum Imperium sit*. Quemadmodum Sallustium suum Liuius sic differentem initiò Catilinarij belli. *Imperium eisdem artibus retinetur, quibus initio partum est*. Et vtrumq; Henricus ipse VII. Aug. in Confessione fidei Romæ habita, cum inauguraretur, vt apud Abrahamum Bzouium legere est in Annalibus Sacris his verbis ad Annum MCCCXII. *Hæc est Fides recta, qua contra omnes premuniur errores, quam Diuinum Apostolum Petrum, & Paulum Doctorem Gentium nouimus tradidisse Romanæ Ecclesiæ, & qua D. Memoriæ Constantinus noster Inclytus Predecessor Romanum munuit, & auxit imperium*. Cadunt huc etiam Anonymi verba in Oratione Legati Veneti Serenissimum Reipubl. Ven. Principem adhortantis, vt bellum Turcis inferat capta Constantinopoli, quæ quidem Oratio nuper Musæum meum cum alijs eiusdem Scriptoris monumentis auxit. Sic enim Legatus ea in parte, qua narrat, quibus verbis Viri Principes Imperij Turcici Sultanum à bello fuerant dehortati. *Transmarinas, & longinquas exercituum transactiones non modò difficiles, & incommodas; verùm etiam vehementer esse periculosas: incolumitati Regni sui summa studio consulere oportere, vt quod Maiorum opere, diligentia, studio, consilijs, periculis, sanguine paulatim partum, & auctum, eoq; perductum, ad se iure hereditario tandem transmissum, accurate conseruandum suscipiat, & Maiorum exemplo incolume id ad posteros transferre valeat ex omni parte illæsum*. Hæc Anonymus. Quæ quidem eò libentiùs attuli, quò clariùs firmant vetus, atq; perpetuum Turcarum institutum illud, quo de Iouius in Elogijs Lib. II. meminit, id apud Turcas in more positum asseuerans, vt Sultano intranti Templum supplicandi causa Talismanus ædituus Sacerdos occurrens clarà voce pronuntiet, *Meminisse velit, Imperium, quod Iustitia, & Virtute bellica partum sit, non alijs, quàm isdem artibus conseruari, propugnariq; oportere*. Siquidem ad eum morem respexisse videntur Consiliarij Sultani, & alij secum Sallustij sententiæ instituisse, quam in Patauino Gymnasio Scholis à nobis solemnibus illustratam proximè superiore anno luci nunc publicæ adornatibus cum reliquis Scholis eodem Anno habitis in eumuersum Catilinarium bellum.

SACRAS AVRES] Quemadmodum *Sacri* olim dicti, & habiti Imperatores Romani: ità quæcumque gessissent ipsi, seuè quoquomodo attingerent, pro *sacris*, & *diuinis* haberi, & dici voluerunt. Hinc *sacras* Impp. *Litteras* dixit Symmachus Li. VI. Epist. XXXVI. *Orationem sacram* Lib. X. Epist. II. *Auditorium sacrum* Lib. II. Epist. XXX. & X. Epist. LI. & LIII. Aliaque in alijs Epist. eiusdem habiti, *Sacrum* nempè *Iudicium* LI. *Sedem* LXII. *Responsum* LIII. & LXII. *Oraculum* XXIX. XXXV. XLVII. LXII. *Aerarium* XXXIII. *Edictum* XXXIV. *Præceptum*. XLIV. *Munerationes*. XLIII. *Humanitatem*. LV. *Iussa*. XXXIV. *Rescriptum* in Epistolis extrà ordinem additis Lib. X. à Iac. Lectio. Alij alia. *Purpuram* Lib. I. C. de Apparitore Præfect. Vrbis. *Vidtum* Mamertinus in Genethl. *Aulam* Corippus Lib. IV. & Guntherus, *Aedes* Sidonius Lib. I. *Præsepia* Claudianus de laudibus Serenæ. *Stabulum* Lib. I. C. Theodos. de Auro, & Trib. *Sacras* absolutè (hoc est litteras) Augustinus L. De Donatistis post Collat. Cap. XXXI. *Ille portant multorum Imperatorum Sacras, nos solæ portamus Euangelia*. Hormisdas Papa in Indiculo Imperatorum *Rogare destinatis Sacris immoresear*. Constitutiones, & Iustiniani rescripta. *Sacrum Scrinium, sacrum Numinis Consistorium, Cognitionem, Sanctionem sacram* P. Diaconus Lib. de Notis litteratum, *Sacras Occupationes* Suetonius in Tiberio, & *Os* Imperatoris Federici *Sacrum* Noster Lib. IX. de Gestis Italicorum post Henricum VII. qui est de Obsidione Canis Grandis circà mœnia Paduanæ Ciuitatis, & conflictu eius.

Audiui, & vidi, cælestia Numina testor,
Cæsaris ore sacro. Padua Communio nostris
Accedat tandis.

Sed signatè AVRES Impp. *sacræ*, nec vni Scriptorum dictæ. Præter Statium Eumenius Orator Lib. X. Epist. XXXIV. *Me munius imitata. Apud Aures enim sacras locum posteà non habebis consuetæ mendacij.* Et Epistola XXIIX. eiusdem libri. *Quæ vbi ad sacras Aures Perennitatis vestræ peruenerint*, &c. Pati mente Act. 2. Concil. Chalcedo. *Sacratissimas*, Firmicus Lib. de Errore propha. Releg. *Sanctas*, Nouel. VII. *Diuinas* easdem Augg. *Aures* appellarunt, sicuti alicubi pro Augusto *Diuinus Princeps*, *diuinus* eiusdem *Affatus*, *diuinus Sermo*, *diuina Officia*, *diuina stirpis Augustus* occurrit, & alia alibi, quæ hisce similia reliqui collegerunt.

VT FALLERE] *Fallere*, *falli*, Paronomasia plenissima venustatis, cui similis illa Sidonij Lib. V. Epistola II. *Nec me falli, nec te fallere decet*.

NEFAS SIT] Quòd Imperatores *Sacri*, *Sacratissimi*, *Numina*, de quibus ne suspicari quidem liceat, quod velint fallere.

DVM TE HOMINEM FATEARIS] Cui nihil magis affine, quàm labi. Verè Heynsius in Epistola præfixa Crepundijs Silianis. *Plus mehercule erraui scire ignoscere, quam errare nescire est. Alterum enim debent omnes; alterum potest nemo*. Hominis autem est, humani à se nihil alienum putare.

CONFESSASQVE PLVRIMORVM INDICIIS] Parem à se diligentiam adhibitam testatus est Sulpitius Seuerus in Præfatione Libri de Vita D. Martini. *Obsecro autem eos, qui lecturi sunt, vt fidem dictis adhibeant, neque me quidquam, nisi compertum, & probatum scripsisse arbitrentur alioquin tacere, quam falsa dicere maluissem*. Parem Scriptores ab eo reliqui gestarum rerum, qui Veritatem amplexi præcipuam Historiæ legem nulli labori pepercere, ne res sibi parùm exploratas posteris traderent, quod multò antè ab Historiæ Patre Thucydide, Theopompo, Polybio factum accepimus. Polybius enim (vt alios omittamus) ne falsa pro veris litteris consignaret, in remotissimas oras peregrinatione suscepta Asiã, Africam, Europam lustrauit; Atlanticum quoque Oceanum nauigauit: &, vt de Annibalis itinere vera narraret, Galliam, & Alpes inuisit: vt de Scipionis rebus in Hispania gestis, Carthaginem nouam adijt, loca singula cum cura inspexit, Hispa-

niæ pleraque oculis vſurpauit.

OFFICIAT] Iouem hic ego lapidem deierare auſim per omnes fortunas meas, *Officiant*, legendum eſſe, cum id verbi *Res* potius, quàm *Pactum* reſpicere videatur.

VERITATI] Non temerè, quiſquis Hiſtoriæ ſcribendæ manum admouet, ſic præfatur. Sed omnium mihi Ferrettus inſtar, quia ad manus, & coęuus Noſtro. *Nec tantum Series, quantum rei Veritas indicabitur: ſed & Tempus, & Locum, qui certior fides ſit, hiſtoricè conſcribemus.* Precipua nimirum dãda eſt opera ei, qui Res hominum ſcriptis mandare volet, ne narrationem ſuam mendatijs, figmentisvè commentitijs adſpergat, cum VERITAS ornamentum, & decus, pes, caput, anima denique ipſa cenſeatur Hiſtoriæ, qua vti rectitudine regula definitur. Ferrettus idem in ſuæ Hiſtoriæ vmbilico. *Et quidem his certius fidei robur veris litteris indicantes, non fictum quidquam, nec rogatum, aut fauori conceptum, vt placeamus, ſcripſiſſe profitemur. Nullis enim decorum velamentis debet Hiſtoria. Hic namque Poetarum mos eſt, qui, vt placeant, veris ficta componunt: Conſcriptores verò magnificarum rerum Veritatem meram ſequi debent, non Odio, vel Amore corrupti, ne fortè legentium fides traduci meditetur (fortè videatur) inepte.* Et paullò poſt, *Aggrediamur ergò viriliter opus mente conceptum, ſolamq; rerum geſtarum nullis deprehenſam fallacijs Veritatem perſequamur.* Itaq; iurè, ac meritò primas inter Hiſtoriæ leges cenſetur illa. *Ne quid falſi ſcribere audeat: ne quid veri non audeat: ne quam in ſcribendo ſuſpicionem gratiæ, nec quam ſimultatis oſtendat.* Hiſtoria ſiquidem, vt Plinio placet Epiſt. XVII. Lib. VII. *Non oſtentationi; ſed Fidei. Veritatique componitur*, quæ Diodoro teſte Προφήτης ἐπὶ τῆς Ἀληθείας *Deę Veritatis Prophetes eſt*: imo, ſi Dionyſio credimus, *Vrbẽ Sacerdos*, ità prorſus, vt, quæ à vero aberrarit aſſertio, Hiſtoria dici non poſſit. Appoſitè Lucianus, & verè. *Hiſtoria ἓν ἔργον καὶ τέλος τὸ χρήσιμον, ὅπερ ἐν τῇ Ἀληθείᾳ μόνῃ σώζεται Vnum opus eſt, & vnus finis vtilitas, quæ ex ſola Veritate conciliatur.* Et infrà μόνῃ δυθέσαι τῇ Ἀληθείᾳ εἴτις ἱστορίαν γράφειν ἐκ τῶν δ' ἄλλων ἁπάντων ἀμελητέον αὐτῷ *Soli immolandum Veritati ei, qui ad Hiſtoriam ſcribendam accedet, cætera verò omnia poſtponenda.* Nimirum. Ὅτι καθάπερ ἀμφύχῳ σώματος τῶν ὄφελος ἐξαιρεθεισῶν, τὸ ὅλον, οὕτως ἐξ ἱστορίας ἂν ἄρῃς τὴν Ἀληθειαν, τὸ καταλειπόμενον αὐτῆς ἀνωφελὲς γίγνεται διήγημα. *Vt animalibus ademptis prorſus inutile redditur: ità ſi veritatem ex Hiſtoria tollas, quod ſupereſt illius, narratio eſt nullius vſus* Polybio teſte Lib. XII. Hiſtoriarum. Det igitur (vt primis extrema reſpondeant) qui in Hiſtoricorum numerum venire contendit, operam potiſſimam Fidei incorruptæ, ne μυθόγραφος verius, quàm Hiſtoricus audiat; Cura deinde illi ſit potior, & cautio prima, quę Symmacho Lib. I. Epiſt. XXVIII. *Ne blanditiæ longiores corrumpant veri dignitatem*: imò quæ Noſtro. *Ne quid immobili officiat Veritati*: ne, quod genus ſcripti Veritate potiſſimùm niti debet, ſua vanitate protinus ruat. Nec offecit Noſter, ſuæ nobis hac in parte conſtantiæ teſtis non vno in loco. Libro ſiquidem XII. de Italicorum geſtis habemus iſta. *Ad quem Muſſatus. Non puret, aut vereatur Marſilius ſe quidquam, niſi verum ſuis inſeruiſſe Chirographis: acta vt fuere, tradita eſſe Poſteritati, ſecundum qua laudes, & probra iudicabit.* Epiſtola verò II. ſententiam eandem carminibus adumbratam.

Me ſuper his ſcriptis, cæleſtia Numina teſtor,
Non Timor, aut Odium, nec ſuperauit Amor.
Geſta ſuper vero ſemper ſine crimine ſcripſi,
Scripta mihi videas rerum diſcrimina Lector,
Et tibi nunc Gelfus, nunc Gibelengus ero.

Et infrà,

Non mihi cum Patria liceat contendere noſtra,
Noſter vera Liber geſta fidelis habet.

Et in eiuſdem Epiſtolæ calce.

Viue, Liber, puri teſtis fidiſſime veri,
Cumq; meis ſemper ſinguła geſta refer.

Sic in eadem initio ſtyli ſui humilitatem compenſandam cenſet grauitate rerum, & fide.

Sit ſtylus ipſe humilis, rebuſq; incommodus altis,
Sit rata verborum pro grauitate fides.

Et in Centone ad Filium.

Crede, quod illius mihi pars non ficta laborum eſt,
Ponitur inq; illis fabula nulla libris.

Nec potuit Muſſatus falli, nec voluit. Cum enim ex Principum Virorum cenſura in rerum edendarum quotidiana vigilantia indiligẽtis ſit, quidquam prętexere: omnia conſectari in primis arduum: ſuffragantium omnia puncta promereri ἀδύνατον: aut, quæ vidit, Muſſatus ſcripſit, ne autoritatem eleuaret Hiſtoriæ vanitate rerum,

Vidi ſupremos apices, faſtigia Mundi.
Pontificem excelſum, Cæſareamq; domum,
Vidi altus, vidiq; Viros, moreſq;, viceſq;
Parua licet, quorum pars tamen vna fui.

Vt in Elegia de Celebratione ſuæ diei Natiuitatis teſtatur apertè: aut fateri maluit, ſe rem neſcire ſibi non benè penitùs exploratam, quàm ſecus, ac geſta fuerat, prodere, quod patebit libros eius Hiſtoricos volutanti.

VTCVMQVE HÆC FVERINT, &c.] Prognatus videatur ex eodem ouo fuiſſe Renerius Snoius Rerum Batau. non ignobilis Scriptor, cum dixit. *Vtcumque tamen, quæ ſcribam, æſtimata erunt, in parua ponam diſcrimine, modo noſtratia in tenebris propè ſepulta in lucem, atque hominum memoriam redeant, ne ingentia, atque eximia illa Comitum Batauorum facinora, aut fraudentur gloria, aut anum vllum obliterent.* Quæ nos quoque ratio de noui noſtri HERCVLIS MVSAGETÆ, ET MVSARVM MYSTÆ DOMINICI MOLINI conſilio, an imperio dixerim (nobis enim Magni Herois, ac Domini Conſilia faces: Nutus imperia, aculei, calcaria ſunt) in eam cogitationem adduxit, vt ALBERTINI MVSSATI ingeniorum ætio turbulento, quo vixit, Phœnicis, & Solis labores hiſtoricos iacere diutiùs in tenebris minimè pateremur. Sed in re non diſſimili alijs quoq; par ferè clauſula vſitata, & Primipilis quidem militiæ noſtræ, Ouidio, Senecę, Symmacho, C. Sollio Sidonio Apollinari. Primo Lib. III. de Ponto Eleg. VIII.

Tu tamen hęc, quæſo, conſule miſſa boni.

Alteri I. De Benef. *Hoc munus, rogo, qualecunq; eſt, boni conſulas.* Tertio Lib. VIII. Epiſt. XLVIII. *Quidquid igitur hoc eſt, quod tenet pagina, quæſo, vt boni conſulas, teq; ſimmunitas ad mediocritatem Scriptorum meorum.* Poſtremo Lib. VII. Epiſt. III. *Dabis ergò veniam præſumptioni, &c.* Quæ volui, ne quis Muſſatum extrà proborum Scriptorum orbitam Verbis, aut Sententijs aberraſſe cenſeat cum imperitorum fæce, qui barbarum illum, & ineptum indigitantes temerè, conati ſunt hactenus eius labores, accuratasq; vigilias Poſteris inuidere.

RELATVRO] Deſiderari videtur aliquid, puta prænomen *Te*, vel quid ſimile, quod tamen ex ſola coniectura addere, religioni fuit.

AETERNA AVGVSTORVM NOMINA] AETERNI quoq; Titulus Rom. Imperatoribus ab Ethnica adulatione, & aſſentratione datus. Prima Inuentio, atque translatio SS. Abundij, & Abundantij Martyrum ex Codice Arianenſi. *Poſt multos autem annos pace Eccleſia reddita imperante Domino noſtro piiſſimo, & AETERNO Auguſto Othone Magno III. Imp.* Diocletiani litteræ S. Georgij martyrio inſertæ *Diocletianus Imperator ſemper Auguſtus, AETERNVS Imperator, &c.* Sozomenus alias laudatus Lib. IV. Cap. XII. παρῆσαν Κωνσταντῖνῳ αἰωνίῳ μεγάλῳ αὐγούστῳ. *Præſente Conſtantio AETERNO, Magno,*

pro Aegeſt. S. Ambroſius ſuper eum verſum ad Ephes. 4. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur de vobis cum omni malitia. Et Auguſtinus Epiſt. 54. ad Macedonium, Ira, inquit, furor animi eſt, quo ad vindictam quis impellitur. Indignatio autem ira eſt inveterata, quæ ex tempore in odium tranſit. Clamor eſt vox animi ira nimium exæſtuantis. Blaſphemia autem dicta eſt, quæ ſine ullo honore, quem per ſe ipſum habet, ſine ullo reſpectu, quem alicui debet, ſine ullo ordine, quem ſervat, ſine ullo modo, quem tenet, ſine ullo fine, quem quærit, ſine ullo ſenſu, quem habet, ſine ullo intellectu, quem capit, ſine ullo diſcretionis

IN LIBRI PRIMI RVBRICAM I.

Rubrica. Rubrica, id est, Titulus. Quemadmodum, qui Lib. 1. scribitur, hoc est, Liber unus, de quo agitur, ita & Rubrica, id est, Titulus, qui scribitur, hoc est, Rubrica una, de qua agitur. Rubricae autem dictae sunt, quia rubro colore olim scribebantur, ut apparet ex Ovidio lib. 3. Fastorum, & Martiali lib. 1. Epigrammatum. Rubrica autem, ut Festus ait, dicitur terra rubra, quae in Sardinia effoditur, ex qua & Rubricatum Solum dicitur, quod rubro colore tinctum est. Rubricae autem, ut Plinius lib. 35. cap. 6. ait, ex Sinopide, & Cinnabari, & Minio conficiuntur.

Rubrica. Rubrica, id est, Titulus. Quemadmodum, qui Lib. 1. scribitur, hoc est, Liber unus, de quo agitur, ita & Rubrica, id est, Titulus, qui scribitur, hoc est, Rubrica una, de qua agitur. Rubricae autem dictae sunt, quia rubro colore olim scribebantur, ut apparet ex Ovidio lib. 3. Fastorum, & Martiali lib. 1. Epigrammatum. Rubrica autem, ut Festus ait, dicitur terra rubra, quae in Sardinia effoditur, ex qua & Rubricatum Solum dicitur, quod rubro colore tinctum est. Rubricae autem, ut Plinius lib. 35. cap. 6. ait, ex Sinopide, & Cinnabari, & Minio conficiuntur.

Rubrica. Rubrica, id est, Titulus. Quemadmodum, qui Lib. 1. scribitur, hoc est, Liber unus, de quo agitur, ita & Rubrica, id est, Titulus, qui scribitur, hoc est, Rubrica una, de qua agitur. Rubricae autem dictae sunt, quia rubro colore olim scribebantur, ut apparet ex Ovidio lib. 3. Fastorum, & Martiali lib. 1. Epigrammatum. Rubrica autem, ut Festus ait, dicitur terra rubra, quae in Sardinia effoditur, ex qua & Rubricatum Solum dicitur, quod rubro colore tinctum est. Rubricae autem, ut Plinius lib. 35. cap. 6. ait, ex Sinopide, & Cinnabari, & Minio conficiuntur.

Digitized by Google

reparatæ salutis CIↃ CCCXII. *Hanc itaque nostræ Serenitatis Constitutionem in corpore iuris sub debita Rubrica volumus inseri, & mandamus.* Et L. 2. §. Recuperandæ .ff. de Interdict. vti Brissonius Lib. XII. Lexici Iuris, & alij alibi penitiùs obseruarunt.

De Capitibus verò Legum Rubrica describi solitis à Iurisconsultis loquitur apertè Iuuenalis Sat. XIV. cum inquit.

——— perlege rubras
Maiorum Leges.

Imò alij quicumquè Rubricam pro Legibus vsurparunt. Quintilianus Lib. XII. Cap. III. *Quorum alij se ad album, ac rubricas transtulerunt, & Formulary, ac (vt Cicero ait) Legidei esse maluerunt.* Persius Sat. V. loquens de Masurio Sabino celebri I. C. tempore Tiberij, cuius & crebra mentio apud Gellium, Athenæum, & in Digestis.

Vindicta postquam meus à Prætore recessi,
Cur mihi non liceat, iussit quodcumq; voluntas,
Excepto, si quid Masurî rubrica vetauit.

Rubrica enim eò loci pro initiò scripte legis rubricatę posita est per Metonymiam materiæ: imò pro tota cœpta, & subiecta Lege, etiam ea parte, quæ atramento signata est, proque titulo vniuerso per Synecdochen partis. Occurrunt hic Isonis Magistri Glossæ veteres ad illa Prudentij Lib. II. contrà Symmachum.

Quæ qui constituunt, dicant cur condita Lex sit
Bis sex in tabulis, aut cur rubrica minetur,
Quæ prohibet peccare reos, quos ferrea fata
Cogunt, ad facinus & inexitabile mergunt?
Rubrica nomen Legis. Lex. Linea Cementariorum, quibus aspiciunt, an sit recta ipsa maceries, an non: sed pro Lege ponitur, aut indicio. Quamquam, meam vt *de Linea* sententiam feram, *rubricatam* eam libentiùs dixerim, quàm *Rubricam*, rubrica nimirùm tectam, quo sensu D. quoq; Hieronymus in Exodum *pelles* arietum *rubricatas* dixit. Linea siquidem, siuè amussis (vti nos docet Nonnius in Verbo *Examussim*) regula est Fabrorum, quam Architecti, cùm opus probant, rubrica illinunt, licet Persius Sat. I. Ver. LXXX. eam ipsam regulam Rubricam vocet.

Non secus, ac si oculo Rubricam dirigat vno.

Cuius auctoritate tueri *se* potest Iso contrà sentiente Cornuto.

At ne nos nostram extrà lineam aberremus, non malè pro Lege Rubricam accipi, nouit etiam Hericus Altisiodorensis Monachus sui seculi non indoctus, cùm Lib. I. scripsit.

Seruabat teneros custodia pernigil annos,
Et casti comites, & opis rubrica magistra
Adposita, & curuos afformans regula mores:
Et pressus ratione animi, vinciq; laborans,
Ac præceptoris ducens sub pollice vultum
Signabat trepidas, & adhuc natantis egentes,
Consiliq; inopes prætexta aptissima mentes.

Quamuis enim ibi prima fronte videatur eruditus Scriptor *Rubricam* pro virgea suppellectili Ausoniana institutioni puerili necessaria dixisse; potiùs tamen est, vt ibi cum Eruditissimo Gasp. Barthio Lib. XIV. Aduersariorum Cap. IV. per *Rubricam* præscriptum ordinem, & institutionis magisterium capiendum putem: vt quemadmodum ad Titulum tractanda sunt argumenta propositum: sic & vita ad institutionis regulam dirigenda sit, allusione ad auctoritatem Legis, cuius nota sit Rubrica, pro Lege poni solita, quòd illa signentur Leges.

Quod si caussam quærat hic Lector, ob quam Legum Tituli Rubrica maximè pingerentur. Prima fuit, vt iis plus inde decoris, & venustatis accederet. Suggerit eam Plinius Libro, & Capite nuperrimè laudatis. *Hacq; vsi sunt Veteres ad splendorem.* Quam ob caussam etiam hodiè, præsertim in Libris, & Codicibus Ecclesiarum, per totum rubricatorum Characterum frequens est numerus, more ducto è Fastis publicis Romanorum, quos purpureos honoris ergò fuisse lego: Martialis Lib. XII. Epig. XXV.

Sed tu purpureis ut des nova nomina fastis.

Sidonius Lib. VIII. Epist. VI. *Licet tu deductum nomen a trabeis, atq; eboreas curules, & gestatorias bracteatas, & Fastos recolas purpurissatos.* Monumenta enim publica Encausto insigniri solita, & ob id Encausteria dicta Lib. IX. C. de Agricol. Cens. & Colon. Ouidius etiam huc aciem mentis intendit, & stylum Fastorum III. cùm *pictos Fastos* dixit, quia scilicet *miniati*. Aliàs *purpurei Fasti* dicti, quia membrana purpurea inuoluti Librorum aliorum exemplo, quos ornatos præ cęteris exoptabant. Tibullus Lib. III. Eleg. I.

Lutea sed niueum inuoluat membrana libellum.

Ouidius Lib. I. Tristium Eleg. I.

Nec te purpureo velent vaccinia fuco.

Ità Fasti purpurei, quia membrana extrorsùm purpurea tecti. Interior enim eiusdem membranæ facies candida erat, còq; respiciens Persius Sat. III. vnam, & eandem membranam bicolorem indigetauit, nempè quia pars eius crocea, pars glutina, vt Cornutus scribit. Nec aliam ob caussam monumenta illa publica, quę Encausteria vocata fuisse proximè notabamus, quòd insigniri solerent Encaustò, *Prætexta*, alio nomine dicebantur, quam quòd eorum membranę ità res à Romanis gestas cõplecterentur, vt purpureę parte vna essent, altera verò candidæ, & pexæ, vt in ijs commodè scribi posset. Qua de re legendus Isidorus Lib. VI. Cap. X. Lepidissimiq; Scriptorum Martialis Lib. V. Epig. VI.

Quæ cedro decorata, purpuraq;
Nigris pagina creuit vmbilicis.

Et Lucianus ad Imperitum. Βιβλίον παγκαλὸν πορφυρᾶν μὲν ἔχον τὴν διφθέραν, χρυσοῦν δὲ τὸν ὄμφαλον *Libellus omnium pulcher, purpurea membrana, aureo vmbilico.* Purpureus enimuerò color verè splendidus, & ad splendorem rerum aliarum factus. Ea re Donatus ad illa Tribellij Pollionis in Claudio II. *Tunicas russas militares annuas.* Et illa Vopisci in Aureliano. *Tunicas ducales quatuor.* ait, huiusce modi tunicis tùm Duces, tùm Milites vsos non tam, ne sanguis è vulneribus in bello fortè diffluens, nec vestis colorem mutans, eos deterreret, vel hostibus vires, & ferociam adderet, quàm honoris caussa, ob quem eiusdem coloris vestes à Persis etiam Regibus adhibitas testantur in Artaxersè Plutarchus, & Xenophon Libro Cyri-pediæ VI. Faberius quoq; scriba, cum in Auentino voluisset habere domum eleganter expolitam, parietes induxit minio. Nondum enim (quòd postea factum Vitruuius docet Lib. VII.) passim parietes expolitione miniacia poliebantur. Et Caligula, vt in dandis Circensibus exteros Romanos Principes anteiret, eorum certè prodigentiam vinceret, à quibus, auctore Plinio Lib. XXXVI. arenæ loco rasura lapidis albi stratus fuerat Circus Maximus, eundem contexit Minio, & Chrysocolla. Sueronius in eo Cap. XVIII. *Edidit & Circenses plurimos à mane vsq; ad vesperam, interiecta modò Africana venatione, modò Troiæ decursione: quosdam autem præcipuos Minio, & Chrysocolla constrato Circo, nec vllis, nisi ex Senatorio Ordine aurigantibus.* Minium enim (vt Plinius habet,) apud Romanos inter maximę authoritatis pigmenta semper extitit, quippe quo non ipsa solum Triũphantium corpora; sed & Iouis ipsius faciem illinire solerent. *Inuenitur enim* (Plinij verba sunt Lib. XXXIII. Cap. VII.) *& in argentarijs metallis minium quoque, & nunc inter pigmenta magna authoritatis, & quondam apud Romanos non solum maxima; sed etiam sacra. Enumerat Autores Verrius, quibus credere sit necesse, Iouis ipsius simulacri faciem diebus festis minio illiniri solitam, Triumphantiumq; corpora:*

si

sic Camillum triumphasse. Hac vsligine etiam nunc addi in cinguenta cena triumphalis, & a Censoribus in primis Iouem miniatum locari. Cuius rei quidem causam miror, quamquam & hodie id expeta constat Aethiopum populis, torosque eo tingi Praeores, hunc que ibi Deorum simulacris colorem esse. Aethiopes enim re ipsa (quod Herodotus quoq; tradit Lib. VIII.) ituri ad bellum corpora minio inficiunt eandem fortè ob caussam, ob quam Romani Duces, & Milites russis vsi tunicis, vt dicebamus, ne scilicet sanguinem vulneribus effluentem agnoscerent, minusq; ideò terrerentur. Erat & Minium Deorum apud eosdem color, preterq; Iouem, *Deos* etiam alios *Mimianos* recenset Varro, quorum videlicet simulacra, antiqua consuetudine, minio pingerentur. Spectant huc illa Parentis, & Principis Poetarum Ecloga X.

Pan Deus Arcadia venit, quem vidimus ipsi
Sanguineis ebuli baccis, minioq; rubentem.

Ad quæ Seruius adnotauit, Triumphantes solitos olim oblinere se Rubrica, & ità Camillum fecisse, quod nos antè docuerat Plinius suprà laudatis verbis, quibus habet affinia Lib. XXXV. Cap. XII. de Ioue præcipuè Miniano, Fictili, scilicet, & ideò solito miniari. *Hæc enim* (vt idem ibidem addit) *tum effigies Deum erant laudatissimæ.* Sic apud Pausaniam in Achaicis Bacchi simulacrum occurrit intinctum, fucatumq; ὑπὸ κιννάβαρεως: *Minio*, siue *Cinnabari*. Allucet his Arnobij fax Lib. VI. Numerans enim illic Arnobius formas varias, & simulacra Deorum, sic ait. *Inter Deos videmus Leones vermiculatissima facie mero oblita minio.* Inde lux clarissima tenebris Tullianis Epist. XVI. Lib. IX. ad Papyrium Patum. *Volo enim videre animum, qui mihi audeat illa, quæ scribis, apponere, aut etiam Polypum Miniani Iouis similem.* Respexit enim sinè dubio festiuitet, ac signatè Tullius ad solennem Romanis Iouis miniandi morem, aitq; se vel tenui cœna contentum fore; velle tamen eam animi magnitudinem experiri in Papyrio, quæ sibi audeat vel Polypum apponere rubentem non sua sponte (neque enim is suapte natura ruber est) sed ex tinctura iuris, vt Manutio placet: seù potius ex coctura, vti oculatior censuit Beroaldus ad Cap. XVIII. Suetonij in Caligula, & ob id similem Miniano Ioui, rubentem scilicet, ad instar eius simulacri rubentis ex illitu minij, tùm, cùm à Censoribus locatus fuerat miniandus. Id ipsum de simulacris aliis veterum disertissimè Plutarchus ἐν ῥοπῇ. nec ad aliam rem alluſit Varro in Satyra, *Tanaquil* cum inquit. *Mihi facies Alexandrea, & vermiculata.* Personę siquidem etiam, quandoque ἀμφιβίῳ, *fucato colore, & Minio*, quasi *ceroto sanguine* inebantur, vti loquitur Arnobius Lib. VI.

Sed è diuerticulo in viam redeo regiam, & orsam pertexo telam. Purpurei coloris splendor, ac dignitas præcipua caussa fuit, cur Iuris Consulti veteres Legum suarũ Capita rubricatis literis efformarent: Imò vt Imperatores ipsi Constãtinopolitani eodem vterentur in nomine suo diplomatis subscribendo. Neque enim audiendi sunt ij, qui non puram Rubricam, seù Miltonab ijs adhibitum censent: sed eam ceram, quæ T. Pomponio Attico *Cera miniatula* est, quamq; Tullius Epistola ad Eundem Nona Lib. XV. & Sexta Lib. XVI. extimescere se ait: Vitruuio verò Cap. III. Lib. IX. *Cera ex milto, seu Rubrica*. Nam, vt concesserimus lubentes, libentesq; aliquam Ceram miniatam in vsu Veteribus fuisse, illud certè fatebimur nunquam, ea Veteres ad scribendum, & subscribendum vsos, cum signationi tantum idonea putaretur. Testis nobis est locuples idem Vitruuius, idem, inquam, Achilles ille sententiæ tam inanis. Eius enim illa sunt in suprà laudato loco. *Admiror etiam Democriti de rerum Natura volumina, & eius Commentarium, quod inscribitur κηρογραφίη, in quo etiam vtebatur annulo signans cera ex milto, qua esset expertus.* Itaque Nicetas Lib. VII. Imperatoris Constantinopolitani Epistolam *non miniatulas ceras, sed rubricatas literas* appellauit, cum scripsit, Sultanum Persiæ Regem Imperatori Constantinopolitano inanes magnorum pollicitationes, quæ rubrimatis quidem literis inscriberentur; sed exigua preberentur, obiecisse. Nec alium eius ceræ vsum agnouit Tullius, si verba illius seriò perpendantur, in Epistolis anteà nominatis. Ait enim Epist. IX. Lib. XV. *His literis scriptis, me ad syntaxes dedi, quæ quidem vereor, ne miniatula cera nia pluribus locis notanda sint, ità sum meteoros, & magnis cogitationibus impeditus.* Epistola verò VI. Lib. XVI. *Cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebam.* Ex quibus, qui non videt, nullam aliam, preterquàm notandi corrigenda loca facultatem inesse miniatulæ cereæ apud Oratorem Maximum, nihil planè videt. Scio contrà sentientes, quorum in numero est Isaacus Comment. in Satyras Persij, duobus grauissimorum Virorum testimonijs, quasi sacris anchoris, niti, Achillis nimirùm Statij Lusitani in Aratum Capite de Circulis, & Hesychij; sed inde colligi nequaquàm posse Veteres vsos esse miniata cera in καλλιγραφία antè nos grauissimè ostendit Theodorus Marsilius suis in Commentarijs ad eundem Persij locum, quem adeat licet harum artium studiosus, & mecum in eius sententiam eat cum Turnebo Lib. IV. Aduers. Cap. V. Iac. Pontano in Elogiam I. Lib. I. Ouidij de Tristibus, alijsq; permultis, queis esse coruscis datum.

At erit, qui mihi hic aurem vellat, & admoneat suggerente Guido Pancirolo I. C. Lib. I. Rer. Mem. deperditarum Cap. de Encausto, Imperatores non adhibuisse Rubricã Priuilegijs suis, Diplomatibus, vel Literis subscribẽdis: sed atramenti genus quoddam ex purpura, quod Encaustum propriè dicebatur. Assentior Eruditissimo Viro ea in parte, qua vsos Encausto Imperatores docet eat vbi non alio, quàm huius atramenti genere, in alia prorsùs omnia cum alijs eo.

Sed enim alias quoq; causssas habuere primi Iurisperitarum Mystæ, ob quas Legum suarum Capita Rubricis insignita vellent. Duas in primis reperio, quas subnecto, *Mœrum*, & *Distinctionem*. De prima, propria, & peculiari ipsarum Legum, facilis est coniectura, quę etiam Doctissimo Adriano Turnebo venit in mentem in Aduersarijs: quia scilicet ità descriptæ Legum frontes primo intuitu sanguineum quiddam, ac cruentum fortassis etiam minitari quodammodo viderentur. Quo sensu scitè à Prudentio scriptum.

——— *aut cur Rubrica minetur,*
Quæ prohibet peccare reos?

Quod, ne quis existimet in minacibus tantùm, & crimina vindicãtibus Legibus factum, vt aliqui cen fuere magni nominis, & eruditionis spectatę Viri, in alijs quoq; Legibus prestitum credendum est, obseruatore Turnebo. Nec omittendum, quòd cum Athemis Areopagus, & cętera Tribunalia litera quę què peculiari signata forent, literas illas ob metum fortasse reis incutiendum rufa tinctura fuisse notatas, vt videre est apud Comici Scholiastem in Pluto, vbi hęc legas. Καὶ πρὸ θυρῶν δὲ ἐκάστου δικαστοῦ ἐγέγραπτο πυῤῥῷ βάμματι τὸ στοιχεῖον ᾧ τινι τὸ δικαστήριον ἀνομάζετο. *Et ante fores vnusquisque Tribunalis rufa tinctura scripta erat litera sua, a qua nomen accipiebat.*

Venio ad *Distinctionem*, caussam alteram, & postremam, quæq; Legum ipsis Capitibus æque, ac entundem Titulis communis erat. Nec auserit quis id, arbitror, inficias ire, cum vel in ipsos oculos incurrat. Apertissimè Hen. Salmuth in Notis ad Lib. I. Rerum Mem. deperditarum G. Pancirolo I. C. & penitioris omnis antiquitatis vbertimi promiconi, eo in Capite, quod est de Characteribus literarum. *Veteres Titulorum Inscriptiones, vel Capita legum mi-*

ed by Google

nio, vel alio colore rubro (quem Phœniceum nominat Antonius Thylesius Lib. de Color. Cap. XIII.) distinctionis facilioris causſa, qua memoria commodè iuuatur, & inuemendi, quæ annotauimus præbetur facultas, consignare solebant. Minium autem à Rubrica nil differre suadet Seruius in x. Eclogam Virgilij, cum inquit. *Faciem quoq; Iouis de rubrica illinunt instar coloris ætherei. Minium enim Rubrica est.* Hinc Venantio Honorio Fortunato lumen Lib. IX. Carm. VII. ad Gregorium Episcopum, & nostræ sententiæ pondus ab eius pererudito Interprete Christophoro Brouuero. Ait Venantius.

Disputans multum uariante milto,
Quaq; sunt rythmis vel amica metris
Sapphicum quantum tua me arua adornent
Dulcis Epodus.

Locus, si quis alius, cimmerijs tenebris inuolutus. Itaq; ad illa, *uariante milto*, Glossę Treuirensis exẽpl. *Habitu, vel amictus eo genere. Abstrusa enim multi vox, fortè à colore rubro nomen id vestibus attributum. μίλτος enim Græcis est, quod nobis Minium, & Rubrica, teste Plinio Lib.* XXXIII. Sed eas tenebras dissecit Browerus, & interredens huiuscemodi Glossæ nostræ sententiæ calculum adiecit. Miltum enim ibi pro Rubrica potiùs, quàm habitu, vel amictu accipiendum putans, hæc habet. *Putem miltum hic pro Rubrica potius accipi, qua in scripturis nota discriminis.* En vt ipsa meridiana luce clariùs Brouuerus aperit *distinctionis* ergò Rubricam in Librorum Coloniam suis è finibus commigrasse. Quamquam non his contenta terminis latiùs etiam se diffudit. Non enim soli Librorum, Legumq; tituli rubro colore scripti; sed etiam Sepulcrorum. Plinius enim Lib. XXXIII. Nat. Hist. Cap. VII. ait, *Minium in volumenum scriptura usurpatum, clarioresq; literas vel in auro, vel in marmore, vel etiam in sepulcris fecisse.*

Verum enim verò antequàm hisce caput Lectoribus obtundere desinam, vnum illud etiam moneri se patiantur velim, quod loco Fabij suprà commonstrato facem accender, Iurisconsultos veteres longè secus, ac nostros, qui ob miniata capita sui Iuris, rubricas in ore habent in quocumq; fere tàm Publico quàm Priuato, in Publico rarissim, legitimoq; iure Rubricas posuisse, cuius ergo Priuatum vocabant *Album*. Ob id Fabius sic loquitur. *Quorum alij se ad Album, & Rubricas transtulerunt, & Formularij, ac (vt Cicero ait) Legulei esse maluerunt: Albi* voce sumpta pro Prætorio Iure; *Rubrica* verò pro Ciuili, quod XII. Tabb. continebatur: quemadmodum & *Formularios* ad Formulas Prætorias retulit; *Legulejos* ad Leges XII. Tabularum.

Hæc sunt, quæ mihi de Legum Epigraphis, & Capitibus Rubrica notari solitis primus hic Mussati Titulus redegit in mentem. Cæterùm, ne quis Historicum suæ memoriæ facilè principem in ius vocet, quòd vsus sit aliena voce, maximèq; propria, Iurisconsultorum, in procliui est illum non modò ab omni culpa; sed etiam ab eius omni suspitione liberare. Non enim Legum tantùm Tituli, vel exordia Rubrica notabantur olim, ac ea tempestate potissimùm, qua Mortales inter Mussatus egit; sed Inscriptiones propemodùm omnes Librorum omnium, idq; *Distinctionis* præcipuè *gratia, vel Ornatus.* Hinc Ouidius de suis Carminibus verè cecinit Lib. I. Trist. Eleg. I.

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.

Et Martialis de ijsdem Lib. III. Epig. II.

Et croco rubeat fuerimus index.

Vti Sidonius de suis Epistolis eruditè Lib. VII. Epist. XII. *Si amicitiæ nostræ potius, affinitatisq; quam personæ tuæ tempus, ordinem, statum cogitaremus, iure vobis in hoc Opere prima titulorum Rubricæ, prima sermonum officia dedicarentur.* Quibuscum paria facit Terentianus. *Instar tituli fulgidula notabo minio,* Et G. Pancirolus Lib. I. Rer. Memorab. deperditarum Cap. de Charact. literarum. *Solebant etiam Inscriptionem, & Titulum Operis minio illustrare.* Vnde *Miniculary* Lib. III. de Indul. debitorum L. II. Cod. Theod. qui Titulos fiscales Libris illinebant. Et *Miniatores* vulgò à minio, quorum causſa factum, vt antiquorum Libri non pauci ad nostram ætatem vel absq; titulis, vel cum spurijs inscriptionibus pervenirent, dum, qui libros describendos acceperant, Miniatoribus istis spatium conficiendi tituli relinquere de more solerent: illi verò non semper relictę sibi prouinciæ partes explerent. Quid multis? Ità D. Augustinus Librorum de Ciuitate Dei, alijq; eiusdem ætatis Scriptores minimè contemnendi Operum suorum Titulos rubricatis characteribus exornarunt, qui dici Rubricę posteà meruerunt. Ità Mussatus horum vestigia persecutus, Rubricę nomen adhibere maluit, quàm Tituli, siuè, Capitis, siuè dictionis alterius his affinis. Quę fusiùs explicasse libuit, ne delicati cuiuspiam aures offenderet Rubricę vox hac tempestate, qua penè videtur apud Scriptores cæteros, præterquàm apud Iur. C. in desuetudinem abijsse. Res enim olim aliter se habebant, & Iurisconsultorum opes in Rubricis sitæ alijs quoq; Scriptoribus communes erant.

Hinc duo παράγραφα obserno, & ex hac Nota statim, quasi de tabula, manum tollo. Vnum est, Rubricę vocem adeò familiarem Historicorum aliquibus extitisse, vt non tàm ipsi Librorum suorum titulos ea nominatos vellent; sed in aliorum quoquè Scriptorum Epigraphis laudandis, vocem nõ aliam vsurparent, licet ea vox illis, ne per somnium quidem veniſſet in mentem. Factum id à Gulielmo Ongarellio Historico necdum edito Patauino, nec vno in loco. Laudans enim is Epigrammata Martialis sus in historicis monumentis, vbi de Timauo loquitur, in hanc sententiam disserit. *Timauus Euganeus, quod hic in Euganeis, alij alibi, vt lib.* XIII. *sub Rubrica quadam, quæ incipit, Lupus, à docto Poeta Martiali testatum est.* Et infrà, vbi de T. Liuij natali solo. *Et licet Titoli (vulgò Teolo) natum credant, & ob id vocatum* TITVM; *falsum id tamen, cum Martialis Vates in Rubrica nescio qua Libri I. Scriptorum veterum patrias terras enumerans, aperte de Liuio sic loquatur.*

Censetur Apona Liuio suo tellus.

Et alibi, quoties eundem Vatem rerum suarum testem producit, præcipuè ijs in Capitibus, in quibus de L. Stella, & Val. Flacco Poetis Patauinis, & de Lanis regionis eiusdem verba facit, alijsq; permultis. Alterum est, non tam Rubricę vocem Iurisperitis, & Historicis æuo illo prisco fuisse communem; sed etiam Paragraphos ipsos (vt vocant) ab vtrisq; pro rerum Capitibus, & Titulis vsurpatos, hac nota §. De Iurisperitis notissima res, cum morem hunc mordicus adhuc retineant: de Historicis testem habeo luculentum Rolandinum Historicum Patauinum semisęculo tantùm Mussato antiquiorem, quẽ defæcatum, & notis eruditissimis illustratum Orbi propediem exhibebunt Clarissimi Abbatis ALBERTINI BARISONIS diuina ingenij vis, & calamus immortalis. Sic enim ille Lib. VI. Cap. XIII. Chronicorum, siuè Memorialis temporum de factis in Marchia, & propè Marchiam Taruisinam ad Annum. CIↃ CCLIV. *Puto, quod Eccelinus vsque ab illo tempore, quo ipsum Gulielmum in Castro Fonis (alibi Fortis) cæperat infantem, & iacentem in cunis, vt suprà legitur in* IX. *Cap.* II. *Lib.* §. *Sic igitur contribulatus, &c.* Infrà. *Et sic per experientiam scire debuit Gulielmus, quid illud somnium portendebat, cum vidit in visione Patruum suum D. Rugerium, & alios lamentantes, vt suprà legitur in* XVI. *Cap. Quinti libri* §. *Audiens, &c.* Capite verò XVI. eiusdem Libri, *Propter vindictas quasdam, quas Paduam fecerant quondam dignè per terras eius (Eccelini) vt suprà legitur in* III. *Cap.* IV. *Libri* §. *Sequentes, &c.* Et Lib. VII. Cap. IX. *Nam Ubertus*

ne Ellus, qui cum eodem Patrono Viam Pudoris Cons. 3. quoties Libertus Patronum, & Felix eum ab Advocatis
Ostendit, & Ingenuitatis Jura Tuetur. Ibi Cujac. Ibi Gothofr. Ibi Duar. Ibi Hotom. Ibi Donell. Ibi Vinn. Ibi Ant. Faber. Ibi Merill. Ibi Ant. Matth. Ibi Noodt. Ibi Perezius. Ibi Vultej. Ibi Heinec. Ibi Mascard. Ibi Wissenbach. Ibi Struv. Ibi Thomas. Ibi Gravin. Ibi Bynkersh. Ibi Ludolf. Ibi Wesenbec. Ibi Brunnem. Ibi Rittersh. Ibi Mev. Ibi Wissenbach. Ibi Struv. Ibi Thomas. Ibi Gravin. Ibi Bynkersh. Ibi Ludolf. Ibi Wesenbec. Ibi Brunnem. Ibi Rittersh. Ibi Mev.

Ibi Ant. Faber. Ibi Merill. Ibi Ant. Matth. Ibi Noodt. Ibi Perezius. Ibi Vultej. Ibi Heinec. Ibi Mascard

Chronico teste non multò post ad annum MIII. *Lucelsilburg* apud Hosemium Leodiēsem &c. Abundant enim, aut variant in his vocibus elementa quedam à nimis liberali manu. Sed enim longè maior eorum Scriptorum numerus extitit, qui veluti conspiratione facta, *Lucemborc*, *siue Lucemborg* dicere voluerunt. Vt enim de Mussato sileam, qui vocem nusquàm, nunquàm aliam adamauit magis (vt ex Rubrica sequenti pater, & alia Libri sexti prima) arrisit eadem Nicolao Ferretto in Henrico VII. Platinę in Clemente V. Iac. Philippo in Suppl. Chron. ad Annum CIↃ CCCVIII. Ioanni Nauclero Generatione XLIV. ad eundem Annum, Hieronymo Balbo Episcopo Gurcensi Libro singulari de Coronatione ad Carolum V. Imp. Sebastiano Munstero in Cosmographia. Iacobo Cauatio Monacho Cœnobij D. Iustinę Patauinæ Lib. III. Historiarum eiusdem Cœnobij, & antè multò Cauatio alteri Ioanni nomine, in Elogijs Patauinorum literis, & eruditione prestantium, quæ in aula Viri Clarissimi FRANCISCI ZABARELLÆ Pat. cernuntur sub singulis eorundem Virorum iconibus peruetteri charactere descripta. Antonio Possevino Iuniori in Gonzagis Lib. III. Florentio apud Magni Chron. Belg. Collectorem. Fl. Blondo. Eliæ Reusnero in Genealogico Regio. Io. Dubravio in Hist. Bohemica. Carolo IV. Imp. in Commentario de vita sua. Franc. Haræo in Annalibus Ducum, siuè Principum Brabantiæ, & cui non? Quamquam enim Xiccho Riccius Polentonus Lib. IV. de Scriptoribus Latinis illustribus in Mussati vita. Henricus Calderius, siuè quis alius, Historici Patauini nondum editi, Bernardinus Corius Mediolanensis, Ludouicus Cauitellius in Annalibus Cremonēsibus ad Annum CIↃ CCCIX. Ieui flexu *Lucemburg* dixerint, & Io. Villanus æqualis Nostro *Luzimburg*. Iacobus Gordonus, & Diuæus *Luceburg*: omnes tamen videntur ad idem Etymon respexisse, quod à nobis infernè producetur.

Illud sanè mirandum, vnum, & eundem Scriptorem Conradum Veceritum adeò varium fuisse in hoc suo Natali solo diuersimodè nuncupando, vt ignorasse nomen illius peculiare, ac proprium videatur: aut certè celare posteros voluisse. Nimirùm ille Patriam suam *Luceburg*, *Luceburgiam*, *Lucenburgiam* in vno illo Opusculo nominat, quod de Hērico VII. Cæsare conciue suo, & Principe concinnauit. Corrusiorum, qui apud me sunt, codices Mssti voces eas dem præseferunt, & has ipsas adhibuit Paiatinus.

Nec defuere, quibus idem Oppidum adeò variè per omnium propemodùm Scriptorum ora traductum, *Lucelborg* appellare libuerit, & horum quidem in albo censentur Paullus Langius in Chronico Citicensi. Ioannes Funcius in Commentarijs ad Lib. X. Chronologiæ. Carrio Lib. V. M. Hieronimus Henninges in Tabb. Genealogicis. Pantaleo Candidus in Regibus Bohemicis apud Reusnerum, & signatè in Ioanne Lucelburgensi Henrici VII. F. Bohemiæ Rege. Vmbo Emmius in Appendice Genealogica. Marcus Guazzius in Chronico. Quibus accedunt Bibliotheca Classica Andreæ Lucelburgensis. Chronica Aulæ Regiæ. Literæ Francofurtensium ad Aquisgranenses date de electione Ludouici IV. cognomento Bauari in Rom. Imperatorem. Literę aliæ Ludouici ipsius Imperatoris electi ad Ioānē Lucelburgensē Henrici VII. filium Bohemiæ Regem, quę apud Ioannem Georgium Henuartum Lib. I. in eodem Imperatore defenso leguntur, & Auctor tumuli Henrico VII. positi Pisis biennio postquàm è viuis excessit, quem alibi nos tumulum describemus.

Verùm enim verò, quemadmodum inter lętas segetes

Infelix lolium, & steriles dominantur auenę:

sic in huius vocis possessionem aliæ quędam non valdè dissimiles irrepsere, ac præsertim illæ, *Luczelburg*, & *Lutzelemburg*, pro *Luxelburg*; quarum vnam facilè deprehendes apud Argentinensem in margine, & Lazium in Genealogia Com. Lucelburgensium: alteram in litteris Henrici VII. ad Balduinum Treuerorum Archiepiscopum, Principem, & Germanū suū datis VI. Kal. Iul. Anni CIↃ CCCX. quibus illi cudendę monetę facultatem, ab alijs Imperatoribus impertitam, concedit denuò, & confirmat, si quidem eę castè, & integrè descriptę sunt à Kyriandro in Annalibus eius Vrbis Parte XVI. ex Tomo V. Episcoporum Treuirensium Litera L.

Ortum habuit ista Nominum, seu potiùs Elementorum varietas in vnius Oppidi Nomine ex Ervno multiplici, & vario, vnde, pmanasse creditur, vt mox ostendā, ne Lectorē onerarū pluribus hic dimittam.

OPPIDVM EST.] Sua quoq; locis Fortuna prę est, à qua sua sensim incrementa capiunt. Romæ mihi Fortuna testis, de qua Ouidius Fast. I.

Ut postquam Fortuna loci caput exulit huius,
Et tenuit summo vertice Roma Deos,

Imò Lucemborg, de quo hic Noster. Lucemborg enim Henrici VII. temporibus Oppidum, Castellum initiò fuit, ac tandem secundis Fortunę suę flatibus ad Vrbis, & Ducatus apicem euolauit. Primam eius, humilemq; fortunam, cùm Castellum fuit, nobis expressit Lambertus Schaffnaburgensis ad Annum CIↃ LXXVI. & his sanè verbis. *Perlato ad Episcopum Moguntinum tumultuantis Ciuitatis motu, misit confestim cum armatis Conradum Comitem de Castello, quod dicitur Luzzelemburg, qui tum forte apud Episcopum præsens erat. Qui veniens, &c.* Et Scriptor Anonymus Treuirensium de Gisilberto Conradi Com. Patre apud Kerxandrum ad Annum CIↃ. LXVII. *Peregre agente Poppone Gisilbertus quidam Comes de Castello Luzenburgo cum filio Conrado tyrannide, rapinis, iniurijsq; Treuerensem diœcesin habuit infestam, &c.* Adolescentem paullò post, Noster, & alij, qui Henricorum ætate locum eundem, non Castelli, sed Oppidi titulo splendidiore mactant: Florentem denique magis, & excitatam, cùm scilicet Ducatus audijt, nos ad Rubricam huic, quam præ manibus habemus, proximam repræsentare conabimur, quòd nullus ad eam rem præstandam commodior fore videatur locus.

FRANCORVM FINES, &c.] Chorographi alij duo Veterius, & Montanus in Operibus antèa laudatis Lucemburgensis regionis Situm, ac Fines vberiùs nobis, atq; adeò clariùs ob oculos posuere: & veteres quidem primus, præsentes alter, vt eorundem verba restantur. Audiamus primum.

Situs eius (inquit Veterius) *ab Arduenne silue termino, quatenus hodie appellationem obtinet, ad Mosellæ fluuium, cuius amnis Burdegalensis Ausonius, carmine satis proprie meminit, finitimarum dictionum his limitibus cingitur, Gallico, Lotharingo, Metensi, Treurico, Juliacense, Leodio. Oppida non amplius nouem. Maior quondam numerus; sed eum, & pia (vt aiunt) Henrici Liberalitas tribus Municipijs Sanelburgo, Vitelliaco, & . . . . . Treuirorum maximo Templo donatis, & Gallica bella coarctarunt. Gens patiore ex parte Germanica, regione tamen Galliam spectante, eius quoq; nationis moribus, linguaq; vtens.* Montano nunc operam demus operam non lusuri. *Vrbs sita est loco opportuno, & amœno: parte altera montosa, altera plano. Hanc Elza fluuius interluit partem Vrbis superiorem, & montanam ab inferiori, & plana dirimens. Aedificia in ea, domusq; vicumq; splendidę; verum belli iniurijs varie afflictę: ac Templum sacrum S. Nicolao, Cœnobium D. Francisci, & Abbatia B. Mariæ, in qua sepultus Ioannes Luzenburgius Rex Bohemiæ filius Henrici VII. Imp. & Pater Caroli IV.* Et paullò antè. *Ducatum hunc cingunt ad Septentrionem Leodienses, & Namurcenses: quà Meridies Lotharingi: quà Oriens Mosella cum Episcopatu Treuerensi occurrit: ad Occasum Mosa cum Sylua Arduenna se*

Olius, Antonius Franciscus [illegible] Antonius Franciscus Olius Ferrariensis [illegible] Ferrariensis [illegible] Ferrariensis [illegible]

Vocalæ requirebat: at quis Italo Scriptori vitio vertat, adhibuisse nonę loco tertiam, cum præsertim alios quoq; Scriptorum sic locutos appareat, & Noster sibi perpetuò constans morem vbique scribendi suum retineat, quod cùm aliæ Librorum eius Rubricæ, tùm prima Libri XV. de Gestis Henr. VII. Cæs. abundè satis, & liquidò declarabit.

IN RVBRICAM II.

PROSAPIA.] Gemus, Maioresuè dixissent Scriptores cultioris æui; sed enim Prosapiæ suus quoq; relictus æuo suo, prisco scilicet, & obsoleto locus. Vetus enim verbum esse dixit Tullius Libro de Vniuersitate, quod etiam Quintilianus assensit Lib. VIII. Cap. II. Orat. Institutionum cùm scripsit, *Obsoleta vetustatis vniuersam eius prosapiam dicere insolsum esse*. Eo primi (quod sciam) Latinorum vsi Plautus, & Tranquillus. Prior Curcul. Act. III. Sc. I. *De Coelitum prosapia te esse arbitror*. Alter in Galba Cap. II. *Nerom Galba successit, nullo gradu contingens Cæsarum domum: sed haud dubiè nobilissimus, magnaq; & vetere prosapia*. Ad cuius similitudinem Noster Lib. IV. de Gestis Italic. Rub. III. *Aduenit*, inquit, *impubes egregiæ indolis Paulus magno olim viro Vitaliano Dente antiqua prosapia Lemizorum natus, &c.* Arripuit è Plautino, siuè Tranquilliano fonte Sidonius Lib. V. Epist. XVI. *Quæ de re propterea Christo ampliatos prosapiæ tuæ titulos ego festinus gratatorijs apicibus inscripsi*. Lib. VI. in Concione, quæ subsequitur Epistolam IX. *Illustris in vtraq; conuersatione prosapia, aut Episcopis floruit, aut Prefectis*. Et VIII. Epist. VII. *Licet hactenus è prosapia illustris computarere*. Nec solus. nam ea quoq; vox in Alcuini, siuè Albuini monachi Turonensis Epistolis occurrit, & præsertim in calce tertiæ, quam Karolo Magno sub nomine Dauidis Regis inscripsit, vt indicant Henrici Canisij Nouiomagi I. C. & SS. Canonum Professoris ordinarij in Academia Ingolstadiensi ad eam Epistolam notę. *In hac vestram Deo amabilem, & vitæ laudabilem, semper proficere, & gaudere agnoui diligentiam, & nobilitatem secularis prosapiæ maiore mentis nobilitate exornare*. Accedit his Auctor Magni Chronici Belgici, vt alios mittam, ad Annum CIↃ LXVII. in Vdonę Episcopo Treuirensi. *Iste ex Alemannorum prosapia ortus, patre Euerhardo, &c.* Et Apuleius Lib. XI Asini aurei. *At enim casulæ parvulæ conterminos magnos, & beatos agros possidebat vicinus potens, & dines, & iuuenis, & prosapiæ Maiorum gloria malè vtens.*

Et hi quidem omnes ferè pro *Maioribus* Prosapiâ vsurparunt, vt vel puerò liquet, qui modò dextram à lęua distinguere norit. Alijs enim prosapiæ nomine comprehensi Minores, nepotes, proles, familia, progenies vniuersa. Festus. *Prosapia, progenies, idest, porro sparsis, & quasi iactis liberis, quia spare significat iacere, & disjcere*; vt à prosipando Prosapia dicta sit Festo, quam à præsupando, idest proferendo, deducit Nonius. Et hoc planè sensu capienda prosapia apud Paullum Warnefridum de Gestis Longobardorum Lib. I. Cap. XXI. *Hi omnes Lathingi fuerunt. Sic enim apud eos quædam nobilis prosapia vocabatur*. Et II. Cap. IX. *Fattumq; est, & annuente sibi Rege, quas optauerat Longobardorum præcipuas prosapias, vt cum eo habitarent, accepit*. Irenicum. Lib. III. Exeges. Germ. Cap. L. de Philippo Friderici filio adoptiuo, cui nuncupauit Chronicon Bauariæ Ducum. *Tanta prosapia Palatinorum, tot Episcopi, vbi quis tantum recensendis nominibus defatigaretur, tot ex illa progenie Bohemiæ, Daniæ, Vngariæ, ac Rom. Reges prodierunt, vt si opinione Maiorum miti oporteat, non sit Germaniæ progenies, cui plus debeat nobilitas*. Symmachum Lib. I. Epist. XV. *Credo planè, nec fides cassa est, Rhetorum hanc esse prosapiam*. Gherardum Mauritium Iudicem, & Historicum Vicetinum nondum editum ad Annum CIↃ CCXL. in B. Ioanne Sicedo. *Idem quoq; fecerunt Vicetini, Veronenses, Mantuani, Brixienses, & Comes S. Bonifacy, & eius prosapia vniuersi*. Nostrum deniq; ne indictus hic à nobis abeat, Rubrica huius Libri decima, prima Quinti, quarta Octaui de Gestis Hen. VII. In Prologo, & Rub. nona Septimi, ac prima Duodecimi de Gestis Italic. post Hen. VII. passim, necnon & in Ludouico Bauaro initiò, quod hic voluimonuisse, ne incudem eandem alibi cum stomacho tunderemus.

COMITVM DE LVCEMBORC.] Nil verius. Comitatus enim initiò Titulus eius Prouinciæ fuit, primusq; illius Comes Adelbertus Sigifridus (Gisbertus alijs) Ricuini (malè Tacuini Montano) Ducis Mosellani filius, Giselberti Ducis Lotharingiæ Nepos, vt in schedis manu exaratis se reperisse scribit Ortelius, cui adstipulatur in Genealogicis tabulis M. Hieronymus Henninges, qui hoc amplius addit, Brunonē Archiepiscopū Coloniēsē, fratrē Othonis Magni Imperat. dominiū hoc in Comitatū euexisse A.C. IↃ.CCCC.XLVI. Non alio sanè titulo gaudebat temporibus Henrici VII. quem idcirco Comitem, siuè Comarchum, non Ducem Luxemburgensem nominant, & agnoscunt, Magnum Chronicon Belgicum, Fasciculus temporum, Libellus Augustalis Bencuenuti de Rambaldis, Chronicon Citizense Langij, Hirsaugiense, & Sponheimense Trithemij, Villanus, Vecerius, Corius ad Annum CIↃ.CCC.VII. Iac. Philippus in Supplemēto Chron. ad eundem Annum, Paiarinus, Munsterus, Nauclerus, Gordonus, Io. Dubrauius Historiæ Bohemicæ Lib. XIX. Aeneas Syluius in eadem Hist. Cap. XXXI. Albertus Krantzius Saxoniæ Lib. IX. Elias Reusnerus in ΒΑΣΙΛΙΚΩ Catholico. M. Hieronymus Henninges in Tabulis Genealogicis. Bzouius in Annalibus sacris, Lazius de Migrat. Gentium, Vmbo Emmius in Appendice Genealogica, Tursellinus in Epitome, ad vnum propemodum Cronologi, Cosmographi, Historici omnes. Nam, ne multus hac in parte sim, efficiunt Tituli eidem Henrico dati, antè quam inauguratus in Romanorum Regē summę præficeretur Imperij, quos tales nobis exhibet Keryander in Annalibus vrbis Augustę Treuirorum ad Annum CIↃ. CCC. II. ex Documento CIV. pagina 153. fœderis percussi inter Henricum ipsum Lucemburgensem vna ex parte, & Scabinos, Consules, Senatum, Populum Augustæ Treuirorum ex altera. *HENRICVS Comes Luzenburgi, & Rufis, Marchio Arlunj, &c.* Et infrà ad Annum CIↃ CCCIX. ex altero documento. *Luzenburgus Comes HENRICVS VII. Cæs. Augustę Treuirorum Ciuis, Patronus, & fœdere coniunctus, &c.* Ac tandem ipsamet (ne moras isthic longiores traham) eiusdem Keryandri verba ad eūdem Annum, Regni Henrici primum. *Atqui inde Rex cum Domino Baldemaino Comitatum Luzenburgensem ingressus, solatijs plurimis insistendo, ad Ciuitates regias visitandas, easq; Regno coadunandas plurimum disponebat*. Nemini sanè tantas tenebras esse credo, vt ad hanc lucem adhuc caliget.

Euecta deinceps eadem Prouincia in Ducatum fuit, quo hodiè adhuc Titulo glonatur, & floret: sed à quo tantùm dignitatis acceperit dubium, & incertum plerisq; visum, cum id alijs alij referant in acceptum. Conradi Vecerij sententia est, Henricum VII. Romano Imperio admotum, eam Ducatię dignitatis insignibus exornasse. Quid amplius sensisse videtur Io. Gerbrandus à Leydis, cùm Libro XXVII. Chron. Belgici Cap. VIII. disertissimis verbis asseruit, Henricum antè quàm ad Imperij Rom. fastigium euolaret, Ducem Luxenburgensem fuisse, & genuisse ex Margareta Imperatrice filia Ioannis I. Ducis Brabantię Ioannem sibi succedentem in prędicto Ducatu; licet eundem Lib. XXIV. Cap. XXII.

Quatuor ex pellis cuniculorum factis vestis una, & Quatuor ex pellis cuniculorum factis vestis una, & Quatuor ex pellis cuniculorum factis vestis una, &

xvii. *Hoc anno* (cIↃ. ccc. xxvi.) *per totum regnum Bohemiæ, & per dominium Lucemburgensis Comitiæ, propter mandatum Ioannis Papæ, Ioanni Regi totus Clerus cogitur decimam Ecclesiasticam prouentuum per triennium soluere, &c.* Capite etiam xix. ad annum cIↃ. ccc. xxvii. hæc habes. *Cum autem ad Comitiam Lucemburgensem* (Ioannes Rex) *reuersus fuisset, cum Metensibus in festo B. Iacobi Apostoli sedata discordia concordauit.* Nec omittendę videntur hoc loco litteræ Caroli Vngariæ Regis ad Elisabeth Bohemię, & Poloniæ Reginam datas Anno cIↃ. ccc. xix. in quibus eo Anno Maritus eius Ioannes titulo Comitis exornatur. *Tamen propter deprimendam superbam elationem Regum, & Principum circium adiacentium Regnorum, Vobis, & magnifico Principi domino Ioanni Regi Bohemiæ, & Comiti Lucelburgensi carissimo conthorali vestro, nostroq; fratri, & amico mala machinantium, &c.* Idcirco Elisabetha, quę in Caroli literis laudata, sui nos admonuit, Comitissa semper audijt ad id vsq; temporis, quo mortis aculeo extincta est. Chronica eadem ad Annum cIↃ. ccc. xxx. Cap. xxv. *Eodem Anno* iv. *Kal. Octobris, &c. Serenissima, & inclyta Domina Elisabeth Bohemiæ, & Poloniæ Regina, ac Lucemburgensis Comitissa, febribus, ac morbo phthisico diutius fatigata &c. emigrauit, feliciter sibi, sed fleibiliter alijs, ex hac vita.* Et in eiusdem Lesso.

Hic, rogo, qui statis, hęc tristia metra legatis.
Annis millenis, tricenis, atq; trecentis,
Latè, spero, redit, huic qui dedit, hinc̃q; recedit
Spiritus Elisabeth Reginæ; sed caro tabet
Nobilis hanc fossa, sua sunt inibi simul ossa.
Sceptrum Regnorum tulit hęc Regina duorum,
Ac Marchionissa, Lucelburg & Comitissa.
Tempus adest flendi, lugendi, triste loquendi.

Illustria ista, sed tristia. Quare cõuertamur ad alia. Et hęc signata sint pluribus, vt duos, de eadẽ quasi fide lia, patietes de albarẽ. Arguũt. n. erroris etiã nõ obscuri Pernum Montanum in Tabb. xii. Prouinciarum inferioris Germaniæ à Kaerio delineatas, vbi de Iure Comitatus Lucemburgensis loquens, contrà ius omne fateri non dubitauit, ius illud Henrico vii. Cæs. mortuo, non ad eius filium Ioannem Regem Bohemię x. deuolutum esse; sed ad Wẽceslaum eiusdem Bohemię Regem, Caroli iv. Imperatoris fratrem, cum is, neq; proximus Henrici Cæsaris hęres extiterit, sed pater eius Ioannes; neq; Regni Bohemici gubernacula tùm tractaret, cùm hominem Henricus exuit, viuente adhuc, & vidente Ioanne Patre, clauumq; Bohemiæ strenuè moderante, moranteq; cum Aula sua, & Curia Lucemburgi Munstero teste: imò nec tractarit vnquàm, cum nullus vnquàm apud Mortales extitisse videatur Caroli iv. frater nomine Wenceslaus. Sed vt ad Veterij, & Gerbrandi lapsum redeam, ijs fortè Ducibus ad eundem quoq; lapidem offendit Ludouicus Cauitellius in Annalibus Cremonensibus, cùm ad Annum cIↃ. ccc. ix. Lucimburgum Aquisgrani, post accepta Coronationis insignia, in Ducatum erectum ab Henrico tradit, antè quàm Adulphi & Alberti prædecessorum suorum cadauera ex locis, vbi occisi fuerant, Spiram deferenda curasset, & inibi in Cathedrali perhonorificè tumulanda. Imprudenter omninò, & Andabatarum more. Quare post reiectum Vecerium, & Gerbrandum satis, id fuerit indicasse, vt alios alieni lapsus cautiores reddant.

Et viderunt hæc antè nos ij, qui diligentiùs suis librata ponderibus, & momentis Lucemburgici Ducatus initia in alia, multò post excessum Henrici vii. & hereditatem iuris illius aditam à Ioanne filio, tempora reiecere, quos inter Abrahamus Ortelius non postremus. Censet enim is in Itinerario, cuius loci indicium debeo Viro Cl. Lavrentio Pignorio rerum antiquarum, rariorumq; vt Indici, ità & Vin-

A dici excellentissimo, apud quẽm eius Itinerarij Codex M S. extat, *Wenceslaum fratrem Ioannis Luxemburgici ex auctoritate Caroli iv. Augusti, cuius erat patruus, primum omnium Ducatus parvi titulum assumpsisse.* At huius ego me sententię non adiungo, tùm quia nullum in Stemmate Lucemburgensium Principum videre est Ioannis Lucemburgici fratrem, Caroli iv. patruum, nomine Wenceslaum (quòd earum rerum Scriptores alij, aut nullum Ioanni Lucem-
B burgensi Caroli iv. patri fratrem tribuant, aut, qui tribunt, nomen illius silentio supprimant, & inuoluant) tùm quia id, quod solus Ortelius in Wenceslao Caroli iv. patruo contigisse narrat, alij propemodùm omnes alijs ab eo Wenceslais adscribunt, & Munsterus quidem Wẽceslao Caroli iv. filio Romanorum, & Bohemiæ Regi xii. Aubertus verò Miræus Wenceslao nec patruo, nec filio Caroli iv,
C sed fratri, Brabantiæ Duci, cuius ego sententiam libens, lubens deosculor, & amplector; quin imò firmo, & corrigo non inuitus, ne quibus vlla in parte fraudi sit, cui tùm hic, tùm alibi cautum perpetuò volo. Cum enim Miræi sententia hisce verbis concepta legatur in Stemmatibus Principũ Belgij Cap. xvii. *Wenceslaus Ioannis Bohemiæ Regis, & Beatricis filius ex Comite Anno* cIↃ. ccc. liv. *per fratrem suum Carolum* iv. *Imperatorem creatus est primus Dux*
D *Luceburgensis:* corrigenda ea in parte est, qua huius Wenceslai matrem Beatricem vocat. Non enim is è Beatrice susceptus; sed ex Elisabetha filia Wenceslai Sancti Ottocari filij Bohemię Regis vii. & sorore iunioris alterius Wenceslai ætatis Anno xxii, turpiter interfecti, vti pluribus ad Rubricam huius Libri Septimam indicabo. Cætera bellè se habent, nec patronis carent. Breuiter, & apertè Elias Reusnerus Tom. iii. Genealogici Regij in stirpe Lucemburgica. *Wenceslaus à fratre Carolo primus Dux Lu-*
E *cemburgi factus, qui, in vxorem ducta Iohanna Iohannis* iii. *Ducis Brabantiæ filia, pro eo Ducatu armis contendit cum Ludouico Com. Flandriæ, irrito tamen successu.* Clariùs, & vberiùs paullò Florentinus apud Magni Chronici Belgici Collectorem. *Carolus Romanorum, & Bohemiæ Rex in Ciuitate Metensi Anno Domini* cIↃ. ccc. liv. *Inductione septima.* iii. *Idus Martij, Regnorum suorum Anno* viii. *Illustrem Wen-*
F *ceslaum Comitem Lucemburgensem illustrauit, sublimauit, decorauit, & erexit in Ducem, & ipsum Comitatum Lucemburgensem in Ducatum.* Illustriùs adhuc rem eãdem Trithemius prosecutus est, & pompam omnem rei gestæ ob oculos fermè posuit, tùm in Chronico Monasterij Hirsaugiensis, tùm in Sponheimensi, quasi oculatus testis. Quarè operę pretium fecero, si locum primi saltem Chronici sartũ, tectum adscripsero, vt ij, quibus Trithemij scripta
G ad manus nõ erunt, hic se nobili illo spectaculo oblectare possint. *Anno Wigbardi Abbatis* iii*. Domini vero* cIↃ. ccc. lvi. *Carolus Imp. ex Italia reuersus in Ciuitate Metensi conuentum habuit solemnem Principum, vbi omnes totius penè Regni Principes concurrentes regalia sua de manu Imperatoris ex more susceperunt. Multi etiam ex Gallia illuc Principes, ac Nobiles conuenerunt, quibus Carolus ipse notus, ac carus exitit, vt potè qui, & diu olim apud Parisios operam literis dederat, &*
H *in auxilium Regi Francorum cum patre suo Rege Bohemiæ aduersus Regem Angliæ aliquando pugnaturus erat. Aderat in eo solemni conuentu Principum, quidam Archiepiscopus Apostolicæ Sedis Legatus, ad confirmandam pacem totius Regni, qui ob reuerentiam Summi Pontificis solus cum Imperatore in una mensa cibum sumebat, cæteris Principibus Electoribus, iuxta cuiusliber Officij rationem, ministrantibus semel, & postea in locum suum secundum consuetudinem residentibus. Ibi Wilhelmus Marchio Iuliacensis,*
I *consensu Principum, in Ducem à Carolo sublimatus est, & Marchionatus eius de Iuliaco in Ducatum cum ingenti pompa commutatur. Wenceslaus quoq; Luzenburgensis*

Felix Olius, Ferrariensis, ex quo Ferrariae Duc. Ac. Ad Ioannem Vitt. 1577. mense Decembri. Ego quidem Ioannes Baptista Pigna

Et hæc noſtra ſit ΚΡΙΣΙΣ in MVSSATVM; cuius palmaris error in perperàm nominando Wenceslao Caroli IV. filio, primo Lucemburgenſium Duce, loco Wenceslai eiuſdem Caroli IV. fratris, non leuẽ huic Excurſui occaſionẽ dedit, & ΑΝΑΘΗΜΑ primum Deæ puræ, ac candidæ VERITATI, Parenti, & Altrici HISTORIÆ L. ac M. conſecratum.

PROSAPIA] Elegantiùs, quàm ſi *Parentela* nomen Rolandino carum, & alijs eiuſdem, & antiquioris æui Scriptoribus familiare nimis, ſuas in paginas retuliſſet: vt vel hinc intelligas Scardeonium veriora Pythia protuliſſe, cùm excurrens in MVSSATI laudes, ſcripſit, *huic pro certo in acceptum referendam eſſe reſtitutam Latinæ Linguæ apud Noſtros maieſtatem, quæ tandiu in imo barathro defoſſa & penitus a funeſta illa Gothorum rabie ſepulta, tum primùm viſa eſt ſurgere, & in ſplendorem ſe ſe priſtinum vindicare.* Quamuis enim, *Proſapia*, vetus ſit verbum Tullio, non idcircò tamen ſic ad eius perſcriptum proſcripta fuit, vt in Latio nullo poſthac in honore fuerit, penitùs antiquata. Nam illi inuiſa, nouo nempè homini, cui mirandũ non eſt, noua magis, quàm vetera placuiſſe, amorem aliorum meruit, quorum in ſcriptis nomen ſemper aliquod, ac decus geſſit, vti nuper oſtendimus in huius Rubricæ veſtibulo, tabulis, (quod aſſerunt) obſignatis. Quibus addas licet ſuffragium Apulei, cuius mihi nunc in mẽtem venit, in Aſini prologo ſic præfantis.

Hymetos Attica, & Hibleos Epyrea,
Et Tenedos Spartiaca, gleba felices
Aeternum libris felicioribus
Condita mea vetus proſapia eſt.

Enimuerò ſic Vſus quandoq; voluit,

Quem penes arbitrium, ius eſt, ac norma loquendi:

Eorum quandoq; Lubido, qui cum nouis verbis vti poſſent, conſectari nihilominùs, antiqua, & priſca vocabula maluerunt. Quemadmodùm enim iam olim, & etiam nim hodiè vinum vetus nonnullorum palato ſuauiùs cũ Pindaro ſapit, quàm nouum, & in primis Senum, in quibus mens, & ratio, & conſilium ineſt: ità quouis æuò Sanioribus quorundam ingenijs *Verborum, ſermonumq; vetuſtas* (vt cum Symmacho, & Noſtro loquar) nouitate quauis magis arriſit: nec tantùm

——— Verborum vetus interit ætas,
Et Iuicnum ritu florent modò nata, vigentq;

Vti cecinit Romanæ lyræ fidicen optimus Venuſinus Vates: Sed Verbis

Quondam etiam priſcis redit in præcordia virtus,
Et modò nata cadunt.

Quis mihi ſecundùm Tullium dabitur maior Salluſtio, *Rerum Romanarum florentiſſimo Auctore*, Tacito nullius oti tacendo Lib. III. Hiſtor. *Electiſſimo penſatore Verborum*, Auguſtino Libro de Vita Beata. *Romanæ Hiſtoriæ Principe*; Martiali Lib. XIV.

Atqui de illo hi olim in vulgus ſparſi verſiculi,

Et verba antiquæ mirium furate Catonis,
Criſpe, Iugurthinæ conditor hiſtoriæ.

Et, ſi extarent hodiè Catonis Origines, ex quibus tùm ex allatis verſiculis, tùm ex Suetonij Auguſto multa Salluſtium excerpſiſſe cognoſcimus, libenter cum illo coirem huius furti ſocietatem, non vt priſcè loquendo non intelligeret, quod tacẽdo magis poſſem aſſequi, vt ille ait; ſed vt Orationem meam collectis hinc, inde Antiquitatis venerandę reliquijs exornarem, non vnius tantùm exemplo Salluſtij, aut Catonis, qui priſcorum verborum, vti priſcę cuiuſdam ſanctimoniæ, obſeruantiſſimus ſemper extitit; ſed eorum omnium, quibus in literaria noſtra Rep. ius ſpectandi in Quatuordecim, imò in ipſa Orcheſtra. Iiſdem enim mirum in modum delectati Conſulares quique rei literariæ VIRI. M. Brutus libertatis vindex fortior, quàm felicior: M. Antonius poſteà Triumvir Reip. conſtituendæ: Annius Cimber, cui facetè ancipiti dicto Cicero patricidium obiecit. *Germanum Cimber occidit*: Verrius Flaccus, ex cuius meſſe ſpicas legit Feſtus Pompeius: Diuinarum denique, & humanarum rerum Scientiſſimus, & apud Terentianum Doctiſſimus vndequaq; Varro, vt indicant pauca, quę ex luctuoſiſſimo eius Voluminum naufragio ad nos tabellę diuinitùs enatarunt. Vt hic interim ſilentio inuoluam Aelij Galli, & Sinni Capitonis Clariſſimorum iuris Antiſtitum curam, & operam in priſcorum verborum explicatione collocatã; taceamq; Siſennę Libros Hiſtoricos; nec Piſonis, Quadrigarij, vel alionum Annales laudem, qui ad nos vtinam peruenìſſent, vtinde verba quàmplurima religionis, & maieſtatis antiquę pleniſſima Apis matinę more colligere valeremus. Nimirùm ob hanc vnam cauſam maximè ſancitum olim accepimus, vt Populi Romani Cæremoniæ, Rogationes, ac Formulæ omnes priſcis verbis conciperentur, quòd ſcilicet Verba priſca rebus multum adferre ſolerent ſacri cuiuſdam horroris, amplitudinis, maieſtatis. Ecquis enim non admirabitur tacitus, ac fortaſſis etiam venerabitur ſupplex, tamquam aliquem mortalem Deum, non inter homines natum; ſed vt è cęlo delapſũ Seruilij familiarẽ illũ, quem priſcis his, quas ſubdã, Virtutibus Ennius exornauit? Quis non Ennium vnà ipſum, quaſi Numen, colat Virtutes illas priſcis verborum coloribus adumbrantem?

Docte, fidelis, fuerit homo, facunde, ſuoq;
Contentus, ſciens, atq; beate, ſecunda loquens in
Tempore, commodus, & verborum vir parcorum,
Multa tenens antiqua, ſepulta.

Qua velut imagine noſtrum expreſſum agnoſcimus ALBERTINVM.

Morboniam igitur abeant, qui Verborum vetuſtatem vitio MVSSATO vertunt, & barbarum eo nomine Scriptorem vocant, Barbari ipſi penitùs, & inſulſi. Honorificentiùs enim de illo ſenſerunt hactenus, hodièq; ſentiunt, & loquuntur Capita Saniora, (quamuis in Hiſtoriæ conditore Res magis, quàm Verba ſpectet cordatus Lector) quòd eius dictio pro æuo, quo ſcripſit, elegans omninò ſit; imò ſupra æuum illud, quo primùm humaniores literæ diù miſerè ſepultę e Gothicis tumulis emerſere: & Opere, quod texuit, non indigna. Quemadmodum enim, vt eſt in prouerbio; *Caſcus Caſcam docuit: Ita Nutrix vetuſtatis* HISTORIA nullis verbis magis gaudet, quàm veruſtis. *Proſapia* verò nomine peruetuſto cùm affecit perantiquę Lucẽburgicæ familiæ genus, nihil ſanè facere potuit accommodatius. Quãquã nec ſolus fecit. Nomẽ enim idẽ ad alias alij quoq; Familias veteres transtulere, & ad Lucẽburgicam ſignatè Edmundus Wenceslai Rom. & Bohemiæ Regis Caroli IV. F. coæuus in Brabanticis Anni CIↃ. CCCC. XI. ea in parte, qua modo laudatum Regem, tamquàm proximiorem Wenceslao Duci Caroli IV. Fratri, Patruo ſuo, & vti Domus, ſiuè Proſapiæ Lucemburgenſis hęredem, in Lucemburgenſi Ducatu ſucceſſiſſe narrat.

NOBILIS] Ferretto, *Clara*, Gerbrando, *Illuſtris*, Eliæ Reuſnero, *Inclyta*, Scriptoribus alijs titulis eiuſmodi quàmplurimis honoris ergò ſplendidè decorata.

ANTIQVIS] Poſſem huiuſce rei teſtes multitudine innumerabiles, numero infinitos dare, ſi vellem per Hiſtoricorum omnium monumenta latiſſimè diuagari: Sed erunt mihi nunc omnium inſtar Heroes, & Imperatores eius Stirpis duo, quos putandum eſt habuiſſe præ cęteris antiquitatem ſui Stemmatis exploratam, cum ambo veteris memoriæ ſtudijs maximè caperentur. Prodeat primo loco CAROLVS Bohemiæ Rex, & poſteà Romanorum Imperator IV. verè Doctus, Pius, Inclytus, Auguſtus in Commentario, ſiuè Diæta, quam ipſemet de rebus à ſe cum Ioanne patre, & ſine patre geſtis ante quam Imperij culmen attingeret, exarauit; inſis vero pu-

sò publicè sua Bibliotheca fecit eruditissimus Frobenius Anno: xlv. Basileæ Michelinnis typis. Deducit enimverò Carolus generis sui primordia è Regibus Bohemiæ priscis. En ipsa testis Serenissimi verba, pagina nonagesima quinta. *Videns autem Communitas de Bohemia proborum virorum, quod eramus de antiqua stirpe Regum Bohemorum, diligentes nos dederunt nobis auxilium ad recuperanda Castra, & bona regalia.* Quibus accinit Consiliariorum Ioannis, eiusdem Caroli patris, Oratio pagina eadem infrà ad Ioannem ipsum, vt inter Patrem, & Filium discordias sereret afflatu malo. *Domine prouidentis vobis: Filius vester habet in Regno multa Castra, & magnam sequelam ex parte vestra: vnde si diu sic erit, praualebit, & expellet vos, quando voluerit: Nam & ipse heres regni, & de stirpe Regum Bohemiæ est, & multum diligitur à Bohemis: Vos autem estis aduena.* Et Epistola Patriarchæ Aquileiensis ad Carolum ipsum pagina 104. cùm eius opem, oppressus à Duce Austriæ, & Comite Veronensi Mastino propè Veronium Fori-iulij, imploraret supplex. Talis nimirùm eius Epistolæ frons erat, *Vobis Illustri Principi Carolo de progenie Regis Bohemiæ, Marchioni Moraviæ, nec non Militia vestræ notifico, &c.* Et hęc quidem erat Caroli de suæ Stirpis antiquitate sententia. Sed tùm ille Maternum Stemma potiùs; quàm Paternum, nec antiquum admodùm respectu Lucemburgensium Procerũ ob oculos habuit, cùm ea sensit, vnde Consiliarij patris eius Ioannis, *nam & ipse* (aiebant) *heres Regni, & de stirpe Regum Bohemiæ est &c. Vos autem estis aduena.* Mater enim Caroli Elisabeth Wenceslai senioris Bohemorũ Regis Filia, cuius ergò Bohemia in Lucemburgẽsium potestatem venit: Ioannis verò Margareta Ioanni I. Brabãtię Duci XXXI. nata. Quamobrẽ Serenissimus alter testis Wẽceslaus, modò laudati Caroli IV. Imperatoris filius, & eiusdem in Imperio successor, sublimiùs de sua Stirpe sentiens, nec extrà Patris sui mentem, paternam originem suam altiùs repetebat, & ad Carolum Magnum; imò ad Troianos ipsos Proceres, vel in quotidianis eruditorum sermonibus, referebat. Huius mihi dicti pręcipuus auctor & fundus Edmundus est, qui cum Anno salutari CIↃ.CCCC.XIII. eaq; die, quà Ernestus Austrię Dux à Carolo IV. saliari prãdio exceptus est in castro Karlestein, ad eum Ducis sui nuntius accessisset, se ab illo pomeridianis horis in aulã Brabãtiæ Ducũ Tabellis pictis insignem deductum narrat, ibiq; sermones de vltima suæ Stirpis origine secum perhumaniter ad hũc modum satos. *Vidi etiam in prędictis Castris suis Karlestein, &c. benignè accipientem* (Oratores Principum) *& gratiosè audientem, & quomodo literas Serenissimæ quondam Caroli Regis, & aliorum Principum Franciæ latinè scriptas per nos presentatas ipse aperuerit, legerit, & ipsarum tenorem nobis exposuerit, & de statu eorumdem affectuosè per nos sieri certior desiderauerit. Vbi similiter de statu Burgnum, Ducatuum Brabantiæ, & Lucemburgi, quorum notitiam aliqualem habuit, vt asseruit, percontabatur. Erat enim benè literatus, congruè loquens latinè, meq; postea per manum capiens duxit in aulam, in qua pretiosæ imagines omnium Ducum Brabantiæ vsq; ad Ducem Ioannem Brabantiæ huius nominis III. inclusiuè sunt depictæ. Quas prędictus Carolus Imperator genitor eius inibi depingi fecerat, dixitq; ad me, suum illam esse Genealogiam, & se de progenie Troianorum, & signanter Sancti Caroli Magni Imperatoris, & inclytæ domus Brabantiæ descendere, & Imperatorem Henricum de Lucemburgo proauum suum duxisse filiam primi Ioannis Brabantiæ Ducis, ex qua genuerit auum suum Ioannem Bohemiæ, & Poloniæ Regem.* Hæc Edmundus partim ex suo, partim ex alieno Wenceslai ore, qui quidem verissima de suo famoso, famosoq; Stemmate memorabat, vti liquidiùs apparebit ex Genealogia Mosellanorum Ducum, è quibus Lucemburgenses Principes,

A Comites, Duces, Imperatores Augusti fortes, ac strenui prodierunt. Siquidem illam à primis vsq; Troianorum Primatibus deriuabo, vt ex illo Solem lucem haurire possit rerum huiusmodi studiosus Lector ad hęc, & alia eiusdem generis, sicubi occurrerint, penitiùs introspicienda. Eam verò prefigam Genealogiam vestibulo Operis cum Stemmate Lucemburgensi, vt inibi patere possit omnibus, in meliori veluti lumine collocata.

B STIPITIBVS] Sonat vox, *Stipitis*, tùm Græcis, tùm Latinis propriè caudicem cum frondibus in frutice, dein in arbore, & hinc factum fustem defixum humi; & ab vtrisq; totidem ferè, ac patibus literarum elementis effertur. Gloss. Cyr. σύφαξ. *Stips*. Lege *Stipes*. Philoxeni. *Stipes*. σκλαχος, ἄκαρπον. *Truncus, Caudex, Ramus infructuosus, inutilis*. Et mox. *Stipites*, σκλάχη, δρύοχοι, κορμοί. *Rami, Caudices, Trunci*. Festus. *Stipes, fustis terræ defixus.*

C Cæsar. Lib. 1. Belli Ciu. *Fossas transuersarias vsq; perduxit, atq; ibi sudes, stipitesq; pracutos defigit.* At translatè, cum stipes rudis sit, vt plurimùm, & impolitus, cadit in agrestem hominem, stultum, fatuum, & insulsum. Terentius in Heaut. Act. v. Sc. 1.

——— *In me quidnis harum rerum comemi, Quæ sunt dicta in stultũ. Caudex, Stipes, Asinus. plũbeus: In illum nil potest: nam exuperat eius stultitia hæc omnia.*

D Tullius in Pisonem. *Sed qui tamquam truncus, atq; stipes si stetisset modò, posset sustinere tamen titulum consulatus.*

Sed absit, vt tale quippiam hic in mentem Scriptori nostro venisse putemus Lucemburgensium Comitum prosapiam laudibus efferenti. Quare propiùs est, vt censeam, illum vocem hanc Stipitis, aut simpliciter vsurpasse, eiq; tantummodò comparare studuisse primos, & vltimos Lucemburgici Stemmatis auctores; vt quemadmodum rami arborum manant

E è stipite, sic ex illis se se diffudisse voluerit Procerum Lucemburgensium genus, quo sensu Stirpem alij frequentiùs vsurparunt. (nam, vt Homerus ait, Ὁποίη φύλλων γενεὴ τοίηδε καὶ ἀνδρῶν. *Qualis est generatio plantarum, talis est & hominum.*) aut certè, cum Stipes non tàm rudis sit truncus, & vt plurimùm impolitus; sed solidus etiam, validusque: imò solidior, & validior Stirpe, vocem eam vulgatam minùs, magis vsitatę prętulisse, vt hac quasi

F nota Principum illorum robur, ac fortitudinem tũ animi, tum corporis denotaret, è quibus Comitum Lucemburgensium orta prosapia; quę cæteras *armorum, bellorumq;* (vt ipsemet paullò post loquitur) *strenuitate* præibat.

Namquè

Fortes creantur fortibus, & bonis
Est in Iuuencis, est in Equis patrum
G *Virtus, nec imbellem feroces*
Progenerant Aquilæ Columbam

Horatio teste Lib. IV. Carm. Ode IV. cui finè dubio facem prætulit Pindarus Εἰδ. Η. στροφὴ γ κώλ. θ. φυᾷ τὸ γενναῖον ἐπιχρίσαι ἐκ πατέρων παισὶν λαμπρὸν. *Natura in liberis eminet ex Patribus generosa magnitudo animi.* Ac fortassis etiã Diuinus Plato in Oratione funebri: & magno nõ minor Pręceptore discipulus Arist. in Polit. Lib. III. Cap. VIII. Ἔτι διότι βέλτιον

H ἐνιοὶ τὸν ἐκ βελτιόνων. εὐγένεια γὰρ ἐστιν ἀρετὴ γένους. *Præterea, quia probabile videtur eos, qui ex præstantioribus procreati sunt, præstantiores esse. Nobilitas vero est Virtus generis.* Sicuti è contrà, vt est apud Euripidem,

Οὐκ ἂν γένοιτο χρηστὸς ἐκ κακῶν πατρὸς.
Prolem probam haud Pater progignet improbus.

Nempè, citante Stobęo ex Ecdoro nescio quo

Ἐκ τοῦ κακοῦ γὰρ ἡ φύσις τίκτει κακόν.
I Ὡς ἐξ ἐχίδνης πάλιν ἐχίδνα γίγνεται.
Ex improbo Natura gignit improbum,
Vt Vipera iterum nascatur de Vipera.

Quare non temerè Terentianus Chremes ex maternis

nis moribus filium æſtimat. Sic enim rixatur cum Soſtrata. in Heaut, Act. v. Sc. III.

Is quid eſt conſimilis moribus
Conuinces facile ex te natum: nam tui ſimilis eſt probè.
Nam illis nihil vitij eſt relictum, quin id itidem ſit tibi:
Tum præterea talem, niſi tu, nulla pareret filium.

Cum ità natura comparatum ſit, vt partus Parentibus reſpondere plerumq; ſoleant, &, cum ſecus res accidit, portenti habeatur loco; nec aliundè promanarit illud. *Heroum filij noxæ*, quales, teſtimonio Socratis apud Platonem in Alcibiade priore, fuere filij Periclis, quorum duo Paralus, & Xantippus ſtupidi, Clinias verò furioſus extitit: & in Memnone Lyſimachus Ariſtidis, Meleſias, & Stephanus Thucydidis pretij nullius viri, quorum in numerum venire quoquè iure ſuo poſſit M. Tullij filius illaudatus planè, & à paternis virtutibus degenerans vndequaq; Eadem enim vis & natura, quæ ſemini parentum ineſt, abit in natos, & acclamante Propertio Lib. III.

Natura ſequitur ſemina quiſq; ſuę.

Et ex alio neſcio quo

Ἀνὴρ δ' ὅλβιον τρηχὺν οὐ φορέει.
Threicium non Troia virum produxerit unquam.

Potuit itaque, nec incongruè MVSSATVS Generoſiſſimam Comitum Lucemburgenſium ſobolem è Generoſiſſimis Maioribus deriuare, & adhibito nomine *Stipitis* natura ſua firmi, ac validi, tùm deriuationem huiuſcemodi, tùm parentum, & propagatorum ſtirpis eius præſtantiam adumbrare, non tàm Poetarum, quibus, vt Pictoribus,

Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas,

quàm Hiſtoricorum more. De Poetis manifeſtares. Quos enim illi nomine fortitudinis, ac roboris ſuprà cæteros elatos volunt, *duro è robore*, quaſi *duro* dicas *è ſtipite* natos canunt; nec aliam ob cauſſam apud eorum Patrem ter Iliade II. Ὄξος ἄκμων, *Ramus Martis*, occurrit, nimirum ad ſobolem non ob ignominiam ſtolidam; ſed ob commendationem ſolidam, ac verè Martiam legentibus indicandam. Ex Hiſtoricis duos hic etiam habeo, quos producam. Vnus eſt Prolomęus Lucenſis Epiſcopus Torcellenſis in Annalibus, Ferrettus Vicetinus alter à nobis aliàs laudatus, & ambo coęui Noſtro, deq; Stirpe illa duplici differentes ambo, nomine vno ſtipitis vſurpato, ad quam Wenceslaus Caroli IV. F. ex Duce Lucemburgenſi Romanorum Imperator factus, generis ſui primordia referebat. Verba nunc amborum affero, & his noſtram ſiuè ſententiam, ſiuè coniecturam obſigno. Primus ad Annum CIↃ. LXIX, hęc habet. *Eodem etiam tempore Philippus filius Henrici Regis Francorum ſuper eoſdem regnat, qui Quartus fuit ab Vgone dicto Capeduce* (vulgo, Capeto, ſiuè Scaplario) *Aurelianenſe, vt Riccardus refert, per quem cum conſenſu Principum ſuſceptum eſt regnum Francia: deficiente vero ſtipite Regni prefati, quo omnes Reges preteriti deſcenderunt predicti Regni.* Hæc alter in Reſponſione neſcio qua Ducum, & Magiſtratuum Pop. Patauini ad Legatos Venetorum Patrum. *His Patauum Duces, Populiq; Magiſtratus accenſi ſermonibus, inquiunt. Non ſufficit vobis Antenorem à ſtipite veſtro Principem dicere, aut veſtræ gentis originem habuiſſe, ſi priuatam ſedem eligitis &c.* Hæc ità nos, vti de vocis huius vſu ſentimus, hoc loco proponimus, non ſancimus, quibus, qui volet, adijciat verba Epiſtolæ Caroli Vngariæ Regis ad Eliſabeth Bohemiæ, & Poloniæ Reginam, quam produxit in lucem Chronica Aulæ Regiæ Parte II. Cap. XXI. *Et licet proximitatis identitas, & conſanguinitatis indiſſolubilis vnio dudum inter nos diuinitus ordinata, quam ab vno ſtipite, tamquam germani gradu proximo, deriuamus, fuiſſet ſufficiens &c.*

ARMORVM BELLORVMQVE STRENVITAS.] Recurret laus eadem infrà Rub. X. de Principibus Etruriæ Viris; ſed alio paululùm verborum nexu. *Tuſcorum quoquè nobilium, eorum præcipuè, qui Imperialis zeli agnomina ab antiquo temerant, videlicet ex Vbertorum Florentina progenie plurimi, aliq; Proſapiarum Etruria ſtrenuiſſimarum militaribus fulcimentis.* At totidem ferè verbis Lib. IV. de Geſtis Italicorum. Rub. III. in commendationem Mareſcalchi Beltran di Gulielmi F. mirę fortitudinis, & ſtaturæ procerę viri, *cuiq, eo ille vix alter cis montes Gallicos armorum ſtrenuitate æquabatur.* Ratò alibi ſe ſe nobis in conſpectum dabit. Nam paucorum ea re vera laus, & eorum tantùm

——— *quos æquus amauit*
Iuppiter, aque ardens euexit ad æthera Virtus.

Virorum, vno verbo, fortium, quos imperijs rerum Natura peperit, & habenis Orbis. Clarè Papias. *Strenuus, fortis, efficax, gnauus, vigilans, dictus quid ſternendo aduerſa remat.* Imò eſt à Græcis *ἐρυὸς*, quatenus fortis. Seiunxit, quod ſciam, Strenuum à forti Plautus in Ciſtell. vt apud Gellium videre eſt Lib. VII Cap. V II. & Tullius in Philip. II. *Vt cognoſceret te, ſi minus fortem, attamen ſtrenuum.* Sed aliter ſenſere Plinius Lib. XVIII. Cap. V. & Cato in Præfatione, à quibus *Viri fortiſſimi*, & *Mires ſtrenuiſſimi* copulantur. Ecquis à Catone ad alium audeat appellare?

Aſſumpſit Strenui vocem NERO (vt in Apuleium Elmenhorſtius notat, cui ſtrenuus idem eſt, quod *ἀνδρεῖος*, *virilis, magnanimus* Græcis) at quàm rectè, cum luxu totus, quoous erat, diffluereret ſe ſe remittente ſæuitia, nemo non videt. Aſſumpſit, & CAROLVS Philippi II. Burgundiæ, & Brabantiæ Ducis, Flandriæ & Hannoniæ Comitis filius, STRENVVS cognomento: at quantò iuſtiùs Nerone probè ſciunt, qui factum eius Virtute norunt, vt conuenerint, & in vnam ditionem redactæ fuerint ampliſſimę Prouinciæ, & vnius imperio ſubiectæ, Burgundia, Brabantia, Lucemburgenſis Ducatus, Lymburgia, Flandria, Hannonia, Namurcenſis Comitatus, Phriſia, Zelandia, & Hollandia, vt eſt à Lazio proditum Lib. III. de Migrationibus Gentium in Genealogia Comitum Hannoniæ, vnde Flandriæ Comites, proſapia Eugeshayměſium extincta, ſuam originem deduxere. Veris itaq; Viris iure Strenuitas attributa iam rerum dominis ob Virtutem, vel ad illarũ faſtigium eadem Virtute Duce, & Comite procreatis, dignis omninò Strena, quam Viris ſtrenuis ob Virtutẽ conuenire dicebat in Epiſtolis Symmachus. Nominabo, qui ſe ſe mihi dederint obuios in hoc ſcriptionis æſtu, & à Græcis Imperatoribus initium ducam. Cornelius Nepos Veronenſis (vulgò, & perperàm Aemilius Probus, qui Cornelij amanuenſis fuit) de MARDONIO Satrape Regio in Pauſania. *Namque illo duce MARDONIVS Satrapes regius, natione Medus, Regis gener, in primis omnium Perſarum, & manu fortis, & conſilij plenus cum ducentis millibus peditum &c. Gracia fugatus eſt.* Et in Timoleonte de MACROCHIRO, ſiuè ARTAXERXE LONGIMANO. *AT MACROCHIR præcipuam habet laudem ampliſſimæ, pulcherrimaq, corporis formæ: q ã incredibili ornauit Virtute belli. Namque illo Perſarum nemo fuit manu fortior.* Res enim eadem *manuum Fortitudo*, & bellorum *Strenuitas* Nepoti. Idem ſui ipſius interpres in Datame de COMMISSARE illius patre. *Pater eius COMMISSARES, quod & manu fortis, & bello ſtrenuus, & Regi multis locis fidelis erat repertus, habuit prouinciam Ciliciæ iuxtà Cappadociã, quam incolunt Leucoſyri.* Et iterùm in Timoleonte de DIONYSIO Maiore. *Vnus item Siculus DIONYSIVS prior. Nam & manu fortis, & belli peritus fuit.* Quam laudem Velleius Paterculus verbis his alijs, *Manu promptus, impetu ſtrenuus: Bonus militia,* Tacitus extuliſſet.

Gradum hinc facio ad alios Dynaſtas Orbis Elogio ſimili celebratos. Nicolaus Reuſnerus in Elogio THEODONIS Ducis Boiorum, qui rebus humanis

Ingentia hæc & ingenio celebrata nobilis & vetus Familia Otiorum Nostratibus ex Anglia, & Germanis ex Pomerania oriunda, ab Ottone qui Normannorum Dux fuit, & Ottone Imperatore, ut Genealogiæ testantur, originem ducit.

Ottone ergo magno Imperatore Saxonum Duce, Ottone vero qui Normannorum Dux fuit, Ottone Comite Palatino Burgundiæ, & Ottone Longo Duce Bavariæ, Ottonibus Ottonum Ottone Ottonis Ottone Ottonem Ottone Ottonis Ottone Ottonem Ottone Ottonis Ottone Ottonem

bè Nostri sunt infrà Rub. IV.) *tantò celerius volauerit in sublime*. Et audiuimus suprà ex Corn. Nepote in Datame, COMMISSARI eius Patri datam Ciliciæ prouinciam iuxtà Cappadociam, *quod* inter cætera *manu fortis, & bello strenuus repertus esset*.

At alijs ad Regiam sedem viam quoq; Strenuitas communiuit, LAMMISSIONI in primis apud Warnefridum de gestis Longobardorũ Lib. I. Cap. XV. *Qui cum adoleuisset, adeò strenuus iuuenis effectus est, vt & bellicosissimus extiterit, & post Agelmundi funus Regni gubernacula rexerit*: Et ALBVINO apud eundem Cap. XXVII. eiusdem Libri, *Viro adeò bellis apto, & per omnia strenuo, vt cum diem obijsset extremum Audoin, ipse Regum decimus ad regendam Patriam cunctorum votis accesserit*. Sed enim eadem quoq; sors TIBERIO ob Strenuitatem contigit. Vnde tale illi confecit Elogium calamus Scriptoris eiusdem Lib. III. Cap. XI. *Hic* (Iustinus) *TIBERIVM Cæsarem adsciuit, qui eius palatium, vel singulas prouincias gubernaret; hominem iustum, vtilem, strenuum, sapientem, eleemosynarium, in iudicijs æquum, in victorijs clarum, & quod his omnibus supereminet, verissimum Christianum*; nec non & GEORGIO Bohemiæ Regi, de quo hi versus extant.

Strenuus audaci casus vir pectore in omnes,
Boiema cretus de gente GEORGIVS heros,
In Regem populi eximio, Patrumq; fauore
Eligitur, Regnum quum tandem haerede careret
Legitimo &c.

Spectata Strenuitas etiam in LVDOVICO IV. Bauaro cognomento, & eius ergò prælatus is acerrimo competitori Friderico. Villanus Ludouico ætate æqualis, diligens diserтusq; Scriptor in Historiæ suæ, quam vsq; ad annum CIↃ. CCC. XLVIII. continuauit Lib. IX. Cap. LXVI. *Eodem anno à Principibus Germaniæ facta est electio duorum Germaniæ Regum, Fratris nimirum Ducis Bauariæ, LVDOVICI nomine, Viri strenui, & egregij, &c.* Diffudit, & splendoris sui radios eadem Virtus in Henricũ VII. fecitq; vt par haberetur imperio Romanorum. Quam ob causam Trithemius, cum eum Strenuum appellasset, statim dignum imperio nominauit, vt in eius Elogijs apparebit, & Notis ad Rub. IV. vbi causas electionis illius præcipuas attingemus. Enim verò *Strenui* re ipsa rerum gubernaculis diuinitùs dati, & vt Imperium à Deo (quòd alibi firmabitur suo loco) ita *Strenui* quiquè Imperio digni non inter homines nati; sed è cælo dimissi credebantur in terras, tamquàm mortales Dij, vt cæteris cum potestate præessent. Pindarus ex opinione suorum temporum. Od. 9. Olymp.

——— ἐγαεται δ'
Σοφοὶ κατὰ δαίμον' ἄνδρες
Ἐγένοντο.

Quotquot viri sunt strenui, & sapientes, extitere à Deo. Vel; vt alij vertunt, *strenui autem viri, & sapientes per diuinam sortem existunt*. Quem locum respexisse videtur diuinus Maro, cùm Aeneam suum, quo nullus pietate, vel armis eidem præstantior fuit, genus trahentem fecit à Summo Ioue Aeneidos VI. licet id ipsum scripsisse credatur Poeta princeps, quòd Aeneas filius Veneris haberetur, quæ filia Summi Iouis, vti pleriquè sibi volunt Interpretum ad illum locum.

Pergo, dum vacat, strenuè, & hoc ampliùs obseruo non alienum à susceptę prouinciæ Sparta. Non tàm Seculi Principes, ac Dynastas cognomine STRENVI decoratos; sed ipsos etiam Sacrorum Antistites, & Diuorum Mystas: at tùm demùm Strenuus significabat potiùs *vigilem, celerem, & impigrum ad agendum* (quæ quidem Sacrorum Præsulum, & Archiflaminum dotes præcipuę sunt) vt apud Plautum, cui Pseud. Act. II. Sc. IV. *Homo strenuus*, idem est, qui in eadem Comœdia Act. I. Sc. III. *Doctus, callidus, non qui vigilans dormiat*; Curtium Lib. IX. vbi *Strenua Mors, cita Mors est*: & Symmachum Epist. XXXV. Lib. X. qui ob Vigilantiam maximè DDD. Valentinianum, Theodosium, & Arcadium Augg. inter Strenuos, & Strena dignos refert, quàm armorum, bellorumuè strenuitate præstantem. Ne segnes hic trahamus moras, Sidonius à nobis est Lib. II. Epist. X. hisce coloribus depingens, & exprimens Episcopum PATIENTEM. *Ecclesia nuper extructa Lugduni est, quæ studio Papæ PATIENTIS summum cœpti operis accessit, Viri sancti, strenui, seueri, misericordis, quique per vberem munificentiam in pauperes, humanitatemque non minorem bonæ conscientiæ culmina leuet*. Sangallensis etiam alium nobis Episcopum eadem Virtute clarum effinxit his verbis Lib. I. de Gestis Caroli Magni, Cap. XXXII. *Hic habuit vnum Vassallum non ignobilem Ciuium suorum, valdè strenuum, & industrium, cui tamen ille, ne dicam aliquod beneficium; sed ne vnum quidem blandum sermonem impendit*: Et alium Ioannes Becanus Canonicus Vltraiectensis, quem Ioannem de Beeck Trithemius nuncupat, alij de Beka, in Historia Veterum Episcop. Vltraiectensium, & Hollandiæ Comitum, nomine HENRICVM, Traiectensem Episcopum XXXVIII. Sic enim ille in eo. HENRICVS *itaque* XXXVIII. *ordinatus Episcopus, quauis Ecclesiastica ministeria pia sollicitudine sublimare studuit, nihilominus & temporalia iura strenua probitate gubernare disposuit*. Quamquam illud etiam me consignasse memoriæ thesauro memini, in Episcoporum albo fuisse, quibus non ob Vigilantiam tantum; sed ob insignem quoq; Magnitudinem animi spectatam foris, & res militiæ benè gestas STRENVITATIS elogium conueniret. Talis (vt de alijs fileam) ARNOLDVS fuit, Treuirorum Archimysta LXXXVIII. quod eius fortia facta pro Sacrę suę Sedis iuribus conseruandis satis, superq; declarant, quæ vetus, & æqualis illorum temporum scriptor, vnà cum rebus ab eiusdem Auunculo Theodoro Sedis eiusdem Archiepiscopo LXXXVII. præclarè gestis collegit in Treuirorum actis, & inde breuiter in Annales suos retulit Keryander Parte XV. Quod & Trithemius fecit, qui ex eiusdem veteris Scriptoris fonte sua hausit, & ità contraxit in Chron. Hirsaugiensi ad Annum CIↃ. CC. LIX. ARNOLDVS *Archiepiscopus Treuirorum Anno Pont. sui 17. diem clausit extremum. Vir per omnia magnificus, qui in ista pace, bellóq; strenuè gessit*. Talis ADELBOLDVS Traiectensis Episcopus XIX. de quo Ioannes Becanus ista in eo ad Annum CIↃ. XVII. *Calendarum Augusti eodem Anno præfati Principes itidem conuenerunt ad prælium, committentes alterutrum magnę depopulationis excidium; ceciderunt enim iterum ex parte Pontificis* ADELBOLDI *strenua rebellanti manu necidati, &c.* Talis CVNO Canonicus Moguntinus, quem cum sibi adiutorem acciuisset Boemundus Treuirensium Pont. XCIII. successorem etiam habere voluit, quòd aduersus hostes in Ecclesiæ suæ tutela strenuè se gessisset. Sic enim rem narrat, & Cunonem celebrat Keriander Annal. Treuir. Parte XV. pag. 191. *Porrò Boemundus, vt dictum est, CVNONEM de Falckenstein Canonicum Moguntinum, quòd illius Ecclesiæ tutela strenuè; summaque cum Laude functus erat, initio Treuerensis Ecclesiæ Canonicatu auxit, simulq; sibi adiutorem sumpsit. Nec diu post, quum auxilio finitimorum aduersus Armmacos; deinetiam peculiariter contrà Philippum Isenburgicum fortem operam CVNO nauasset, ipsum Philippum cepisset, Castrumq; quod ille ad Ecclesiæ Treuerensis detrimentum extruxerat, euersisset, tam ei eius fortuna lætatus Boemundus, ipsi Archiepiscopatum tradidit*. Talis deniq; ne plures congeram Archimystas illustres Strenuitatis nota, PAGANVS Turrianus Ecclesiæ Patauinæ Pontifex LXXXII. quem à prophanæ militiæ castris, in quibus Turriana gens semper excelluit, ad Sacram infulam votis communibus accersitum

certatum prælia multa pro Patauis exercuere, fuge-
re nulla, vt (quod ait Noster in Prologo Librorum
de Gestis Italic. post Henricum VII. Imp. quos illi
nuncupatos voluit) *videantur diuinitus è tantis pericu-
lis, circum se nudatis ensibus, euasisse*: nec vlla vnquàm
eius trophœis, ac monumentis allatura esse finem
ætas.

Hinc dictis MVSSATI splendor, ac fides, cuius
gò hic à nobis habitus de *Strenuitate* sermo. Si-
quidem enim in Comitibus Lucemburgensibus, è
quibus Henricus proditus, obturum figas, ac vnà
omnes, vel seorsim singulos spectes, siuè quos Ga-
lea, siuè quos Infula sacra texit, omnes armorum,
bellorumque strenuitate conspicuos deprehendes.
Occurret in his ántè alios primus, ADALBERTVS
Lazio, ADELBERO Gestorum Treuer. Auctori, &
Magni Chronici Belgici Collectori, S. Paulini Tre-
uirensis Præpositus, nobilis, potens, ac diues, &
stellorum Sarburgi, Berencastelli, atq; Rhutiarum
dominus, Cunigundæ Augustæ Imper. Henrici II.
Claudi coniugis frater, eaq; animi vi pollens, ac præ-
stans, vt ad Episcopatū Treuirēsem sibi muniuerit,
& aperuerit viā, quòd Lazius Anno CIↃ. CCC. XCV.
Magni Chronici Belgici Collector CIↃ. III. Her-
manus Contractus CIↃ. VIII. contigisse scribunt.
Secundus, GISILBERTVS, qui Popponi Episcopo
Treuirensi, à quo Adelbero frater deprehensus, & Ca-
stellis supra nominatis exutus fuerat, bellum adeò
graue, & funestum intulit, vt Treuirensem Diœce-
sim propemodùm vniuersam euerterit, deuastarit.
Tertius, Gisilberti filius, Adelberonis Nepos, CVN-
RADVS, qui Ebherardum ministrum regium latè
seuientem, & impiè grassantem in Maguntinos, vt
sibi filij duo, Vtonis Marchionis vnus, Adelæ dere-
lictæ Dedi Marchionis alter, Regis sui obsides red-
derentur, cum contumelia repulit, susceptosq; pue-
ros Episcopo Moguntino saluos, & incolumes ob-
tulit, vt Scafnaburgēsis narrat ad Annū CIↃ. LXXVI.
Quartus HERMANVS Cunradi Germanus, vt La-
zius suspicatur, Frater, Dux Saxonum electus aduer
sùs Henricum IV. Imperatorem anno CIↃ. C. Quin-
tus, HENRICVS, eius credo nominis I, à quo Lu-
cemburgij simul, & Namurci Comite Godefridus
III. Brabantiæ Princeps XXVI. prælio apud Hagam
Carniriam stratus, victus, profligatus est, amissis
duobus virorum millibus anno CIↃ. CLXX. Aqui-
cinctensi, & Meyero testibus apud Harœum in ipso-
met Principe Godefrido. Sextus, VVALRAMVS,
qui cum esset Lucemburgensis Comes, ab Othone
Imperatore, cum cæteris Nobilibus Mosensis tra-
ctus, in societatem adscitus est fœderis initi pro bel-
lo inferendo Francorum Regi, suprà laudati Harœi
testimonio in Henrico IV. Brabātiæ Principe XXVII.
Septimus, HENRICVS alter, Henrici VII. Cæsaris
Pater, qui maiorum gloriam parasangis innumeris
prætergressus, strenuissimè tandem contrà Ioannē I.
Brabantiæ Principem XXX. dimicans cum Rainal-
do Geldriæ Comite, obita glorioſa morte perpetuā
immortalitatem emit: aliiq; permulti Strenui re
vera viri, Heroes orbis, belli faces, ac fulmina,
Lucemburgici lumina, columina Comitatus. Atq;
hi sine dubio antiqui illi Stipites censendi sunt, ad
quos respexit Noster, cùm isti Rubricæ consigna-
tum voluit, Lucemburgij Comites, è quibus origi-
nem Henricus VII. Imperator traxit, nominis sui
memoriam Strenuitate magis, quàm Antiquitate
generis propagasse.

STRENVITAS] Loci huius sententiam iam expen-
di, verba nunc eiusdem ad trutinam reuocabo, ne
quis, vt obsoleta, damnet. Vt *Strenuus*, ità & *Stre-
nuitas* iure donata Latij à Principibus Rei Literariæ
viris. Ouidius, quem inter Poetas Latinos ingenij
magnitudine suprà omnes excellere cum Romano
Philosopho haud inuiti confitentur, quicumq; de
ingeniorum præstantia arbitrium facere possunt, in

A mutatis Formis, hoc est eo in Opere, in quo, quem-
quàm nondum limato, & perpolito, ea magnitudo
ingenij liquidiùs, quàm vllo in alio eiusdem poeti-
co monumento relucet: eruditio verò, & amœnita-
tas tanta, quanta nec in hortis aut Mœcenatis, aut
Alcinoi, aut Hesperidum fuit Lib. IX. Ver. 320. de
Galanthide ancilla in Mustelam versa.

Strenuitas antiqua manet, nec terga colorem
Amisere suum, forma est diuersa priori.

B Pari ratiocinatione, sicut *armis & bello Strenui*,
apud eosdem Rei Literariæ Principes locum non
obscurum habet (vt ostensum est suprà) ità cur ha-
bere non possit, *bellorum armorumq; Strenuitas*, am-
bigit nemo. Addo nihilominùs loca de multis duo
Scriptoris alterius Anonymi Msti, qui Carrarien-
sium Stemma confecit, vt habeat Mussato non
iniquus Lector, quæ per otium possit cum illius di-
ctione conferre. Prioris ecce loci verba in filijs Ia-
C cobini cognomine Papafabę, qui fuere Petrus Co-
mes, Albertinus, Marsilius, & Bonifacius, ad An-
num CIↃ. CC. LXXXIX. *Viri isti Anguillariæ Castro
præfuerunt, Amicorum multitudine vallati, pheudis,
& massnadis: opulenti omnium opum affluentia, &
prædiuites agri pericula ingentia animorum magnitu-
dine contempserunt. In Ciuitate eminentia palatia ha-
buerunt, & adeò, vt possent Castris æquari. Armorum
Strenuitate conspicui, personarum numero, & amico-*
D *rum præsidio formidati.* Ecce alterius in Alberico
Leone Francisci F. ad Annum. CIↃ. CC. XCIIX. *Hic
namq; Vir à præcessorum de Carraria Magnatū in multo
dissimilis, magnanimus fuit, & liberalis, pro amicis
cunctis se opponens periculis, & malus* (malo *malleus*)
*durissimus inimicis: armorum Strenuitate conspicuus,
in sermone parcus; sed ad quæq; velocissimus opportu-
na.* Videant, & doleant, qui Mussati dictionem
non probant.

E Ex HIS PRODITVS HENRICVS] Duo hinc colli-
go. Vnum est, Henricum VII. hæreditario iure
potiùs (in quo Vecerius verax) quàm dotis nomine
(quod M. Guatio vernaculo Scriptori visum suo in
Chronico) Lucemburgij Comitatum post Patris
obitum adijsse. Pater enim eius, auus, proauus,
abauus, atauus, tritauus, maiores vno verbo om-
nes Lucemburgij Comites extitere. Clarè Vece-
F rius, &, vt dicebam, verè. *Ipse, quod constat, Lu-
cemburgia Comitatum hæreditate obtinuit*: perinde ac
si cum Nostro conspirans dixisset. *Henricus, quod
constat, è Lucemburgia Comitibus est proditus.* Adde
his, non omnes in ea fuisse sententia vt cum Guatio
censerent, Henrici VII. Cæsaris Patrem cum fratri-
bus aduersùs Ioannem I. Brabantię Ducem pro Co-
mitatus Lucemburgensis possessione, ad quam Dux
ille animum adiecisset post obitum Reginaldi, quē
G Henrici Pater Patrem habuerat, decertasse armis:
& inde factum, vt cum Henrici Pater, & Patrui in
acie cecidissent, Lucemburgensis Comitatus in Ioā-
nis Brabantini Ducis potestatem venerit, soloq; nu-
ptiarum iure transierit ad Henricum, qui primus è
domo de Lucemburg fasces accepit Imperij, tradita
illi in vxorem Ioannis eiusdem filia Margareta.
Quin imò multis partibus plures eos esse video, qui
literis prodidere, ei bello, in quo Henrici Pater, &
H Patrui defecere, causam præbuisse, contentionem
non inter ipsos, & Ioannē I. Brabantiæ Ducem exor-
tam; sed inter Rainaldum Geldriæ Comitem, cum
quo Henrici Pater, & Patrui arma parùm fausta
iunxerant, & Ioannem eundem Brabantiæ Ducem,
idque non Lucemburgensis; sed Limburgensis Co-
mitatus ergò. Imò nonnulli quoq; tradidere no-
uissimè bellum illud non inter Rainaldum Geldriæ
Comitem, & Ioannem Brabantiæ Ducem: sed in-
ter Sifridum Archiepiscopum Colonienſem, & su-
I prà laudatum Ioannē Woringami Castri causſa exar-
sisse. Verùm enimuerò rem istam omnem non mul-
tò post distinctiùs, & vberiùs exequemur.

Alterum,

Alterum, quod ijſdem ex verbis haurio, eſt. In ijs non tam Nobilitatis Henrici VII. Cæſaris priſcę, quàm Strenuitatis eiuſdem nouæ ſemina contineri. Nempè.

Fortibus, atq; bonis, forteſq; bonisq; creantur,

vt eſt in elogio Ioannis F. Alberti III. ſuperioris olim, & inferioris Bauariæ Comitis, Palatini Rheni. Et quemadmodum eodem in elogio ſtatim poſt allatum carmen Ioannis filij pietas ex Alberti patris pietate colligitur, vt indicat verſus ſequens.

Cætera mitte: pio ſum Genitore ſatus:

ità licet hic nobis Strenuitatem Henrici è Maiorum eiuſdem Strenuitate, veluti è fonte, ſuos per alueos deriuare non inani niſu. Sed hæc quoquè Virtus à nobis commendabitur in Henrico infrà, ad illa Rubricæ ſequentis III. *Vt circà incumbentia ſibi ſemper, & conſuliè, & fortiter, & Strenuè agendum eſſet*, ne quis illum degenerem arguere audeat Maiorũ ſuorum ſtrenuiſſimæ Strenuitati.

QVI PATRE FRATRIBVSQVE PATRIS DVOBVS.] Ità curaueramus edendum hunc locum ex MS. Cod. Patauino, cum eadem Venetus ſic referret. *Qui Patre, Patruiſq; duobus bello, quod inter Duces Brabantiæ, & ipſos gerebatur amiſſis, Patruis videlicet, ac Priuignis duobus in acie occiſis, &c.* diuerſis paullò verbis aliquibus, ſententia non diuerſa: cùm poſt eius loci; imò ferè totius Operis editionem ex Clariſſimi I.C. & Equitis FRANCISCI CALIDONII Vicetini literis intellexi MS. alium Muſſati Codicem Vicetiæ reperiri. Exilij ad id nuntij gaudio. Cumq; ſummo eius videndi deſiderio flagrarem, voti compos illicò factus ſum per ſingularem Equitis eiuſdem humanitatem ad benè de cunctis merendum nati. Nam & ab eo hic mihi curatus eſt Codex, & ſtatim Patauium miſſus; erantq; in eo Libri XVI. de Geſtis Henrici VII. Cæſaris, & primi quatuor cum octauo de Italicorũ Geſtis poſt Cęſaris eiuſdem fatum; ſed omnes à mala planè manu deſcripti; etſi non vbique malè, cadere vt in eos viderentur poſſe Martialis illa,

Sunt bona, ſunt quædam mediocria, ſunt mala plura.

Quare dedi me ſtatim ad eius Codicis verſiculos omnes, & ſingulos cum Muſſati Libris iam editis feduliò conferendos, ne qua in parte defœcando, quoad eius fieri poſſet, Scriptori bono, malè ad hanc vſquè diem ſuis in ingenij monumentis habito, deeſſe voluiſſe viderer; aut non in omnibus velle ſatis pro viribi facere prętiſſimæ voluntati HEROIS MAGNI, quem mihi primum, & maximum huius Hiſtoriæ recenſendæ, corrigendæ, illuſtrandæ Auctorem fuiſſe perpetuò gloriabor. Hoc ego conſilio ad id operis me accinxi, & variantes eius Mſti Codicis Lectiones omnes ità decerpſi, digeſſiq; vt eas commodè, ſi vellem, poſſem in Notis iſtis ſpectandas Lectoribus exhibere. Erunt igitur & hæ muneris mei partes, laboris huiuſce mei fructum, quoties operæ pretium erit, cęteris impertiri, quod faciam non inuitus. Vocabitur is porrò Codex, quotieſcũq; laudandus occurrerit, Vicetinus, tùm quia Vicetia allatus, tùm quia, cuius ille ſit (etſi vt ſciremus operam omnem dederimus, ne nos illum illaudatum abire pateremur ingrati) penitùs ignoremus.

Variat hic igitur Vicetinus Codex, & pro *Qui Patre, Fratribuſq. Patris duobus, &c.* Siuè *Qui Patre, Patruiſq. duobus, &c.* habet: *Qui Patre, Fratribus, Patruis duobus, &c.* nec, vt videtur, malè. Conſentiunt enim iſta mirum in modum cum his, quæ ſequuntur ſtatim. *Patruis videlicet, ac Priuignis duobus in acie occiſis.* Nam, *Fratres*, Cod. Vicetini reſpondere fortè videantur Priuignis iſtis, quorum in primis verbis mentionem nullam fecerant alij Mſti. Eſſet vtinam talis vbiq; Vicetinus Codex, & illi longè plurimum iure, ac meritò deberemus.

PATRE] Puderet ſcribere Contadum Vecerium hominem à ſecretis Carolo IV. Imperatori, Ioannis Poloniæ, & Bohemiæ Regis F. Henrici VII. Cæſaris Nepoti, quinam illius Proauus, Aui ſcilicet Henrici VII. Pater exiterit, ignoraſſe, niſi ſuam ipſemet inſciciam apertis, quod aiunt, tibijs faſſus eſſet, Operis ſui de rebus ab Henrico VII. Cæſare geſtis veſtibulum ſic exorſus. *Qui Maiores Imperatori Henrico, aut omnino Parentes fuerint, quamuis curioſa veſtigatione, cognoſcere non potui.* Hæc ille, hac in re planè peregrinus, & hoſpes, vti Lector cum admiratione vides. Quare, quod is penitùs ignorauit, ignorare nos alios non ſinemus; ac ne iſtud temerè faciamus, quibus Auctoribus hac in parte perfecerimus, oſtendemus. Ordior à Genealogiographis, quibus ea res curæ pręcipuè fuit, & ab his maximè, Elia Reuſnero, Hieronymo Henninge, Vbbone Emmio, qui cæteros inter principatum tenent. Vna ſcilicet tribus iſtis Scriptoribus, eademq; ſententia Henrico VII. Cęſari HENRICVM alterum Luceburgenſem, & Limpurgenſem Comitem, parentem dedit. Lazius PLVNDELVM vocat; atqui cognomentũ illud, non nomen Parentis Henrici VII. Cæſaris fuit, vt antè nos Henninges acutè vidit; nec non & Antonius Albicius nobilis Florentinus in Stemmatibus Principum fol. 16. in Genealogia Comitum Lucemburgenſium, cuius à me verba non multò poſt in medium proferentur. Nullus enim eorum temporum à me lectus Scriptor, Patrem Henrici VII. Cæſaris PLVNDELI nomine literis conſignauit, cum omnes è contrà, quos ad hanc vſquè diem euoluerim, HENRICVM vocent. Firmabo, quod dixi, ipſiſſimis Autorum verbis, & noua hac ſupellectili domum meam, inopem alioquin & incultam, cum bona ipſorum, vti ſpero, venia exornabo. Notæ quidem iſti debebunt, vti reor, multùm, ſi non aliorum, boni ſaltem Conradi Vecerij Manes per illam edocti, quod hactenus ignorarunt. Clarè Diuæus ad Annum CIↃ. CC. XCII. imò fortaſsè clariùs,

Quam Solis radij eſſe olim, cùm ſudum eſt, ſolent. Henricus Comes Luceburgi HENRICI pugna Vuoringana caſi filius ducit filiam Ioannis Ducis noſtri Margaretam. Illic enim eo de Henrico Comite Lucemburgenſi ſermo, qui, faſces adeptus Imperij; Septimi nomenclaturam aſſumpſit. Et antè ad Annum CIↃ. CC. LXXXVIII. in eiuſdem Henrici parentis cæde. *Caſi ex hoſtibus* (Ioannis I. Brabantiæ Ducis) *HENRICVS Luceburgenſis cum Baldwino, Valerano, ac Ioanne fratribus &c.* Eiuſdem ſententiæ ſunt, quæ ſcripta reliquere Magni Chronici Belgici Collector, quem vnà cum alijs rerum Germanicarum Scriptoribus antè annos, non ità multos publicauit Ioannes Piſtorius, & Antonius Albicius Florentinus, cuius hic à nobis verba, quorum paullò antè meminimus, in medium ordine proferẽtur. Primi ſiquidem verba hæc ſunt; ſed non abſquè mẽdo, quod tollemus, ad Annum CIↃ. CC. LXXXVIII. poſt narratam cædem Henrici Comitis Lucemburgenſis, & fratris eius. *Sciendum præterea, quod Henricus Octauus, Septimus fuit filius* (mendosè, quare corrige, & lege, *& Henricus Septimus fuit filius*) *Comitis Lutzenburgenſis in dicto bello de Wornick interfecti.* Et fine labe ad Annum CIↃ. CC. XCII. quartum ſcilicet poſt confectum ſuprà recenſitum bellum: *Anno Domini M CC XCII. Anno Ducatus eiuſdem Ioannis XXXII. inter Henricum Lutzelburgenſem Comitem, filium Henrici in bello Woronch* (ſuprà *Wornick*) *occiſi, & Ducem Ioannem pax reformatur.* Secundi iſta in Genealogia ſuprà laudata Comitum Lucelburgenſium. *Comitatus Lucelburg dictus eſt primum Moſellanus à flumine, ex cuius Comitibus habetur Henricum fuiſſe, Plundelum dictum, qui pro Ducatu Limburgi cum Ioanne I. Duce Brabantiæ pugnauit, & in prælio dimicans, ſimul cum fratribus Walramo, & Ioanne occubuit.* Hic enim Henricus ſine dubio Henrici VII. Cæſ. pater. Vnde Gua-

Agnoscius Christus: ab omnibus pulsi armis, & A. Historia Gens Lamahagorum. Tres subscribun-
[illegible] in exercitu [illegible] tur exemplaria. Historia Gens Lamahagorum
[illegible] Historia Gens Lamahagorum. Historia Gens Lamahagorum. Historia Gens Lamahagorum.

Tiberii Cæsaris Augusti filii, ac Secundi Augusti. A. Libro quinto decimo. Hinc colligere possumus, Tiberium Cæsarem Augustum, Augusti filium, non fuisse Secundum Augustum, sed Augustum Secundum. Nec enim Augustus fuit, qui non fuit Cæsar. Nec Cæsar, qui non fuit Augusti filius. Nec Augusti filius, qui non fuit Augustus. Nec Augustus, qui non fuit Augustus Secundus. Nec Augustus Secundus, qui non fuit Augustus Primus. Nec Augustus Primus, qui non fuit Augustus Divus. Nec Augustus Divus, qui non fuit Augustus Divi filius. Nec Augusti filius

Ioan. Baptista Ingenius. Vnus quisque horum duorum, & ego ipse, Nos omnes simul, Valentinianus, Theodosius, & Arcadius, Augustus, Augustus, Augustus

Anguis Imperium; defenſionem Haſta prodere vi-
deatur. Offert ſe ſe pariter ſpecies prorsùs Aegy-
priaca CADVCEI, Virga ſcilicet, Mercurio Elo-
quentiæ præſidi conſecrata, quam Angues ſic impli-
cant duo, maſculus, & fœmina, vt medio corpo-
rum complexu nodum efficiant Herculanum: ab eo
ſuperne partes ſic ad oſculum coeant, vt flexu circu-
lum forment: infernè ſimili flexu ad caducei capu-
lum reuocentur; qua parte itè caudæ coeunt vtriuſq;
Macrobio deſcriptore Lib. 1. Sat. Cap. XIX. Vt enim
ad eius imitationem fortè fortuna Cæſar militarem
Haſtam quinis Serpentis vnius flexibus implicauit;
ſic idem fortè fortuna potuit ad eiuſdem ſignificata
pulcherrima reſpexiſſe. Pacis enim in primis eſt
Symbolum Caduceus, & inde Caduceatores dicti
Legati, Fecialeſq; vti eo ſoliti ad componendam
pacem, vti prodidit Vlpianus interpres Demoſthe-
nis ad Orationem, quam in Timocratem dixit, du-
plices eò loci Ceryces ſtatuens, qui ius idem habe-
rent cum Fecialibus, eandemq; poteſtatem, vt belli
denunciandi, ſic & ineundæ pacis: quos Σπονδοφόρους,
Pacis ſequeſtros, Dionyſius Halicarnaſſeus interpre-
tatur. Nam cum Mercurius (vt Mythographi, &
vnà Hyginus in Poetico Aſtronomico Cap. de Lyra
narrant) in Arcadiam iter faciens vidiſſet duos Dra-
cones inter ſe coniuncto corpore, alium alium ap-
petere, vt qui dimicare inter ſe viderentur, virgam
inter vtrumq; ſubiecit, itaq; diſceſſerunt; quo facto
eam virgam Pacis cauſſa dixit eſſe conſtitutã. Qua-
re non iniuria ſic eſt ab Iſidoro ſcriptum. *Mercu-
rius virgam tenet, que ſerpentes diuidit; nam bellan-
tes, & diſſidentes interpretum oratione ſedantur, &c.*
Et à Plinio Lib. XIX. Cap. III. *Hic tamen complexus
Anguium, & efferatorum concordia, cauſſa videtur eſ-
ſe, quare exteræ Gentes Caduceum in Pacis argumentis
circumdata effigie Anguium fecerint. Etenim pleriumq;
ad pacem componendam Legati caduceatores mittun-
tur.* Nonnulli etiam Caduceum pro Symbolo Pacis
accipiunt, *quòd initium Mercurio fueris pacis.* Ea re;
(vt eſt ſcitè à modo memorato Plinio animaduersũ,
& traditum in laudato loco) criſtati non erant Ca-
ducei Angues, quia tales inſigne belli fuiſſent, non
pacis, quòd criſtæ militarium ſint galearum; nec
iure vocaſſet Mercuriũ Arnobius Lib. IV. *Geſtatorẽ
affabilium Colubrorum.* Pertinet huc etiam illud, hac
ipſa Virga ſomnos adſpergi ſolitos, qui placidi non
aliunde commodiùs manant, quàm è pacis fonte.
Omitto, tamquàm rem omnibus exploratam, inſi-
gnita Numiſmata caduceis cum inſcriptione PACIS,
qualia fuere Cæſ. Veſp. Aug. P. M. TR. P. Coſ. VIII.
Tiberij Claudij Cæſ. Aug. P. M. TR. P. cum notis.
PAX AVGVSTI. PACI AVGVSTÆ, aliaq; permul-
ta. Nullum enim ex his, quæ diximus, relictum ar-
bitramur ea de re dubitandi locum. Non ità miſſum
illud fecero, quod Suidas, & Polybius obſeruarunt,
Caduceum *Pacis* ſimul, *& Minarum* indicem quan-
doq; habitum, & hac mente prælatum à Gephyræis
exercitui armato, cùm Eumolpus Athenienſes in fu-
gam vertit, vt hac imagine Pacem quietis, inſultan-
tibus Minas viderentur offerre. Retulerunt alij
Caduceum ad eam Eloquentiæ vim, quæ altercan-
tes aggreſſa, diſcordes eorum animos regens, ac
mulcens, in cauſſa ſit, vt in vnum coeant, qualem
Aeneidos 1. deſcripſit Poetarum latinorum Primas
in Oratore conſpicuo meritis & pietate, cùm ceci-
nit.

*Tum, pietate grauem, ac meritis ſi forte Virum quem
Conſpexere, ſilent, arrectiſq; auribus aſtant.
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet:*

Et inde *Concordiæ* Symbolum appellarunt. Alij ad
eam, quæ ſomnos adimat, mentes excitet, ac inflam-
met; id quod doctè fecit in Epiſtola ad Iamblicum
Iulianus Imperator ad hunc modum ſcribens Οἷον
Ἑρμοῦ ῥάβδῳ τινὰς ἐγρηγόρτας καθεύδοντας. *Quaſi
Mercurij virga quosdam, atque dormientes expergefacis.*

A Et poſt. Πρώτην δ' Ἑρμῆ λογίῳ μαθητὴν, εἰ δὲ βούλει τρόφιμον ὄντα σὲ ῥάβδον ἐ κ ἐν τῷ καθεύδειν ποιεῖν, ἀλλ' ἐν τῷ ἐγείρειν ἐ διεγείρειν μᾶλλον ἐθέλειν μιμεῖσθαι. *Aequũ eſt te, qui ſis Mercurij Eloquentiæ præſidis diſcipulus, aut ſi mauis alumnus, virgam non ſomni prouocandi gratia tractare; ſed illum imitari ad mouendum, & incitandum.* Nodus ille tandem Herculeus, quo ſe ſe
Angues Caducei gemini complectuntur, ex Pare-
miographo in Adagio, *Caſſioticus nodus*, ſignatè in-
B dicat, fœdera, quorum nuntius eſt Mercurius, non
oportere vnquam diſſolui; verùm plurimùm valere
debere. Nondum mihi tempero. Nam præcipuum
mihi nunc Serpentis Symbolum in mentem venit,
Salutis nempè, quod ſuo ſibi iure, ac merito vendicãt
tot, ac tanta, quæ vno ex Angui remedia profluunt
in humanum genus. Hinc illæ ſuprà Serpentem in
Numiſmatis notæ. SALVS ANTONINI AVG. SA-
C LVS AVG. COS. III. SALVS PVBLICA, ne ſingu-
las, quæ ſunt innumeræ, percenſeam numerando.
Nam omnium mihi nunc huiuſcemodi Numiſma-
tum inſtar eſt æneus Serpens ab Iſraelitici Popu-
li Magiſtro Moſe ſurrectus in contum, cuius
aſpectu ab alijs viroſis Serpentibus lethaliter affli-
D cti, ſaluti priſtinæ reddebantur, vt qui Crucis ima-
ginem præferret, in qua clariſſimo diuinæ miſeri-
cordiæ monumento ab Humani Generis Aſſertore,
rerum omnium ingemiſcente, miranteq; Natura,
redemptionis noſtræ myſterium eſt peractum. Et
hæc in ſilentio tùm ANGVIS, tùm LANCEA non
ſilentes. Quod ſi quis quintuplicem quoq; flexum
illum attendat, quo Serpens in Henrici Symbolo
ſupremæ parti Lanceæ ſe conuoluit, diſcet is è Sacris
paginis, eo flexu furorem implacabilem explicari.
Cum enim Anguis hunc in furorem abit, tot ille ſe
E flexibus implicat, & inuoluit, nec ab ijs antè ſe ex-
plicat, quàm venenum intulerit, aut præ rabie exa-
nimetur, vt Euthymius prodit.

Potuit igitur diuina quadam, & alta mente præ-
ditus HENRICVS VII. Imperator, vt ex dictis ad
eius interpretandum SYMBOLVM me conuertam,
illud ſibi præ cæteris aſſumpſiſſe, vt eo quaſi ſchema-
te Magnanimitatis ſuæ toti Terrarum Orbi pro-
poſito, Mortalibus omnibus teſtaretur, animo ſibi
fixum, & immotum fedère, Terrarum Orbis Impe-
F rium fidei ſuæ concreditum, LOCO ET TEMPORE,
cuius rationem maximam habere volebat Pittacus,
qui fuit vnus è Septem, quà Virtutibus animi, quà
Viribus corporis tueri ſartum, & tectum: ad hæc vi-
gilem ſe, & prudentem illius Cuſtodem perpetuò
fore, animo ad id expedito ſemper, hilari, & erec-
to, quòd is demùm Imperatoriæ Maieſtatis perſo-
nam pro dignitate ſuſtineat, qui pro tuendis Impe-
rij iuribus in perpetua quaſi vigilia perſtat, nuſquàm
G oculos inde deijciens; quiq; cogitationes, & actio-
nes omnes à Lydio Prudentiæ lapide ſuſpenſas ha-
ber. Nimirùm has eſſe partes peculiares, ac proprias
Imperatoris probi, cui Gentium commiſſa tutela
ſit, docuit antè multò Agamemnonem ipſum Po-
pulorum Rectorem Somnus perſonam indutus Ne-
ſtoris apud Homerum Il. v 1.

Οὐ χρὴ παννύχιον εὐδειν βουληφόρον ἄνδρα,
Ὧ λαοί ἐπιτετράφαται, καὶ τοσσα μέμηλε.
*Non decet ignauum tota producere ſomnum
Nocte virum, ſub conſilio, ſub numine cuius
Tot populi degunt, cui rerum cura, fideſq;
Credita ſummarum.*

Quod cum P. Scipio, vir aliòqui rebus tot præclarè
geſtis omni laude maior, minimè præſtitiſſet, ſom-
nolentiæ nomine malè apud Populum Romanum
audijt auctore Plutarcho Lib. ad Traianum Imp. de
Inſtitutione Ciuili: quemadmodum non benè ceſſit
I Heliogabalo, Caracallæ, Commodo, Domitiano, &
alijs Reip. Rom. peſtibus, quòd, ſimul atq; ſummum
Principatus faſtigium attigere, curam omnem pu-
blicam abiecere. Contrà ea Auguſtus, Antoninus

Pius,

Olius, Felix, Historicus, Floruit, Regnante A. D. 1600. Decimo Decimo Barbarorum Cap. xxxi. fol. Secundi Germaniæ, ad Augustum Vindelicorum Cæsarem. Vindelicia Provincia Romanis Subacta. Vindelicia Provincia Romanis Subacta. Vindelicia Provincia Romanis Subacta

bat. Propior ille Adolphus Montenſis Comes, ne cum potentiore contenderet, ius ſuum Duci noſtro Ioanni (eius nominis primo, Brabantiæ Principi XXXI.) *vendidit.* En apertè poſitam in luce publica, & omnium conſpectu belli huius Cauſſam, & Tempus ſimul ab accuratiſſimo rerum illarum Scriptore Diuæo? Et in cauſſa quidem mirè cum eo conuenit Hocſemius in Ioanne Guidone Epiſcopo Leodienſis Eccleſiæ LXXI. Cap. XVI, vbi hæc habet. *Cum Dux Brabantiæ Ioannes huius nominis primus Ducatum Limburgenſem ergà Comitem de Monte, cui ex ſucceſſione legitima competebat, certa ſumma pecuniæ comparaſſet; & Comes Geldriæ cum ſuis fautoribus, terram Ducatus cum caſtris per violentiam detineret, Dux multorum ſibi ſuffragia procurauit:* & alij tùm Antiquiores, tùm Recentiores multi. In Tempore ſecus ſe habent, quòd aliud alij notent. Nam quod attinet ad Antiquiores, Trithemius in Chron. Hirſaugienſi Limburgenſis obitum in annum CIↃ.CC.LXXXIII. incidiſſe tradit, mox inde Geldrenſem inter, & Brabantinum diſſenſionem ortam. Eius verba ſunt. *Anno prænotato* (MCCXXXVIII. pro MCCLXXXVIII. Typographi lapſu) *obiit Dux Limburgenſis ſine liberis, pro cuius Ducatu magna inter Ioannem Ducem Brabantiæ, & Reihardum* (Reinaldum alibi) *Comitem Gelriæ diſſenſio orta fuit. Tandem venitur ad bellum.* Et vberiùs in Chron. Sponheimenſi. *Eodem anno* (MCCLXXXVIII. nullo mẽdo) *obiit Dux Limburgenſis non relicto ſemine, & ſecuta eſt magna diſſenſio inter Ioannem Ducem Brabantiæ, & Reinaldum Comitem Gelriæ, propter eundem Ducatum Limburgenſem, quod vterq; ſibi hereditario iure vendicare, tanquam legitimus, & vicinior hæres, maximoperè laborabat. Ventum eſt poſtremò ad bellum.* Coniecit in eundem annum Limburgenſis obitum Gerbrandus à Leydis Trithemio æqualis in Chronico Belgico, quod V. Cl. Franciſci Suuertij beneficio antè quadriennium in lucem prodijt, Lib. XXIV. Cap. XXI. quem idcircò iuuerit audiſſe, cum præſertim in huius narratione rei multorum diligentiam vicerit, vel æquarit. Ait Gerbrandus. *Anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo octauo lamentabilis, & magnarum rerum controuerſia inter Iohannem huius nominis primum Ducem Lotharingiæ, & Brabantiæ ex vna parte, & natalibus clariſſimam Reynaldum Comitem Ghelriæ ex alia parte fuit ſuſcitata propter Ducatum Limburgenſem. In quo quidem Ducatu generoſiſſimus Comes Ghelriæ, ratione vxoris ſuæ, vſufructum ſibi vendicauit, Duce Limburghenſe abſque liberis defuncto. E contra verò Dux iure ſucceſſionis in ipſo Ducatu ab Adolpho Comite de Monte, proximo quidem de conſanguinitate Ducis defuncti, ſibi emprione, & pecuniis Ducatum comparauit.* Hæc Gerbrandus, cuius hic, paſſim, & vbique veſtigia probè ponè preſſiſſe nõ modò Magni Chronici Belgici collectorem à Piſtorio editum; ſed etiam Diuæum cerno. Nam, quòd attinet ad Vxoris Rainaldi nomen, quod hic aperuit Diuæus, id ipſum nobis expreſſerat Gerbrandus in Capite VII. modò laudati Libri XXIV. cùm ſcripſit. *Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo primo, quarto Idus Ianuarij, obiit Otho nominis celebritate celebris Comes Ghelriæ, & Zuphaniæ, poſtquam gubernaſſet annis quadraginta duobus, & ſepelitur in Monaſterio Vallis Comitis. Tunc ſucceſſit ei Reynaldus filius ſuus, Comes Ghelriæ & Zuphaniæ. Hic duas legitimas ſucceſſiuè accepit Conthorales. Prima fuit Eringardis Ducissa Limburghenſis* (lege Ermengardis Ducissa Limburgenſis) *ex qua nullas ſuſcepit proles. Qua defuncta accepit coniugem Margueretam filiam Guuidonis de Dampier, Comitis Flandriæ, ex qua genuit Reynaldum, Nigrum cognominatum, ſibi ſuccedentem primum Ducem Ghelriæ, Philippum, & Iſabellam Monales incluſas ad S. Claram in Colonia.* Haberet his omnino affinia Magni Chronici Belgici Collector ex alijs Chronicis, niſi pagina 282. in Hollandicis ad Annũ CIↃ. CCC. XXVI. hoc vno diſſentiret ab alijs, Gerbrando maximè, & Diuæo, quòd Ermengardim Reynaldi Geldrẽſis vxorem, quam ipſe modo Ermgardim contractè nominat, modo Ermengardem, non Henrici, vt illi; ſed Walrami Ducis Limburgenſis filiam facit. Sic enim is Scriptor, quisquis ille fuerit, ad Annum obitus Reynaldi, qui fuit milleſimus trecenteſimus vigeſimus ſextus à nobis antèà laudatus. *Anno Domini* MCCCXXVI. *Septimo Idus Octobris obiit Reynaldus filius Ottonis, vltimus Comes Gelriæ, & Zutphaniæ, ſepultus in Monaſterio Vallis Comitis iuxta Patrem ſuum. Iſte duas habuit vxores ſucceſſiuè, Ermgardim Walrami Ducis Limburgiæ, & Margaretam Guidonis Comitis Flandriæ filiam in eodem Monaſterio ſepultas.* Hæc eò loci Chronicon illud magnum, quod mirum non eſt interdùm ab alijs diſſentire, cum neq; ibi perpetuò conſtet incuria Collectoris. Nam, quòd attinet ad rem preſentem, quæ pagina 267. in Colonienſibus geſta fuiſſe commemorat anno CIↃ. CC. LXXXVIII. Trithemij, Gerbrandiq; veſtigia perſequutus, eadem in Brabanticis pagina 256. biennio antè peracta prodidit in hæc verba. *Item mortuo Walramo* (*alias Henrico*) *Duce Lymburgenſi, Ioannes ille Dux, primus nominis,* (adde eius) *emit legitimè contra Adolphum Comitem Montenſem, qui ipſius Lymburgiæ Ducis hæres proximior fuit, omne ius, quòd ad Comitem, & ad eundem Ducatum Lymburgicum ſpectare, & pertinere poterat, quoquo modo: ſed dum Ioannes Dux ad Ducatus poſſeſſionem adipiſcendam proficiſceretur, Reinaldus Comes Geldriæ ſe oppoſuit, allegans, non obſtante emptione Ducis, vſumfructum, ſiue viteductum dicti Ducatus ad ſe ſpectare, & pertinere, quamdiu vitam duceret in humanis: ea ſcilicet de cauſa, quia prædicti quondam Walrami Ducis filiam vnicam Ermengardem nomine habuerat in vxorem: quæ licet fruſtrà diceret, & illa autè patrem mortua diu fuiſſet, nihilominus caſtra, & oppida ipſius Ducatus, quæ iam occupata tenebat, Comes, licet ſufficienter ſubmonitus, & requiſitus Duci reſtituere recuſauit. Quod ipſe Dux agrè ferens ipſum Comitem bello poſtulauit anno Ducatus ſui* XXVI. *Anno verò ſalutis* M.CC.LXXXVI. Anno ſcilicet vno ſeriùs, quàm alij ſuprà laudati cenſuerint cum Diuæo. Hæc ibi de Ermengardis Patre, ſimulq; de Belli huius Cauſſa, & Tempore Magni Chronici Belgici Concinnator. Sed inter eos, qui Ermengardin (vt ad eam redeam) Patre Henrico, non Walramo genitam voluerunt, locum etiam habuit Henninges in Comitibus Lucemburgenſibus pag. 157. licet idem in Comitibus Barri pag. 112. ità loquatur, vt dubitet, num illa Henrici Comitis Luceburgenſis VIII. filia fuerit, an Conradi Comitis Lucemburgenſis VII. Vtrobique verò ſic ab alijs diſſidet, vt nihil ſuprà, cùm vtrobique Erningardam non Reinaldo Comiti Geltriæ nupſiſſe tradit; ſed Theobaldo Barri Comiti. In quo quidem grauiter offendiſſe videtur Henninges, ſicuti etiam in eo, quod proximè ſubdit, Theobaldũ illum ab Henrico VII. Imperatore interdictum aqua, & igni, cum ex eiuſdem ore Theobaldus deceſſerit anno CIↃ. CCC. XVI. quo quidem anno nondùm lucis huius communis vſuram hauſerat Henricus VII. Imperator. Vſquè adeò denſis hæc tenebris, & erroribus vetuſtas inuoluit, &, vt eſt in prouerbio, bonus etiam Homerus quandoq; dormitare ſolet. Sed magno in Opere, quale nobis confecit Henninges, eo complexus omnium totius Mundi Principũ Genealogias, ſomnum quandoq; obrepere non valdè mirum. Meyero ſanè quid cauſſæ fuerit, vt præter aliorum omnium mentem, in huius belli cauſſa profetenda, Ermengardam Henrici Limburgici ſororem fuiſſe, non filiam; nec antè Woringanam pugnam; ſed triennio poſtè viuis ceſſiſſe ſcripſerit, mirabitur eruditus Lector, cum hæc apud illum exarata viderit in Annalibus Flandriæ Lib. X. ad Annum CIↃ. CC. LXXXIX.

Cauſſa

rer, quàm ſi non teſtarer obſequium meum. Hæc mihi totidem verbis in amicitiæ noſtræ teſſeram exarabat humaniſſimus Voſſius, idemque Eloquentiæ, Chronologiæ, & Linguæ Græcæ in Academia Lugduno-batava diſertiſſimus Anteceſſor, quibus adijcio ὅτι ἐν παρόδῳ, quod Meyerum relegens obſeruaui. Mendum in illo eſſe Lib. x. quo loci habet, Patruos Henrici VII. qui obiere in Woringana pugna, fuiſſe Valeranum, & Balduinum Epiſcopum Treuerenſem. Nam Balduinus Archiepiſcopus Treuerenſis, vt omnibus notum, etiam Meyero ipſi Lib. XI. Henrici VII. Cæſ. frater natu minimus, non patruus fuit. Et idem animaduertendum in alijs, qui Meyeri, vel aliorum veſtigia perſecuti, errorem ſimilem errauerunt.

Ac Dvobvs Privignis] Altiſſimum de Priuignis iſtis ſilentium apud alios Scriptores omnes, quos horum cauſſa viderim, excuſſerim, volutarim. Sed credendum Muſſato, qui, toties Orator ad Henricum VII. Cæſarem miſſus, potuit hæc, & alia de tota illius propinquitate à Curiæ Principibus haurire; & eidem habendæ gratiæ non vulgares, quòd explorata ſibi, & cognita tùm ſuis, tum poſteris voluerit impertiri. Cæterùm, ſi quæ patet hoc loco coniecturæ ſedes, cum apud omnes in confeſſo ſit, Priuignum eſſe filium mariti ex alia cõiuge, vel vxoris ex alio marito, & ob id Priuignum dictum, quaſi priùs genitum, quàm mater ſecundo nuberet, aucto re Feſto, non malè fortaſſè coniecerim Vates bonus, Priuignos iſtos, de quibus ſolus Muſſatus meminit, fuiſſe filios duos, quos N. Comitiſſa Barri Henrici filia, quã omiſſo nomine alteram Patri Henrici VII. Cæſ. vxorem Reuſnerus dedit, Henninges Margaretam, ſed Patris Henrici VII. matrem vocat, ex alio Viro ſuſceperat, antè quàm illi ſecundis nuptijs iungeretur. Nam ego Priuignos iſtos, non ad Henricum VII. Imperatorem; ſed ad eius Patrem Henricum Plundelum omninò refero: nec arbitror vxorem eius alteram, nomine Beatricem, prole virili auctam ex alio viro, antè quàm in illius thalamum ſe conferret, cum nuſquam legerim, eam priùs fuiſſe alteri iugali vinculo ſociatam, quod de N. Comitiſſa Barri fortè commodiùs liceat ſuſpicari. Sed hac de re viderint doctiores, ad quorum iudicia libens prouoco. Nobis enim iſthic ſufficit, aliquid hariolatos eſſe, donec lux aliunde maior affulgeat ad haſce tenebras diſpellendas. Ad Henricum ſanè Septimum Imp. qui congruè referri valeant priuigni iſti, quod adſtrui putabam poſſe ex verbis MS. Codicis Vicentini productis ſuprà pag. 27. ad Notam, *Qui patre, fratribuſque patris duobus &c.* nullus nunc, re meliorem ad trutinam reuocata, video, ſi quidem attentè ſpectentur Priuigni, ac Fratris propriæ notiones. Cum enim Priuignus, ſecũdum ſui propriam notionem, dicatur tantùm reſpectu Patris, & Matris §. *Affinitatis*, Inſt. *de Nuptijs*, in verbis illis. *Si adhuc priuignatua eſt, ideſt, ſi mater eius tibi nupta eſt:* Et L. IV. §. *Priuignus*, ff. *de Gradibus affinitatis*, cuius illa ſunt. *Priuignus eſt vxoris meæ filius ex alio viro natus, ego illi vitricus; & in contrarium, vxor mea liberis, quos ex alia vxore habeo, nouerca dicitur, liberi mei illi Priuigni:* Cum item Fratrum alij propriè dicantur Vtrinq; coniuncti, alij Cõſanguinei, alij Vterini: Vtrinquè coniuncti, qui ex eodem Patre, & eadem Matre nati ſunt, & ob id vtrinq; coniuncti dicti, hoc eſt, ex vtraq; Patris, & Matris parte: Conſanguinei, qui eundem tantùm Patrem habent, quaſi ex eodem ſanguine procreati: Vterini, quibus eadem è contrà Mater; ſed diuerſus Pater, & ob id vterini dicti, quòd ex eodem vtero ſint profecti, Authent. *de Conſang. & Vterinis fratribus*, in Rub. & in Tit. paſſim. §. *Si igitur* 2. Auth. *de Hered. ab inteſt. venientibus*: Cum demum, his ità ſe habentibus, ſciamus, Vxorem Henrici VII. Cęſaris Margaritam, antè quàm illius vxor eſſet, virum nullum alium experiam eſſe, ex quo gignere potuiſſet filios eius roboris, & ætatis, quà Woringano bello, in quo Priuigni iſti cęſi feruntur, intereſſe pręliando poſſent: nec ipſum maritum eius Henricum tales aliunde filios procreaſſe; nec vlla ratione gignere potuiſſe, cum is imberbis Margaritam adoleſcentem vxorem duxiſſe, & ex ea Ioannem primogenitum, Bohemiæ poſteà Regem, ſuſcepiſſe feratur à Noſtro in media proximè ſequentis, & prima ſeptimæ Rubricæ cera; nec illam duxerit, niſi quadriennio poſt confectum Woringanum bellum, hoc eſt, Anno CIↃ. CC. XCII. Haræo teſte ex Diuæo in Ioanne I. Brabantiæ Principe XXXI. ad annum illum, & Magni Chronici Belgici Collectore ad eundem annum; quin imò Virginem ex Adriani Barlandi fide in Chron. Brabantinorum Ducum, Cap. XLVIII. planiſſimè liquet, nec ad Henricum VII. Cæſarem referri poſſe propriè Priuignos iſtos; nec illis in verbis MS. Cod. Vicentini, appellatione *Fratrum*, venire congruè Priuignos Henrici Plundeli confectos in acie Woringana, quod aliàs putaramus.

Quid quod (vt validiùs eam meæ ſententiæ partem firmem, qua dixi, Henricum VII. Imperatorem, antè quàm Margaritam duceret, nullos bonos Woringanæ militiæ filios aliunde gignere potuiſſe) nondum adducor, vt Henningi credam aſſerenti in Genealogia Comitum Lucelburgenſium, Henricum VII. Auguſtum tres ſucceſſiuè habuiſſe vxores, quarum prima fuerit Catherina Alberti I. Imp. filia, quæ antè nuptias obierit; Secunda Hester Opolienſis Polonica; Tertia Margarita Ioannis I. Ducis Brabantiæ F. cum tertiam hanc imberbis, vt dicebam, duxiſſe dicatur: &, quod attinet ad Catherinã Alberti filiam, teſtatum aperte reliquerit Argentinenſis, eam, nõ niſi poſt Margaritæ mortem, Henrico VII. Cæſari fuiſſe deſponſam, & eidem ductam tunc temporis, quo ſe poſt Romanam inaugurationem receperat Piſas. Sic enim ille diſertiſſimè ad Annum CIↃ. CCC. XII. *Ducebatur etiam Domina Catharina, ſoror Ducum Auſtriæ, quondam Alberti Rom. Regis filia, Imperatori nuptura.* Nuptura omnino, quòd ſequuta morte Cæſaris, cui ducebatur ad Nuptiarum ſacra, ea nequiuerit celebrare, vt ad Argentinenſis ductum, & Hiſtoriæ fidem Meyerus ſcribit anno CIↃ. CCC. VIII. *Defuncta Margarita Auguſta, Henricus fidem nuptiarum dedit Catherinæ filiæ Alberti Ducis Auſtriæ, cognomento Claudi, quæ Friderici electi Romanorũ Regis germana erat; ſed defuncto paulo poſt Henrico, nupſit illa Carolo Duci Calabriæ, ſepulta poſtea Neapoli.* Quæ quidem Henningis ſententiam validè debilitant, & infringunt.

Ad Nepotes, ſiuè Henrici VII. Cæſaris, ſiuè Patris eius, pro quibus ſumi non incommodè poſſe Priuigni nomen apparet ex L. *Adoptiuus* XIV. §. vltimo *Videamus* ff. *de Rit. Nupt.* in verbis illis, *Quidam priuignam vxoris ex alio marito filiam intelligunt; ſed certe, quoad hanc cauſam, Priuigna non ſolum ea intelligitur, quæ vxoris Filia eſt; ſed & Nepris, et Proneptis, vt nullam earum ducere poſſim*, me non extendo, ne rei obſcuriſſimę maiores, pluta ſomniando, tenebras circumfundam. Ea ſanè res mouiſſe videtur Eruditiſſimum, & amiciſſimum Gerardvm Ioannem Voſſivm, vt de Priuignis iſtis ſentiret illa, quæ habes Notę ſuperiori proximę conſignata.

Erant hæc ſub prælo, cum ab Illuſtriſſimo Domino, Dominico Molino, vero, legitimoq; Muſatum, & Gratiarum fœtu, hæc ad me tranſmittitur Nota, quam ipſe recens acceperat à Viro Cl. Bruxellenſi. *Ad quæſitum, qui fuerint Priuigni Henrici, quos amiſit in bello, quod inter ipſos, et Comites Brabantiæ gerebatur, videtur, quòd Priuigni Henrici, Comitis Luxemburgenſis, fuerint liberi Beatricis eius vxoris, quos ea habuerat ex priore marito Florentio, Comite Hollandiæ ac Zelandiæ. Liberi ij fuerunt, Gulielmus, Theodoricus, et Florentius, cum tribus aliis fratribus,*

ac ejusdem Professoris de Sacramentis Ecclesiæ Tractatus Theologici, Tomis quatuor comprehensi. Tomus I. De Sacramento Baptismi. Tomus II. De Sacramento Confirmationis. Tomus III. De Sacramento Eucharistiæ. Tomus IV. De Sacramento Pœnitentiæ, Extremæ Unctionis, Ordinis & Matrimonii. Omnium Editionis ultimæ. Parisiis, Apud Joannem Du Puis, via Jacobæa, sub signo Rosæ Virentis. 1680. 12. 3 Bände.

Lexikon der katholischen Dogmatik. Herausgegeben von Dr. Johann Heinrich Clemens Pfeiffer, Professor der Theologie an der Universität Freiburg im Breisgau. Freiburg im Breisgau, Herdersche Verlagshandlung, 1908. 8. Spalte 1–1024

rnum pondus polliceretur, perſpicuo penitus, & illuſtri. Cum enim voces in *Vs*, deſinentes ità quandoq; deſcribi ſolerent, *u*', in procliui fuit Librariolis imperitis notam illam ■ per, *m*, literam explicare, quod elementum illud plerumq; huiuſcemodi nota, & olim, & etiámnum hodiè ſoleat in primis à feſtinantibus Scriptoribus indicari. Sed religio mihi ſemper fuit à MStis Codd. vel latum vnguem deflectere, niſi res, & ratio aliter ſuaderent. Quare nihil hic tandem mutandum cenſui, &, *ſe ære redempturum*, hoc loco perinde accipiendum duxi, ac *ſe redempturum*, tantùm. Libuit verò Muſſato, τὸ *ære*, quod ſalua ſententia relinquere potuiſſet, aſſumere, reſpectu forte an habito ad Emancipationis ritum, qui per Aes, & Libram peragi conſueuerat, vt oſtenderet, Patrem Henrici VII. Cęſaris ab hoſtibus captum, magnum promiſſiſſe põdus *ſe redempturum ære*, hoc eſt, *in libertatem vindicaturum, ad eum morem, quo per æs, & libram fiebat emancipatio, qua Liberi, de poteſtate patria exeuntes, ſui iuris, & verè liberi efficiebantur*. Porrò per *Aes, & Libram* (ſic enim loquebantur, non per *Aſſem*, vt perperàm inoleuit Suetonij Cap. LXIV.) peractam fuiſſe Liberorum emancipationem, nihil eſt, quod dubitemus, cum id apertè prodiderint, Caius Iuriſconſultorum Primas Inſtitutionum Lib. I. Tit. VI. *Quibus modis filij exeant de poteſtate Patris*. Pomp. Lib. V. Briſſonius Lib. I. Select. Cap. VII. Cautiuncula, & alij complures ex Iureconſultorum albo. Fiebat illa ſiquidem ad eundem morem, quo res aliæ, quæ mancipi erant, alienari ſolebant, autore Feſto Lib. V. in *Emancipari*; nimirùm per imaginariæ venditionis ſolemnitatem, interueniente *Aere, & Libra*, qua de Venditione, & eiuſdem ritu ſcripſere VIpianus Tit. XIX. Budęus in L. ſecunda .ff. de Origine iuris, & in Annot. in Pandectas. Paulus Lib. II. Sentent. Tit. XVII. Iuſtinianus in Tit. X. Lib. II. qui eſt *de Teſtamentis ordinandis* initiò. Sigonius Lib. I. de Iure antiquo Ciuium Rom. Cap. XI. Hotomanus in Iuris Ciuilis Partitionibus Tit. XII. & ad Leges XII. Tabb. Cap. XI. Briſſonius in ſuprà laudato loco, & inter cæteros Caius in Inſtitutionibus, cuius iſta mihi ſunt omnium inſtar, vt à Seuerino Boetio referũtur Lib. III. in Topica Ciceronis ex emendatione Gueuaræ in Commentarijs in eadem Topica Principis Oratorum. *Mancipatio imaginaria quædam venditio, quod ipſum Ius Romanorum eſt Ciuium, eaq; res ità agitur. Adhibitis non minus quinq; teſtibus Ciuium Romanorũ puberibus, & præterea alio eiuſdem conditionis, qui libram æneam teneat. qui appellatur Libripens. Is, qui mancipium accipit; æs tenens ità dicit. Hunc ego hominem ex iure Quiritum meum eſſe aio, isq; mihi emptus eſt hoc ære, æneaq; libra. Deinde ære percutit libram, idq; æs dat ei, à quo mancipium accipit, quaſi pretij loco*. Et hæc quidem Caius de Mancipatione, ſecundum quam res, quæ mancipi erant, tranſibant in alienam manum. Cæterùm ea, quibus pari planè ſolemnitate peractam Liberorum emancipationem idem Iureconſultus aſſeruit, ità ſe habent. *Emancipatio, hoc eſt manu traditio, quædam ſimilitudo venditionis eſt: quia & in emancipationibus, præter illum, hoc eſt certum patrem, alius pater adhibetur, qui fiduciarius nominatur. Ergò iſte naturalis pater filium ſuum fiduciario patri mancipat, hoc eſt manu tradit: à quo fiduciario patre naturalis pater vnum, aut duos numos, quaſi in ſimilitudinem pretij accipit, & iterum eum acceptis numis fiduciario patri tradit. Hoc ſecundo, & tertio fit, cum fiduciario patri emancipat ac tradit. & ſic de patris poteſtate exit. Quæ tamen emancipatio ſolebat antè Præſidem fieri, modo antè Curiam faciunda eſt, vbi quinque teſtes Ciues Rom. in præſenti erunt, & pro illo, qui Libripens appellatur, id eſt, ſtateram tenens, & qui antęſtatus appellatur; alij duo, vt ſeptem teſtium numerus impleatur*. Quæ Theophilus in Inſtit. Tit. *Quibus modis ius patria poteſtatis ſolvatur*, ad rem noſtram accommodatiùs extulit in hunc modum, mentione ſcilicet clariùs facta libertatis, quæ per emancipationem liberis parabatur. *Emancipatio olim in hunc modum fiebat. Quinq; aderant teſtes, & Libripens ſtateram, & numum æreum tenens, & medius aliquis: deinde medius ille his præſentibus filium de Patre emebat, dabatq; quaſi in ſimilitudinem pretij, vnum illum numũ, & ità filius in poteſtatem medij illius tranſibat; ſed is tacita quadam ratione in patris poteſtatem recurrebat. Iam ſecundum igitur Pater eum vendebat, idque eundem in modum, & emptor eum rurſus vindicta manumittebat, atque iterum, tamen tacito iure, in Patris poteſtatem recurrebat. Tertium ergò vendebat, & ità ſoluebatur patria poteſtas. vindictaquè manumittebatur, & ità ſui iuris fiebat. Ideò autem filius vendebatur, vt in ſeruitutem redigi videretur, & ità cõmodè ei* LIBERTAS *daretur: nam liber manumitti non poterat; Filia tamen, & Nepos, Neptiſue, & reliqui perſonæ per vnam mancipationem, & vnam manumiſſionem ſui iuris fiebant. Sed hoc quidẽ olim, &c.* Et ſecundum hũc Emancipationis morem videntur etiam proceſſiſſe ſolemnia Adoptionis, de quibus A. Gellius Lib. V. Ca. XIX. Clemens Alexandrinus Strom. Quinto. VIpianus vbi de Teſtamento per æs, & libram. Iuſtinianus in Inſtitutionibus Tit. X. Lib. II. de Teſtamentis Ordin. initio. Quintilianus Declamatione CCCVII. vbi de Teſtamento loquens, *Non dixeram* (inquit) *teſtamentum, cui Libripens deeſt, & familiæ emptor, & cętera iuri neceſſaria*. Plutarchus de Sera Numinis animaduerſione. Lipſius ad Lib. I. Ann. Taciti; Iuriſconſulti, Philologiq; Scriptores ad vnum omnes, ſicubi de Adoptionibus, aut Manumiſſionibus egere. Vnde autem Libræ in emancipationibus adhibendę conſuetudo introducta fuerit, Sigonius, & Briſſonius in ſuprà commonſtratis locis ex Plinij Nat. Hiſtoria tradiderunt. At quia noſtra hæc tantùm coniecturæ ſunt, ea nos illorum arbitrio permittimus non inuiti,

——— *quibus arte benigna,*
Et meliore luto finxit præcordia Titan,

quorum quidem iudicia non odimus; ſed expetimus, & amamus. Non interim mihi diſplicet Cl. & Eruditiſſimi NICOLAI VILLANI Piſtorienſis emendatio, quam attulit ad hunc locum, copula tantùm adiecta: *Dum ſe ære redempturum, magnumque pondus polliceretur*. Sed erunt fortaſſis, quibus & nugæ noſtræ aliquid videbuntur. Vnicuiquè certè facilè concedimus, vt illud probet, quod ipſe in primis probabile iudicarit, modo nouerit. *Aes*, hoc loco pro *Aſſe* poſitum, vt in allata Emancipationis formula, *per Aes, & Libram*, quod firmant Varronis illa Lib. VIII. *Pro aſſibus nonnunquam æs dicebant antiqui, à quo dicimus aſſem tenentes. Hoc ab ære, aneaque libra*. Libret hæc amicus Lector, antèquam de noſtris iudicium ferat, & æqui bonique conſulat, quod dare noſtra imbecillitas poteſt.

FLVENTEM] Vicetinus Codex, *Fluentum*. Nempè quia *Fluens* ſubſtantiuè vox rara in vaſto gurgite Literariæ Rei, crebrior *Fluentum*. Sed *Fluens* etiam in vſu, ſicut & *Profluens* (& quidem vſitatiùs) ſubſtantiuè. Solinus Cap. XXX. ex lectione Matthiæ Martinij in Lexico Philologico. *Inde per Caſpium ad Cyri amnis penetrare fluentem*. Nam Oliuarius *Fluentum* legit: ſed Oliuarij lectionem iure Martinius non agnoſcit. Solinus enim in raris vocibus Apulcium, vt plurimùm, imitatur. Hic autem in Libro de Deo Socratis, vbi de homine infeliciter diuite verba facit, *Fluentem*, non *Fluentum* effert, eamq; vocem Geuerhartus Elmenhorſtius auctori ſuo ex MStis, & Vett. Codd. redonauit. Hinc ille doctiſſimi Viri calamo caſtigatus. *Omnia affluentia, omnia opulenta, omnia ornata, præter ipſum dominum; qui ſolus, Tantali vice, in ſuis diuitijs inops, egens, pauper, non quidem fluentem illum fugitiuum captat, & fallacis undę ſitim; ſed verę beatitudinis, id eſt, ſecun-*

de

de vita, & prudentia fortunatissimę ęsurie, & sitis.

Intelligit porrò Noster hoc nomine, ni fallor, MOSAM, fluuium insignem Galliæ Belgicæ, quo de Plinius Lib. IV. Capp. XIV. & XV. Tacitus II. & XX. Cæsar de Bello Gallico, & alij. Manat ille scilicet ex Vogeso monte, non procul à Lingonum finibus, & per Eburonum, Menapiorum, ac Sicambrorum agrum labens, tandem in finibus Batauorum, accepto Rheno, in Oceanum se exonerat: eumq; propter bellum illud gestum, in quo Pater Henrici VII. Cæs. cum Fratribus cęsus occubuit. Vnde Diuæus de Ioanne I. Brabantiæ Duce XXXI. victore loquens, ait, eum post hanc victoriam, capta, & euersa Woringa, redijsse domum, *magna Brabantice virtutis opinione in Trans-mosanis relicta*. Meminit & fluminis, ad quod sua castra locauerat Ioannes I. Brabantiæ Dux, Ioannes Hocsemius in Woringani belli descriptione, quam ad posteros transmisit in Ioanne Guidone Episcopo Leodiensi LXXI. Cap. XVI. his verbis. *Dux autem* (Brabantiæ Ioannes I.) *Castrum de Waroue, vbi inimici fuerant congregati, & flumen adiacens cum suo se concluſit exercitu, vt, cum fugere non possent, de necessitate bellarent*. Nec auserim, quin ad Mosam respexerit Hocsemius, dubitare.

Quod si quis, spectata vocis huius, *Fluentis*, propria notione, quà paruum fluuium sonare videtur, sicut & *Fluentum* apud Poetarum Maximum Lib. IV. Aeneid. vbi loci Xantho tribuitur, paruo re vera fluuio, magisq; delectationi, & aquationi accommodato, quàm nauigationi; cùm ait;

Qualis vbi hybernam Lyciam, Xanthiquè fluenta
Deserit, & Delon maternam inuisit Apollo,

cadere nequaquàm posse censuerit in fluuium Mosam rapidum, & ingentem; sed eo paruum quempiã fluuiolum, seù riuulum cædis loco proximum designari, non ego illi refragari vehementer auserim, cum præsertim inde se se proditura sint apertiùs, *Ludibrium*, & *Contemptus*, quibus in sequenti Nota, Patris Henrici VII. Cæsaris exangue corpus ab hostibus habitum ostensuri sumus.

Norit interim, & obseruet ex hoc loco Lector, hostes ab hostibus, & eos maximè, qui in acie cecidisset, sic acceptos olim, vt illorũ corpora in flumina, vel pelagus iacerentur, quod alij quoquè Scriptorum docent, Attius antè omnes in Epinausimache apud Nonium ex castigatione Viri doctissimi PETRI SCRIVERII in Collectaneis veterum Tragicorum, nam alij aliter, & aliter legunt.

Sanguine vndam salso sanctam obtexui Scamandriam,
Atque aceruos alta in amni corpore expleui hostico.

Musarumq; Lat. decus, & incrementum Maro Lib. X. Aen. de Tarquito, ore Aeneæ.

Isthic nunc metuende iace, non te optima mater
Condet humi, patriouè onerabit membra sepulcro.
Alitibus linquere feris, aut gurgite mersum
Vnda fieret, piscesque impasti vulnera lambent.

Quæ ducta sunt ex illis Homerici fontis Iliad. XXI.

——— *ἀλλ' οὐ μήτηρ*
Ἐν θαλάμῃ λεχέεσσι γενήσεται, ἀλλὰ Σκάμανδρος
Δέξεται δινήεις εἶσω ἁλὸς ἰφθίμοιο:
——— *neque te mater*
Imponens lectis deflebit, sed Scamander
Feret vorticosus in maris latum sinum.

Nec aliundè manarunt illa, quæ legimus Lib. III. Epigrammatographiæ Græcę de Alexanto.

Οὐ γάρ σε μήτηρ ἐπέστυβλα κωκύσασα,
Οἶδεν Ἀλεξάρτη σὸν μόρον εἰναλίου:
Neque vero te mater ad sepulcrum deplorans
Nouit Alexante tuam mortem marinam.

Talem etiam siuè contumeliam, siuè iniuriam passus Xantippus Lacedæmonius, vir alioqui manu strenuus, rerumquè gestarum magnitudine inclytus, quem ab Athenienſibus in mare præcipitem actum scribit Herodotus Lib. V. dùm illum officij specie domum reuehere se velle fingerent, per fraudem & perfidiam summam. De Constantino Capronymo Imperatore scriptis prodidit Ioannes Zonaras Lib. III. eò proteruiæ vastum, atq; in scelera præcipitem illius animum descendisse, vt viduam Bacchangij viri patricij, & præclara stirpe editi, vxorem, coegerit tymbum mariti, rabidæ hyenæ instar, inuadere, atq; eruta inde ossa proprijs manibus in proximum pelagus effundere. Cuius ego atrocitatem sceleris in Capronymo non admiror, cum recordor, illum non hominum solum; sed & Sanctorum hostem, quorum intercessionem, ac patrocinium ficulneum præsidium appellabat, illorum cinerem, ac reliquias aquis perdere studuisse: cuius impietatis simillimam speciem vidit etiam Gallia, cum Lugduni Canibus primùm exposita fuere Martyrũ corpora; ossa mox eorundem vsquè ad extremam consumptionem ignibus concremata; cineres demum cum fauillis in fluuium Rhodanum sparsi, ne quid ad eorum qualemcumq; memoriam superesset, eius nobis immanissimæ tragœdiæ narratore Eusebio Lib. V. Ecclesiasticæ historiæ, Capite III. Sic in hostes suos aliàs alij debacchati, quibus plena est omnis antiquitas exemplorum, vt iram in illos suam explerent hac omnium acerrima contumelia, qua de prętet laudatos Scriptores mentio apud Apollonium Libro I. Claudianum IV. Consul. Hon.

Largius Arctoos pauere cadauera pisces.

Horatium Od. X. Epod.

Opima, quòd si preda curuo littore
Porrecta mergos inuerit.

Ouidium, Eleg. II. Lib. I. Trist.

Et non aquoreis piscibus esse cibum.

Senecam in Agamemnone.

Nil nobile ausos pontus, & vndę ferent?
Ignaua fortes facta consumem viros?
Pudenda mors est.

Anthologiam Lib. III. Epigrammatibus de Timocleo, & Erasippo. Nonnum Lib. XXXII. Hometum Iliad. X X I. quo loci contumeliam istam dat Lycaoni. Et Vegetium Lib. IV. Cap. XLIV. cuius verbis Notam hanc claudo. *Alij ferro interimuntur, alij ardere coguntur in fluctibus; inter tanta tamen mortium genera, qua acerrimus casus est, absumenda piscibus insepulta sunt corpora*. Et si causas eius rei quæris, adi Pontanum in Elegiam II. Ouidij Lib. I. Tristium ad illa, *Genus est miserabile lethi*.

IACTO] Nemo non videt id verbi redolere hoc loco Iniuriam, Contumeliam, Impietatẽ summam. Ius enim omne violat, qui terram redeuntibus in terram negat; humanis curis ereptos insigni contumelia mactat, qui Manes eorum tumuli sibi debiti, quemq; idcircò, *Manium edificium*, Imperatores; *Portum corporis*, Ennius appellabat, quiete priuat; feris tandem ipsis omni immanitate barbaris habetur immanior, qui vitali iam luce cassa corpuscula abiecta iacere mauult, quàm patenti cunctis Parentis communis gremio commendare.

Ius omne violat, qui terram redeuntibus in terram negat, quòd terram terræ reddere, non modo Ius nõ scriptum, quod ipsa Naturæ lex est, omnium nostrum animis insita, Iussiè scriptum iubeat; Sed Deum ipsum auctorem habere credatur religio sepulturæ, cum is, vel ab ipsis incunabulis rerum (vt Oracula diuina testantur) Caimo, non tàm impiissimam fraternę cędis impietatem, quàm insepultam mortem (vt Seneca loquitur Lib. I. de Tranquillitate animi Cap. XIV.) obiecisse videatur non molli verborum sono. Nullum ob id officium homo homini prętare iustius potest, nullum hominis conditori Deo sacrificium gratius exhibere. Præclarè, planèq; diuinè nitidissimum lacteę facundiæ flumen Lactantius Lib. VI. Cap. XII. *Non patiamur*, inquit, *figuram, & figmentum Dei feris, ac volucribus in prędam iacere; sed reddamus terræ, vnde ortum est. In quo verò magis Iustitiæ consistit ratio, quàm in eo, vt, quod*

quod præſtamus noſtris per affectum, præſtemus alienis per humanitatem, quæ eſt multò certior, iuſtiorq; cum iam non homini præſtatur, qui nihil ſentit; ſed Deo ſolo, cui chariſſimum ſacrificium eſt opus iuſtum. Hinc iurè ſacris in Tabulis vetuſti fœderis laudi perpetuò data ſepulturæ cura, ab eoq; ſtudio præ cæteris commendati, Abrahamus Patriarcharum Princeps, & Pater, à quo dilectæ Coniugi iam vita functæ, ſollicitudine mira, ſepulcri delecta ſedes, quadraginta ſiclis pro agro ei rei idoneo numeratis: Filij ipſius duo, Iſaac, & Iſmael, à quibus pari affectu eodem in agro Pater cum Vxore ritè compoſitus, & humatus: Nepos eiuſdem Iacob, qui Rachelem ſuam in Bethleem collocauit: Tobias, qui, nuntiatis corporis inſepulti reliquijs in platea iacere, conuiuium deſerebat ſtatim, ratus impium domi ſuæ cibum ſumere, cum foris eſca feris, & volucribus defuncti corpus exanime pateret: Galaadite, quibus miſericordiam in Saulis, & filij eius Ionathę oſſibus tumulandis, nuntijs ad illos tranſmiſſis, gratulatus eſt Dauid: Propheta demum ille, qui cum Viri Dei corpus, (quod in Patrum ſuorum ſepulcrum inferri noluerat Deus, quia ſibi dicto audiens non fuiſſet) interfectum à Leone, ac proiectum reperiſſet in via, iumento ſimul cum illa immani fera (vt eſt à D. Auguſtino traditum in Libro de Cura pro mortuis gerenda ad Paulinum Cap. VII.) intrepida præſentia ad ſui Domini funus aſtante, in ciuitatem perlatum planxit, ſuoq; tumulo conſignauit.

Habent & in Sacris noui documenti paginis ſuam laudem, eamq; non vulgarem Mariæ Magdalenæ proma, prouidaq; ſedulitas, quòd vnctionem inſtituerit ad Seruatoris humani Generis ſepulturam: nec non & Arimathęus Ioſeph, eiuſdemq; facti ſocius Nicodemus, quòd ambo Seruatoris eiuſdem corpus, largiter priùs liberaliterq; perunctum, tradiderint ſepulturæ. Nec abijt ijſdem in Tabulis illaudata Diſcipulorum D. Io: Baptiſtæ pietas, quòd Magiſtrum ſuum, Herodis imperio in Herodiadis gratiam capite mutilatum, mandarint humo: nec obſcuro preſſa ſilentio fuit illorum cura, qui D. Protomartyris Stephani, populi Hieroſolymitani, atq; adeò Scribarum Phariſęorumq; furore lapidibus oppreſſi, corpus diligentiſſimè curauerunt. Inibant illi ſcilicet hoc facto nõ modo gratiam à Defunctis, quos tribus rebus gaudere maximè dixit Ouidius Lib. III. Triſt. Eleg. III. Si ſciant ſe efferendos cum pompa: operiendos humo: deflendos à neceſſarijs; ſed Superis etiam ipſis, atq; adeò Deo Opt. Max. gratificabantur, quòd terram reddentes terræ, eius ſuffragari ſententiæ viderentur, quàm olim protulit, dùm hominem conderet: *Terra es, et in terram ibis*: vt acutè Commentario IV. in Sententiarum Libros Diſt. XLV. Quæſt. II. Art. III. vidit, & docuit Dominicus Soto. Idcircò Generis noſtri Vindex (cuius exemplum, vti & doctrina, omnium eſt abſoluti ſſimum) inſtitutum hoc ità probaſſe viſus eſt, vt illud etiam ſit amplexus, cum nempè ipſemet voluit in terræ tumulo collocari, & hoc qui præſtat, rem illi adeò gratam, quàm qui gratiſſimam præſtat. Prudentius Hymno de Exequijs clarè.

Qui iacta cadauera paſſim
Miſerans tegit aggere terra,
Opus exhibet ille benignum
Chriſto pius omnipotenti.

Atqui non ſolo diuino Iure commendata Mortalium ſepultura; ſed etiam arcano quodam Naturæ ductu iuſta ſemper eſt habita, Iureq; probata non ſcripto; ſed ſcriptis omnibus certiore. Rectè Seneca Lib. II. Controuerſiarum. *Affectus noſtri in noſtra poteſtate non ſunt: quædam enim iura non ſcripta; ſed omnibus ſcriptis certiora ſunt. Quamuis filius familiæ ſim, licet mihi et ſtipem porrigere mendico, et humum cadaueri.* Rectè inquam, magnus ille Sophos. Nam cadauer hominis eiectum ſepeliendi affectus naturalis eſt: & non quidem omnibus animantibus; ſed homini ſic à Natura inſitus, vt, quoniam iura Naturæ corrumpere ciuilis ratio non poteſt, ideò nec iure quidem patriæ poteſtatis, aut alio iure ciuili fieri poſſit, vt non liceat, aut potiùs, vt non cuiuis neceſſe ſit, ex illo humanitatis communi iure, atquè officio, quo de mox dicam, terram homini mortuo, etiam ignoto ſepeliendi cauſſa inijcere. Spectant huc ſine dubio Quintiliani verba, *Aegro redempto*. Decl. V. *Hinc & ille venit affectus, quòd ignotis cadaueribus humum congerimus, & inſepultum quodlibet corpus nulla feſtinatio tam rapida tranſcurrit, vt non quantulocumq; veneremur aggeſtu.* Spectant & illa Andromachæ apud Sophoclem, quibus Creonti Regi, de ſepulto ab ipſa contrà eius præſcriptum Polynicis cadauere conquerenti, ſic reſpondet, vt cadauerum ſepulturam è Iure non ſcripto eſſe doceat: quod & oris aurei Dion apertè ſentit in Oratione *περὶ ἕξεως*, humanitatem illam, quam in ſepeliendis etiam hoſtium corporibus exhibemus, Iuri non ſcripto tribuens, quod ἕθος, *conſuetudinem* ipſe nominat, & apud infenſiſſimos etiam hoſtes obſeruari tradit.

Quis hic igitur ampliùs hæreat, quis vacillet? Si quis tamen adhuc hac in naui eſt, ſe ſe is conſulat, interroget, audiat, & ſtatim ad eam ſe ſe humanitatem vocari, Natura ipſa Duce, ſentiet, nec inuitum. Quemadmodum enim ità Natura comparatum eſt, vt corporis noſtri labes, & deformitatem patere nolimus hominum conſpectui: ſic ab eadem Magiſtra monemur, muneris noſtri partes eſſe, defunctorum cadauera, quæ Mors horribili pallore depinxit, inſueta ſpecie veſtiuit, fœtore vix ac ne vix quidem ferendo ſepſit, terra condere, & aliorum oculis, naribuſq; ſubducere ſepultura. Audi Comicum Moſchionem Græcum, ſed Latino differentem ore ſolius ad Naturæ ductum.

Sinite iam terra mortuos operiri,
Et vnumquodq; vnde in corpus venit,
Illuc redire: ſpiritum quidem ad æthera;
Corpus verò in terram. Non enim poſſidemus
Illud proprium; ſed quamdiu hanc vitam incolimus,
Deinde reſtituendum eſt huic parenti.

Adde his, adeò Naturæ conſentaneum eſſe corpora defunctorum terra dilecta, veluti parentis almæ ſinu, iam defectis viribus ac reciſo vitæ filo, excipi, vt etiam apud Gentes quaslibet feras, ac ferreas, quod Dion Chryſoſtomus ſentiebat, mos hic inoleuerit, nullo alio monitore, quàm vno illo naturali, quo deloquebamur, affectu, cuius inſtinctu fit, vt quemadmodum nemo carnem odit ſuam; imò dolorem ingentem capit, ſi poſt obitum grauius ſuo corpuſculo quippiam accidere poſſe ſuſpicetur: ità non ſuis tantùm; ſed & aliorum corporibus, vel poſt mortem, conſultum ob humanitatem velit, ne ſub dio iaceant iniurias inclementis cæli, aut ferarum immanium impetus exceptura.

Volens ob id ego, lubenſq; ſubſcribo Lactantio in ſuprà laudato libro, impiam eorum ſapientiam appellanti, qui ſupervacaneam iudicant ſepulturam, nihilq; mali eſſe dicunt hominem exhumatum, abiectumq; iacere: nec inanes ſed pluſquàm immanes cenſeo illorum voces, quibus ſemper in ore natat illud Lucani, *Cælo tegitur, qui non habet vrnam*: Et illud, *Parui refert, humine, an in ſublimi putreſcam*, quod reſpondiſſe fertur Theodorus, Philoſophus vel hoc ipſo ignobilis, cùm ei crucem Lyſimachus minitaretur: Item illud, *Facilis iactura ſepulchri* ex ore Anchiſæ apud Summum Vatem: Poſtremò & illud, *Sepelit Natura relictos*, quod Mecœnas olim delitiarum fluctibus obrutus aſſerebat: quin imò cùm Ioachimo Rege, Aſini ſepultura dignandos iſtos iudico, vnàq; Diogenem iubentem ſe inhumatum proijci cum Cynicis omnibus, qui corporum humanorum nullam prorsùs habendam rationem ſtultis

Regis Catholici Senatus, & Consilium Status, ord. A. 1600. & 1601. Ordinarius Regis Catholici Ter-
genarius Regis Catholici Consiliarius, & Secretarius Regis Catholici Secretarius Regis Catholici Ter-

rum sepulcra latas : taceo Solonis factum, qui probaturus Salamina optimo iure suis à Ciuibus occupatam, id non aliũde, quàm ex positura cadauerum, effossis latè tumulis, indicauit : testimonia non laudo Petronij in Satyrico, vbi de Matrona Ephesina loquitur; non Phlegontis Tralliani περὶ θαυμασίων, ἢ ἀπίστων, *de Admirandis, & Longæus* : non aliorum Scriptorum inferioris ævi, qui humationis Græcanicę meminere. Nam, vt hæc omnia deessent, satis id omnium instar testaretur abundè commune sepulchrum Athenis paratum ijs, qui bello cecidissent, morteque sua libertatem patriæ peperissent, quod in Vrbe fuisse Thucydides docet, cum aliud, tumulandis ijsdem, in Ceramico Suidas, & alij extrà Vrbem locent.

Festinat hinc animus, & calamus ad Romanos. Nam hi cùm alia multa, tùm ritum istum humandi ex Atheniẽsium institutis, & moribus hausere, eoq; non procul à fontis ara, Rex eorum Numa cõditus, & eodem Cornelia Gens vsquè ad memoriam Ciceronis vsa. Vide Ciceronem ipsum II. de Leg. & Plutarchum in Numa. Adi quoq; si lubet, vel potiùs audi Iuuenalem canentem ex Romano more Sat. XV.

Naturæ imperio gemimus, cum funus adulta
Virginis occurrit, vel terra claditur infans.

Consultus ob id Cæsar (Taciti verba sunt) *an sepeliri sineret, non erubuit permittere*. Et apud eundem Historicum alibi legimus, Britannicum in Cãpo Martio sepultum, & Poppææ cadauer illatũ tumulo Iuliorum ex patrio ritu. Exempla plura non congero. Nam ex interdicto Legis XII. Tabb. *de non sepeliendis in Vrbe mortuis*, ritus is adeò clarè se prodit inter Romanos mores, vt facem nullam aliam desideret quò cerni dilucidiùs possit. Quorsũ igitur, inquies, Tacitus Lib. XV I. Annal. *Corpus*, ait, *est igni abolitum, vt Romanus mos*: & Laertius in Pyrrhone: *Aegyptij quoq; condientes sepeliunt corpora; Romani verò incendentes?* Morem Scriptores isti Romanorum alterũ respexere, quo solita quandoq; cremari apud eosdem corpora defunctorum: atqui humationem crematio non tollebat. Ossa nimirùm aliquot legebantur è rogo, quæ mox vrnis illata mandabantur humo, vt est nuper à Suauissimo, & Eruditissimo Hieronymo Bronzerio meo diligenter admodùm tùm ex Græcis, tùm ex Latinis Scriptoribus ob seruatum in Hypernephelo II. alteris iam ab illo curis aucto, recognito, & excuso Martinianis typis.

Prętereo Gentium aliarum censum, quarum consensu firmare validiùs possem humandorum cadauerum curam mortalium propemodùm omnium animis insedisse. Siquidem enim Cynicos illos excipias, quorum insaniam perstrinximus suprà; Lotophagos item, qui defunctos suos in mare abijciunt; Hircanos, qui suorum corpora Canibus, quos idcirco sepulcrales vocabant, solebant exponere Tullio teste Tusc. I. Albanos, qui sepulcrorum curam criminis habebant loco; Scythas, qui honoris caussa mortuos inter epulas absumebant; Persarum nescio quos, quibus Agathias Lib. II. Hist. honestissimum ait genus sepulturę visum canum guttura, & rapacium feranum: imò illum impurum, atq; impium moribus existimatum, ad cuius statim cadauer non accurrissent ferę, volucres non aduolassent; & alios paucos feris, quàm hominibus propiores, nulla alia Gens extitisse videtur, quæ non probatum passim terra condendorum cadauerum morem acceptum à Maioribus religiosissimè sit amplexa.

Iustissimum itaq; sit oportet officium terram reddendi terræ, cum id omne Ius æquè iubeat, vt ostensum, & ob id iurè, ac meritò Latinorum Patres Parentalia, Sacrificia, & omnem funerandi solemnitatem, *Iusta*, voluerint appellari. Deus sanè quondam habitus Philosophorum Plato de Iustitię generibus loquens, quod ad defunctos attinet, non omisit; quin Dialogo V. de Rep. Virorum, qui prępipua probitate pollere fuerint iudicati, cadauera condi, & honorari precepit. Ad hæc Aristoteles, magnum alterum Philosophorum lumen, Libro de Virtutibus (si modo hic illius est fœtus) postremam Iustitiæ speciẽ in defunctos agnoscit: & Problemate IX. Sect. XXX. defunctis opitulari magis iustum esse testatur, quàm hominibus viuis. Quorum vestigia probè persecutus Tullius in Topicis, Aequitatem, id est, Pietatem, tripartitam esse dixit, vnam ad Superos Deos, alteram ad Manes (quibus defunctorũ animæ comprehense) tertiam ad homines pertinentem, nihil vt æquitati congruere magis, magisq; decere hominem videatur. Enimuerò à Deo ità distinctam ab animalium cæterorum natura humanam, Hesiodus author est, vt animantia cętera, quòd iustitia careant, se se mutuo deuorent, & absumant; hæc verò, quòd prędita iustitia sit, se ipsã sepeliat, vt conseruet. Quamquã Aelianus Lib. VI. de Anim. Cap. I. scribat, Hesiodum ab humana cęterorum animalium naturam per hoc immeritò distinxisse, quòd animantibus alijs hac in parte desit, hominibus verò tantùm insit iustitiæ virtus. Sepeliunt enim se se inuicem etiam animãtes cętęrę, Formicę, Elephantes, Delphini, Apes (vt indicauimus suprà) & alię, quarum nos humanitas ergà defunctas latet.

Quamobrem, vt hinc ad alia, quæ ptoposui, gradum faciam, Defunctis iniuriam; quin & contumeliam ingentem infert, quisquis illos abijcit insepultos. Disertissimè Tertullianus Libro de Anima (Cap. I. *Tituli iniuria, cessatio est sepulturæ*. Inde est, quòd consultò illorum tantummodo cadauera proiecta lego, quos insigniter contemptos alij voluere, nempè Cæsorum in bello ob insultationem militarem; Tyrannorum domi, foriśq; ob odium; Damnatorum ob pœnam; Improborum ob indignitatẽ palmaris alicuius sceleris non ferendam, Perduellionum potissimùm, & Proditorum, quos tellus ipsa recipere reformidat.

Militarem hanc insultationem esse in hostes militiæ cęsos, obseruauit antè nos eruditissimus Cerdius ad illa X. Aeneid. *Istic nunc metuende tace*, ex illis Plutarchi Lib. de Deo Socr. Θεόκομπος δὲ παρεσὰς ἐκ δεξιῶν, καὶ τῷ ξίφει παταξας αὐτὸν, ἐνταῦθα, ἔφη, κεῖσο: *Theopompus a dextra adstans, & gladio ferient, istic, inquit, iace*. Sed quid tandem *iace?* idest esto insepultus, quod iam explicui Lib. IX. Hæc Cerdius de hac hostili insultatione impia militari.

Tyrannos fatùm idem passos ex Græcis indicat, Tyranorum omnium primus Alexander Pheræus à propria primum vxore Thebe sublatus, vt nuper laudatus Plutarchus narrat in Pelopida ad extremũ; mox ingenti cum contumelia proiectus à Pheræis, & conculcatus, digno facinoribus suis exitu, adinuento. Quæ contumelia etiam in ipsos Tyrannorum liberos fuit exercita, vt apparet facilè ex Strabone Lib. VI. apud quem Locri ossa filiarum Dionysij Tyranni non sinunt legi; imò κατεπόντωσαν: *dissiparunt in mare*, idq; contumeliæ loco. Verùm enim verò Romę quoq; Tyrannorum monstra obtruncata, & vnco per vrbem in Gemonias, Tyberimq; pertracta cùm ex suprà memorato Plutarcho, Valerio Maximo, & alijs veteris historiæ Scriptoribus obseruo, tùm ex Suetonio in Domitiano Cap. vltimo, quo tradit, *occiso Domitiano Senatum adeò lætatum, vt repleta Curia non temperaret; quin mortuum cõtumeliosissimo, atq; acerbissimo acclamationum genere laceraret, scalas etiam inferri, clypeosq;, & imagines eius coram distrahi, & ibidem solo affigi iuberet*. Apud Lampridium etiam in Commodo has habes acclamationes alias incommodas auditas post Commodum interfectum. *Carnifex vnco trahatur; Carnifex Senatus, more maiorum vnco trahatur: sæuor Domitiano, impurior Nerone: sic fecit, sic patiatur, &c. Rogamus, parricida cadauer vnco trahatur: Gladiatoris cadauer vnco trahatur: Gladiatoris cadauer in spoliario ponatur.*

Pagnino, Arias Montano, Vatablo, Cajetano, Sanctio, Clerico, Drusio, Grotio, Hammondo, Lightfoot, Schultens, Lowth, Rosenmüller, Gesenio, Noyes, Stuartio, Alexandro, Hengstenbergio, Hitzigio, Ewaldo, Knobelio, Delitzschio, Cowlesio, Barnesio, Henderson, Fairbairn, Wordsworth, Cheyne, Kay, Kirkpatrick, Driver, Skinner, Davidson, Whitehouse, Oettli, Duhm, Marti, Box, Gray, Peake, Buttenwieser, Kissane, Robinson, Eissfeldt, Weiser, Kennett, Bentzen, Kittel, Sellin, Pfeiffer, Bewer, Lindblom, Mowinckel, Haller, Hertzberg, Ridderbos, Fohrer, Kraus, Ringgren, Dahood, Jacob, Vriezen, Eichrodt, Zimmerli, Bright, Anderson, Weiser, Hyatt, Terrien, Muilenburg, Rowley, Ackroyd, Childs, Bentzen, Hertzberg

anguſtis adeò finibus circumſcriptam putet, vt ergà propinquos tantùm eam ſibi colendam exiſtimet. Nam eius Virtutis ſplendor longè tùm clariùs eluceſcit, cùm in mortuo vel hoſte, vel ignoto, probatur. Appoſitè Lactantius, cuius lacteam dicendi vim cum ipſo nutricis lacte deberet imbibere quiſquis ſibi militandum proponit in Eloquentiæ caſtris, Libro VI. Cap. XII. iam antè huius in Notæ limine laudato. *In quo verò magis Iuſtitiæ conſiſtit ratio, quàm in eo, vt, quod præſtamus noſtris per affectum, præſtemus alijs per humanitatem.* Nimirùm ex his Lactantij verbis nõ tàm liquet humanitatem in alijs à noſtris, quales ſunt hoſtes, vel ignoti, nobis exercendam eſſe; ſed in ijs maximè, vt per hoc Humanitas diferat ab Affectu, qui propinquos potiſſimùm ſpectat, ſicuti eadem ab Amore diſtinguitur apud Iuſtinum Lib. II. his verbis. *Eiuſq; mortem illachrymatum Alexandrum benignè proſecutum: idq; non amoris; ſed humanitatis cauſſa feciſſe.* Sed audiamus Auctores alios Lactantio ſuffragantes, neque enim illorum inopia laboramus. Valerius namque Maximus nec appoſitè, nec apertè minus Lib. V. Cap. I. vbi de Aemilij Pauli quæſito corpore, de Tib. Graccho, & M. Marcello Romanorũ Ducibus deuictis, & ſepultis ab hoſte Hannibale loquitur. *Ergò humanitatis* (ait) *dulcedo etiam in efferatas Barbarorum ingenia penetrat.* Et ſtatim. *Aliquanto ei plus gloriæ Paullus, & Gracchus, & Marcellus ſepulti, quam oppreſſi attulerunt: Siquidem illos Punica fides decepit, Romana manſuetudine honorauit.* Accedit Val. Maximo Seneca Lib. V. de Benef. Cap. XX. *Patrem alicuius in ſolitudine examinem inuent, corpus eius ſepelini, &c. præſtiti patri eius, quod ipſe præſtare voluiſſet, nec non & debuiſſet: hoc tamen ita beneficium eſt, ſi non miſericordiæ, & humanitati dedi, vt quodlibet cadauer abſconderem; ſed ſi corpus agnoui, ſi filio nunc hoc præſtare me cogitaui: At ſi terram ignoto mortuo inieci, nullum in hoc habeo huius officij debitorem in publicum humanus.* Senecę adſtipulatur eius æqualis Petronius Arbiter in Satyrico, vbi, *Vel ſi voluerit* (inquit) *miſericors ad idem littus expellere, aut præteriens aliquis tralatitia humanitate lapidabit: aut, quod vltimum eſt, iratis etiam fluctibus imprudens arena componet.* Et Quintilianus Declam. VI. *Corporis proiecti* cùm ait. *Cadauer ab incurſu auium, ferarumq; tantum miſerantium corona cuſtodit. Conuenerunt etiam alieni plorantes: totus in ſpectaculum populus effuſus eſt: & ignoto quoq; corpori publica humanitas, quaſi quoſdam fecit exequias.* Et paullò poſt. *Non ſepelies? Vide, quæſo, ne dum litigas, arenam fluctus aggeret, inijciat humum miſericors populus.* Et poſteà. *Nobis verò* (rerum ſcilicet Natura) *aduerſus examines genuit non ſolum miſerationem, qua cogitationi noſtræ ſubis; ſed etiam religionem.* *Inde ignoris quoque corporibus tranſeuntium viatorum collatitia ſepultura, inde iniecta ab alienis humus.* Nec abludit Ennodius Declam. X. *Communis eſt vniuerſis defunctorum reuerentia, & circa religionem ſunt vltima conditorum dignam poſſit humanitas vniuerſa culturam.*

Itaquè, quotquot ex hominum ingenti numero haberi voluerunt humani, humanitatem iſtam præcipuè coluerunt. Et primi quidem ab eius inſigni cultu omnium linguis, & literis celebrati Hebræorum Patres, quos lege cauiſſe accepimus ex Cælij Rhodigini Lib. XVII. Antiqq. Lect. Cap. XIX. vt ne hoſtem quidem relinquerent inſepultum: Apud Athenienſes etiam lex fuit Aeliano teſte Lib. V. Var. Hiſt. vt viator, ſi fortè in aliquod cadauer incideret, illud ſepeliret; & ab ijs Medos honore tumuli decoratos ſignatè Pauſanias in Atticis tradit. Ex Imperatoribus Græcis, cùm alios multos, tùm Philippum Macedonem Imperatorem, re vera Magnum, & Magni cognomento Principis Alexandri patrem, ab hac ipſa virtute egregiè commẽdatum lego, qui, vt nominis ſui memoriam ab ipſo interitu, & tumulo vindicaret, Athenienſes, quos ad Cheronęam cæperat, dimiſit, & peremptorum ſepulturam humaniſſimè curauit, oſſibus Antipatro commendatis ex Polybij fide. Dignum hic ſe tali Patre filium, & æquè magnum prodidit Alexander, quùm, ſuperato Dario, poſt ſepultos cum cura milites, quorũm corpora potuit inueniſſe, Perſarum nobiliſſimis honorem eundem habere voluit, mortemq; Darij lachrimis proſecutus, dempta ſibi clamyde, corpus illius contexit, ac regio ornatum cultu ad matrem Maiorum ſuorum tumulo inferendum miſit, eidemq; per miſit, vt patrio more, quæ vellet reliquorum in aciẽ cæſorum corpora, ſepeliret. Hæc iſtis fere verbis Curtius rerum ab Alexandro geſtarum luculentiſſimus Scriptor Lib. III. Quibus addas licet, quòd in eiuſdem Imperatoris laudem ab hac ipſa pietate, aduerſus lucis hũus vſura defunctos teſtatum reliquit Zonaras Lib. I. Ann. eum, cum fortè fortuna Cyri Perſarum quondam Regis potentiſſimi maſoleum effoſſum, violatumq; conſpexiſſet, adeò fuiſſe commotum, vt in effoſſorem, licet genere claro natum, ſibi graviter animaduertendum duxerit ſine mora. At non Patri Philippo tantùm, vel eo digno filio Alexandro laudi datum, quòd tãram rationem, & curam habuerint hoſtium humandorum; ſed alijs præterea multis. Locum enim illis proximum tenuit Achilles, Heroum æquiſſimus Philoſtrati in Heroicis calculo iudicatus, vt qui Priami Troianorum Regis.

——— *iura, fidemq;*
Supplicis erubuit: corpuſq; exangue ſepulchro
Reddidit Hectoreum.

Parem ſibi famam emit pari facto Demetrij pater Antigonus, qui vt huius virtutis face ſuis, & poſteris præluceret, Eumenem mortuum propinquis eius (vt ait Cor. Nepos in eo, & Diodorus Siculus Lib. XIX.) amicis (vt Plutarchus ſcribit) ſepeliendum tradidit, à quibus militari, honeſtoq; funere comitante toto exercitu, humatus eſt, oſſibus eiuſdem in Cappadociam ad matrem, vxorem, & liberos deportatis. Et merito id honoris Eumenes ex hoſtibus reportauit. Nam is pari virtute clarus, non antè multò Craterum in acie ſeminiuum elatum recreare ſtuduerat, cumq; id præſtare minimè potuiſſet, pro hominis dignitate, & amicitia priſtina amplo illum funere extulit, oſſaq; in Macedoniam ad vxorem eius, & liberos ſtudioſè remiſit. Antigoni porrò patris veſtigia probè preſſit Demetrius filius, cùm victoriam, quam inſignem retulerat ex Ptolomęo apud Salamina prælio nauali fuſo, clementia magis, quàm æquitia decorare voluit, hoſtibus, qui ceciderant, magnificè tumulatis, vti me Plutarchus in eo ſine fuco docet. Enituit & in Antigono altero, Demetrij modo laudati filio, patris humanitas, & fortaſſè lubare clariore. Nam cum ad illius pedes Alcyoneus filius Pyrrhi hoſtis caput à Zopyro milite abſciſſum abiecíſſet (ità referente toties laudato Plutarcho in Pyrrho) filium nefarium, & barbarum vocans, incuſſo procul à ſe baculo remouit pater, mox illachrymatus, clamyde oculis admota, trũcum Pyrrhi corpus cum capite ipſo exornatum cremari iuſſit, tanta ſibi ex hoc facto laude comparata, quãtam ex diuerſo ſibi dedecoris notam inuſſit alter ille Antigonus, qui Aleetę hoſtis cadauer per triduum cæſum iacere demũ inſepultũ voluit, ſicuti Lib. XVIII. Bibliothecę prodidit Diodorus. Prudenter ob id Tireſias apud Sophoclem *Antigona*, Creontem Regem hortatur, caput humari vt ſinat Polynicis occiſi; nec vanè Poetarum Italicorum olor Torquatus Taſſus Libro Hieroſolymæ liberatæ XIX. Tancredum finxit Argantis ab ſe interfecti cadauer credere ſepulturæ. Atq; huc pertinet, quod Vibulenus quidam gregarius miles ad Bleſum caſtris Pannonicis præfectum ſub Tiberio, conquæſtus de fratre per ipſius gladiatores iugulato, *Reſponde* (inquit apud Tacitum Lib. I. Ann.) *Bleſe, vbi cadauer abiecerit ne*

Digitized by Google

Original from Universitätsbibliothek Heidelberg

Cum Lupus, & turpes inſtent morientibus Vrſi,
. . Et quacunq; minor nobilitate fera eſt;
ſed etiam Accipitres,& Delphines? Accipiter enim, ſi cadauer hominis inſepultum aſpexerit, vt eſt ab Æliano traditum Lib. II. de Animal. Cap. XLII. omni illi ex parte terram injicit, quamuis non hoc ipſi faciendum, ſicut Athenienſibus, præceperit Solon: Delphinum verò vim magnam ad Cærani funus celebrandum olim conueniſſe, & ad littus, vbi cadauer pio propinquorum officio cremabatur, expectaſſe, donec ipſa funeris iuſta conſumarentur, auctor eſt Plutarchus in fine Opuſculi. *Vtra animalia plus habeant rationis*. Hinc ille aculeus medullæ ipſius ambroſiæ Ambroſij in homines omni prorſus exutos humandorum hominum humanitate, & feris ipſis efferis efferatiores, Opuſculo de Tobia. *Fera hanc humanitatem defunctis corporibus detuliſſe produntur; homines denegabant?*

Nullum ego planè hominum genus grauiùs vnquam Scriptorum calamo vapulaſſe, vel maiorem vſquam reprehenſionis mercedē tuliſſe cenſeo apud Nationes omnes. Lyſandrum ſcilicet execratur Pauſanias in Beoticis, quòd à ſe captum Philoclem Athenienſium Ducem cum quatuor millibus militum nō modo cædi iuſſerit; verùm etiam paſſus non fuerit inhumari, quamuis id illi aduerſus Medos apud Marathonem, Lacedemonij etiam ipſi apud Thermopylas præſtitiſſēt. Exagitatur itidē à Polybio Lib. v. Antiochus, quòd, cum Molo deuictus ſe ſe illi permiſiſſet, cadauer ipſius in excelſo Medię loco ſuſpendi iuſſerit, non abſimili feritate ab ea, qua ſęuitum in Saulem à Philiſtæis accepimus I. Regum, Cap. XXXI. cum illius corpus, priùs amulſo capite, ſuſpenderunt à muro ciuitatis Bethſan, alitibus nimirū carniuoris corrodendum. Notatur & à Diodoro Siculo Lib. XV. Chabrias Athenienſis, quòd Lacedæmonios ſuperatos, & in fugam datos perſequi noluerit, ne captos cæſoſquè dare tumulo cogeretur: nec leuiter reprehenduntur ab Euſtathio vetuſti Galli, vel cum belluino ritu vitam ſine vllo religionis cuiuſquam, nedum Chriſtianæ mitiſſimæ, ſenſu agitabant, quòd captiuos mactatos relinquerent inſepultos. Carpitur & ab Homero Achilles Iliad. X. quòd in Hectora ferinum in morem ſæuierit, antèquàm illius corpus Priamo patri concederet ad ſepulcrum admonitu Iouis. Malè quoquè audijt Rex Aſſyriorum Sennacherib, & ob id maximè, quòd veraret Iſraelitarum corpora terræ infundere, ac ſepelire. Diui Ambroſij mens eſt Epiſtola XXXVII. perinde eſſe priuare hominem vita, ac tumulo non locare poſt vitam. Sic enim ille æquè grauiter, ac animosè cum Maximo tyranno, dum gratioſiſſimi Gratiani corpus ad ſepulturam poſcit, quod eius ille fratri Valentiniano negauerat, inficiatus iuſſu illum ſuo cęſum. *Quomodo non mandaſti occidi, dum prohibes ſepeliri? Poterit credi, quòd ei non inuideris vitam, cui inuides ſepulturam?* Suggillauit etiam Seneca Lib. v. de Beneficijs Cap. XVI. Romanos Duces (non enim Græcorum ſolum, vel aliorum hęc impietas fuit) quòd diù debitas inferias Gallicis buſtis non perſoluiſſent: & ſub eorundem cęlo Superbi cognomen Tarquinio fuit, quod ſocerum gener ſepultura prohibuiſſet, Romulum quoq; periiſſe dictitans inſepultum. Sic apud Sophoclem eloquentiæ fulmine percellitur Agamemnon, quòd Aiacis cadauer marinis alitibus exponendum decreuerit; nec alia ratione ſua de ſententia dimouetur, quàm, quòd Virum ſtrenuum poſt funera lædere ſit omnino nefas. Sic Statius Creontis Thebanorum Regis impietatem, qua vetuerat eos, qui Thebas oppugnatum venerant, Græcos ſepelire; ſed auibus potiùs, feriſquè carniuoris relinqui in agris ſuburbanis dilaniandos, notauit in illis Lib. II. Theb.

——— iubet igne remoto
Arceri Danaos, nudoq; ſub axe relinqui, &c.

A Cuius atrocitate præcepti commota Euadne viri perſtrenui Capanęi, qui antè Thebas occubuerat, & inſepultus iacebat, vxor, cum apud Theſeum queſta eſſet, Theſeus pari indignitate permotus Creonti bellum indixit, victorquè copijs, & armis exutum neci dedit. Ità perijt, & honore ſepulcri illachrimatus caruit prodigioſę crudelitatis Tyrannus Creon, qui, nihil vt ſibi ad impietatē deeſſet, ſpecioſiſſimam antè virginem Antigonem, Polynicis ſoro-
Ego Faulchetum hic etiam ſequor, & alios aſſerentes liberè, Maiorum domus potentiam, cum primitus ſolius Aulæ regiæ limitibus teneretur incluſa, ſeſe latè adeò Dominorum ad rem tractandam publicam ineptia, adde & inertia, diffudiſſe, gliſcente præſertim quotidiè magis ac magis in ipſis Maioribus domus libidine dominandi, vt Maiores domus non tam Legati Regij, ſiuè Magiſtri Equitum cum ſummo rei militaris ſecũdum Regem imperio creati fuerint; ſed & forenſibus cauſis Præſides dati, ea poteſtate, qua pollebant Præfecti Prætorio Romanorum: ac tandem pro ſuo arbitrio (Regis tamen nomine) munia alia omnia, quæ ad Regni totius procurationem pertinerent obire cœperint æquè foris, ac domi, Regibus ipſis intrà domeſticos parietes, latitantibus maieſtatis prætextu; re autem vera REBVS EX PROSPERIS SEGNITIE ORTA, & non niſi (vt ille apud Perſas Ninus) Calendis Maij ſe ſe ſpectandos præbentibus ornata coma, & promiſſa ex Cedreni, & Agathiæ fide Li. 1. Belli Gothici; ſubditis verò omnibus circũtonſis, nihil vt tùm demùm Maiores Domus ab ipſis Regibus authoritate differrent; quin ipſi paſſim pro Regibus haberentur. Enimuerò luculentiſſimum eius rei teſtimonium toti Francorum Regno perhibuit ipſamet olim magiſtra rerum experientia, cùm talis, ac tanta fuit reapſe poteſtas Maiorum Domus, qualem, ac quantam expreſſimus, eandemquè nunc toti Terrarum orbi aperiunt, aperientq; in poſterùm, quandiù Latinæ loquentur litteræ, Annales Francici à P. Pithœo I.C. editi in hæc verba. *Reges quidem dicebantur; ſed poteſtas Regis ſolo apud Maiorem domus habebatur, excepto, quod charta, & priuilegia Regis nomine ſcribebantur: & in Martis campum, qui Rex dicebatur, plauſtro bobus trahentibus vectus, atque in loco eminenti ſedens, ſemel in anno à populis viſus, publica dona ſolemniter ſibi oblata accipiebat, ſtante coram Maiore domus, & quæ deinceps eo anno agenda eſſent, populi annuntiante; ſicquè Rege domum redeunte, cætera Regni negotia Maior domus adminiſtrabat.* Et ſi Annalibus huiuſcemodi careremus, non idcirco tamen Maiorum domus potentia nos lateret, cum eandẽ nos etiã doceant Pipini Acta, quorum partem huc apprimè facientem Harẽo debes in ipſomet Pipino Duce Brabantiæ 1. quo nos illam ex fonte hauſimus, & hic lubentes alijs impertimur. *Venerabilis Pipinus ex patre Carolomanno Principe, & matre Aemegarde fuit Maior domus Franciæ ſub Clotario Rege Francorum, & Dagoberto eius filio. Qua dignitate parium à dominatione, ac ſublimitate regia differente preditus, omnia prudenti diſpoſitione ordinabat, præſtabatquè, tàm in bello fortitudine, quàm iuſtitia in pace.* Attigit & hanc Pipini fortunam Aimoinus, cum inquit. *Vſquè ad id temporis (Dagobertus) conſilio B. Arnulfi, Metenſis Vrbis Pontificis, nec non Pipini in Regno Auſtraſiorum Maioris domus officium gerentis vſus eſt: ideoque tam ſtrenuus, ràmquè efficax in adminiſtrando apparebat Regno, vt circumpoſitæ nationes eius vererentur nomen, ſuaquè auxilia in ſubijciendis exteris ſponderent gentibus fide promptiſſima.* Et infrà. *Erat in Regno eius (Dagoberti) Pipinus potentiſſimus Auſtraſiorum, familiaritati eius inhærens.* Et vide, quanta fuerit huius olim auctoritas Maioris domus. Non ſat habuit Clotarius, ſeù Lotharius Rex, filium ſuũ Dagobertum in Regno adſcitum Pipino, & Arnulfo committere ad Auſtraſijs imperandum; ſed etiam Dagobertus ipſe filium ſuum ſub eiuſdem tutela Regem Auſtraſijs miſit, Sigeberto Chronologo teſte. Et hæc habuit ob oculos Venericus in Apologetico Henrici IV. cùm ſcripſit, tempore Clotarij patris Dagoberti, Regnum Francorum regi cœptum à Prouiſoribus Aulæ Regiæ, vel Maioribus domus.

Sed pleni ſunt Hiſtoricorum propemodùm omnium libri ſumma hac, planèq; regia poteſtate Maiorum domus; imò & maiore regia, quòd illam nõ tàm in ſubditos imperio Regum, quàm ipſos in Reges etiam exercerent; ità prorſus, vt ſub his Maioribus domus, tanta poteſtate pollentibus, Reges ipſi ſola eſſent vocabula, qualia olim ſub Auguſto fuerunt Romani Populi Magiſtratus, vt eſt à Tacito proditum Ann. 1. Ne multis? Eius mihi rei teſtis minimè contemnẽdus Auctor Fragmenti, quod Argentinenſis Chronicum præit, ad an. DCCLII. *Gens Merouingorum, de qua Franci Reges creari ſibi ſoliti erant, vſquè ad hæc tempora duravit: quæ licet in Hilderico finita poſſet videri, tamen iamdudum nullius vigoris erat, nec quidquam in ſe clarum, præter inane Regis vocabulum, præferebat. Nam opes, & potentia Regni penes palatij Præfectos, qui Maiores domus dicebantur, & ad quos ſumma imperij pertinebat, tenebantur: neque Regi aliud relinquebatur, quàm vt, regio tantùm nomine contentus, crine profuſo, barba ſummiſſa, ſolio reſideret, ac ſpeciem dominantis effingeret, Legatos vndiquè venientes audiret, eiſquè abeuntibus reſponſa, quæ erat docta, vel etiam iuſſus, ex ſua velut poteſtate redderet: cum præter inutile Regis nomen, & precarium vitæ ſtipendium, quod eis Præfectus aulæ, prout videbatur, exhibebat, nil aliud proprij poſſideret, quàm vnam præparo redditu Villam, in qua domum & ex*

Ioannis Cantacuzeni, & Ioannis Palæologi, ubi de Turcis, & Ottomanis agitur, passim occurrit. Quamvis autem Ottomanicæ gentis origo, & progressus, ut & Turcarum mores, & instituta, ex Historicis, & Geographis, qui de his scripserunt, abunde cognosci possint, ego tamen, quæ ad rem nostram pertinent, breviter attingam. Ottomanica gens, quæ nunc Turcarum nomine appellatur, ab Ottomane Turcarum Principe, qui Constantinopolim cepit, nomen habet. Ottomanes autem ortus est ex Turcis, qui Persas, Medos, Parthos, & Armenios incolunt, & Turcomani vocantur. Hi Turcomani, cum Tartari, qui Scythiam, & Sarmatiam tenent, bellum gererent, ab illis victi, & fugati, ad Euphratem, & Tigrim, & Armeniam majorem, & Cappadociam, & Ponti partem, quæ Cappadociæ adjacet, se recipiunt. Ibi cum Saracenis, qui Asiam minorem tenebant, bellum gerentes, eos vincunt, & Asiam minorem occupant. Ex his Turcomanis Ottomanes ortus est, qui Turcarum Imperium constituit. Ottomanes autem, cum Asiam minorem occupasset, Bithyniam, quæ Asiæ minoris pars est, sibi subjecit, & Prusiam, quæ Bithyniæ caput est, cepit, & Imperium Turcicum constituit. Ottomanes autem, cum Asiam minorem occupasset, Bithyniam, quæ Asiæ minoris pars est, sibi subjecit, & Prusiam, quæ Bithyniæ caput est, cepit, & Imperium Turcicum constituit. Ottomanes autem, cum Asiam minorem occupasset, Bithyniam, quæ Asiæ minoris pars est, sibi subjecit, & Prusiam, quæ Bithyniæ caput est, cepit, & Imperium Turcicum constituit.

ſum domus Regiæ, Robertus Rex Francorum dedit Gaufredo. Et poſſunt hæc ipſa facilè confirmari calculo Gul. Tyrij de Bello Sacro Lib. I v. Cap. v. *Cum eſſet* (Alexius) *in imperiali palatio plurimum honoratus, & Megadomeſtici dignitate* (*quem nos maiorem Seneſchallum nominare conſueuimus*) *fungeretur, ab Imperatore ſecundus*. Megadomeſticus enim apud Francos idem, qui Maior domus, quod hic planè Domeſticorum Maior; Siuè Domeſtici tibi ſint, qui Villis fiſcalibus, & fundis Dominicis præerant, regios curantes reditus, Regiquè ad placita proficiſcenti ſuppeditantes expenſas, ac demùm neceſſaria quælibet præparantes, vti collegit Bignonius ex Marculfo ſuis ad eum Notis Lib. II. Cap. LIII. & Gregorio Turonenſi; Ego ex Malcho de Legationibus, *τὺς προαγωγίας τῶν λαμμάτων, τὴς ἀρχὴς ὃς δομεστίκους καλοῦσι φωμαῖοι*: *perductores compendiorum & lucrorum imperij, quos Domeſticos vocant*; Siuè qui Regi iudicanti aſſidebant ex modo laudati Marculfi Lib. I. Cap. de Aſſeſſoribus, & Miniſtris Cod. Theod. Lib. VI. Vbi Domeſtici, & Notarij Cõſulibus æquantur, & Leg. Ribuar. Tit. XC. vbi, cum Domeſtici munera in iudicio prohibeantur accipere, clarè liquet, eos quoq; iudicaſſe; Siuè Equites deſtinati cuſtodiæ Regũ, Domeſtici dicti, quaſi *σωματοφύλακες*, *Corporis* domeſtici *cuſtodes*, quales erant Domeſtici Aulæ Conſtantinopolitanæ, quos planum eſt Scholis palatinis, & militaribus excubijs præfuiſſe ex Tit. de Domeſticis, & Protectoribus in vtroquè Codice, vnde & *Domeſticatus* pro *Militia equeſtri* apud Greg. Turonenſem Lib. II. Cap. VIII. Et illa diſtinctio Suidæ, & Zonaræ in Diocletiano *Equites, ac milites veteris domus, proprie Domeſticos, pedites Protectores dici*, quibus adſtipulantur Socrates Lib. I. Eccleſ. Hiſt. Lib. III. Cap. XXI. Lib. IV. Cap. I. Caſſiodorus Lib. I. Zoſimus Lib. V. de Ellebucho. Rufinus Lib. I. Cap. X. de Baracurio. Ammianus Lib. XXV. de Vitaliano L. Reſtituendæ Cap. de Aduocatis diuerſor. iudic. *Domeſtici equites, pedites præſentales*. Notitia Imperij, alijquè Scriptorum, quos Iul. Cæſar. Bulengerus adducit Lib. III. de Imperatore Rom. Cap. VI. VII. & ſequentibus. Nemo ſcilicet in Aula, Regnoquè Frãcorum Regum horum atquè, ac illorum Domeſticorum *μείζων* extitiſſe Maiorem domus ambigit, qui vnum illum Archioeconomum, Præfectum aulæ, Curopalatem, Conſtabilem, Præfectum Prætorio, Magiſtrum Equitum, vnum, vno verbo, omnia illic fuiſſe nouit, vt olim vnus omnia fuit Cæſar in Imperio Romanorum; vereque geſſiſſe (vt oſtenſum) imbi Principatum. Ne multis? Pipini Maioris domus effigies, quam expreſſit Franc. Haræus in eo cum Libaro enſe, quem dextra geſtat, validè confirmat inter Maiorem domus, & Megadomeſticum nihil omnino diſcriminis interceſſiſſe, ne loqui putes Oracula contraria ſentientes. Quemadmodum enim ea ex effigie patet, Maiorem domus enſem geſtare ſolitum; ſiuè, quòd *ὕπαρχος*, *Primas*; ſiuè *Præfectus Prætorij* foret ex interpretatione Budæi: ſic & Magnus Domeſticus Imperatoribus Græcis enſem præferebat obſeruatore Lupano, coquè honore functus Cataeunzenus imperante Andronico iuniore. Omnino in Leg. Ripuariorum Tit. LXXXVIII. Prologo Burgund. & Additamento II. ad eaſdem §. XIII. Maiores domus eam ob cauſſam, non tam inter præcipuos Regni miniſtros enumerantur; ſed & ipſis Domeſticis, vti Megadomeſtici, præferuntur. Quare gradus à Domeſticatu facilis, & expeditus ad Maioratum domus, ſiuè Magiſterium equitum, non è contrà. Luitprandus de Rebus Europæ Lib. III. Cap. VII. *Phocam vero Domeſticum, Maiorem fecit, ideſt, terreſtris exercitus Ducem*: Et apud Greg. Turonenſem Lib. II. *Gaudentius pater à Domeſticatu exorſus militiam, ad Magiſterij æquatum culmen prouectus eſt*. Diuerſus ob id à Megadomeſtico *Domeſticorum Comes*, quippe qui Magiſter non erat militum; ſed eius in domeſticos agebat vices L. I. Cap. de ſilenti. L. Reſtituendæ Cap. de Aduocat. diuerſor. iudic. & alijs. Extat & mentio *Primicerij Domeſticorum* L. II. Tit. 17. Lib. XII. & L. VI. Tit. 24. Cod. Theod. Lib. vltimo. *Præfecti eorundem* apud Agathiam Lib. I. de Zandilo, & Ammianum Lib. XXI. de Dagalapho. *Rectoris* apud Trebellium, vbi de Diocletiano, & apud alios aliorum.

Fuerunt etiam, qui, ſpectata poteſtate ampliſſima Maioris domus, ſuis illum in ſcriptis contulere cum Dictatore Romano, Duretus in primis Libro I. *De l'Harmonie, & Conference des Magiſtrats Romains, & Magiſtrats Francois*; ſed eius lapſũ oſtẽdit Greg. Tholoſanus in Syntag. Iur. Lib. XLVII. Cap. XVII. cuius in ſententiam imus, ſuperaddito Cedreni calculo, qui diſertè dixit (vt vidimus) Maiorem domus habuiſſe voluntatem ipſius Regis ad adminiſtranda negotia; non autem ſui omnino iuris, & arbitrij fuiſſe, cum Dictator Romanus ſupetioris nullius agnoſceret poteſtatem.

Video præterea dubitarum, an authoritas Maioris domus, Magiſtri nempè militum, & Prætorij Præfecti par eſſet auctoritati Cancellarij Galliæ. Affirmauit Budæus Lib. I. de Officio Præf. Prætorij; negauit Greg. Tholoſanus in Syntag. Iur. lib. VI. Cap. VIII. Cancellario tribuens Iuſtitiæ Præfecturam; Magiſtro verò militum, ſicut & Præfecto Prætorij, armorum curam. Ego neutri hic accedo; ſed, cum Prætorij Præfectus non is tantùm eſſet, qui præeſſet militibus, quos Rex in ſui cuſtodiam allegiſſet, qualem Magiſtratum apud Romanos ab Auguſto excogitatum, à Tiberio ſtabilitum, à Saluſtio adminiſtratum ſcimus, quem, cum Zoſimus in Iuliano, *ἐ τῶν αὐλῶν ὕπαρχον*, *Præfectum Prætorio* nominaſſet, ſub ecit, *τῶν ἀμφὶ τὸν βασιλέα ταγμάτων ὃς συντάξεις προσαγορεύουσι*, *& ſtipatoribus regis, quos ſenatores vocant*: ſed etiam is, qui ius vnicuiquè ſuum diceret, vti liquet ex eo, quòd à Prætorij Præfectis iuris dicendi cauſſa mittebantur *Seruatores loci*, de quibus Paullus Warneſridus Lib. VI. de Geſt. Longobard. Cap. III. ex animaduerſione Cuiacij Obſeruationum Lib. III. Cap. XVII. Magiſterium militum à Prætorij Præfectura ſeiungo in Maioribus domus, vti Faulchetus fecit: & primi quidem muneris ratione primum eos à Rege locum habuiſſe cenſeo in re militari; ratione verò ſecundi, iuſtitiæ Præſides, atquè ità Cancellarijs ipſis ſimiles extitiſſe. Mecum an Procopius ſentire videatur, ambigo, cùm Lib. III. Belli Vandalici neſcio cuius Aulæ Præfecti meminit, quem à Romanis dictum Prætorem ſcribit. Videat, & obſeruet Lector.

Sed ego nimis hic in altum prouehor. vela contraho, portum ſpecto. Ab his ſine dubio Francis Maioribus domus in Lucemburgicam ſtirpem deriuatus Titulus Maioratus; quin & alijs quamplurimis impertitus, quos è Re literaria, tùm Sacra, tùm Prophana fuerit recenſere. Nam & inde nati I. MAIORES *in loco*, de quibus L. VI. Tit. I. Lib. IX. Legum Wiſigothorum. *Idem ipſe, qui fugit, illius, qui in loco Maior eſt, interrogatione diſcuſſus, quis ſit, aut propter quid venerit, poſſit agnoſci*. II. MAIORES *Villarum*, quorum mentio non obſcura in Capitulis Caroli Magni, & Hludouici Pij ab Anſegiſo Abbate, & Benedicto Leuita collectis Lib. V. Tit. CVII. cuius verba ſuperioribus huius Notæ paginis inſcripta ſunt: in Vita B. Goaris, & Hincmari monumentis, quorum teſtimonia produxit Fed. Lindenbrogius in Gloſſario ad Codicem Antiqq. Legum: ac demum in Canone X. Septimæ Synodi in illis. *Si quis autem eorum, qui dicuntur Maiores, curationem ob inde depreſſus fuerit, vel ceſſet, vel deponatur*. In quæ Balſamon, explicans qui ſint iſti *Maiores*. *Μείζονες μέν τοί λέγονται, οἱ κατέχοντες τῶν ἀγροικικῶν προαστείων*: *Maiores dicuntur, qui agreſtium ſuburbanorum curatores ſiunt*. Et Zonaras in eundem. *Οἱ τῶν λογοθε-*

των

ner Pf. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59.

tio ad Morganaticum contracto, Cap. vnico. Chassaneus subscripsit ijsdem in suprà laudato loco, cùm scripsit Num. XXXVIII. *Et istud fuit expressè statutum per Leges, & Consuetudines, quas promulgauerunt Reges Francorum, quas Leges, & Consuetudines vulgariter Legem* SALICAM *appellamus*. Et Num. XXXIX. *Dicitur Lex* SALICA, *hoc est, Lex Regni Francorum, quæ à Regibus regni Francorum deriuauit*.

Manauit illa scilicet à Waramundo, siuè Pharamundo primo Francorum Rege, filio Marcomiri, anno Regni decimo, vt nonnullis placet, vt alijs secundo, vel tertio, responsis quatuor Prudentum ab eo selectorum initiata. Eius mihi rei testis, & paucis Lazius Lib. III. de Migrationibus Gentium, in Cimmerijs. *Ad Pharamundum Leges Salicæ referuntur, quas consilio, & opera Sacerdotum suæ Gentis, Wisegasti, & Salagasti tulit*. Pluribus Robertus Gaguinus in Chron. Lib. I. Cap. III. de Origine Francorum. *Pharamundus fertur author extitisse Legis, quæ Salica à Francis appellatur. Nam cum ad Rhenum vsque peruenissent Franci, feriisque moribus viuerent, quatuor ex Sicambris spectatos Primates selegit, qui populo Legem ferrent, Vsagastum, Losogastum, Salogastum, & Visogastum, qui communi & Procerum authoritate freti Legem conscripsere, quam Pharamundus edidit, atq; promulgauit vsque ad nostram ætatem nominatissimam*. Nec paucioribus Gaguino antiquior Trithemius in Breuiario Ann. Francicorum Lib. I. *Pharamundus Rex Francorum, vt populum moribus incultum, armisq; ferocem legibus coerceret, conuocatis ad se quibusdam Regni Proceribus, de nouarum rerum constitutione maturum cæpit habere consilium, &c. Erat in eo Francorum cœtu plures in sua generatione Viri prudentes, è quorum numero potiores quatuor fuerunt selecti, quibus Rex vnà cum Proceribus condendarum legum omnimodam tradiderat potestatem, quorum ista dicebantur onomata, Salagast, Wesogast, Wyndegast, & Bosogast*. Et forent his omnino affinia, quæ habentur initio Tractatus Legis ipsius SALICÆ, editore Lindenbrogio, nisi quædam in Procerum ad eã condendam selectorum nominibus varietas appareret. Illic enim ista legere est, *Gens Francorum, &c. inspirante Deo inquirens scientia clauim, iuxta morum suorum qualitatem desiderans Iustitiam, & custodiens Pietatem, dictauit* SALICAM *legem per Proceres illius Gentis, qui tunc temporis eiusdem aderant Rectores. Electi de pluribus Viris quatuor his nominibus, Wisogastus, Bodogastus, Salogastus, & Widogastus in locis cognominatis Salehaim, Bodohaim, Widohaim. Qui per tres mallos conuenientes, omnes causarum origines sollicitè tractantes, discutiendo de singulis, sicuti ipsa Lex declarat, iudicium decreuerunt*. Et in Prologo Legis eiusdem statim. *Placuit, atq; conuenit inter Francos, & eorum Proceres, vt propter seruandum inter se pacis studium omnia incrementa veterum vitiorũ resecare deberent. Et quia cæteris Gentibus iuxtà sepositis fortitudinis brachio præminebant, ità & Legum auctoritate præcellerent, vt iuxtà qualitatem causarum sumeret criminalis actio terminum. Exiterunt igitur inter eos electi de pluribus quatuor Viri his nominibus, Wisogastus, Bodogastus, Salogastus, & Widogastus in villis, quæ vltrà Rhenum sunt, Salehaim, & Bodohaim, & Widohaim, qui per tres mallos, &c.* Quorum ad ductum locutus etiam Greg. Tholosanus in Syntag. Iur. Lib. XLV. Cap. IV. Num. 6. & Lib. XVII. Cap. XVII. Num. 6. & alij, quos eam ob causam non exscribo.

Vnus hic Otho Frisingensis ex antiquis Scriptoribus variat in Chronico, duorum ex Primarum consilio tantùm legem hanc latam asserens, Wisigastaldo scilicet, & Salagasto, qui Gaguino, & alijs sunt Wisagastus, & Salogastus, vt hæc illius indicant Lib. IV. Cap. XXXII. *Porrò defuncto Sunnone, communicato consilio Marcomedis (Marcomiri alijs) filium Pharamundum sibi Regem (Franci) creauere. Leges quoq; Wisigastaldo, & Salagasto auctoribus ex hinc habere cœpere*. Variant & Recentiores aliquot Othonis vestigijs inhærentes, & hi tres potissimùm, quod sciam, Lazio excepto laudato suprà, Lupoldus, Henninges, Reusnerus. Idcirco primi verba sunt Cap. I. Tract. de Iur. Regni, & Imp. Romanorum. *Leges etiam tunc (Franci) per suos auctores (aliter Ductores) Guisogastaldum, & Salagastum compositas habere cœperunt*. Secundi ista in Familia prima Merouingica Regum Franciæ, qui Galliam occuparunt. *Pharamundus, &c. inter alias, opera Salgasti Archiflaminis Dialis, & Wisogasti Pont. Diana consilio, etiam hanc Francis legem tulit*: In terra Salica Mulieres ne succedunto. *A.C.* 242. *quam posteà Salicam nominarunt*. A quo Tertius in Genealogico Regio, initio stirpis incivitæ Pharamundanę. *Pharamundus Franciæ Orientalis Dux, multis contrà Vandalos, aliosque rebus gestis clarus, &c. Domi verò, Salgasti Archiflaminis Dialis, & Wisogasti Pontificis Dianæ consilio aliq; opera, iura & Leges Salicas dictas genti suæ condidit*.

Et tuere, qui eam ob causam non ab ipsis Frãcis; sed ab Archiflamine Diali Salogasto, siuè Salagosto, vti Sacerdotum eorum principe, quorum consilio Pharamundus vsus iura sinis ac leges dedit, nomen SALICÆ legi factum asseruerint, & Francos ipsos Orientales *Salici* cognomentum ab ipsa Lege SALICA retulisse, non contrà. Sic Otho Frisingensis, Trithemius, Lupoldus, & Petrus Gregorius censuere. Primus in suprà laudato loco. *Leges quoquè Wisigastaldo, & Salagasto auctoribus ex hinc habere cœpere. Ab hoc Salagasto legem, quæ ex nomine eius Salica vsquè hodie vocatur, inuentam dicunt. Hac nobilissimi Francorum, qui Salici dicuntur, adhuc vtuntur*. Alter in Compendio Ann. Franc. Lib. I. *Igitur hi quatuor* (quos antè paullò lectos fuisse dixerat à Pharamundo ad leges ferendas Francis) *conuenientes in vnum, per tres mallos causarum origines diligenter contractarunt: de singulis excudendo sententiam Volumen legalium constitutionem nouum ediderunt, quod à principaliore quidem authore Salagast, qui summus Iouis Pontifex erat, nomen Legis Saligæ accepit, cui posteà Rex Clodoueus intelligentia Capitula superaecit*. Tertius. *Leges etiam tunc per suos auctores Guisogastaldum, & Salagastum compositas habere cœperunt: ab illo autem Salagasto Lex Salica nomen accipit, &c. Qua etiam lege per multa tempora vsi sunt Franci: vnde & ipsi Franci Salici appellantur*. Postremus ex Trithemij Schola Lib. XLVII. Cap. XVII. Num. 6. Syntag. Iuris. *Lego, Pharamundum tertio anno sui Regni, vt restitueret leges bello sopitas, & alias constitueret, ex consilio Heroum, quatuor conuocasse Viros prudẽtes, Salagast, Wesogast, Vindesgast, Basogast, qui leges ordinarunt Salicas dictas, vel Saligas, vt Trithemius scribit in Breuiario Hist. Francorum, à nomine prioris Nomotheta, qui erat Iouis Pontifex, quibus posteà Clodoueus intelligentiæ Capitula adiecit*. Quin & ab eodem Salagasto *Salam* fluuium nominatum Trithemius narrat in Breuiario à Pet. Gregorio laudato pag. 26. Imo & Villam (Vrbem alij) iuxtà Mœni fluminis ripas, quam ipse suo de nomine *Salagast* appellarit, hodiè corrupto ignari rerum auctores vocabulo *Selgenstat* vocent, in eodem Breuiario pag. 35. & in Compendio Librorum XII. Hunibaldi de Orig. Francorum pag. 85. Sed hęc alterius argumenti sunt.

Redeo ad L. Salicæ Conditores, ne quid hic à me desideret Lector, quod in eam rem hactenus observarim. Notaui siquidem Hunibaldum, cuius libros de Orig. Francorum in Compendium redegit Trithemius, Saliearum Constitutionum parentem agnoscere Clodium Pharamundi filium, non vt alij pleriquè omnes, quorum testimonia hucusquè produximus, Pharamundum. Sic enim ille à Trithemio contractus. *His temporibus claruit Salagastus sapiens, & philosophus Francorum, & de antiqua Regum progenie ducens originem, qui iussu Clodij Regis, cum esset in omni literatura doctissimus, Francorum leges conscripsit*,

Kraft, und Gewalt haben. Solche zuerkennen Ihro. Kayserl. Majestät, und dem Heiligen Römischen Reich Ambt, und Gerechtigkeit, Zoll, Geleit, Münz, Bergwerck, und alle Regalien, und Oberkeiten, wie die Namen haben mögen, in allen und jeden Ihren Fürstenthumen, Landen, und Gebieten, auch die Lehen, so von Ihro Kayserl. Majestät, und dem Heiligen Römischen Reich zu Lehen rühren.

Item es sollen auch Ihro Kayserl. Majestät, Churfürsten, Fürsten, Geistliche, Weltliche, und Ihre Erben, und Nachkommen, alle Ihre Regalien, Oberkeiten, und Gerechtigkeiten, wie die Namen haben mögen, auch Ihre Landschafften, und Unterthanen, in Ihren Fürstenthumen, Landen, und Gebieten, haben, halten, und gebrauchen, und sollen darinnen von niemand gehindert, noch Irrung darinnen gethan werden.

Item es sollen auch Ihro Kayserl. Majestät, Churfürsten, Fürsten, Geistliche, Weltliche, und Ihre Erben, und Nachkommen, alle Ihre Regalien, Oberkeiten, und Gerechtigkeiten, wie die Namen haben mögen, auch Ihre Landschafften, und Unterthanen, in Ihren Fürstenthumen, Landen, und Gebieten, haben, halten, und gebrauchen, und sollen darinnen von niemand gehindert, noch Irrung darinnen gethan werden.

Item es sollen auch Ihro Kayserl. Majestät, Churfürsten, Fürsten, Geistliche, Weltliche, und Ihre Erben, und Nachkommen, alle Ihre Regalien, Oberkeiten, und Gerechtigkeiten, wie die Namen haben mögen, auch Ihre Landschafften, und Unterthanen, in Ihren Fürstenthumen, Landen, und Gebieten, haben, halten, und gebrauchen, und sollen darinnen von niemand gehindert, noch Irrung darinnen gethan werden.

Item es sollen auch Ihro Kayserl. Majestät, Churfürsten, Fürsten, Geistliche, Weltliche, und Ihre Erben, und Nachkommen, alle Ihre Regalien, Oberkeiten, und Gerechtigkeiten, wie die Namen haben mögen, auch Ihre Landschafften, und Unterthanen, in Ihren Fürstenthumen, Landen, und Gebieten, haben, halten, und gebrauchen, und sollen darinnen von niemand gehindert, noch Irrung darinnen gethan werden.

Item es sollen auch Ihro Kayserl. Majestät, Churfürsten, Fürsten, Geistliche, Weltliche, und Ihre Erben, und Nachkommen, alle Ihre Regalien, Oberkeiten, und Gerechtigkeiten, wie die Namen haben mögen, auch Ihre Landschafften, und Unterthanen, in Ihren Fürstenthumen, Landen, und Gebieten, haben, halten, und gebrauchen, und sollen darinnen von niemand gehindert, noch Irrung darinnen gethan werden.

Item es sollen auch Ihro Kayserl. Majestät, Churfürsten, Fürsten, Geistliche, Weltliche, und Ihre Erben, und Nachkommen, alle Ihre Regalien, Oberkeiten, und Gerechtigkeiten, wie die Namen haben mögen, auch Ihre Landschafften, und Unterthanen, in Ihren Fürstenthumen, Landen, und Gebieten, haben, halten, und gebrauchen, und sollen darinnen von niemand gehindert, noch Irrung darinnen gethan werden.

Item es sollen auch Ihro Kayserl. Majestät, Churfürsten, Fürsten, Geistliche, Weltliche, und Ihre Erben, und Nachkommen, alle Ihre Regalien, Oberkeiten, und Gerechtigkeiten, wie die Namen haben mögen, auch Ihre Landschafften, und Unterthanen, in Ihren Fürstenthumen, Landen, und Gebieten, haben, halten, und gebrauchen, und sollen darinnen von niemand gehindert, noch Irrung darinnen gethan werden.

Item es sollen auch Ihro Kayserl. Majestät, Churfürsten, Fürsten, Geistliche, Weltliche, und Ihre Erben, und Nachkommen, alle Ihre Regalien, Oberkeiten, und Gerechtigkeiten, wie die Namen haben mögen, auch Ihre Landschafften, und Unterthanen, in Ihren Fürstenthumen, Landen, und Gebieten, haben, halten, und gebrauchen, und sollen darinnen von niemand gehindert, noch Irrung darinnen gethan werden.

Item es sollen auch Ihro Kayserl. Majestät, Churfürsten, Fürsten, Geistliche, Weltliche, und Ihre Erben, und Nachkommen, alle Ihre Regalien, Oberkeiten, und Gerechtigkeiten, wie die Namen haben mögen, auch Ihre Landschafften, und Unterthanen, in Ihren Fürstenthumen, Landen, und Gebieten, haben, halten, und gebrauchen, und sollen darinnen von niemand gehindert, noch Irrung darinnen gethan werden.

Google

quit, eas, quæ in Volumine Barbaricarum Legum vocantur *Salica*, & *Francica*, quæ ipſa Francorum Occidentalium eſt propria. Ea re ſeparatis vtiquè libris habetur Lex Salica, & Lex Francica, Iuriſquè Conſultorum Patres, Hiſtorici, Philologi omnes Legis Salicæ, vti diſtinctæ à Francica, meminere. Quid quod calculum his adiecit Hermanus Comes, cùm Francicam Legem, Ripuariam maluit appellare Libello de Orig. Francorum, & hanc Salicæ opponere in hæc verba. *Duas Francos habuiſſe Leges ipſorum Authores teſtantur*, SALICAM, *atq;* RIPVARIAM, *quibus nullus Regum antè Carolum Magnum quidquam adijcere tentauit*. Et hoc illa ſub nomine extat in Codice Antiquarum Legum. Nempe Ripuaria Regio, à qua illi nomen, ea eſt, quæ Rheno, Moſa, & Moſella, quaſi triangulari forma concluditur, & Neuſtria, vel Auſtraſia nominatur, Francorum Occidentalium, ſiuè Germanorum ſedes.

Sed enim diſcrimen alterum, quod inter Leges SALICAM, & GALLICAM intercedit, planè teſtatur, vnam cum alia temerè permiſceri. Lex enim SALICA diſponebat, vt Maſculi æquè omnes ſuccederent in Feudis, & hæreditate Patris; imò etiam, Fœminæ, deficientibus Maſculis, vti videre eſt apud Chaſſæneum, Cuiacium, Gul. Benedictũ, Ioannem Fabrum, & alios, præterquàm in ipſo Regno Galliæ, ex lege propaginis, qua de Gregorius Tholoſanus in Præludijs Optimi Iuriſconſulti & Magiſtratus, & Gul. Bened. in Repetitione ſua ad Cap. Raynutius, in verbo *Duas habens vxores*, &c. Num. 72. & 73. Seù ex ſpeciali veteri conſuetudine, qua de Meyerus, vt vidimus, Lib. x i. Ann. Flan. & ipſemet Conſtitutiones Salicæ Tit. L X I I. de Alode hiſce verbis expreſsè. *De Terra verò Salicæ nulla portio mulieri veniat: Sed ad virilem ſexum tota terræ hæreditas perueniat*. Terra enim Salica eò loci Regia terra eſt, Regiæ, inquam, ipſi coronæ adhærens, & ipſummet Regale dominium, quod à nullo dependet, ad differentiam Terræ Alodialis, ſeù Feudalis, pro qua, vltrà ſuperioritatem, Regi debetur ſeruitium, vt explicat Benedictus: Eiuſquè Conſtitutionis ergò ſemper in Gallorum Regno Maſculi, excluſis Feminis, ſceptrũ tenuerunt, nec vnquam de lancea ad fuſum (vt eædem Salicæ Conſtitutiones loquuntur) Regnum illud tranſijt, Ioanne quoquè Ferraldo teſte, Tractatu de Prerog. Coronæ, & Regni Franciæ, Chaſſeneo, Benedicto, aliis. At Lege GALLICA, ſiue FRANCICA, ſoli Maiori natu patebat ad ſucceſſionẽ aditus. Vnde Petrus de Vineis Lib. Epiſt. v i. Cap. XXV. Ius hoc eſſe dixit Francorum Occidentalium, hac verborum forma. *Viuens Iure Francorum, in eo videlicet, quod Maior natu, excluſis Minoribus fratribus, & Coheredibus, in Caſtro ipſo ſuccedat inter eos nullo tempore diuidendo*. Ità rectè Noſter & ſcitè ſcripſit, HENRICVM VII. Imp. Lege GALLICA, non SALICA, defuncto Patre, paternæ domus Maiorem, vti Primogenitum, tribus alijs fratribus ſuperſtitem remanſiſſe.

IN RVBRICAM III.

LAVDES MVLTÆ] Quis enumeret? Non ego,

Vel mihi ſi linguæ centum ſint, oraq; centum,
Ferrea vox.

Non enim inter Mortales natus HENRICVS VII. Imp. viſus; ſed è Cœlo ſingulari Dei Opt. Max. prouidentia dimiſſus in terras, in quo vires ſuas experirentur Virtutes omnes, par vt eſſet Imperio Romanorum, quo maius Sol alterum non illuxit. Erit hoc Magni Principis Elogium primum, nec à me; ſed à Viro longè grauiſſimo, Vberto Folieta Genuenſi Hiſt. Lib. VII. *Is ſtatim claris Virtutibus ſuis omnium animos in ſui admirationem conuertit, cum omnes ſincerum ab omni labe ingenium, ac concordiam animum, diſcordias quæ, ac contentiones abominans; tum autem Iuſtitiæ, & Æquitatis ſtudium ſuſpicerent. Quibus laudibus voluntates omnis ætatis, omniſquè ſortis hominum ad ſe ſe ita attraxit, vt omnes hominem de Cœlo ſibi dimiſſum predicarent ad vulnera miſerę Ciuitatis ſananda*. Factum ſanè diuinitùs, vt præficeretur Imperio Terrarum Orbis, fatetur etiam Noſter inſtà Rub. VIII. huius Libri, eo in Colloquio, quod ipſemet Cæſar habuit cum Principibus Germanorum, antèquam in Italiam ſe conferret. *Nunc autem, dum ſtatuerit (Deus) vt rerum omnium ipſe potiatur, &c. infallibiles fore effectus eorum, quæ Prouidentia diuina prouiderit, &c.* Hinc illum certatim ad Cœlum vſquè Scriptorum reliqui tollunt, paſſimq; celebrant, vt HEROEM MAGNVM, in quem omnes animi, & corporis dotes, quaſi ſecum ipſa certans Natura contulerit larga manu. Excurram his ego Ducibus in hoc campo, quem mihi aperuit hæc Rubrica, quæq; apud alios diffuſa ſparſim extant Cæſaris huius Elogia, hic connectam, ſiuè illa ſint ijs è Virtutibus illius ducta, quibus effulſit in ætatis flore; ſiuè ex ijs, quarum in crate reliqua ſpecimen, & exemplum dedit. Faſtidiat qui volet, mihi ipſe, & curioſis faciam ſatis.

Ab illa PIETATE placitum exordiri, quam in duobus conſiſtere Lactantius docet Lib. v. Cap. XV. nimirùm, *vt rectè de Deo ſentiamus, & rectum eidem cultum exhibeamus*. Nam cùm ea iuuet, ac deceat Mortales omnes, quòd, vt inquit Silius Lib. IV.

—— *prona ſcelerum cauſſa mortalibus ægris*
Naturam neſcire Deum:

Et auctore Tullio Lib. I. de Natura Deorum, *Pietate erga Deum ſublata, fidem, & humani generis ſocietatem tolli neceſſe eſt, & Iuſtitiam Virtutum omnium excellentiſſimam*: tùm nihil eſt æquius, decentius nihil, quàm cum qui alijs imperet, non ignorare, à quo ipſe regatur, vt Ecphantes Philoſophus aſſerebat; quin imò eum ipſum, & quòd ab eo regatur, & quòd eiuſdem afflatu ad aliorum imperium ſit euectus, vti Dominum, & Auctorem imperij ſui demereri, colere, venerari. Appoſitè Agapetus Diaconus in aurea planè Epiſtola parænetica, quæ extat apud Magnum Baronium Tom. v i i. Sacr. Ann. ad Iuſtinianum Imp. ſcripta. *Sceptrum imperij cum à Deo ſuſceperis, cogitato quibuſnam modis placebis ei, qui id tibi dedit; cumq; omnibus hominibus ab eo ſis prælatus, præ omnibus eum honorare feſtina*. Fuit hæc præcipua HENRICI VII. CÆSARIS cura, adeòq; ciata, vt omnium ferè Scriptorum literis efferatur. Idcirco PRINCEPS audijt in primis

P I V S.

Is enim Cæſar, Titulũ P I I, qui priſcis olim Imperatoribus dabatur ex more, aut certè eam tantùm ob cauſſam, quòd ſubditos patria pietate foueret, ſibi, vti peculiarem & proprium, & antè partum Imperium, & in ipſius adminiſtratione Imperij vindicauit; nec ob id tantùm, quòd ſubditos omni pietatis officio complecteretur (quo de loco ſuo, & proprio) ſed quòd Deum Opt. Max. vnicè coleret, & omnia Chriſtianæ pietatis munia ſedulò obiret. Elogij huius Encomiaſtæ magni ſunt, & multi; ſed vno, vel altero contentus ero. Quorsùm enim eam Virtutem teſtimoniorum multorum appoſitione probes, cuius in rebus ab eo geſtis expreſſam, nõ adumbratam imaginem intueris? Iacobus Meyerus hoc illum inter cæteros Elogio commendatum ijt Ann. Fland. Lib. XI. *Electus eſt ſtatim* HENRICVS *eius nominis* SEPTIMVS, *qui Comes erat Lucemburgenſis, Vir non modo bello ſtrenuus; ſed* PIVS *etiam, vitaquè ſanctus*. Præſtitit hoc ipſum Chriſtophorus Lehmannus Germanicus Scriptor in Chronico Spirenſi Lib. v i i. Cap. x. hiſce ferè verbis Latio donatis à Viro

eruditissimo, & amico. *Ne autem Electores ancipiti disputatione ab electione distraherentur, HENRICVM Comitem Luzelburgensem, PIETATE, & strenuitate SPECTABILEM, eis proponendum, & clanculum decernendum consuluit Cardinalis.* Ea re Paduanorum Legati ità suum apud hunc Cæsarem concilium clausere, vt est à Nostro proditum Lib. IV. Rub. X. *Hæc inclyto REGI, & PIO expedire, sicq; prospere omnia cedere.* Celebratur & à Contado Vecerio rerum ab Henrico gestarum Historico eius PIA LIBERALITAS *tribus municipijs Sareburgo, Vitelliaco, & ..... Treuirorum maximo templo donatis:* & ab eodem vocatur *Auctor Cœnobij Dominicanorum, qui Luceburgi agant*, quod facinus nequaquàm abhorret à studio PIETATIS. Sed quid ego in his immoror, loquentibus ipsis Henrici Vita, & Moribus hanc Virtutem? Admotus enim imperio ob ipsam potissimùm PIETATEM, *omnium primum* (verba Vecerij sunt) *gratias immortali Deo agendas censuit:* tui batum ob Brixianorum pertinaciam *demulcebant* (vt ait Noster Lib. IV. initio pag. 21.) *protelabantq; successum angustias altariorum Orationes, incessabiles diuinorum celebrationes, nocturnaq; Orationes, & vota. Sicut quippe omnibus notum Principibus ac Populis, ab Aurora Missarum instaurationes ad altam diei horam tertiam de mane perdurabant:* Romæ *decrescentes videns copias suas* (Lib. VIII. Rub. VI. apud eundem Nostrum) *Deum in se propitium, de corde non abijcit; sed euenturos successus meme vsquè quaq; conciliat:* Lib. XI. Rub. VIII. animos erigit Commilitonum, *Pium sibi Patrem Clementem Sanctissimum Pontificem, cui vt pupilla oculi supreme curæ est, Ecclesiæ fauores sacris monitis subuectis viribus prebiturum* asserens, *& Deum immortalem propitium affuturum.* Hæc enim omnia PIETATEM illius haud obscurè testatâ posteris reliquere ab eo Diuini Numinis profecta cultu, cuius *initans sedulitas* (præconio Nostri Lib. I. Rub. XIII.) *Magnanimitatem concomitari videbatur.* Insignis quoquè PIETATIS notis fuit Oratio, quam idem Imperator pro sedandis Mediolani motibus habuit ad Cõmilitones suos, Deum inibi integræ suæ mentis testem appellans, & actionum suarum omnium Ducem. Vide sis illam, si lubet, apud Nostrum Lib. II. Rub. V. vt huius Virtutis radios eo in Sole propiùs admireris.

PIISSIMVS.

Vsi sunt hac grauiori voce, qui clariùs PIETATEM istam Cæsaream exprimere voluerunt. Occurrit horum in albo Noster, qui missus ad Henricum Orator à Parria in hoc erupit Elogium Rubricæ V. Lib. III. consignatum. *Sacri nos fideles Imperij profitemur. Velis tantummodo* PIISSIME *Cæsar nostris vtamur Legibus, quarum sanctionibus diutius liberi viximus.* Dedit & os illi PIISSIMVM Ioannes Gerbrandus à Leydis Lib. XXVII. Chronici Belgici Cap. VIII. vbi mitissimum Principem, cum sui proditore Monacho loquentem facit. *Quibus exeuntibus, solus frater Bernardus Cæsari assistit, quem mitissimus intuens,* ORE PIISSIMO *sic affatur, &c.* PIISSIMVM etiam alijs dictum hunc HENRICVM video cum respectu ad eiusdem *Mansuetudinem. Clementiam. Lenitatem*; sed huius nos Pietatis Præcones aliàs afferemus.

RELIGIOSVS.

Locum inter HENRICI VII. Virtutes *Pietati* proximum iurè sibi vendicat RELIGIO, cui deditus is enixè Princeps. Collegit illam Meyerus ex eo, quòd Sacrosanctam Eucharistiæ Mensam frequentare soleret. Sic enim is Scripsit Lib. XI. Annal. Flandriæ. *Consuetudo erat RELIGIOSO Principi frequenter in vrbe diuina cum Sacerdote sacrosanctum sumere Corpus Domini, &c.* Collegere eandem ex hoc ipso mirifico studio Diuinarum epularum, alijsque præcijs Christianæ Religionis officijs, duo alia rei literatiæ lumina Nauclerus, & Cuspinianus verbis vtrisq; in HENRICI commendationem perhonorificis, & ornatis. Primi siquidem ista sunt. *Cæsar iter arripiens versus Apuliam venit ad Castrum, quod dicitur Bonconuentum, in Vigilia Assumptionis Mariæ Virginis. Vbi propter Festi solemnitatem illa die quieuit. Disposuerat autem se, per aliquot dies ieiunio, ac bonis operibus intendens, Sacramentum Christi Corporis, ac Sanguinis in Festo sumere.* Secundi hæc. *Instabat Beatissimæ Virginis dies, quo in Cœlum ab Angelis assumpta est, quo solitus erat Cæsar omnibus intermissis negotijs, rebus diuinis vacare. Ea enim erat* RELIGIONE, VT *sæpe totas noctes antè imaginem Crucifixi (quam semper secum circumferebat) quàm deuotissime orauerit, & peccata quàm amarissimè deflenerit, solitus Sacram Eucharistiam aliquando quotidie, aliquando summis Festis accipere.* Quid hac fingi, vel excogitari religiosius RELIGIONE possit in Principe, cuius humeris totius Terrarum Orbis moles fulciatur, vt Atlante cœlum? Quare verè locutus Ioannes Hocsemius in Theobaldo de Barro Leodiensi Episcopo LXXIV. Cap. XXXI. cum hoc illi Encomium concinnauit. *Eodem anno* (1309.) HENRICVS *Comes Luzilburgensis in Regno successit eidem* (Alberto) *& Aquisgrani solemniter coronatur. Hic Iustus, &* RELIGIOSVS, *& in armis Strenuus Ecclesiam diligebat.* Procul itè habuit caussas assentationis omnes Huldricus Mutius Basiliensis Gymnasij Professor, cum hæc scripsit, quæ Libro XXIII. Germanici sui Chronici cõsignauit initiò, vbi de Cæsaris huius electione sermo. *Censuerunt autem nominandum Comitem de Lucemburg,* RELIGIOSVM, *Ecclesiæq; amantem.* Ab ea sanè Virtute, & Laude Cæsarem hunc Clementi V. Pont. Max. à Cardinali Pratensi præcipuè commendatum lego, vt is prælatus Cõpetitoribus reliquis ad Imperij fastigium efferretur, remitâ narrante Vecerio in illius Vita. *Quum Clemens, quem igitur præcipuum crederet tantæque successioni idoneum quæsiisset, Pratensis, Ecclesiarum ne libertatis respectu, an studio Gibellinarum partium, an consuetudinis in Vrbe quõdam institutæ memor, HENRICVM, ait, Luceburgiæ Comitem nulli Germaniæ Principum cedere arbitror, siue* RELIGIONEM, *siue Fidem, seu certè Magnitudinem animi spectaueris.* Quid si ob eandem Virtutem REVERENDI quoquè Titulo decoratus hic Cæsar? Video à Gerbrando factum. *Traditor ait,* REVERENDE *Dominе, si vestra Nobilitas annueret, possem vos cunctis & norunt omnes militantibus in Religionis castris Reuerendi* nuncupationem aptissimè conuenire.

DEVOTISSIMVS.

Pertinet huc etiam DEVOTISSIMI Encomium, quod in illum suprà laudatus Gerbrandus à Leydis contulit post narratum Miraculum Scyphi, quatuor in partes scissi, ad Crucis signum ab ipsomet Henrico VII. editum, ne vini haustu læderetur scypho illi ad homine proditore concrediti cum veneno. Arguit ea nempè res manifestò, quantæ illi curæ Numini Summo esset, ob suam ergà illius Maiestatem (sacris cum Scriptoribus loquar) DEVOTIONEM SVMMAM. *Cæsar verò pertinaciter instat, volens ex dicto scypho bibere. Vinde vino infuso facto signo Crucis, dum Cæsar proponit scyphum tollere, scyphus in modum Crucis in quatuor partibus diuiditur, & vinum cum veneno confunditur* (aliàs *circunfunditur*). *De quo Miraculo Christus à suis benedicitur. Quodam alio tempore Cæsar* DEVOTISSIMVS *ad Eucharistiæ Sacramentum proceden a Fratre quodam Iacobita veneno Calici mixto inficitur.* Cui verò, nisi eiusdem Cæsaris *Deuotioni summæ* (vt à pijs ea vox Scriptoribus vsurpatur) in acceptum feras, quod antè Miraculum illud

Digitized by Google

lud prestitisse dicitur, eiusdem Historici verbis, cùm sibi prima vice venenum à famulo propinatum sensit? *Alio itaq; tempore Cæsar, somno se parans, discalceatus lectum intrauit, potumq; postulat, qui sibi a suo famulo præsentatur, quo sumpto Cæsar mox se infectum percipit. Is itaq; subito surgens Capellam solus ingreditur, cuius ostium, ne quis secum veniat, obfirmauit. Gratiam itaq; procumbens ante altare postulat, vt, si non sit Mundo vtilis, potus sibi iste maneat vltimus: si vero Deus velit sibi vtilitatis caussa parcere, eiusque vitam protendere, dignaretur ipsum a potione pessima liberare. Quo dicto venenum vna, quæ venerat, recedebat. Cæsar, Deo grates agens, & ad lectum rediens, dicta nulli aperuit; sed quidam, ipso nesciente, retrò altare latitans, ista omnia audiuit, & publicauit.* Longè quid amplius, ad eandem exprimendam virtutem, Cuspinianus affert, cum videlicet Diuino fuisse seruitio sic addictum, vt neq; recuperandæ pristinæ valetudinis gratia ab eo potuerit dimoueri. *Imalescente morbo* (verba Cuspiniani sunt) *Cæsari consuluunt Proceres, vt Pisas reducatur. Quibus respondit, se in seruitio Dei esse, nec alio profecturum. Itaq; Buoncontuentum defertur, vbi animam Deo reddidit.* Expressit eandem Henrici mentem Gerbrandus à Leydis, cùm illi viam salutis aliam commonstrasset idem ille proditor, qui Principi de se probè merito mortem anteà fuerat machinatus. *Traditor ait. Reuerende Domine, si vestra Nobilitas annueret, possem vos curare. Cæsar ait, frater Bernarde, si hoc posset, ordinem postulo vocari. Traditor ait, quod, si demisso capite, & suspenso pede, venenum vna, qua venerat, reuerteretur. Cæsar ait. Absit, bone frater, si alio modo non potest fieri curatio. Nolo enim aliquo modo animæ meæ cibum suum subtrahere; sed illum, destructo per vos corpore, Creatori humiliter præsentari.* Quis DEVOTIONEM tantam secum ipse tacitus non admiretur, non æmuletur, non prædicet, non extollat?

CATHOLICVS.

A *Pietatis, & Religionis cultu* ad FIDEM Virtutum omnium basim, & fundamentum accedo, qua nulli Germanorum Principum HENRICVM concessisse didicimus ex Pratensis Cardinalis Elogio, quod dedimus in Præcomio, *Religiosi*, Conradi Vecerij verbis. Eò primùm spectat CATHOLICI Titulus, quem illi Scriptores, & suo sanè merito, Clarissimi detulerunt. E quibus F. Iohannes Scheckmannus in Medulla Gestorum Treuirensium Cap. IX. *Habuit* (inquit) *Baldeinum fratrem* HENRICVM *Iustum, Prudentem, Honestum, CATHOLICVM, dilectum omnibus, quem cooperante Petro illo Maguntino Præsule, ad Imperij culmen promouit, appellatum* HENRICVM VII. *Imperatorem*. Et antè multò par illi prorsùs Elogium suo in Augustali confecerat Beneuentanus Imolensis seculi illius Scriptor, quo viuebat is Cæsar, par vt sit credere, Scheckmannum suos illis è riuulis hortulos irrigasse. Floruit ijsdem temporibus Ioannes Villanus, Historicus fidei non infidæ, idemq; tùm Lib. IX. Cap. 61. tùm Lib. XI. Cap. 1. Imperatorem hunc, cuius facta non tàm auditione accipere, quàm oculis vsurpare potuit, CATHOLICVM appellauit. Extant ad hæc Clementis V. Pontificis Romani literæ, tùm apud alios, tũ apud Abrahamum Bzouium Sacris illius Annalibus insertæ Tom. XIV. Col. 112. in quibus ipse fatetur Pontifex, in se recepisse Henricum, *quod, vt* PRINCEPS CATHOLICVS, *& Ecclesiæ Aduocatus atque Defensor ipsam iuuaret, & consilijs & auxilijs illi adsisteret opportunis*. Ecquid aliud, quæso, loquitur Professio Catholicæ fidei, quam ipsemet Cæsar edidit Romæ, idéq; Bzouius in lucem protulit è MS. Codice Vaticano? Legatur illa in laudatis Annalibus Col. 183. vt omnis ea de re scrupulus eximatur ijs, qui aliam fortassè sententiam imbibere. Non itaq; temerè hoc etiam HENRICVS nomine commendatus Electoribus à Pratensi; vt Alphonsus Ciaconius tradit in Clemente V. *Insinuauit verò* (Cardinalis Pratensis) *his* (Electoribus) HENRICVM *Luczemburgensem, Virum armis strenuum, & robore corporis ferocem*, CATHOLICVM, *& omnium Germanorum Principum optimum*. Idemq; antè multò scriptũ reliquerat Nauclerus Vol. II. Chronographiæ, Generatione XLIV. *Placuit Pontifici consilium* (Pratensis) *& simul cum Cardinale nominant etiam Electoribus Comitem de Lucẽburg, Virum Magnanimum, Industrium, atque* CATHOLICVM, *Pratensi tium benè notum*. Sed hoc HENRICVM Elogio meritissimè decoratum adstruent Elogia reliqua, huic affinia, quæ subnectam. Dictus enim etiam

FIDEI CHRISTIANÆ CVLTOR, ET DEFENSOR INTEGERRIMVS.

Manauit hec in illum laus à Ioanne Trithemio in Chronico Hirsaugiensi ad annum CIↃ. CCCX. *Fuit autem* HENRICVS *Imperator iste, Vir Sapiens, Iustus, & Gratiosus, in armis Strenuus,* FIDEI CHRISTIANÆ CVLTOR; ET DEFENSOR INTEGERRIMVS, *consilio, & animo promptus, amator Cleri, & Pauperum defensor*. Vides hic apertè Lector, quàm verè ingenti Virtutum agmine stipatus incederet vnus hic CÆSAR, quem Elogiorum initio, singulari Dei Opt. Max. prouidentia datum Orbi diximus, vt in eo vires suas experirentur Virtutes omnes. Sed ad rem. Habitus ad hæc HENRICVS

CHRISTIANÆ RELIGIONIS ZELATOR EXIMIVS AC FERVIDVS PERSECVTOR.

Ornauit hoc illum Elogio Lupoldus Bebenburgius in Tractatu de Iuribus Regni, & Imp. Rom. Cap. IX. in fine, vbi de responso loquens ab illo dato Cardinalibus in Vrbe, respectu iuramenti fidelitatis, quod Imperator Romano Pontifici præstat, hec habet. *Sed opinari quemquam, quod circa responsionem de iuramento huiusmodi hunc habuerit intellectũ, satis inconueniens reputo, cum ipse* CHRISTIANÆ RELIGIONIS *actorum Iustitiæ* ZELATOR EXIMIVS, AC FERVIDVS *extiterit* PERSECVTOR. Zelum autem eius in Religionem Christianam, inibi inter alia Freherus probat ex eo, quòd in eius Vita legi narrat: *Die Coronationis sue, Rome in Ecclesia Lateranensi, more aliorum Principum Romanorum, legem primam edidisse, seu Authenticam nouam* DE SVMMA TRINITATE, ET FIDE CATHOLICA, &c. Vt in Paralipom. Vrspergensis. Quam legem editurum se subijcit in *Legibus Curiarum*. Sed eius quoq; legis mentio apud Bzouium, & Nauclerum in laudatis locis. Nos illam fortassis alibi producemus.

ECCLESIÆ ADVOCATVS. DEFENSOR. AMANS.

Coniunxi hæc tria Elogia, quòd ad idem spectẽt. Primis duobus insignitur in suprà nominatis literis Clementis V. talémque illum fore coniecerat alijs eius ex Virtutibus Pratensis, si quando Romani Imperij fastigium attigisset. Indicant id ipsius Pratensis verba, quæ Vecerio debes. *Neque dubium, si eò celsitudinis benignitate tua* (loquitur cum Pontifice Pratensis) *prouectus fuerit, nulla non re, vel Pontificis obtemperaturum iussis, vel* IMMVNITATEM ECCLESIÆ PROPVGNATVRVM. Nec expectationem desè concitatam fefellit Cæsar. Nam antequam Italiam ingrederetur, *in manibus Ioannis de Mollianis, Scholastici Ecclesiæ Talensis, Capellani Pontificij ad hoc missi, promisit, & iureiurando firmauit, quod* ECCLESIAM, *& fidem Catholicam pura fide, totisque viribus*

conſeruaret reuerenter, DEFENSARET *etiam contrà quoſcumque homines, cuiuſcumque exiſterent præeminentiæ, dignitatis, vel ſtatus*. Hoc enim ipſe ſuis literis Pontifex teſtabatur. Lauſanæ quoq; cum eſſet, in ipſo ferè limine Italiæ, coràm Nuntio Pontificis, eam ſibi neceſſitatem impoſuit, ſeq; iureiurando aſtrinxit ex formula perſcripta, & diplomate ludo exculentis verbis Eccleſiæ Rom. dato, *Libertatem Eccleſiæ inuiolatam ſeruare*, & ADVOCATI, DEFENSORISQVE *eius partes agere*, vt ijſdem ex literis conſtat. Romæ denique iureiurandum idem, receptis Coronationis inſignijs, innouauit, vt Eccleſiaſticis ex Annalibus Bzouij liquet, qui iuramenta omnia ab HENRICO VII. pro Eccleſiæ Rom. defenſione præſtita copulauit Tom. XIV. Col. 186. Apparet eius quoq; bonæ mentis veſtigium in Sententia, quam contrà Robertum Regem Apuliæ ipſe tulit, eaq; in parte maximè, in qua quet Henricus tulit, eaq; in parte maximè, in qua dolet, *Terræ Sanctæ negotium, ad quod teſte illo, qui omnia nouit, totis cordis affectibus anhelauit, Roberti Regis opera retardari*. Hæc enim eius ferè partis verba ſunt, vt apud Noſtrũ habentur Lib. VIII. Rub. V. Nec obſunt hîs, quæ diximus, literæ Philippi Francorum Regis, pro Roberto Conſanguineo ſibi cariſſimo Clementi V. aduerſus hunc Henricum datæ Lib. XVI. Rub. III. in quibus ille impedimenta negotij Terræ Sanctæ vnum in Henricum conferre ſtudet. Nam hanc ab illo culpam ipſius Legati, apud ipſum Pontificem facilè remouere, vt elucet è Rubrica proximè conſequenti. Quare parum æqui fuiſſe videntur Henrico, quotquot illum aliud in ore, aliud in pectore geſſiſſe aſſerunt, obliturnq; fidei totalis in pectore geſſiſſe aſſerunt, obliturnq; fidei totalis Eccleſiæ Rom. datæ, Defenſoris quidem eius, & Aduocati perſonam meritum eſſe, re autem ipſa ad illam viâ cum omni Italia deprimendam totis neruis, ac viribus contendiſſe. Sed mihi non hic propoſitum Apologiam pro Henrico texere; ſed eius præconia tantùm ex Auctoribus ſelecta connectere, dareq; ſpectanda poteris in hac Nota.

Attulimus, quæ probarent. *Eccleſiæ Rom. patrocinium, & tutelam* Catholico Principi fuiſſe cordi, eiuſdem nũc illum AMANTEM ECCLESIÆ dabimus intuendum. Inferrè hac in parte Hoeſemius laudandus alijs, cùm huius de *Religione* Cæſaris loquetur. *Hæreſibus, & religioſus, & in armis ferocem* ECCLESIAM DILIGEBAT. Clarè pariter, & diſertè Huldericus Mutius imbi memoratus. *Cenſuerunt interim nonnulli Comitem de Lucelburg religioſum, Eccleſiæque VT AMANTEM*. Sed clariùs res ab eo geſtæ. Nihil ille ſcilicet non egit, vt Eccleſiam ſibi in amoribus eſſe publicè teſtaretur, cuius beneficio natus ſe ad Imperij Rom. faſtigium deuectis cõpetitoribus omnibus euolaſſe. Itaq;, renuntiatus Romanorum Rex, nihil antiquius habuit, quàm vt ſtatim Legatos ad Pontificem mitteret, *imperaturus Coronationis ſuæ decus, & in aduentus quoſcumque futuros Eccleſiæ Triumphantis*, teſtimonio Noſtri infrà Rubrica huius Libri VI. verè vt *fœcundæ pacis vexillo in Italiam auſpicijs ducibus Eccleſiæ* dicatur eidem Rub. VIII. Lib. XVI. Romanos ob id ille *ſuos, amantiſſimum ſibi populum, eorumque Senatum* ſolitus appellare. Teſtis Oratio, quam ipſemet habuit Romæ poſt epulũ antè inaugurationis ſolemnia Rom. Primoribus datũ, vt affertur à Bzouio Tom. XIV. Ann. Eccl. Col. 184. *Non tamen tam longi itineris laborem ſibi fuiſſe grauem conſideranti. Svos ſe* ROMANOS, AMANTISSIMVM SIBI POPVLVM *viſurum, cum quo laetos, iucundoſque dies peragere*: vt à Noſtro Lib. VIII. Rub. IV. *Quid frequentes literæ? quid Nuntij celeres toties expetiuere, niſi vt* MVTVM CARVM *viſerem* SENATVM POPVLVMQVE ROMANVM? Ac ne aliud loqui, aliud ſentire videretur, rogatus à Rom. Populo Rub. VII. eiuſdem libri, vt de coronæ Romæ ſibi dandæ loco *præſtolari vellet Pontificum reſponſum. Maieſtatemque Cæſaream*

A *Sacroſanctæ Eccleſiæ monumentis, & inſtitutis obtemperare, remiſſo animo, dictis illius protinus acquieuit*. Sexcenta eius generis alia prætermitto. Siquidem enim, *Magnes amoris amor*, vt à Poeta dictum, ipſaq; magiſtra rerum experientia comprobatum eſt, Summus Romani Pontificis in Henricum amor, ſummũ illius amorem arguit ergà Eccleſiam ſuam, cuius ille gratia Cæſarem diligebat. Amorem porrò ſummum Pontificis in Henricũ iſta potiſſimùm expreſſerunt. Primò. Collocatio Balduini fratris in Archiepiſcopali Treuerẽſi Eccleſiæ Sede, Henrici, Romam ob eam cauſſam profecti, intuitu & rogatu, qua de re Noſter in extrema huius Rubricæ cerB ta. Secundò. Electio ipſius Henrici in Romanorum Regem, adnitente potiſſimùm apud Septemuiros Electores, de Romani Pontificis conſilio, Cardinali Pratenſi Legato. Tertiò. Electionis emologatio, quam à Clemente Pont. Legati Cæſarei facilè retuC lere. Quartò. Vocatio ipſius Cęſaris in Italiam, quæ penè totos annos ſexaginta Imperatorem nullum viderat, Pontificis ipſius hortatu, huius vt aduentus Cæſaris, ſublatis bellorum diſſidiorumq; ſeminibus, pacem ipſi, & Eccleſiæ compararet. Quintò. Romanæ Coronationis decus, cuius ergò Romæ ſe afD futurum receperat Pontifex. Sextò. Subiunctæ vocationi Cæſaris in Italiam Pontificiæ literæ, quibus Italicis Vrbibus, vt ipſum exciperent, eidemq; fauerent ac obtẽperarent, ſedulò mandabatur. Septimò. Baſilienſis Epiſcopus vnus ex Regiæ curiæ Principibus Auinionem, vbi tunc Papalis Curia reſidebat, tranſmiſſus à Cæſare, benignè à Papa ſuſceptus, vt loquitur Noſter Lib. IV. Rub. I. Octauò. Legati E à latere Cardinales iuſſi illicò à Pontifice ad Cæſarem ſe conferre, tùm ad ſuperãdas rerum ab illo gerendarum viciſſitudines, & anfractus; tùm ad peragendam ipſius vice Cęſaream inaugurationem Romæ. Nonò. Senatoria dignitas Ludouico Sabaudo confirmata Pontificio decreto, poſtulante Henrico. Nihil demùm pro Maieſtate Henrici ſartæ, tectaq; tuenda à Pontifice prætermiſſum, vt Bzouius narrat, qui & addit Mediolanẽſes anathematis Pontificij telo percuſſos ob violatum Henricum; ſed obF ſtrictam facti communioni fidelium redonatos ſtatim.

Se ſe prodit hic idem amor Pontificis in Henricum ex Oratione Noſtri, quam habuit in Patauino Senatu aduerſus I. C. Rolandum de Placiola, defectionem à Cæſare ſuadentem in illis Rubricę primę Libri VI. *Illumne Eccleſia Romana condiuinat? fouet? fideuit? Atteſtetur hoc Rolandus, cuius oculi cernere* G *aſſidentes a latere quatuor Cardinales, Papæ nomini pro viribus obſequentes*. Facit huc etiam ECCLESIÆ FIII Cognomentum, quod cùm in Papali reſponſo Lib. III. Rub. VI. tùm Lib. IV. Rub. I. ore Cardinalis Hoſtienſis Henrico delatum occurret. Nemultis? Dicat hac de re pro ſe teſtimonium Henricus ipſe, & hoc Elogium claudat ijſdem verbis, quibus olim amorem ille Pontificis ergà ſe prodere conH ſueuerat. Aiebat enim ille, hunc vt palàm faceret, ſe Pontifici, VT PVPILLAM OCVLI (qua loquendi formula res quæq; cariſſimæ deſignantur) SVPREMÆ CVRÆ ESSE. Habes hanc formulam apud Noſtrum Lib. XI. Rub. I. nec aliud hic à me quàm, ne videar meridiano Soli lucem adijcere voluiſſe.

CHRISTIANISSIMVS.

Suggerit hoc Elogium mihi Io: Dubrauius Hiſt. Boiemicæ Lib. XXII. in fine, vbi de Ioanne fratre Caroli IV. Marchione Morauiæ loquens: *Iohannes* (inquit) *quondam Marchio, Princeps illuſtriſſimus, quo* I *Caroli IV. Maximus frater fuit germanus. Quoque Carolo IV. Maximus frater fuit germanus. Quorum Genitor Iohannes Cæcus, Princeps ſereniſſimus Boiemiæ, & Poloniæ Regnorum Rex fortiſſimus. Amus autem*

tem eorum HENRICVS VII. *qui Imperator erat* CHRISTIANISSIMVS. Fuit & in ore, ac calamo Gerbrandi à Leydis Lib. XXVII. Magni Chron. Belg. Cap. VIII. *Igitur poſt hæc Imperator* CHRISTIANISSIMVS *ſuis valedicens, & manus deuotiſſimè erigēs in Domino feliciter obdormiuit*. Accedit his Marſilius Patauinus Part. II. Defenſor. Pacis Cap. XXIII. circà finem. *Quæ potius, De iniuſta iniuria* CHRISTIANISSIMO *Imperatori, Virtutum omnium Viro ſingulariter inter cæteros Principes approbato, ſuiſque ſucceſſoribus, & affinibus omnibus facta contumelia, intitulari potuiſſet.*

CHRISTIANORVM DECVS, ET SALVS.

Refero huc etiam duas haſce perhonorificas appellationes, quibus Henricum compellauit Noſter, cum apud illum diceret Orator Patriæ. Sic enim ille exorſus dicere, vt apparet ex Rub. VI. Lib. III. *Tertia mihi ſors (Magnanime Cæſar) Dei, Calitumque munere condonata eſt, ſerenam intueri Maieſtatis tuæ faciem,* CHRISTIANORVM DECVS, *per quem, inſpectante Deo, Reges regnant, & Domini dominantur*, finem his dicendi fecit: *His ſecundum vota diſponimus, his noſtra contenta Communitas. Tuq; viue, valeq;, Rex Inuictiſſime,* SALVS VIVENTIVM CHRISTIANORVM. Vt non immeritò ſcripſerit Munſterus, *Chriſtianitatem in huius Henrici nece iacturam maximam paſſam eſſe*; nec ingenuè minus poſt eiuſdem necem, *inter conſolabiles Principum planctus, Petrus Archiepiſcopus Maguntiacenſis cum magno ciuitatis exprimente indignationem caſus tanti Viri, teſtatus ſit* (vt Meyerus refert) *intra quingentos annos nullius mortem Principis tanto toti Mundo fuiſſe detrimento.*

PROBVS. BONVS. INTEGER. SANCTVS.

Ob huiuſmodi Factorum, & Virtutum famam, præconia quoq; PROBITATIS. INTEGRITATIS. ET SANCTITATIS tulit, quæ ſubdita ſuſceptæ prouinciæ non oblitus. Extat præconium primum à PROBITATE ductum in Literis Clementis V. quarum apud Bzouium exemplum habes, Tom. XIV. Annal. Eccleſiaſt. Col. 110. in hæc verba. *Examinata quoque perſona ipſius* HENRICI, *prout abſentia patiebatur eiuſdem, & de ipſius Fide, PROBITATE, & alijs, quæ in perſona Imperatoris ſunt merito requirenda, cum pluribus Prælatis, & alijs magna auctoritatis Viris, qui eiuſdem* HENRICI *mores, conditionem, & ſtatum plenius nouerant, inquiſito; eiuſque perſona, cuius etiam Nos, & Fratres noſtri aliqualem prius notitiam habebamus, &c.* Occurrit & in Chronico Hirſaugienſi Trithemij ad annum M.CCC.VIII. *Eodem anno, in menſe Nouembri conuenerunt Principes Electores ad Villam dictam Renſe, non longè à Bopardia, iuxta Sedem regalem, &, procurante Domino Petro Archiepiſcopo Moguntino, in Regem Rom. vnanimiter elegerunt* HENRICVM *Comitem Lutzelburgenſem, fratrem Balduini Archiepiſcopi Trauerenſis. VIRVM BONVM, ſtrenuum, & imperiali honore dignum.* Et in Epiſtola II. Muſſati noſtri, cuius maior pars in ipſius Henrici laudem excurrit.

Parce tamen, BONE REX, minimum mihi fortiter auſo,
Si fuerant alia geſta notanda manu:

Et paullò poſt Muſſatus idem, illam ſe præ ceteris capturum voluptatem aſſerit ſuo ex Opere de rebus ab illo geſtis, quòd, Henricum laudans, laudaturus eſſet *Romas.*

Sit ſtylus ipſe humilis, rebuſque incommodus altis,
Sit rata verborum pro grauitate fides:
Quòq; magis Magnis fuero Scriptoribus impar,
Illoq; minus reliquas inuidioſus ero.
Si mihi præfuerint, ego me conſoler in illis.

Gaudebo laudes attribuiſſe BONIS.

INTEGRITATIS præconium alterum Vecerius attulit, nec vno in loco. Ait enim in limine Opuſculi de Henrico ipſo. *Iuuit aſſertionem Cardineam* HENRICI *quoq;,* INTEGRITATIS GLORIA, *quam ex rebus fortiter, probeq;, geſtis fama iam pridem exorta ad Clementem quoque pertulerat*: Et in calce. HENRICVS *iter per Hetruriam faciens, vbi ad Montem-apertum acceſſit (id nomen loco tribuere accolæ) ægrotare manifeſtò incepit, tametſi iam inde à relictis Piſis initia morbi irrepentis animaduerterat: ſed ipſe, qua erat* INTEGRITATE, *animique magnitudine, ne die dicta temerè abfuiſſe crederetur, fidei, quam valetudinis rationem habere maluit.* Reſpexit huc etiam Folieta, cùm huic Cæſari, *Sincerum ab omni labe ingenium* dedit. Sed huic quoquè parti fulgor affulget ab ipſismet HENRICI dictis, & factis. Circumfertur enim eius Cæſaris egregium Apophthegma, quod cum illum Improborū oſorem fuiſſe liquidò prodat, eiuſdem quoq; *Probitatem, & Integritatem* aperit, Notamq; noſtram illuſtrat. Adducam illud caſtè & integrè, totidemq; verbis, quibus accepi à Magno Rei literariæ, Venetæq; Patre DOMINICO MOLINO, cuius incomparabili Humanitati multa in hoc Opere debeo, perpetuò debiturus. *Comites de Wirtemberg apud Germanos in Sueuia latè dominantur, & quamuis Principatus honore, & appellatione careant; potentia tamen multos Principes antecedunt. At inſolentes & improbi habentur, qui neque Romanam Sedem venerentur, neque obſequuntur Imperio. Nobilis quiſpiam, cum hos diu ſectatus fuiſſet, ab eis tandem recedens ad curiam Cæſaris profugit. Henricus tum Septimus imperabat, auus Caroli IV. qui Sigiſmundi pater fuit. Nobilis in conſpectu Cæſaris quotidie accuſare Comites, nunc rebelles, nunc raptores appellare, hoſtes Imperij, contemptores Eccleſiæ: Cui Henricus. Tace, inquit, Veterator, neque laudanti tibi, quos ſcimus peſſimos; neque vituperanti, quos tu olim ſequebaris, fidem habemus.*

SANCTITATIS præconium tertium legere eſt apud Meyerum Lib. XI. Annal. Flandriæ. *Electus eſt ſtatim* HENRICVS *eius nominis* SEPTIMVS, *qui Comes erat Luceburgenſis, Vir non modo bello ſtrenuus; ſed pius,* VITAQVE SANCTVS. Sed hauſit id ille præconij ex Argentinenſi, cuius illa ſunt. *Celebrauit autem Clemens Papa V. poſt mortem Henrici Cæſaris Concilium Vienna reuocans ſententiam Imperatoris contra Robertum Regem prolatam, & eidem* SANCTO IMPERATORI *periurium impinxit.* Iniuriam ego quoq; intulerim Etruſcarum Muſarum ocello Francisco Petrarchæ, cuius ad fontem, & cineres hæc Arquadi ſcribo, ſi, quod ille Henrico VII. conceſſit elogium in Exhortatoria de pacificanda Italia ad ipſius Nepotem Carolum IV. Imp. inuidere reticendo velim hoc loco, in quem probè cadit, & ſponte. Nimirùm SACRAM ille MENTEM illic Henrico tribuit, quòd eius haberet ob oculos SANCTITATEM. Audiatur itaq; *Vir cæleſtis*, vt eum Iacobus Philippus appellat in Suppl. Chron. Lib. XIII. ad annum CIↃ. CCC. XLI. *Vtutibi pro omnibus ſatis erit* HENRICVS SEPTIMVS *æternæ memoriæ ſereniſſimus auus tuus; cui ſi ad explenda, quæ* SACRA MENTE *conceperat, vitæ ſpatium ſuffeciſſet, verſa rerum ſorte, & afflictos hoſtes, & Romam regnantem, & liberrimos Italiæ populos, ac feliciſſimos reliquiſſet.*

MAGNVS PRINCEPS.

Apertiſſimè Antonius Poſſeuinus Iunior in Gonzagis Lib. III. *Indoluit tota Germania, quique per Italiam officio in ipſum certauerant,* MAGNI PRINCIPIS *fato.* Hinc Platina in Clemente V. *Reſponderet tum Florentini,* TANTVM *quidem* PRINCIPEM *imprudenter agere, qui barbaros in Italiam ducere conetur, quam ipſe, Imperij cauſa, à barbaris tueri deberet.*

ret. Voluit & hoc ipsum Noster, cum in huius Rubricæ calce, INSIGNEM INTER VTRIVSQVE GALLIÆ PRINCIPES *habitum* scripsit; *in eoque cum fama, & opibus crevisse cætera, quæ inter Primores, & Excellentes mortales extollunt*. Nec abluſit, qui VIRVM SINGVLARITER INTER CÆTEROS PRINCIPES APPROBATVM asseruit, cum eius existimationem à malevolorum calumnijs vindicaret. Sed tionem à malevolorum calumnijs vindicaret. Sed inter cæteros Munstero plurimũ Septimus hic HENRICVS debet, à quo suprà cæteros Principes insignitet est elatus. *HENRICVS VII. F. Henrici Comitis Lutzelburgensis, & Beatricis Comitissæ Hannoniæ, paternis opibus non quidem magnus: Iustitia autem, & Prudentia, tum rerum gestarum gloria* INTER PRINCIPES *Svi Aevi* PRÆCIPVVS, *in cuius nece Christianitas maximam passa est iacturam*. At si PRINCEPS OPTIMVS, quidni etiam MAGNVS? Idcirco pergo.

OPTIMVS PRINCEPS.

VIuntur in attollendo HENRICO superlatiore gradu multi, quasi indignentur illum Principibus, & Imperatoribus reliquis admiscere. Ego tibi signo paucos, & in primis Nostrum, qui clarissimè Epistola XVII.

SEPTIMVS *ille meus, Rex* OPTIMVS *Henricorvm. Nam nisi directis voluit te Brixia vallis.*

Expresè pariter Volcta Genuẽsis Historiæ Lib. VI. *Tantorum consiliorum inchoatus cursus, subita* OPTIMI PRINCIPIS *morte, in oppido Boncomento interruptus est*. Accedit his Benevenutus in Augustali, à quo clarè inter OPTIMOS recensetur. Nec alia Pratensis sententia fuit, quam alij aliter expressere. Ioannes Villanus his verbis Lib. IX. Cap. CI. *Mea sententia hæc est, Com. Lucemburgensem Germanorum omnium huius ætatis* OPTIMVM *esse, supraque cæteros animi sinceritate, robore corporis, fide Catholica laudabiliter præstantem*. Vecerius illis. *Henricum Lucemburgæ Comitem nulli Germaniæ Principum cedere arbitror, siue religionem, siue fidem, siue certe magnitudinem animi spectaveris*. Ad quorum vestigia conformatus gradibus M. Alfonsus Ciaconius in Clemente V. *Insima ut verbis*. HENRICVM *Comitem Lucemburgensem Virum armis strenuum, & robore corporis ferocem, Catholicum, &* OMNIVM GERMANORVM PRINCIPVM OPTIMVM. Sed enim alijs omnino sublimiùs, nimirùm extrà comparationem horum, vel illorum Principum, sensit & scripsit Huldricus Mutius Lib. XXXIII. Chron. Germanici, cum hæc attulit. *In eo loco defunctus est* HENRICVS *Lucemburgensis,* PRINCEPS OPTIMVS. Hinc eius immanitatem facti, quo ferebatur extinctus, Scriptorum nemo non graviter insectatur. Vecerius enim *facinus horrendum* dixit; *audaciam infandam*. Meyerus *nefarium scelus*; quin & ipsum *calicem* veneno infectum *nefandum*, Val. Anselmus. *Nefandissimam potionem* ipsum Gerbrandus à Leydis: ipsum verò facinoris *Auctorem scelestissimum, perditissimum* Meyerus, *maledictum*, Cuspinianus, *proditorem* Gerbrandus, *proditorem scelestissimum* Beka citate Bzovio ex Meyero Tom. XIV. Ann. Eccles. Col. 213. Num. XV. *Iudam* vulgatum carmen, quod idem Bzovius adducit in laudato loco,

Luce volet mundus, quod sit Iacobus secundus
Iudas: quod restat, mors Cæsaris hoc manifestat
Anno millena trecentena; duodena
Uno non pleno, privatâ luce veneno.

Virum Belial omni crudelitate bellua, crudeliorem, ipsumque factum, *nefandum commercium*. Hocsenius in Theobaldo de Barro Episcopo Leodiensi, LXXIV. Cap. XXXII. *Miserum* tandem se se ipsemet Proditor, *quid manus fuę*. sublato PRINCIPE OPTIMO, *ad bravium pessime pervenisse*.

DECVS SVBLIME. ORBIS HEROS. FLOS GERMINIS GERMANORVM.

Ab hac sine dubio Cæsaris huius excellentia suprà Principes, siuè Germaniæ, siuè Orbis reliquos, prodijt hæc præconiorũ trias. Priora duo tanto Principi Mussatus adscripsit, ac primum quidem Lib. III. Rub. VI. cum apud illum verba faceret Patriæ nomine. *Dum tandem paulo latioribus, quàm opportunitas expetebat, induciis, concordibus opinionibus decrevernnt, Tibi obsequendum, parendum; Te vt* DECVS SVBLIME *venerandum, emolgatis pertemptatis, & actis per nos Antonium, & Mussatum*. Alterum Lib. IX. Rub. IV. ore Florentinorum. *En quis hic est? Cesar. Quisque Cæsar?* ORBIS HEROS, *in se aliquas per hypothecas sic obiurgatus distillabat, tantis septus angustijs*. Et antè me notauit Ludouicus Cerdius in Elogijs Maronianis Cap. V. HEROIS titulo signatum à Iouiano in Ant. sublimitatem Virgilij, planè inter Poetas reliquos admirabilis, & sublimis. Tertium Argentinẽsis in Chron. ad annũ CIↃ.CCC.XIII. *Sicq; heu, periit columna magnanimitatis, & iustitiæ, ac* FLOS GERMINIS GERMANORVM. Quid hoc Elogio grandius, & in laudem Henrici excellentius?

SANCTISSIMVS.

Videbitur hoc temerarium dictu, & fortasse insolens; sed parcat Lector. Nam mihi coniungenti præconia HENRICI, cur non fas sit dicere, quæ antè me alij. Vocauit ergò SANCTISSIMVM Abrahamus Bzovius; sed incertum, vtrùm de sua, vel alienamente. Videtur ex Annalibus Flandricis Meveri, qui ex alijs, vt illum adducit ipsemet Bzovius, Tom. XIV. Annal. Ecclesiasticorum Col. 213. Num. 15. cuius ob id verba audite præstat. *Ioannes Beica (lege Beka, seù, a Beka) in rebus Hollandicis, Ecclesiaque Traiectensis, nec non & Chronica quædam Flandriæ domestica, præter Floreminos, reos mortis* SANCTISSIMI PRINCIPIS *fuisse referunt Robertum illum Apuliæ, seu Siciliæ Regem. Philippum Regem Franciæ, Ludouicum Navarræ Regem, ac Principem præterea Tarẽtinorũ. Et in fine Numeri. Hæc Meyerus pars incerta, pars conficta*. Ego verò hic Bzovium etiam aliquid de suo addidisse arbitror, vel certè hæc illius postrema verba, *Hæc Meyerus, &c.* non esse ad superiora eius Numeri omnia referenda. Nusquam enim Ioannem à Beka laudat in Annalibus suis Flandricis Meyerus; nec vsquàm Ioannes à Beka in rebus Hollandicis, & Ecclesiæ Traiectensis meminit rerum mortis Henrici VII. quos Bzovius ex Meyero profert. Sic itaq; locum Bzovij restituendum, & legendum puto. *Wilhelmus Heda in reims Hollandicis, &c.* Nam hic etiam Scriptor, diuersus à Beka, de Vltraiectinis Episcopis, & Comitibus Hollãdiæ breuem historiam scripsit, quæ vnà cum Chronica Ioannis à Beka eidem Episcopis, & Comitibus prodijt Francquere Anno CIↃ. IↃ. XCII. Bernardo Furmerio Leouadiensi Frisio recensente. Ea re potuit vnus Scriptor pro alio facilè laudari, cum præsertim ità Bexæ Heda fuerit copulatus, vt vix apparerent diuersi. Cæterùm, qui Scriptus, vt vix apparerent diuersi. Cæterùm, qui Scriptorem vtrumq; probè verterit, hæc apud Hedam, nõ apud Bekam legerit in Guidone Episcopo XIII. *Et Henricus Imperator, anno* CIↃ. CCC. XIII. *per-Eta per Bernardum quendam professorem Ordinis D. Dominici Eucharistiam veneno animam. sublatus est. Et successit Ludouicus Bauarus. Fuisse illi aliqui tentatum, ipsum Imperatorem aqua venenata, calicequè aureo, toxicato sustollere; sed Magistri præcipui Ordinis Prædicatorum ultimi malefactores fuere. Accepta à Regibus Francia, Siciliæ, atque Navarræ, ac præcipuè Tarentino* XL. *millibus aureorum, qui hunc tussent interimere venenum*. Hæc ipsemet in Hedæ Guidone legi, & inde

inde fideliter exſcripſi; apud Bexam verò, quem-
rorum accuratè triui, nihil talium, nec aliud quip-
piam de Henrico VII. Cęſare deprehendi, niſi, quod
de illo Ludouicus Bauarus, eius in Imperio ſucceſ-
ſor, ſuis ad Wilhelmum Hollandiæ Comitem literis
conſignatum iit, quæ Bexæ calamo deſcriptæ legun-
tur in Ioanne Epiſcopo XLV. his verbis. *Cum ex di-
uina largitatis munificentia longè plures Ciuitates, &
Caſtra nobis, quàm D. Memoriæ quondam* HENRICO
prædeceſſori noſtro fidelitatis homagia preſtiterint, &c.
Quare cęſus ille Reorum mortis Henrici VII. quem
Bzouius attulit, Hedam potiùs, quàm Bexam (ab-
ſit dicto iactantia, & liuor) auctorem habeat neceſ-
ſe eſt. Repeto Elogiorum penſum.

HONESTVS. GRAVIS. INGENIOSVS.

Conſentiunt in Elogio primo Magni viri tres,
Scheckmannus in Medulla Geſt. Treuirēſium Cap.
IX. Beneuenturus in Auguſtali. Villanus Lib. IX. Cap.
CI. Primi verba dedimus in *Catholici* nota; Poſte-
riorum habebit hæc charta. Beneuenuti verba
iſta ſunt in Henrico ipſo. *Vir prudens, iuſtus,* HO-
NESTVS, *catholicus, dilectus omnibus, &c.* Villani
iſta penè gemina iam allatis. *Vir ſapiens, iuſtus, gra-
tioſus, fortis, in armis ſtrenuus,* HONESTVS, *catho-
licus, &c.* GRAVITATEM Sapientiæ nexam agno-
uit, & extulit in Henrico M. Guatius vernaculus
Scriptor ſuo in Chronico pag. 258. INGENIVM præ-
ter Carrionem infrà in Elogio, *Belli Pacisque artibus
clarus.* Noſter Lib. III. Rub. III. *Cæſar Longobardia
potiunda reliquis totus intentus, &c. ne iam ex prouiſo
Gallicum à Ligure ſuperetur* INGENIVM: Et Lib. VI.
Rub. I. in Oratione ſua ad Patauinos Patres. *Quid
ſi his Rex aſſentiat, cuius Patrimonij non fuere? cui, vt
eum* INGENIO *pellat, forte iſta licuerint.* Alijquè
non pauci, quorum ſibi teſtimonia, loco magis pro-
prio, *Prudentiæ, Sapientiæq;* præconia vendicabunt.

AMATOR CLERI. PAVPERVM DEFENSOR.

A Trithemij calamo gemina hæc laus, cuius apud
me verba ſuprà in Titulo, *Fidei Chriſtianæ cultor, &c.*
Ad AMOREM verò CLERI quod attinet notæ eius
ſunt, quæ Noſter habet hoc Libro Rub. V. *Hen-
ricum titulum Imperij nactum, non ſolùm vniuerſorum
Principum feruentioribus aſſenſibus, & clamoribus ple-
bis; ſed & Clericorum Antiſtitum applauſibus in ſedem
Auguſtam fuiſſe delatum.* Abundabat & illius Cu-
ria Sacris Preſulibus multis, quorum alibi tibi cen-
ſum dabo. Erant enim Clerici Antiſtites RELI-
GIOSISSIMI PRINCIPIS Amores, Deliciæq; inter
curarum turbines, & procellas. Horum ille potiſ-
ſimùm vrebatur opera, fruebatur alloquio, conſilijs
iuuabatur. Diceres ex illorum cœtu vocatum ad Im-
perij culmen; vel certè cum illis inter ſacra ſepta ijſ-
dem inſtitutis, ac legibus enutritum.

IVRIVM REGNI ET IMPERII ZE-LATOR ET PERSECVTOR ARDENTISSIMVS.

Fuit hic ARDOR, & ZELVS *Henrico* cum eiuſ-
dem fratre *Balduino* Treuirenſis Eccleſiæ Archiepi-
ſcopo, ſacriq; Imperij per Galliam Archicancella-
rio communis. Nam eius Virtutis intuitu obſeruo
factum, vt *Tractatus de Iuribus Regni, & Imperij
Romanorum* Balduini nomini inſcriberetur. Loqui-
tur id apertè Nuncupatoria ipſa, quam hiſce verbis
Lupoldus de Bebenburg, eius Tractatus auctor, ex-
orſus eſt. *Cum inter omnes Principes eccleſiaſticos, &
ſeculares Germaniæ, ac etiam Galliæ Belgicæ, cuius Pri-
mas eſtis, vt legitur in Canone* X. I. q. 3. *Thengualdum.
Et ſic etiam Patriarcha, vt patet* XCIX. *Diſt. in princ. &*
C. I. & 2. vos SACRI ROMANI REGNI, ET IM-
PERII PRÆCIPVVM, *experientia docente, cognouе-
rim* ZELATOREM, *exemplum in hoc recolendæ me-
moriæ Domini Henrici Romanorum Imperatoris Septi-
mi veſtri Germani, qui* IVRIVM REGNI ET IM-
PERII ZELATOR AC PERSECVTOR ARDENTIS-
SIMVS *extitit, laudabiliter imitando: idcirco Tracta-
tum infraſcriptum. De eiuſdem regni, & imperij iuri-
bus, poſt tempus ipſius tranſlationis Imperij de Græcis
Imperatoribus ad Reges Francorum, & ad Germanos
in perſonam Caroli Magni facta, à mea paruitate colle-
ctum, Venerandæ veſtræ paternitati dixi ſpecialiter
adſcribendum.* Hinc orſus ab eiuſdem ferè ſenten-
tiæ verbis Henricus ipſe ſermonem, quem habuit ad
Romanos, teſte Noſtro Lib. VIII. Rub. IV. *Fari
mihi inter vos tanto in rerum diſcrimine, cauſa ratioq;
mouet, ô Quirites, vixque ſtupor, atque admiratio lo-
quendi facultatem occupat, cum excogitem, quid me
ex Auguſta vrbe regia in hanc Italiam adduxerit, &
quod, niſi* IAM DESVETI EXTOLLENDI AMOR
IMPERII? *Amor* enim, *& Zelus Imperij* vnam mi-
hi rem, & eandem ſonant: Et cum apud maleuolos,
& inuidos *violentus* eiuſdem *imaſor* imperij perpe-
ràm audiret, in proximè ſequenti eiuſdem ſermonis
parte, affictam hanc ſibi temerè calumniam procul
amoliri ſtuduit, vt iniquam. *Veniane violentus imua-
ſor, qui ab Apoſtoli Petri limine revellar? A Clemen-
tiſſimo, ac Sanctiſſimo Papa miſſos teſtes adduco tres à
latere Cardinales. Hi Duces, hi Nuncij, executores ſa-
crarum legum, cæſareæque, & imperialium ſanctionum.* Quid
quod, non alia conditione eius electio fuerat à Ro-
mano Pontifice confirmata, quàm vt intrà biēnium
Italiam cum exercitu peteret, quæ deſideraret præ-
ſentiam ipſius: & primo quidem hoſtes Eccleſiæ,
& Imperij in ordinem redigeret, mox & factionum
auctores, & motuum cauſſas amputaret. Aſſenſit
HENRICVS, & cum Imperatores alij, vel per igna-
uiam timiditatemue, aliaſue cauſſas diu Italiam
ingredi non fuiſſent auſi, eorum conſilium repre-
hendit, idque ſibi vnum elaborandum propoſuit,
vt ad priſcum decus nomen Cæſareum rediret, reui-
uiſceret, recoleretur. Ex quo generoſi inſtinctu pro
poſiti quid aliud, quæſo, arguas, niſi *Imperij Zelum,
& Amorem ardentiſſimum extollendi?* Adi Noſtrum,
ſi vacat, Rub. VIII. huius Libri, & ad huius ardo-
rem Zeli in cineres ſtatim abijſſe cernes, quecumque
moram illi facere videbantur ad amplificandos Im-
perij Romani limites intrepidè properanti.

FIDVS.

FIDVM hic accipio, ea Fide prędituм, quæ dicto-
rum, conuentorumq; conſtantia, & veritas appella-
tur, cuius contrarium eſt Fraudatio: ſic dicta Tul-
lio, quòd fieri debeat, quod eſt dictum. Veterius, fi-
delem huic parti operam vt impendam, in cauſſa eſt,
quem qui legerit, clarè inueniet. Henrico tanti con-
ſtantiam hanc fuiſſe, vt potiorem eius, quàm valetu-
dinis, habere voluerit rationem. Ego verò Vete-
rij verba exhiberem hoc loco, niſi in *Integritatis* elo-
gio premiſiſſem, quò Lectorē voco. Sed dictis quoq;
meis aliunde fides. Extat enim de Cæſaris iſtius FI-
DE grauiſſimum aliud Iac. Meyeri teſtimonium in
Annal. Fland. Lib. XI. quod in Henrici VII. com-
memoratione Virtutum prętерire nefas. *Iactabant
nonnunquam Flandri, ſe opera tam fortis, tamque* FIDI
ſibi AVGVSTI *bellum aliquando egregiè reparaturos
in Gallos.* Luculentum etiam eiuſdem in ſe amando
conſtantiæ monumentum carminibus ſuis inſeruit
Muſſatus, cùm cecinit Epiſtola II.

Gratia multa Tibi, pro me, mitiſſime CÆSAR,
Accedant animæ pramia digna tuæ,
Quid Tibi cis Alpes non me dilectior alter,
Carior aut noſtra ſub regione fuit:
Et, ſors quæque ſuos caſus mutauerit vnquam,

Mutua

Mutua non ſoluit fœdera noſtra FIDES.
Vtinam redirent hæc tempora in ævum priſcum!

SIMPLICITATIS AMANS.

Eadem in Epiſtola Muſſatus Auguſtum ſuum donat hac laude, carminibus aliquot interiectis,

Fecerit hoc Pietas, Vigor, & Clementia recti
Principis Henrici, & SIMPLICITATIS *Amor.*

Donat & pręconijs alijs quatuor, *Pietatis*, *Vigoris*, *Clementiæ*, *Æquitatis*, vt vides; ſed in illis nos aliàs inſiſtemus.

BELLI PACISQVE ARTIBVS CLARVS.

Hoc illi condiderunt Elogium, etſi non ijſdem omnes omnino verbis, Iacobus Cauatius D. Iuſtinæ Monachus Patauinus eruditionis, & eloquentiæ gloria perinſignis Lib. III. Hiſtoriarum Cœnobij eiuſdem Diuæ: Huldricus Mutius Lib. XXIII. Chronici Germanorum: Elias Reuſnerus in Genealogico Regio: Auctor Faſciculi temporum Ætate VI. & omnium apertiſſimè Carrio pleno planè in Elogio tanti Cæſaris, quod afferam integrum in hac Nota multorum aliorum inſtar. Primi verba ſunt: *Cæſar ipſe licet opibus ac ditione inter Germanos Principes minor, tamen* BELLI PACISQVE ARTIBVS LONGE MAIOR, *ingentem de ſe opinionem excitauerat.* Secundi: *Cenſuerunt autem nominandum Comitem de Luceburg, Religionis, Eccleſiaque amantem, &* STRENVVM CVM MODERATIONE IN REBVS AGENDIS BELLO ET PACE. Tertij: *Vir Prudens, Iuſtus,* REI BELLICÆ PERITVS, *Magnanimus, &c.* Quarti: *Iſte* HENRICVS *fuit Comes Luczenburgenſis,* IN MILITARIBVS ACTIBVS STRENVISSIMVS, PACEM PER TERRAM, ET AQVAM TENERE CVPIVIT. VICTOR GLORIOSVS. BELLATOR INVICTVS. Poſtremi: *Ita cum Septemuiri conuenijſſent Francofurti, omnibus ſuffragijs elegerunt* HENRICVM *Comitem Lucelburgenſem, Calend. Nouembris, ſeptimo ab interitu Alberti menſe, de commendatione Baldwini Archiepiſcopi Treuirorum, qui in fratre Henrico non opes, quæ exiguæ erant ſed alia ad iuſtam, & ſalutarem gubernationem magis neceſſaria præſidia, atque ornamenta veriora prædicabat, generoſitatem naturæ, ingenij præſtantiam, excelſi animi magnitudinem, moderationem in omni vita iuſtitiam.* PERITIAM REI BELLICÆ, *vigorem ætatis & corporis, robur ac firmitatem ad tolerandos militiæ labores.* Sed hanc illius peritiam militarem: vt ab eo domi, ac foris ſtrenuè, glorioſèquè bellata bella teſtatam adeò poſteris reliquere, vt omnem ea de re dubitandi locum ademerint. Treuirenſibus enim (ore Noſtri in hac Rubrica infrà) vectigalia quædam, certaq; ſolita domui de Lucemborc exennia denegantibus bellum ſolus intulit, &, collatis vndiq; Principum, amicitiarumq; priuatarum ſubſidijs, Vrbem Treuir Ciuitatum Alemanniæ cis Rhenum non mediocrem obſedit, & ad exhibendorum exeniorum, antiquum fœdus obſtrinxit: Eberhardum Comitem Wirtebergẽſem opum fiducia inſolentiùs noua ſibi bella conflãtem, iugumq; Imperij detrectantem, perſecutus armis, ità attriuit, vt illi proſcripto, & omnibus fortunis exuto pereundum fuerit, niſi Clementia victoris fuiſſet ſeruatus: Ad hæc Miſnica bella ſuſtulit, & Alemannia pacata Ioannem filium Boemiæ Regno, quod tunc Romano vacabat imperio, præfecit, ſummoto Henrico Karinthiæ Duce ad id regnum aſpirante: & Boemis regia cenſura pacatis, regnum ipſum vtriusq; Luſatiæ acceſſione locupletauit. Hæc domi. Nec minus foris inclaruit hic Henricus. Quippe Italiam ingreſſus, Taurinatibus & Aſtenſibus in deditionem acceptis, Vicecomites patrijs, auitiſquè laribus reſtituto. Mediolanenſium rerum ſummæ Præſides dedit, Turrianis oppreſſis, qui caput aduerſæ factionis erant: Cremonenſes, qui Turrianis adhęſerant, adegit ſupplices, deditione facta, ſibi obuiam funereis (vt habet Noſter Lib. III. Rub. IV.) habitibus, & apertis portis procedere: culpamq; (vt alij) & pœnam redimere grandi mulcta: Brixienſes obſidionibus diutinis fatigatos, & fractos pari ferè pacto recepit in gratiam, demolita priùs mœnium parte, & eorum fragmentis in foueas iactis: Vrſinorum impetus Romæ compreſſit: Florentinos cum ſocijs, terra; mari claſſe Liguſtica, & Sicula Robertum Apuliæ Regem afflixit, domiturus vniuerſum Orbem, ſi ad ea explenda, quæ magna mente conceperat, longioris ſibi vitæ ſpatium indulſiſſent fata. Vnde Noſter in Centone ad Filium.

Cui fera ſuccubuit Germania, totus & Orbis.
Reſtabat flexo ſuccubuiſſe genu.

Reſeruo *Strenuitatis* Elogio reliqua, ducturus ea in tabula lineas alias, quibus, qualis ac quantus in armis extiterit hic Henricus, appareat clariùs. Haud enim ille mihi viſus impar Wratizlao Boemiæ Duci, de quo præclarum hoc extat Elogium apud Coſmam in Chron. Bohemorum. *His præfuit Dux nomine Wratizlaus, vir bellicoſus in bellis, armis animoſus, ac conſilijs ſupra modum doloſus: ſatiſque in prælijs felix potuiſſet dici, ſi ſors ſuprema non clauſiſſet eum fine infelici.* Felicem ille ſcilicet Exercitum ſuum nominat Lib. XIV. Rub. VII. in ſententia contrà Paduanos lata. *Dum eſſemus Diademate Imperialis culmini infulati, & reſideremus cum noſtro felici exercitu in caſtris ante Florentiam, &c.* Et quæ non præſtitiſſet hic Cæſar ad felicitatem tùm ſibi, tùm alijs perpetuò parandam, ſi frui lucis huius vſura diutiùs potuiſſet; nec præliorum eius inchoatum curſum violenta illa Dea, quæ omnes violat, ſiuè morbo, ſiuè veneno interrupiſſet infelici ſorte: licet illum ironicè, *formoſam felicitatis effigiem*, Rolandus de Plaziola Iudex appellare ſoleret, vt indicat eius Oratio, quam ad Patres Conſcriptos Patauinos habuit à Legatione redux, teſtimonio Noſtri, qui Lib. VI. Rub. I. dictis illius acriter interceſſit apud eoſdem Patres. *Vere* ſiquidem (quod de Bonifacio Sabaudiæ Comite ſcriptum reliquit Vanderburchius) *ætatis ſuæ Principes omnes naturæ donibus anteiſſet, ſi fortuna illi ſuperindustriam non fuiſſet, & gloriæ auidior, ingentes ſpiritus, rationis ei cunctorum habere potuiſſet cancellos.* Non enim aliò ſpectant ei tributa præconia, quæ ſubdo, à Benuenuto in Auguſtali: *Sedatis ſollicitè diſcordijs Alemanniæ, alto animo diſponebat reformare potentem Italiam, vt ſic redimeret Terram ſanctam, ſi ſua permiſiſſent, & ſperabatur* DOMINVS OMNIVM *in breui cum magno fauore Longobardorum, & Tuſcorum; ſed Bononia, & Florentia obuiauerunt ſibi: Verum; ſed Bononia, & Florentia obuiauerunt ſibi:* Petrarcha in Exhortatoria ad Carolum IV. *Cui ſi ad explenda, quæ ſacra mente conceperat, vitæ ſpatium ſuffecciſſet, verſa rerum ſorte, & afflictos hoſtes, & Romam regnantem, & liberrimos Italiæ populos, ac feliciſſimos reliquiſſet:* Villano Libro tùm VII. tùm VIII. *Magni Viri animi, & qui factorum pulcritudinem ingentium exiſtiſſet, ſi quidem è vita ſeriùs exceſſiſſet:* Paullo Langio in Chronico Citizenſi ad annum CIↃ.CC.XIII. *Animo magnus (vt ſperabatur) non infima, ſi vita longiori fruitus fuiſſet, egiſſet:* Mevero. *Tam Italiæ formidoloſus eſſe cœpit: & re vera (ſi fata ſiuiſſent) factiones Italas ſuſtuliſſet, Imperium erexiſſet, Syriamq; barbarie purgaſſet:* Leonardo Aretino Hiſtoriarum Florentinarum Lib. V. *Hoc demum in loco, ſuperante morbo, corruit, ac paucis poſt diebus è vita migrauit in medio curſu rerum maximarum, & certè Roberto Regi admodum formidatus. Quippe Federici copiæ iam in Regnum eius traducẽ. Rhegium vrbem, quæ contra Siciliam maxime oppoſita eſt, occupauerant. Duæ inſuper validiſſimæ claſſes tota Littora complerant, quibus cum auxiè reſiſti poſſe videretur, additò huius viri tam acris, tamque obſtinati aduentu, in ſummum diſcrimen res adducebantur:* Et alijs, quos omitto cum Veceno, qui

num-

numquàm huius Henrici nomen ſine laude vſurpat, euitandi faſtidij ergò.

MAGNIFICVS.

Ioannes Hocſemius oculatus earum actionum teſtis, quibus Henricus tale ſibi perperit cognomentum, eam rem poſteris ſic expreſſit in Theobaldo Epiſcopo Leodienſi LXXIV. Cap. XXIIX. *Hoc anno* (CIↃ. CCC. V.) *Henricus Luzilburgenſis, poſtmodum Imperator, quem tunc in Curia vidi* MAGNIFICE SE GERENTEM, *pro fratre, nunc Archiepiſcopo Treuirenſi, illius Archiepiſcopatus impetrat dignitatem.*

POLITICVS INSIGNIS.

Talis nunc demùm audijt HENRICVS VII. AVG. Sapientiſſimi Politico-phœnicis Reipublicæ Venetæ Senatoris, & ingeniorum æſtimatoris acerrimi DOMINICI MOLINI ſuffragio datis ad me literis conſignato XIV. Kal. Nouemb. an. CIↃ. IↃC. XXVI. Quo primùm anno de recognoſcendis Albertini Muſſati Codicibus M S. & eorundem editione cogitare ſeriò cœpi, eodem illo Rei Literariæ Principe auctore, quem nemo ſatis vnquàm miratus eſt, qui cœpit. Cęterùm hæc illius verba. *Obſeruo Henricũ quo ſibi Guelforũ animos deuinciret, aut certè minus haberet infenſos, multos è Proceribus Guelfis, ſuo & Imperij nomine Vicarios iiſdem locis, & Vrbibus, quarum antea Domini fuerant, prefeciſſe: quemadmodum palam etiam facere nitebatur, ſibi odio eſſe non modo diſſidia; ſed ipſa quoquè nomina factionum. Eandem ob cauſſam Romani Pontificis Miniſtros apud ſe perpetuò detinebat. Planè conſtat,* INSIGNEM *illum* POLITICVM *extitiſſe, & qui ſingulari Prudentia Ciuilis accumine moderaretur Orbem. Ricardus Caminas, cui poteſtatem in Tarui ſinos priſtinam conſeruauit inter Guelfæ factionis Capita cenſeba tur.* Hæc ad me lapis ille Lydius Politicæ facultatis, quibus accinit Henricus ipſe, cùm alibi ſæpè, vbicumquè Partiarij nomen à ſe procul eliminat, tùm in Oratione, quam pro ſedandis Mediolanenſium turbis habuit; Rubricæ verò v. Lib. II. conſignauit Noſter. Adiſis illam, & Notas noſtras, in quibus Cæſaris huius Prudentiam, & imperandi artem apertiùs aperimus.

ELOQVENS. AMICVS MVSIS.

Affertur hoc à me Symbolum ad hanc Cœnam. ELOQVENTEM prodidit ipſe ſe ſe non vna in Oratione,

Seu Pax conſilium, ſeu Maiors arma vocaret.

Mitto ſingulas recenſere. Sermones tantùm eius indico, ſiuè Colloquia habita cum Regni Principibus in Germania: ad Commilitones Mediolani: ad Romanos in Vrbe ipſa, quæ ne perirent Libris ſuis inſeruit Muſſatus, & primum quidem Lib. I. Rub. VIII, Secundum Lib. II. Rub. V. Tertium Lib. VIII. Rub. IV. AMICVM MVSIS amor in eundem Muſſatum, à quo Latinæ dudùm latentes Muſæ Latio redonatæ cælo, ſeriò coli, & iterùm propagari cœpte, non obſcurè probat. Eius quippe teſtis Muſſatus ipſe in Epiſtola II. cuius carmina iam adduxi in Elogio, *Fidus*. Induerat enim Henricus VII. Aug. mores Auguſti primi, qui, dulce decus & preſidium Vatum, in ijs amandis nemini conceſſiſſe fertur. Vnde Venuſinus Lyricorum Princeps, qui ad eius familiaritatem irrepſerat Muſarum ope, & ingenij vi, Epiſt. I. Lib. II,

Dilecte tibi Virgilius, Variuſquè Poeta.

Conſule Maronis Elogia, quæ collegit Cerdius, & Encomiaſtas reliquos Auguſti, quo Principe nemo laude dignior, felicior, potentior, maior. Sed habent hac etiam ætate Muſæ Auguſtæi Genij, & Ingenij Viros longè Clariſſimos, quos inter eminet perennis ille Literarum, & Literatorum amor, DOMINICVS MOLINVS, quem ſemper honoris, & obſeruantiæ gratia nominabo. Hoc enim ille iampridem ſuis ingentibus in Patriam, Remq; literariam meritis, & virtutibus aſſecutus eſt, vt *eius gloria* (abſit dicto faſcinus, vt fucus abeſt) *nullius laudibus crescat, nullius vituperatione minuatur*, quod de Muſarũ delicio MARONE Macrobius ſcripſit Libro Saturnalium primo. Quamobrem, vt ille dudùm Eruditis omnibus, ſiuè noſtro, ſiuè alio Sole calentibus, ſuus MECOENAS, ſuus AVGVSTVS eſt: ſic iidem omnes ſimmum eius in Literas, & Literatos ſtudiũ, patrocinium, & amorẽ cum laude teſtantur paſſim.

ANTONIVS QVÆRENGVS, primis Poetarum Oloribus accenſendus, in Carmine ad FLAVIVM QVÆRENGVM Fratris F. Templi Maximi Patauini Canonicum, & in eiuſdem Vrbis Lyceo Moralis facultatis Interpretem diſertiſſimum, cùm Senatoris huius ampliſſimi præſertim opera à Sereniſſima Venetorum Republica VRBANO VIII. Pont. Max. commendatus eſt.

Qua volucris tanta ingenij vis prepete penna
Magnanimi in cælum MOLINI *attollere laudes*
Auſit, & Icarios non exhorreſcere caſus?
Ille quidem vaſta quamuis ſub mole laboret
Imperij, populoſque vigil tueatur, & vrbes;
Mente tamen celſa non immemor arberis alti,
Vnde ortus, quo tendit iter, templa ardua crebrò
Ipſe ſuis nitens alis percurrit Olympi,
Et fruitur pleno diuini luminis hauſtu.
Nec fouet interea ſacra ſecius otia doctæ
Palladis, aut Pindi aſſuetas viridantibus vmbris
Felices animas arcto ſibi iungere nexu
Dulcibus æterni officijs non cernat amoris.
Iamquè animi quacumquè Nitor, Pietaſquè, Fideſquè
Laude vigent merita, immenſum quacumquè per Orbem
Spectanda incedit priſco Sapientia cultu,
Eſt hominum communis amor, nomenquè merentis
Nuntia virtutis vera lati aquoris vnda
Fama volans, latas terrarum perſonat oras.

LAVRENTIVS PIGNORIVS, canæ vir Fidei, & integer Veritatis myſta, in Nũcupatoria Elogiorum illuſtrium Anachoretarum Iacobi Cauatij. *Mactè Virtute, & Pietate* DOMINICE MOLINE, *cui debebit cœlum hoc noſtrum, inter alia plurima, reduces Muſas, & non parua excitamenta noſtratium Ingeniorum. Tibi igitur iure optimo ſacratur hic fœtus, quem Auctor eximiè coluit, patronum videlicet ſuum, & cui quàm multa deberet.*

IOANNES MEVRSIVS, alter Muſarum Græcarũ, & Latinarum pullus in Dedicatione Cecropiæ. *Iam quid dicam humanitatem incomparabilem? quid doctrinam excellentem, & affectum in Literatos tam proclivem, vt iniuriam tibi faciat, qui hac laude potiorem, quemquam cenſeat? Hinc nimirum eſt, quòd me hominem tranſmontanum, ſolo ſtudiorum nomine commendatum, & amandum ſponte tua ſuſcepiſti, & amorem item tuum nihil tale expectans per Epiſtolam indicare voluiſti. Quam rem certè, ſi quid aliud, quam eximium beneficium ipſo interpreter, planè amari ſim indignus; ac, ni palam hic profitear, nimis me ingratum putem.*

MARTINVS SANDELLIVS, bonarum Artium ſtudijs, & cultu clarus in Elogijs. *Literarum, atquè noſtri decus immortale. Literarum, Literatorumquè columen, ac preſidium ſingulare. Literarum Mecœnas clementiſſimus, cuius nomine commemorato lumen quoddam, ac numen Literarum animis audientium occurrit. Cuius ſingularis in Patriam caritas, in literas literatoſquè flagrantiſſimus amor, atquè effuſa benignitas, cæterarumquè incredibilium Virtutum decora verbis æquari non poſſunt. Reipublicæ literariæ Mecœnas, ac Cenſor.*

GERARDVS IOANNES VOSSIVS, Eloquentiæ, Chronologiæ, ac Linguæ Græcę Lugduni Batauorũ clariſſi-

clarissimus, doctissimusq; Professor, cuius in rem literariam merita dignè narrarit nemo, in Epistola ad Lectorem prefixa Libris de Historicis Latinis. *Ac quia is animus mihi semper fuit, vt neminem honore suo fraudarem, planè fore confido, vt mei, vel potius publici boni amantes ad institutum illud nostrum conferant symbolam suam. Vtiam facere sint aggressi prestantissimi aliquot viri terra Italia; idque duce, & auspice Illustrissimo, ac Excellentissimo* DOMINICO MOLINO, *Patritio, & Senatore Veneto: cuius viri prudentissimis consilijs, & animo ad tuendam Reip. libertatem fortissimo aternum Veneti debebunt. Nec minus eidem, qui tractant Musarum sacra, deuincti obstrictique semper erunt, non in Italia modo sua, verum etiam trans Alpes: vt qui cunctos de liberalium doctrinarum studijs preclarè merentes amore summo prosequatur; multosque vel conantes illud (quos inter nomen profiteor meum) beneficijs suis ornare non cesset.*

Idem Libro III. In Mussato nostro pag. 725. *Iudicium autem huius rei per literas mihi faciebat interiorum ille literarum amator, literatorum ille amor Illustrissimus* DOMINICVS *MOLINVS, vir aliquanto antè etiam mihi memoratus; sed nunquam satis laudatus, cuius consilio, ac suasu nobilem eum Scriptorem iam seculis tribus delitescentem in lucem profert vir Cl. Felix Osius.* Et in Helia Capreolo pag. 748. *Sed duo postremi ipsius Capreoli manu exarati supersunt in aedibus Illustrissimi Viri magni literarum, & literatorum Patroni* DOMINICI *MOLINI.* Ac demùm in Francisco Contareno pag. 826. *Plura qui voles, adi Elogia Contarena, quæ scripsit Cl. & doctissimus amicus noster Balthassar Bonifacius, ac Illustrissimo inscripsit* DOMINICO *MOLINO, viro egregiè de me, ac pluribus hominibus eruditis, & merito, & merenti: quem verè Palladium Musarum, ac præsidium, & tutelam omnis Doctrina dixeris.*

BALTHASSAR BONIFACIVS, Tẽpli Max. Tarvisini Archidiaconus, nostreq; memorie Pollyistor in Nũcupatoria excerptorũ de Scriptoribus Rom. Historiæ. *Tibi verò potissimum Historici debebantur, qui omnes propemodum Historicos rectè factorum narratione subis de fauces. Cygnos tibi offerre æquum erat, qui inter Cygnos natus, atque educatus, non modo ipse Cygneũ canas; sed alis quoque suauem cantionem inspires. Nam, quod Philostratus de Apollonio suo speciose mentitus est, id ego de te nostro Apolline dicam vere, a Cygnorum choro tuos esse natales exceptos, & magna hilaritate concelebratos, felicibus quibusque auibus applaudentibus. Nempe is futurus eras, vt tuis auspicijs, etsi quis natura abhorreret a Musis, vt Euripides inquit, elegans subito, atque eruditus euaderet.* Et in Epistola Iudicij Sigoniani de Scriptoribus ijsdem. *Maximus ille Venetorum Senator, & rei literariæ Princeps.* Ibidem. *Nihil est enim optatius communi huic ingeniorum Parenti, quam nostram singulorum industriam excitare, ac studijs nostris facem præferre, summum videlicet laborum suorum præmium existimanti, iuxtà Eurythei sententiam, si quippiam hom ad salutem hominum conferas.*

Faciunt huc etiam eiusdem Carmina ad Vraniam.

Ergò tibi VRANIA, *æthereum quæ sola Sororum*
Nomen habes, vt cœlesti cœlestia tantum
Conueniunt; tu sola potes celebrare MOLINVM,
Cœlestem quem fata Virum mortalibus vnum,
Inque locum dedere Iouis.

Et alia in Eadem.

MOLINE, cui sacra faciunt, cui Apollini, Musæ nouem

Alibi in Clypeo.

Musas fouat nouem
Vnus Apollo.

In Columna.

Salue Columna tersior
Quocumque speculo, eumque sis
Omni expolita industria.
POLITIORES LITERAS
Iam tam cæsuras excipe,

Tibi Minerua cerrutus,
Et Phœbus, & Cyllenius
Tibi MOLINE *nititur:*
Tubasis Imperij, tu columen Patriæ,
Tu fulcimentum Musis labentibus esto.

In Talaribus.

Prudentia oculatissima,
Matura festinatio,
Suadela flexicordia,
Blanda affabilitas, dexteritas cauta,
Cura, & sedulitas, & vigilantia
Negotijs in omnibus,
Erga eruditos largitas,
Erga bonos benignitas,
Sydera dena,
Constituunt hæc
Cylleny rogati
Talaria, & Cothurnum.

In Corde, quod illi Musæ vnanimes consecrant Amori suo.

Quid attinet, MOLINE cordatissime,
Qui fers vtramque Palladem
Inventibus precordijs,
Tibi dicare Cor cidum?
At illud ipsum Cor cidum
Musæ tibi dant singulæ.
Quot astra cor circumplicant,
Tot offerum cor Virgines:
Tuo profectò digna corda pectore.

Ac demùm in Apotheosi cœlestis Vrbis Venetiarũ.

Te quoque, longinqua vitæ statione peracta,
Gloria tanta manet: tu princeps inter amantes
Heroas Patriæ: tu princeps inter amicos
Heroas Musis; tu princeps inter alumnos
Heroas Sophiæ merito censebere. Paucis
Sic dictis tacuit: Sed diuinissimus ille
Halitus ambrosium late fundebat odorem,
Præscia fatidico traheret cum pectore verba.

ANNIBAL CAMPEGIVS, æquè Themidis, ac Musarum cultor in Academia Ticinensi, cum eius nomini Lusum vernum, *Amorem Venalem*, inscriptũ, consecratum iret. *Quam enim omnia mihi apud Te fausta contigerunt? an ardos ad amorem tuum progressus habui? an benevolentiæ tuæ fores patentia mihi diu fuerunt, & sub dio opperiendum? mihi profectò minus: nam & me, tamquam alios quæsturus admisisti, & ex quo admissus sum, tuorem in me, & perpetuum tamquam semper amaturus, officiorum fontem dereliquisti. Iuuat illa recordari, & exemplum in primis voluptatem ergà me tuam, ex qua ego vna satis vestri poetici hauarire quotidiè possem, si mihi eius flammæ rapax esset ingenium, nec malum curarum frenus obstaret.*

M. ANTONIVS ROMITVS, Musarum corculum, & ocellus in Carmine ad ipsum.

Lux, MOLINE, rei splendida publicæ,
Doctarumq; decus, cultor & artium,

Et propè finem.

At, MOLINE, tui nominis alite
Tu quocumque vales ferre, fauoribus
Si sint digna tuis, namque per arduas,
Nec tritas alijs intrepidè vias,
Par Fama volitas, par & Apollini.

THOMAS RIVIVS I. C. Anglus, idemq; disertissimus Scriptor in Epistola ad Franciscum Blondum. *Accepta te nuper Cl. Domine, Francisce Blonde, geminum de Historicis Romanis iudicium, alterum de, geminum de Historicis Romanis iudicium, alterum Caroli Sigonij, alterum Balthassaris Bonifacij, virumque eodem Bonifacio vno volumine editum. & Sapientissimo illi, longèque dignissimo Venetorum Senatori Dominico* MOLINO, *tamquam bonarum Artium & Literarum Præsidi consecratum.*

CASPAR BARLÆVS, Apollo Batauus.

Palladij Dux Magne chori, qui vindice Musa
Clarius in terris exeruere caput.

IOSEPHVS LAVRENTIVS Lucensis, magni olim Lipsij

Lipſij auditor, æmulator poſtmodùm, ac demùm victor, Lib. 1. Polymathiæ, Diſſertatione 11. *Tui patrocinij ara, tuæ humanitatis aura, tua Prudentiæ aſylum, tua ſapientiæ portus adeò omnes Italos, externoſque literatorum Proceres pellexit (ô Mecœnas vnicum preſidium, & dulce decus Muſarum) adeò deuinxit, vt nemo literis vel mediocriter imbutus te curioſus literis non ambiat, ambitioſus non adeat, nec à tuo digreſſu abeat ſine diuite, affluenteq; redundantia. Vnde à tuo colloquio quisq;, vt olim adytum Delphicum, & Trophonij ſpecus ingredientes, tuas ſortes arcanaq; fata, obſcuris vera inuoluens, canit. Ego gratus recino, refero enthuſiaſmo correptus, Teq; alterum Apollinem inuoco verè magnum, qui magna ſapis. Te magna manent, qui magna mereris. Quid mirum ſi tua verba, tamquam* A *folia Sybillæ, & oraculo Delphico certiora vbiq; cenſentur. Ex tuo pectore tamquam ex Saturni ade nil niſi ſacroſanctum prodit. Quare, cum Tibi merito, vt olim Magnis Dijs altaria, ceteris Medioxumis aras paſſim literis initiati ſtatuant, meam quoque victimam, ſeu libum conferam (namque nullum Sacrum ſine fumo facio) Teque mea thuris micalitabo, his gerris meis.*

Altaria hæc inquiris, & Aras iſtas. Duas tibi FORTVNIVS LICETVS Genuenſis, Philoſophus B Medicus, & in celeberrimo Patauino Gymnaſio Phyſiologus ordinarius indicabit, & dabit. Vnam in fronte Scholij de Camelo Bulla, alteram in Monumento eidem Literarum Principi, eruditionumque Parenti poſ. Et nos hic ex illo.

Vt Cicero denouit
Facinoroſum CLODIVM
Heſtiam ab Annio litandam
TRANQVILLITATI REIPVBLICÆ:
Vt Deos nuptarq; Virgines
Sibi propitiabant
Camelo petulante:
Vt Arabes maſtabant
In ara ignoti Dei
Camelum ſaginatum
A ſacris alienum:
Sic perquàm erudito
Literatorum Patri
DOMINICO MOLINO
Palladis Antiſtiti
Bardum Locuideum
Camillum Bullam cuculum
Conſpurcatorem SOPHIÆ
Quocumquè Camelo rudiorem
Victimam nunc Minervæ mactandam ſiſtit
Ad hanc aram FORTVNIVS LICETVS.

C

Phœbo Muſisquè ſacri
Celſo in vertice montis
Qui nec turbines ſcandunt erroris
Nec imbres cadunt ignorantiæ
Qui LITTERAS *politores*
Oblitterare ſæpè
Vel turpibus luoris
Fœdare potuerunt,
Eruditorum Patri
Sophorum Tutelari
DOMINICO MOLINO
Vetus Minervæ Myſta
FORTVNIVS LICETVS
Clariſſimos ad ignes
Obſequij ſyncери
Maximo cultu litat
Præconiorum victimam
Ex intimis precordijs,
Adolens Laudum maſcula thura,
Orgiiſquè Palladis initiatos omnes
Solemnem hortans ad celebritatem.

D

E

Hæc recens Latinus ille Theocritus Altaria, & Aras iſtas Venetorum Heroum Decori ludens inter feria dedicabat, nec abſtinebat ab alijs eiuſcemodi inuentis. Eius enim eſt etiam SYRINX in AMVSOS INFLATA Honori eiuſdem Ampliſſimi SENATORIS.

SYRINX IN AMVSOS INFLATA.

Venator ille per mare vagans nebride tectus,
Hominum terror, infelix puellarum amator,
Septem dilectæ calamis diſparibus in fiſtulam
Canoram dædalè compactis, dulci camœna
Sæpius olim Hamadryadum cœtus delectabat,
Iniquis pro dignitate bellè rependens:

Adulteque Phrygij Tonſoris harundines
NEMESIS *ſtatu mota perſonabant*
Iuſtiſſimam iniuſti IVDICII *pœnam*

Ignauo à REGE *fruſtrà calatam,*
Qui, rupe ſtolidior, Lyræ præferens
CANNAS, *obtrunat auriculis.*

Iam ſi bipes bicolor MOLINVM
Neget doctorum Numen,
Sic à RHAMNVSIA

Deformabitur amens
Aſinino capite,
Vt eum Theſſala

Roſa potentes
Non reformem
Comeſæ.

Io. DOMINICVS SALA Pat. Aeſculapius Seculi, & in Academia patria extraordinarius Theoricus primus, in Nuncupatoria Tractatus de Alimentis. *Hac vna de cauſa Opuſculum iſtud meum Nomini tuo inſcriptum volui, vt ſcires, non obliteratam eſſe apud me nominis tui ſyngraphem, tuiſquè, vt egregij Artifices ſolent, præclaris operibus lætareris, dum aſſiduè Muſarum alumnos fouere pergis, nec quidquam habes antiquius, quam, vt de Bonis Artibus poſt Reip. grauiores curas benè quotidie mereare: Erit hoc ſi non præſtatio debiti, teſtimonium certè religioſiſſimæ grati animi, memoris, ac deuoti. Vale.*

F

——— Mearum
Grande decus, columenquè rerum,
Æternumq;, quod Venetæ, & Literariæ rei felix & ſaluare ſit, ſoſpita Terrarum Orbi.
G FELIX OSIVS, inter tot Olores Anſer, cum illi Effigiem ſuam typis æneis expreſſam offerret Strenæ loco.
Vt propius DOMINI *natus attendat amicos*
OSIVS, *haud vno deuinctus nomine* MAGNI
MOLINI *meritis, ſe ſe ſub imagine ſiſtit*
Antè VIRI *vultus, quem Numinis inſtar adorat*
Orbis ab Axe dati lapſis ſuccurrere rebus
H *Muſarum, ingenti quarum perculſus amore*
Fulget inoccidua clarus ſuper æthera fama,
Grande decus rerum, Patriæ inbar, Orbis Apollo.
Redeo ad Henricum.

GLORIOSISSIMVS. SERENISSIMVS. LVMINARE MVNDI. BENEDICTVS. INCLYTVS. SYDVS. COLVMEN CÆSAREÆ MAIESTATIS. LVMINARE
I DEI. INVICTISSIMVS.

Complectar hic Elogia pleraquè petita ex varijs attributis (Græci epitheta vocant) quibus hunc Cæ-

farem Nostet in primis celebratum sijt; nec omittam alios. Nihil enim vnquàm adeò gloriosum, tam magnificum, & excellens alijs Cæsaribus tributum accepimus, quod non in illo tùm Noster, tùm alij extulerint pleno ore. GLORIOSISSIMOS inter PRINCIPES retulerant duo, Nauclerus Gener. XLIV. *Deinde consumatis omnibus alijs solemnibus, pro Regia maiestate adhibere solitis,* GLORIOSISSIMVS PRINCEPS *ab Vrbe diuertens adijt Tibur &c.* Et ex eo Kerjander in Comm. Aug. Treu. Part. XIV. pag. 157. *Ad la Caroli Cæsaris, patrisque eius Ioannis Boemiæ Regis, Balduini etiã Patrui Treuirensis Archiepiscopi &c. maiestatem Imperij Rom. maxime diminuerint, nec admodum religionis habuerint aduersus existimationem, & instituta parentis eorum* GLORIOSISSIMI PRINCIPIS *Henrici* VII. *Imp. Aug. pacisci, &c.* SERENISSIMVM dixit Petrarcha in Exhortatoria ad Carolum IV. *Vnus tibi pro omnibus satis erit Henricus Septimus æterne memorie,* SERENISSIMVS *auus tuus, &c.* LVMINARE MVNDI, Legati Pisanorum, quorum Legationis exordium tale habes Lib. v. Rub. v. *MVNDO videlicet hoc* LVMINARI *obstruso, Generi humano in calamitatibus occumbenti nunc Deo reminiscente prouisum, &c.* Et Hostiensis in Oratione ad Brixienses, quæ legitur Lib. IV. Rub. I. *Pertigisse alexienses, quæ legitur Lib. IV. Rub. I. Pertigisse alterũ* MVNDO LVMINARE *constituũ obstruere, &c.* BENEDICTVM idem Hostiensis ibidem. *Ad pedes* BENEDICTI REGIS *in cilicijs, & cineribus vos sternite humiles, &c.* INCLYTVM, Romanus Clerus, & Populus post coronationem Romæ. *Multis Cleri, Populique applausibus* INCLYTO IMPERATORI HENRICO SEMPER AVGVSTO *vitam, victoriamque acclamantibus,* ait Noster Lib. VIII. Rub. VII. & antè Lib. IV. Rub. X. Legati Patauinorum dixerant; *Hæc* INCLYTO REGI, *& Pio expedire.* SYDVS etiam Noster Lib. VI. sed ex alieno ore. *Non probet Rolandus, ô Ciues, hunc Regem sic delectum, sic oppressum, vt asseruit, quem Gibolenga Italiæ pars, vt* SYDVS *contemplatur, quem interesting factiones per Guelfas Vrbes clandestinè desiderant.* PERSPICVVM COLVMEN CÆSAREÆ MAIESTATIS, idem, & verbis suis Rubrica huius Libri Quinta. *Cuius & iugum subiere libentes, qui trans, & cis Rhenum accolunt, & omnes Teutones ad hunc se se referentes, vt ad* PERSPICVVM COLVMEN CÆSAREÆ MAIESTATIS. LVMINARE quoquè DEI ipse se Henricus vocat Lib. II. Rub. V. *Ergò & Clementis Papæ Nuntius, cuius sub signaculo in me Christicolæ, vt in alterum* DEI LVMINARE *conspicium, &c.* INVICTISSIMVM Carolus IV. Imp. & ipsius Nepos in Priuilegio concesso Iacobo Carrarienſi anno CIↃ. CCC. XLVIII. quod mecum humanissimè communicauit Illustrissimus, ac Reuerendissimus VBERTINVS PAPARAVA Hadrie, & Rhodigij Episcopus, in omni genere Virtutis, sed præcipuè Religionis, & Candoris summus. *Considerantesque, quid claræ memoriæ* INVICTISSIMVS PRINCEPS HENRICVS VII. *Aeus noster, tunc in Imperiali solio constitutus, Iacobum quondam Mayly, &c.* Sed hæc, & alia huiusmodi attributa missa facio, tùm quia ex suprà positis Elogijs multa hauriri possunt, tùm quia non est animus omnia persequi. Posset enim, vel ex his solis conflari Liber, ne dum augeri hæc Nota, quam fortassis etiam produxi longiùs, quàm deceret ad alia festinantem,

IMPERIALI HONORE DIGNVS.

Etsi Virtutes HENRICI regiæ, de quibus hactenus locuti sumus, & aliæ, quæ multæ restant, dignum illum honore Imperij fuisse clament; placet tamen id ipsum Trithemij verbis, & calculo comprobare. Ait ille in Hirsaugiensi Chronico aliàs adducto. *Eodem* CIↃ. CCC. VIII. *mense Nouembri conuenerunt Principes electores, &c. & procurante Domino Petro Archiepiscopo Maguntino in Regem Romanorum vnanimiter elegerunt Henricum Comitem Luczenburgensem, fratrem Balduini Archiepiscopi Treuirensis, Virum bonum, strenuum, &* IMPERIALI HONORE DIGNVM. Quippe (vt dicebam) Regiæ, & Imperatoriæ Virtutes omnes sedem in illo fixerant, & locarant, vt esse indignus Imperio nequaquàm posset. Hinc illa Abrahami Bzouij Tom. XIV. Ann. Ecclesiasticorum Col. 95. de summo Nicolaj Prætensis Cardinalis studio, quo nitebatur Henricum quàm rocyus per Electores attollere ad Imperij culmen. *Rem etiam non procrastinandam, neque suffragia per dissensiones distrahenda esse; sed salutem Romani Pontificis, Ecclesiæ, Imperij: & cum primis Germaniæ iura, dignitates, libertatem, pacem, ac cætera, quæ optari possent, desiderarent, insinuauit: Henricumque Comitem Luczelburgensem* DIGNVM EA DIGNITATE *fore ostendit. Proinde illi electionem quantocyus maturarent, sibi reliqua curæ esse.* Et quia hæc mandato Romani Pontificis agebantur, idcircò eius in literis hæc habentur, apud eundem Bzouium Col. 110. eiusdem Tomi. *Examinata quoq; persona ipsius Henrici, prout absentia patiebatur eiusdem, & de ipsius fide, probitate, & alijs, quæ in persona Imperatoris sunt meritò requirenda, cum pluribus Prælatis, & alijs magnæ auctoritatis viris, qui eiusdem Henrici morti, conditionem, & statum plenius noueram, inquisito; eiusque persona, cuius etiam nos, & Fratres nostri aliqualem prius notitiam habebamus, propter quod facilius transimus in examinatione huiusmodi idonea reputata, ipsum nominauimus, denunciauimus, & declarauimus Regem Romanorum, ipsius approbantes personam, eumq; Svfficientem, Et Habilem declarantes Ad svscipiendam Imperialis Celsitvdinis Dignitatem.* Et quorsùm ea de re ambigas, cum illum agmen Virtutum omnium concordibus studijs cuexerit ad hunc gradum, vt ÆRARIVM VIRTVTVM OMNIVM iure potuerit appellari?

ÆRARIVM VIRTVTVM OMNIVM.

Quis neget? Cum iam illum vidérimus tot ornamentis Virtutum insignem, vt diuinus potius, quàm humanus fuisse videri possit. Sed non parcam Vecerium laudare, non parcum in isto Cæsare laudando. *Eo veluti viatico praditus (quippe cuius* ÆRARIVM, *vt veris agamus,* VIRTVTE *esset,* QVAM NVMMIS INSTRVCTIVS) *Septembris exitu, motis è Lausana Valuerunt itaq; in Germanorum comitijs Pontificiæ, Cardinalisq; literæ; sed & maximè spectata virtus Henrici profuit, vti electorum suffragijs, ac ne quidem repugnante, Romani Regni sceptra florenti iueni deferrentur,* vt idem Vecerius habet: Et electus *statim claris virtutibus suis omnium animos in sui admirationem conuertit, Virtutum vir omnium singularis inter Principes approbatus,* testibus Marsilio, & Folieta.

Dices, si Vir omnium Virtutum hic Cæsar, vbi *Iustitiæ, Prudentiæ, Fortitudinis, & Temperantiæ?* vbi *Comitatis, Munificentiæ, Clementiæ, Magnanimitatis, & aliarum huiusmodi Virtutum* non adumbrata vestigia, sed expressa? Excurram alibi in harum Virtutum Elogia cum Nostro. Non enim hic curſum istum finio; sed abrumpo, rediturus post excursum ad sequentes Notas.

Addes, obiecta huic Cæsari vitia nonnulla: Rolandum Placiolam piguisse, *quid eius mores valerent,* vt est à nostro proditum Lib. VI. Rub. I. *Humani generis hostem à Florentinis dictum* Lib. IX. Rub. II. *Longobardorum pestem, Tyrannum, & Barbarum,* audire ijs in libris, quos Georgius Merula de Antiquitate Vicecomitum iuris publici fecit, alijsquè huiusmodi vocibus apud Guelfos. Fateri non ausim omnis omnino criminis expertem hunc Cæsarem extitisse. Ecquis enim mortalium adeò beatus & felix, vt ab omni culpæ suspitione liber abierit ex humana

humana fœce? Sed illud asserere non dubitarim, aut locum his in illo probis, & calumnijs non fuisse, cum ex hostium ore prodierint, hoc est ex mentibus liuore suffusis; aut, si quæ illi fortè vitia adhęserint, ea (quod asseruit de Themistocle Corn. Nepos) *magnis fuisse Virtutibus emendata, adeo vt anteferretur huic nemo, pauci pares putarentur:* aut ità prævaluisse Virtutes, vt Vitia tacerentur, quod Antonius Possevinus sensit Lib. III. Gonzagorum, his verbis, quibus claudemus hanc Elogiorum classem. *Indoluit tota Germania, quique per Italiam officio in ipsum certauerant, Magni Principis fato. Tanta illi comitas, fortitudo, ac prudentia erat, beneficio facili, & vix magnis iniurijs prono in vindictam. Quidam voluptatibus corruptum, auaritiæq; tradidere; sed prævaluere Virtutes, vt si quod vitij erat, tacerentur.*

In Ipso Ætatis Flore] Quo ad Imperium euasit. Notauit Vecerius in eius Vita. *Delatis ad Germanos Epistolis, reg. intellecta, Comitiorum solennia maturantur, valuereq; adeo pontificia, Cardinalisq; litere (qui & illud adiecerat, nisi bonis consilijs protinus obsecundarent, Cęsarei fastigij apicem, iurene, an iniuria relicto Rheno transiturum in Galliam) sed & maximè spectata virtus* Henrici *profuit, vti cunctorum suffragijs, ac ne vno quidem repugnante, Romani regni sceptra florenti iuueni deferrentur.*

Ætatis Flore] Venustè, *florem ætatis*, Henrici *Iuuentam* Mussatus dixit. Sic enim loquuti sunt hactenus, & loquuntur, quicumquè benè dicendi Lepores, ac Veneres consectantur. Nimirùm *Ætas* de *Iuuenta* precipuè effertur, & idem *ætatis gradus* signatè plerumquè notatus appellatione *Floris*. Primùm clarè nos Vlpianus docet in I. Olynth. Demosthenis ad illa, τῶ ἐν ἡλικία: *homines in ætate*, quæ explicans, ait, τῶ ἐν ἡλικία, ideſt, τῶς νεανίσκους, *iuuenes*. Et adiungit rationem istam. Ἡλικία γὰρ ἐξαιρέτως ἀπὸ τῶν νεανίσκων. ἐν ἀκμῇ γὰρ πάντα πράττειν δυναμεθα; *Ætas enim per excellentiam de Iuuenibus dicitur, quod ea ætate omnia agere possumus*: Alterum Oratores, Historici, Poetæ omnes, Latini, Græci, Cicero Philipp. II. *Illos ego præstantissimos viros, lumina Reip. viuere volebam, tot Consulares, tot Prætorios, tot honestissimos Senatores, omnem præterea florem Nobilitatis, ac Iuuentutis.* Dixit & Liuius Lib. VII. *Eximium Iuuentutis florem:* Lib. VIII. *Prima frons in acie florem Iuuenum pubescentium ad militiam habebat:* Et Lib. XXXII. *Flos Achæorum Iuuentutis.* Sidonius Epist. VIII. Lib. VIII. ad Salonium. *Dic Gallicanę flos Iuuentutis, quousq; tandem ruralium operum negotiosus vrbana fastidis?* Nazianzenus de Cypriano, τὸ τῆς νεότητος ἄνθος: *Iuuentutis flos.*

Sed ea locutio crebrior in Poetarum scriptis, vt non immeritò Agathias I I. Hist. Locutionem esse dixerit propriam Poetarum, Ἴσμεν δὲ ἅπαντες τὸ ἄκρον ἄνθος κατὰ τὴν ποίησιν τῶν ἐν πᾶσι καθ' ἡμᾶς χρόνῳ φιλοσοφησάντων: *Hi omnes flos sumus, vt poeticè loquar, nostri ævi philosophorum.* Ea re scripsit Pindarus Od. XII.

Ἄρης ἀνθῶν νέων ἡλικας ἀρχεμάχους:
Mars floret iuuenum pernicioſis prælijs;

Et Maximus Poetarum Latij Lib. VII. Aeneid.

Antè vrbem pueri, & primęuo flore Iuuentus
Exercentur equis, &c.

A quo Seneca Tragicus in Hippolyto Act. II. Sc. III.

Tu qui iuuenta flore primęuo viges.

Silius Lib. I.

——*Primęuo flore iuuenta* —— *Insignis.*

Et Lib. XV I.

——*Confisus primeuę flore iuuentæ.*

Inibiq; rursus.

——*famulus florente iuuenta.*

Et alij. Claudianus Lib. I. in Rufinum.

——*frustraquè iuuenta*
Consumis florem patrijs inglorius annis.

Et Lib. II. de Laudibus Stiliconis.

Purpureo primæ signatus flore iuuentæ.

Horatius ad Pisones.

——*Et adhuc florente iuuenta*
Feruidus.

Lucanus etiam, cùm dixisset, *Tunc flos Hesperiæ*, subiecit statim, *Latij tunc sola iuuentus.* Tyrtęus.

Ὅ τοι ἄρα τῶν ἥβης ἀγλαὸν ἄνθος ἔχει,
Vt pulchrum puberiatis florem habeat;

Etsi Pindarus in re simili à flore ad fructum confugere maluerit Od. VI. Olym. Ἐς ἥβαν καρπὸν ἵκεται: *Vt ad pubertatis fructum peruenit.* Hisq; ducibus sibi præeuntibus Io. Sommerus Pirnensis in Stephano I. Vngariæ Rege.

Sed periit raptus primęuo flore iuuenta.

Aliiq; sexcenti.

Ex his, *Ætatis flos*, haud dubiè *Iuuentus* est non modo Nostro; sed alijs propemodùm Scriptoribus vniuersis, quibus eadem locutio arrisit. Occurrunt hic mihi Liuius Lib. ab V. C. VIII. *Florem ætatis eius fructum aduentitium creditj ratus.* Q. Curtius Lib. V. *In flore ætatis, & rerum.* Apulcius Lib. X. de Asino: *Ætatis tuæ flore.* Et aliàs in eodem Libro. *Vt, dimota, pateret flos ætatulæ.* Fabius Decl. CLXXVI. *Quæ florem ætatis amisit:* legunt alij *florem gloriæ;* sed nullus Criticus Censor id probat. Lucretius Lib. III.

Confirmata cupitum ætatis tangere florem.

Et Lib. IV.

Demiquè cũ membris conlatis flore fruuntur —— Ætatis.

Tullius Philippica IV. *Gratia non virtute, sed ætatis flore collecta:* Et in Topicis. *Hoc est, quasi, qui Adolescentiam florem ætatis, Senectutem occasum vitę velit definire.* Accedunt his Recentiores aliquot eorundem vestigia persecuti. Ioannes à Beka in Conrado Episcopo Traiectensi XXII. *Theodoricus Domicellus, ætatis flore vernans, decreuit auxilio Roberti vitrici sui, &c. Conradum Episcopum in prędicto castro circumuenire.* Et in Ioanne IV. Episcopo Traiectensi XLVII. *Hic vtique Ioannes, iuuenilis ætatis flore vernans, totum Episcopatum diuersis penurijs inuolutum reperit.* Ioannes Capgrauius in S. Asapho. *Genere & specie clarus, ab ipso pubertatis flore, & doctrina fulgens, & virtutibus vitam Magistri in omni sanctitate, & abstinentia iugiter sequi satagebat.* Mitto passim obuios, & tritos. Hinc *Ætate floridus* Cæsarius Lib. I. Cap. VII. *In Ecclesia S. Mariæ ad gradus in Colonia erat quidam Canonicus, nomine Geuardus, ætate adhuc floridus, & mundi vanitatibus satis deditus. Ætate florens* apud Mantuanum Vatem Ecloga VII.

Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo:

Anni florentes Statio: *Gaudia, florentesque manu scidit Atropos annos.* Et in Inscriptione agri Veronensis. Florentes Annos Mors Ipsa Eripvit. Ad quæ respiciens Tullius Philipp. II. *Nihil* (inquit) *semper floret, ætas succedit ætati.*

Pertinent huc etiam illa Lucretij Lib. I. licet, vt Agathias laudatus suprà, *florem ævi* dixerit, non *ætatis.*

——*Quibus possint ævi contingere florem.*

Et Lib. V.

——*ævo florente iuuentus.*

Et Silij illa Lib. I.

Ævi flore virens:

Qui tamen alibi varius, insignium Poetarum more, *Flori* modo *novo*, modo *primo* Adolescentiam comparans variè loquitur, & libro quidem III.

Inde vbi flore novo pubescit firmior ætas:

Libro verò VI.

Flore nitens primo.

Quos è Recentioribus imitati duo, Nicolaus Reusnerus in Leopoldo II. Austriaco.

Flore virens animi, fortis bellator, & ævi.

Et P. Lotichius Secundus in Witikindo I. Saxoniæ Principe,

Flore virens animi primitus vitisindus, & qui
Defendit veteres ritus, &c.

Roges hic duo. Primum, quo anno Vitæ florere dicatur ætas? Secundum, cur Adolescentia potiùs, quàm Pueritia, quàm Virilitas, quàm Senectus comparetur flori? Apollo licet non sim, non tamen respondeo, florere rùm primo creditur Mortalium vita, cum attingit pubertatis annum, qui decimus proximè sextus. Terentius in Eunucho Act. II. Sc. III. P. *Anni?* CH. *Anni sexdecim.* P. *Flos ipse.* Vbi *Flos ipse* pro Iuuenta Terentio dictus. *Quod in ipsis floribus angat:* ἐν τοῖς τῶν ἀνθρώπων ἄνθεσι, rumquè maximè, cùm amor suas delicias, suamq; ambrosiam amantibus propinat: sicut *florere*, pro *iuuenem esse*, Ouidio Lib. V. Trist. Eleg. IX.

Nos quoque florumus, sed flos fuit ille caducus.

Tribuit quoquè Silius annum XVI. ætatis flori Lib. XIV.

Namquè bis octonis nondum Rex præditus annis.

Et expressiùs Ouidius Lib. XIII. Metamorph. cùm cecinit.

—— Octonis iterum natalibus actis
Signarat teneras dubia lanugine malas.

Præibat flos hic omnino vicesimum annum, teste Lucano in Poematio ad Calpurnium Pisonem.

Quamuis nunc iuuenile decus mihi pingere malas
Cæperit, & nondum vicesima veneris æstas.

Habes ad Quæsitum primum, satis nunc secundo facio, & sanè multiplici ratione.

PRIMA est, quam debes eruditissimo Cerdio in accuratissimis Notis ad Eclogam VII. Maximi Poetarum, *Florem de Iuuentute dici, fortasse quia lanugo, quæ tum in barba promicat, instar est floris.* Et adducit ille pro se Pacuuium, qui ad eam rem signatè,

Nunc primum opacat flore lanugo genas.

Licet pro flore, *Flora*, legat in VIII. Aeneid. ad carmē 160. Vbi & alia ad hanc rem. Ego alios, qui *de* ijsdem *lanugine* & *flore*, & eodem sensu, Attium inprimis:

Genas lanugo flore nunc primum irrigat,

Quod Veteres vno verbo, *imbarbescere*. Pulchrè idipsum descripsit Lucanus Lib. V. Pharsaliæ.

Tum demum pueris quo florente iuuentas
Occipit, & molli vestit lanugine malas:

Et Calpurnius Ecloga II. ore *Idæ.*

—— quoties mollissima tango
Ora manu, primisque sequor vestigia floris
Nescius, & gracili digitos lanugine fallo.

Et paullò post ore Astaci.

—— etenim sic flore iuuente
Induimus vultus, vt in arbore sæpè notauit
Cærula sub tenui lucere Cydonia lana.

En clarè, cur lanugo Iuuentæ flos, ideſt, prima barba audiat apud primores Varum: imò cur vna vox locum alterius occupet in carminibus eorundem, ? Est apud Poetarum Latinorū patrem Lib. X. Aeneid.

Lanugo prima in illis,

—— flauentem prima lanugine malas,

Est apud Propertium Lib. III.

Quis rapitis miseros primæ lanuginis annos,

Ouidium XIII. Metamorph.

—— prima tectus lanugine malas,

Statium.

Quisquis adhuc tenerę signatum flore iuuentę
Immersit cineri iuuenem, primaque sacentis
Serpere crudeles vidit lanugine malas;

Et Achilleidos primo. *Lanugo noua,*

Nec dum prima noua lanugine vertitur ætas:

At apud eundem Statium *primę*, siuè *noue lanuginis* loco, *primum quoquè florem* leges II. Syluarum,

—— obsessę nondum, primoque micantes
Flore genę;

A quo Gaspar Cropacius Belsipensis in Nezamisiao Rege Bohemiæ.

Fratribus extinctis in primo flore iuuentę,
Hęres morte patris fert diadema sui:

Et apud Senecam in Hippolyto Act. II. Sc. II. *Primam barbam,*

Cum prima puras barba signabat genas.

Meminit hac in re *Lanuginis solius* Statius IX. Thebaidos,

Nondum mutatæ rosea lanugine malę:

Adhibet, eius vicē, solum *florem* Maro VIII. Aeneid.

Tum mihi prima genas vestibat flore iuuenta;

Sicut & Lucanus Pharsaliæ VI.

Illa gene florem primæuo corpore vdsit;

Et Pantaleo Candidus in Ladislao II. Bohemiæ Rege XV.

—— Nam se maturior annis
Extulit augusto vernans Sapientia flore:

Dixit in re simili Martialis Lib. I.

Dum nulla teneri sordent lanugine vultus,

Et Lib. II.

Cum tibi vernarent dubia lanugine malę,

Quibus respondent illa Claudiani IV. Honorij Cōs.

—— Lanugine nondum
Vernabant vultus:

Dixit de Honorio, & Arcadio loquens Prudentius,

—— dominos vernantes flore iuuentę,

Hoc est, *prima barba*, interprete Cl. Caspare Barthio, vti Vere vestiuntur horti, & prata herbis, ac pascuis: Imò Claudianus ipse,

Antè genas dulces, quam flos Iuuenilis inumbret,
Oraquè ridenti lanugine vestiat ętas,

belle, venustèq; permiscens *Lanuginem flori*, vt intelligas apud Poetarum Patres vnum ab altero non differre, cùm IVVENTAM pingunt.

SECVNDA me vocat ad scrutinium, qua factum, vt *Flos* aptè caderet in *Iuuentam*. Diui illa Hieronymi est, petita ex eo, quod vtriusquè forma breui abeat, transeat, euanescat. Tritum hoc de Floris fuga,

Vna dies peperit, sustulit vna dies:

Quò respiciens Diction. Vet. *Flos* dicitur à *fluo*, *quasi fluos, & flores quasi fluores, quod cito fluant.* De Iuuentute tritum & Nasonis illud,

Nos quoque florumus, sed flos fuit ille caducus.

Nimirùm,

Florem decoris singuli carpunt dies,

inquit Seneca, siuè quis alius, in Octauia Act. II. Sc. II. Et apertiùs Horatius Od. XI. Lib. II.

Fugit retro leuis Iuuentas, & Decor.

Et Iuuenalis Sat. IX.

—— festinat enim decurrere velox
Flosculus angustę, miseręque brevissima vitę
Portio: dum bibimus, dum serta, unguenta, puellas
Poscimus, obrepit non intellecta senectus;

Quibus similes sunt Virgiliani versus II. Georg. quos expendam infrà. *Optima quequè dies miseris mortalibus fui Prima fugit, &c.* Inde Hieronymus Epistola CXXXIX. *Sicut mane virens herba, & suis floribus vernans, delectat oculos contemplantium, paulatimque marcescens amittit pulchritudinem, & in fœnum, quod conterendum est, vertitur: ità omnis species hominum vernat in paradiso, floret in iuuenibus, viget in perfectę ętatis viris: & repentè, dum nescit, incanescit caput, rugatur facies, cutis prius extenta contrahitur.* Et eruditissimus IOANNES MEVRSIVS inobitum Iani Dousæ F.

DOVSA abijt, DOVSA, ah! primis ereptus ab annis,

Inque modum floris flos cecidit iuuenum.

Verè flos. *Cuius enim rei inueniri potest (verba sunt* Quintiliani Declamat. XIII.) *brevior ętas. Namque, dum immaturos exterior alligat cortex, nondum discernit florem. Paulatim deinde crudiore succo tumescit uterus, & albentes accipit rimas, nec dum tamen floruerunt, & velut fissa in orbem, iamque eorum videtur maturitas, & ignotus occasus est, & iam sine ventis quoquè soluta natura labitur gratia, nec quisquam est flos nostrorum.*

Digitized by Google

nouit. Idcirco vſi & alij in re ſimili comparatione floris. Virgilius Lib. IX. Æneid. v. 435. de Euryalo.

Volvitur Euryalus letho, pulchroſque per artus
It cruor, inque humeros cervix collapſa recumbit:
Purpureus veluti cum flos ſucciſſus aratro
Langueſcit moriens, laſſoque papavera collo
Demiſere caput, pluvia cum forte gravantur.

Quem locum adumbrauit Ouidius Lib. x. Metamorph. in Hyacintho puero moriente.

Vt ſi quis violas, riguoſ, papavera in horto,
Lilia, infringat fulvis hæredia virgis:
Marcida demittunt ſubitò caput illa gravatum,
Nec ſe ſuſtineant, ſpectentq; cacumine terram.
Sic vultus moriens jacet, & defecta vigore
Ipſa ſibi eſt oneri cervix, humeroq; recumbit.

Nec dubium Virgilium ad illa Catulli animum adieciſſe Epig. 11. de Amore.

Nec meum reſpectet, vt antè, amorem,
Qui illius culpâ cecidit, velut prati
Vltimi flos, præterevnte poſtquam
Tactus aratro eſt:

Et illa, quæ contrà ſunt in Carmine Nuptiali, in comparatione Virginitatis, & Floris illibati, ſeù indecerpti.

Vt flos in ſæptis ſecreti naſcitur horti,
Ignotus pecori, nullo contuſus aratro.

Horum imitatione Meurſius de Deuſa cecinit, *florem Iuuenum cecidiſſe:* Sicut & olor alter Phœbi, Gaſp. Cropacius in Ladislao Bohemiæ Rege,

Qualis vbi ſe ſe flos effert aureus ortu
Mane nouo, & latè ſuaues exhalat odores,
Mox Sole infuſo terris, à falce reſectus
Concidit afflatus vomis, & marcidus aura:
Talis hic antè diem, primo vernante vigore,
Dum famam ingentem de ſe promittit in horas,
Purpuream expirans animam, Rex funere merſus
Atroci, pulcros artus in morte reliquit.

Suggerit Cognatus rationem TERTIAM in Patœmia *Flos*. Quia, quod flos eſt in herbis, idem in Adoleſcente ſit puberras, vnde & pubertatem herbarum, & florem Iuuentutis dixerit Poetarum Princeps Virgilius. Quod tùm ſanè verum, cùm Latini *florem ætatis* appellant, quem Græci ὥραν, *pulchritudinem*, & ἐπιώραν, *decorem* dicunt. nam aliàs Ætatis, ſiuè Iuuentutis flos Græcis eſt ἀκμὴ τῆς ἡλικίας, qui Terentio *vigor*, alijs *integra ætas*, qualis eſt in iis, qui iam iuſtum incrementum ſunt adepti. Monoſtich. εἰς ἡβότητα.

Ἀκμητὸς σύνολον ἐδὲν ἄνθος διαφέρει.
Prorſum inuenta floribus ſimillima.

Accedit QVARTA ex eo, quòd hominis Iuuentæ perſimilis Veri, cuius filij flores, vt aiebat Cheremó Athenæo teſte. Nam Aſſyrios eoſdem vocare conſueuerat, παμφόρῳ γαίας τέκνα, *omniferæ telluris natos*. Ea re apud Catullum ſepes, *Iucundum cum ætas florida ver ageret*: Ouidium x. Metamorph.

Ætatis breue ver, & primos carpere flores:

Statium IV. Theb.

——— *virentiq; genas ſpectabilis ævo:*

Et alia apud alios eiuſmodi notę ſexcenta, verè florea, planèq; verna. Neque enim hic Pythagoram ſecuor, cuius illa ſunt: Αἱ δὲ ἡλικίαι πρὸς τὰς συμμετρίας ἁρμόττουσι. Παῖς ἔαρ, νεανίσκος θέρος, ἀνὴρ φθινόπωρον, γέρων χειμών. *Quæ nor ætates proportione temporibus ſic reſpondent. Puer ver, adoleſcens æſtas, iuuenis autumnus, ſenex hyems.* Siquidem enim Athenæum conſulas Lib. III. reperies inibi Adoleſcentes vocari à Demade τὰς ἡφήβους ἔαρ τῆς ἥβης: *Ciuitatis ver.*

Mihi præ cæteris arridet illa, quam iſtic dabo, loco ſanè SEXTAM, & VLTIMAM; ſed aliarum omnium PRINCIPEM dignitate. Obſeruaui dudum, quidquid in omni ferè re præcipuum eſt, pulchertimum, purißimum, optimum, id à probis Scriptoribus Græcis, Latinisq; honeſtarum appellatione Floris

A RIS. Cur non igitur IVVENTVTI, ætatum omnium optimæ idem quoquè nomen aptiſſimè tribuatur? Duo hic dixi. Vnum, optimam quamq; rerum fermè omnium partem, appellatam *Florem*: alterum, ætatem optimam *Iuuentutem* eſſe. Seorſim vtrumq; firmare pro viribus nitar, quò rationis huius à me vis, & pondus apertiùs conſtet.

FLOS primò dictum eſt, quicquid eſt optimum in vnaquaq; re. Sic *Hominum* omnium optimi, vtà re omnium præſtantiſſima ducantur initium, *Flores* dicti. Plinius Lib. VII. Cap. XXXVII. *Variarum artium ſcientia innumerabiles emiuere, quos tamen ætingi par ſit, florem hominum libantibus.* Virgilius III. Aeneidos, & ex eo Auſonius in Carmine Nuptiali. Edyl. XIII. & Nic. Reuſnerus in Maximiliano Auſtriaco II.

Flos veterum, virtuſque Virum.

Sic & Hominum quique aliquo genere virtutis, gloriæ, laudis præ cæteris abundantes, notati hac voce. Huic dicto lux à multis, & fides, cum floris nomine, ſibi quiſq; placuerit maximè ad indicandam vniuſcuiuſque Viri præſtantiam ſuprà reliquum Mortalium minus præſtantium cętum. Ideò Theocritus Hyla ἄνθος Ἡρώων, *florem Heroum* cum Iaſone nauigaſſe refert; *Patriæ ſuę florem* Athletam quendam Pindarus appellauit: occurrit apud Aeſchylum in Perſis τὸ Περσῶν θ' ἄνθος, in Agamemnone ἄνθος Ἀργείων, *Perſarum, & Argiuorum flos*; Et Simonides eo in Epigramate, quo Sophoclem laudauit, hoc illum Elogio ornauit, vt ἄνθος ἀοιδῶν *florem Poetarum* diceret, ad cuius imitationem Carinæ Plautinæ Prologus, ſiuè de Plauto, ſiuè de Poetis alijs inquit, *Eo tempeſtate flos Poetarum fuit*: Et Abulenſis in Epiſtolam D. Hieronymi, de Virgilio, *Flos, & Caput Poetarum*. Auſonius etiam, cum de Aſtyanacte verba faceret, ità cecinit.

Flos Aſiæ, tantaque vnus de gente ſuperſtes
Parvulus:

Et ità, cum de Argonautis, Seneca in Medea Act. II. Sc. II.

Decus illud ingens, Græciæ florem inclytum,
Præſidia Achiuæ gentis, & prolem Deum
Seruaſſe memet.

Equis bonus Auctor non florem adhibuit in celebrandis ijs, quibus ineſſet aliquid in re quappiam boni? Lucanus.

Tunc flos Heſperiæ, Latij tunc ſola Iuuentus.

Catullus de Cęlio, & Quinctio.

Flos Veronenſium deperiit iuuenum.

Ennius, ex quo Tullius primo de Claris Orat. & in Bruto de M. Cornelio Cethego.

Flos delibatus populi, Suadæque medulla.

Tullius idem, *Flos Italiæ* de Sabinis in Oratione pro Q. Ligario ad Cæſarem, & de Gallis Philip. III. *Nobilitatis, & Iuuentutis* Philip. II. *Legatorum* pro Flacco, *Equitum Romanorum* pro Plancio, *Ciuium* in Oratore: *Ciuitatis* Apuleius: *Sacerdotum* Sidonius Lib. IX. Epiſt. IV. *Philoſophorum* Agathias I. Hiſt. *Bonorum* Caſſiodorus in Varijs Lib. X. & alibi *Generis humani*: Δίκας, hoc eſt *Iuſtitiæ*, Pindarus Od. III. Nem. *Germinis Germanorum* Argentinenſis de Henrico VII. Aug. *Gymnaſij, & olei*, ideſt *Luctatorum*, ſeu *Palæſtritarum* Catullus: *Dignitatis* Plinius Lib. VII. Cap. XLIV. de Q. Metello Macedonico, qui in ſuæ dignitatis flore, hoc eſt, cum maximis functus eſſet, & fungeretur muneribus, homo conſularis, & triumphalis à Trib. pleb. malè acceptus fuit: *Fortunæ* Curtius Lib. X. de homine maximè felici, & fortunato: *Curię* Metellus in Quirinalibus,

Curię flos officioſa membra
Compſerat aulę:

Auſtriaci Generis Gaſpar Cropacius de Ferdinando Imp.

Auſtriaci Generis flos, & preclara propago.

Nec in Hominibus ſolùm; ſed & in Animantibus

reliquis rationis expertibus locum habuit *Flos*. Siquidem Euripides in Troade ἄνθος πώλων equos præstantissimos dixit: Et Lucretius Lib. v.

Principio circum tribus actis impiger annis
Floret equus:

Imò & in ijs, quæ carent anima, venustissima planè translatione. Quamobrem *Rerum florem* habes apud Curtium Lib. v. *Grecię* apud Tullium III. de Nat. Deorum, vbi de Athenarum vrbe, siuè quod Vrbs esset præcipua Græciæ, siuè, quòd res eius essent florentissimæ. *Quam multas ante hunc in ipso Greciæ flore Pisistratus, ac Phalaris, ac Apollodorus pœnas sustulit. Regni* apud Senecam in Thebaide Act. I. Sc. I.

Habuitque Regni flore pollentem inclyto,

Cui præiuit Bacides Græcus vates,

Καὶ τότε δὴ Σπάρτης μὲν ἀπ' ἀγλαὸν ἄνθος ὀλεῖται
Μισητοῦ αὖτις ἐσσεῖται δ' ἥματα πάντα.

Amittet florem Imperij tum Sparta nitentem,
Atque omni rursus Messene habitabitur æuo.

Olei apud Plinium Lib. XV. Cap. VI. *Quod verò post molam primum est, flos est, hoc est pars purior, & nitidior: Salis* apud Catonem de Re Rust. Capite LXXXVIII. in illis. *Vsque adeò in sole habeto, donec concreuerit, inde flos salis fiet,* tenuissima, scilicet candidissima, purissima, sapidissima pars, salis fauillę ritu efflorescens, planèque contraria sali vulgari, nigro, sordido, populari. Quo prætereà nomine ab Antiquis dicebatur res à cuiuspetiori diuersissima, humidioriſquè naturæ, & coloris crocei, & salis quasi quædam rubigo; odoreque què ingrato, quàm è Nilo fluuio, & paludibus, quibus innatat, deferri solitam obseruarunt Plinius Lib. XXXI. Ca. VII. & Dioscorides Lib. V. Ca. LXXXIII. *Μουσικῆς Musicę* apud Pindarum I. Olymp. *Iræ* apud Apollonium Thyaneum, vbi *μανίαν*, id est *Insaniam, & furorem ἄνθος* esse dixit *ἐξεθυμίας irę, siuè excandescentię*, quod extrema, & acerbissima ira etiadat in furorem. χαλκὸς, *Aeris* apud Galenum Lib. I X. de facultatibus Simpl. Medicamentorum, vbi, & discès, eum florem esse portionem æris tenuissimam, quæ scilicet ab ære expuitur, cum frigida affusa extinguitur, granorum instar minutissimorum, vt milij, quæq; in fundo vasorum subsidit, colore æris rubri. *Cœnę* apud Agellium Noct. Att. Lib. XV. Cap. VIII. ex Fauorino Philosopho ea voce vso, cum indicare vellet lautissimam Cœnam, seù delitias cœnę, interpretibus eius loci Lęlio Bisciola Lib. VI. Cap. XVIII. Hor. Subcès. Vol. I. Fed. Taubmanno in Curcul. Plauti Act. I. Sc. II. alijsquè nonnullis, quibus *flos Cœnę*, Cœna secunda est, seù pars illa, in qua carnes, & pisces. *Orationis* apud Tullium Paradoxo III. *Pigmentorum* apud eundem in de Cl. Orat. *Ingenij* apud Apuleium in Apologia. Πυρὸς, *Flammę* apud Homerum, sicut apud Aeschylum in Prometheo ἄνθος ἡφαίστου *florem ignis*. Nam ἄνθος πυρὸς, vt Philostratus loquitur eleganter Εἰκόνων in Scamandro, ex animaduersione doctissimi Taubmanni ad Act. III. Sc. V. Casinæ Plauti. flamma potius, quàm ignis est. Martianus etiam Lib. II. de Nupt. Phil. & Merc. *florem ignis* his auctoribus extulit, & Libro secundo Martialis; nec abhorruit ab eadem translatione Lucretius, apud quem *flammai flos*, & *florentia lumina flammis*, libro primo primum,

Donec flammai fulserunt flore coorto,

Vt Gifanius eo de Scriptore probè meritus legit, legentibus alijs,

Donec fulserunt flammę fulgore coorto:

Alterum Lib. IV.

Bina lucernarum florentia lumina flammis:

Laudandum vt omnino sit eorum acumẽ, qui à Greca voce φλοξ, quæ flammam significat Latinam *flos* deductam putant, quòd flos flammę instar emicet, & scintillet in plantis explicatore Perotto. *A* φλόξ *flos, quia emicat, scintillatquè vt flamma.* φλὸξ *appellatur viola lutea, quæ & lucula a nostris dicitur, & flammea.* Hæc Perottus. Adi tu Collectanea Gifanij in Lucretium, Aduersaria Turnebi Lib. VI. Cap. XIV. Subcesiua Bisciolæ Lib. VI. Ca. XVIII. Vol. I. Meursium Parte I. exercit. Crit. Taubmannum, & Cerdium ad Aeneid. VI. trahentem huc illa Horatij Epod. 17. *Virens in Aetna flamma*, & Apulei Lib. VIII. *Luce clara, & die iam prouecto, & Sole florido*, aliosq; complures. Quorsùm enim ego cunctos enumerem, vt probem, ad optima quæq; rerum ttãslatam appellationem floris, cum ad omnes ferè res transierit, non vsu modo Grecorum, & Latinorum; sed etiam Hebręorum, Italorum, omnium ferè Nationum Gentium, Populorum. Sacris enim in paginis *pij viri, Deoque cari* flores audiunt Eccles. Cap. XXXIX. nec quidquam apud Italos tritius est, quàm *Fior di latte, Fior di farina, Fior dell'età*, & alia id generis propemodum infinita.

Omnino *Liberi flos*, vt in vino desinam in hoc æstu, quo maximè bibitur, *Vinum est optimum, & melioris notæ* apud Festum Lib. I. *Florem anclabant Liberi è carchesijs*: Ennium, *Sanciauit se flore Liberi*: & Plautum Cistellaria Act. I. Sc. II. *Vbi lingnam percussit flore Liberi*, vt Turnebus legit; nam in alijs est. *Adeo me compleui flore Liberi*. Sed prima lectio affinis est alteri eiusdem Vatis Casina Act. III. Sce. V. ore Stalini ad exanimatam, & se perditam vociferantem Pardaliscam. *Nisi hęc meraco (siuè meracio) se vspiam percussit flore Liberi*. Licet enim pro *flore Liberi, flore Lybico* placeat Camerario, Scaligero, Lambino, Grutero, Douśæ, Turnebo Lib. VIII. Cap. XI. horumquè postremo *flos Libycus* sit *vinum Mareoticum* literatum monumentis non incelebre; etiam versu Maronis II. Georg. clarum, *Mareotidibus vuibus* in optimo genere numeratus; *meracium* verò, *meraculum*, id est *merum vinum*: satiùs tamen est retinere *flore Liberi* cum acerrimo iudicij, & doctrinæ Criticis Medio in Iustini Lib. I. Meursio in Plautinis curis, Lipsio Antiqq. Lect. Lib. V. Cap. I. asserente scula gerra esse scribere *florem Libycum*: imò cum Turpilio apud Nonium, qui & ipse, *florem Liberi*, vinum dixit, Pacuuio in Periboea; *Postquam est oneratus frugum, & floris Liberi*, & Gallis ipsis, apud quos huic scemodi loquendi genus vigere Delrius scribit in Hippolytum Senecæ Act. II. Sc. III. Legitur & *flore Liberi* in edito Plauto à Seb. Gryphio anno 1537. & à Roberto Paris. 1530. sed Græcis quit usdam inserris hoc pacto. *Nisi hęc ἡμέρα γλάυκου τ spiam percussit flore Liberi*, eamq; lectionem probat Matthias KlocKI. C. nec eruditissimus Meursius damnat, quòd insolens non sit Plauto Scenis suis infarcire Græca.

Aliàs *Flos vini* (vt hoc obiter aperiam non ità clarum) est *odor, & fragrantia vini*, quæ tamen vini probi nota. Locuta hoc sensu Anus illa bibula Plautina Curcul. Act. I. Sc. II.

Flos veteris vini meis naribus obtectus est,

Quamquam eruditorum ille flos Dan. Heinsius ad illa Silij Lib. XIII.

—— *Bacchique, & lactis honorem,*

aperrè doceat, *florem Vini veteris* eo in loco Plauti esse *Vinum vetus*, & *florem*, vt apud Græcos ἄνθος, sæpè vacare: cum quo & eximius Franc. Modius facit Notis ad Iust. Lib. I. Nimirùm *Flos* quoq; *Bacchi, Vini fragrantia* est Lucretio Lib. III.

Quod genus est Bacchi, cum flos euanuit,

Sicut & *Nardi flos* eidem est *Nardi* suauissimus odor Lib. II.

Sicut Amaracini blandum, flatęque liquorem,
Et Nardi florem, nectar qui naribus hadat.

Οἶνον ἀνθοσμὰς huc qui referunt, cum Turnebo Lib. XIX. Aduers. Cap. XXXIII. & Brodeo Lib. IV. Cap. XX. non rectè referunt. Est enim Οἶνος ἀνθοσμὰς *odoriferum*, non nego, *vinum*; sed fœtidum potius, quàm naturale; nec, quod *Vini florem* Latini veteres dixere; sed perfusum odoribus, & vnguentis, quale est illud

Digitized by Google

illud, quo de Hippocrates Lib. de Sterilibus ex conuersione Cornarij: *Odorum fragrantissimum vinum* (nam Caluus *Vinum vetus odoratissimum* reddit) Erotianus in Onomastico, allato duplici testimonio Aristophanis: Suidas, qui vinum odoratum non illud tantum esse docet, cui locus, vel vitis genus tale nomen dederit; sed etiam, quòd immistis floribus odoratum fiat: Plinius Lib. XIV. Cap. XIII. Quiq; demum, ex nota Iureti in Symmachum, perscripsere morem odorem conciliandi vino floribus, & vnguentis, quorum è numero laudat ille Cassiodorum Lib. XII. Epist. IV. Aelianum Lib. XII. Histor. Eunapium in Iamblico, Arnobium Lib. V. Idcircò doctè Lucretius, cum dixisset Libro III. laudato suprà, *Quod genus est Bacchi, cùm flos euanuit*, locutus de Vino naturali odore fragrante; de alio locuturus, cui scilicet fragrãtia paratur arte, subiecit ista, quibus vnum ab altero separaret,

——— *aut cùm*
Spiritus vnguenti suauis diffugit in auras.

Quod discrimen miror oculatissimum Gisanium non vidisse.

Tandem *Flos vini* dicitur quædam quasi spuma, quæ vino, siuè in dolijs latente, siuè in calices fuso supereminere, & natare solet in modum pollinis farinæ, quod cùm aliàs accidere consueuit, tùm etiam contagione quadam, vt Theophrastus refert, eo ferè tempore, quo racemi vitium florent. Plinius Lib. XIV. Cap. XXI. *Flos vini candidus probatur: rubens, triste signum est. Si nouis vini color sit.* Quamobrem ipsa quoq; vina tũ florere dicta, eaq; de caussa tentata olim in cellis, vt etiam hodiè fit. Idem Plinius non multò post. *Quod celeriter flo ere cœperit, odoremq; trahere non fore diutinum?*

Et Ouidius V. Fast.

Vina quoq; in magnis operoè condita cellis
Florent, & nebulæ dolia summa tegunt.

Nota obiter verba Ouidij, qui *nebulam* vocat spumam illam vini, quam alij *florem*.

Sed nos satis collegimus florum, & firmauimus satis, quidquid vsquàm est optimum, florem eleganter à primi nominis Scriptoribus appellatum; firmabimus nunc *Aetatem optimam* non inconcinnè *Iuuentutem* appellari posse, & magno quidem Pub. Marone duce, qui de illa disertè Georgicorum III.

Optima quæq; dies miseris mortalibus æui
Prima fugit. subeunt morbi tristisque senectus,
Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.

Optima quippe *dies* hoc loco IVVENTVS est ex Cerdii & aliorum Notis; nec ignorare te finet optimus vitæ, ac morum magister Seneca Lib. de Breuitate vitæ Cap. IX. cur Vatum optimus *Diem* illam potius dixerit, quàm *Aetatem*. Sic apud alterum Senecam in Hippolyto Act. II. Sc. II. *Optimos vitæ dies - Effluere prohibe. Optimos* vitæ *dies*, Iuuentutis dies interpretamur, quòd tunc *melior vires sanguis det*; vigeant, valeantque validiùs membra; vtque matutinum tempus diei pars potior Virgilio Lib. IX. Æneid.

Nunc adeò, melior quoniam pars acta diei:

Sic Iuuentus pars vitæ melior existimanda sit. Non alia sanè de caussa Iuuentus Græcis ἀκμὴ dicta, Latinis *vigor, ætas vigens* Symmacho Lib. X. Epist. XXII. *integra* Terentio, *viridis* alijs, *bona* Nonnio, & Tullio in Catone: Senectus contrà *mala ætas* Afranio in Vopisco, Attio in Amphitr. Pacuuio in Periboea, *tristis* Virgilio. *deterior* Ouidio, quàm quod Senectus Iuuẽtutis melioris ætatis florem, velocitatem, vires, pulchritudinem, hilaritatem; sensus integros ac vegetos; bona demùm omnia, & commoda adimat, atq; in eorum locum reponat rugas, & canitiem, pedum tarditatem, infirmitatem, ac debilitatem, deformitatem, tristitiam, cecitatem, surditatem, obliuionem, stuporem, morbos, incommodorum omnium Iliadem, & malorum. Vnde Iuuenalis hoc de Monstro loquens, Sat. X.

——— *circumsilit agmine facto*
Morborum omne genus.

Οὐ γὰρ ἔρχεται μόνον. *Non enim sola aduenit*, vt habet Senarius Græcus. Et verè nimis Plato, siuè Xenocrates in Axiocho. Εἶτα λαθὼν ὑπεισῆλθε τὸ γῆρας. εἰς ὃ πᾶν συῤῥεῖ τὸ τῦ φύσεως ἐπίκηρον, ἡ δυσβαστὸς κἀν μή τις θάττον, ἀσχέως, ἀποδιδῷ τὸ ξλῶ, ὡς ὀβολοστάτις ἡ φύσις ἐπισᾶσα ἀπεχυράζει τον μὲν ὄψιν, τον δ' ἀκοὴν, πολλάκις δὲ ἀμφω κἀν ἐπιμείνῃ τις, παρέλυσεν, ἐλαμβάνατο, παρήρθρωσεν. *Deinde furtim subit Senectus, in quam, quidquid habet natura Acheronticum, debile, sanari difficile ac desperatum, confluit. Quid nisi quis sat citò vitam, vt as alienum, reddat, instans, vt fœneratrix, natura pigneretur ab hoc videndi sensum, ab illo auditum, sæpe numero vtrumque. Quid si quis diutius manserit in vita, enervat, mutilat, membra luxat, ac debilitat.* Indicat etiam præstantiam Iuuenturis suprà gradus ætatis humanæ reliquos illud, quod attulimus suprà *Ratione* IV. cùm illam comparabamus *Veri*. Quemadmodum enim Anni pars melior *Ver*; sic ætatum hominis optima *Iuuentus*. Ea re Simmachus loco anteà memorato de Theodosio, & Arcadio Augg. *Fecistis, vt vrbs cana luxuriet in primam reducta latitiam, & ver illud quondam vigentis ætatis.* Sed nemò meliùs, vberiùs, grauiùs sententiæ nostræ calculum adiecerit, vnaq; Virgilij mentem aperuerit, & simul attulerit rationes, ob quas Iuuentus *ætas optima*. senectus *mala* iure, ac merito nominetur, Seneca Epist. CIX. quem si præteream, mihi non faciam satis. *Meliora præteruolant* (ait Romanus Sophos) *deteriora succedunt. Quemadmodum ex amphora primum, quod est sinceriissimum effluat, grauissimum quodque, turbidissimumq; subsidit: Sic in ætate nostra, quod optimum in primo est. Id exhauriri in alijs potius patimur, vt nobis fecem reseruemus. Inhæreat istud animo, & tamquam missum oraculo placeat:*

Optima quæq; dies miseris mortalibus, æui
Prima fugit ——— *Quare optima? quia restat, quod incertum est. Quare optima? quia iuuenes possumus discere, possumus facilem animum, & adhuc tractabilem, ad meliora conuertere: quia hoc tempus idoneum est laboribus, idoneum agitandis per studia ingenijs, & exercendis per opera corporibus. Quod superest, segnius, & languidius est, & propius à fine. Itaque tota hoc agamus animo, & omissis, ad quæ diuertimus, in rem vnam laboremus: ne hanc temporis pernicissimi celeritatem, quam retinere non possumus, relicti demum intelligamus. Primus quisque tamquam optimus, dies placeat, & redigatur in nostrum. Quod fugit, occupandum est. Hoc non cogitat ille, qui Grammatici oculis carmen istud legit. Ideò optimum quemque primum esse diem, quia subeunt morbi, quia senectus premit, & adhuc adolescentiam cogitantibus supra caput est: sed ait, Virgilium semper vna ponere morbos, & senectutem. Non mehercule immerito. Senectus enim insanabilis morbus est.*

Hæc Seneca omnium aliorum instar.

Ergò Flos Ætatis *Iuuentus* potiùs, quàm alij ætatis gradus, tùm quia Iuuentutis lanugo, fuga, & forma *Flori* persimilis, & *florenti Veri*: tùm quia Iuuentus ætatum reliquarũ optima, sicuti, quidquid est in hominibus, in moribus, in artibus, in belluis, in alijs rebus omnibus optimum, floris nomine meruit insigniri.

Transijt nihilominus eadem quoq; vox ad alios ætatis humanæ gradus, sed apud Scriptores paucos, quorum è numero Cerdius de *Viris* laudat Val. Flaccum Lib. I. Argon. *regio-Vndat equis, floretque viris*; De *Senibus* Plinium Panegyr. Traiani, *Circumfusus vndique nunc Senatus, nunc Equestris ordinis flore*. nam in Senatu Senes: Ego, de *Pueris* Portium Latronem Declam. in Catilinam, *Flos pueritiæ venustissimus ad intuentium iucunditatem*, Rutilium Itin. Lib. I.

Vita

Vitæ flore puer, sed grauitate senex. Lucretium Lib. I.

Hinc lætas vrbes pueris florere videmus,

Io. Sommerum in Ludouico II. Vngariæ Rege apud Eliam Reusnerum, *Vernanti tenerę frontis honore puer*, nec plures, cum plures non viderim hac ætate: Idqué ob vnam tantùmodo ex suprà positis rationem, quòd scilicet Aetas omnis æmuletur breuitatem florum. Vt enim est in Sacris paginis. *Homo quasi flos egreditur, & conteritur*; & ætas omnis ex Seneca in Hippolytum Act. II. Sc. II. *Mobili cursu fugit*, vt non immeritò *volatilem* illam Ouidius nuncuparit. Aetatis nempe cursus idem, qui temporis; at tempus non est omnino, vel vix, & obscurè est, quia alia eius pars prętęrijt, & non est, alia instat & nondum est: & quod constat ex partibus, quæ non sunt, vix videtur esse posse, auctore Principe Peripati Phys. IV. Vnde Lucretius.

Tempus item per se non est; sed rebus ab ipsis
Consequitur sensus, transactum quid sit in æuo,
Tum qua res instet, quid porrò deinde sequatur.
Nec per se quemquam tempus sentire fatendum est,
Semotum ab rerum motu, placidaquè quiete.

Sed malo te Philosophus Seneca idipsum etiam, quàm alij, doceat libro de ipsius Breuitate vitę, Cap. IX. *Maxima vitæ iactura dilatio est. Illa primum quemque extrahit diem, illa eripit præsentia, dum vteriora promittit. Maximum viuendi impedimentum est expectatio, quæ pendet ex crastino. Perdis hodiernum, quod in manu fortunæ est, disponis; quod in tua, dimittis. Quo spectas? quo te extendis? omnia, quæ ventura sunt, in incerto iacent: Protinus viue. Clamat, ecce maximus Vates.* Optima quæq; dies miseris mortalibus. Prima fugit. *Quid cunctaris, inquit, quid cessas? Nisi occupas fugit: cum occupaueris, tamen fugiet. Inæquum celeritate temporis velocitate certandum est.* Vide tu reliqua apud ipsum Sophum, & alia eiusdem notæ in laudato libro, quem nunquàm inspexeris sine fructu.

PRÆDICAVERE] *Celebrauere*. Nec Tullius hoc sensu abstinuit ab hac voce, Epistola ad Lucceium. *Ignoscas mihi de me ipso aliquid prædicanti*. Et in alia. *cum omnes vno prope consensu de me apud te ea, quæ mihi aptissima sunt, prædicabant, tum &c.* Sed in his fortè locis non tam *celebrare*, quàm *narrare*, esse videatur id verbi, vt apud Nostrum Lib. V. de Gest. Henrici, Rub. IV. Inillis sanè, quæ mox proferam ex eiusdem Tullij Oratione pro Archia. *celebrare est. Themistocles dixit, se eius vocem libentissimè audire, a quo sua virtus optimè prædicaretur.* Ibidem. *Nostra sæpe feretur virtus, & prædicabitur.* Item *Omnes de se prædicari, & nominari volunt.* Adiungo Tullio Plautum in Curcul. Act. III. Sc. I. *Mortalem parcè parcum prædicas.* Inde *Prædicator, Laudator* est in Epistola Planci ad Ciceronem, cuius inter Epistolas ad Familiares Libri X. septima est. *Nec te magis in culpa defensorem mihi parau, quam prædicatorem meritorum meorum esse volui.* Cicero ipse pro Corn. Balbo. *Volunt me esse sui factii, & prædicatorem, & auctorem.* Nec in his diutiùs moror. Audaculus quidem, nec sat scio, suo an seculi more Mussatus, rebus inanimis, cuiusmodi *Laudes* sunt, prædicandi vim dedit, quàm alij (quod vidimus) tribuunt animatis.

FAMAM FAMA AVXIT] Suauis Annominatio in *Famam fama*, quam tamen Misti duo Romanus, & Venetus non agnoscunt. Est & in ijsdem verbis imitatio Taciti qui Annal. IV. *Augebat famam ipsius Tiri ingenium quamcumquè fortunæ capax, decor oris cum quadam maiestate.* Lib. XII. *Auciaque & apud hostes eius res fama.* In Agricolæ vita. *Ne laureatis quidem gesta persecutus est; sed ipsa dissimulatione famæ famam auxit æstimantibus quanta futuri silentium tacuisset.* Hist. I. *Male coercitam famam supprimentes augebant.* Ciceronis etiam alicubi est, *Memoriam immortalem posteritatis augere.* quod, vt à verbis ex parte differat, à sententia quidem Mussati, & Taciti non abhorret.

AVXIT] Fama quippe cùm omnibus hominibus, tùm maximè Principibus affectanda, augenda semper, vt sensit id apud Tacitum Tiberius Annal. IV. cum dixit. *Ceteris mortalibus in eo stare consilia, quid sibi conducere putent: Principum diuersam esse sortem, quibus præcipua rerum ad FAMAM dirigenda.* Et rursùm. *Vnum insatiabiliter parandum prosperam sui memoriam: nam contemptione FAMÆ contemni Virtutes:* idq; potissimùm initio agendarum rerum. Quare Domitius Corbulo apud eundem Tacitum Lib. XIII. Annal. ad Armenias tegendas missus, egregia mox facinora aggressus est, *vt fama inseruiret, quæ in nouis cœptis validissima est.* Sic Agricola Taciti socer, quem idem Historicus in eius vita scribit rebus in Britannia sedandis datum, *statim obuiam ire discrimini statuit, contractisque Legionum vexillis, & modica auxiliorum manu, aciem erexit; cessaquè propè vniuersa gente, non tenarus ostendum fame, ac prout prima cessissent, fore vniuersa, Monam Ipsi am redigere in potestatem intendit.* Notat hæc Henricus probè. Quamobrem non sat habuit sibi famam parere; sed eandem quoq; studuit augere. Et possem vtrumquè luculentissimis testibus comprobare, sed eorum testimonia reseruo ad illa, *Famaque pollebat*, quæ in huius Rubricæ calce, ne quid hic existimes à Scriptore studiosissimo veritatis Henrici gratiæ, vel assentationi datum.

VT CIRCA INCVMBENTIA, &c.] Sana Lectio, quam etiam arripuit Vicetinus Codex, nullo ferè discrimine, vt apparet. Habet ille scilicet tertia vice tantum geminatam copulatiuam, &, post *consultè*, legitq; *Vt circà incumbentia sibi semper, & consultè, & fortiter, & strenuè agendam esset*, quod placet. Nec ob id displicent, quæ sunt in Veneto, modo pro, &, initio reponatur, *Vt*, itaq; locus hic omnis concipiatur. *Vt circa incumbentia semper consultè, fortiter, ac strenuè agenda quaquè perficeret.* Ecquis enim, tantùm non lolio vicitans, ferat lectionem illam, *& circa incumbentia, &c.* à verbis toto cœlo, quod aiunt, proximis aberrantem, & penitus abhorrentem à nexu?

INCVMBENTIA] Vtitur hac ipsa voce Noster infrà Lib. IV. Rub. III. Ea verò quid notet, probè explicat suis in Notis Cl. NICOLAVS VILLANVS, qui mihi selectus Censor, verbis modicus, re, iudicioq; ingens.

CONSVLTÈ] Repeto Elogiorum HENRICI cursum ad Mussati dictum. Nimirùm ex Virtutibus quattuor, quarum splendorem in Boni viri facie verbis hisce verè, ac altè Seneca collocat it, *si animum nobis Boni viri liceret inspicere, o quam pulchram faciem, quam sanctam ex magnifico, lucidoq; fulgentem videremus, hinc Iustitia, illinc Fortitudine, hinc Temperantia, Prudentiaq; lucentibus*, pulcherrimam hac voce Mussatus collocat in Henrico. Prudentia enim est agenda quæquè multo antè prospicere, & metiri, eodem Philosopho teste, qui monitis istis Mortales instituit ad Prudentiæ normam: *Si Prudens esse cupis, in futura prospectum mitte, & quæ possunt contingere, animo tuo cuncta propone. Nihil tibi subitum sit, sed totum antè prospicias. Nam qui prudens est, non dicet, Non putaui hoc fieri: quia non debuit, sed expectat; non suspicatur, sed cauet:* Id porrò nihil est aliud, quam *consultè* perficere res agendas. Vnde *consultè* idem est, quod *prudenter* Plauto Rud. *Ille qui consultè, doctè, atque astutè cauet*; sicuti *Annone consultissimè prouidit* apud Iulium Capitolinum in Pertinace, idem omnino sonat, quod *prudentissimè prouidit*. Sed testimonium denuntiemus iis, qui in Henrici VII. PRVDENTIA celebranda Mussato plena cera subscribunt, illudquè primo loco dicat Benenenutus, vt qui reliquis ætate Mussato propior, &c

& Henrico. *Henricus, hoc nomine sextus, genere Germanus, parvus Comes de Lutzenburgo, factus est Imperator, & veniens in Italiam, coronatus est Romæ, cum difficultate, obsistente sibi Sapientissimo Rege Roberto. Hic Vir* PRVDENS, *iustus, honestus, &c.* Sensit idipsum, & scripris suis disertè testatus est Ferretus, Historicus æqualis his omnibus Vicetinus. *Defuncto Alberto, confestim Germaniæ Proceres, quibus potestas tradita est, pro statuendo sibi Rege conueniunt, &c. tandem multis Germaniæ Ducibus, vt quid indiscussum maneat, menti occurrentibus, præ cæteris Hainricus Lucemburgensis Comes assensu claro decernitur. Federicus tamen Alberti memorati natus, Bauarriæ Dux Rodulphus, quoad potuere, nisi sunt huiusce sibi titulum vindicare; sed res in certamen excussa, vt neuter inuidia laboraret, Hainrico ferè omnium Principum iudicio contigit. Hic enim, licet ambobus potentia, opibusue inferior haberetur, non ideò animi, corporisue minor illi virtus industria. Nam, ex clara satis prosapia ortus, inter cæteros bello strenuus, &* CONSILIO PRVDENS *VALDE putabatur.* Hæc Ferretus à nobis ex parte leuiter alicubi castigatus. Quid alij? Idipsum planè, & verbis fermè similibus, vt liquebit. Ait enim Ioannes Scheckmannus in Medulla Gest. Treuir. Cap. IX. *Habuit Balduinus fratrem* HENRICVM, *iustum,* PRVDENTEM, *honestum, &c.* vt hæc illi videatur accommodasse de suo Beneuentus. Elias Reusnerus in Stemmate Lucemburgico. *Henricus Comes Lucemburgensis, &c. Vir* PRVDENS, *iustus, rei bellicæ peritus, &c.* Paulus Langius Bozauiensis in Chronico Citizensi. *Anno Domini* MCCCVIII. *Albertus Imperator per Ioannem nepotem suum, &c. interfectus est. Cui, eodem anno Francofordiæ vnanimiter electus, Henricus Septimus, vel (vt alij scribunt, qui Henricum Lantgrauium Doringiæ inter Imperatores numerant) Octauus, Comes Lutzelburgensis, in imperio successit,* VIR CONSILIO. ET ANIMO IVXTA POTENS. A quo Æneas Syluius Historicæ Bohemicæ Cap. XXXI. *Successit Alberto Henricus* VII. *(de quo paulò ante mentionem fecimus) Comes Lutzelburgensis,* CONSILIO ET ANIMO IVXTA POTENS. Sed adhuc apertiùs expressere Cæsaris huius PRVDENTIAM, sibi ferè consentientia tria Rei literariæ lumina, Io. Trithemius, Seb. Munsterus. Georg. Merula Vicecomitum Antiquitatis Scriptor. Inquit primus. *Princeps ab opibus non magnoperè instructus; sed industrius, magnanimus,* PRVDENS. Secundus. *Paternis opibus non quidem magnus; Iustitia autem, &* PRVDENTIA, *tum rerum gestarum gloria inter Principes sui ætatis præcipuus.* Tertius Lib. VII. Vicecomitum Antiquitatis. *Vbi persuasum Clementem vidit, de Henrico Comite Lucemburgi subiecit. Huic paternæ opes haud magnæ sanè erant. Iustitia.* PRVDENTIAQVE, *tum rerum gestarum gloria, quam natalibus, aut gentili regio illustrior.* Accedunt his Antonius Possevinus Iunior in Gonzagis Lib. III. *Tanta illi Comitas, Fortitudo, ac* PRVDENTIA *erat.* Et Iac. Cauacius Lib. III. Historiarum Cœnobij D. Iustinæ Pat. *Vrgente anno (M. CCC. VIII.) Henricus Comes Lucemburgensis Romanum imperium capessiit, cui Pontifex insignia Romæ per Legatos dare pollicebatur, si ante biennium armatus in Italiam descenderet. Arbitrabatur idem ebullientes vbique factiones Welphorum, & Ghibellinorum posse restingui ipsius Cæsaris* PRVDENTIA, *vel armis.*

Pertinet huc etiam Elogium SAPIENTIS, quod eidem Cæsari delatum cerno. Vecerius in illius Vita initio. *Romam profectus, & Balduino fratri Treuirensis Ecclesiæ Archiepiscopatum confecit, & summis Antistibus, ac Bono cuique* SAPIENTIÆ, *& Comitatis ingens argumentum edidit.* Trithemius in Chronico Hirsaugiensi ad ann. CIↃ. CCC. X. *Fuit autem Henricus imperator iste Vir* SAPIENS, *iustus, & gratiosus in armis strenuus, fidei Christianæ cultor integerrimus,* CONSILIO ET ANIMO PROMPTVS, *amator clerici, & pauperum defensor.* Et antè Trithemium Villanus totidem ferè verbis Lib. IX. Cap. I. *Vir* SAPIENS, *iustus, gratiosus, &c.* Et post vtrùq; Langius in Chron. Citizensi laudato alibi ad an. CIↃ. CCCXIII. *Fuit autem Henricus Vir* SAPIENS, *& gratiosus, & in armis strenuus, &c.* Paullò aliter Georgius Merula in suprà memorato libro. *Opportunè igitur Matheus aduenit, cum quo si comunicari possent, accedente Henrici auctoritate, & imperio, facilè, vel inuito, & repugnante Patruo, in patriam redirent; tum, si quid controuersiæ foret, id parvo labore sub magno Arbitro,* SAPIENTIQVE DISCEPTATORE *rebus posse.* Marcus quoquè Guazius Italicus Scriptor suo in Chronico Virtutes duas, SAPIENTIAM, *& Grauitatem*, hoc in Cæsare extulit pag. 258. Nec SAPIENTEM modo; sed & SAPIENTISSIMVM à Florentinis dictum refert Bzouius Annal. Ecclesiast. Tom. XIV. ad annum CIↃ. CCC. IX. Col. 120. *Florentini insolentiam Germanorum metuentes, cum primum exercitum Imperatoris ex barbaris gentibus collectum esse per cõtumeliam dixissent, respondere, sibi non posse de* SAPIENTISSIMO IMPERATORE *persuaderi, qui velit in pacatam Vrbem tam numerosas phalanges immittere, &c.*

Longissimus hac in Nota sim, si quæcumquè alij, siuè de Cæsaris huius *Sapientia*, siuè de *Prudentia* tradidere literis, hic connectam. Et quorsùm? Siquidem enim Prudentis, & Sapientis est, vti nos clarè Seneca docuit, longè in futurum prospicere, quæ possint accidere, cauere etiã; nec non & ex aliorum sententia, dolos dolis illudere, astum astu; multaquè dissimulare plerumquè, dissimulauit Henricus Mediolani, *re cogente, Mæphæi culpam ad tempus*, testimonio Nostri Lib. II. Rub. I. Quin idem, apud eundem, ob contumelias à Patauinis acceptas Lib. IV. Rub. I.

Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem; Lib. eiusdem III. Rub. III. *in animum statuit Longobardos eorum ædibus refellere, ne iam ex promisso Gallicum a Ligure superetur ingenium.* Lib. VIII. Rub. VI. *Romæ decrescentes copias suas videns, euenturos successus mente vsquequaque coniectat.* Eodem Lib. Rub. VIII. alia præfert vultu, alia mente versat, *vt extra Vrbem versus Tiburim diuertat, infesis inimicis.* Lib. IX. Rub. I. bellum latturus in Tusciam, non nisi *multis ad idem propositum recensitis, diuquè permensis Vterbium petit.* Libro eodem Rub. III. *Clanculum rebus compositis, ne quicquam sinistri peragrans officeret, Arnum transit.* Pisis existens, Legatis ad se confluentibus vndiq; magnis ex causis, *non minus* PRVDENTER, *quam iustè respondet*, vt habet Huldricus Mutius Lib. XXIII. Chronici Germanorum. Genuæ *Gambatesa* (qui Richardus Gambatesa Nostro Lib. V. Rub. VI. Roberti Apuliæ Regis Secretarius, & Orator) *pro vanis simulatione redundantibus, quæ afferebat, verba ab Henrico simulata recepit*, vt est apud Krantzium Lib. IX. Saxoniæ, Cap. II. cuius & illa est Nota in Margine ad hunc locum. *Sic ars deluditur arte.* Ac ne plura congeram ab illo prudenter gesta, si PRVDENTIAM à *prouidendo* deduxit Tullius Lib. I. de Legibus, quis nisi insignitè imprudens, aut prodigiosè stultus, Henrici *Prudentiam* in dubium vocare audeat, cum ipsemet sibi *Regalem Prouidentiam* adscripserit in Rescriptis primis, quæ Patauinorum Legatis indulsit, deditq; Noster Lib. III. Rub. VI. quò testimonium ea de re dicerent luculentum? Nemo sanè est, qui nesciat, Pisanos tanti fecisse Principis huius *Prudentiam*, quam sæpè, ac sæpiùs fuerant admirati, vt, eo extincto, secuti iudicium illius, Friderico Regi Trinacriæ Principatum detulerint, vt, quem ille sibi socium delegisset, & noua affinitate adiunxisset, ijdem Principem sortirentur, vltrò ei delato Ciuitatis imperio, Vecerio, & Abrahamo Bzouio testibus Annal. Eccl. Tom. XIV. Col. 217. Num. XIX. mirati vt interdùm subeat, ab horum altero proditum, Col. 184. Num. II. *visum Henricum in Vrbe*

Vrbe precipiti temeritate se, suosq; adducere in discrimen : ab altero *obiectam eidem imprudentiam* in eadem Vrbe, Lib. IX. Saxoniæ Cap. IV. tùm ob Primores Vrbis apud se detentos in vinculis, tùm ob imperata tributa Populo ad Coronationis decus.

FORTITER] Moneor ab hac voce, vt FORTITVDINEM, Virtutem huius Cęsaris aliam, quibus possim, coloribus hic adumbrem. Sed eius mihi primo loco diuisio premittenda est, vt hic olim Heros terrarum Orbis ab ea Virtute distinctiùs efferatur. Duplex est Fortitudo. *Mentis* vna, *Corporis* altera nuncupatur. Quæ *Mentis fortitudo* est, definitore Hieronymo in Ioannem ad Aristotelis, Tullij, Macrobij, Andronici, Senecæ, & aliorum mentem, *est immobilis inter aduersa gloriosa animi claritudo, res arduas pulchrè administrans, quæ nec aduersis infestando frangitur, nec prosperis blandiendo elevatur*: Constat altera *constantia mentis, firmitate laterum, membrorum robore, & vigore*. Attende nunc Fortitudinem vnam, & alteram in HENRICO. Audijt nimirum ille, *Princeps fortis, magnanimus, inuictus, inuictissimus, constans, obstinatus, acer, constantissimus, instantissimus, robore, vigoreq; prestans* vna propemodùm Scriptorum omnium voce, quod meum nunc fuerit aperire. Audijt in primis.

FORTIS.

Nauclerus Vol. II. Chronographiæ Gen. XLIV. *His* (cæde Fratris, & Vxoris interitu) *etsi moueretur Rex, vt homo; non eò minus iter persequitur, vt Vir constans, atq; FORTIS, venitq; Pisas, &c.* Meyerus Lib. XI. Annal. Fland. *Iactabam enim Flandri, sæpe tam FORTIS, tamq; fidi sibi AVGVSTI bellum aliquando egregiè reparaturos in Gallos*. Possevinus iunior in Gonzagis Lib. III. *Tanta illi Comitas, FORTITVDO, & Prudentia erat*. Idcircò Noster in Oratione ad Pat. Patres Lib. VI. Rub. I. pag. 32. iure fecit eum sedentem *in sua Fortitudine Maiestatis*: Et Lib. XVI. Rub. I. *His*, inquit, *omnibus alleclus, concepta peroptimo, FORTIQVE INSTINCTV, per internuntios cum singulis per loca singula tractare, polliceri, hortari dies noctesq; exagitabatur*. Facit huc etiam, quod obseruauit eruditissimus Freherus ad Leupoldum, nominibus in *Cus* desinentibus inesse *fortitudinis* notam, quod idem vnico; at insigni exemplo firmat, ducto ex nomine Chilperici, de quo Venantius Fortunatus Episcopus Pictauiensis, & Vates sacer hæc scripsit,

Chilperice potens, si interpres Barbarus extet,
Adiutor FORTIS hoc quoque nomen habes:

Et addit, idipsum de nominibus in *Dulphus*, & *Ricus* (quod Henrici nomen propiùs attingit) à I. Lipsio proditum in Lib. Poliorceticon, aliaq; aliter desinentia nomina aliud indicare.

MAGNANIMVS.

Sic dictus præcipuè Nostro Lib. III. Rub. VI. de illius Gestis, ea in Oratione, quam ad ipsum habuit. Lib. IV. Rub. I. *Quod nihil permoueretur Brixianorum maledictis*. Lib. VII. Rub. I. Lib. XI. Rub. IX. *His, altisquè* IMPERATOR *MAGNANIMVS Principum, militumque animos extollebat*. Et Lib. IV. de Gest. Ital. Rub. II. *Qui MAGNANIMVM HENRICVM VII. Orbis terræ Principem suis consiliis acquiescentem fecit*, de se ipso loquens. Sed hac etiam appellatione celebratus HENRICVS VII. Imp. Trithemio. *Princeps ab opibus non magnopere instructus; sed industrius, MAGNANIMVS, & prudens*: Nauclero, loco anteà commonstrato. *Placuit Pontifici consilium, & simul cum Cardinale nominant etiam Electoribus Comitem de Luxemburg, Virum MAGNANIMVM, industrium, &c. Pratensi tum bene no-*

tum. Et Eliæ Reusnero. *Vir prudens, iustus, reipublicæ peritus, MAGNANIMVS, rebus secundis nunquam elatus, aduersis nunquam dejectus*. Quorum postrema hausit ex Augustali Beneuenti, qui in eo. *Optimus Imperator, cum imperasset Annis IV. Mensibus VIII. & Diebus XVIII. nunquam elatus prosperitate, nunquam dejectus aduersitate, anno Domini MCCC. XIII. mortuus est*: Aut ex æquali Beneuenti Villano Lib. IX. Cap. XLVIII. *Enituit huius summa Virtutis in HENRICO splendor, vt neque fortuna deprimeretur aduersa, neque secunda nimium efferretur*. Summæ planè Virtutis splendor, quippe qui summis in Viris tantùm iubar suum exeruit, & alios in eorum admirationem traxit. Augustinus Lib. I. de Ciuit. Cap. XXIV. De M. Attilio Regulo, cuius animi magnitudo dicta Tullio III. Off. Paradox. II. Val. Max. Lib. I. Cap. I. Polybio Lib. I. & II. Gellio Lib. VI. Cap. IV. Senecæ multis locis, Appiano in Lybico, Floro Lib. II. Cap. II. Tertulliano ad Martyres, & in Apologetico sub finem, Orosio Lib. IV. Cap. X. Augustino eidem Lib. I. de Ciuit. Cap. XV. Horatio Ode V. Lib. III. Silio Lib. VI. alijs: *Inter omnes suos laudabiles, & virtutum insignibus illustres Viros, non proferunt Romani meliorem, quem neque felicitas corruperit: nam in tanta victoria pauperimus permansit; neque infelicitas fregerit: nam ad tanta exilia reuertit intrepidus*. Wilhelmus Heda de Nicolao IV. Episcopo Traiectêsis Ecclesiæ XLVII. *Aduersa quæque expertus, nunquam animo consternatus, omnique virtute præditus, qualem longa desiderabit posteritas*. Gaspar Barthius Aduer. Lib. I. Cap. XI. de Antonino Imperatore, ex ipsius Antonini Eclogis, & Suida. *Notabilis sanè huius Principis constantia morum fuit, siquidem nec lætis, nec tristibus mutabatur eius vultus*. Et de Catone, & Fabio Plutarchus, & alij. Sed pergamus nos MAGNANIMI Titulum asserere HENRICO ob ipsammet ANIMI MAGNITVDINEM, qua præ cæteris fulsit. Vecerius in illius Vita. *Sed ipse, qua erat integritate, ANIMIQVE MAGNITVDINE, ne die dictatem erè abfuisse crederetur, fidei, quam valetudinis rationem habere maluit*. Cartio. *Qui in fratre Henrico non opes, quæ exiguæ erant; sed alia, &c. prædicabat, generositatem naturæ, ingenij præstantiam, EXCELSI ANIMI MAGNITVDINEM, &c.* Mussatus noster Rub. XIII. huius Libri. *MAGNANIMITATEM concomitari Mansuetudo videbatur*. Ea re Virum *Magnanimi cordis* Villanus dixit Lib. IX. Cap. I. *ANIMO magnum* Langius in Chron. Citizensi, *Animo Potentem* idem ibidè, & Æneas Syluius Hist. Bohemicæ Cap. XXXI. *Promptum* Trithemius in Chron. Hirsaugiensi ad annum CIↃ. CCC. X. *Magni animi, & virtutis* Bernardinus Corius Mediolanensis ad annum CIↃ. CCC. XI. ad eamq; *Virtutem*, vti solitam, excitatum eumdem legimus à Pontificijs Legatis in Nostro Lib. IV. Rub. I. verbis illis. *Ipseque confidenter ad solitam VIRTVTEM exurgat, vires animumque indeficienter intendat*: quin & eandem innatam illi scripsisse Vecerium, cum ità clausit illius Vitam. *Quæ si Campaniæ obtinendæ facultatem Dij tribuissent; infinitum esset, quantum ille Rex, & opportunitate commeatum, & innata Virtute moliri, efficereque parasset*. Vnde Noster Epistola XVII. in comparatione Henrici cum Care Scaligero, ab hoc Vrbes astu, & dolo capi prodidit; ab illo vi, & virtute: & Vecerius, spectatam illi virtutem maximè profuisse ad obtinendum Cæsarei fastigij culmen. COLVMNAM itaque MAGNANIMITATIS Argentinensis dixit ad an. CIↃ. CCC. XIII. *Sicque heu periit* COLVMNA *MAGNANIMITATIS, & Iustitiæ, &c.* Quod Elogium laudat etiam Lehmanus in Chronico Spirensi Lib. VII. Cap. X. Vt enim consignatum extat Lib. XI. Rub. VIII. Nostri, Columnæ instar *regio animo Cognatorum mortes pertulit constanti virtute maorem suppressimens*: Vt Lib. XIII. Rub. VII. *multis luctus curas implicatus*,

implicitus, permulta ingenti animo versat; Vt lib. XVI. Rub. V. *permulta cum Apulis, Calabris, ac Romanis per internuntios scisciture, tentare, polliceri, componere sedulis vigilijs ingenti animo studet.*

INVICTVS.

Veterius. *Sed & barbaros latitia* INVICTI DVCIS *extincti obtinuit.* Fasciculus temporum Aetate VI. ni fallor. *Victor gloriosus, & bellator* INVICTVS *extitit.*

INVICTISSIMVS.

Datus hic illi Titulus à Carolo IV. Imperatore, vt ostensum in prima huius Rubricæ Nota. Datus & à Nostro in Orationis calce, quam apud illum dixit, libroq; tertio consignauit post Rubricam sextam. *Tuq, vive, valeq,* REX INVICTISSIME *salus viuentium Christianorum.*

CONSTANS.

Multo antè Nauclerum laudatum suprà in Titulo, *Fortis*, Henrici CONSTANTIAM celebrarat Noster. Habet ille scilicet Lib. VIII. de illius Gestis Rub. III. *Cæsar, &c. indeficiens* REGIA CONSTANTIA *ad omnis belli fortunam tentandam animum erexit.* Et Epistola II. quæ in illius commendationem scripta,

Fac tua sit nostri series CONSTANTIA *Libri:*
Namque erit hic vitæ fons, & imago tuæ.

Nec multò post de eadem in se amando.

Et fors quæq, suos casus mutauerit, vnquam.
Mutua non soluit fœdera nostra fides.

Et alibi in alijs rebus prębentibus Constantiæ materiam, & segetem opportunam. In obsidione quippe Brixiensi *inter varia Cæsar animo constantiori, accitis ad concilium Curiæ Principibus, quæsiuit, quidnam agendum instaret*, stylo Mussati Lib. IV. Rub. III. Qua de re quoquè Bzouius in hæc verba. *Cadauerum ingentes strues, ex grauiore odore Theutonicorum, exercitum pestilentia infecerant. Plurimi eorum varijs ex ægritudinibus morichantur: alij a corruptore aere diffugiebant. Pertinaci tamen proposito Henricus vrbi inhæbat, si quo modo constantes animi frangeret: nec multo post votis compos fuit.* Sed ex Nostro profecit Bzouius, vt indicabunt Rubricæ sequentes, & hæ maximè, Septima Lib. III. Prima, tertia, quinta, & sexta Quarti. Nusquàm enim non meminit huius Virtutis Noster. Ecce Lib. III. Rub. XIII. in morte Valerani Cæsaris ipsius fratris. *Mirumque, ac memorabile, quod Cæsar constanter hoc tulerit, vt nullius prorsus indaginis in illo vultus, actusue deprehensa molestia: cuius imitatione, & taciturna Curia tantum funus silentio dissimulatum præterijt:* Et in Vxoris dulcissime funere Lib. V. Rub. IV. *Mortem eius strenuè ferens Inclytus Rex, nullam in patulo effudit lachrimam.* Cui adstipulatur Huldricus Mutius in Chron. Ger. Lib. XXIII. *Nec tamen ita Vxoris morte doluit, vt esse se Virum meminisse desierit. Nam in rebus administrandis, in respondendo Legatis, in causis discernendis nullum doloris vestigium omnino apparuit.* Parinum constantia Leodiensis Episcopi, Theobaldi de Barro, consanguinei sibi longè carissimi cædem pertulerit, pronunciare non ausim. *Nam cum Henricus de Blanckenberg id Regi flendo nuntiasset, Henricus Rex* (verba sunt Argentinensis ad annum CIↃ. CCC. XII.) *ipsum redire cum fletu ad sinum matris dixit.* Verùm enim verò vel annosa Ornus crebris ista bipennibus vertice concusso nutat,

Vulneribus donec paulatim euicta supremum
Congemat, traxitque iugis auulsa ruinam:

Notaq; est Paroemia vetus. Δρῦς πλῆγαις δαμάζεται: *Quercus plagis domatur.*

OBSTINATVS. ACER.

Leonardus Aretinus Lib. V. Histor. Florentinorũ *Quibus, cum ancisè resisti posse videretur, addito huius Viri tam* ACRIS, *tamque* OBSTINATI *aduentu, in summum discrimen res adducebatur.* ACREM quoq; vocare libuit Argentinensi, cuius verba dabimus in Elogio *Strenuitatis.*

CONSTANTISSIMVS.

Talem in amando Friderico Siciliæ Rege fuisse, Veterius tradit. *Fridericus, cui fœdus cum Imperatore percussum paulò suprà tradidimus, medio agens æstu, vt excessisse Cæsarem è rebus humanis accipit, ingenti videlicet molestia animi consternatur: eratque ea constantia, Henricique amore, vt quoniam videre viuum nequiuerat, extinctum saltem contemplari exoptaret. Itaq; Pisas non ob aliam rem nauigans, prolatum corpus regium inter vberes lachrymas comeneratus, recondi difficile passus est,* CONSTANTISSIMI *Ducis amicitiam immaturè sibi deplorans ademptam.* Nimirùm Constantissimi ambo de summæ inter se Constantię laurea decertabant.

INSTANTISSIMVS.

Idem Veterius in eius Vitæ clausula. *Vitam* INSTANTISSIMI PRINCIPIS, *qua acceperamus (vt puto) traditione narrauimus, quem non Italia modo, nullis neq; aduersis frangi potuisse, neque secundis efferri manifestè cognouerat: sed & barbaros latitia inuicti Ducis extincti obtinuit.*

ROBORE VIGOREQVE PRÆSTANS.

Ducet hic Mussatus familiam reliquorum Epistola II.

Fecerat hoc Pietas, VIGOR, & Clementia recti
Principis Henrici, & Simplicitatis amor.

Et in Centone ad Filium pag. 92.

Illi corpus erat durum, patiensq; laborum

Pone subit Ferretus. *Hic enim licet ambobus* (Friderico, & Albertum intelligit) *potentia, opibusq; inferior haberetur, non ideo Animi, Corporisq; minor illi virebat industria.* Sequitur Cartio. *Qui in fratre, &c. prædicabat Generositatem naturæ, &c.* VIGOREM ÆTATIS, ET CORPORIS ROBVR, AC FIRMITATEM *ad tolerandos militia labores.* Claudet agmen Ciaconius in Clemente V. *Insinuauit verò* (Cardinalis Pratensis) *his* (Electoribus) *Henricum Comitem Luxemburgensem, Virum armis strenuum, & ROBORE CORPORIS FEROCEM.*

STRENVE] Poterat Henrici STRENVITAS cum eiusdem *Fortitudine* commodè copulari; sed placuit hic hærere Nostro, qui visus vnam ab altera seiunxisse, aduerbijs inter se duobus *Fortiter*, & *Strenuè* separatis. Vidimus in superioribus Notis ad Rub. II. Henrico VII. Cæsari Maiores huiusce modi contigisse, quos *Armorum, Bellorumq; strenuos* maximè commendarit, respondit ijsdem Henricus Virtute persimili cumulatè. Atquè vt Clarissimorum Virorum testimonijs res agatur, clarè, & appositè Ferretus. *Nam ex clara satis prosapia ortus, inter cæteros* BELLO STRENVVS, *& consilio prudens valdè putabatur.* Talem etiam agnouit æqualis eorum temporum Villanus, nec vno in loco STRENVVM appellauit. Argentinensis in eadem sententia fuit. Quare de illius ad imperium electione loquens; *Occiso*, inquit, *Alberto Rege, Hainricus Comes de Lutzelburg* STRENVVS, *& acer eodem anno in festo omnium Sanctorum a Principibus concorditer in Francfurt est electus.* Fuit & Ioannes Hocsemius in Theobaldo de Barro Episcopo Leodiensi CIↃXXIV. Cap. XXXI. *Hæ*

iustus,

iustus, & religiosus, & In Armis Strenvvs Ecclesiam diligebat. Sicut & Trithemius in Chron. Hirsaug. ad annum CIↃ. CCC. VIII. *Vir bonus, Strenvvs, & imperiali honore dignus.* Et infrà ad annum CIↃ. CCC. X. *Sapiens, iustus, gratiosus, & In Armis Strenvvs.* Quibus affinia sunt, quæ habent Langius in Chronico Citizensi, *Sapiens, gratiosus, Armis Strenvvs*: Ciaconius in Clemente V. *Insinuavit verò his Henricum Comitem Luxemburgensem Virum Armis Strenvvm, &c.* Albertus Krantzius Lib. IX. Saxoniæ Cap. I. *Henricus Comes de Luxemburgo in Lotharingia, Vir Ad Arma Strenvvs, Rex Romanorum post Albertum ab Electoribus Francofordiæ designatur, Septimus eius nominis*: Meyerus Lib. XI. Annal. Fland. *Electus est statim Henricus eius nominis Septimus, qui Comes erat Luxemburgensis, Vir non modo Bello Strenvvs; sed pius, &c.* Huldericus Mutius in Chron. Germ. Lib. XXIII. *Religiosus, Ecclesiæ amicus, Strenvvs*: Christophorus Lehmanus Lib. VII. Cap. X. Chron. Spirensis, *Ne autem Electores ancipiti disputatione ab electione distraherentur, Henricum Comitem Luxelburgensem Pietate, & Strenvitate spectabilem ijs proponendum, & clanculum decernendum, &c.* & alij, quos inter vsus superlatiori gradu Wernerus Rolewinx in Fasciculo temporum, Aetate VI. *Iste Henricus fuit Comes Lutzelburgensis In Militaribvs Actibvs Strenvissimvs.* At quorsùm omitto Nostrum? Si fecerim, iniquè sinè dubio fecerim. Nam & illi Cæsaris huius *Strenuitas* adumbrata saltem, cùm scripsit Libro IV. Rub. V. *Mortem eius (Vxoris) strenuè ferens Inclytus Rex, nullam in patulo effudit lachrimam*: Et Lib. XVI. Rub. II. *Angustatus in Tuscia terræ successibus infestis Cæsar, corde strenuo mari omnem tentare fortunam disposuit.*

Hi mihi, tibiq;, nostri studiosè Lector, Strenvitatis *Henrici* precones, ac testes. Quot, ac quales? quàm sibi, verbis etiam ipsis, similes & concordes? Sed iuvat ab ipsis quoquè Liberis eius, & Nepotibus hanc in illum Virtutem, & Laudem deri vare. Strenvi siquidem creantur Strenvis, inest Patrum virtus in liberis, *nec imbellem*, vt illè præclarè cecinit, *progenerant Aquilæ Columbam*. At eius quales, quæso, Liberi, ac Nepotes? Strenvi ad vnum omnes, si vnum exceperis Venceslaum, Caroli IV. sobolem omnino degenerem, socordia ac ignauia torpidam, generis totius sordem ac dedecus, non Ingenio modo hebeti ac sordido, nullarumquè rerum, nisi voluptatum intelligente: non Animo, non à Reipub. tantùm; sed pènè ab omni honestate alieno: non Corpore prorsus ignauo, nequè ad vllam aliam rem, quàm ad obscœnas, ac turpes voluptates idoneo; sed ipsa quoquè hominis specie dissorta penitus ac deformi, Thersiti, quàm Principi propiore. Quam enim, quæso, *Strenuus* Ioannes Henrici F. Bohemiæ Rex, qui manu potenti semper regnum gubernauit, & Patre in Italia agente, apud Germanos vicario nomine administrauit imperium: Patre verò defuncto, cum plurimæ Ciuitates ei se se dedissent, animo strenuo penetrauit Alpes cum exercitu, easquè non paucis annis tutatus est, vt Aeneas Syluius tradit in Bohem. Cap. XXXII. Qui anno CIↃ. CCC. XVIII. ex Trithemij fide in Chron. Hirsaugiensi à Colonienſibus, iussu Ludouici Imperatoris bellum illaturis Henrico Archiepiscopo Colonienſi, & suo ob violata pacta, & fœdera pacis initæ cum Ludouico, & secutas Friderici Ducis Austriæ partes, vocatus in auxilium, Archiepiscopum, Bonnam obsidens, grauiter impugnauit; fuitquè tandem in causſa, vt Ludouicus etiam de hoste suo acerrimo Friderico quæsitam annis octo victoriæ palmam, interueniente conflictu durissimo, reportaret? Qui deinceps, anno nempè vertente CIↃ. CCC. XXIV. cum Balduino Archiepiscopo Treuirensi patruo suo, Metensem Ciuitatem obsedit, cum non antè multò Monasterienſem Episcopum domuisset? Qui consequentibus ad hæc annis CIↃ. CCC. XXIX. & CIↃ. CCC. XXX. *strenua valdè, & magnifica* (verbis vtor Chronicæ Aulæ Regiæ ex Cap. XXI.) *contrà Lithuanos, & Paganos in bellicis actibus exercuit opera, vt communis omnium prædicatæ fama*, quod & Dubrauius firmat Lib. XX. Hist. Bohemorum? Vnde versus isti eo seculo vulgati, eodemq; digni,

Hunc, peto, cerne Virum, qui perpetrat vndiq; mirū.
Hic nisi bellare solet, & pugnis inhiare;
Qui quasi torpescit, à bellis cum requescit.
Est raro terra, quæ sit per eum sine guerra,
Hoc Germania, Francia, Flandria monstrat apertè:

Qui biennio post Posnauiam vallauit acriter, & obsidione cinxit, vt ijs ex literis patet, quas Notarius eius B. ad Petrum Abbatem Monasterij Aulæ Regiæ anno illo Brunnę dedit: Abbas verò ipse Chronicis suis inseruit ad eundem annum? Qui demùm anno CIↃ. CCC. XLIV. Edoardum Regem Angliæ, Frãciam demùm ingressum, in socias partes accitus à Gallis, infectatus est, initoq; cum illo certamine ad Cressiacum, reliquit triumphantem Gallum sagittæ ipse cuspide vulneratus, suprà laudato Trithemio teste, nec non & Pantaleone Candido in hæc verba?

Atq; hinc cognatis cum se se immitteret armis,
Gallorum auxilio fidens, se Marte Britannis
Oppositi, multosq; armum dimisit ad Orcum
Ipse viros dextra ingenti, Fortissimvs Heros
Occubuit simul, æthereæ & se reddidit aulæ:

Quæ Martinus Cuthenus solo Disticho sic adstrinxit.

Lumine Ioannes post facta ingentia cassus,
Fortiter occubuit Gallica castra sequens.

Verè *Fortiter* à Cutheno dictum. Namquè admonitus tùm à suis, vt retrocederet, verba illa *Heroe* planè digna *fortissimo*, quasi cygneum quidam, breui morituras effudit. *Tergane hosti Bohemia Rex ostendet? Dij tam ingloriam à me auertite famam. Aut ego hodiè victor eandem, aut lethoinsigni regiè cadam:* Id quod posti remum ei contigit, cadentibus secum ex Proceribus, Henrico Petri Rosensis filio, & Iano Lichtenbergo, ac præterea ex equestri ordine strenuissimo quoquè, omniquè demùm Gallicæ nobilitatis flore, vt alia strenua illius innumera facinora prætermittam, quæ, præter Historicos Bohemicarum rerum, Aulæ Regiæ Chronica literis consignauit, nec non & filius eius Carolus, Quartus eius nominis Imperator, tùm Regni, tùm Virtutis hæres in Commentario Rerum à se cum Patre domi, forisquè gestarum, qui beneficio Marquardi Freheri Viri doctissimi lucem hausit anno CIↃ. IↃ. CII. Wechelianis typis. Hinc iurè datum illi *Fortissimi Regis* Elogium ijs in carminibus, quæ Dubrauius attulit in calce Libri XX.

Ioannes quondam Marchio, Princeps illustrissimus,
Qui Caroli Quarti Cæsaris Maximi frater fuit germanus,
Quorum genitor Ioannes Coecvs, Princeps Serenissimus.
Bohemiæ, & Poloniæ regnorum Rex Fortissimvs.

Datum & eidem laudi, quòd se in omni militia exerceret, frequentaret torneamenta, hastiludia ageret, ità vt tota Francia, & Gallia vix enarrare sufficeret Regis eius facta magnifica, auctore Petro Abbate Monasterij Aulæ Regiæ in Chronica cognomine Cap. XIX. in quà pariter Cap. XXVII. eidem Scriptori tùm viuenti, videnti, scribentiq; cum laude dictus, *Henrici VII. Romanorum Imperatoris nobilis propago, & prosapia generosa, grandi sibi parto nomine texta nemen Magnorum, qui sunt in terra.*

Iam quis Caroli IV. tali Patre geniti *Strenuitatem* in dubium reuocarit, cum is adeò multa cum Patre bellorum, laborumq; socius, & sine Patre gesserit, quæ tùm ipse, literarum benè peritus, Commentario

mentario illo suo, tùm suis monumentis Historicis alij complexi sunt? Audiatur, si vacat, Gaspar Cropacius in eius filio degenere Wenceslao, Rege Bohemiæ XII. & Imp. Romano.

Vt Pater insignis, præstansq; virilibus ausis,
Eximia virtute animi, multoq; decore,
Romanos fasces, & sceptra Bohemica gessit:
Sic eadem luxu, nimio torpensque veterno
Filius, heu nimium neglexit deside vita.

Itaq; sic illius, Iuuenis adhuc, virtutem expressit Auctor Chronicæ Aulæ Regiæ, laudatus suprà Cap. XXXII. *Wenceslaus cognominatus Karolus, Iohannis Regis Bohemiæ filius primogenitus, in ciuitatibus Lombardiæ pro Capitaneo a Patre positus, de suis hostibus, videlicet Cane de Verona, & suis complicibus, bello campestri glorioſissimè triumphauit, plurimos occidit, & plurimos captiuauit, quemadmodum mihi dixerunt, qui his bellis interfuerunt, & suis oculis conspexerunt. Multa hi de* MAGNANIMITATE *istius iuuenis referunt, quia ipse nequaquàm his prælijs abesse voluit, sed adesse. Cinctus ibidem inter acies baltheo militari, pugnat animo non pueri, sed virili. De duobus dextrarijs deiectus, fit (fortè fuit) aliquantulum in brachio vulneratus: vicit ipse, campos obtinuit; pars hostium occiditur, & pars fugit.* Sic & eandem suis Aeneas Syluius lineis adumbrauit in Hist. Boh. Cap. XXXIII. *Is viuente Patre aduersus Tartaros feliciter dimicauit, Ciuitates Lombardiæ a Patre acceptas armis tutatus est. Pugnauit adolescens cum Veronensibus, eosque prælio fudit. In ea pugna, bis equo deiectus, non dubitauit tertium conscendere, facinoraq; FORTISSIMI MILITIS edere.* Et infrà. *Fuit autem hic* CAROLVS *VIR MAGNORVM OPERVM, qui Regnum Bohemiæ tum Religionis cultu, tum Legum, ac bonorum morum disciplina illustrauit.* Sic & Dubranius Lib. XXI. *Benè autem ac feliciter* CAROLVS *(sexdecimum tum agebat annum) Patris in Italia Vicarius, res gerebat pace, & bello: in vtroq; tempore prouidus, & STRENVVS aduersus insidiatores, & bellatores.* Harum porrò magnam partem Pantaleo Candidus carminibus his includit.

Filius egregijs vt CAROLVS *inclytus armis,*
Tartaricas forti pepulisset Marte cohortes:
Et iuuenis patrias defenderet acribus oras
Belli arsis: ac Veronæ iam signa potentis
Fudisset, nulla solutus desistere pugna,
Dum robur dextræ, & supereſſet corpore sanguis;
Inclyta defuncto suscepit regna parente,
Acceptus plausu ingenti, populiq; fauore.

Hinc illi facilè partũ *Imperatoris Maximi* cognomẽtũ, vt indicant suprà memorati versus in illius Patre,

Ioannes quondam Marchio, Princeps illustrissimus,
Qui Caroli Quarti CÆSARIS *MAXIMI frater fuit germanus, &c.*

Iureq; *Floris Regum* titulus eidem à Pantaleone in illis datus,

Hæc igitur tibi laus, hæc gratia, CAROLE, habetur,
Aeui perpetuos longum mansura per annos,
Donec vita prænemanebunt nomina Musæ.
Salue, perpetuumq; vale FLOS OPTIME REGVM.

De VVENCESLAO Caroli IV. Fratre, primoquè Lucemburgensium Duce, instar omnium esse posset Elogium, quod illi Trithemius concinnauit ad annum CIↃ. CCC. LVI. *Iste Dux* VVENCESLAVS, *filius Ioannis Bohemiæ Regis, Nepos Henrici Imp.* VII. *& frater (sicuti diximus) Caroli* IV. *homo genere nobilissimus; eruditione literarum doctus;* IN RE MILITARI STRENVVS; *vita, & moribus vix alteri secundus; Iustitia, Clementia, & Pietate magnificus:* nisi ista pariter in illius bellicæ Strenuitatis encomium haberentur apud Magni Chronici Belgici Collectorem. pag. 309. *Anno Ducatus Wenceslai* XVI. *salutis* CIↃ. CCC. LXIX. VENCESLAVS *Dux Lucemburgi, & Brabantiæ cum multis Nobilibus bellum contra Wilhelmum primum Ducem Iuliacensem, & Edwardum Ducem Geldriæ gessit, non longe a Iuliaco, in loco dicto Baesweiler, in quo bello Eduardus Dux Geldriæ primo aggressu in cerebrum sagitta percussus, & extra bellum ductus, obijt Ducatui suo anno* X.

Vocor ab his ad SIGISMVNDVM secundo-genitum Caroli IV. Nam vita traducta silentio à primo loco genito Wenceslao, eum me transire silentio iubet. Fuit itaquè æquè Patri *Stremitate par* filius SIGISMVNDVS, ac Wenceslaus *impar, & Imperator* ex Dubranio Lib. XXV. *ad omnia fortiter audenda promptissimus, cuius Virtuti clausum nil esse posset.* Quare Subinco (*Sbinco* alijs) Pragensis Ecclesiæ Archiepiscopus, cum aduersus nefarios Iacobelli Misnensis Heresiarchæ conatus, qui secum ingentes aliorum cateruas trahebat in præceps, nihil in Wenceslao Cæsare, non homine, sed libidinis, & ignauiæ monstro, præsidij reperisset, ad Sigismundum, adhuc Vngariæ Regem, confugit, vt fratris negligentiam emẽdaret, narrante rem omnem Aenea Syluio Cap. XXV. Hist. Bohemicæ luculentè: imò & aduersus Hussi turbas, ex Ioanne Dubranio eiusdem Historiæ Bohemicæ Lib. XXIII. Ob eam sanè caussam Ludouicus Vngariæ Rex Sigismundum adhuc puerum in filium adoptauit, promissis ei filiæ nuptijs, & Regno in dotem, quòd strenuę iam tum indolis conspicua se se in illo signa prodiderant, quæ spem eiusdẽ eximiam concitabant. Fuit enim (vt habet Carrio) SIGISMVNDVS, *Ingenio excellenti, Animo magno, & heroico, & qui conferri cum veteribus Carolis, & Ottonibus posset indolis præstantia, pietate, sapientia, magnitudine animi, industria, dexteritate in consilijs, patientia laborum, si optimè cogitatis consilijs, prouideq; susceptis, & laudatissimis conatibus respondisset Fortuna, nec instis, ac necessarijs armis contra Turcas successus fata negasset.* Hinc eiusdem in laudem Pantaleo non fucatè.

Non illo Regum vixit præstantior alter,
Nec magè consilijs aptus, nec fortibus armis
Cæsar in egregia Varadini mole sepultus:
Mortuus ipse Getis etiam trepidantibus horror.

Nec honorificè minus Gaspar Cropacius in Bohemiæ Ducibus.

Excellens acie mentis, studiisque Minerue
Clarus, vt assumptis infelix Marte sub armis,
Nec tamen aduersis Fortunæ flatibus vnquam
Demus a recto, aut pauida formidine fractus,
Digna SIGISMVNDVS *meruit præconia Cæsar.*
Quidquid enim debet Princeps laudatus habere
Virtutis; quidquid veri belloq;, togaque
Consilij decus id forti sub pectore clausum
Possedit, nec dote fuit fraudatus ab vlla.
Munificum Clarijs se se, facilemq; Deabus
Exhibuit, doctosque Viros reuerenter habebat.
Felix, si fatis non colluctatus, in omnem
Euentum intrepidus, dubio quoquè Marte fuisset.
Sæpè manu valida Geticos inuasit in hostes,
Sæpè Bohemorum tentauit milite robur
Indomitum, pugnans Fortuna semper iniqua.
Multa tamen gessit triplici diademate digna,
Digna saluari turbatis Principe rebus,
Ausonias lustrans oras, & schismata purgans,
Queis tunc Romulidum feruebat factio Patrum.

Adhucq; propiùs, etsi pressiùs ad mentem nostram Æneas Syluius Hist. Bohem. Cap. XXXIII. SIGISMVNDVS, *alter Caroli filius, a Rege Hungariæ Ludouico in spem regni adoptatus est, ibiq; tandem coronam adeptus pugnauit feliciter contra Turcas.* XXXVI. *Turcarum Regules secuti percussit. Tumultu populari captus, ac vidua, cuius virum occiderat, in custodiam traditus, beneficio linguæ libertatem adeptus, regnum armis recuperauit. In quo fortunam vtramq; expertus inter Viros claros enituit.* At enim splendidiùs, vberiùsquè cùm hec, tùm alia Dubranius Lib. XXV. initio. SIGISMVNDO *adhuc impuberi Carolus pater, Marchiam Brandemburgensem, quam ab Othone, postremo illius Marchione emerat, dono dedit, mira indole ani-*

mi, ingenijq; eius captus. Eandem secutus Ludouicus, A *Pannoniæ Rex, generum sibi, regnique successorem adsciuit, desponsa ei filia nondum nubili, cui Maria nomen, &c.* Nec multò post. *Ante* SIGISMVNDO *in Poloniam, non satis pacatam, mandat Ludouicus, vt rebelles in illa coerceat, & contumaces ad officium reducat, quid mandatum ille strenuè exequatur, pleraq; arces, & oppida breui temporis spacio expugnans, ac mox copias ex Polonia in Massouiam traducens, in qua ducem agebat Semouitus, ipsi etiam Ludouico semper contumacissimus: nunquam enim ad obsequium etiam accersitus venire voluit, & idem tamen adeò inaudax, vt Sigismundo occurrere nullo in loco auderet; sed spectatorem se tantùm exhibuit, dum vastarentur agri, gregesque equarum, boumq; abigerentur, vici, & castella diriperentur.* Ecquis secum hæc animo reputans, de *Strenuitate* ambegerit SIGISMVNDI?

Mitto IODOCVM, natum Patre Ioanne Henrico, B
Caroli IV. fratre, dignum habitum, qui, Wenceslao patruele abdicato Imperio, eligeretur CÆSAR; C
alioſquè complures, ſat mihi viſus horum paucorſi, exemplis indicaſſe curſim, *Strenuitatis* Henrici VII. Cæſaris ſemina in illius re vera fuiſſe Nepotibus, & Liberis propagata.

STRENVE AGENDVM ESSET] Nihil addi poterat ei rei, quæ geſta fuiſſe *Strenuè* diceretur. Itaquè non niſi egregiè, regiéquè adminiſtratę res id ſibi vocis ex merito vendicabant; idquè, vt eorum, qui res huiuſcemodi peregiſſent, ſumma Virtus, & Gloria teſtata poſteris relinqueretur. Paucis. Idem erat *Strenuè agere* Scriptorum aliquibus, quod alijs, *agere bellè, celeriter, eximiè, fortiter, & præclarè*, nihil vt ſuprà peragi, fingi, vel excogitari poſſet. Tullius, ſiuè quis alius, ad Herennium. *Is tamen egit fortè strenuè, & agit.* Ad Atticum Lib. XVI. *Ego adhuc (pernem enim Vibonem ad Siccam) magis commodè, quam strenuè nauigaui.* Pro Rabirio. *Pro illis strenuè arma caperem.* Et alij pari mente; ſed clariùs teſtandis eorum *Meritis*, & *Virtute*, qui ſtrenuè ſegeſſiſsẽt. Aulæ Regiæ Chronica Part. II. Cap. XXX. *His diebus Henricus de Lipa in Lacunitate fuit Capitaneus, qui poſt multa grauamina illata strenue Australibus, ab iſdem cum Iohanne fratre ſuo, & cum pluribus nobilibus per Australes capitur.* Auctor Fragmenti præfixi Chronico Argentinenſis ad Annum IↃCXLIII. de Oſualdo. *In Britannia S. Osualdus Rex iuſtissimus, cum regnum Angliæ, & Britonum IX. ciuitates annis strenuè administrasset, contra Pendanum Regem pugnans occubuit.* Ioannes à Beka in Godefrido Epiſcopo Traiectenſi XXVIII. de Theodorico Hollandiæ Comite. *Anno Domini* MCLXIII. *Non. Augusti Theodoricus Comes in pace quieuit, qui Comitatum Hollandiæ* XXXVII. *annis valdè strenuè gubernauit.* Idem in Ioanne II. Epiſcopo Traiectenſi XL. de Heremano. *Heremanus in prima congressione letaliter vulneratus, in agone certaminis tamen strenuè mansit, vt tandem Episcopalem exercitum infrà munitionem Amersfordia profugaret:* Et in Wilhelmo Epiſcopo XLI. de Florentio, & Caſtrenſibus. *Florentius autem de Egmonda, cæteriq; Castrenses cum Frisonibus sæpe strenuè confligentes, adeò grauiter obsessi sunt, &c. vt consumptis vectualibus equinas carnes demum manducare coacti sunt.* Sic enim omnino legitur in excuſis anno CIↃ. IↃ. XLII. Furmerio Leouardienſi Friſio recenſente. Hinc *Strenua Athletarum luctamina* apud Aldhelmũ Lib. de Virgin. Cap. I. nuper editum in Bibliotheca veterum Patrũ Coloniæ Agrippinę ſumptibus Auſonij Hieratí. *Ita dumtaxat, vt alius strenua Athletarum luctamina cum æmulo sumosis lacertum flexibus desudans, in medullio Scammatis* (lege *Scammatis*, qui locus eſt certaminis ex Cerdio ad Tertulliani librum ad Martyres) *fragrante delibutus liquoris nardo, solerter exercere studeat.* Sed redeo ad eos, I qui fecere ſtrenuè, vt impleam, & expleam hunc excurſum. Nam alium mihi quoquè ſuppeditat Mo-

lanus Cap. LXIII. Militiæ ſacræ. *Vbi & Dux ipse* (Brabantiæ Ioannes I.) *quasi vnus de Manichæis supra modum strenuè se se, fortiterq; gessit, ac post diuturniorem conflictum victor euasit:* Alium (nempe Ludouicum Bauarum Imp.) Huldricus Mutius Lib. XXIV. Chron. German. *Nisi ergo Ludouicus impiger strenuè occurrisset illis, actum erat de tota Bauaria:* Alium Laurentius de Monachis, qui videbat, & ſcribebat anno CIↃ. CCCC. XXV. Senatui Venetò à ſecretis, Thoma Mauroceno Duce, ſiuè quis alius, in Hiſtoria Veneta, quæ ſub Anonymi titulo Venetijs aſſeruatur in lectiſſima Bibliotheca Senatoris ampliſſimi DOMINICI MOLINI, Muſarum Numinis tutelaris. *Ciodienses, quorum tunc erat Potestas Iacobus Basilius, quia strenuè se gessernnt in dicta victoria, liberantur a tributo trium Collimarum prebendarum Dacie in tribus terminis pro qualibet familia.* Verùm enim verò, ne nimius hac in parte ſim, deſino cum Renero Snoio in Rerum Batauicarum Libris à Io. Braſſica recognitis, & emendatis, vbi de Woboldo Epiſcopo Leodienſi. Nam, ſi plures ſtrenuè factis illuſtres percenſere numerando vellem, quis finis? Ait de Woboldo Renerus. *Colligens hic inde viros bene directos ad normam disciplinæ regularis, & maxime ex disciplina Abbatis Richardi, conuentum Monachorum ibi adunauit, & ad quod venit, locum ipsum vna cum Gemblacensi Monasterio strenuè gubernauit.*

IVSTITIAM QVOQVE TANTA COLVIT OBSERVANTIA] Iuſtitiam inter cæteras Henrici VII. Virtutes claré Noſter extulit, quòd & illa *præstantissima sit Virtutum omnium* Ariſtoteli ad Nicomachum V. Cap. III. *perpetuæ commendationis, & sanctæ fundamentum* Tullio III. Off. *Sola Domina omnium & Regina Virtutum* vtrig; *Summa Virtus, ac fons ipse Virtutum* Lactantio Lib. V. Cap. V. *Virtutum eximium sedes, & domicilium* rectè ſentientibus omnibus, quibus illud in ore tritũ, ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλὰβδην πᾶσ' ἀρετὴ ἔνεστιν: *Iuſtitia in ſe ſe Virtutẽ continentem: Virtutum eandem Matrem & nutrix* Polo Pythagorico libro de Iuſtitia: ac tandem PRINCIPI a què *summè necessaria, ac honesta.*

Neceſſariam eſſe Principi Iuſtitiam, viderunt ij, qui, Plutarcho teſte Lib. de Doct. Principum, ſcripſerunt, *absquè Iustitia, Principatum ipsum gerere nec Iouem quidem ipsum posse.* Idcircò prudenter admodùm apud Perſas ei, qui ex Regijs liberis natu maximus in Regni ſpem educabatur cùm alij laborantur multi, qui illi Manuductores ad Virtutem eſſent, tùm vnus in primis, à quo Iuſtitiam doceretur, vt ex Xenophonte proditum in Cyro-pędia. Noram illi ſcilicet; nequè tam lectione, quàm vſu didicerat, Regnum ſine *Iuſtitia* conſiſtere nullum poſſe, quod illa Platoni ſit ἔρμα πόλεων. *Firmissimum fulcrum: Vnicum Regnorum columen* Auguſtino II. de Ciuit. libro: *Regia* demùm alijs *Virtus*, quòd alianum, vti præiimus, *Regina Virtutum*, Regibus in primis ad Regnorum ſubſidium, & tutelam neceſſaria ſit. Hinc Leo Euycratidis F. percontanti cuidam, in qua demum Vrbe tutò homini habitare liceret, *Ea*, inquit, *in qua Iuſtitia viget.* Rectè, probeque. Naturam Petra Græcus Sophocles in Hæmali, Τῶν γὰρ δικαίων εὐτυχεῖν ἄμεινον: *Iuſto reſiſtere non aſſi facile:* Et, vt Euripides accinebat,

Εἷς τοι δίκαιος μυρίων ἀν' ἰσθμὸν
κρατεῖ, τὸ θεῖον τὴν δίκην τε συλλαβὼν
Vnus iuſtus vtrimros non iniquos
Vincit, Deo & Iuſtitia adiuuantibus.

Neque enim a Deo negligitur homo, qui Iuſtitiam colit, ex Platonis mente: & *Opera pura, & sine iniuria bene* ex Xenophonte. *Quò remunes potentissimos reddunt,* ex Xenophonte. Quò reſpiciens Ageſilaus Lacedemoniorum Rex, cum ex conſcitarentur aliqui Viri graues, *Diuina sine dubio essent præstantiora, FORTITVDO, an IVSTITIA?* grauiter reſpondit. *Fortitudinis nullum esse vsum, nisi adsit Iuſtitia.* Cumq; idem audiſſet interdiũ opulentiſſimum

mum Persarum Regem appellari MAGNVM? & verò, quare maior me est, inquit, nisi sit iustior? Illud quoquè D. Remigium Rhemorum Antistitem, virum diuino afflatum spiritu, vaticinatum refert Agathias Schol. Lib. I. belli Gothici, dùm Clodoueum Galliæ Regem ipso inaugurationis die inungeret, *Regnum illud tandiù florens futurum, quandiu in eo cū religione Iustitia coleretur*. Quippe non adamantinis illis vinculis, quæ Dionysius Senior crebrò in ore habebat, VIS atquè METVS; sed IVSTITIA (quæ Concordiæ mater) *magna imperia retinentur*, CICERO de Rep. Tullij; quem librum iurè dolemus cum reliquis perijsse. Ea re Alphonsus Aragonum Rex, eos Principes, qui Iustitiam nequaquàm colerent, persimiles sibi videri dicebat ijs, qui morbo caderent comitiali, vt Aeneas Syluius in eius dictis, & Antonius Panormitanus in rebus ab eodem gestis tradunt. *Vbi* nempè (scitè differente Latino Tragico in Thyeste) *non est pudor,*

Nec cura IVRIS, Sanctitas, Pietas, Fides,
Instabile Regnum est.

Quod cum probè cognitum haberet I. Cæsar, *nihil sine Iustitia perpetuum, nihilquè diuturnum militibus ad Placentiam tumultuantibus identidem repetebat*, vt in Dione legimus Lib. XLI. Neque enim Salomonis effatum; sed Dei Opt. Maximi Oraculum illud puto, quòd inscriptum extat Prouerbiorum libris, IVSTITIA FIRMATVR SOLIVM &c.

Est honori pariter, & decori IVSTITIA Principi: imò Xenophon in Cyro-pædia, *nullas opes viro præsertim Principi pulchriores, & honestiores, quam Virtutem, & Iustitiam* esse posse censet. Iustitia siquidem cum Prudentia, & Sanctitate coniuncta, Auctore Platone in Theæteto, Deo similes homines reddit. Ait enim Deus ille quondam habitus Philosophorum. *Deus nullo vspiam modo iniustus est; sed planè iustissimus. Nec ei similius inueniri potest quidquam, quam qui inter vos iustissimus fuerit*. Traditurus ob id Tiberius Constantinus imperium Mauritio genero: *Sit* (inquit apud Aimon. Lib. III. de Gest. Franc. Cap. XXXV.) *tibi imperium cum hac puella filia concessum; vtere eo feliciter, in mente habens, Virtutem, & Iustitiam precipua esse optimi Principis insignia*. Et senserat id antè multò Menander, idemq; cui Optimi Principis ornamentum Iustitiam esse duceret, sic expressit,

Τῶ γὰρ δικαίω κἀν βροτοῖσι κἠν θεοῖς
Ἄθανατος αἰεὶ δόξα διατελεῖ μένον:
Iusti viri namque inter homines, & Deos
Solus immortale permanet decus:

Imò', *Nec tàm Hesperus, nec Lucifer mirandus est*, vt Iustitiæ cultor, ait Peripati Princeps ex Euripidis penu. Aptè hic pariter, & apertè Tullius in Offic. Libris. *Iusta omnia decora sunt, iniusta omnia contrà sit, indecora sunt, turpia:* Et de Amicitia. *Nihil est honestum, quod iustitia vacet*. Idcircò Lycurgus, vt omnia sapienter. *Diuitiæ fortasse magna æmulatione desiderabiles sunt; sed Iustitia preciosa, & admirabilis res est.*

Quid, quod *Iustitiæ in primis caussa, Reges, & in Asia, & in Europa bene moratos constitutos* dixit Tullius II. de Officijs, Hesiodo sibi lampada præferente, à quo multò antè scriptum fuerat,

Hoc vna Reges olim sunt sine creati,
Dicere ius populis, iniustaquè tollere facta:

Sicut antè multò à Saba Regi Salomoni dictū Lib. III. Regum Cap. X. *Constituit te Deus Regem, vt faceres iudicium, & iustitiam*. Quamobrem Salomon ipse iussus à Deo postulare, quidquid vellet, *cor sibi dari docile* postulauit, *vt Populum sibi commissum iudicare posset*. Nimirùm *Iustitiæ Sacerdotes*, quales VALENT. THEOD. & GRATIAN. Impp. vocat Symmachus Vrbis Præfectus apud Ambrosiū Epist. XXX. esse debent Reges, ac Principes, alijq; Mortalium, qui cæteris cum imperio præsunt.

Hisce de caussis factum, vt IVSTITIAM opere sibi maximo colendam censuerint Prudentes quiq; Moderatores Vrbium, ac Regnorum: ob eamq; maximè vicissim ipsi culti fuerint, longèq; Mortalibus alijs antelati. Coluit in primis hanc Virtutem AVGVSTORVM PRIMVS, vt indicant, quæ ex Prudentum sermonibus, eius in laudem habitis die funeri destinato, produxit Tacitus Annal. I. *Ius apud Ciues, modestiam apud socios, Vrbem ipsam magnifico ornatu, &c.* Coluere ab illo reliqui Principes, & Dynastæ, quorum aliquos vt enumerem: ALEXANDER SEVERVS, authore Lampridio, tanta æquitate fuisse fertur, vt nullas vnquàm sanciret leges, nullam constitutionem sacraret sine viginti Iuris peritissimis, doctissimis, & sapientissimis viris; nec in vlla re iudicium ferret, quin priùs iret per sententias singulorum, & scriberetur, quid quisquè dixisset: HADRIANVS eiusdem Virtutis amans, cum ab eo Populus vniuersus, vt aurigam alienum seruum, qui in spectaculo placuerat, libertate donaret, precibus enixissimè contendisset, renuit, ne, seruo libertate donato, Domino fieret iniuria. Prodit & hic aliud Principum iustorum agmen, necè Romano cælo. Ecce, & ex Austriacis quidem RVDOLPHVS Sueuorum Dux, cui tale scripsit Elogium Reusnerus.

Sueuorum fuerat mihi demandata potestas,
Iura quibus longo tempore, sancta dedi:

RVDOLPVS alter, Alberti Sapientis F. sic ab eodem laudatus,

Iustitia præstans studijs, nec inutilis armis,
Splendidius generi nomen habere dedi:

ALBERTVS, Alberti F. Alberti Sapientis nepos, de quo ista circumferuntur ex eiusdem Reusneri metris.

Patris, aui, proaui cessit mihi nomen, & omen;
Iustitia bonus, & fortis ad arma fui:

GVLIELMVS, Leopoldi II. F. qui de se alieno ore,

Non Virtus, non fama latet mea: Patria nouit,
Quid Fidei fuerit, Iustitiæq; mihi:

MAXIMILIANVS II. Imp. Ferdinandi Imp. F. eidem Reusnero dictus,

Iustitiæ columen, pacis decus, inclytus Heros:

CAROLVS V. Elogio Henrici Mei Bomij sic elatus.

Summe pater; nam te voluit Rex magnus Olympi:
Cogere concilium, pacique imponere morem,
Iustitiaque dedit gentes frænare superbas.

FERDINANDVS I. apud Eundem.

Nec tu carminibus nostris indictus abibis,
Princeps ante omnes pietate insignis, & armis.
Nam quid dissimulo, aut quæ me ad maiora reseruo?
Iustitiæ ne prius mirer, belliquè laborem?

Gothorum quoquè Principes aliqui Iustitia claruere quos inter HENRICVS VIII. quem hocce præconio Pantaleo Candidus exornauit,

Hic adeò ingenti celebrari est nomine dignus,
Quid certus Regni descripserit vndiquè leges;
Quid iustum, praumq; foret, qui cultus honesti;
Quid deceat, quæ sint rectum fugienda sequenti:

ATHANAGILDVS, de quo idem Scriptor,

Post Regni egregios capit ATHANAGILDVS honores,
Iustitia pariter, pariterq; potentibus armis
Cognitus:

SVINTILLA II.

Quo non Iustitiæ regnauit amantior alter:

SINDASVNDVS siuè SIGISVVINDVS, quem hoc carmine celebrat idem Vates,

SIGISVVINDVS *habens sceptrum iura æqua ministrat.*

Ex alijs, adeòq; ex ipsis Regibus Legionis, Asturis, & Castellę, hac ipsa laude niruisse video ALPHONSVM III. qui apud Candidum Encomiasten suum audire meruit.

Iustitiæ grauius cultor, grauis osor iniqui:

Et ALPHONSVM VIII. qui, eiusdem præconio,

Ingenti Superos coluit pietatis amore,

Iustitiam Regno seruans, legesque perennes:
Quemadmodum ALPHONSVS X. raro Iustitiæ exemplo, vt idem cecinit,
Et gentem edictis, sanctoque coercuit vsu
Iustitia; sua dona ferens, ac præmia dignis,
Et scelera afficiens meritis enormia pœnis.
Gradum hinc facio ad Vngaricos Reges Ioannis Sommeri calamo celebratos. Nam hos inter occurrit ANDREAS II. de quo hæc cum laude circumlata.
Non tamen eximium tanta res bellica laude
Extulit, exhaustus militiæue labor;
Quantum Iustitiæ decus, & custodia legum:
Hinc erit æterna notus in Historia.
Occurrit & ex Ducibus Boemicis priscis ZECHVS:
ZECHVS *Croiadum quondam regnator in oris,*
Quippe qui
Aequa dabat populis cum patre iura suis,
Pantaleone teste, qui de PRIMISILAO plena quoque laudis hæc effudit,
Ipse tulit leges, Regni mansimen, honestas,
Et pondus leges iussit habere pias.
Et illa de VRATISLAO I.
——— *debita forti*
Sceptra manu gestans, subiectis aequa per vrbes
Iura dabat late populis:
Et infrà,
——— *sancta pollens pietate Monarchas*
Aequabat studio recti.
At hos inter nullatenus omittendus WENCESLAVS V. cognomento SANCTVS, scilicet
Ille pias amplis stabilivit legibus vrbes,
Facta suis prohibens diris enormia pœnis,
Iustitiamque fouens, res & virtutis honestas.
Longè verò minus MAXIMILIANVS II. Rom. Imp. verè Maximus. Sic enim illum alloquitur virtutum illius non vulgaris præco.
Prima tuo Pietas tenet ergo in pectore sedem:
Altera cui stabili iungis se fœdere inhærens
Iustitia, & geminas æquato pondere lances
Diua gerens, quosuis hominum discriminat actus:
Cuique suis reddens pro dignis præmia gestis,
Fas æquumque regit: ne præponatur honesto
Vtilitas, vtrumque ferat pulcherrima Virtus.
Hinc adeò pulchris sibi constat legibus Orbis;
Vt Nemesin iustasque timent in crimine pœnas,
Sic peccare boni virtutis amore verentur.
Suggerit nobis etiam aliquos eius notæ Principes ex Ducibus Palatinis, & Boiarijs Nicolai Reusneri, Sylluula, quæ me maximè delectat, THEODORETVM in primis, Theodonis III. F. qui
Iustitiæ cultor, pietatis idoneus auctor,
Non tantum belli nobilis arte fuit:
GRIMOLDVM Theodoperti III. Fr. qui pariter habitus
Assertor iusti, diuini cultor honoris:
THEODORICVM VI. Grimoldi F. de quo iactatum illud,
Consilio dubium, validissimè potentior armis;
Sed Pietate prior, Iustitiaque fui.
HVGOPERTVM Grimoldi II. Fr. quo,
Si pretium est aliquod vera pietatis & æqui;
Si morum, nemo pluris emendus erat.
LVDOVICVM II. Imp. Lotharij Imp. F. qui multis nominibus clarus; sed amore recti præcipuè commendatus,
Ingenio felix, natura mitis, & arte
Clarus, amans recti, consiliisque celer.
Ambit in hoc etiam albo censeri BERTHOLDVS, Arnulphi F. Schirorum Primas. Quippe Magnus is reuera Iustitia Princeps, secundus nulli,
Consiliis rexit populos, & templa, minister
Iuris, honorati cum salusque Ducis.
Ambiunt & ex Bauarię Ducibus aliqui hic producti, & hos inter ADOLPHVS SIMPLEX.
Dux pius & simplex, veri studiosus & æqui.

A *Inter honoratas primus honore Duces:*
OTHO Nouifori Dux,
Mitis, amansque Dei, rectum ingeniosus ad omne:
FRIDERICVS AMBERGENSIS,
Pacis amans tuta, pietatis cultor, & æqui:
ROBERTVS VIRTVOSVS,
——— *pacis defensor, & æqui:*
OTHO HENRICVS, qui dignus Roberto Virtuoso Patre filius,
B *Pacis amans sancta, patriæ Pater, optimus Heros,*
Nil habuit studijs, Iustitiaque prius:
Et alij: IOANNES II. Sponheimensis, & Simmerensis Comes,
Iuris amans, sanctas ad pacis idoneus artes:
LVDOVICVS NIGER, Stephani Bipontini F. Roberti Imp. N.
Iustitiæ tutor, vitæ studiosus honestæ:
LVDOVICVS V. Imp.
C *Iustitiæ columen, militiæque decus:*
LVDOVICVS eius F. Brandeburgicus Elector, quippe qui
Marchiacas rexit Septemuir primus habenas
Iustitia, studijs, & pietate potens:
ALBERTVS V. Gulielmi V. F.
Præsidium regni, Gentis tutela, gubernans
Iusius honorata sceptra relicta manu:
IOANNES Federici filius, qui dictus Petto Lotichio
D Secundo in fragmento Principum familiæ Palatinę
Implesse magnum virtutibus Orbem,
Iustitiæ cultor, Iurisque minister, & æqui:
OTHO IV.
Pacis amans, custos legum optimus:
LVDOVICVS SEVERVS, quem sic affatur, & laudat Reusnerus in Aulæo Principum Palatinorum,
Nec te carminibus nostris LVDOVICE tacebo,
Cui nomen finxit grauitas augusta seueri:
E *Tu legum, tu Iuris amans, placidæque quietis*
Aurea tranquilla curasti commoda pacis.
GVLIELMVS I. Cocles Marchio Misnensis
——— *iustis moderatus legibus vrbes,*
Vt est apud Georgium Fabricium Chemnicensem:
FRIDERICVS I. Bellicosus, Marchio Misnensis alter, Electoris honore meritò decoratus,
Fortiter Imperij quid bella tulisset in hostes,
Et præstans animis, Iustitiaque foret,
F Vt idem Fabricius canit: ERNESTVS Misnensis pariter, & Elector,
Nam velut in reprobos erat ille seuerus, & acer
Sic placidos ergà mitis, & æquus erat.
Et cur locum hic non habeat inter tot Heroas vna etiam Heroina, Ernesti modo laudati Coniux,
ELISABETA *decus sexus probitate, pudore,*
Iustitia, Ernesti Principis vxor, amor?
Sed à sequiore sexu rursus reuocor ad Heroas, quos
G inter fulget IOANNES ERNESTVS Ioannis Friderici F.
Saxonicæ gentis Dux seruantissimus æqui,
Ioannis Stigelij ore: FEDERICVS GVLIELMVS Ioannis Gulielmi F. eiusdem Stigelij versu,
Iustitiæ custos, veri sincerus amator:
GEORGIVS, Alberti Animosi Ducis Saxoniæ F. Qui eadem Musa sua decora celebrante,
Iura domi, populis & leges condidit æquas:
H IOANNES Georgij Barbati Filius, cuius in Epitaphio hęc legũtur, auctore Andrea Frãco Comitiano.
Indolis inde trahens generosa insusa IOANNES
Semina, Iustitiæ semper amator erat:
AVGVSTVS Misnensium decus, ille inquam, qui
AVGVSTVS Princeps Septemuir, pacis amator,
Romanum Augustum nomine, re(que) ferens,
Iustitia tenuit populosam Saxonis oram.
I Ioannis Maioris Ioachimici præconio, cuius nihi Vatis mentio redegit in mentem IOACHIMVM I. Marchionem Brandeburgensem, cuius inter laudes primæ illæ,

Tu

——— ——— *Tu Legibus vrbes,*
Tu sanctum muris Religione forum;
Quin & IOACHIMVM II. æquè Iustitia, ac Marchionatu Brandeburgensi Primo Ioachimo parem. Nimirùm hic, hic ille fuit
Dux bonus, & sapiens, pietatis cultor, & æqui.
At quorsùm te missum fecerim IOANNES Ioachimi modo laudati frater? Te, te, inquam,
Princeps Marchio principum IOANNES?
Æquè tu scilicet,
Iuris, Iustitiæq; cultor æquus:
Quod & alteri IOANNI Brandeburgensi Marchioni laudi non obscurè datum,
Cura cui cultus Superum, legumq; bonarum
Virtutis, Fidei, Iustitiæq; fuit:
Alijsquè non paucis, quos in hoc æstu difficile præterire: GEORGIO PIO, qui
Iustitiæ custos, & castus cæterùm Princeps,
Subiectis meruit ciuis amore coli:
ALBERTO I. Duci Borussiæ, cuius honori applaudens G. Sabinus, elogium hoc confecit,
Sic iterùm inæsum hoc PRINCIPE *Numina terras,*
Quæ scelerata hominum vita fugauit humo,
Cana Fides, libramq; gerens Astræa bilancem,
Quæque acri Pietas flagrat amore Dei:
FEDERICO II., quo Brandeburgensi
Nullus in imperio fuit obseruantior æqui:
IOANNI GEORGIO eiusdem imperij Marchioni,
Qui Superum metuens, & cultor idoneus æqui:
ERNESTO, quo de loquens Nicodemus Frischilinus in Aulæo Principum Anhaltinorum, planè plenum hoc præconium scripsit, Iustitia Virtutes inter reliquas elucente,
Hinc satus ERNESTVS, *pietatis idoneus auctor,*
IVSTITIÆQVE TENAX ET SERVANTISSIMVS AEQVI,
Corpore cui validum robur, cui pectore virtus
Viuida, & ingenium fortuna maius iniqua.
Care Deo Princeps, patriæ qui tutor es oræ,
Quid dignum memorare tuis virtutibus vsquam
Vox humana queat? Tibi dextera nescia frangi:
Tecum honor, & laudes, & læto gloria vultu,
Et decor, & niueis volitans Victoria pennis.
Tecum cana Fides, & mens ignara nocendi,
Et pietas, cultusque Dei, Superumque timores,
Quæq; tua sub mente THEMIS *sibi lumina fixit:*
Tecum ASTRÆA *suas retinens in sedibus vrbes.*
Quò feror ad suauissimum tot Olorum melos? An quia Poetæ soli cultores IVSTITIÆ Principes æternis suis carminibus æternarint? Haud credat studiosus Historicorum Lector. Laudatus enim hoc nomine Iosepho Lib. XVIII. Cap. XVI. PHILIPPVS, Herodis Antipæ frater, quòd domo progrediens, iter cum paucis selectis comitibus faceret, subsequente sella, in qua ius solerer reddere; ac si quis ex occursu opẽ eius imploraret, sine dilatione, mox sella posita residens caussam cognosceret, aut sontem damnaturus, aut absoluturus innoxium: Plutarcho auctori grauissimo ARISTIDES, cui nihil aliud obijci potuit, quàm *Iusti* cognomen, quod ipse tamen sibi non imposuerat: ANTIOCHVS eidem III. Asiæ Rex, cuius inter præclarè gesta, ob quæ commendationem meruit, recensetur illud, quòd omnibus Regni sui Vrbibus scripserit, si quid in literis, quæ eius nomine scriberentur, esset, quod legibus aduersari videretur, crederent ignaro se literas eiusmodi scriptas, & eis propterea non parerent: FEDERICVS, Primus eius nominis Imperator Aeneæ Syluio Lib. III. de Reb. gest. Alphonsi, quòd, cum illi quidam suaderent, vt Ladislaum Hungariæ, & Bohemiæ Regem, quem educabat, proderet, nempè quia Ladislai vita ingentes illi molestias pareret, mors regna, & opes maximas allatura esset, IVSTVS REX dici maluerit, quàm opulentus. Vnde Frisingensis Episcopus, & patruelis illius Otto in A Prologo librorum de rebus ab eo præclarè gestis: *Sic etiam temperans in prosperis, fortis in aduersis,* IVSTVS IN IVDICIIS, *prudens, & acutus in causis esse cognosceris, vt non solum ex coniectu hæc tecum cogitasse; sed tanquam diuinitus inspirata, & à Deo tibi, ob vniuersale totius orbis emolumentum, concessa videantur.* De PIPINO I. Brabantiæ Principe tale quid etiam eius nobis Acta narrant, vt Hæreus scribit. *Venerabilis* PIPINVS *ex patre Carolomano Principe,* B *& matre Aemegarde, fuit Maior domus Francię sub Clotario Rege Francorum, & Dagoberto eius filio. Qua dignitate patrum à dominatione, & sublimitate Regia differente preditus, omnia prudenti dispositione ordinabat, præstabatque tam in bello fortitudine, quam* IVSTITIA *in pace.* De DAGOBERTO Aimoinus. *At verò post discessum prefati Anstitis* (Arnulfi) *consiliis iam dicti Pipini, & Cuniberti vrbis Coloniæ Præsulis* C *obaudiens, suggerentibus eis,* AEQVITATI AC IVSTITIÆ *operam dabat.*

Verùm enim verò IVSTITIA mirandum in modum radios suos explicuit, & diffudit in Principibus Lucemburgensibus, & Bohemis simul, in hisq; maximè, IOANNE, CAROLO, SIGISMVNDO, quorum primum HENRICVS VII. Imp. Filium habuit, Nepotem alterum, tertium Pronepotem. De IOANNE testis mihi Chronica Aulæ Regiæ, Cap. XXVII. *Efficitur Rex Lombardis amabilis, & gratus, &* D *à pluribus predicatur* IVSTVS, *dicitarque beatus.* Quæ mirè dictum eiusdem illustrat, quod affert Aeneas Sylvius his verbis Lib. III. Comment. de reb. gest. Alphonsi. *Inter* IOANNE *Carols, Quarti eius nominis, patrem, & Henricum Carinthiæ Ducem de regno Bohemiæ longa, & difficilis fuit contentio. Verum, cum quidam ad Ioannem veniens, veneno se hostem occisurum promitteret, si præmium speraret:* IOANNES IVSTITIÆ, ET INTEGRITATIS AMATOR, *si* E *me nescio Henricum, inquit, interemisses, & ad me fugam adornasses, Crux tibi præmium futurum erat, qui te regio sanguine commaculasses: & tu te modo authorem tanti sceleris geris?* CAROLI Ioannis F. IVSTITIAM celebrauit vnus è multis, eius in Oratione funebri, Ioannes Archiepiscopus Pragensis hoc verborum nexu. *Ità* IVSTISSIMVS *apparuit, quid ipse viduam, & aduenam susceperit, & vias peccatorum dissperdidit.* Psal. 136. *Habuit etiam simul* IVSTITIAM *&* F *Misericordiam, quia, quibus misericordia fieri debebat, semper faciebat. Vbi autem raptores, & fures, vel malefactores inuenit, eos à facie terræ deleuit, habens illud Psalmistæ.* Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur. Psal. 86. *Et illud dictum Senecæ in quadam Epistola interrogamus, & respondentis similiter.* Quid ergò occidit hominem? quia occidit, ille metuit, vt hoc pateretur. *Vnde Anselmus in Lib. Cur Deus homo?* Iustitia est animi libertas, tribuens G vnicuiquè secundum propriam dignitatem, maiori reuerentiam, pari concordiam, Deo obedientiam, sibi sanctimoniam, egeno operosam misericordiam, inimico patientiam. *Hæc omnia prefatus Dominus noster faciebat: reddidit enim vnicuique secundum opera sua.* Verùs itaquè Philippus Bergomen. cum in Suppl. Chron. ad annum Christi M. CCC. XLVII. CAROLVS, inquit, *eius nominis Quartus, Ioannis regis Boiemiæ F. vigesimus secundus Germanorum Im-* H *perator, hoc anno, iubente Clemente Pontifice, ab Electoribus Imperator creatus, imperauit annis 32. Vir multarum linguarum, & litterarum peritissimus.* IVSTVSQVE, ET RECTVS, *& timens Dominum, bonos diligens, & malos sceleratosquè odio habens, &c.* SIGISMVNDO denique IVSTITIAM pectori fixam, & immotam perpetuò confedisse clarè simul, & verè docuit in eo Gasp. Cropacius Pelsinensis, cum dixit,
Nec tamen aduersis fortunæ flatibus vnquam,
Deuius A RECTO, *aut prava formidine fractus,* I
Digna SIGISMVNDVS *meruit præconia Cæsar.*

Quis miretur? Accenderat, prætuleratq; ad summum

nium IVSTITIÆ cultum clarissimam Soboli, & Ne-
potibus suis facem, HENRICVS VII. Imperator,
quem par est tandem, vt cum Nostro doceam, *obser-
uantia summa* IVSTITIAM *coluisse*, exemplo Re-
gum, Ducum, & Principum reliquorum —— *ple-
num queis ponderis æqui Pectus erat*, vt in Eclogis Ne-
mesianus canit. Ades, nil te moror Lector, talem
què tibi statim spectandum illum exhibeo, verbis, &
præconijs aliorum, maior vt Mussato fides accedat,
& maior mihi. Et quorsùm morer? Adsunt ecce
statim, vnoquè ore IVSTVM hunc HENRICVM
clamant Villanus, & Beneuentus, qui tùm lucis
huius vsura fruebantur, cùm ille Iustitiæ cultui ope-
ram dabat. Primi verba sunt ex Lib. IX. Cap. CI,
HENRICVS vir sapiens, IVSTVS, *gratiosus, fortis, &c.*
Alterius in Augustali. *Vir prudens*, IVSTVS, *bo-
nestus, catholicus, &c.* A quibus Elias Reusnerus.
Vir prudens IVSTVS, *rei bellicæ peritus*. Sed acci-
nunt his alij Magni Viri, & osores fuci, & Villano
quidem Trithemius in Chron. Hirsaugiensi. *Fuit
autem* HENRICVS *Imperatorisse Vir Sapiens*, IV-
STVS, *& gratiosus*. Alij alijs. Ait enim Hocsmius
in Theobaldo Episcopo Leodiēsi LXXIV. Cap. XXXI.
Hic IVSTVS, *& religiosus, & in armis strenuus Ec-
clesiam diligebat*. Ioannes Schecxmannus in Me-
dulla Gestorum Treuir. Cap. IX. *Habuit Baldeuinus
fratrem* HENRICVM IVSTVM *prudentē, honestū, &c.*
Lupoldus de Bebenburg in Comment. de Iur. Re-
gni, & Imp. Rom. Cap. IX. *Sed opinari quemquam,
quid circà responsionem de Iuramento huiusmodi huno
habuerit intellectum, satis inconuenientes reputo, cum ip-
se Christianæ religionis, ac totius* IVSTITIÆ ZELA-
TOR EXIMIVS *AC* FERVIDVS *exiterit* PERSE-
CVTOR. Quid multis? An non ille Argentinensi
dictus *Magnanimus*. *&* IVSTITIÆ COLVMNA?
Munstero. IVSTITIA *& Prudentia, tum rerum ge-
starum gloria inter Principes sui aui præcipuus?* Quo
ex fonte illa Georgij Merulæ promanarunt, Lib. VII.
Antiq. Vicecomitum: IVSTITIA, *Prudentiaquè,
tum rerum gestarum gloria, quam naualibus, aut gen-
tili regno illustrior*: Folietæ deniq; Genuensis Hist.
Lib. VII. *Claris virtutibus suis statim omnium animos
in sui admirationem conuertisse, cum omnes sincerum,
ab omni labe ingenium, ac concordiæ amans, discordias-
que ac contentiones abominans, tum autem* IVSTITIÆ
ET AEQVITATIS STVDIVM *suspiceret?* Nondum
mihi tempero. Annon enim apud Leonardum Are-
tinum Lib. IV. Histor. Florentin. Legatis Henrici
Florentini respondent his verbis: *Sperare se, qua
Moderatione, qua* IVSTITIA *esse dicitur, benè
cuncta promissurum?* Et paullò post: IVSTVM PRIN-
CIPEM, *si eam rem cognouerit, laudaturum esse potius
Florentinorum factum, quam reprehensurum?* Fra-
terq; Balduuinus, de cuius commendatione electum
in Cæsarem hunc Henricum scribit Carrio, in eo
prædicauit, *non opes, sed Virtutes, & in his* IVSTI-
TIAM *maximè sceptro, & imperio dignam*, vt ex su-
perioribus illius Elogijs liquet? Accedit his eiusdem
Balduini tumulus, quo simul vtriusquè Iustitia ce-
lebratur.

Hic Baldeuinus iacet, Antistes Treuirinus,
Magnificus, iustus, patriæ lux, mente venustus
Luzenburg natus: SEPTENI denique gratus
CÆSARIS *HENRICI Germanus*, IVRIS AMICI.

Congruit & sibi Noster in hac illi laude alibi tri-
buenda. Quippe Lib. VI. Rub. I. in Oratione, quam
habuit ad Patauinos Patres, suadet obediendum
Henrico, *vt Regi* IVSTO: Et in Epist. II. PRINCI-
PEM cum RECTVM vocat his verbis,

Fecerat hoc Pietas. Vigor, & Clementia RECTI
PRINCIPIS *HENRICI*, &c.

Pertinent huc etiam, quæ hac ipsa in Rubrica pro-
ximè consequuntur. *Inexorabilis circa iudicia com-
pertus*. Ingressus ea re Brixiam Octobonus Aquile-
iensis Ecclesiæ Patriarcha, hortatus & ipse est Bri-
xienses, *vt se* (verba Nostri sunt Lib. IX. Rub. III.)
in mansueti, IVSTIQVE PRINCIPIS *manum darent*.

Quid si res ab eo gestæ suis nunc ponderibus ex-
pendantur? Nemo certè non illi IVSTITIÆ castè,
& integrè administratę laudem, & lauream dabit.
Siquidem discedens Roma, nō nisi iusto iudicio Ro-
manos hostes adiudicare studuit, vt ostendit Noster
initio Rub. VIII. Lib. VIII. Pisis etiam cum esset, non
nisi priùs adhibito consilio diligenti, sententiam con-
trà Robertum Apuliæ Regem tulit; nec nisi Iustitia
exigente; & vt à iusto Deo, vt asserit idem Noster
Lib. XIII. Rub. IV. quamuis suis in literis Pontifex
sententiam illam, non à discretione matte Virtutū;
sed à nouerca Iustitiæ, voluntaria scilicet iudicantis
precipitatione, processisse vellet, vt ijs ipsis ex lite-
tis constat, quas Bzouius euulgauit Tom. XIV. An-
nal. Ecclesiast. Col. 206. Parco istic vltrò pluribus
aliàs afferendis. Nam quis finis, hic si velim res ab
Henrico gestas ex præscripto Iustitiæ singulas per-
censere? Et quo, quæso, fine, cum illius Iustitia to-
tum ferè terrarum Orbem suo splendore compleue-
rit. Quamobrem defuncto Imperatore Roman.
Alberto, Principibus ijs Germaniæ nota, quibus
potestas tradita est eligendi Regis, cum illis IVSTI,
strenuæ Principis (verbis vt Ferreti loquar) *quæ ad
augendos Imperij fasces auidus aspirarat, cura vigil in-
esset; tandem ex multis Germaniæ Ducibus, vt quid in-
discussum maneat, menti occurrentibus, præ cæteris Ha-
inricus Lucemburgensis Comes assensu claro decretus est*:
ob idq; Romanus Pontifex Ioannem Nepotem, &
percussorem Imperatoris Alberti, Cæsaris huius in-
dicio permisit, vt eius arbitrio pœnas parricidij da-
ret,

Sub quo iuris amor, sub quo reuerentia recti,

Ænea Syluio teste, Cap. XXVIII. Hist. Bohemicę, &
sua in Epitome Tursellino. Argentinensis enim,
Ioannem ipsum sua sponte clàm de Papa ad Hen-
cum se se recepisse narrat, eius per se gratiam vt in-
iret; Huldricus Mutius ab Henrico captum; Car-
rio retractum illò diuinitus ad pœnas; Meyerus Beg
gini habitu Henrico Imperatori delatum; alij quę-
situm per Imperatoris satellites, captum, & eidem
ductum. Vt vt sit, vna omnium est sententia, Ioan-
nem Henrici iudicio iussum esse Cœnobium Here-
mitarum ingredi, in coq; per petuò pœnitere; nec ab
eò, iusto nempè, iudicio recessisse. Gesta hæc Pisis,
vbi *non prudenter minus, quam* IVSTE *Legatis om-
nibus ad se confluentibus vndique magnus ex caussis,
Henricum eundem respondisse* scripsit modo lauda-
tus Mutius Lib. XXIII. Chron. Germanorū. Quod
sanè Cæsari huic laudi datum admirabitur nemo,
cum & ipse IVSTITIAM sua semper sponte coluerit,
& ijs Consiliarijs semper sit vsus, qui se totos eius-
dem antè Virtutis cultui manciparant. Sed erit mi-
hi, nunc eorum omnium instar SEBOTHVS Epi-
scopus Spirensis. Huius enim in laudem ea scripsit
Bruschius, Lehmanusq; ex illo suo Spirensi Chron.
consignauit, quibus nihil afferri possit illustrius de
Iustitiæ mysta. Fuit ille scilicet ex Bruschij fide,
*Iustitiæ, & equitatis promotor, ac defensor acerrimus;
iniquitatis verò, violentæ & iniustę tyrannidis hostis, ac
vindex seuerissimus*, HENRICI VII. *Imp. intimus Consi-
liarius.*

Habes ex his Henricum VII. Imp. non modo co-
luisse Iustitiam *obseruantia summa*, vt inquit Noster;
sed ipsam quoquè Iustitiæ imaginem suis colonibus,
ac numeris omnibus expressisse. Festinat hinc ani-
mus ad alias huius Rubricæ partes: at, quin, antè li-
ceat aliquot eiusdem Cæsaris TEMPERAN-
TIAM hic adumbret calamus, sibi temperare non
potest, vt illum dimittat ijs Virtutibus omnibus ex-
ornatum, quas in primis huius Rubricæ Nous Bo-
NI VIRI notas esse cum Seneca docebamus. Agat
id calamus, quod conatur, vt ad vmbilicum per-
ducat hanc Notam. Est is sine dubio TEMPERAN-
qui

Digitized by Google

qui neque secundis erigitur, neque deprimitur adversis; sed æquam in omnibus mentem servare novit, injecto pravis cupiditatibus fræno. Talis & HENRICVS Comes Lucemburgensis fuit, possis vt illum Temperantissimis quibusvis Heroibus accensere. Ecquis enim pravis illum cupiditatibus fractum vnquàm arguit? quis vario Fortunæ vicissitudines excepisse vultu? quis ob illatas injurias excidisse de placida statione mentis? Quis non contrà fassus est, Heroa Magnum recto talo stetisse semper adversus illecebras sensuum, pariqúe potestate semper Fortunæ, potentissimæ Dominæ, jocis, & ictibus intercessisse, irasci nec facilem, nec placari? Subscribunt his, quæ diximus, non inviti, qui suis scriptis Virtutes illius è tenebris, vendicarunt. Suus enim inter illas locus animi quoq; *Moderationi, & injuriarum Oblivioni* datus.

De illius animi *Moderatione* locuti præter alios Mutius, Aretinus, Carrio. Privas Lib. XXXIII. Chron. Germ. *Censuerunt quoque nominandum Comitem de Lucemburg, religiosũ, Ecclesiq; amantem, & Strenuum cum* MODERATIONE *in rebus agendis bello, & pace.* Secundus Hist. patriæ Lib. IV. in responsione Florentinorum ad Legatos eius. *Sperare tamen se, quia* MODERATIONE *quæ Justitia esse dicitur, bene cuncta provisurum.* Tertius lib. V. Chronici. *Quum fratre Henrico prædicabat generositatem, naturæ, ingenij præstantiam, excelsi animi magnitudinem,* MODERATIONEM *in omni vita, &c.*

Injuriarum oblivio cum aliunde in hoc Henrico se prodit, tùm maximè nostri ex Historici monumentis, nec vno in loco. Legatos enim Paduanorum relaxat ille Lib. III. Rub. VI. licet famosum quid in se effudisse coràm Romano Pontifice dicerentur: Lib. IV. Rub. III. exprobatus in obsidione Brixiensi ab ijs, qui muros infidebant, plebeis vlulatibus, discedit, militibus sua per castra dimissis, nullam vsquàm præferens indignationis notam: Lib. VIII. Rub. II. paruipendit in sua magnanimitate conuitia in se ijs à Romanis iacta, qui Montis Auentini scopulum occuparant, nihil palàm molesti in patulum ostentans; pariquè virtute tùm Annibaldi, tùm Ioannis de Sabello contumelias aspernatur.

Dedit etiam Virtutis huius specimen non obscurum hic Cæsar tùm, cùm prohibitus ab ingressu Mediolanensis Vrbis, Turriani Guidonis opera, non modo eam sibi injuriam dissimulandam duxit; sed blandis quoq; verbis voluit hostem suum in frugis melioris semitam revocare. Sic enim facinus illud expressit Merula Lib. VII. Historiæ Vicecom. Antiquitatis. *Henricus in præsens contumeliam dissimulavit, tùmque* (Guidonem) *hilari vultu excepit; subiecit tamen. Iam Guido adversarijs ignoscis, pacique, & concordiæ operam dabis: agnoscis tandem, cui non parere nephas. Fidelis esto. De compositione rerum, & concordia in Civitate agetur.*

Sed enim nusquàm, nunquam illustriùs ea se Virtute præditum detexit Henricus, quàm cum illum, à quo sibi venenum fuerat propinatum, liberum abire jussit, adiectis etiam monitis, quibus à Curiæ Proceribus cauere sibi tutò posset. Hæc enim tùm illius fuere verba mollissima ad immanissimum parricidam ex Nauclero Præposito Tubigensi. *O Domine recedatis. Nam si percipiunt nostri devoti malum, quod nolus fecistis, morte miserabili moriemini. Deus vobis ignoscat.* Ex Gebrardo verò Historico Carmelitana, Lib. XXVII. Chronici Belgici consignata, Cap. VIII. *Quibus exeuntibus, solus frater Bernardus Cesari assistit. Quem mitissimus inuens ore pessimo sic affatur. Manus me infecerunt me, & dextruxerunt me totum in circuitu. Vnde breuiter moriens, & omne facinus vobis indulgens, humiliter postulo, vt inde discutere dignemini, quid in me vestræ displicuit paternitati, & qua de causa tam grande malum in me vobis semper pessimum* (fertur enim eius è Curia fuisse; imò & illius à Confessionibus sacris) *mens ingratitudinis operatur:* Nec non ista, quibus, facti causa cognita, saluti demùm hostis dicitur prospexisse. *O frater Bernarde, licet per vos, sicut scriptum est, non malum pro bono tribuatur. Nolo tamen, vos hac occasione corripi, aut a mihi familiaribus infestari. Vnde, quoniam mora vobis periculum esse posset, eligatis pro vobis secretum locum, & illi loco sine offensione vos faciam præsentari. Quæ pro certa, si populus meus actum vestrum percipere, corpus vestrum nullo modo mortem euaderet. Cesar itaq; traditori suo Florentiam eligenti, omnia indulgens, eius quoq; honore, qui pro ipso Cruci affigitur, illata sibi humiliter sustinens, solemnes vocat nuncios; non nuncios, sed Principes, quorum ductu traditor versus Florentiam peruenit salutis.* Quid huic addi pietati, constantiæ, moderationi queat?

Quam porrò nullis alijs pravis affectibus eius rectè, solidèq; compositus animus tentaretur, satis indicauit ipse, eius in Orationis exordio, quam habuit ad Commilitones suos, *nulla se* professus inibi (vt est apud Nostrum Lib. II. Rub. V.) *Deo teste mundi gloria, nullis mortalium cupidinum affectibus adductum ad exortas motiones Mũdi.* Solas Roberti Regis, & Sectatorũ eius iniurias perferre, aut dissimulare nequijt; sed is impetus, quo ad illas vlciscendas totis viribus delatus est, *Zelo, & amori extollendi defuncti dudum imperij,* (vt habet Noster alibi) tribuendus est. Nimis enim apertè. Roberto Rege duce, & antesignano, Romani maiestas imperij petebatur, eratq; verendum maximè, ne breui labefactata concideret, si non illius conatibus Henricus eundum sibi statim obuiàm censuisset.

VT MERCES, &c.] Eius commemoratione facinoris, in quo magna pars Iustitiæ sita, firmat, Henricum suum Iustitiæ cultorem eximium extitisse. Iustitiæ siquidem magna pars est in grassantes grassari, ne qua mercibus, humanæ societatis alimentis, & vinculis, iniuria fiat; cauereq; perpetuò, ne quid illis contingat aduersi, quò minus vltrò, citròq; sartę ac tectę commeare queant. Hinc illud. *Regna vigente Iustitia magna patrocinia, cadente magna latrocinia fiunt.*

ADEO IN TVTO] De Aethiopibus tale quid mihi Stobęus suggerit Serm. XLII. Ait enim, eius regionis incolas ijs moribus excultos esse, *vt pietatis, & Iustitiæ studeant: ædes ipsorum tamis carent: & cum in vijs multa taceant, nemo furetur.* De Lucemburgensibus fidem Nostro cõciliat Munsterus, sic illorum de regione scribens Lib. II. pag. 127. *Aer salubris, populus fidelis.* Manauit inde securitas eadem in alias Imperij ciuitates Henrico VII. imperante: atqui sub illius successore Ludouico Bauaro sensim imminuta defecit, vt eius ne vola quidem, aut vestigium appareret vllum, Huldrico Mutio Germano teste in illius vita. Vide sis illam, & nota, quantùm securitatis, & tranquillitatis publicæ interfuisset, Henricum VII. rebus humanis diutiùs interesse.

VT NVLLA ONVSTORVM ANIMALIVM, &c.] Aurei planè Seculi felicitas ea fuit, quæ tùm his moribus, & abstinentia tanta contigit populis Henrici Lucemburgensis imperio parere natis. Notat felicitatem similem, & celebrat Warnefridus, vti rem Orbi concessam diuinitus, sub imperio Autharis Clephonis F. Lib. III. de Gest. Longobard. Cap. XVI. *Erat sanè hoc mirabile, in regno Longobardorum nulla erat violentia, nullę struebantur insidiæ. Nemo aliquem iniustè angariabat, nemo spoliabat. Non erant furta, non latrocinia. Vnusquisque, quò libebat, securus sine timore pergebat.* Iraq; sub Ioue latrocinia passim & prędas, ferreo nempè Seculo in orbẽ inuectas Poetę canunt, & horum in primis Coryphęus, ac Prĩceps Li. I. Geor. vbi de ferreo Seculo habes aurea, Vate illo summo, & diuino digna. Sed ista Vatibus relinquamus. A Nostro illud hic Politici discãt, cius esse

esse Principis, qui fidei suę creditorum felicitati consultum velit, *decorare pacem, remq; publicam pertubantes compescere, idque maximè curare, vt itinera sebantes compescere, idque maximè curare, vt itinera sebantes cura sint:* Quod ipsum *L. Congruit off. Pref.* sancitum constat.

INEXORABILIS CIRCA IVDICIA COMPERTVS] Nota altera, qua summus Iustitiæ cultus in Henrico Principe declaratur. Acerbus Morena Laudensis de Federico I. Ænobarbo Cæsare in calce Historiæ patriæ, quæ nunc demùm Venetijs post annos ferè quingentos lucem haurit Ginammianis typis. *Bonis*, inquit, *dulcis, & benignus fuit; malis vero terribilis, & quasi inexorabilis. Iustitiæ cultor, legum amator.* Vnde Iac. Spiegelius, Guntheri Scholiastes ad Lib. IX. Ligurini, siuè de rebus ab eodem illo Federico in Liguria gestis. *Quàm Federicus rigidus Iustitiæ custos fuerit, omnes vno ore predicarunt.* Talem quidem rebus præesse volebat Epictetus, talem Gregorius iudicare, *cuius* nimirùm *in manu, nullius auctoritate turbaret, aut vacillaret Iustitiæ libra.* At eius notę viri (quæ temporum propemodùm omnium communis calamitas extitit) perpauci fuere sępe, & albo coruo, quod asserunt, rariores, cum hominum pleriquè, auctore Tullio Lib. II. de Orat. plura iudicent, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore, aut lętitia, aut spe, aut timore: aut errore, aut aliqua permotione mentis, quàm veritate, aut præscripto; aut iuris norma aliqua, aut iudicij formula, aut legibus.

Video tamen, siuè Naturæ, siuè temporum corruptelę obstitisse quosdam, qui sagittæ instar tenderis ad metam, nec vltrà, nec citrà, nec vtrobiquè errando, non prece, non pretio, non odio, non amore, deflexerint à recta Iustitiæ semita, quandiu penes illos summa rerum, & iudiciorum fuit. Talis apud Gtacos extitit Bias, qui cum nullius lachrimis dimoueri posset à damnandis reis, *necesse quidem esse dicebat naturę condolere: at à Lege, & Iustitiæ regula discedere peraitiosum:* Talis Phocion, qui ab amico Antipatro rogatus, vt nescio quid iniusti perageret, *Non potes*, inquit, *simul me amico, & adulatore vti:* Talis Themistocles, cui cum Simonides Poeta amicum, non adeò iustam causam habentem, studiosissimè commendasset, respondisse fertur; *Nec Simonidem fore bonum Poetam, nisi mensuram, modumq; in canendis carminibus curaret: neq; se bonum Pretorem habitum iri, si legibus ac iustitiæ dictum gratiam præposuisset.* Ab Antigono quidem impetrare nequit fraternus affectus, vt vel tantillum de iure remitteret in causa Marsyæ fratris, quam postulabat domi tantùm, non in foro, cognosci. Sic apud Lysiam iudicem locum nullum oblata Messeniorum munuscula reperere.

A Græcis si Romanos adeas, occurrent eo tibi sub cælo statim Romulus generis, & imperij Rom. auctor, qui fratrē de medio tolli maluit, quā teneras adhuc leges infringi: Traianus, quem adeò studiosum Iustitiæ fuisse narrat Nicephorus Lib. III. Eccl. Hist. Cap. XXIII. vt aliquando, ensem strictum Prefecto Pretorij tradens, dixisse feratur: *Cape ferrum hoc, & si quidem rectè imperium gessero, pro me; sin aliter, contra me hoc vtare:* Cato, qui *Magistratum iudicem* asserebat, *neq; pro iustis orandum, neq; pro iniustis exorandum:* Rutilius, qui sibi eius amicitia opus esse negabat, à quo vrgeretur in Iustitiæ leges peccare: aliquè alibi cedro, & imperio digni. Berteridus enim inter elogia cetera, quæ retulit è calamo Paulli Warnefridi Lib. V. de Gest. Longobard. Cap. XXXV. illud etiam adeptus est, vt *Vir tenax iustitiæ* diceretur: Kanutus Wandalorum, siuè Obroticorum integerrimus, & invictissimus Imperator, *ita ex æquo Iustitiam coluit*, inquit Krantzius, *vt omnibus indistinctè nocentibus supplicia repræsentaret; non affinitas, non necessitas, non amicitia delicto patrocinaretur:* Liberius denique Constantino Imperatori A suadēti, vt subscriberet in excommunicatione Athanasij, adeò liberè, & intrepidè respondit, vt diceret, *iudicia Ecclesiastica decere cum maxima iustitia proferri.* Enimuerò, Venusino canente Lib. III. Carm. Od. III.

Iustum, & tenacem propositi virum,
Non ciuium ardor prava iubentium,
Non vultus instantis Tyranni,
Mente quatit solida: neq; Auster
B] *Dux inquieti turbidus Adriæ,*
Nec fulminantis magna Iouis manus.
Si fractus illabatur orbis,
Impauidum ferient ruinæ.

Quibus sanè metris, quasi coloribus, non vt à Poeta; sed vt à Pictore expressam habes imaginem Viri inexorabilis circà iudicia, qualis Nostro dictus Henricus Lucemburgensis Comes, quippe qui semper

C ——— *bonus, atque fidus*
Honestum prætulit vtili, &
Reiecit alto dona nocentium
Vultu, & per obstantes catervas
Explicuit sua victor arma,

Vt idem alibi cecinit Venusinus.

Fuit tamen opinio Iasonis Thessali, aliquando licere non colere Iustitiam. Celebratur enim tale illius dictum, quo se purgare solebat ijs, quibus molestiam, aut vim aliquàm intulisset. *Qui magnis in rebus se Iustitiæ cultorem haberi velit, eum in paruis interdum illam violare oportet; velut in bello, quotus sit res publica, agri aut ædificia quorundam ciuium interdum perdantur.* Agesilaus etiam, cum cęteris in rebus esset rigidus, & exactè iusti, legumq; tenax: tamen in amicorum negotijs existimabat inhumanitatis, ac sequitiæ prætextum esse, nimiùm aduersus illos iustum esse; interdùm tamen magis sequebatur Reipub. vtilitatem per occasionem oblatam, quàm indulgebat amicitiæ, vt asserit in Laconicis Plutarchus. Contrà ea Philippus nihil Amicis putabat omnino dandum, quod præstare non posset Iudex Iustitia salua. Quare, cum ex eo Harpalus pro Cratere propinquo, ac familiari petijsset, vt eum mulctaret quidem; sed à caussa liberaret, ne damnamquit, *vt ipse male audiat, quam vt nos propter illum.* Hæc obiter, vti minus nota; sed quæ nosse deceat, ne Amicitiæ iura Iustitiæ legibus aduci sentur.

INRAPTORES CATEROSQVE GRASSANTES] Non vnus HENRICVS VII. Augustus affectus hac laude, sed alij quoquè Principum, & Heroum multi. P. Lotichius Secundus de FRIDERICO Saxoniæ Principe, Friderici F.

Nominis eiusdem, ne dira licentia ferri
Impunita foret, Latronum filius arces
Diruit.

Nicolaus Reusnerus de IOACHIMO I. Marchione Brandeburgensi.

Quo laudes IOACHIMI tuas, quo carmine dicam,
O pater, ò patriæ cura, salusque tuæ?
Tu pacem genti potius, quam bella tueris,
Si qua geris, fines exuis hoste tuos:
Tu purgas Latrone vias, tu legibus vrbes.
Tu sanctum munis religione forum.

Georgius Fabricius Cheminensis de FRIDERICO I. Marchione Misnensi, cognomento FORTI.

Expellit tota porrò regione Latrones,
Creuerat illorum bella per ipsa furor.

Idem de FRIDERICO II. cognomento GRAVI.

Euertit validis Latronum viribus arces,
Vnster & ad ripas, Salaq; lenta tuas.

Albertus Krantzius Lib. IX. Saxoniæ Cap. V. de ALBERTO Duce. *Hoc autem tempore* ALBERTVS SAXONIÆ *Dux, princeps pacificus, & qui singulari zelo insectaretur Latrones insidiantes publicis itineribus, mortem obiit.* Et paullò post de ALBERTO altero ERICI

ERICI F. *Multa ſunt laudes quoquè huius* ALBERTI, *quod odio Latronum multa fecerit, perpeſſuſque ſit.*

Sed his, & alijs multis, ac multis longo hac in re præſtitit interuallo HENRICVS VII. AVG. ſiuè naturæ ipſius bonitate, ſiuè fato temporum, in quæ Principatus illius imperium Cœlites coniecere. Deſcribit eorum temporum conditionem, latrocinijs afflictatam in Germania paſſim, non ità pridem laudatus Krantzius, eamquè coniunxit cum narratione rerum, quas hic Henricus geſſit libro, & capite recenſitis, poſt Alberti Ducis modo memorati mortem, & his ſanè verbis. *Illicò autem* (poſt obitum Alberti Saxoniæ Ducis) *erexere caput, quos ille preſſos tenuit, arcemq; Linow dudum armis Lubicenſium deiectam, memorati Ducis accedente fauore, Prædones inſtauram: priſtini quæſtus negotium repetunt: publica iterum itinera tenent infeſta: merces cum mercatoribus inuadunt, nudant, cædunt, & (niſi ceſſerint) etiam occiduntur*: Planè vt ea tempora reſeruata fuiſſe videantur HENRICO VII. quò latior nouo illi Alexicaco Herculi pateret campus, ſuæ in Latrones illos virtutis, & iuſtitiæ exercendæ. Cœterùm, quàm bonam HENRICVS Septimus operam hac in re ſtrenuè collocarit, cum eam Scriptorum nullus attigerit excepto Noſtro, vel ipſi teſtabuntur illius poſteri, Nepotes in primis, & Filius, quos omnes par eſt credere illius exemplo, quaſi prælata face, ad idem genus hominum in Regnis ſuis, & Vrbibus inſectandum, profligandum, perdendum penitus exarſiſſe. Talis quippe IOANNES eius filius, Bohemiæ Rex; talis CAROLVS IV. illius Nepos; talis SIGISMVNDVS Pronepos extitere. Pro primo Dubrauij ſcripta teſtor, & manes. Narrat enim is hoc pacto Lib. xx. Hiſt. Bohemicæ, primas IOANNIS Henrici F. Bohemiæ Regis expeditiones aduerſus Latrones publicos fuiſſe ſuſceptas, eaq; re benè illum mereri cœpiſſe de Regno. *Poſt hæc diſceſſit, relicta parte Equitum, quos Rex ſibi delegit, vt ſecum manerent, quoad à latrocinijs quoq; Regnum purgatum ſibi, pacatumquè redderet. Nam tanta vis Latronum ea tempeſtate Henrici contemptu inoleuerat, vt numero Equitum, peditumq; non itinera ſolum ad excipiendos quoſcumquè viatores compleret; ſed loca præterea tenebant validis præſidijs firmata, ex quibus aperta vi agros etiam, & vicos incurſabant. Contrà illos haud puduit iuuenem Regem ſuo auſpicio expeditionem ſumere, vnam domi, qua veſtigijs Prædonum inſiſtens, omnia illorum latibula perluſtraui; indeq; per milites extractos igne, cæde, laqueo puniit, dirutis ſimul vſquè ad ſolum latebris: Alteram in Morauiam, crebrioribus adhuc maleficijs, magiſquè arduis impeditam, quia ne hi quidem in illa ab iniurijs, & depræda tionibus abſtinebant, qui alias occupabant arces. Ex quibus arx Iani à Buskouice, quam Vngerſperg cognominabant, expugnata, ac ſtatim demolita; dein ad ſimilem modum arx Drahotuſa: tum arx Deblina, ad quam nullus machinis; ſed tantùm cuniculis patebat aditus, cum Friderico poſſeſſore intercepta, æqualem ruinam ſuſtinuit. Ipſi verò poſſeſſori, quia ſeriùs deditionem fecerat, caput gladio ademptum. Tali pœna, tamq; preſenti cæteri in Bohemia, & Morauia perterriti, male facere paſſim deſinebant. Quæ ſanè res non hominum tantùm ſaluti, & ſecuritati; ſed agrorum inſuper, vinearumq; cultura proſpectum. Vtraquè enim inculta, vaſtaquè iacebant, dedignantibus colonis alijs arare, ſerere, vineas colere; vnde caritas annonæ in Regno frequens, & in populo fames, vimiquè penuria oriebantur, quæ mala omnia Rex ſuſtulit latrocinijs interceptis.*

Hæc de IOANNE Henrici VII. filio Dubrauius eleganter, & verè. Sed enim eadem laude contendit cum Ioanne patre CAROLVS quoquè filius, & Quartus eius poſt eà nominis Imperator, eodem Dubrauio teſte, eiuſdem Hiſtoriæ Libro XXI. *Interea* CAROLVS *filius Regis benè ab omnibus hominum Ordinibus in Boemia audiebat, quòd, abſente parente, talem ſe in adminiſtrando Regno geſſerit, vt non ſolum à nemine accuſari; ſed nunquam ſatis ab omnibus laudari potuerit, adeò numeros omnes rectè adminiſtrandi implebat, omnium commodis ſeruiens, ab omnibus acerbiſſimam illam exactionem ſubmouens, nullum ipſe ære alienum contrahens, factiones, & diſcordias Ordinum vbiquè ſedans, Regnum denique totum à latrocinijs purgans.* Nec tacuit poſtremam hanc eius laudem Archiepiſcopus Pragenſis in Oratione, qua pompam illius funeris exornauit. Sic enim magnus ille Præſul, leporis, ſed & fuci expers. *Habuit etiam ſimul Iuſtitiam, & Miſericordiam. Quia, quibus Miſericordia fieri debebat, ſemper faciebat: Vbi autem reperit res, & fures, vel malefactores inuenit, eos à facie terræ deleuit, habens illud Pſalmiſtæ. Deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur. Pſal. 86. Et illud dictum Senecæ in quadam Epiſtola ſua ſic interrogantis, & reſpondentis ſimiliter. Quid ergo occidit hominem? Quia occidit, ille meruit, vt hoc pateretur.*

Succeſſit in Imperio Carolo IV. patri WENCESLAVS filius; ſed is, vt in alijs, ſic in pſecutione Latronum, à Patris moribus, & virtute defecit. *Itaquè Carolo ſolemnibus exequijs funerato, poſtquam regimen in Bohemos ſuſcepit* (verba ſunt Dubrauij laudati ſuprà Lib. XXXIII.) *initio ſtatim adeò diſſolutè illud auſpicatus eſt, vt nullam neque legum, neque iudiciorum curam habuerit. Ex quo velut iuſtitia, & impunitate facinorum inde conſequente, latrocinia, & rapinæ male nuper intercepta, rurſus per vias publicas coiri cœpta, ingentem rerum iacturam, præſertim mercatoribus Pragam, tamquam ad celeberrimum emporiũ, confluentibus, afferebant. Non enim pedites modo; ſed etiam equites itinera obſidebant, maleficijs nobilitate quoquè obnoxia.* Quamquam & is tandem aduerſus hanc, ignobilem nobilitatem, velut è ſopore à ſuis excitatus, manum militarem collegit, *caputquè illi dura ceruicis præpoſuit, quod flecti non poſſet, niſi Latrombus expugnatis, & locis illorum euerſis*, vti ſubijcit idem Scriptor. Quatè tres tunc Arces è ſaxo ſtructæ ad fundamentum ſunt dirutæ, quas Bohemi Zleby, Zbicroh, Rhozecz appellabant.

Sed commodùm accidit, vt abrogato Imperio Wenceſlao, ſufficeretur illi SIGISMVNDVS frater, qui feneſtram, per illius incuriam Latronibus apertam, clauderet, ſuiſq; hac in parte Maioribus reſponderet. Curatum enim eſt illud ſtatim, ſolemni in Imperij conuentu, SIGISMVNDO præſente, vt viæ ſecuriores eſſent, quod hiſce verbis idem ille Bohemiæ Rerum, Regumq; Scriptor accuratiſſimus complexus eſt, Lib. XXVII. *Itinerum quoque ibidem cura habita, vt à Graſſatoribus eſſent ſecura, diſpoſitis per ditionem cuiuſquè Principis deductoribus, qui Viatores ad locum deſtinatum tutò deducerent.* Et his idem ille verbis ad huius Notæ metam tutò nos deduxit, vt arbitror, deſtinatam.

DEPERDITVM] Variat hic, & in ſuperioribus alicubi Vicetinus Codex. Habet enim pro *Onuſtorum-Amiſſorum*: pro *Rerumue cuſtodia. Rerum nec cuſtodia*: Loco, *Etiam aris effuſor proprij. Et eris eff. prop.* pro *Conſtituiſſet-Conſtaſſet*: pro *Deperditum-Depredatum*.

MARGARITAM DVCIS BRABANTIÆ FILIAM] Non leuiter admirati ſumus in ſuperioribus Notis pagine vigeſime quarte, ignotos fuiſſe Vecerio Maiores, & Parentes Henrici VII. cuius ille Vitam edidit: mirari nunc par eſt magis, ab eodem ſcriptum, *qua, cuiaſquè fuerit illius Vxor itidem in ambiguo eſſe*, quamuis hoc ipſum à ſe curioſè indagatum ſcribat. Quamobrem, vt ibi nos Itali Germanum Scriptorem non malum Cæſaris huius *Maiores, Parenteſq;* noluimus ignorare: ſic eidem *Vxoris* illius nomen, & Genus palàm aperire conabimur in hac Nota, Muſſato Patauino Duce. Vnus enim ille nobis vtrumquè referat hac Rubrica.

Fuit igitur huic Auguſtę, vt Noſter ſcribit, MARGARETÆ

GARITÆ nomen. Nec vnus ille sibi eo in Nomine consentit infrà Rubrica octaua huius libri, & quarta quinti; sed & alij cum illo conspirasse videntur Scriptores omnes nostratium, & exterarum rerum. Age rem ipsam ipsorum agamus ore, Veceti gratia, & hac ipsa qualicunq; opera Posteris consulamus. Breuiter, & apertè Georgius Merula (nam infrà in eiusdem Augustæ *Genere* vetustiores eo testes, & maiorum, vt sic loquar, Gentium dabo) Lib. VIII. Antiq. Vicecomitum pag. 104. *Virum Romam petentem secuta* (Vxor) *felix profecto fuisset, si illum imperatorijs ornamentis insigniri vidisset. In ade Minorum Fratrum sepulta est. Nomen* MARGARETÆ *fuit.* Nec apertè minus Auctor appendicis adiectæ Chronico Vrspergensis in Henrico VII. Imp. *Aquisgrani corona Caroli Magni coronatus, ac eius diua coniuge* MARGARETA, per *Archiepiscopum Coloniensem de Virneburt, anno Domini* M. CCC. VIII. A quo Ioannes Funcius Lib. X. Chronologiæ, ad annum M. CCC. VIII. *Henricus* VII. *Luzelburgensis dictus in locum Alberti Imperatoris eligitur concordi Electorum suffragio. Aquisgrani cum* MARGARETA *Vxore corona Caroli Magni coronatur.* Accedit his Vbertus Folieta Genuens. Hist. Lib. VI. ad annum M. CCC. XI. *Origo huius moris, vt diximus, hoc anno facta est, quo Henricus Cæsar ad diadema Cæsareum accipiendum Romam petens, iniunere Genuam diuerit, omni honorum genere ipse cum* MARGARITA *Vxore acceptus.* Et P. Interianus in Breuiario Historiæ eiusdē Vrbis Lib. III. pag. 9[illegible]. *Cum omnia essent in Vrbe placida, & tranquilla, Genuam accessit Henricus* VI. *vna cum* MARGARITA *Vxore, perrecturus Romam itinere Coronæ regiæ destinato.* Reliquorum propemodùm omnium eadem est sententia; sed eos reijcere placitum in sequentes Notas. Vnus omnino, quod sciam, Albertus Argentinensis in Chronico BEATRICIS nomen huic Augustæ dedit, quòd admiratione non caret in Historico, qui res Germanicas scripserit eius ævi, quod inter Rodulphi Habspurgensis Electionem, & Caroli IV. Henrici VII. Nepotis mortem fluxerit, & eadem ætate vixerit, qua potitus sit rerum Henricus VII. Augustus. Sic enim ille de huius Augustæ morte, ad annum M. CCC. X. *Post hæc circa hyemem Lunam profectus, cum Regina honorifice est receptus; vbi* BEATRIX *Regina moriens sepulta est ad Minores.* Sed errasse putandus est Argentinēsis, secus sentiente reliquo omni literatorum cœtu (quod ex ipsorum dictis non multò post illustriùs apparebit) & inter scribendi æstum Matris huius Henrici nomen, quod *Beatrix* fuit, eiusdem Vxori temerè tribuisse.

DVCIS BRABANTIÆ FILIAM.] Indicat his Mussatus eiusdem Augustæ *Genus*, & habet adstipulatores sententiæ suæ non paucos, quorum princeps Carolus IV. in Commentario de Vita sua. *Cæpio igitur, vos non latere, quod Henricus* VII. *Rom. Imperator genuit patrem meum, nomine Ioannē, ex* MARGARETHA *Ducis Brabantiæ filia, &c.* Ioannes Villanius eius ævi scriptor Lib. IX. Cap. XXVII. *Eodem anno,* (M. CCC. IX.) *obijt Genuæ, mense Nouembri Augusta Imperatoris* (Henrici VII. Augusti) *vxor, quæ sancta, & optima habebatur: & fuit filia Ducis Brabantiæ.* Cuius ex penu Henricus Calderius, nondum editus, seù quis alius, Lib. V. de Origine, & Gestis Patauinorum, Cap. XCIX. *Eo anno Imperatrix, quæ habebatur sancta, Brabantisque Ducis filia, Genuæ diem suum, mense Nouembri obijt.* Redeo ad antiquiores, inter quos Edmundus, cuius mihi verba commodùm exhibet Magni Chronici Belgici Collector pag. 304. vbi de Carolo IV. Romanorum Rege. *Fuit autem filius Regis Ioannis Bohemiæ, & Poloniæ, nepos Domini Henrici de Luceburgo Imp. Romanorum. Qui Henricus duxerat in vxorem* MARGARETAM *filiam Ioannis Ducis Brabantiæ, ex qua genuit Ioannem Regem Bohemiæ, & Poloniæ, patrem Caroli Imp. quarti, & Wenceslai Ducis Luceburgensis, & Brabantiæ, ac Henrici Marchionis patris Iodoci Marchionis Moraviæ, postea in Regem Romanorum electi:* Et Trithemius in Chron. Hirsaugiensi ad annum CIↃ. CCC. VIII. *Vxorem habuit* MARGARETHAM *Ioannis Ducis Brabantiæ filiam, de qua genuit Ioannem Regem Bohemiæ.* Quæ totidem ferè verbis repetit in Chron. Sponheimensi ad eundem annum. Meyerus etiam huc accedit Annal. Flandriæ Lib. X. *Ex filiabus* (Guidonis Flandrensis) *Margareta cessit in coniugium Duci Brabantiæ Ioanni; illumque Ioanne, Gotofredo, Margareta, Mariaque fecit parentem. Ex quibus* MARGARETA *vxor erat Henrico Luceburgensi, qui creatus Augustus, Septimus dictus est.* Nec multò post. *Porrò vxor Augusti* MARGARETA *F. Ioannis Ducis Brabantiæ, Guidonem auum ciebat maternum. Erat enim* AVGVSTA *orta ex Margareta filia Guidonis, quam habuit in matrimonio Brabantus.* Et alibi. *Post hæc Genuam Augustus concessit ad hybernandum, vbi, tres totos menses dum hyemis sæuitiam tolerat, charissimam coniugem* MARGARETAM *Brabantinam amisit, funeraritque ibidem apud Franciscanos.* Accedunt & Scriptores alij non vulgaris notæ: Ludouicus Cauitellius in Annal. Cremonensibus ad annum CIↃ. CCC. XI. *Anno altero coronam, quam Mediolani accipere debebat, accepit vnà cum* MARGARITA *eius vxore, filia Ducis Brabantiæ:* Elias Reusnerus in stemmate Luceburgensi. *Vxor* MARGARITA *Ioannis Brabantiæ Ducis F.* Et magna pars eorum, qui Familiarum illustrium stemmata deduxerunt. Sed frustrà te pluribus onerem in re iam omnino clara. Quorsùm enim Henricus Lucemburgensis in Charta Ioannis I. Brabantiæ Ducis, quam testis vice signauit post Adulphum Imper. & Ioannem Ducis filium, se Ducis generum scripsit, vt est apud Haræum in dicto Ioanne I. Brabantiæ Duce, nisi ob eius sibi Ducis filiam matrimonio nexam?

Ioannes igitur Brabantiæ Dux huic Augustæ Pater, & eius sanè nominis primus. Iuuat hoc addere, quod omisit Noster, vt à nobis id luminis huic eius Historiæ parti recens accedat. Hocsemius, inter cæteros eius rei testes, diserte admodùm id expressit in Hugone de Cabilone, Episcopo Leodiensi LXXII. Cap. XIX. *Huius electi tempore, Henricus Comes Luzilburgensis, postmodùm Imperator, filiam Ioannis I. Ducis Brabantiæ, inter eos pace reformata, duxit vxorem.* Edmundus etiam laudatus suprà pag. 22. Col. I. II. à nobis hac in parte est verbis Wenceslai Bohemiæ Regis. *Dixitque ad me* (Vvenceslaus) *suam illam esse Genealogiam, &c.* & *Imperatorem Henricum de Luceburgo proauum suum duxisse filiam primi Ioannis Brabantiæ Ducis, ex qua genuerit auum suum Ioannem Bohemiæ, & Poloniæ regem.* Adstipulatur his Gerbrandus à Leydis Lib. XXIII. Chron. Belgici Cap. XIV. *Ioannes ergo, huius nominis primus, frater eius, & Dux Lotharingiæ & Brabantiæ. Hic duxit in vxorem Margueretam, filiam Guidonis Com. Flandriæ, ex qua genuit Ioannem succedentem Ducem,* MARGVERETAM *vxorem Henrici* VII. *Imp. & plures alias proles.* Et Lib. XXIV. Cap. XXI. *Porrò, post quinque annos, idem Dux Brabantiæ* (Ioannes primus) *apud Barense oppidum, tempore nuptiarum Ducis Barensis, in hastiludio lethaliter vulneratus obijt, & sepelitur Bruxellæ apud Minoritas. Quo mortuo successit ei Ioannes huius nominis Secundus, Dux Lotharingiæ, & Brabantiæ, & Limburgiæ. Hic duxit in vxorem Margueretam filiam Eduardi Primi Regis Angliæ, ex qua genuit Ioannem filiū succedentem heredem Ducem. Itaque* MARGVERETA, *sororistius Secundi Ioannis Ducis, erat vxor Henrici* VII. *Imp. Rom.* Longè verò apertiùs Lib. XXVII. Cap. VI. *Anno Domini* 1312. *obijt in Werem Ioannes Dux Brabantiæ* (Secundus) *& sepelitur Bruxellæ. Huius soror* MARGARETA, *Imperatoris Henrici* VII. *vxor.* Et Cap. VIII. eiusdem

Libri

Libri. *Porrò hic Henricus Imperator, prius fuit Dux Luxenburgensis, & genuit ex* MARGARETA *Imperatrice, filia primi Ioannis Ducis Brabantiæ, Ioannem sibi succedentem in prædicto Ducatu.* Et his subscribunt recentiores alij plena cera, Harœus in primis in serie Ducum, seu Principum Brabantinorum his verbis. *Ioannes I. filius Henrici præcedentis, ex Margareta Flandrica liberos habuit Ioannem successorem, Gothfredum, qui infans decessit,* MARGARETAM *Henrico* VII. *Imperatori, & Mariam Amadeo Sabaudiæ Comiti nuptã.* Et in hoc ipso Amadeo, quẽ Harœus laudat, Lambertus Vanderburchius Lib. I. Historiæ Gentilitiæ Sabaudorum Ducum. *Maria Brabantã, Ioannis Brabantiæ Ducis eius nominis primi, & Margaretæ Flandrensi cui Guido Flandriæ Comes pater, filia,* MARGARETÆ, *quæ Henrico Luxemburgensi, Domini anno* M. CC. XCII. *nupserat, fuit.* Henninges etiam in Genealogicis Brabantinorum Ducum, vxorem Henrici MARGARETAM, sororem appellat Ioannis II. Godfridi, qui in cunis obijt, & Mariæ Amadei IV. vxoris: & habet hæc disertè Emmius in appendice Genealogica. MARGARETHA, *filia Ioannis I. Brabantiæ Ducis, vxor Henrici* VII. *Imperatoris.* En quæ, cuiasquè fuerit Henrici VII. Imp. Vxor, quod hactenus, curiosus alioquin rerũ indagator, Vecerius ignorauit? Ex dictis labes quoquè nonnullas abstergas licet è Scriptorum duorum paginis, quibus adsperſæ sunt. Vnam ex Libro V. Chronici Carrionis, vbi MARGARITAM vxorem Henrici VII. Aug. filiam facit Henrici Brabãtini Ducis, his verbis. *Ex* MARGARITA, *Henrici Ducis Brabantini filia, Ioannem Bohemiæ Regem, & filias tres reliquit:* neque enim illa Henrici cuiusquam, Ducis Brabantini, filia; sed Ioannis I. Brabantini Principis XXXI. Alteram ex stemmate Luceburgensi Antonij Albicij Florentini, vbi hæc habes. *Henricus* VII. *Imperator. Vxor* MARGARETA *filia Ioannis* II. *Ducis Brabantiæ*, cum sine mendo scribere debuisset, *filia Ioannis I. &c.*

ADOLESCENTEM] *Virginem* Barlandus nupsisse dixit in Chron. Brabant. Ducum Cap. XLVIII. *Ioannes inde filiam suam* MARGARETAM, *Virginem egregiæ formæ, nuptum dedit Henrico Luceburgensi Comiti, eius Henrici filio, qui in pugna fortiter occubuit non procul ab arce Woronc. Iunior hic Henricus postea factus Rom. Imperator in Italiam transcendit:* Ferretus, qui coetus Nostro, Lib. II. Historiæ suorum, & paullò antè actorum temporum, *Dum pubes foret.* Huius enim illa sunt in laudato loco. *Huic* (Henrico) *Brabantiæ Dux* MARGARITAM *natam eius, dum pubes foret, matrimonio copulauit.* Verè omnino, *dum pubes foret.* Puberras enim annum sibi propriè vendicat decimum sextum, quem MARGARITA fortè nondum excesserat, cum Henrico nupsit. Si quidem enim anno salutis 1311. quo Mediolani coronata est, annum agebat trigesimum sextum, vt habet Notter Rubrica vltima, huius libri, annum ætatis decimum sextum ageret necesse est, anno redèmpti Orbis 1292. quo Viro copulata fuit, vt ostendam infrà ad Verbum, *Duxit.*

IMBERBIS ET IPSE] Ætatis anno XXX. Natus enim anno 1262. die 12. Iulij, (quod liquet ex obitus eiusdem die, qui fuit 24. Augusti, anni Domini 1313; ætatis verò suæ, vt inquit Mussatus Lib. vltimo de rebus ab eo gestis, Rubrica vltima, duodecimus, post annum vnum, & quinquagesimum, & mensem vnum) Margaritam Brabantinam vxorem duxit anno salutari 1292. vt constabit statim ex sequenti Nota. Nemo verò non videt, inter annum 1262. & 1292. triginta tantùm annorum curriculũ, nisi me fallunt articuli, confici potuisse.

DVXIT] Anno libertatis assertæ Mortalibus vniuersis CIↃ. CC. XCII. Rectè, clarèq; Meyerus ad hunc ipsum annum. *Anno* M. CC. XCII. *Henricus Luxelburgius, futurus Augustus, duxit vxorem* MARGARETAM *filiam Ducis Brabantiæ, neptem nobilis Guidonis ex filia Margareta.* Mitto Vanderburchium, non alium hisce nuptijs tribuentem annum in Amadeo IV. ne laudatus nuper, fastidio sit iterùm laudatus. Diuęum sanè liquerim inuitis Musis. Certat enim is parì cum Meyero face, dum signat harũ nuptiarum tempus, & illi libens lubens Harœus hæret in Ioanne Primo, Brabantiæ Principe XXXI. Sic igitur Diuęus scribit. *Anno* 1292. *Henricus Comes Luceburgi, Henrici pugna Woringani cęsi filius, ducit filiam Ioannis Ducis nostri* MARGARETAM. Anno nempe quarto post patrem cęsum. Cęsus enim ille, vt ostensum suprà pag. 44. anno 1288. die Diuo Bonifacio sacro. Quare clariùs ea de re Magni Chronici Belgici Concinnator pag. 258. ex Gestis Brabantinorum Ducum. *Anno quarto post bellum de Woronch, videlicet anno Domini* M. CC. XCII. *anno Ducatus eiusdem Ioannis* XXXII. *inter Henricum Luzelburgensem Comitem, filium Henrici in bello Woronch occisi, & Ducem Ioannem pax reformatur. Henricus enim* MARGARETAM *filiam Ioannis Ducis duxit vxorem, dispensante cum eis Nicolao Papa* IV. *super matrimonio contrahendo, eò quòd tertio consanguinitatis gradu sibi inuicem iungerentur.*

Curauit eam porrò pacem harum nuptiarum nexu (si quid hoc etiam nosse interest Historicæ rei) Maria Regina Franciæ, Ioannis Ducis Brabantiæ soror, cuius mihi rei teste Hoesemio in Ioanne Guidone, Episcopo Leodiensi LXXI. Cap. XVI. *Demum inter filium Luzelburgensis Comitis Henricum, qui fuit postmodum Imperator, & filiam Ducis, facto matrimonio, pax firmatur, hoc procurante Regina Maria Franciæ, relicta Regis Philippi, vocati* Cor Leonis, *qui rediens de exercitu Arragonensi, vt dictum est superius, in Propinguiano decessit, sorore dicti Ducis muliere discreta, & formosa, & toto generi suo valdè vtili, etiam post Viri sui decessum: sicut diuersa coniugia, confœderationes, & amicitiæ, quas ipsa procurauit, manifestant.* Fugit itaquè Marcum Guatium ratio temporum, cum hisce nuptijs solus, quod hactenus obseruarim, assignauit annum CIↃ. CC. XC. quemadmodùm solus etiam videri posset sensisse, dotis ergò cum Margarita Brabantina Comitatum Lucemburgensem in Henrici VII. familiam deuenisse (qua de re suprà pag. 27. Col. 1.) nisi priùs in eadem sententia fuisset Paulus Aemylius Veronensis, ex quo tùm alia pleraquè, tùm id in primis hausit Guatius, & in suum Italicum Chronicon, verbis omnino totidem deriuauit. Quod enim patrio sermone Guatius exsulit, ità latino Paulus antè protulerat in Philippo IV. Pulchro, Francorum Rege XIV. *Filia Ducis Brabantiæ Henrico filio Henrici, qui filius Reginaldi cum duobus fratribus in acie ceciderat, nupsit dum adscripto Comitatu Luceburgensi.*

VXOREM] Roges hic, vniusne Vir vxoris, an plurium extiterit hic Henricus? Dissident enim inter se Scriptorum aliquot in eius Vxorum censu, nec omnes vnam illi tribuunt; sed alij duas, alij tres. Qui tres adscribunt, primum ferè locum assignant CATHARINÆ Alberti I. Imperatoris F. quæ antè nuptias obierit; secundum HESTER Opoliensi Polonicæ; tertium MARGARITÆ Ioannis I. Brabantiæ Ducis F. Qui duas numerant, *Opoliensem* omittunt. Qui vnam nominant, non idem illi nomen imponunt. Nimirùm aliqui *Catharinam* vocant, *Margaritam* alij, *Beatricem* nonnulli ex Argentinensis, vt videtur, schola. Quid hic consultus respondeam? quid decernam? Iuuat hic omnino regiam tenere viam, hoc est, multitudinem Scriptorum sequi. Cum igitur, quod ad *Catharinam* spectat, aliqui censeant, Henricum ipsum sui muneris impiesse, cum illa sibi è Germania ducebatur vxor, vti vidimus in superioribus Notis pag. 43. alij Catharinam ipsam antè celebratas cum Henrico nuptias obijsse: quod ad *Opoliensem*, paucorum ea sententia sit: quod ad Beatricem, Matrem illam Henrici fuis-

se,

se, non Vxorem constet, solam ego *Margaritam* illustribus, quos produxi multos, donec quid aliunde certiùs afferatur.

IOANNEM] Verum hoc primæ prolis Henrici nomen, si veri Carolus IV. Edmundus, Trithemius, Gerbrandus, Carrio laudati nuper in illius Matre, & alijs rursus in locis Trithemius, & Gerbrandus. Primi siquidem hæc alia sunt in Hirsaug. Chron. ad annum CIↃ. CCCX. *Rex autem Henricus, Principum vsus consilio, eandem filiam cum regno Bohemiæ* IOANNI *filio suo Luzeburgensi Comiti, de consensu Procerum Bohemiæ, dedit vxorem*: Et ad annum CIↃ. CCC. XLVI. *Iste* IOANNES *filius fuit Henrici Imp.* VII. *& pater Caroli* IV. Secundi ista Lib. XXIX. Cap. IV. *Occiso autem in prefato bello* IOANNE *Rege Bohemiæ Duce Luceburgensi, qui fuit filius Henrici* VII. *quondam Imperatoris, &c.* Cap. VII. *Hic quippe Dux (* Brabantiæ Ioannes III. *) filiam suam primogenitam, Ioannam nomine, viduam Hannoniæ, & Hollandiæ, tradiderat in vxorem Wenceslao Duci Luzeburgensi, Comitiq; Alsatiæ, & de Thay, filio,* IOANNIS *Regis Bohemiæ, filij Henrici* VII. *Imperatoris*. Et Cap. VIII. vbi de Carolo IV. *Quo (* Ludouico Bauaro *) defuncto, Electores imperij elegerunt Carolum Regem Bohemiæ, filium* IOANNIS *Regis, filij Henrici* VII. *quondam Imperatoris*. Quibus adiungo Chronographum Scriptorem Aulæ Regiæ Cap. XXVII. *Nonus Principum pijssimus Wenceslaus Rex Bohemiæ, fundator Aulæ Regiæ, propter quem precipuè hoc describo primò fabula est, & laudem Virtutum, & Pietatis administrauit omnibus loquentibus, & scribentibus materiam? Nonne & Henricus Rom. Imp. magnificus gestabat præ omnibus honorem, & gloriam? Horum eius gestabat præ omnibus honorem, & gloriam? Horum duorum nobilis propago, & prosapia generosa, huius (* inquam *)* IOANNIS *Rex filius, illius Elisabeth Regina filia, nonne obtinuerunt sibi nomen grande, iuxta nomen Magnorum, qui sunt in terra?* Hoc semium in Theobaldo de Barro, Leodiensi Episcopo LXXIV. Cap. XXXII. *Anno Domini* 1310. *Rex Bohemiæ moritur, unica filia herede relicta, quam Henricus Rex* IOANNI *filio suo, nunc Regi Bohemiæ, matrimonio copulauit*: Aeneam Sylvium Cap. XXXI. Hist. Bohemicę. *Successit Alberto Henricus* VII. *Comes Luzelburgensis consilio, & animo iuxta potens. Hic Elizabeth alteram Wenceslai sororem, decem & octo annos natam, dum iussam ad se venire apud Spiram Galliæ ciuitatẽ,* IOANNI *filio suo quatuor annis minori matrimonio connexit*: Dubravium Lib. XIX. *Cæsar conspecta puella (* Elisabeth Wenceslai Bohemiæ Regis filia *) hilarem vultum præferens, illam mediam humanissimè complectitur, ac communi ad Augustam deduxit, Augustæ vxoris calculo aut retenturus, aut remissurus. Ambo demum parentes pariter* IOANNEM *filium accersunt, cumq; rogant, an ei Sponsa placeret? &c.* Et Lib. XX. *Ibi adhuc subsistentem Legati Brixiam ex Gallia Cisalpina adeunt, commemorantes deditionem, quam Henrico Cæsari* IOANNIS *patri, nuper fecerint, &c.* Sethum Caluisium, *Filius Henrici* IOANNES *factus Dux Luxeburgensis*: Cauitellium ad annum CIↃ. CCC. IX. IOANNI *filio suo nupsit Elisabetham filiam Vincislai Regis Bohemiæ*: Paulum Aemylium Veronensem in Philippo IV. cognomento *Pulchro*, Francorum Rege XLV. *Filio eius* IOANNI *quatuordecim annos nato nupsit Wenceslai Bohemiæ Regis, nullis liberis superstitibus defuncti soror, eadem alterius Wenceslai vita functi neptis, duodeviginti annos nata*: Et mox. *Unum exercitum (* Henricus *) duce Petro Pontifice Magnutino cum filio* IOANNE *in Bohemiam misit*: Funcium Lib. X. Chron. ad an. CIↃ. CCC. VIII. *Filium* IOANNEM *Regem Bohemiæ in Comitijs Spiræ designauit, desponsata filia Regis Bohemiæ*: Nauclerum Vol. II. Chronographiæ, Gener. XLIV. ad an. CIↃ. CCC. IX. *Henricus Imperator Elisabeth, alteram Wenceslai sororem, 18. annos natam clam iussam ad se venire, apud Spiram* IOANNI *filio suo quatuor annis minori matrimonio connexit*: Lazium de Cimerijs Lib. III. IOANNES *Henrici Imp. filius à patre Bohemiæ Rex constituitur, data illi in vxorem Wenceslai patrui Regis Bohemiæ filia*: Et, plures ne congeram, Kerlandrum, qui in Annalibus Treuirensibus Part. XIV. pag. 157. ait, IOANNEM *Bohemiæ Regem, & Baldouinum Archiepiscopum Treuirensem admisisse multa aduersus imperium, contra existimationem, & instituta parentis eorum, gloriosissimi Principis, Henrici* VII. *Augusti*.

Ecquis contrà consensum huiusce modi tot, ac talium Rei literariæ Procerum, conspirare audeat? Fossardus tamen, quem alij constanter adeò IOANNEM vocant, HENRICVM nequaquàm est veritus appellare. Sed oleum, & operam perdit, qui loquentibus aduersus Solem, facem accendit.

Fuit illi quidem cognomentum COECI, quòd oculum vnum in Lithuania ex graui, & nebuloso aere amisisset; altero verò priuatus fuisset à Iudęo Arabo, se iactante medicinę scientiam in curandis oculis præ cæteris possidere. Quam tamen cęcitatem ille dissimulare sic voluit, vt amissis oculis hastatorum ludrica, quibus in primis delectabatur; sæpiùs etiam, quàm soleret integris, spectare sibi permiserit, & nunc istum, nunc alium, quem in spectaculo superiorem euasisse ex nomenclatore audisset, magna voce laudaret, nihil minus, quàm *Cæcus* videri volens, vt Dubravius scribit Lib. XXI. cui hęreo cum Reusnero in caussa cœcitatis. Nam Henninges vtroquè IOANNEM Henrici VII. F. oculo debilitatum asserit, dum acceptum venenum pellere conaretur. At hæc satis de Nomine, & Cognomine primæ virilis prolis Henrici VII. Cæsaris Augusti.

PRIMOGENITVM] *Vnigenitum* dixit, qui Paralipomena rerum memorabilium adiecit Chronico Wspergensis, in Henrico VII. Imp. *Henricus Comitis de Luzelburg, filio suo vnigenito, filiam illustris Principis quondam Regis Bohemorum matrimonio iunxit*. Rectiùs Ferretus Libro II. initio. *Ille verò (* Carinthiæ Dux *) cum moleſtus ex hoc dudum fieret, demque minis verbis, sæpiùs retributionis magnæ conatibus liti cessit, & Virginem Bohemiæ Regnum primogenito Cæsaris* IOANNI *copulari non aduersatus est*. Georgius Merula Lib. VII. Antiq. Vicecomitum. *Despondetur puella Elisabeth* IOANNI *Henrici primogenito*. Imò præter hunc, virilem vllam aliam prolem Henrico VII. fuisse, legisse nullibi me recordor, præterquam in Stemmate Luceburgensi Emmij, qui nequam in Stemmate Luceburgensi Emmij, qui nescio quo ex fonte, Ioanni fratrem anonymum tradidit. Abrahamus Ortelius in Itinerario penes Virum Cl. LAVRENTIVM PIGNORIVM, cuius, & Eruditionem, & Cãdorem animi diuersarum quoquè partium sectatores admirari solent, cum *Venceslaum* vocat, facitq; Patruum Caroli IV. ac tandem, auctoritate Nepotis, primum Lucemburgici Ducatus titulo decoratum scribit: sed hoc eius dictum quale, quantumquè sit expendimus suprà pag. 19. Col. II. initio.

De Filiabus eiusdem Cęsaris lis adhuc apud Genealogicos, & Historicos nonnullos viget. Meyerus enim, *Ioannem*, & *Mariam* solam ab Henrico VII. relictam asserit: Emmius *Ioannem, Filium alterum*, & *Mariam*: Reusnerus, & Carrio, *Ioannem, Beatricem, Mariam, & tertiam innominatam*, quæ nupserit Rodulpho Palatino ad Rhenum: Henninges *Ioannem, Beatricem, Mariam* I., *Anonymam, Catharinam* coniugem Leopoldi, cognomento EQVI TVM GLORIA, Ducis Austriæ, & *Mariam* II. VXOTVM GLORIA, Ducis Austriæ, & *Mariam* II. VXOrem Henrici VI. Comitis Vadanimontis. Hæc de Filiabus Henrici VII. varietas paginis adhuc inest, & Lectorem in ijs morantem seriò, & agentem circumspectè, quòd agit, angit, & detinet ingrata mora. Conemur itaquè nos fastidium istud (quoad eius fieri poterit) ex animis amouere, eorum præsertim opera, qui, quò propiùs attigerunt Henrici VII. tempora,

pora, eò certiùs imbecillioris illius prolis numerum tenere ipsi, posterisquè tradere potuerunt. Sequar enim hac in parte duos in primis, suprà recensitis omnibus antiquiores, Regiæ scilicet Aulæ Chronographum, qui regnante Ioanne ipso primogenito Henrici VII. vixit & scripsit, & Carolum IV. Ioannis eiusdem filium in Commentario ab eo, de Vita sua, rebusquè tum à se, tùm à Patre gestis accuratè conscripto. Iis ergò ducibus duas, quod certò constet, filias Henrico VII. Cæsari fuisse pronuntio, quarum natu maior MARIA fuerit, BEATRIX minor. Nupsit prima anno CIↃ. CCC. XXII. Carolo, cognomento *Pulchro*, Francorum Regi, & anno sequenti Parisijs Regij diadematis insignibus est ornata. Ecce, tùm de Nuptijs, tùm de coronatione ista verba ipsissima Chronographi laudati meridiano ipso iubare clariora, Cap. X. *Eodem anno*, IV. *Idus Aprilis elegantissima puella* MARIA, *Henrici Imperatoris filia, Iohannis Bohemiæ regis germana, de regno Bohemiæ, in quo tribus fere annis cum Elizabeth Regina decenter permansérat, in Lucelburg decentia, qua oportuit, est reducta. Demum in festo B. Bartholomæi eadem puella Karolo Regi Franciæ in coniugio legitimè copulatur: & anno sequenti in die Pentecostes Parisius in Reginam Franciæ solemniter coronatur. Veruntamen Reginæ priori Ducis Burgundiæ filiæ, per eundem Regem antea repudiatæ, Apostolicæ sedis conceditur dispensatio, vt & ipsa nubere valeat alteri viro.* Et infrà Cap. XII. eadem. CIↃ. CCC. XXIII. *Predicta* MARIA, *fœmina singulari simplicitate columbina in die Pentecostes in Reginam Franciæ solemniter coronatur.*

Habes de MARIÆ nuptijs, quæ, qui vidit, scripsit. De BEATRICE eadem oculata fide loquitur idem Scriptor Cap. V. & cum eius nuptijs, & ætate MARIÆ quoquè laudes, & ætatem nectit. *Eodem anno* (M. CCC. XVIII.) *Karolus, filius Karoli Regis Siciliæ, factus Rex Hungariæ, prima sua absque liberis viduatus vxore, Thomam, ac Simonem Comites Hungariæ, cum Stephano interprete, & cum decentia familiæ, misit ad Ioannem Regem Bohemiæ, petens, vt vnã de suis sororibus velit pro coniuge sibi dare. Hac legatione amicabiliter susceptâ, Iohannes Rex Bohemiæ certis nuncijs suas sorores de Lucelburgensi euocat Comitia. Quarum maior vocabatur* MARIA, *iunior verò* BEATRIX *proprio nomine est vocata. Nondum harum puellarum attigit quartum decimum ætatis suæ annum. Ad fratris itaq; sui vocationem istæ ambæ virgines venerũt, & XII. Kal. Iulij Pragam cum sua familia ingressæ sũt. Quarto autem die, post istarum aduentum puellarum, cum Rege, & Regina Bohemiæ ad monasterium Aulæ Regiæ hę pariter venerunt. Debuit enim tunc solemniter peragi dies anniuersarius fundatoris illius loci. Veniunt quoquè illuc Legati Regis Vngariæ, &, vt eorum exaudiatur petitio, incipiunt cum instantia postulare. Quorum petitioni Rex Iohannes annuit, &, vt vnam de suis sororibus eligant, liberam optionem eis dedit. Stabant igitur Vngari in suis desideriis exaudiri (me presente, & vidente) coram ambabus puellis, intendentes in illas mente tacita, & oculis apertis, facies delicatas istarum Virginum diligenter inspiciunt, conditiones corporũ discutiunt, gressus describunt, & qua sit eligibilior sagaciter inquirunt. Tandem* BEATRICEM *iuniorem puellam sibi assignari postulant Dominam Vngariæ, & Reginam. Rex Iohannes consentit, & congratulatur; puella ad Ecclesiam deducitur, & mox coram summo altari B. Virginis in Aula Regia, Karolo Regi Vngariæ; sed absenti, ad manus Comitum præsentium legitimè desponsatur. Campana duplex pulsatur, & per Conuentum Monachorum, qui omnes ibi aderant, Te Deum laudamus, altisonis vocibus decantatur. Nec longè post per nuntios solemnes Regis Karoli hęc tenella puella in metis Moraviæ, & Vngariæ reuerenter suscipitur, & in Vngariam deducta, infrà Octauas B. Martini Episcopi coronatur. Statimquè cum eadem vice nuptiarum festiua solennitas per Regem Vngariæ celebratur.* Verùm enim verò maius his accedat si potest pondus, ex verbis Caroli IV. in Commentario dicto pag. 89. *Habuit prædictus Rex* (Iohannes Caroli IV. pater) *duas sorores desponsatas: vnam* (BEATRICEM) *tradidit Vngarorum Regi Carolo I. quæ sine liberis mortua est: secundam verò* (MARIAM) *dederat Carolo Frãcorum Regi, ipso regnante in Francia anno Incarnationis Domini* M. CCC. XXIII. *nuptuque me meus Pater iam dictus ad dictum Regem Franciæ, me existente in septimo anno pueritiæ meæ. Fecitq; me dictus Rex Francorum per Pontificem confirmari, & imposuit mihi nomen suum equiuocum, videlicet* CAROLVS, *& dedit mihi in vxorem filiam Caroli* (Comitis Valesij) *patruelis mei nomine* Margaretham, *dictam* Blancam. *Mortuaque est vxor sua, soror patris mei, annoillo sine prole. Demum idem Rex aliam sibi in matrimonio copulauit. Nimirum sororem Casimiri Cracouiæ Regis.* Nec apertè minùs idem Carolus infrà pag. 96. *His peractis, arripuimus iter versus Vngariam ad patrem nostrum, quem inuenimus in Wissegrado super Danubium apud Regem Carolum I. qui antè habuerat sororem patris nostri; ipsa verò defunctâ, acceperat sororem Regis Cracouiæ Casimiri, cum qua genuerat tres filios, primogenitum Ludouicum, secundum Andream, tertium Stephanum.* Obiit verò BEATRIX, anno fetè primo post nuptias, Martinalibus. Eius mihi rei testis Aulæ Regiæ Chronographus Cap. VIII. *Hoc quoq; anno circa festum B. Martini, obitus Dominæ* BEATRICIS *Reginæ Vngariæ Iohanni Regi Bohemiæ, suo fratri, certis est nuntijs intimatus.* Breui quoq; mensium interuallo MARIÆ viram, & nuptias terminatas eodem ex auctore disco Cap. XIII. *Hoc anno* (M. CCC. XXIV.) *circa festum Annunciationis,* MARIA *Franciæ Regina, Iohannis Regis Bohemiæ germana, cum partu moritur, & apud S. Dionysium honorificè sepelitur. Post cuius sepulturam, Ioannes Rex Bohemiæ Parisius venit, & cum Karolo Rege Franciæ suo fratrio exequias dignas fecit. Huius Reginæ iuuenculæ obitum hic iam annotaui, quia cum ipsa plurimum conuersatus, eam esse fœminam virtutis considerau. Et vehementer expaui, cum hunc florem iuuentutis, morem senectutis habentem, tam subito præcisum audiui. Hæc Henrici Imperatoris filia, Franciæ Regina, XVIII. ætatis suæ anno mortua est.* Mitto pia carmina, quibus idem Scriptor huius Heroinę virtutes alias studiosè persequitur, & pios veneratur manes, ne paginas impleam alienis, & hac etiam alijs reliquissem, nisi & ad hæc illustranda, quæ scribimus, & ad alia necessaria maximè iudicassem.

Facibus nimirùm istis monstra quædam latentia deprehendes in Rei literariæ Sylua. Latens enim Monstrum est, & capitum multorum Hydra, quod Henninges prodit in Genealogicis, pag. 158. BEATRICEM *nupsisse primò Balduino Hennino* IV. *Fontame, & Bosui domino, mortuo A. C.* 1295. (quod ipsum repetit pag. 416.) *Secundò verò Carolo Vngariæ Regi, & in partu obiisse?* Nompè tam Aulæ Regiæ Chronographus, quàm Carolus IV. eius nepos, solius Caroli meminit Vngarorum Regis: & inter *deliranta* censendum est, eam nubere potuisse Balduino, qui obierit A. C. 1295. cùm eo anno Beatrix, aut nondùm, aut recens nata foret, ob nuptias biennio tantùm antè celebratas (vt diximus) inter patrem eius Henricum VII. Aug. & Margaritam filiam Brabantini Ducis. Monstrum etiam est, Apertquè culta veritatis vineta depascens in eadem Sylua, quod extat in Chronico Carrionis, *filiarum Henrici* VII. *Cæsaris natu maximam* BEATRICEM; *minorem verò* MARIAM *extitisse*, reclamante Chronographo, qui ambas probè nouerit, cum ijsdem (vt ipsemet loquitur) plurimùm conuersatus. Caue, caue hæc Monstra, quisquis Syluam istam ingrederis: videq; pretereà, quàm tutò pedem in Elia Reusnero figas, quà scribit, MARIAM *Henrici* VII. *filiam à Ioanne fratre promissam Henrico Tyrolio; sed qua commodo*

illo repudiato, se desponsam esse Christo, bellum indixisse matrimonio tum causata, Carolo Pulchro Regi Occidentalis Francia in manum postea veneris, cum Henricus ille Tyrolius ab alijs fingatur.

CERTAQVE SOLITA] Vicetinus codex, *Eaque soliva*, quod non probo.

EXENNIA] Turbauit ea me vox prima fronte, non hic tantùm, sed alibi creberrimè repetita, fecitque, vt à mala manu corruptam fuisse ducerem aliquando, delédamq; spongia prepositionem, *ex*, cum vna, vel altera consonantium iteratarum, ità prorsus, vt pro *exennia*, xenia legerentur, quòd apud Grecos, quorum è fontibus in atua latina defluxit, totidem elementis constet. Ad eum modum negotio facili tollebam id monstri, licet Hercules haud forem, & caretem clava. Strabant à me pretereà huius æui multi, quibus ea vox minimè probabatur. NICOLAVS VILLANVS eruditionis Græcæ pariter, & Latinæ promtus, quid ea de voce sentiret verbis hisce per otium literis consignabat, antequàm scribendis in Nostrum Notis animum adiecisset.

Libro I. Rub. III. *Treuerensibus vectigalia quadam, certaq; solita domui de Lucemborc exennia denegantibus, &c.* Et paullò inferiùs; *Ad exhibendorum exenniorum antiquam fœdus obstrinxit*. Videndum, *exennia* quæ sint. Hæc nonnulli parua munera interpretantur, auctoritate freti nescio quorum Iurisprudentum. Qui quidem si hoc verbi vsi sunt, minimè id mirandum videri debet, cum ipsorum monumẽta, bellvata ceu tapetia, hisce verborum monstris tota conscribantur. At ego, vera vt dicam, sicuti nequè apud Græcos, nequè apud Latinos auctores hoc verbum repetiri existimo; ità nec illos eo vsos esse, ac pro exuuiis xenia vbiquè reponendum censuerim. Quæ vox Græca quidem, sed latinitate iampridem donata, munera, eaquè præsertim, quæ hospitibus darentur, significat. Et fortassis harum similitudo vocum Librarijs imponere potuit. Sed esto, sint *exenia* parua munera, certè Auctor noster non de *exenijs*; sed de *exennijs* mẽtionem facit. Quod verbi quid sit, vti clarè mihi non liquet, ità facilè cõiectu erit Græco-latinam vocem hanc existimanti; aptamquè ex verbis ἑξ, quod Latini vertere *sex*, atq; *annus*, vt vnum, idemque sit *exenne*, ac *sexenne*; compositione minimè apud Nostros insolẽte. Quod si probaueris, *exennia* erunt vectigalia, vel munera quædam sexto quoquè anno præstari solita. Hoc quidem ratio sibi postulat; sed cum Auctor noster alibi etiam hoc nomen vsurpet, & de *muneribus* tãtùm; non autem *de sexennijs* intelligat, manifestò indè patet, *exenia*, atquè *exennia* idem planè esse. Barbaræ vtrequè voces, & quibus dicam scribi oporteat de turbata *Xeniorum* possessione.

Hæc mihi, Mutiq̀ carissimum caput. Iactauit ob id etiam hic me fluctus diu. Sed demùm visum est *exennia* retinere, probareq; cum æui prisci Scriptoribus, & Vsu vocum, arbitro, vti nos docuit Venusinus. Fuit enim ea Latij, in quod Noster incidit, corrupti vox, & aliquot etiam antè illũ seculis vsurpata. Monachus Anonymus Cœnobij D. Iustinæ Patauinæ Lib. 1. Chron. de rebus tàm in Marchia, quàm in Lombardia, & alibi Terrarum gestis, vt habent à me visi Codices M.S. ad annum M.CC.XXXIX. *Interea dum Imperator in prædicto Monasterio (S. Iustinæ) resideret, & Imperatrix filia Regis Anglie Noemi mansionem haberet, memoratus Abbas, curialitatis & largitatis amator, Augustum donis gratissimus honorauit. Obtulit namq; ei duo tapetia pretiosa, & solium cum suo apparatu, & scabello subpedaneo artificiosissimè insignita; duo plaustra vina pretiosissimi vini, ac si esset de vineis Engaddi. XXX. modios ordei, & XXXIV. plaustra fœni; Straones etiam maximos ei dedit, quos sibi fecit de partibus Ferrariæ apportari. His & alijs donis, & exennijs* (pro quo in vulgaribus editis à Christiano Vrstisio cum illustribus Historicis Germaniæ, *Encenijs*, A corruptè legitur, ex Codice Ramingiano) *eum Augustum, quam Curiales frequentissimè honorauit*, Anonymus alter nondùm editus, qui Carrarienſiũ Stemma confecit, in Vbertino, & Bonifacio filijs Iacobi Carrarienſis, ad an. C IↃ C C C. XXIIX. *Vitalianus Dente, filius Gulielmi Dente, procurauit venenum interficere Dominum Vbertinum. Sciens enim Medicum quendam de Venetijs amicissimum Domino Vbertino, cum quodam eius Familiari, insciо dicto Medico, tra-* B *ctatum habuit, mittere predicto Domino Vbertino, parte dicti Medici, quadam magna exenia cum confectionibus venenatis, qua exenia Familiaris predictus accepit; sed Paduam veniens accepta exenia subito presentare non potuit, cum tunc Dominus Vbertinus infectus iacereꝫ infirmus*. Legum Longobardorum Codex Lib. II. Tit. I. L. 6. *Si quando pater filiam aut frater sororem suam alij ad vxorem tradiderit, & aliquis ex amicis, accepto exennio, ipsi mulieri aliquid dederit, ut ipsius sit* C *potestate, qui mundium de ea fecit*. Baldericus, siuè Baldricus, Historiæ Hierosolymitanæ Lib. III. *Condito corpore, quibus potuerunt aromatibus, imperialibus exennijs illud prosecuti sunt*. Testamentum S. Remigij ex MS. quòd asserit se vidisse Ludouicus Cerdius in Aduersarijs Sacris, Cap. CXXVII. *Et incolæ illius loci multiplicibus exenijs grauati obnixè deprecantes, quod Regi debebant, Ecclesiæ meæ soluendum, me petere compulerunt*. Paullus Warnefridus Lib. IV. de Gestis Lon- D gobardorum, in literis Gregorij Papæ Arigis Duci, vti se habent in meo vetustissimo Codice MS. *Nos enim promittimus, quia, dum res perfecta fuerit, dignum vobis exennium, quod non sit inuerecundum, transmittemus*. Et infrà Lib. VI. *Multa idem regnator contrà Romanos bella gessit, in quibus semper victor extitit, præter quod semel in Arimino, eo absente, exercitus cæsus est; & alia vice, cum apud Vicum Pilleum, Rege in Pentapoli demorante, magna multitudo horum,* E *qui Regi munuscula, vel exenia, vel singularum Ecclesiarum dona deferebant, cæsa, vel capta est*. Namin excusis, qui ex Bibliotheca Bon. Vulcanij prodierũt, vtrobiq; *exeny* locum, nescio quo iure, *xenium* occupauit. Quare nihil erat caussæ, cur Dempsterus cum in antiquo Vulpiani I. C. Codice ex Epistola D. D. Seueri, & Antonini L. 6. ff. de Offic. Proconsulis legisset, vt ipsemet fatetur in Paralipomenis ad Lib. I. Antiquitatum Rom. Rosini, in Vrbis regione F Quarta, vbi de Dea Strenia: *Non verò in totum exennijs abstinere debebit Proconsul; sed modum adijcere, ut neq; morosè in totum abstineat, neq; exactè modum exenniorum excedat*: ab antiqua, sed sana lectione recederet, proq; *exennijs*, *xenijs*, pro *exeniorum*, *xeniorum*, sibi reponendum duceret, cum seculo eam vocem amassent Veteres scribere, & efferre.

Fuit igitur, vt apparet, *Exennium* in vsu olim, nec semper in *Xenij* possessionem ijt. Cum enim xe- G nium, *domum* perpetuò sit; exennium, & *domus*, & *seruitium* est. De Exenio, præter laudatos Reii literariæ Patres, Glossæ pro me Vett. non obscurè. *Exennium, seruitium*: Clarè quoq; Papias, & differè. *Exennium, seruitium, domus*. De Xenio idem Papias. *Xenia, præmia, dona, munera, beneficia*: Cæteriquè Scriptores omnes, quibus *Xenia*, aut hospitalia munera sunt (ξένος enim *hospitem* Græcis sonat) aut ea, quæ à Prouincialibus offerebantur Prætoribus, Pro H prætoribus, Proconsulibus, Rectoribus suis. Primũ illud notum, & certum ex vocis ipsius etymo iamallato, & Vitruuio Lib. VI. Cap. X. *Nam, cum fuerunt Græci delicatiores* (verba ipsius sunt Libro & Capite laudatis) *& ab fortuna opulentiores, hospitibus aduenientibus extruebant triclinia, cubicula cum penu, cellas. Primoq; die inuitabant ad cœnam, postremo mittebant pullos, ouа, olera, poma, reliquaq; res agrestes. Ideò pictores ea, quæ mittebantur hospitibus inuitantes,* I XENIA *appellauerunt*. Alterum ex L. 6. ff. de Offic. Proconſ. L. Vn. *Ne damna prouincialibus inferantur*, in Cod. Theod. Magnoq; Cassiodoro VIII. Var. *Vnusquisq;*

quiſq; per ſolemnitatem conuiuijs offerat voluntarium munus. XENIA *enim non ſunt debita*: Et Plinio Lib. v. Epiſt. ad Valer. *Quam me iuuat, quod in cauſis agendis, non modo pactione, dono, munere; verum etiam* XENIIS *abſtinui.* Vtitur & hac voce idem Auctor Lib. VI. Epiſt. ad Cornelianum, ſed vitanda ſatietas eſt. Mox factum, vt etiam illa, quæ Saturnalibus amici amicis donare conſueuerant XENIA dicerentur, vt Suidas tradit: Sæpè enim coniunguntur ξένοι, καὶ φίλοι, *hoſpites & amici*, præſertim à Demoſthenem in Oratione περὶ στεφ. Et Tullio pro Sex. Roſcio Amerino: *Fama, & vita innocentis ab hoſpitibus, amicisq; paternis defenditur.* Eamq; ob cauſſam Varum lepidiſſimus Martialis, Diſtichis ſuis, quibus eius exemplo poſſent & alij donare amicos ſuos, quoties ſibi res aliæ deeſſent, *Xeniorum* nomen indidit eruditè. Sed hæc de Xenijs, & Exenijs ſatis.

BELLVM SOLVS INTVLIT] Iniquus Henrico VII. Sethus Caluiſius fuerit neceſſe eſt, aut certè memoriæ veteris non peritus, cùm in Chronologicis ſuis ſcripſit, pag. 756. Henrici patrem anno CIↃ. CCC. I. nutu Imperatoris contrà Epiſcopum Treuerenſem duxiſſe exercitum Iulio menſe, & omnia circà Treueros vaſtauiſſe, vrbemq; obſediſſe, vndecimo tamen die obſidionem ſolauiſſe. Nimirùm hæc ille ſcribens adſcripſit, neſcio quo conſilio, patri, quæ filius geſſit, eoq; anno, quo carebat patre, iam amiſſo triennio antè in Woringana clade. Æquior igitur hac in parte eidem Henrico Vetus rerum Boemundi, & æqualis illorum temporum Scriptor, diſertè narrans, Henricum Comitem Lutzenburgenſem infeſto exercitu Treuerim petiiſſe anno Chriſti CIↃ. CCC. Quare rem eiuſdem verbis intererit retuliſſe. *In vigilia* (inquit is Auctor) *B. Mariæ Magdalenæ Henricus Comes Lutzenburgenſis, cum electa militia, & ingenti multitudine armatorum vallem Treuericam intrauit, ſeductus in opinionem, quòd Ciuitatem Treuerim vi, vel dolo poſſet ſubiugare. Caſtra fecit circà Villam, quæ Vrium nuncupatur, non longè a Ciuitate ſitam, domos & turres incendens, cuncta ſubuertens, fructus terræ conculcans, & depaſcens, ligna fructifera, & vineas abſcindens. Populus veri Treuericus non exiens ad campale prælium, tranſitus viarum vltrà ponem potenter obſeruabat. Comes autem, quia vlterius procedere non valebat, cum diebus aliquot ſtetiſſet in eodem loco, retroceſſit, & iuxtà villam Mertzelich flumen Moſellæ tranſnauauit, aliquibus de ſuis ſubuerſis ibidem ſiſtens. Demum appropinquans Ciuitati caſtra ſua locauit in campo ſpatioſo iuxtà S. Crucis villam, & ignem in abſciſſiones arborum, & vinearum crudeliter exarſit. Ipſam villam S. Crucis, & omnia torcularia in circuitu, & in ripa Oleuæ iuxta Montem Nouum ſita incendio deuaſtauit. Die autem duodecima aduentus ſui, ſcilicet in die S. Petri ad Vincula, cum vlterius progredi proponeret ad exterminationes innocentum, Dominus, qui cuncta diſponit, Sanctorum conculcationem amplius non ferens, in ſequentis noctis tenebris, dum medium ſilentium tenerent omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet, ſuborta eſt in exercitu Comitis grauis diſſenſio. Omnes repentè ruerunt in arma, & acriter præliantes mutuò ſe occiderunt. Non paucis proſtratis, & vulneratis, territi & ſtupefacti ſtatim mouerunt caſtra: terruerat enim eos Dominus, &c. Deinde vnus quiſque rediit ad propria, mente conſternata.* Eodem ferè ſenſu; ſed breuiùs eandem expeditionem Trithemius memorat in Chron. Hirſaug. ad ſequentem annum. *Eodem quoque anno* (CIↃ. CCC. I.) *in die S. Mariæ Magdalenæ, Henricus Comes Lutzenburgenſis ciuitatem Treuerenſem cum magna pugnatorum turba debellaturus, exercitum retrò Ciuitatem iuxtà Eccleſiam S. Crucis locauit: omniaq; in circuitu villulas, domos, vineas, torcularia, pomeriaq; deſolauit: vlteriùs progreſſurus, niſi omnipotens Deus, meritis Sanctorum ſuorum Treueris quieſcentium, in ipſa nocte vndecima poſteaquam aduenerant, ſpiritum in eos vertiginis miſiſſet,* A *adeò vt ſeſe mutuò peruenientes fugerent, nemine perſequente.* Innuit id ipſum horum veſtigijs inſiſtens breuiſſimè Keriander, Part. XVI. Com. de Orig. & Statu Auguſt. Treuer. pag. 236. *Porrò Ditheri huius tempore, non ſolùm Comes Lutzenburgius infeſto exercitu Auguſtam Treuerorum obſedit, maximiſque damnis monaſteria præſertim, & Sacrificos, & Ordinis cuiuſque deuotos affecit; verùm etiam pacem, nec diu poſt æternum fœdus cum Ciuitate iniit, &c.*

B Cauſſa porrò huius ſiuè belli, ſiuè diſſenſionis inter Henricum Comitem Lucemburgenſem, & Ditherum Archiepiſcopum Treuerenſem ea fuiſſe traditur à ſuprà laudato Scriptore vetere rerum à Bohemundo geſtarum, quòd Comes ædificare cœpiſſet quoddam Caſtrum in quadam Inſula fluminis Moſellæ, iuxtà villam de Machtra, poſitis ibi telonarijs, & prædonibus, qui indifferenter religioſos, & peregrinos, mercatores, ac alios quoſcunque per alueum Moſellæ nauigantes, timore Dei poſtpoſito ſinè miſericordia ſpoliarent. Hæc enim totidem ferè verbis laudatus rerum à Bohemundo geſtarum Scriptor. Verè ne omnia? Ambigo. Nam, qui raptores & graſſatores ſummè oderit, vt oſtenſum ſuprà, adeò patentem ijſdem aditum aperuiſſe, quis credat, niſi Comitibus Lucemburgenſibus infeſtus, & iniquus Henrico? Chronica ſanè Vuormatenſia, quæ citat, qui Paralipomena adiecit Chronico Vrſpergenſis, in hoc ipſo Henrico longè honorificentiùs de illo ſenſit, nec diſſenſit à Noſtro. Habent illa ſcilicet: *quòd in eo via Iuſtitiæ, & trames æquitatis, paſſus ſuos pauerit. Nam per Comitatum Lucelburgenſium rectoribus, mercibus, & alijs peregrinantibus maior fiet ſecuritas, quàm ſit in aliquibus Eccleſiarum immunitas.* Quæ planè reſpondent illis Albertini noſtri, *Iuſtitiam tanta coluit obſeruantia*, &c. Sed hæc aliis relinquo integra. Verior omnino Noſter (vt vt ea ſe ſe res habuerit, & accuratior Caluiſio, dùm bellum Archiepiſcopo Treuerenſi ab Henrico Com. Lucemburgenſi, qui poſteà ſeptimus eius nominis Imperator extitit, non autem ab illius Patre, illatum literis conſignauit. Verior pariter, & accuratior Ioannes Bertelius Epternacenſis Monaſterij Abbas in Hiſtoria Luxemburgenſi, quæ nunc mihi tandem ad manus, curante Magno illo Præſide Literatorum à me ſæpè; ſed nunquàm pro meritis, & virtute laudato ſatis DOMINICO MOLINO. Nullus enim tibi Bellum illud, eiuſque cauſſam, & euentus omnes ad Critolai libellã æquè deſcripſerit, dignus vt omnino ſit, qui audiatur in tam alto aliorum ea de re ſilentio, & obſcuritate tanta. Ad hunc igitur ille modum rem omnem oculis repræſentat.

Henricus natu maximus proximè ſuperiorum (Walrami, & Balduini) *frater, cum in adoleſcentiæ annis aliquos feciſſet progreſſus, & ætatis ſuæ annum circiter decimum octauum ageret, robuſto erat corpore, & animo virili, adeò vt vicinis quibuſque terrori foret, & horrori. Subijt autem eius mentem, Caſtrum quoddam, quantitate quidem exiguum; at fortitudine præſtans ſuis, in quadam Moſellæ inſula, non procul à* Machten, *ædificare, vnde à tranſeuntibus iſthac naucleris, & mercatoribus telonium exigere; imò & extorquere valeret. Quæ cùm Treuerenſes non parum indignari, quòd inde ſibi haud parum incommodari exiſtimarent, opus eiuſmodi diabolicum appellantes, illud omnino demoliendum ſibi conſtituerunt, eamq; ob cauſſam magno numero conglomerati ad locum acceſſerunt, & manum inferentes violentam, Caſtrum recens excitatum demoliti ſunt, ſoloq; adæquarunt. Offendit iſtud Treuerenſium facinus mentem Henrici Comitis animum, qui eius vltiſcendi gratia, collecta militum multitudine ingenti, in D. Mariæ Magdalenæ feſto, primùm vallem Treuerenſem ingreſſus ſpe lætabatur, vt in breui vrbem ipſam vi, terrore, dolo, aut proditione in ſuam ſubigeret poteſtatem. Caſtra verò circà vallem, quæ adhuc hodiè* Virium *nuncupatur, fixit, & domos, turreſque Ciuitati viciniores igne ſuo*

cendit, nullo demùm rei, ac ne quidem ipsis fructuosis ar-
boribus, & terrę frugibus parcens, omnia circumquaq; vastabat, perdebatq; Treuirenses tum magnis angustijs
perculsi, nec non de suis ad propellendum hostem viribus
dessisti, saltem eum, ne ponti proximior, & vrbi fieret
infestior, compita viarum diligenter custodiri fecerunt.
Vnde Comes Henricus propius accedere prohibitus, re-
tro ad partes Treuerensium alias depascendas se se con-
uertit, & iuxta villam Metkelich, *quæ vulgò* Mettet, *&*
olim Latinè Merchodichta *dicebatur, Mosellæ tru-*
ncato, cum suorum etiam aliquo dispendio, qui fluctibus
eius fluminis obruti perierunt, Villam Contz *nomine*
petijt, & quibus potuit modis cuncta per gyrum igne, &
ferro deuastauit, Vrbi demùm appropinquans castrum in
Campo spacioso circa S. Crucis villam constituit, exer-
cens interea militum suorum manu arborum, vinearum,
& aliarum frugum vastationem inexplicabilem: Ipsam
etiam villam (Ecclesia ipsa ob religionem seruata) &
tercularia quamplurima circumposita, & in Oliuæ ripa
reperta, iuxtaquè nouum montem sita incendit, subuer-
tit, destruxit.

Dum iam duodecimum diem ea in grassatione attigisset Henricus Luxemburgensis Comes, Deus malis tan-
tis finem impositurus, ne terra illa Sanctorum corpori-
bus, & sanguine tincta & sacrata in exterminium da-
retur, permisit in ipso noctis medio, dum in Castris sum-
mum esset silentium, magnum exorgere tumultum, dis-
sentientibus nimirum inter se Luxemburgensibus militi-
bus, & manus se armorum compressionibus interimenti-
bus. Quæ res adeò Henrici Comitis animum perculit,
vt citrà moram dimissis, quos offendere missus fuerat,
Treuerensibus, solutoquè exercitu ad propria remeare
disponeret; Treuerenses tamen, non sibi ideò tutum fu-
turo tempore confidentes, quosdam ad Luxemburgen-
sem componendæ pacis gratia destinarunt.

SOLVS] Sinè auxilijs Principum, & Amicorum, de quibus statim.

COLLATIS VNDIQVE PRINCIPVM AMICITIARVMQVE PRIVATARVM SVBSIDIIS] Quæ tùm parandæ, tùm firmandæ potentiæ ratio firmissima perhibetur. Nihil enim est tàm validum, aut potens, quod amicorum copias simul iunctas, opes copulatas, sociatas manus vincere, aut dissoluere possit. Quare cum Romanis rerum olim Dominis, vicinorum societatem suadeo Principi, & cum Athenensium Oratore Principe Orat. III. in Philip. Πίλλοις ἐγὼ μέγιστον ἡγοῦμαι, συμμάχους, πίστιν ὑποκεῖσθαι: *Vrbis opes esse existimo, socios, fidem, beneuolentiam: Nam glomerare manum bello, & concurrere in arcem*
Cum sociis ardent animi; furor, iraquè mentem
Præcipitant,

Magno Vate teste magni Operis secundo. Adi, qui me isthic audis, Scriptores Politicæ facultatis, & hos inter Ioannem à Choxier Lib. II. Thesauri Polit. Aphorismorum, Cap. XI. quo toto doctè aperit Moderatori rerum cùm necessitatem, tùm modum percutiendorum fœderum cum vicinis Principibus ad stabiliendas, & amplificandas opes imperij parti. Eo sanè Capite nobis ad hęc affulsit delibatus ille doctrinæ radius è Lipsiano Sole.

TREVIR] Quæ alijs *Treuerorum Ciuitas, Treueri, Treueris, seu Augusta Treuerorum dicta*: sed *Treuir* initio vocari meruit, quasi *Trebir*, siuè *Treber*, à TREBETA Nini filio (malè suo in Lexico Geographico Philippus Ferrarius Regius olim Mathematum interpres in Academia Ticinensi *fratre*) quem habuit conditorem. Clarè Marianus Scotus, qui deligentissima Chronica reliquit, Lib. I. Aetat. III. Cap. XVI. anno Abrahæ 16. *Trebeta filius Nini à Semiramide expulsus de Regno, Treuerim vrbem condidit in Gallia, annè Romam conditam annis* 1250. Scoto quoquè clariùs, & vberiùs Nauclerus Gen. XX. vol. I. *Semiramis, cum haberet primigenium Trebetam dictum, suspicione affectandi regnum ducta, insidias illi parare cœpit. Qui classe facta è regno fugit, ex Asiaquè in*

Europam profectus, idest per mare in Rhenum, ac in-
de per Mosellam fluuium, in valle pulcherrima Gallię
consedit, ibiquè florentissimam vrbem, totius Galliæ ca-
put, fundauit, ac Treuerim, quasi Treberim, ex suo no-
mine appellauit. Testatur id etiam monumentum vetus in eadem Vrbe repertum ætate Frisingęnsis Episcopi, qui Lib. I. Chronici Cap. VIII. Trebetę historiam perinde, atquè Nauclerus refert. Eius verò monumenti versus erant huiusmodi.

Nini Semiramis, quæ tanto coniuge felix
Plurima possedit; sed plura prioribus addit,
Non contenta suis, nec totis finibus orbis,
Expulit à patrio primigenum Trebeta regno,
Insignem profugus qui nostram condidit vrbem
Treueris, &c.

Laudat idem monumentum Conradus Vrspergensis Abbas initio sui Chronici, & in narratione rei ità conuenit cum Nauclero, vt æquè lac lacti simile non existat. Inquit enim. *Hæc* (Semiramis vxor Nini) *primigenum suum Trebetam regno expulit, qui per mare, & Rhenum, & Mosellam classe vectus, Treuerim primus construxit, & eam ex nomine suo, vt aiunt Treuerenses, appellauit.* Facilis quippe transitus à B, in V. vt pro *Treber* effertetur *Treuer*, aut *Treuir*, quo postremo vsus præter Nostrum Lucanus Lib. I. Phars. *Tu quoquè lætatus conuerti prælia Treuir.* Et Auctor Versiculi perantiqui, quem affert doctissimus Brouuerus in Notis ad Lib. III. V. IX. Venantij Fortunati.

Accipe primatum post Alpes Treuir vbiquè

Ad hæc Sigebertus A. C. 413. Trebetum Nini filium à facie nouercę suę Semiramidis profugum condidisse olim, atquè à se nominasse Treuerim perhibet. Quem, sicut & alios suprà recensitos omnes, secutus Aeneas Syluius in Germania sua Cap. II. cuius est titulus, *de Treueri Metropolitana sede*: *Auctorem eius*, inquit, *asserunt Trebetam Nini, & Semiramidis filium &c.* Senserunt id ipsum Ioannes Enen Germanico Libello ad Archiepiscopum Richardum, Franciscus Irenicus in Exegesi Germaniæ Lib. XII. Andreas Althamerus in Germania Taciti: & Albertus Crantzius Ecclesiasticæ Historiæ Lib. V. Cap. V. Sebastianus quoquè Munsterus in descriptione Germaniæ, Treuerim vetustissimam vrbem, Abrahę temporibus Trebetis primo conditam multos asserere testatur à Trebeta Nini Babylonici Regis F. idemq; pluribus reperit Lib. II. Cosmographiæ. Præter hos Gotfridus Viterbiensis, olim sub Henrico V. Imp. præfectus Sacrorum, & Augustalium scrimiorum, carmen ea ipsa de re tale condidit, quod extat Parri illius Chronici tertiæ consignatum, subiecto Trebetę, quòd superiùs productum est, monumento ex Chronico Pontificis Frisingensis.

Filius est Trebeta de Nini semine Regis,
Cedere quem regno Regina nouerca coegit:
Vt pater elegit regna nouerca regit.
Pulsus ab hinc Trebeta subijt Germanica regna,
Fundat ibi Treuerim fluuio præsente Mosella:
Post eadem Treueris Belgica Roma fuit.

Addo ex Keriandro in Præfatione Com. de Orig. & Statu August. Treuer. pag. 16. Gulielmum Eisengrinium prodidisse literis, vidisse se Treueris antiquos versus de subactis quinq; Rheni vrbibus iuxtà Treuerorum Augustę effigiem cum inscriptione hac, ALTERA ROMA, nominibusq; Rhenensium Ciuitatum, atquè etiam alijs vetibus Trebetam Nini F. conditorem Treuerorum testantibus. Quæ cuncta pro veris habenda existimat Ioannes Enen. Quamobrem mitto H. Murium asserentem Lib. I. de Germania, Treuerim, & Coloniam Agrippinam dici vetustissimas Imperij Ciuitates à Trebeta antè Christum natum Abrahami temporibus ædificatas, aliosquè sexcentos. Satis enim, quod volui, probatum iui.

Volui verò id pluribus, non tàm, vt Etymon inquirerem

quirerem huius Vrbis, quàm vt, noſtra qui legeret, miraretur, Io. Auentinũ, ſcriptorũ recẽtiorum omnium ſinè controuerſia politiſſimum, & inſignem, tranſmiſiſſe poſteris Lib. I. Annal. Boiorum, *Treuer condidiſſe Treueros vrbem, ac gentem in Gallia Belgica ad Moſellę ripam*. Quem idcircò ſolidè Keriander rationes non ſolidas ſecutũ prodit, Parte I. Com. de Orig. & Statu Auguſt. Treuer. pag. 25. quam, cum lubet, inſpiciat curioſus Lector. Nos enim ad alia hinc vocamur.

CIVITATVM ALEMANNIÆ.] Aliàs GALLIÆ BELGICÆ. Ait enim Marianus Scotus, eam à *Trebeta conditam in Gallia*; Nauclerus *in valle Gallia*; Auentinus *in Gallia Belgica ad Moſellę ripam*. Ea re Frinſingenſis, Treuerim *Galliarum nobiliſſimam* dixit Lib. VI. Chron. Cap. VIII. Eandemque Ammianus Marcellinus, qui Galliarum ſtatum probè deſcripſit, *in prima Belgica* collocauit Lib. XV. Sic in Prouinciarum libro Itinerario (quod Antonini vocant) adiecto, Galliarum Prouinciæ XVI. recenſentur, & in ijs Belgica prima, cuius IV. Ciuitates, ſcilicet Metropolis ciuitas *Treuerorum*; ciuitas Mediomatricorum, ideſt *Metis*; ciuitas Leucorum, ideſt *Tullum*; & ciuitas *Verodunenſium*. Illud quoquè inter res ſtupendas narrant, qui de illis ſcribere ſtuduerunt, Galbam viatorem Lucinio Sophiſtæ reſtituiſſe, Treueris *Gallię nobili ciuitate*, viſam ſibi ferream effigiem Mercurij volantis magni ponderis, in aere pendentis magnetis vi ſuprà in fornice Templi, atque infrà in pauimento ferrum medium æquabiliter trahere, vnde verſus ille fluxerit,

Ferreus in vacuis pendet Caducifer auris.

Idcircò de Treueri ſic locutus Saluianus Maſſilienſis Lib. VII. de Prouid. Dei. *Denique expugnata eſt, quater Vrbs Gallorum Treueris opulentiſſima*: Et alibi. *Exciſa ter continuatis euerſionibus ſumma Vrbe Gallorum, cum omnis ciuitas buſtum eſſet, &c.* Nec aliter Pomponius Mela, quẽ Vadianus ſub Claudio Imp. vixiſſe conijcit, Lib. III. Cap. II. *Aquitanorum clariſſimi ſunt Auſci, Celtarum Hedui, Belgarum Treueri*. Seiunxit etiam Treuerim à Germania Hirtius, cùm ſcripſit Lib. VIII. *Treuerorum Ciuitas propter Germaniæ vicinitatem quotidianis exercita bellis, cultu, & feritate non multum à Germanis differebat*: Secus enim eſſet, Germanorum vicinitas, & eiuſdem originis, atq; ſanguinis affectatio non bella quotidiana cum propinquis, non differentiam cultus; ſed quietem, ſed eandem feritatem, eoſdem mores efficiſſet. Quamobrem rectè doctiſſimus Rodulphus Agricola in Rebus geſtis Burgundiæ Regis. *Treueri rerum geſtarum magnitudine, & vetuſtate Vrbs præclara, Gallica gens, nunc Germanica*. Ritèq; multiugæ lectionis Barthius Lib. XIII. Aduerſ. Cap. III. ad illud Auſonij carmen,

Dignata imperio debent cui mœnia Belgæ,
Auguſta Treuirorum caput tum eius ora Belgicæ, vt nunc quoquè; quamuis Belgicæ non adſcribatur iam.

Abit ab his tamen, vt video, Gotfridus Viterbienſis, qui ait Trebetam ſubijſſe regna Germanica, & ibi Treuerim condidiſſe, poſt eandem Vrbem Romam Belgicam fuiſſe. Auentinus etiam narrat ex Tacito, Treueros in affectatione Germanicę originis ambitioſos eſſe, & ipſos Gallos Iulio Cæſari retuliſſe, Belgas à Germanis ortos. Quin famam conſtantiſſimam hucuſquè manaſſe, Treueros primos Germanos eſſe trans Rhenum, qui etiam nunc lingua, moribus, imperio Germani ſint. Sed Taciti locus ſuſpectus eſt, Cæſaris auctoritas nihil neceſſarium probat, fama multò minus, vti pluribus adſtruit Keriander, Parte I. Commentarij de Orig. & Statu Aug. Treuer. pag. 23.

Gallica gens igitur initio Treueri, mox Germanica, non è contrà. Clarum hoc ex dictis: ſed incertum illud, ac dubium, quandonam gens illa Germanica cœperit appellari. Conſtat enim circà tempora Valentiniani Senioris, qui A.C. CCC. LXIV. imperare cœpit, Alemannos maximis copijs irrupiſſe in Gallias, deinde anno CCCC. III. ſub Honorio Imp. cum Vandalis & Alanis, ſeù Vandalis Sueuis, Rege Carolo, apud Maguntiacum Rhenum tranſgreſſos, per Gallias inſigni ſtrage vagatos eſſe Arelatum vſquè; ſicuti Sigebertus ad an. CCCC. XI. & omne propè Scriptorum reliquorum vulgus apertè docet: perq; ea tempora Treuerim captam, direptam, deformatam fuiſſe, quod itidem plurimi Auctores tradunt: & additur in Geſt. Treuer. Lib. II. Cap. XII. Ciuium partem in Vrbis amphitheatro, quod munitum inſederant, tùm hoſtilem impetum euaſiſſe. Poſt hæc Sigebertus ad an. CCCC. XIII. *Franci*, inquit, *ſæpè Gallias inceſſere, diripiunt primò, & ſecunda irruptione incendunt vrbem Treuerim, quam condidit Trebeti filius Nim.* A quo fortè non diſcrepat, quod ex D. Hieronymo Auentinus refert Lib. II. Annal. Boior. *Hac ætate, Francis in Galliam irruentibus, Auguſtam Treuerorum cum alijs Vrbibus Gallia in Germaniam tranſlatam: Franci enim prædas ingentes per Gallias egerant.* Verùm enim verò ſuſpicari licet; imò par eſt etiam credere, antè Valentinianum maiorem, Magnentio in Gallijs imperium occupante, Treuerim calamitatem aliquam perpeſſam eſſe, cum Marcellinus Lib. XV. ſcribat, Treueros Ciuitatem clauſiſſe Decentio Cæſari, tumq; Pomęnium quendam electum ad defendendam plebem, eamq; rem ſe in prioribus, qui non extant, libris poſteris tranſmiſiſſe. Illud etiam ab Auentino Annal. Boior. Lib. II. proditum accepimus, imperante Gallieno, Germanos, qui vocabãtur Alemani, Gallias omnes peruagatos eſſe, vnaq; Treuerorum Auguſtam vaſtatam, quòd ità teſtatũ reliquit Einſegrinius Spirenſi Chronico. *Treuerorum prępotens Ciuitas ab Alemanis ſolo æquata.*

Alij tandem Lucij Senatoris, & Patritij Treuerenſis opera, cuius vxorem Pręſes Romanus Auitus ſtupraſſet, Auguſtam Treuerorum Francis ceſſiſſe aſſerunt, anno Chriſti CCCC. LXXVI. cum ipſe profectus ad Francones in Germaniam magnam, eos aduerſus Romanos acerrimè concitaſſet; anno ſcilicet 527. poſtquàm primò per T. Labienum deuenerat ad Romanos. Firmantur hęc poſtrema validiſſimo calculo Leupoldi de Bebenburg Cap. I. Tractatus de Iur. Regni, & Imp. Rom. *Poſt hæc Franci è Thuringia Rhenum tranſgreſſi, Romanos, qui eo tempore in Gallia per ſuos magiſtratus vſque ad Ligerim fluuium imperitabant, bello agreſſi, partim ipſos occiderunt, partim etiam fugauerunt: ſicque illarem ſibi à Romanis inuriam acriter vindicabant. Poſtea captis vrbibus Tornaco & Camerico atque paulatim progreſſi, & regreſſi, Remos, Sueſſionam, Aurelianum, & Coloniam (quæ tunc dicebatur Agrippina.) & Treuerim, ac poſtremo totam Galliam, & Germaniam ab Aquitania vſque in Bauariam ſibi vindicant, atque ſubijciunt. Et hi, qui Teutonicis commiſti ſunt, proprio vocabulo* FRANCI: *qui verò per connubia à Gallis ſunt progeniti, proprio vocabulo* FRANCIGENÆ *ſunt appellati.* Ad quæ Vir Cl. & eruditiſſimus Freherus: *Barbarorum irruptionibus, & Francorum in primis armis, vrgente Romanos totius orbis prædones iuſto Dei iudicio, Galliæ omnes occupatę fuerunt: & in his Treueris, ob Auiti illius libidinem in conſidarem fœminam commiſſam, primùm prodita, & ſpoliata (Beda, Aimoino, Thoromacho, aliiſquè authoribus) deinde eò ſæuitũ, & incenſa fuit.* Sed nemo tibi Trithemio meliùs progreſſus Francorum in vtramquè partem Rheni, Gallicam, Germanicamquè deſcripſerit per ſeriem ipſam temporum in Annalibus Francorum, quos cunctis obuios non exſcribo.

Hinc planè factum, vt Treueris inter Alemaniæ Ciuitates cęperit recenſeri, & à Scriptoribus, qui ad ea tempora reſpexerint, Aenea Syluio, Sebaſt. Munſtero, And. Althamero, alijſquè multis in deſcriptione Germaniæ collocari.

CIS RHENVM] Nobis Italis, qualis Mussatus erat. nam Gallis *trans Rhenum* est: obidq; Germani Cæsares Gallicis Scriptoribus *Principes trans-Rhenenses* dicti, in quibus Frodoardus, qui sub annis 920. 922. 928. Henricum primum de natione Saxonum, anno Domini D. CCCC. XIX. electum in Regem, æquè *Principem trans-Rhenensem*, ac *Germanicum Principem* vocat. Quomodo priùs Ludouicum Pij F. Regem Germaniæ Hincmarus in Epistolis *trans-Rhenensem* dixerat apud Papir. Masson. in Annal. pag. 164. & Arnulphum Imp. Fulco ibidem. pagg. 172. & 179. Faciunt huc etiam Dionis illa. *Eodem tempore Germani, qui trans Rhenum incolunt, venere vsquè in Italiam, attulerequè Romanis maxima, & grauissima incommoda, quibus Marcus occurrit, &c.* Iul. Cęsar Treueros nequè *trans*, neq; *citra Rhenum* statuit; sed Rhenum scribit attingere, quod & Keriander fecit Part. II. Com. de Orig. & Statu August. Treuer. initio. *Treuerorum ciuitas Rhenum tangens, longè plurimum totius Galliæ valebat equitatu, magnasque habebat copias peditum, &c.* Ausonius in Clatis Vrbibus.

Treueri, què Vrbs solium, qua proxima Rheno.

Pertinet huc ipsum *Alemanniæ* nomen, quod à vicino Rheno, qui *Lemannus* antiquis erat, deductum ferunt Gottefrido Viterbiensi teste Parte IX. Chronici,

Rhenus ab antiquis describitur esse Lemannus,
Indeque nonnulli dictos referunt Alemannos.

Nam quod Otho Frisingensis Lib. I. de Gest. Frid. I. Cæsaris Cap. VIII. *Alemannos* à *Lemanno* fluuio, quem cum esse dicit, qui ex lacu Tigurino egressus in Rhenum exoneratur, *Limagum* nunc potius vocant, haud omnino peritis rerum Alemaniæ Scriptoribus placet. Vide sis ea de re Franciscì Guillimanni Lib. II. de rebus Heluetiorum. Nam ego manum hic de tabula non Alemannus.

NON MEDIOCREM] Illustrabunt hanc partem ij, qui tùm Vrbis, tùm Regionis Treuerensis ambitum vberiùs expressere. Ausonius de Vrbe.

Lata per extentum procurrunt mœnia collem,

Cui visus est hærere Venantius Fortunatus Lib. X. Versu IX.

Perducor, Treuirum qua mœnia celsa patescunt.

Ad quæ doctissimus Brouuerus. *Aptissime vtitur voce* Patescit, *nam prona Mosella labentibus ex Mediomatricum, & Lucelburgiorum regione, post anfractuosos suos gyros aperit se vallis, in qua Treuiris olim mœnium amplitudine emicuit.* De eadem, atquè adeò de Regione tota regiè, egregiéq; H. Nuenarius in Commentario de Gallia Belgica. *Debinc Treuiri superiorem claudunt Belgicam vsque ad Nauam, vel Obrinchum. Neque verò dubium est, tàm amplam fuisse aliquando Treuirorum ditionem, vt trans Nauam flumen ad ipsos vsquè Vbiorum agros excurrerit.* Et infrà. *Iam Treuiri succedunt, quos C. Cæsar, atquè Cor. Tacitus tradiderunt reliquos fere Galliarum populos imperij amplitudine, atque potentia superasse. Hi itaque trans Nauam flumen, quidquid circa Moguntiacum, & ad Nemetes vsque terrarū fuerat, occupabant. Quare Boncoina, siue (vt quidam Codices habent) Bonconia, & Moguntiacum mihi videntur, antè Cęsaris in Germanias aduentum, sub Treuerorum imperio extitisse. Bonconia autem fuit procul dubio, vbi nunc Oppenheim est. Quamuis autem nominum nulla penitus congruentia sit, tamen Itineraria supputant vndecim miliaria Italica, quæ tria fere constituunt nostra, hoc est, Germanica. De Mediterraneis Treuirorum oppidis, atque ipsa metropoli, quæ postea Augusta Treuirorum à Romanis dicta legitur, supernacaneum fuerit hic tractare, cum eam rem, post Ausonium Burdegalensem, multi etiam alij viri doctissimi, abundè persecuti sint. Hoc solum dicemus, Treuiros ab Oriente Nemetibus, à meridie, & occidente Mediomatricibus, à Septentrione autem Menapijs esse contiguos. Secundum autem flumen Rhenum ad ipsos Vbios vsquè omnia sub Treuirorum ditione fuerunt. Quare a Moguntiaco ad Agrippinam versus descendendo vsquè ad Bonam Treuiri consedisse constanter asserere.* De Treueri hactenus Nuenarius, cuius sententiæ suffragatur apertissimè Keriander. Ait enim primò in Præfatione Comment. de Orig. & Statu August. Treuer. haud absimile vero, & à multis proditum, Treuerorum imperium iuxtà Rhenum longissimè quondam patuisse, regionemquè, quàm posteriore demùm seculo possidere cœperunt Vbij, postremùm Agrippina Colonia facti, prisco æuo in ditione, finibusquè Treuerorum fuisse comprehensam. Quibus addit in Commentario ipso Part. I. ad finem. Quamquam monumenta Iul. Cæsaris, Tacitiq; & Ausonij, & Ammiani Marcellini, & Sebastiani Munsteri, ac aliorum id abundè præsent, constetq; Treuerim nobilem, & frequentē omni ferè memoria Ciuitatem, Imperatorū quoquè, ac Cęsarum Rom. olim sedem, domicilium què, & eorum triumphis illustratam fuisse, documentum tamen haud vulgaris opportunitatis insigne esse, quod nulla quauis Germaniæ parte plura spatio non ampliore monasteria, vel ædes sacræ extare credantur, atquè Treueris, quas enumerat ex Schreckmanno pag. 28. nullibi plura Mystarum, Monachorum, ac Virginum cōtubernia, & fana vno propemodùm cumulo se se, veluti vna nidulatione, contingentia, ex quibus, quæ fuerit eius loci conditio, vbi Augusta Treuerorum à Trebeta condita, haud difficulter æstimari possit.

Post Trebetam conditorem Vrbis, maiora quoq; Treuerim in dies tùm loci, tùm rei, tùm populi incrementa sumpsisse tradunt venerandę antiquitatis, & auctoritatis Viri, ac Vrbes Rheni quinquè ad eius dominatum pertinuisse testabantur hi versus in summo Ciuitatis templo vetustissimo peristomati inscripti,

Treueris Vrbs, multis bello quid compta triumphis,
Cum populis fortes quanque subegerat vrbes,
A quibus immensum consuesat tollere censum,
Quo locupletari cœpit, & dominari.

Ad hæc Gallici Chronographi, Dionysius Strator, Iacobus de Guisa, Lucius Tungrensis, alijq; pluribus commemorant, quàm latis olim finibus Treueri potiti sint, quantæq; fuerint eorum opes, ac vires, aliaquè permulta, quæ longùm esset omnia recensere, nec instituti nostri.

Pertinent istuc tamen Vrbis eiusdem Elogia, quæ vel ex amplitudine, vel ex nobilitate, vel ex virtute illius ducta leguntur passim. Tradit enim Egidius Corrozeus Annal. Francicorum scriptor, *non solium Galliæ Belgicę; sed etiam totius Europę primam Vrbem, & caput Treuerim fuisse. Nobilissimam* vocauit eandem Otho Frisingensis Pont. Lib. VI. Chron. Cap. VIII. & Iac. Wimphelegius in Epitoma Rerum Germanicarum Cap. LXX. *Florentissimum totius Galliæ caput* Nauclerus Gen. XX. Vol. I. *Domicilium Principum clarum* Ammian. Marcellinus Lib. XV. & ex eo Auentinus in Annal. Boiorum. *Nobilem, & aque Nobilium caput* Venantius Fortunatus Lib. X. V. IX. *Metropolim Belgicæ* Itinerarium, Antonini quod vocāt: *Insignem* Epitaphium Trebetæ: *Summam, excellentissimam, opulentissimam Gallorum vrbem: præcipuam inter Gallorum Vrbes; quaque & pretium, & nobilitatem pro tempore retinuerit, atque a cladibus demum surrexerit* Saluianus Lib. VI. de Prouid. Dei. *Belgarum clarissimam, & opulentissimam* Pomponius Mela Lib. III. Cap. II. *Rerum gestarum magnitudine, & vetustate præclaram* Rodulphus Agricola de rebus Gest. Burgundiæ Regis: *Armipotentem* Ausonius in de Cl. Vrbibus; imò *Regiam Vrbem*, vbi *Soly Treuirici* meminit, & clariùs, cùm in eodem Epigrammate subiecit, illam alere Imperij vires,

Imperij vires quod alit, quod vestit, & arma,

Quibus Imperium Romanum etiam designari possit,

ſit, obſeruatore Cl. Barthio in ſuprà laudato Aduer. Libro: *Prepotentem* Guielmus Einſegrinius Chronico Spirenſi: *Nobilem, & frequentem omni ferè memoria; Imperatorum, & Cæſarum olim Rom. ſedem, & eorundem triumphis illuſtrem* Keriander: *Secundam* Romani *Romam* propter antiquam eius nobilitatẽ, & Ciuium ſibi parem quodammodo dignitatem, vt aſſerit Boemundi x c. Treuirorum Pontificis rerum geſtarum Scriptor antiquus, diligens, eruditus: *Romam Belgicam* Gotfridus Viterbienſis, *Romã demũ alteram* Inſcriptio laudata ſuprà ea in periſtromatis antiqui parte, in quà Auguſtæ Treuerorum effigies cernebatur. Romani ſiquidem, cum totum penè terrarum Orbem armis, & potentia domuiſſent, fœdus, & amicitiam cum Treuetis iniere: actum Treueti ab illis accepere leges, quibus vſi feruntur poſteà, illud eodem ex fœdere conſecuti, vt, honoris ergò, inſignis olim apud ſe cognoſcendarum cauſſarum Populi Romani Curia eſſet, *Treuerorum Curia* nominata, cuius in Floriano meminit Vopiſcus. At in antiquitatem huiuſcemodi pluribus inquirere non neceſſe, quod ſine ſenſu doloris aliquo facere non valemus. Quò nempè antiqua illa recidit Treuetis amplitudo *quadruplici*, vt ait Saluianus, *euerſione proſtrata*, Hunnica, Wandalica, Gothica, Francicis repetitis? iurè vt à Venantio, vel ævo ſuo, nõ Mœnium, Baſilicarum, Theatrorum, Circorumque tenus; ſed ruinarum potens fuerit appellata. Oſtentata nempè, raptaq; fetè momento illa amplitudo fuit, ceù in theatro peracta fabula, vt nuſquàm nunc minùs poſſit ampliſſima illa Treuiris, quàm in ipſa Treuiri inueniri.

ET AD EXHIBENDORVM EXENNIORVM ANTIQVVM FOEDVS OBSTRINXIT] Ea quoquè laus inter Elogia Strenuiſſimorum Principum recenſita. Wilhelmus Heda Prepoſitus Arnhemenſis in Ioanne III. Vltraiectinæ Eccleſiæ Epiſcopo XLV. de Wilhelmo Comite Hollandiæ. *Wilhelmus Comes ſtatuit recuperare Friſiam, quæ ad Lanicam fluuium ſita eſt, quam terra, ac mari infeſtabat: & ad tributa, & ſolita pacta ſeruanda compulit.* Guntherus Lib. VI. Ligurini de Federico I. Imp. cognomine *Aenobarbo*, mettis illis, in quibus de Polonis Cæſari rebellibus ſermo:

Aſt vbi felici Federicus regia geſſit
Scepra manu, patriuquè loco ſuſcepit agendum
Quidquid inexpletum, dubiumue reliquerat ille:
Sæpius ammonuit, nec tunc quoquè rapta iubentem
Reddere germano, timuerunt ſpernere regem.
Nec iurare fidem, nec priſco more tributa
Annua, quingentas curabant pendere marcas:

Et paullò poſt de hoſte iam coacto ad ſoluenda tributa, quæ pendere recuſarat,

Sæpius accitos affatu ſupplice cœpit
Compellare patres, & deditionis apertæ
Principis arbitrio legem, veniamquè peciſci.
Quam miſer hoc pacto tandem tulit, vt duo Regi
Millia marcarum, bis centum vero miniſtris
Penderet argenti, marcas bis mille probati,
Mille alias Proceres ſtudiorum premia ferrent,
Bis centum ſacræ darent Officialibus aulæ, &c.

Pantaleo Candidus de FERDINANDO III. Caſtellæ Rege,

Sed Betica regna
Annua riuè ſibi ſoluiſſe tributa coegit,
Materiam linquens venturis illa triumphis,
En decus, & veræ magnum virtutis honorem.

Ioannes deniquè Sommerus Pirnẽſis de SIGISMVNDO, Caroli IV. nepotis Henrici VII. Cæſaris, filio;

Victa pij Regis ſenſit Moldoaria vires,
Annuaq; inſolito more tributa dedit.

ANTIQVVM FOEDVS OBSTRINXIT.] Nulla re validiùs id firmaro, quàm ſi produxero ipſiusmet fœderis Documentum, quod idiomate Gallico perſcriptum Keriander vidit, & hiſce verbis Latio commune fecit Part. XVII. Com. de Orig. & Statu Auguſt. Treuer. pag. 236.

HENRICVS COMES *Luzenburgi & Rupis, Marchio Arluni, & Magiſter Scabinorum; Scabini, Conſules, Senatus, totuſque populus Auguſtæ Treuerorum fœdus pepegere hiſce legibus. Comes factus eſt Ciuis vrbis Treuerenſis, eiq, ac populo eius fidelitatem atque beneuolentiam addixit, vti ciuem decet. Ipſos ciues Treuerenſes, & quidquid ad eam Ciuitatem pertineat; vitam eorum, ac fortunas in ſuam fidem, atque tutelam ſuſcepit, ſine periculo fluminibus, terraquè tota in ipſius ditione commeaturos, qui mercimonia, facultatesq; ſuas in vrbem Treuerim, & ex ea ſecurè ſub illius protectione, præter vllum impedimentum eius, ſubditorumue ſuorum ducere queant: nec onera inde noua exigere fas ſit. Quod ſi externus ipſos Ciues damno, iniuriaue quauis afficiat, opem eis ſuam, & defenſionem Comes bona fide haud aliter, ac ſuis ciuibus Luzenburgicis præbere teneatur, nec indicta faida, ſeu abſque bello manifeſto. Si quid eius ſubditi per vim, vel iniuriam aduerſus Treuerenſes committant, ipſe præſtabit, & quo reſtituat efficiet. Neminem intra ſuæ ditionis fines feret, admittetue, qui Treuerenſes infeſtare, belloque petere cogitet. Nomina vero, cæteraque controuerſia ſubditorum eius cum Treuerenſibus, vti expediantur finiantursuè, bona fide operam dabit: cæterum, quæ deinceps crederentur, ad eorum iuſtam ſolutionem ſuos adiget. Vbi populus Treuerenſis ad cuſtodiam, & defenſionem Ciuitatis præſidio indigeat, Comes quinquaginta cataphractos ſumptu Ciuitatis exinde, cum in eam aduenerint, mittet aduerſus quemuis, præter Regem Germaniæ, Pontificemque Treuerenſem. Quod ſi is Pontifex bellum cum ipſo Comite haberet, Treueri vti intra ſuam bannicam leucam, ſeu territorij ſui fines Pontifici opem ferent, & ſi Pontifex aduerſus populum Treuerenſem bellum gereret, tum Comes, vt Pontifici intrà Ciuitatis territorium auxilio 40. cataphractorum adeſſe queat, excepto eſt huic fœderi fraudi non fore, quandiu iſte Pontifex, qui tum erat, Treuerorum Archiepiſcopatum obtineret. Porrò fas haud futurum Comitem, aduerſus Populum Treuerenſem, vel Treuerenſes aduerſus Comitem Pontifici opem præbere extra vrbis ipſius bannicum miliare, ſeu territorium. Si opus ſit, ipſe Comes petentibus Ciuibus Treuerim venire, vel Conſiliarios ſuos mittere debeat Ciuitatis ſumptu, tamdiu per dum in ea negotiorum eius cauſſa degant. Pacem etiam inter Comitem, & Ciuitatem initam ità, vti tabulis conſcriptæ eſſet, ratam fore cautum eſt. Decedente Comite fœdus iſtud, & ius Ciuitatis Treuerenſis hæredes eius Luzenburgi Comites intra proximum annum ineant, niſi minores ætate ſint: atque interim vicibus eorum tutores fungantur. Quod niſi fiat, nec populum Treuerenſem hiſce conuentis teneri placuit. Magiſter Scabinorum, Scabini, Conſules, Senatus, Populuſque Treuerenſis eam ob cauſſam, gratiamque Comitis, quòd Ciuis factus eſſet, fœderiſque ſupra comprehenſas leges ſeruare recepiſſet, domum illi in Auguſta Treuerorum, quæ ad Aquilam vocatur, donarunt; inſuper trecentas libras æris, ſeu denariorum Treuerenſium quotannis ipſi, & hæredibus eius Luzenburgi Comitibus in perpetuum pendere adnixerunt. Mercatum iuſtum omnium rerum neceſſariarũ in Ciuitate Treueri, Comes habeat. Pactis ſi non ſtet, neque domo, nec annua penſione potiatur. Cæterum, vbi ipſe, vel hæredes eius demum ad fidem conuentorum redire velint, Ciuitas quoquè deinceps, & domum, & pecuniam præbeat. Vtrinque hæc cuncta fore ſinceriter, bonaquè fide promiſſum eſt, & appenſis ſigillis confirmatum, Anno gratiæ* M. CCC. II. *Die Lunæ poſt mediam Quadrageſimam, menſe Aprili.*

Vidiſſe quoquè videtur huiuſce fœderis Documentum Bertelius Epternocenſis Abbas, & anguſtioribus hiſce limitibus incluſiſſe, vt eius quaſi breuiarium haberent, qui breuitatem amant. *Treuerenſes tamen non ſibi ideò tutum futuro tempore confidentes, quoſdam ad Luxemburgenſem componendæ pacis gratia deſtinarunt, qua ea ratione rata, & firma euaſit,*

euasit, vt Senatus, Populusque Treuerensis Comitem Luxemburgensium in suam concivem Treuerensem adsciscerent, domumque insignem, ad Aquilam vulgò dictam, in sua Metropoli donarent: atque insuper trecentorum aureorum pensionem ipsi, & heredibus eius in Comitatu Luxemburgensi annis singulis in perpetuum, soluendam addiderunt: vique iusto mediante pretio omnium mercium in eadem vrbe prostantium eis facultas foret emendarum concesserunt. Hæc, inquam, inter partes eiusmodi transacta, & sigillis appensis munita, & firmata fuere. Anno millesimo trecentesimo secundo. Ità Bertelius in Hist. Luxemburgensi pag. 45.

Hinc factum, vt annis post hæc labentibus Henricus Luxemburgensis Comes hisce ferè titulis gauderet. *Henricus Luzenburgius, Augustæ Treuerorum Ciuis, Patronus, & fœdere conuentus*: eiusq; fœderis ratione Treuerensibus adfuerit aduersus Reichardum Dominum de Duna, & Ioannem Praudom, vti videre est in tabulis alterius Documenti, quod suprà laudatus Keriander affert pag. 238. Sartum porrò, tectum, & integrum permansisse hoc fœdus vsq; ad Wenceslai, Ioannis Bohemiæ Regis filij, tempora, verbis hisce testatum reliquit idem Keriander pag. 249. *In Luzenburgicum Wenceslaus Ioannis Bohemiæ Regis F. Cæsari Carolo IV. fratri, tum tum ab eo Luzenburgici Ducis titulo ei sibi successerat, Ciuis Augustæ Treuerorum, & Patronus, & Protector eodem modo, quo pater Ioannes, & auus Henricus Imper. factus erat, sicuti literis illius consilat datis Anno Christi* M. CCC. LIII. *die* XIII. *Maij.* Nec plura hoc de Tenore, ne contrà Bertelij breuitatem peccem.

VACANTE SEDE TREVERENSI.] Ob excessum è vita DIETHERI de Nassauia, fratris Germani Cæsaris Adolphi, qui anno vno tantùm Ecclesiæ Treuerensi præfuit, Archiepiscopus illius numero nonagesimus primus. Cum enim eam in Sedem euectus fuisset à Bonifacio VIII. Pontif. anno Domini CIↃ. CCC. VI. anno verò sequenti CIↃ. CCC. VII. ad examen Sedis Apostolicæ in Gallias (malè *Romam* Trithemius Chronico Sponheimēsi ad an. CIↃ. CCC. VII. iam enim cò translata fuerat Romana Sedes, quod factum à Clemente V. qui Bonifacio eius nominis Octauo successit) citatus esset, deferentibus eum Clericis suis, quòd homo inquietus, & bellicosus bona Ecclesiæ, propter expensarum apparatus bellici multitudinem (vt habet modo laudatus Trithemius in Chronico Hirsaug.) prius quam ternarius comparendi aduenisset, morbo correptus est, diemque postremum clausit die XXIII. Nouembris, sepultus in Ecclesia Prædicatorum, quorum Ordinis, & professionis antea fuerat, in ciuitate Treuerensi.

QVÆ ELIGENDI ROMANI PRINCIPIS VOCEM OBT. ET] Dicam hac de voce Ecclesiæ Treuirensi concessa in Notis Rubricæ proximè consequentis.

MINOREM NATV EX FRATRIBVS] *Balduinum*, siuè *Baldewinum* intelligit, Argentinensi ad an. CIↃ. CCC. XLIX. *Baldewinum* mendosè dictum, qui cum primitus in Canonicorum Treuerensis Ecclesiæ numerum cooptatus fuisset, & post aliquod temporis interuallum, defuncto Sedis eiusdem Præposito, in illius locum legitimè subrogatus, demùm fati viam ingresso DIETHERO Archiepiscopo Treuerensi nonagesimo primo, Capituli consensu in Treuerensem Archipræsulem nonagesimum secundum VII. Decembris nominatus, & electus est absens, quòd tunc temporis, studiorum gratia, Lutetiæ Parisiorum degeret, anno Domini CIↃ. CCC. VII. Clementis verò V. Pontificis Maximi tertio, vt Annales Treuerenses docent. At, cum ætatis defectum illi plerique obijcerent (agebat quippe tùm annum vitæ vicesimum secundum) & ob id electionem eius infirmare pro viribus conarentur, aduersariorum siuè querelis, siuè molitionibus occurrens Clemens, de plenitudine, quod dicitur, Apostolicæ potestatis, tùm ætatis defectum prona dispensatione supplendo, tùm electionem ipsam ratam habuit & confirmauit. Quamobrem anno proximè consequenti mense Martio, die VI. Iduum per Cardinalis administrationem sacerdotio Balduinus initiatus est, & postridiè ab ipso Summo Christi in terris Vicario Episcopali dignitate Pictauij insignitus. Vnde demùm cum eiusdem benedictione dimissus Treuerim se recepit eodem anno, die celebri Pentecostes, vbi, matre, fratribus, sorore, nec non alijs consanguineis, & amicis præsentibus, à suis Capitularibus, & alijs vtriusq; status Proceribus magna omnium gratulatione susceptus est. Hæc fermè, etsi non ijsdem verbis, rerum ab eo gestarum Scriptor, & Encomiastes vetus, æqualis illorum temporum, vt apparet, quem laudat Keriader: Keriander ipse Part. XV. Com. de Orig. & Statu August. Treuer. pag. 183. Bertellius in Historia Luxemburgensi, & nonnulli alij, qui tamen inter se alicubi varij, & diuersi.

Schercxmannus enim, siue Ioannes Enen, quem sequitur Magni Chron. Belgici Continuator, Balduino locum inter Archiflamines Treuerenses nonagesimum tertium assignat. Dissidet etiam a suprà laudatis Historicis, qui res Treuerenses accuratiùs exequuti sunt, Trithemius Abbas, cum asserit, tùm in Hirsaugiensi, tùm in Sponheimensi Chronico ad an. CIↃ. CCC. VII. à Patre Sacrorum summo Balduinum Archiepiscopum consecratum ætatis anno XXVIII. cum ob minoritatem Moguntinam eidem Ecclesiam denegasset biennio antè. Bzouius ineadem est mihi Tomo XIV. Annal. Eccl. fallitorum Col. 98. eodem sibi Trithemio moderante clarum. Henninges veritati propior in Stem. Lucemburgensi litterarum prodidit monumentis, Henricum VII. Imperatorem à Clemente V. Pontifice Balduino fratri annos decem, & octo nato Archiepiscopatum Moguntinum impetrare minimè potuisse A. C. CIↃ. CCC. IV. factum tamen Archipræsulem Treuerensem; ità prorsus, vt is Scriptor velit, Balduinū anno Christi CIↃ. CCC. IV. ætatis anno fuisse XVIII. ex quo demùm fit, vt anno CIↃ. CCC. VIII. quo Treuerensi infula, & pallio donatus est, vigesimum secūdum ætatis annum decurreret, ex veteris rerum ab eo gestarum Scriptoris mente, cui hæreo non inuitus, quòd ei Scriptori maximè res eius Pontificis omnes patuisse videantur. minimæ, ac priuatæ. Reſidet tamen adhuc etiam apud Henningem maculæ ea in parte, qua Henricum iam electum in Romanorum Regem impetrasse asserit Treuerensem Sedem Balduino fratri. Id enim anno CIↃ. CCC. VII. ab Henrico factum, imperante Alberto I. quo sanè tempore Henricus Comes tantùm erat, & Luceburgensis Princeps, nondùm admotus Imperio Romanorum, siuè Germanorum regno.

Balduinus igitur Sacris Treuerorum aris, ac focis Archymista datus, in eam sedulò curam statim cœpit incumbere, vt Ecclesiam sibi commissam suprà prædecessores omnes ornatam, & amplificatam vel-let. Ea re pacem primò Vir per omnia strenuus restituit violatam, prædonibus in ordinem redactis: quorum arcibus validissima quæq; Castra opposuit, ne quid, ori fœno quod aiunt iniecto, mobili contrà quietem, & securitatem publicam auderent. Ad hæc nomina decessoris sui cuncta dissoluit, dissipata & obligata quæq; redemit, abstracta denique ad Ecclesiæ suæ ius, & proprietatem (vt hanc mihi vocem inde sio accommodent Iurisconsultorum patres) vnde liter reuocauit. Duplicauit & eiusdem Ecclesiæ reditus, nec non & Castris, ac Priuilegijs amplissimus auxit, exornauit. Bopardiam enim, & Wesaliam, & additionem Galgin schidt; Bacharacenses, & Rotbula cum huldis Ecclesiæ Treuerensi in pignus acquisijt, vel recepit: Sternerberg alijs legatum redemit, Stirberg à Landgrauio de Luchtenberg empum, Scadeck, & Kirburg à Simone de Spanheim

Comite

Comite acquiſitũ, Wellenſtein propè Creutzenuch, Neuuenberg propè Kyr Federici Syluestri castra, & turrim Scinheim sui iuris legitima emptione factã: Smiedtburg, & Winterburg à Ioanne Comite Spanheimensi altero comparatum: totum item S. Wendelini castrum, & districtum: Vallem sub Homberg sitam, renouationem Weisxirch, & Lieſsheim: Solmetz, medietatem Dominij de Limpurg, Vermich cum pertinentijs, castra & territoria Freudenberg: Freudenstein, Coppa, Castrum & Dominium de Couerna cum castrensibus, & pertinentijs: Bobingen, Wyndechkh, Arnueltz, Tryſt, aliaq; Castra feuda ligia, & aperibilia Eccleſiæ ſuæ Treuerensi eſſe conſtanti animi virtute voluit, & perfecit. Comitem etiam de Hennenberg xxxxi. marcarum argenti annuorum reddituum feudalem fecit, eoſquè redditus in ſua terra Eccleſiæ Treuerensi adſcripſit: &, pace cũ Eltz & Socijs inita, Castri sui de Baldereltz perpetuum iuratum, & fidelem Burggrauium statuit Ioannem de Eltz. Quod ad Priuilegia ſpectat, Nundinas, Nundinarumquè libertates ab Henrico VII. fratre, & Cæſare impetrauit vtilitati publicæ Treuerorum. Iuris quoquè monetæ cudendæ confirmationem obtinuit ab eodem, & Priuilegium perpetuum ſuper telonio Confluentino: quodquè Bopardienſes, & Weſalienſes in ſuris, & alijs Treuerorum Archiepiſcopo obediant, & intendant. Balduino quoquè Põtifice Treuerensi, anno CIↃ. CCC. XLV. conceſſum Eccleſiæ Treuerorum ferunt, & Diœceſitori Priuilegium perpetuum alterum contrà Mendicantium ordines, ſuper quarta parte legatorum Parochialibus Eccleſijs concedenda, aliaquè multa imperante Carolo IV. Balduini Nepote ex fratre, anno CIↃ. CCC. LIII. in Curia Maguntina. Quæ ne perirent, vno ille Volumine priuilegia Papalia, Imperialia, Homagialia, aliaq; perpetua comprehendi voluit, eiuſdemquè confici exemplaria tria, quorum vnum penes Eccleſiæ Capitulum eſſet in capitulari loco, alterum Succeſſorum camerę crederetur, tertium ab eotundem feriato Camerario, quò ſe cumquè, ferret Archiepiſcopus deferretur, vt vbicumquè locorum eſſet, iura, priuilegia, & homagia ſua recognoſcere poſſet, & vnicuiquè quoties ferret occaſio exhibere.

Studuit ille nihilominus Pietati, eòq; refero ieiunia frequentata, obitas Canonicarum horarum ſacerdotales preces, priuatum diuinarum laudum penſum, Miſſam ab eo quotidie celebratam vnam, auditam alteram, horariarum precum totius anni Codicem, *Breuiarium* vulgò, ab eo recognitum & emendatum, ſingularem in obeundis Eccleſiæ munijs omnibus alacritatem, modeſtiam, & humilitatem miram: ſolitudinis ſtudium incenſiſſimum, ſub ipſum preſertim occaſum vitæ, & in eos, qui ſtudio ſimili tenerentur, propenſionem animi non vulgarem. Carthuſienſes enim eo complexus amore dicitur ob inſtituti ſolitarij diſciplinam, vt duo illis Monaſteria condiderit, vnum apud Treueros D. Albani, iuxtà Confluentiam, alterum D. Beati cultui nuncupatum.

Strinxit quoquè ferrum non tarò dextera Balduini, nec indecorè Martium ille puluerem collegit, æquè vt galeæ natus, & infulę videretur. Pacauit ille ſcilicet armatus Alemanniam omnem cum Henrico VII. Auguſto fratre, eiuſdem mox expeditionis Italicæ comes cum inſigni bellatorum manu. Afflixit idem ille graui bello Bauariæ Ducem, Doſmuſlenſes ſatis Eccleſiæ ſuæ Capitulo facere compulit, Metenſes obſedit, Furſtenberg ad deditionem egit, Moguntino Pontifici Matthiæ expugnando Oppido Zu den Gieſſen auxilio fuit, eoquè defuncto, Moguntinos ſe in tutorem Eccleſiæ ſuæ recipere infeſto exercitu coegit. Circumſedit idem Eltz, Erfordienſibus aduerſus March. Miſnenſem adfuit, Dunam obſidione cinxit, & Velsberg (nequaquàm tentate obſidionem propellere Lotharingię Ducem) inuaſit taquè circà Dunam, & Vlmenam raptorum latibula deuaſtauit. Diffidatus ad hæc à Reinhero de Weſterburg, inſtructis copijs Scadece, & Grentzaun arces expugnatas obtinuit, Confluentenſes inſigni clade cecidit, Hoſolmetz æquauit ſolo: nec multò poſt Vilmar, fortiori aduerſus illud ædificato Caſtro, *Sareſtein* nomine, in allodio S. Petri. Moncler quoq; Caſtrum obſeſſum diù cladibus innumeris afflixit, Villam Ham nauali irruptione cępit, tandemquè Rhenum vltrà progreſſus, Saſroth, & Hoſelebath deleuit funditus, & Elxershuſen opinione inuictũ, ad deditionem compulſum incendit. Hackenberg etiam validum Balduini robur ſemel expertum ceſſit, ruitquè ad eiuſdem aduentum armati Lieſsheim, libertate donatis Bohemis omnibus, quos in auxiliũ Regi Franciæ miſſis cœperat, eoquè caſtro incluſerat Ioannes Schoneckh. Quippe torrentis inſtar obſtantia quæq; perfringere nitebantur Balduini copiæ, quas etiam Ludouico Cæſari, cognomento *Bauaro*, contrà Federicum Auſtriacum in Ezzelingenſi prelio fortem operam nauaſſe lego, antequàm Põtificis ille Summi diras incurreret, & ab Imperio depoſitus audiret, Cæſaribus ſemper obſequioſas, & gratas. Vnde Balduino tale ſcripſit Elogium Lupoldus Bambergenſis olim Epiſcopus in Nuncupatoria Tractatus de Iuribus Regni, & Imp. Rom. *Balduinum Sacri Rom. Regni & Imperij precipuum, experientia docente, cognitum Zelatorem, exemplum in hoc recolende memorię Dn. Henrici Rom. Imperatoris* VII. *germani ſui, qui iurium Regni, & Imperij Zelator, ac perſecutor ardentiſſimus extitit, laudabiliter imitando.* Taleque Huld. Mutius Lib. XXIII. Chron. Germanorum. *Aderat cum illo* (Ludouico Bauaro) *in caſtris Reuerendiſſimus Archiepiſcopus Treuerenſis, vir ad bellum natus.*

Hæc fortis, & in acie Balduinus aduerſus hoſtes: at domi ſedatis bellorum fluctibus, & procellis degens, Ponte vno lapideo ripas Kile iuxta Tranck, altero ripas Ruuerę iunxit: Eſch propè Clothen, Witlich, & Meyen muris circundedit, eòquè Canonicos Regulares de Lenche trãſtulit, quibus & clauſtrum ædificauit. Itinera iuxtà Cochime, Trys, Stupam, & Neue, per quæ vix inanis equus duci poterat, ampliauit: Eltuuil inter Maguntiacum, & Bingiam condidit: Winteraun, & Ruſenberg ad tuitionem ſuæ Eccleſiæ communiuit, & Ham Villa capta Turrim inibi ob eundem finem, quàm *Grinek* appellari voluit, excitauit.

Niuit inter hæc Magnus is Preſul, non vna Virtutum face, cumquè numeros Pietatis omnes expleret, Iuſtitiam eo tenore coluit, vt Fratrem ipſum, à quo prima Vxor de medio ſublata fuerat ſecundæ melioris ſpe, totali ſupplicio condemnarit, nec à lata ſententia tranſuerſum, quod aiunt, vnguem potuerit amoueri.

Ob hæc ille talia longè, latèq; propagata nominis ſui fama, Petro Moguntino Pontifice terræ reddito, ad Eccleſiæ ab eo relictę clauum votis Capituli communibus accerſitus eſt. At is gratijs Capitulo actis effecit, vt Matthias Monachus niger, à Romano Pontifice eo Archiepiſcopatu donatus, eam in ſedem reciperetur ſtatim. Cumquè, Matthia mortuo, iterùm ad eandem ſedem vnanimiter poſtularetur; anno ſalutari CIↃ. CCC. XXVIII. tùm etiam Henrico Comiti de Virneburg ceſſit, ne ſponſam ſuam primam deſereret Treuirenſem. Moguntinæ tamen Diœcetis tutor, & adminiſtrator factus, ei triennio prefuit ſumma fide. Poſtulante quoquè Epiſcopo, & Capitulo Spirenſi, Epiſcopatum illum in temporalibus regendum accepit: & anno CIↃ. CCC. XXIX. rogatus à Wormatenſibus Canonicis, curam vt Eccleſiæ ſuæ ſuſciperet, non negauit, ità vt vnus de quatuor Archiepiſcopatibus benè meruerit Balduinus.

At tandem tot ille Eccleſiarum adminiſtra-

tione

tione fessus, vt aliquando quiesceret, qui nunquàm anteà conquierat, solitudinem celebritati prætulit, & sibi ipsi constructa peculiariter cella in D. Albani Cœnobio, eò se recipere identidem consuerat, vbi contemplando sibi totus vacaret, & Deo, Io: de Liechtenberg Argentinensi Præposito tum in Spiritualibus, tum in temporalibus Administratore, & Vicario Ecclesiæ suæ dato, cum aliquot antè annis aliarum Ecclesiarum tutelâ, ac regimen resignasset.

Fuerunt eius quoq; Tituli multi, ac varij meritis omnes, & virtute parti, iure vt S. Treuerensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Dominus de Moncbet, Archicancellarius regni Arelatensis, Elector Imperij, Sacri Romanorum regni per totam Galliam, & Germaniam Tutor, & Manburnus fuerit appellatus.

Hæc apis ego instar ex varijs Historicorum hortis, & Catalogo Pontificum Ecclesiæ Treuerensis. Alia alij, quibus magis esse lynceis datum, Schecxmanni fidem ego præ cæteris, & operam hic commendo, quippe qui nihil auribus dedisse visus, cum ista de Balduino scriberet in Medulla Gestorũ Treuerensium, Cap. IX. Ioannis Enen interpres fidus, & probus. *Misit tum Deus virum omnibus imitabilem, & honorabilem cunctis, Dn. Baldewinum Comitem de Lutzenburgio, iuniorem quidem ætate, moribus verò ipsos etiam senes grauissimos transcendentem. Hic itaque constitutus est communi omnium assensu nonagesimus tertius Archiepiscopus.* Subdit dein hæc alia, quibus staturam eius, & formam, mentemq; ipsam, ac mores penna, quasi pennicillo, pingit. *Erat (vt historia vitæ eius refert) haud longioris staturæ, vivacis ingenij tenacissimæ, dulcis eloquio, maturus consilio, aspectu decorus, affectu desiderabilis.* Redit inde ad laudes tanti Viri, in quas ità se se statim effundit. *Hoc non vilior Episcopus fuit in Diœcesi. Bella gessit multiplicia (inuaserant enim & egem Treuericum Lupi rapaces) in bellis semper fortunatus. Impignorata redemit, castella, pagos, territoria cum exitibus, & reditibus, reditus cum prouentibus maximis cõquisiuit Diœcesi.* Et post digressiunculam in laudem Petri de Caliga Archiepiscopi Maguntini. *Idem Balduinus pontem super Mosellam Confluentiæ construxit. Et quid religiosus religiosos deligebat, cum iam variorum Ordinum Treueris essent monasteria, ordinem Carthusianum ibidem plantauit extra portam medicam, consecrans Ecclesiam sub honore S. Albani Martyris: quod ea de causa factum putant, quoniam consenserit in expulsionem Monachorum Maguntia ad S. Albanum, ad introductionem autem Secularium Canonicorum. Conflauit præterea Confluentia eius Ordinis Carthusini conuentum in monte S. Beati. Confessoris, quibus omnibus victualia affatim prouidit* Affert his similia Trithemius; & alia multa de Præsulis huius laudatissimi gestis in vtroquè Chronico, Hirsaugiensi scilicet, & Sponheimensi. Eius quoquè laudibus plenus est Keriander Part. XV. de Orig. & Statu August. Treuer. ex veteris illius Scriptoris penu, cuius meminimus suprà, quiquè tribus libris prolixè complexus res à Balduino gestas, vel minimarum actionum illius laudator extitit operosus. Scripsit demùm hæc eius in laudem Reusnerus. *Balduinus Archiepiscopus, & Elector Trenirensis: princeps vivacis ingenij, memoriæ tenacissimæ, morum gravitate, & consiliorum prudentia singulari: Diœcesi sua cum summa, & fide, & laude annis præfuit XLVI. Etenim Castella, territoria oppignorata redemit: pacem diu per ditionem suam violatam restituit: prædones compescuit.*

Verùm enim verò tot ille laudibus clarus tandem Orbi nitere desijt, relicto cum ingenti mœrore omnium grandi desiderio sui. Desijt autem inter Mortales esse Vir immortalitate dignus ex morbo, quo statim ac Treuerim attigit, reuersus è Curia Moguntina, premi simul, & languere cœpit, X. Kal. Febr. Anno Domini CIↃ. CCC. LIV. Ætatis LXVIII. Pontificatus XLVI. adiectis Hebdomadibus VI. Dies IV. successorem nactus Boemundum, eius nominis secũdum, de Edendorff. Exequiæ Treuetis solemniter actæ XIV. Martij præsente Carolo IV. Rom. Rege, Magnatibus, & Principibus multis. Corpus in Ecclesia Maiori situm ad posteriorem S. Nicolai chorum. Ei quoq; tale scriptum Epitaphium constat.

Hic BALDVVINVS *iacet antistes Treuerinus;*
Magnificus, iustus, patria lux, mente vemustus.
Lutzenburg natus: septeni denique graus
Cæsaris Henrici germanus, iuris amicus.
Vitis Ecclesiæ pater huius, dote Sophus
Quam bene respexit, augens permultaquè rexit
Sex quadraginta fere sic annis, quos tibi vere
Guerra frequens creuit graviter, rarò, quem
Vincere prædones, & castra per obsidiones.
Anno milleno, C. ter, L. I. ter, duodeno
Carne Calendarum fuit exitus Februarum.

Inconditum ædepol huius Epitaphij carmẽ; at eiusmodi, possis vt hac face præuia Scriptores aliquot emendare, qui tempus discessus eius è vita variè signant. Magni siquidem Chronici Belgici Concinnator pag. 286. Balduuinum terris ereptum asserit *Anno Domini* CIↃ. CCC. LIII. *Pontificatus verò* XLVII. Trithemius, & Henninges *Februarij Calendis*. Keriander XII. *Cal. Martij*. Auctor Chronicæ Monasterij S. Blasij sub Gestis Caroli IV. Imper. ex MS. Pal. *Ianuario Mense*. Alij aliter haud planè rectè, certè contrà fidem Tumuli iam allati.

EX FRATRIBVS] Habuit ille scilicet, præter Balduuinum Archiepiscopum Treuerensem, Fratres alios duos, Waleranum, quo de mihi prouetis comperta producentur in Notis ad duas Rubricas vltimas Lib. IV. & Anonymum alterum, quem tocali supplicio damnatum fuisse diximus imperio Balduini. Vnde Noster in calce Rub. I. *Cum tribus reliquis eodem Patre natis superstes mansit paterna domus maior, &c.* Licet Bertellius duos eius tantùm fratres agnoscat, Waltramum vnum, alterum Balduinum. Cæterùm, quod ad hunc postremum attinet, aberrant ab Historica fide, quicunq; aduersantes Nostro *Patruum* illum, aut *Filium* faciunt Henrici VII. Augusti. Errorem primum erasse video Meyerum, à quò Balduinus, Ecclesiæ Treuerensis Antistites, inter eos Cæsaris huius Patruos relatus est, quos amisit in prælio Woroncano. Sic enim ille de Isabella Lucemburgensi loquens. *Hæc anima erat Henrici* VII. *Imp. Fratrem enim habuit Henricum Augusti patrem, & Valeranum, & Balduinum Treuirorum Pontificem, qui tres simul prælio Woroncano occubuerunt.* Sed eo se errore postmodùm liberauit, cum ista prodidit ad an. CIↃ. CCC. VIII. mente maiori adhibita scriptioni. *Duo erant Augusto fratres, Valeranus Lucemburgensis, & Balduinus Treuerorum Pontifex.* Errore altero se obstrinxit, qui posteris suprà laudatam Chronicam Monasterij S. Blasij sub Gest. Caroli IV. dedit. Loquuntur id ipsius verba, quæ produxit è MS. Pal. Matthias Berneggerus, & immiscuit elogijs Leupoldi Episcopi Bambergensis, præfixis eiusdem Tractatui de Iuribus Regni, & Imp. Romanorum. *Dominus Balduinus Archiepiscopus Treuerensis, ad quem D. Leupoldus de Bebenburg hunc libellum scripsit, Comes fuit de Luzelburg, filius scilicet D. Heinrici Imp. aui Caroli* IV. Ecce quàm apertè sonent huius Scriptoris verba, Balduinum Pontificem Treuerensem Henrici VII. Filium extitisse, quem reliquus omnis Historicorum consessus inter Fratres illius locat. Abstineo testimonijs singulorum, indicasse contentus solis cum illorum nomini-bus loca, in quibus talis apud eos audit Balduinus, satis vt rerum huiusmodi curiosis indagatoribus fiat. Carolus igitur eius confessus princeps (quippe qui, Quartus eius nominis Imperator, & Baldini, quo de loquimur, Nepos) in Commentario de Vita sua. Locum alij proximùm tenent, Vecerius in Henrici

Henrici VII. Auguſti Hiſtoria, Lupoldus Bambergenſis Epiſcopus in Nuncupatoria Tract. de Iurib. Regni, & Imp. Romanorum, Scheckmannus in Medulla Geſt. Treuer. Cap. IX. Trithemius tùm in Hirſaugienſi Chron. pag. 209. tùm in Sponheimenſi pag. 302. Continuatores Steronis ad annum CIↃ. CCC. XXXIV. Magni Chron. Belgici Concinnator pagg. 285. & 290. Hocſemius in Theobaldo de Barro, Epiſcopo Leodienſi LXIV. Cap. XXVIII. Keriander Part. V. Annal. Treuer. non vno in loco, Antonius Albizius, Vbbo Emmius, Volfangus Lazius, Elias Reuſnerus in Stemmate Lucemburgenſi, Cartio Lib. V. Chronici, Chriſtophorus Lehmannus Lib. XI. Cap. XXXIII. Chronici Spirenſis. Bruſchius de rebus Epiſcoporum. Cauitellius in Annal. Cremonenſibus ad annum CIↃ. CCC. VIII. Corius Mediolanenſis Hiſtoricus ad an. CIↃ. CCC. IX. Abrahamus Bzouius Tom. XIV. Annal. Eccleſiaſt. Col. 97. & 213. ex Richardo Monacho Cluniacenſi, Georgius Heruuartus in Ludouico IV. Imperatore defenſo, alijq; permulti ſubſellij non minoris, quorum auctoritati accedunt Codicilli Regales Henrici VII. Rom. Regis, quos Balduinus ipſe ad incrementum, & confirmationem dignitatis, & opum Eccleſiæ ſuæ impetrauit à fratre, deditquè Keriander in laudato loco, ac tandem ipſemet eiuſdem Balduini Tumulus, in quo capitalibus literis GERMANVS HENRICI SEPTIMI CÆSARIS appellatur.

PRÆFICI CVRAVIT] Vecerius in ipſius Vita. *Romam* (legerem longè libentiùs *in Galliam*) *profectus, & Balduino fratri Treuerenſis Eccleſiæ Archiepiſcopatum confecit, & ſummis Antiſtitibus, ac bona cuiq; ſapientia, & Comitatus ingens argumentum edidit.* Hocſemius in Theobaldo de Barro, Epiſcopo Leodienſi LXXIV. Cap. XXVIII. *Hoc anno Henricus Luxilburgenſis, poſtmodum Imperator, quem tunc in Curia* (Pariſienſi) *vidi magnificè ſe gerentem, pro Fratre nunc Archiepiſcopo Treuirenſi illius Archiepiſcopatus impetrat dignitatem.* Idq; opera cum primis Petri de Caliga Archiepiſcopi Moguntini. Trithemius in Hirſaugien. Chron. ad an. CIↃ. CCC. VII. cui hæret Abrahamus Bzouius Tom. XIV. Annal. Eccleſiaſt. Col. 98. *Quo mortuo* (Diethero Archiepiſcopo Treuerenſi XCI.) *Dominus Petrus Archiepiſcopus Moguntinus tantum apud Papam Clementẽ V. potuit, & egit, quod Baldeuinum fratrem Henrici Comitis de Lucenburg Iuuenem XXXIII. annum ætatis agentem, cui Moguntinam Eccleſiam antè biennium ob minoritatem* (*ſicut diximus*) *denegauerat, in Archiepiſcopatum Treuerenſem ſublimauit.* Nec obfuit ei tũ minoritas, eam ſupplente Pontifice Summo, quod & alias factum. Siquidem Ottoni II. Traiectenſis Eccleſiæ Epiſcopo XXXIV. idem olim muneris impertitum lego apud Io. Bekam his verbis in Ottone I. eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopo XXXIII. *Hic Otto iuuenis XVIII. annorum ſuper minoris ætatis diſpenſatione Romanam Curiam anno Domini* CIↃ. CC. V. *viſitare propoſuit.* Et obtinuit, quod habebat in votis, renuntiatus eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopus XXXIV. vt apparet ſtatim ex Epiſcoporum Sedis illius ſerie apud eundem Bekam, & Wilhelmum Hedam, qui ambo ſtadium vnum, & idem feliciter decurrere.

IDQVE SOLERS EFFECIT] Accedit his è verbis ad ſuprà recenſitas Henrici laudes multas Elogium nouum, cui ſimile delatum ANTONIO Brabantiæ Duci, quo de Barlãdus in ipſiſmet Ductibus Brabãtinis, Cap. LXXIII. *In omnire agenda ſolers, & labore indefatigabilis erat*: Et ALBERTO LEONI Carrarienſi, Franciſci F. quo de nos ſuprà ex Anonymi MS. qui Carrarienſium Stemma confecit. *In ſermone pareus, ſed ad quæque velociſſimus opportuna.* Ineſt enim ſua quoquè, nec leuis SOLERTIÆ laus, & ob id maximè, quod ex diametro aduerſetur *Inertiæ*, quæ probro non caret, vt *Inerti* SOLERS. Gloſſæ Philox. *Solers σωφρὼν πρόνοιος. Solertia σωφροσύνη, ἐντρέχεια.* Gloſſæ Cyr. ἐντρεχὴς *Strenuus, vegetus, ſolers, nauus*: ἐντρέχεια, *inſtantia ſolertia, ſtrenuitas.* Onomaſticon. *Solers δυνὸς, ἐναρὸς.* Papias: *Sollers dictus, quod ſit ſollicitus in arte, & vtilis.* Et poſt. *Sollers enim antiquitus dicebatur, qui erat omni arte inſtructus.* Perotus: *Solers in omni re prudens, quaſi totus ars.* Item: *Solers, quaſi totus ex arte conſiſtens, à quo Solertia: quod modo pro artificio, modo pro diligentia accipitur.* Etſi diligentiæ Solertia præſtet, Cicero in Catone. *Tum eum dixiſſe, mirari ſe non modo diligentiam; ſed & ſolertiam eius, à quo eſſent illa dimenſa, atq; deſcripta.* Ioannes Paſſeratius. *Solers ingenioſus, acutus: Solertia ingenij acumen, & dexteritas ad rem aliquam agendam.* Quæ quidem omnia mirum in modum in HENRICVM VII. AVG. cadunt, quem in primis huius Rubricæ Notis STRENVVM. INSTATISSIMVM. PRVDENTEM. INGENIOSVM contemplari ſumus. Quare nunc eundem SOLERTEM propriè, hoc eſt DILIGENTEM, ſiuè INDVSTRIVM iuuat alienis in tabulis intueri. Aptè ſiquidem, & appoſitè Naucletus Vol. II. Gen. XLIV. lineas aliquot ea de re duxit, cùm ſcripſit. *Nominant Electoribus* COMITEM *de Lucemburg, Virum magnanimum* INDVSTRIVM, *atque Catholicum, &c.* Patriquè ductu idem Cæſar Trithemio dictus in Hirſaug. PRINCEPS *ab opibus non magnopere inſtructus; ſed* INDVSTRIVS, *magnanimus, &c.* & antè Trithemium, & Nauclerum ab æquali illius Hiſtorico Ferreto Vicet. ſcriptum Lib. II. Hiſtoriæ ſuorum, & paullò antè actorum Temporum. *Hic enim licet ambobus potentia, opibuſue inferior haberetur, non ideo animi, corporiſue minor illi videbat* INDVSTRIA. Verus itaquè, non fucatus Noſter tùm hic, tùm infrà Rub. XII. Lib. III. cùm inquit. *Cæſar in agendis* IMPIGER *Coleranum fratrem natu maiorem, militiæ, armorumq; ſtrenuum, &c. cum militum manu tranſmiſit.*

FAMAQVE POLLEBAT] Non vnus eius mihi rei teſtis. Paulus Aemylius Veronenſis de rebus geſtis Franc. in Philippo IV. cognomento *Pulchro*, Rege XLV. *HENRICI nomen ingens erat, & auguſtum.* Leonardus Aretinus Hiſtoriæ Florent. Lib. IV. pag. 87. *HENRICI FAMA per id tempus in dies magis creſcebat.* Huldrichus Mutius Lib. XIII. Chron. Germanorum. *Ad imperium inclinabant omnes hoc Imperatore, qui tam bene audiebat vbique, etiam apud Imperij hoſtes.* Iacobus Cauatius Hiſtoriarum Cœnobij D. Iuſtinæ Pat. Lib. III. ad annũ CIↃ. CCC. VIII. *Cæſar ipſe, licet opibus ac ditione inter Germanos Principes minor; tamen belli, pariſque artibus longè maior, ingentem de ſe opinionem excitauerat.* Ioannes Bertelius Epternacẽſis Abbas in Hiſtoria Luxemburgẽſi pag. 45. *In tantum porrò ſucceſſu temporis* HENRICVS *noſter in Virtute, Prudentia, & rerum gerendarum peritia profecit, vt,* FAMA *eius vſquequaque per Germaniæ fines diffuſa, omnium voto in Romanorum Imperatorem exoptaretur.* Verè, verè. Auxit nimirùm, vt antè, ſic & poſt Imperium partum HENRICI VII. AVG. FAMAM rerum ab eo ſubinde fortiter, probeq; geſtarum ſucceſſus eximijs incrementis. Hinc illa Noſtri infrà Rub. XI. *Mediolani deditio non minus* HENRICI *Romani Regis* FAMAM *auxit per omnes Italiæ fines, quàm vt altera Roma diceretur.* Et initio Rubricæ huius. *Quotidiè, & in dies accreſcente tempore* FAMAM FAMA *auxit, &c.* Inde *Clara* eidem *Memoriæ* Titulus iure delatus, & merito à Carolo IV. Imp. in Priuilegio conceſſo Iacobo Cartarienſi anno CIↃ. CCC. XLVIII. quod aliàs exhibebo; Ioanne XXII. Pontifice Max. in literis cuulgatis aduerſus Ludouicum IV. Imp. *Bauarum* cognomento; Lupoldo Bambergenſi Epiſcopo Tract. de Iurib. Regni, & Imp. Rom. Cap. IX. & alijs, quorũ è numero plures nõ aduoco in re clara.

CVIVS

CVIVS ET OPES CREVERANT] Vicetinus Codex. *Vnius & opes creuerant*. Siquidem *ille* primitus *tenues, & angustæ*, quales omnino Domino suo parere poterat exigui Comitatus ager. Vide me ad Rubr. in Verbo *Pauper* pag. 16. & inopem illam Noram noua ista suppellectili Scriptoribus ex alijs locupleta, & his in primis: Ferreto Lib. II. *Licet ambobus potentia, opibusue inferior haberetur; non ideò animi, corporisue minor illi virebat industria*: Vecorio in ipsius Henrici Vita. *Quippe cuius æraium (vt veris æstimat) virtute esset, quam numis instructius*: Carrione Lib. v. Chronici. *Qui* (Balduinus Archiepiscopus Treuerensis) *in fratre Henrico non opes, quæ exiguæ erant; sed alia ad iustam, & salutarem gubernationem magis necessaria præsidia, atque ornamenta super ora prædicabat*: Meyero in Annal. Belg. *Deq; eius consilij sequentia* (loquitur de Cardinali Pratensi) *electus est statim Henricus, eius nominis Septimus, qui Comes erat Luceburgensis. Vir non modo bello strenuus, sed pius etiam, vitaq; sanctus; sed opibus tenuis*: Munstero. *Henricus* VII. *F. Henrici Comitis Luczelburgensis, & Beatricis Comitissæ Hanoniæ paternis opibus, non quidem magnis; Iustitia autem, & Prudentia, tum rerum gestarum gloria inter Principes ævi sui præcipuus.* Quæ quidem vidisse, & arripuisse videatur Georgius Merula, cum ijsdem ferè verbis differat Lib. VI. extremo Antiq. Vicecomitum. *Vbi persuasum Clementem vidit, de Henrico Lucimburgi Comite subiecit. Huic paternæ opes haud magnæ sanè erant; Iustitia Prudentiaque, tum rerum gestarum gloria, quàm ceteris, aut gentili regno illustrior.* Sed huc etiam pertinent eiusdem Scriptoris illa Libri VII. *Cæterum Henricus cognita Pontificis sententia, pertæsusque Etruscorum, & Longobardorum animis, priusquam biennium exiret, quod perscriptum a Clemente fuerat, duo sibi in primis proposuit: vnum, comparare ea, quæ itineri cum dignitate peragendo idonea forent: alterum, vt domesticas opes, quæ mediocres erant, & proinde infirmæ, munirent; tum verò fines affinitate aliqua latius proferret.* Quæ demùm illi cuncta feliciter obtigere, nec longum post temporis interuallum. Creuere scilicet huic Henrico Vites, & Opes simul ob affinitatem maximè, quæ illi cum Magnis Principibus intercedere cœpit, desponsa Ioãni primogenito filia Wenceslai Bohemiæ Regis, Rodulphi Rom. Cæsaris Nepte, cum regni paterni dote. Clarè idem Merula post excursum breuem connubij recensiti. *Nostrum opum adeptione, splendidoque coniugio magna virium accessio facta. Quo autem plus opum, atque potentiæ quæsisse vnus Cæsar nuntiabatur, eo maiori in metu Turrianus, atque Italiæ Guelphi erant.* Auxit & illius opes beneuolentia Principum, qua florebat, carus omnibus, & iucundus. Factum inde scilicet non vno ex Scriptore disco, vt Viri Germaniæ principes multi expeditionem eius Italicam, tùm milite, tùm pecunia iuuerint, nec non & ipsorum multi in eius extiterint comitatu. Ea re Beneuenutus, quem *Parum* in eius Vita *Comitem* dixerat, mox in Carolo IV. *Henrici Magni* titulo decorauit.

CÆTERAQVE, &c.] Ea quæ sint, docebit ex parte Posseminus iunior in Gonzagis, vbi de Caroli IV. gentilitio insigni Gonzagorum stemmati inserto. *Et sanè manifestum erat non aliud Gonzagos, quam potentiam deficere: sed maiestatem, famam, & si quæ supra reliquos tollunt, in nobilitate habere.*

PRIMORES] Venetus. *Primates.*

EXCELLENTES] Magnus olim, & eximiis Titulus *Excellentis*, nec indignus habitus Imperij maiestate. Litteræ Coss. & Iudicum Ciuitatum superioris Germaniæ ad Wilhelmũ Rom. Regem, quæ apud Be Kam extant in Ottone III. Episcopo Traiectensi XXXVI. *Glorioso Domino suo Rom. Regi Vilhelmo Coss. & Iudices plusquam* LXX. *Ciuitatum Germaniæ reuerentiam, & obsequium perhennale. EXCELLENTIÆ VESTRÆ tenore præsentium declaramus*, &c. Aliàs *Excellentissimi* Reges ijdem Romanorum dicti. Litteræ Responsoriæ Innocentij Papæ ad modo laudatum Vilhelmum Rom. Regem, apud eundem Bekam in Henrico Episcopo Traiectensi XXXIIX. *Innocentius seruus seruorum Dei*, EXCELLENTISSIMO *filio Vilhelmi Rom. Regi salutem, & Apostolicam benedictionem*, &c. Et aliæ Litteræ, siuè Diploma Ioannis Comitis Lucemburgensis, filij Henrici VII. spectans ad Monasterium Munsteriẽse, quod exhibuit Bertellius in Hist. Lucemburgensi pag. 46. *Vniuersis præsentium inspectoribus Ioannes Comes de Luceminrch* EXCELLENTISSIMI *Domini Henrici Romanorum Regis primogenitus Salutem, & notitiam subscriptorũ*, &c.

IN RVBRICAM IV.

ORBIS ITAQVE VACANTE IMPERIO] Aget hic primo Mussati interpretem FERRETVS scriptor rerum, & temporum eorundem; partes mox nostri nos muneris exequemur. Ait Lib. II. FERRETVS à nobis alicubi leuiter emendatus. *Defuncto itaque* ALBERTO, *confestim Germaniæ Principes, quibus potestas tradita est, pro statuendo sibi Rege conueniunt. Cumque sobrij molis tantæ curam superstitiose gerentes Primorum hortatu, compulsuue sæpenumero conuentissent: multumque illis nulli, strenuo Principis, qui ad augẽdos Imperij fasces aptus videretur, cura vigil ineesset: tandem multis Germaniæ Ducibus, ne quid indiscussum maneat, menti occurrentibus, præcæteris* HAINRICVS *Luceburgensis Comes assensu claro decernitur. Fridericus tamen Alberti memorati natus, Bauariaq; Dux Rodulphus, quoad potuere, nixi sunt huiusce titulum vendicare; sed res in certamen excussa, vt neuter inuidia laboraret, HAINRICO, fere omnium Principum iudicio, contigit. Hic enim licet ambobus potentia, opibusue inferior haberetur, non ideo animi, corporisue minor illi virebat industria. Nam ex claris satis prosapia ortus, inter cæteros bello strenuus, & consilio prudens valdè putabatur.* Expende nunc mecum Ferreti singula, Studiose Lector, & eiusdem ævi Scriptores ambos eandem triuisse semitam deprehendes. Ferreti siquidem illa, *Defuncto itaque* ALBERTO, respondent his alijs Mussati nostri, *Orbis itaque vacante imperio*. Illius illa, *Confestim Germaniæ Principes*, &c. his Nostri, *Conuenere Primates*, &c. Illa *Quibus potestas tradita est*, istis, *quibus ius eligendi concessum est ex Imperialibus institutis*. Alia, *Cum sobrij*, &c. illis, *Dudum fabricat*, &c. Quæ sequuntur, *Tandem ex multis Germaniæ Ducibus*, &c. *menti occurrentibus*, his. *Sic itidem per triduum fermè habita de compromissis in plurimos mentione*, &c. Denique illa, *Assensu claro*, affinia planè sunt *quaternis assensibus* Albertini. Quid quòd alias huius quoque Rubricæ partes Ferretus illustrat. Dum enim ait Noster, Maguntinum Archipræsulem præsensisse, Electores Septem *viros in diuersos intendere*, ex Ferreto discis, horum in numero fuisse Fredericum Alberti Filium, & Rodulphum Bauariæ Ducem, & *ob horum inuidias* ad Henricum etiam, qui secus antè senserant, animos dinertisse. Sed nos iam nostri muneris admonemur.

TERRARVM] *Vniuersi* scilicet, siuè *totius Mundi*, qui quo iure dicatur Imperio subiacere, vnus è multis aperit Matthias Stephanus Pomeranus I. C. & Antecessor insignis in Academia Gryphisvualdensi, Parte I. Tract. de Iurisdictione Cap. I. Num. 4. & Fuit & hæc olim agitata Roncaliæ Quæstio, iussu Federici Aenobarbi Cæsaris, à Iurisprudentiæ Doctoribus Academiæ Bononiensis, & vniuscuiusq; Ciuitatis Lombardiæ Iudicibus, *Vtrum Romanorum Cæsar de iure esset Dominus mundi*. Qua de re Otho Morena Laudensis in Historia Patria, & alij, quos inuenieris nostris ad eum Scriptorem Notis, & Emendationibus exhibemus. Alij non *Orbem terrarum omnem*; sed *Romanum tantum* Imperij circumscribi iuribus asseuerant, cuius ergò Carolus Magnus, primus

mus ex Germanorum gente Imperator designatus, *Gubernator* duntaxat *Imperij Romani* in suis scriptis, & monumentis voluerit appellari, Imperator nunquam, etiam cum præter Germaniam, & Galliam Italiæ magnam partem teneret, Lupoldo teste Cap. III. Tract. de Iurib. Regni, & Imp. Rom. & Munstero Lib III. Cosmographiæ, Tit. *de Germania*, Capite *Osnaburgi*: & reliqui ab eo Cæsares dici *Romanorum Reges*. Patet verò, quod de Carolo Magno diximus, cùm ex diuersis eius diplomatis, tùm ex titulo eius in Opere de Imaginibus. *Opus Illustrissimi, & Excellentissimi, seu spectabilis viri Caroli Magni, natu Dei Regis Francorum, Galliæ, Germaniam, Italiamque, suæ harum finitimas provincias, Domino opitulante regentis, contrà Synodum, &c.* Et Nummi eius conspiciuntur his literis: KAROLVS R. F. E. L. Illud etiam constat ex *L. Vnica de Off. Prætor.* Imperatoribus per Legem Regiam gubernationem tantùm, & regimẽ Imperij Romani cum generali Iurisdictione fuisse commissum; sed hanc omnino rem Iurisconsultorum Patres explicatam vberiùs te docebunt.

VACANTE IMPERIO] Formula Scriptoribus etiam alijs vsitata. Lupoldus in Tract. de Iurib. Regni, & Imp. Rom. Cap. VI. *Nam ipsi* (Electores) *vacante Regno, & Imperio, iuxta consuetudinem antiquam circà hoc obseruatam, conueniunt in villa Remis, &c.* Anonymus, qui Chronico Vrspergensis rerum memorabilium Paralipomena adiecit, hac ipsa de re, qua de Noster hoc loco, in ipsomet Henrico VII. *Vacante Romano Imperio morte Alberti Regis Rom. primi Ducis Austriæ, concordi sententia Principum tàm Ecclesiasticorum, quàm Secularium in loco, qui dicitur Reinsen Treuerensis Diœcesis, electus fuit* (Henricus Comes Lucemburgensis) *in Regem Romanorum, & futurum Imperatorem*. Ex quibus illud etiam liquet, qua de caussa Romani tum Imperij sedes vacarit, nimirùm ob Alberti necem, quam narrare iuuat, tũ vt primus inde constet huius Interregni dies, quo latente, lateant pariter necesse est annus & dies, quo deligendi successoris ergò, qui fuit Henricus VII. vnum in locum conuenerint Electores.

Erat Alberto ex fratre Rodulpho Sueuiæ Duce Nepos, Ioãnes nomine, qui & eiusdẽ in aula fuerat educatus. Defuncto Rodulpho nepoti eidem patruus tutor datur, & omnis illius patrimonij custos scribitur extremis curis, ne quid illi, donec adolesceret, interiret. At Cæsar, cum Ioannis oppida omnia haberet in manu, Cheburgum illi, siue Ciburgum ademisse dicitur, hincquè primam mali labem ad vtriusquè pernitiem erupisse constanter Historici, pleriquè scribunt. Simul ac enim adoleuit Nepos, siuè suo, siuè alieno consilio ductus, à Patruo cum Ducatu patrio reliquum patrimonium omne reperit, & nominatim Ciburgum oppidum occupatum, quod morte matris sibi obuenire legibus asserebat: nihil tandem ille non agere, vt è tutela exeat, se iam idoneum affirmans ad moderandum patrij Ducatus clauum. Hic Cæsar, graui indignatione commotus, Ioanni omnia denegat, nec causſam affert, ob quam illius oppida iuris esse sui vellit: aut certè verba Nepoti dat, vt producat tempus, reddere dissimulans, quæ debebat. Instat nihilominus per amicos Nepos, &, si quidem Patruus reddere sibi nolit omnia, rogat, vti se vel in quãcunquè patrimonij sui sortem admittat. Abnegat adhuc appetens nimium dominij Patruus, & sedibus in ijsdem hæret, nec adduci potest ad partem vllam imperij Nepoti, vti prædicabat, prodigo resignandam. Hinc Iuuenis precibus valere iussis, coniuratione facta Procerum paucorum, de Patruo interficiendo cogitat: fuereq; conspirationis illius precipua capita, Rodulphus de Warth, Waltherus de Eschelbach, & Vlricus de Palma, quos mendosè Cauitellius *Rodulphum de Viadra, Gualterium de Exaltior, & Oldericum de Paleno dixit.* Aderant, Calendæ Maij anni millesimi trecentesimi octaui, cum Rex à prandio è Clusa (*Strasiza, & Schaffhause* Trithemio, nec non & Aemylio Veronensi in Philippo IV.) Heluetiorum vico ad Reginam tendit in Reinfeldã, pro qua *Rayfredum* apud Cauitellium leges. Iamquè traiecto Rusa fluuio (*Rheno* alij) in vlteriorem ripam euaserat, & sine vlla sui custodia equitabat per sata, vno secum tantummodo colloquente milite de Casteln, cum illi Ioannes, & Socij conspirationis occurrunt, primusq; Rodulphus: *Quandiu*, inquit, *cadauer istud equitare permittimus?* Nec mora, Rulassingen Rodulphi famulus frenum equi Cæsarei apprehendit, facto; Nepos patrui cædis initium cultro collo Regis infixo. Secutus Rodulphus pectus eiusdem pugione confodit, Vlricus medium caput dissecuit, & diuisit. Hunc exitum habuit Albertus Rom. Rex potens, ac magnus, ipsis Calendis Maij, die Diuis Philippo, & Iacobo Apostolis sacro, anno Domini millesimo trecentesimo octauo, Regni X. Aetatis LX. inter amnes Rusam, & Arulam, vbi sepultus primò in Monasterio Konigsfeld, siuè Kingsfeld. Ordinis Minorum, Spiram anno sequenti translatus est, & inibi in Ecclesia maiori, IV. Kal. Septembris (vti Trithemius habet, factum id asserente Ciacconio *Iunio mense*) perhonorificè inter Reges alios situs, relicta post se sobole numerosa ex vnica coniuge Elisabetha, filia Raynaldi Comitis Tyrolensis & Goritiæ, ac Ducis Carinthiæ, sorore vterina Cunradini, quæ patrem illum fecerat liberorum viginti, & vnius, quorum vndecim ad ætatem iustam peruenisse ferunt.

Firmantur ista porrò, quæ de Alberti nece, eiusq; causa, die, & anno complexi sumus, calculo *Benuenuti de Rambaldis* in Alberto ipso: *Io: Villani* Lib. VIII. Cap. XCV. *Conradi Vecerij* in Hentici VII. Cæs. Vita: *Argentinensis* ad an. CIↃ. CCC. VIII. *Trithemij* tùm in Hirsaug. tùm in Sponheimensi Chronico ad eundem annum: *Wernheri Rolewunk* in Fasciculo tẽporum, Ætat. VI. *Ludouici Cauitelly* in Annal. Cremonens. pag. 104. *Matthæi Palmerij Florentini* Libro de Temporibus: *Nauclerj* Gen. XLIV. Vol. II. quem sequitur *Abrahamus Bzouius* in Annal. Ecclesiasticis, Tom. XIV. Col. 95. *Pauli Aemylij* Veronensis in Philippo IV. Francorum Rege XLV. *Meyeri* in Annal. Fland. *Hulderici Mutij* Lib. XXII. Chron. German. *Aeneæ Syluij* Hist. Bohemicæ Cap. XXVIII. *Io: Dubrauij* eiusdem Historiæ Lib. XIX. *Concinnatoris Magni Chronici Belgici* in Imperialibus anni CIↃ. CC. XCIX. *Onuphrij Panuinij* in ijsdem: *Pigij* de Principibus Atheſtinis Lib. IV. *Georgij Merulæ* Antiq. Vicecomitum Lib. VII. extremo: *Alphonsi Ciaconij* in Clemente V. Pontifice Max. *Vernandri* Parte XIV. de Orig. & Statu August. Treuerensis. *Carrionis* Lib. V. Chronici: *Iacobi Gordonij* in Opere Chronologico, aliorũmquè propemodum omnium, qui Romanorum Cæsarum vitas, & obitus accuratè literis consignarunt. Nequè enim audiendi hac in parte sunt Hocsemius in Theobaldo de Barro, Leodiensi Episcopo LXXIV. Cap. XXXI. Florentinus apud Magni Chronici Belgici Collectorem in Imperialibus ad annum CIↃ. CC. XCIX. nec Appendicis adiectæ Martini Poloni suppputationibus Scriptor, quorum primus loco citato, & secundus anno Domini CIↃ. CCC. IX, Albertum à Nepote de medio sublatum tradunt: tertius biennio antè, nempè CIↃ. CCC. VII. quod obseruo Abrahamo quoq; Bzouio placuisse Tom. XIV. Ann. Ecclesiasticorum. Col. 94. Repugnãt enim suppurationes istæ aliorum omnium calculis, vt apparet: illudquè magis, quod modo laudatus Hocsemius secum pugnans prodidit in Hugone de Cabilone, Leodiensi Episcopo LXXII. Cap. XXIV, Albertum anno CIↃ. CC. XCIX. à Nepote suo iusto Dei iudicio trucidatum. Hæreant igitur, quæ vera vidimus, menti, vt ex fatali Alberti Cæsaris luce certum electionis Henrici VII in eius successorem tempus, in tanta opinionum, quæ mox producentur, varietate

ætate sine lapsu, quoad eius fieri potetit, eluamus.

PRINCIPIS] Adhibita vox ista in hac,& superiori Rubrica propriè pro Romanorum Rege. Notat illa scilicet *Monarchiam* absolutè sumpta;abusiuè de cæteris vsurpatur. Guntherus Lib. VI. Ligurini de Federico Aenobarbo Cæsare.

Inde Ratisponę rursus reuocata potentum
Principis accitu conuenit turba Virorum.

Ratio potrò,cur tùm his in locis,tùm *Arg. Rub.& to to Tit. D. de constit. Princ.* §. *Sed & quod Principi Instit. de Iure Naturali, Gentium, & Ciuili. C. vnico de feud. March. Duc. Cap.vnico. Quis dicatur Dux Marchio, &c.* Imperator ritè, ac verè dicatur Princeps, ea videtur esse, quòd ille sit Christiani Orbis, Romaniquè Imperij primum caput, primumq; locum teneat, siuè primas partes capiat, iuxtà Etymologiã nominis, quam D. Augustinus affert, vt asserit Pomeranus. Hinc,quod dicitur, PRINCIPEM esse solutum legibus, *L. Princeps D. de Legibus*, id de solo Imperatore accipitur, in quo maior potestas, quàm in vllo alio Rege,teste Purpurato in *L. Quicumque Num. 116. D. de Offic. eius*. Nec alia de caussa videtur Pontifex Imperatorem SVMMVM PRINCIPEM appellasse *in C. ad Apostolicę de re Iudic. in 6.* & Baldus *in L. pen. in pr. C. de bon.qua liber.* SVPERIOREM SVMMVM.

ELECTIONE] Inter legitimas Imperij consequendi vias locus etiam *Electioni* datus, cum aliàs propagari *Successione* soleret. Erat autem *Successio*, cùm iure quodam gentilitatis in liberos, vel agnatos deriuabatur Imperium; *Electio*, quæ Successioni succesfit, & etiam tum viget, cùm is honos iure sanguinis neglecto, suffragijs deferebatur eorum, ad quos id iuris, & muneris attinebat. Qui alia via potius fuisset Imperio, is non tàm imperium sibi quæsisse dicebatur,quàm certum sui exitium inuenisse. Quippe *Imperia malè parta, malè gesta, malè retenta obruu*, edoctus magistra ipsa rerũ experientia dixit Liuius, nec verè minus apud Tacitũ Imperator Otho Lib.I. Hist. *non posse Principatum scelere quæsitum diu retineri*. Placuit nihilominus Prudentiæ Ciuilis Institutoribus, ac Magistris,omnes etiam vias illas legitimas inter se conferre,&,vt ita dixerim,aestimare alteri, quærere,discutiendo. Nemines nominem, quod operæ maioris,quàm frugis esset,cum multi ità tenuè presserint arenam istam, palmam ego detulerim Ioanni à Cochiet, cuius ingenij acumine difficilis ea Quæstio reuocata sub incudem fuit, eiusdem quoquè calculo definita extat. Canones illud planè habent, *Principem non sanguine deferendum esse, sed vita*. Quod si quæras,verènе,an secus *Successio* præiuerit *Electioni* in creando Romanorum Rege, satis tibi hac in parte fecerit cumulatè Hieronymus Balbus,Episcopus Gurgensis, Libro singulari de Coronatione ad Carolum V. Imperatorem, palàm asserens, Imperium olim successorio edicto fuisse delatum, idquè haberi *in C. denique* VII. Q. I. ad quam Glossa refert, filios Regum iure Reges esse oportere, & Dauid Salomonem sibi successorem instituisse. At cur olim *Successionis serie*; deinde verò ex *Electione* deferri cęperit Imperium, facilè te docebunt Andreas *in Addit. Spect. Tit. de Rescrip. præsenta.* §. *fi.* Baldus *C. I. de pace te. muni. feu.* & Petrus de Ancharano *Consil.* CCC. LXXXI.

CONVENERE] De ANNO, & DIE Conuentus huius, pro deligendo Alberti demortui successore, varij varia tradidere, nec eadem de Loco eiusdem Conuentus omnes. In *Anno* hallucinatus insigniter Hocsemius fuit,cùm ad annum CIↃ. CC. XCIX. in Hugone de Cabilone, Episcopo Leodiensi LXXII. Cap. XXIV. effutijt ista potiùs, quàm effudit. *Eodem anno* 1299. *Rex Albertus Monoculus, cum cuiusdam filii Neptis patrimonium occuparet, in die Philippi, & Iacobi Apostolorum ab eodem Nepote suo iusto Dei iudicio trucidatur, testante Posta,*

——*nec enim lex æquior vlla,*
Quam necis artifices arte perire sua.

Eodem anno Henricus Comes Luzilburgensis in regno successit eidem: ità prorsus, vt eo quoquè anno, ex huius Scriptoris mente, pro deligendo nouo Cæsare conuenire debuerint Electores. At quis hæc sanus,& siccus ferat,cum nequè ferre potuerit ipsemet illorum Scriptor? Idem enim Hocsemius non multò post,in Theobaldo scilicet, Leodiensi Episcopo LXXIV. sibi, verosq; proprio,à quo longissimè dinoterat in Hugone, eadem decennio post contigisse protulit hisce planè verbis, Cap.XXXI. *Anno Domini* 1309. *in die Philippi,& Iacobi,prima die mensis, Albertus Rex occiditur a Nepote suo, cuius patrimonium occupabat. Eodem anno Henricus Comes Luzelburgensis in regno successit eidem*. Eruditissimi quoquè VOSSII sententia fuit Lib.II.de Latinis Historicis Cap. LXIII, Albertum Austriacum decessisse anno CIↃ. CCC. IX. cui successerit Henricus VII. qui post eum quinquennio imperarit. Eadem Henricus Calderius scripsit Lib. V. de Origine, & Gestis Patauinorum. Cap. XC. Conficiunt classem alteram Vecchius, Palmerius, Nauclerus, Philippus Bergomas, Rubeus, & alij omnes, qui vel annos Regni quinq; mensesocto,nouem, decem: vel annos sex integros Henrico VII. tribuunt. Siquidem hi Conuentum electionis eius in annum millesimum trecẽtesimum septimum coniecisse videntur, cum annus trecentesimus decimus tertius suprà millesimum, quo quidem anno Cæsar iste decessit è vita, memoratorum annorum,& mensium intertuallo ab anno millesimo trecẽtesimo septimo iusta supputatione distet. Mês eadem Abrahamo Bzouio,nec occulta; sed expressa clarissimè his verbis, Tom. XIV. Annal. Ecclesiast. Col. 94. *Non assentior ijs, qui in annum insequentem (1308.) regnum eadem Alberti, eò quod extet Epistola Clementis Quinti Pontificis, data Pictauis* II. *Idus Augusti, Pontificatus anno* III. *& Incarnationis Dominicæ anno* CIↃ. CCC. VIII. *ad Henricum Regem Romanorum, qua imitatur ad Concilium Viennense. Inq; oporteret asserere illum electũ esse hoc anno* CIↃ. CCC. VII. *in vigilia D. Catharinæ Martyris, quemadmodum auctores de die electionis conueniunt: ac proinde hoc ipso anno* CIↃ. CCC. VII. *cæsum fuisse Albertum*. Hæc Bzouius ex scriptis, vt arbitror, Antonini.

Placuit nihilominus nonnullis alijs, anno trecentesimo decimo suprà millesimum, electum in Cæsarem Henricum Comitem Lucemburgensem scribere, & his maximè Alberto Krantzio Lib. VIII. Saxoniæ Cap. vltimo, & Libro sequenti Cap.I.& Gulielmo Hongarellio Historico Patauino nondum edito ad illum annum: Turtellino verò Lib.IX.Epit. Historiarum circiter eundem annum. Quid alijs ex eodem albo? Annus ille nobilis Alberti prædecessoris cæde, quem millesimum trecentesimum octauum fuisse firmauimus pleniori numero calculorũ. Quamobrem,cum secundùm plures lites etiam solueant æstimari, censuerim ego pariter, hunc Henrici Romanorum Regem electum,& eodem anno Septemuirum Electorum conuentum ea de re habitum cum *Ioanne Villano* eius ætui Scriptore,studiosissimo veritatis Lib. IX. Cap. CI. *Argentinensi* in Chronico ad annum illum: *Appendice* Martini Poloni supputationibus adiecta: *Trithemio* in vtroquè Chronico, Hirsaugiensi scilicet,ac Sponheimensi: *Magni Chronici Belg. Conuinatore*, in Imperialibus: Onuphrio Panuino in ijsdem: *Paulo Langio* in Chronico Citizensi: *Ludouico Cauatellio* in Annal. patrijs: *Meyero* in Flandricis: *Ciacconio* in Clemente V. *Kerssandro* in Annal. Augu. Treuer. Part.XIV. *Donato Bossio* in Chronicis: *Iacobo Cuspiniano* in Austriacis: *Abrahamo Bzouio* Lib.XIX. *Iacobo Comatio* Lib.III. Hist.Boiemicę Lib.XIX. *Iacobo Cusano* in Hist.Cœnobij D. Iustinæ Patauinæ, *Cæsare Cocc.* in Catalogis suis Chronologicis: *Iacobo Gordonio* in seriem rerũ gestarũ per vniuersũ Orbem: Iacobo Gualterio

terio in Chronographia Status Ecclesiæ, seculo XIV. *Elia Reusnero, Hieronymo Henninge, & Vbbone Emmio* in Stemmate Lucemburgensi: *Antonio Possevino* in Gonzagis Lib. III. *Benedicto Iouio* Lib. I. Historiæ Nouocomensis, ac ijs demùm omnibus, qui cum Nostro regnasse volunt HENRICVM VII. Augustum annis omnino quinque. Tot enim inter annum millesimum trecentesimum octauum, & millesimum trecentesimum decimum tertium, quo regnare desijt, anni alij penitus intercessere.

Gradior igitur ab huius Electionis, siuè Conuentus ANNO ad eiusdem DIEM, in quo si conuenirent Auctores, vt inquit Bzouius in suprà laudato loco Tomi XIV. non admodùm ea pro re solidè statuenda nobis laborandum foret: at cum illi hoc in die dissideãt inter se maximè, laborioseq; prorsus opus est aleq; id tentare. Quod ne gratis à me dictum Bzouius putet, occe Scriptorum ipsorum dissidium repręsento, vt si possim tollam. Habet Argentinensis. *Occiso itaque Alberto Rege, Hainricus Comes de Lutzelburg strenuus, & acer, eodem anno in festo omnium Sanctorum* (hoc est die prima Nouembris) *concorditer in Franckfurt est electus.* Eiquè subscribunt Cauitellius & Gordonius nil hærentes. Primus in Annalibus patrijs verbis istis. *Die prima Nouembris electus fuit Cæsar* (Henricus) *ex voto Præsulis Treuerensis fratris sui.* Alter his in Serie rerum gestarum per vniuersum Orbem. *Albertus Imperator à fratris filio Ioanne, aliisquè paucis comitibus impiissimè trucidatur, magnus Princeps I. Maij. Electores Francofurti I. Nouembris renuntiant Imperatorem Germaniæ Henricum* VII. *Comitem Lucemburgensem.* Nec alio, quàm Argentinensi, duce Henninges scripsit in Stemmate Lucemburgensi: *Henricus* VII. *ex Comite Lucelburgensi* X. *Imperator electus de consilio Balduini fratris, 7. mense ab interitu Alberti I. Imperatoris, Cal. Nouembris* (*alijs Cal. Decembris*) *A.C.* 1308. Vnde Carrio Lib. V. Chronici. *Ità cum Septemuiri conuenissent Francofurti, coniunctis suffragijs elegerunt Henricum Comitem Lucelburgensem, Calendis Nouembris, septimo ab interitu Alberti mense:* Et Ketiander in Annal. August. Treuer. Part. XIV. *Albertus occisus* 1308. *post septem pene menses interregni successorem nactus Henricum* VII. *Lutzenburgensem.*

At enim Dubrauij margo ad pag. 157. Lib. IX. Hist. Boiemicę, ità nos à Calendis Nouembris ad alium tùm Mensem, tùm Diem vocat. *Henricus Comes Lucemburgensis Imperator appellatus anno* 1308. *Cal. Decembris, alijs* 15. *Nouembris.* Videtur etiam Canatius extremum Decembrem potiùs, quàm ineuntem Nouembrem ob oculos habuisse, cum huic electioni signandæ calamum sic admouit. *Vergente anno* (1308.) *Henricus Comes Lucemburgensis Romanũ imperium capessiuit:* Et Meyerus, cuius illa sunt in Annal. Fland. *Mense Nouembri, post 6. Mensium interregnum, nondum creatus erat Augustus:* Nec nõ Magni Chronici Belgici Concinnator, cùm Imperatorem eundem regnasse protulit Annis IV. Mẽsibus VIII. Siquidem tot Anni, ac Menses Decembrem extremum anni CIↃ. CCC. VIII. cum Augusto nectunt an. CIↃ. CCC. XIII. quo mense vnà cum regio diademate vitam posuit hic Henricus: etsi idem Scriptor inibi paullò antè, diem eius electionis in Cæsarem minimè separet à S. Catharinæ luce, quæ est vigesima quinta Nouembris in Diuorum Fastis.

Et sanè recedunt ægerrimè alij à Nouembri; sed eius in die nutant. Trithemius enim in Chron. Sponheimensi, diem huius conuentus attulit septimum suprà vigesimum eius Mensis, quod & Caluisius fecit. Reusneri calamus in vigesimo tantùm stetit; ad vigesimum quintum D. Catharinæ sacrum alij processere: nec defuere (quod vidimus ex Henningę) quibus magis arriserit decimus quintus. Vnum Bzouium meminisse video vigesimi quarti, hoc est Vigiliæ Diuæ Martyris & Virginis Catharinæ.

Mean ti sententiam rogas, in eam tribum pedibus eo, in quam accuratissimus Lucemburgensis Historiæ Scriptor Bertelius ijt, proq; illa suffragium fero. Censuit porrò Bertelius cum ijs, qui Henricum ex Comite Lucemburgensi Romanorum Regem renuntiatum asseruere die celebri D. Catharinæ cultu, vigesimo nempè quinto Nouembris, anni millesimi trecentesimi octaui, & his sanè verbis pagina 46. reuocatis ad trutinam, vt opinor. *Anno Domini millesimo trecentesimo octauo, Francofordiæ, ipsis Diuæ Catharinæ feriis, a Septemuiris Electoribus in Regem Romanorum electus est* (Henricus) *ex quo Regis Galliæ consilia omnia in eam rem impensa in nihilum fuere deducta.* Respondet Bertelio Ciacconius in Clemente V. *Principes ex Pontificis literis periculo cognito, statim Francofordiæ* (*alias Midelburgi*) *conueniunt, vbi communi suffragio Regem Romanorum,* VII. *Kal. Decembris, Henricum ipsum designant, Henrici filium, tunc Comitem Lucemburgensem.* Ità prorsus, vt interregnum fuerit Mensium VI. Dierum X X VI. ex calculo Ciacconij eiusdem. Quamobrem ritè cum amborum dictis congruit Appendix Martini Poloni Supputationibus annexa ex Codice Fuldensi. *Henricus Septimus imperauit annis quinque. Hic, cum Comes fuisset Luxemburgensis, electus fuit in Francofordia, anno Domini millesimo trecentesimo octauo, in festo S. Catharinæ.* Nec abludit Magni Chronici Belgici Cõcinnator in Imperialibus anni CIↃ. CCC. VIII. *Henricus huius nominis Septimus, inter Imperatores verò* V I. *Comes Lutzenburgensis, fuit electus in Regem Alemanniæ, & Romanorum in die B. Catharinæ Virginis, &c.* Quid quod nec his aduersari videntur ij, qui diei vigesimi septimi mentionem habent. Nõ enim id illi sibi voluisse videntur. Cęsarem hunc eo die lectum; sed publicè proclamatum, cum electionis comitia peracta fuissent biduò antè. Clarè modo laudatus auctor Magni Chronici Belgici in memorato loco. *Fuit* (Henricus) *electus in Regem Alemanniæ, & Romanorum, in die B. Catharinæ Virginis, in quadã Villa propè Confluentiam, quæ Reynse nominatur, Anno Domini* M. CCC. VIII. *Et deinde Electores in Francofordiam procedentes eum publicè Regem nominauerunt.* Nec aliud in Trithemij Hirsaugiensi leges. Siquidẽ hæc illic habes. *Eodẽ anno* (M. CCC VIII.) *in mense Nouembri, conuenerunt Principes Electores ad villam dictam Reuse, non longè a Boparda, iuxta sedem regalem, &, procurante domino Petro Archiepiscopo Moguntino, in Regem Rom. vnanimiter elegerunt Hẽricum Comitem Lutzenburgensem, fratrem Baldeuini Archiepiscopi Treuerensis, virum bonum, strenuum, & imperiali honore dignum, cuius electionem* 27. *die Nouembris deuulgari Francofordiæ solemniter fecerunt.* Faciunt huc etiam illa, quæ ex probationibus Scriptoribus collecta prodidit, qui Vrspergensi Paralipomena adiecit, in hoc ipso Henrico. *Vacante Romano Imperio morte Alberti regis Rom. primi ducis Austriæ, concordi sententia Principum tam Ecclesiasticorum, quàm Secularium, in loco, qui dicitur Reinsen, Treuerensis diœcesis, electus fuit* (Henricus) *in Regẽ Romanorum, & futurum Imperatorem, & postmodum Francofordiæ more solito proclamatus.*

Ex quibus illud etiam apparet liquidò, qui nam fuerit huius Conuentus, & Electionis Locvs, cur què alij Villam *Rense*, siuè *Reinse*: *Francofurtum* alij, siuè *Francofordiam* fuisse dixerint veritate salua. *Electores enim vacante Regno, & Imperio* (vt cum Lupoldo Bambergensi Episcopo loquar Tract. de Iurib. Regni, & Imp. Rom. Cap. VI.) *iuxtà consuetudinem antiquam hactenus circà hoc obseruatam, conuenire solebant in Villa Remis* (lege *Reinsse*, quod nomen adhuc retinet Frehero teste in Notis ad locum istum, & ad Andloum pag. 80. etsi *Rense* scripserit Io. Andreas Lupoldi præceptor in Notis ad Speculator. Tit. de rescrip. præsent. §. vlt. versic. Item quod

est obtentum ab Imp. nondum coronato, vel infulato, Num. 18.) *Treuerensis Diœcesis, vbi more aliorum Collegiorum, vel Vniuersitatum statuebatur terminus ad electionem Regis Rom. in oppido Franckfurt per eos cõmuniter faciendam.* Habet nihilominus Vecerius, ista horum de Comitiorum loco, quæ cum eodem, quanti Lector voluerit æstimabit. *Authores habeo Luceburgi transacta fuisse comitia. Quod adscribendum putaui magis, ne ignorasse eam rem crederer, quàm vt morem, locumq; vetustum, tàm tumultuario præsertim tempore, prætermissam existimarem.*

PRIMATES] PRIMORES legitur in Codice Vicetino. PROCERES eosdem Guntherus dixit de electione Friderici I. Imp.

Acturi sacræ de successore coronæ
Conueniunt PROCERES, *totius viscera regni.*

Alibi. *Ad* PROCERES *electio pertinet.*

Et Gulielmus Brito de Friderici filio Henrico, Philippidos IV.

Est etenim talis dynastia Teutonicorum
Vt nullus regnet super illos, ni prius illum
Eligat vnanimis Cleri, PROCERVMQVE *voluntas:*

PRIMATES sed eosdem, vt Noster, appellauit Wippo Conradi Salici electionem describens. *Inter confinia Mogunciæ, & Wormatiæ conuenerunt cuncti* PRIMATES, *& (vt ità dicam) vires, & viscera regni, &c.* SEPTEMVIROS alij nominarunt, quòd septem omnino numero Proceres, siuè Primates essent, qui ius istud tandem habuerint Cæsaris eligendi. Probat hoc Sabinus in Cęsaribus Germanicis, vbi de Othone III. ità canit.

Vt penes immensi nos tota potentia Mundi
Semper, & imperij gloria summa foret:
Regia constituit quibus esset electio cura
Præcipua SEPTEM *nobilitate* DVCES:

Erantquè ARCHIEPISCOPI tres, MOGVNTINVS, TREVIRENSIS, ET COLONIENSIS, Imperij *Cancellarij* primùm, deinde *Archicancellarij* dicti, primus per Germaniam, secundus per Galliam, tertius per Italiam: PRINCIPES seculares quatuor, REX BOHEMIÆ Pincerna, DVX BAVARIÆ, qui & *Palatinus Rheni Comes*, Dapifer, DVX SAXONIÆ Ensifer, MARCHIO, seù MARCGRAVVS DE BRANDENBVRCH Camerarius. Vnde versus,

Moguntinensis, Treuerensis, Colonensis,
Quilibet Imperij sit Cancellarius horum:
Et Palatinus Dapifer, Dux portuor ensis
Marchio Præpositus Cameræ, Pincerna Bohemus.
Hi stabiunt Dominum cunctis per secula summum:

Vel, vt alij malunt,

Hi sunt, qui faciunt Dominum per secula summum.

Et extant de singulis testimonia seorsim, quorum aliquot isthic apponere non grauabor. De MOGVNTINO Guntherus Lib. VI. Ligurini.

Imperium geminis disponitur, inquit, habenis,
Legibus & veterum seruato tramite morum,
Cuius ab æterno tantum collatio Rege
Prouenit, ad PROCERES *electio pertinet, in qua*
Præcipuam vocem Præsul de more vetusto
Mogvntinvs habet, PASTORI *prima recentis*
AGRIPPINA TVO *conceditur vnctio Regis.*

Pro COLONIENSI dicent testimonium infrà Acta Concilij Lugdunensis sub Innocẽtio Quarto, & Albertus Stadensis in Chronico. Pro TREVERENSI fidem facit Lupoldus Bambergensis Episcopus, à quo disertè vocatur *Sacri Imperij per Galliam Archicancellarius* in Nuncupatoria Tractatus de Iur. Regni, & Imp. Rom: videturq; hæc illi delata dignitas ob primatum, quem inter Antistites Galliæ reliquos, beneficio Syluestri Pontificis, obtinebat, cuius rei testes versiculi perantiqui,

Accipe primatum post Alpes TREVIR *vbiquè.*
Quem tibi ROMA *nouo lege dat, & veteri:*

Et alia multa, quæ proferrem, nisi iam eadem emulgasset doctissimus Brouerus, in Notis ad illa Venantij Fortunati de Nicetio Episcopo Treuerẽsi,

Splendor, apex fidei, veneranda mente Niceti,
Totius Orbis amor, Pontificumque caput.

Quod attinet ad BOHEMIÆ REGEM habes clarissimas de iure Electoratus illi concesso in Imperio Romano attestationes Rodulphi, & Karoli Roman. Regum, nec non & Ruperti Palatini senioris inter Scriptores antiquos Bohemicarum rerum, qui annis ab hinc XXVI. è Bibliotheca V. Cl. doctissimiq; Marcquardi Freheri, bono Rei literariæ publico prodiere Wichelianis typis. Hoc ipso iure fruens BAVARIÆ DVX, vti Comes PALATINVS RHENI, Albertum Austriæ Ducem vnà cum Electoribus reliquis Regem Romanorum creat apud Ptolomeũ Lucensem ad annum CIↃ. CC. XCVIII. & ob id Rodulphus electus à Septemuiris in diplomate quodam dato anno M. CC. LXXV. meminit fratrum Bauariæ Ducum voces pro vna in septem Principum jus in electione habentium numero computatas. De SAXONIÆ DVCE scribit Krantzius Lib. IX. Saxoniæ Cap. V, Electiuam dignitatem permansisse in linea Rodulphi Saxoniæ Ducis, cuius successio fuit in Principatu superioris Saxoniæ in terra de Wittenburgo, qua deficiente iusto ordine rediret ad proximos agnatos inferioris Saxoniæ Duces. Quò respiciens Nicodemus Frischilinus in Aulęo Principum Anhaltinorum, Electorum Brandeburgiorum, & Saxonicorum, ità cecinit.

Diue Rodulphe, tua gener hic Agnete superbus
Suscepit patri similem virtute RODVLPHVM
Imperii ENSIFERVM, *qui Parthenopen subegit*
Mœnia, & hostilem vastauit milite terram.

De eodem demum, & MARCHIONE BRANDENBVRGENSI; habet Chronicum Carrionis Lib. V. sublatis è viuis sine prole Alberto Saxonum Duce, & Woldemaro Marchione Brandenburgensi, vtroquè ex Alberti posteris, Sigismundum Imp. Saxoniam Friderico Misniæ Marchioni, Marchiam Friderico Burggrauio Norimbergẽsi tradidisse adiuncta dignitate Septemuirali. De omnibus simul iunctis meminere quamplurimi, nec plurium, quàm horum Septem. Quare necessariò mihi monendus hoc loco Lector, vsquè ad annum millesimum ducentesimum sępiùs plures, quàm septem Electores fuisse. nempè omnes Germaniæ Principes, & Prælules, qui Comitijs intererant, vti pluribus Baronius ostendit. Nam (ne nescianus) cęteris etiam Principibus ius aliquod Comitiorum adeundorum, & dicendæ sentẽtiæ fuit, quod è speculo Saxonico Lib. III. Art. 57. non obscurè discimus, cui concordat & Suetuicum Lib. II. Cap. 8. Sed Electorum septenorum vota, & sola necessaria erant, & cæteris omnibus præponderabant. Donec tandem & illud tempore Caroli IV. per Aurcam (quam vocant) Bullam est mutatum, & ordinatũ, vt solis Septemuiris conuocatis electio transigeretur: cæteri Principes, nec ad Concilium, neque ad vrbem electioni destinatam admitterentur. Hinc Conradum non ab Electoribus, sed ab omnibus ferè regni Principibus electum asseruit Keriander anno M. C. XXXVIII. vbi de Adalberone Pontifice Trevirensi. *Conrado Regi intima familiaritate, atq; amicitia coniunctus* (Adalbero) *fuit, adeò vt post mortem Lotharij, contradicentibus omnibus regni Principibus, Adalbero tamen industria sua Conradum ipsum in Regem creari effecerit, acciris in colloquium ad Confluentiam Federico Duce Cõradi fratre, Bocheq; Virgiensium Episcopo, accedentęq; Colonensi Archiepiscopo Arnoldo, quorum votis Cõradus Rex dictus, & mox Augustæ confirmatus est.* Et Wippo ipsius Conradi cœtus de eius electione. *Inter confinia Mogunciæ, & Wormaciæ conuenerant cuncti Primates, & (vt ità dicam) vires, & viscera regni.* Et eisdem verbis de electione Friderici I. Guntherus,

Acturi sacra de successore coronę
Conueniunt Proceres, totius viscera regni

Deq;

Dejeius Filio Henrico. Brito in loco laudato suprà. *Eligat vnanimis Cleri, Procerumq; voluntas.*

Ità, cum post Henricum Cæsares duo creati fuissent in schismate pernitiosissimo, Otho Saxo, & Philippus Suevus, illũ hinc Pontifici cõmendarunt PRINCIPES, *& Barones Alemaniæ, Clerici, & Laici*; hinc GERMANIARVM *Principes, & Magnates*. Addo illud etiam ex Harẽo in Othone, Duce Brabantiæ XVIII. non semper Senatum Septemuirum Electorum effectum ex Archipręsulibus tribus Moguntino, Treuerensi, & Colonien si; & ex Principibus Secularibus quatuor, Bohemiæ Rege, Bauariæ Duce, Marchione Brandenburgensi, & Comite Palatino Rheni; sed & alios quandoq; Principes eundem in Ordinem fuisse lectos. Anno quippe CIↃ. CC XLV. in Concilio Lugdunensi, sub Innocentio V. vt habent Acta eius Concilij apud Matthęum Paris in Historia Anglicana, Electores Imperatoris verbis hisce produntur. *Laici, Dux Austriæ, Dux Bauariæ, Dux Saxoniæ, Dux Brabantiæ, qui & Louaniæ: Prælati Archiepiscopi, Colonensis, Moguntinus, & Salisburgensis*. Ità ibi. Et sequitur. *Isti ducentur in Insulam quandam Rheni, & dimittentur soli in ea, & admonebuntur omnes nauicula, & ibi tractabunt de electione Imperatoris. Nec adueniat aliquis ad eos, donec sint concordes. Huic negotio præerit Archiepiscopus Colonensis, secundus Moguntinus, tertius Salisburgensis*, ità prorsus, vt etiam tum per solos Septemuiros Imperatoris electio transigi videretur, multò nempè antè tempora Caroli IV. à quo id sancitum fuisse diximus legibus Bulla, quæ dicitur Aurea, comprehensis. Sed hæc cum dictis ea de Bulla nequaquàm pugnant. Cedentibus enim paullò post quatuor ex recensitis in Actis Concilij Lugdunensis (siuè quòd ab eo onere liberi esse voluerint, vel fortè etiam eligi magis, quàm eligere desiderarint) alij subrogati sunt, de quibus hæc Albertus Stadensis, qui Chronicon suum perduxit vsque ad annum CIↃ CC LVI. *Ex prætaxatione Principum & consensu, eligunt Imperatorem Treuerensis, Moguntinus, & Colonensis: & de secularibus Palatinus eligit, quia Dapifer est; Dux Saxoniæ, quia Marescalcus; & Marggrauius de Brandeburch, quia Camerarius; Rex Bohemiæ, qui Pincerna est, non eligit, quia non est Theutonicus*: nec aliud egisse videtur Carolus IV. quàm eandem potestatem septem ijsdem Principibus indulsisse, & accuratius eorundem officia distinxisse, datis legibus cum Electoribus, tùm cæteris Principibus, & etiam Imperatoribus ipsis.

At hæc vsquequaq; omnibus non probantur. Nã quod attinet ad *Numerum* Electorum, vt, quantum ex historijs ea de re didici, in medium afferam, primùm in Chronico quodam Saxonico legitur, Carolum Magnum quatuor instituisse Electores, tres scilicet Archiepiscopos, Moguntinum, Colonensem, Treuirensem, quartum verò Maiorem domus, siuè Comitem Sacri Palatij ad Rhenum; vidisse nimirũ prudentissimum Imperatorem, quod, tametsi hæreditaria filiorum, & posterorum suorum in Romano Imperio futura sit successio; tamen, si plures essent, qui simul Imperium expeterent, facilè magnum excitari possit dissidium: ac proinde optimum fore ratum, Principum Electorum iudicio Electionem cõmitti. Post Ludouici IV. mortem, in quo familia Caroli Magni desijt, Electores etiam quatuor conuenêre: at, cum hi in consilium adhibitis Saxonibus petijssent, vt sibi ad obtinendum Imperium essent adiumento, respondersũt Saxones, perquàm mirum sibi videri, eos sibi solis electionem Imperatoris vendicare, eòq; rem adductam ferunt, vt duo Principes è Saxonibus electioni adhiberentur, qui tandem, tametsi variarint vota in electione Imperatoris, Conradum Ducem Franciæ designarint.

De *Sanctione* Septemuirũ nec eadem vsquequaq; omnium sententia est. Cum enim eam pleriquè referant ad tempora Gregorij V. Onuphrius Panuinius tum in Annotationibus ad Gregorium V. Platinæ, tum in Libro de Comitijs Imperatoris, quæ à Gregorio X. instituta sunt, ea remetè adscripta fuisse prodidit Gregorio V. In monumentis etiam Aquileiensis Ecclesiæ traditum inuenitur, Sanctionem de Imperatore à Germanis deligendo, Syluestri II. qui Gregorio V. successit, temporibus institutam, quòd dictum eam ob causam explicat Nauclerus, quòd tum ea Sãctio cœperit moribus vtentium approbari, confirmante scilicet Pontifice Syluestro Cæsaris electionem primam, factam iuxtà Gregorij Sãctionem: qua responsione saluari quoq; posse existimat, quod scribitur à nonnullis, Sanctionem eandem institutam fuisse anno salutis M II. quòd scilicet eo anno, vi tutelæ istius Sanctionis, prima facta fuerit per Principes designatos electio in persona Henrici Bauari.

Alia his omnino contraria deprehendes in Munstero, Carrione lib. IV. Pomerano lib. II. de Iurisdictione Cap. v. & alijs, manasse videlicet Sanctionem istam ab Othone III. qua omnis eligendi Imperatoris Romani potestas in solos Germanorum Proceres transferretur, auctore Villigiso, præceptore suo, viro prudẽte, qui & primus fuisse perhibetur ex Diœcesi Moguntina Septemuir, accedente cõsilio Principum Germanorum, atq; adeò consensu Gregorij V. cum hæredes ex se descendentes masculos non haberet, ne post eius mortem de Imperio certaretur, alijsq; de causis, quæ à Carrione libro laudato anteà recensentur. Indè clarè Antonius Bonfinius Lib. x. Dec. I. Annalium Hungariæ, factam fuisse scribit Sãctionem istam de Septemuiris Imperij Germanici ab Othone III. circà annum Christi 1005. confirmãte eam Gregorio V. Pontifice Romano, è Ducibus Saxoniæ oriundo. *Primus*, inquit, *Gregorius V. Pontifex Max. natione Germanus, Saxonum genere ortus, Othonis III. Imp. frater, de Imperatorum electione Sanctionem promulgauit, qua cautum est, solis licere Germanis, quibus eligendi potestas data est, Principem creare: qui statim Cæsar, & Romanorum Rex salutatur: & cum a Romano Pontifice Max. corona donatus approbatur, Imperator Augustus appellatur. Ex Metropolitanis Electores hi sunt, Moguntinus, Treuirensis, & Colonensis: e Principibus tres, Palatinus, Saxo, & Brandenburgensis: è Regibus vnus tantum, Bohemiæ Rex. Sanctio facta salutis anno secundo suprà millesimum. Distincta inter Electores officia. Tres primi Cancellarij sunt, Germaniæ primus, secundus Galliæ, Italiæ tertius. Brandenburgensis Camerarius, Palatinus Dapifer, Saxo Marescalcus (Ianitor) Rex Bohemiæ Pincerna est*. Faciunt huc etiam Sabini versus, laudati suprà in Cæsaribus Germanicis, vbi de hoc ipso Othone III. hæc habẽtur.

Vt penes immensi nos tota potentia Mundi,
Semper & Imperij gloria summa foret,
Regia constituit quibus est electio cura,
Præcipuæ SEPTEM *nobilitate* DVCES:
Theutonicaq; genus qui non ab origine ducunt,
Hæredes vetuit nominis esse sui.

Cum demum in Priuilegio Othonis III. scripto anno 999. & præfixo Iuri Saxonico municipali, aperta fiat mentio Electorum Ecclesiasticorum, & Secularium; & in alio Priuilegio anno 973. concesso, Electorum idem Imperator clarè meminerit, vel ex eo euincitur, Ordinem Electorum Othoni III. cognitum fuisse, nec à posterioribus Cæsaribus institutũ.

Ioannes Dubrauius Lib. VI. Historiæ Bohemicæ, Sanctionem istam æquè vtriq; tribuit, Othoni nempè III. & Gregorio V. quod ambo Germani essent, sibiq; inuicem innexi, ac pariter in hoc proni, vt honor summæ dignitatis in Germania perpetuò resideret.

Martini Poloni Appendix, & alij præterea pauci, electoriam Septemuirũm dignitatem, nec à Pontifice Gregorio, nec ab Othone Cæsare profectam asserunt; sed horum quidem ætate, quæ in eadem tem-

pora incidit, à Primoribus Imperij decretum, vt cum Imperium apud solos Saxones ferè per annos centum perdurasset, in posterum per Principes Officiales Imperij, seù Curiæ Imperialis Imperator eligeretur.

In Gerbrando à Leydis Lib. IX. Magni Chron. Belgici clarè legere est, Ordinationem huiusce modi nequaquàm initiatam Othone III. imperante; sed renouatam tantùm, eò quod tempore Caroli Magni primo fuerit incœpta ab ipsomet Carolo Magno, eamq; ob causam totum id, quod post eius mortem multis in locis legitur: *Ille, vel ille Rex Francorum, vel Imperator Romanus illum, vel illum filium suum sub stitua: imperio*, intelligi debere factum, vt innuit Albertus Stadensis laudatus aliàs, *ex pretaxatione Principum, & consensu*, quàm tamen sententiam nequaquàm approbat Pomeranus, qui negare ait Historicos ab Imperatoribus, qui antecesserunt Othonem, institutum Senatum Electorum septem.

Verùm enim verò non pauci quoq; dubitant, Petro Hegio teste, rum Othonis tempore Electoria dignitas fuerit institura, & hos inter Freherus in Notis ad Lupoldum Episcopum Bambergensem, Iac. Spiegelius in Scholijs ad Lib. I. Ligurini Gũtheri, & alij, eas ob causas, quas præter Freherum in laudato loco, Cartio retulit Lib. IV. Sabellicus etiam fatsus est, se parum compertum habere, fuerintne tum primum creati, qui Imperatorem legerent, an postea res inducta sit. Germani sanè habent id commenti loco, mirè ea de re silentibus suorum Annalibus, & historicis monumentis.

Retrahunt tandem alij ad Rodulphi Regis, alij ad Caroli IV. ætatem Septemuirum institutionem; sed Rodulphus ipse electus à Septemuiris satis eos refellit. Itaq; plerisquè omnibus verisimile fit, tempore interregni, & schismatum à Federico Primo, ad Federicum II. Electorum institutionem natam, siuè vsurpatione quorundam, inter cæteros potentium; siuè etiam mutuo consensu, & cum conuentione, cum præsertim Innocentius III. Pontifex in *C. Vener. de Elect.* duobus locis dicat, *ad eos Principes ius eligendi Regem de iure, & antiqua consuetudine noui er pertinere*: ac demum à Carolo IV. qui ordines Imperij accuratiùs distinxit, & leges cum Electoribus, tum cæteris Principibus imposuit, & Imperatoribus ipsis, quæ quidem extant in Bulla Aurea, sancitum, vt solis Septemuiris conuocatis electio transigeretur: cæteri verò Principes nec ad Concilium, neq; ad Vrbem electioni destinatam admitterentur.

Placet ob id mihi præ cæteris hac de Septemuirũ Electorum Imperij institutione, quidquid alij coniecerint, Simonis Maioli, Episcopi Vulturarien sis, sententia, rem istam omnem hoc ordine ab Othone III. vsquè ad Caroli IV. tempora perducentem. Electores quidem esse voluit in Imperio, eosq; etiã instituit Otho III. Imperator: at, quod Electionis ius certis Ordinibus assignauerit; id verò nulla historia loquitur, longèq; ab eo tempore filios semper parentibus, proximosq; sanguine, & affinitate in demortuorum locum successisse; ab omnibus item communiter Ducibus, Dynastis, Satrapis, Episcopis, Præsulibus, populo Germaniæ designatum fuisse Rectorẽ Imperij legimus: nec in vetustioribus monumentis vlla reperitur mentio, vel Septemuirum, vel etiam inter Ordines, qui Imperatorem creatũt, Palatini ad Rhenum, Marchionis Brandeburgici, & Regis Bohemiæ; sed saltem generatim, *Cunctorum Ordinum Imperij*. Nec enim ijs in monumentis certi aliqui exprimuntur; nec à communi deliberatione, & suffragiorum iure cæteri Germaniæ Proceres excluduntur. Et profecto, ad Bohemum quod attinet, nec regium nomen, nec istam dignitatem eum tunc obtinuisse satis constat; tantumq; abest, vt Bohemię Duces ijs comitijs, quibus Henricus Claudus, Conradus Saliquus, & Henricus Niger Cæsares renuntiati sunt, interfuerint, vt etiam Imperio Germanorum, cui tributum pendebant, essent infestissimi: in quos Spitigneus tanto exarsit odio, vt non modo omnes alios Bohemia excedere iuberet; sed nec matri quidem Luthæ, Othonis II. Imp. filię, in ea commorandi potestatem faceret. Huius patrem Bestislaum Henricus II. fratrem Vratislaum Henricus IV. domuerunt, & imperata facere coegerũt. Vtrum verò his ipsis comitijs Marchio Brandeburgicus interfuerit, Krantzius omnino ambigit, vtpote, qui à Mistiuoio Obotrito ditione sua electus, in perpetuo exilio ex fructibus Sacerdotij Magdeburgi priuatus vixit, Vandalis Marchiam per annos quinquaginta tenentibus.

In sequentibus verò seculis, cum magni in Imperio nascerentur tumultus, ipsis Principibus in Cæsarum electione grauissimis contentionibus, quæ in latrocinia, & bella ciuilia desinebant, mutuo dissentientibus: vbi sæpius plus valuit potentia, & auctoritas, quàm consultationes, & calculi suffragantium, tunc horum numerus in pauciores contrahi cœpit. Et verisimile videtur in summa ista Ordinum Germaniæ confusione, rerumq; omnium perturbatione, ne in extremum discrimen Respublica adduceretur, ius hoc eligendi Imperatorem, de consilio Cęsarum, & voluntate Procerum ad eos præsertim fuisse delatum, qui vel dignitate, vel auctoritate, vel potentia, vel ingenij doribus animiq; virtute excellerent: atq; ità ad certum, & quidem Septenarium numerum esse redactum, alia tunc & penè noua Germaniæ discrepia, exhaustæ, atq; enerutæ existente facie. Aliæ siquidem familiæ in priorum vestigia successerant, quarum nonnullæ erant nouæ; nonnullæ de veteribus reliquiæ, ex obscura humiliq; conditione rursus excreuerunt, atquè inclaruerunt. Bellis præterea intestinis Proceres Germaniæ ea tempestate impedichantur, quominus frequentes ad Imperatoris Electionem comparerent: quidam etiam Procerum (vt auctor est Auentinus Lib. VII.) sedem, & domicilium Imperij ex Germania in Italiam transferri cuperẽt, vt tandem aliquando optata pace frui, & à libidine hominum pene eorum immunes esse possent, quippe quos à vicino Imperatore in ordinem redactum iri sperabant.

Horum tamen è numero, cum ex ordine Ecclesiastico *Moguntinus, Colonien sis, & Trevirensis*; ex ordine politico *Palatinus, Saxo, & Brandeburgicus*, vt plurimum permanerent constantes: & his se nunquam *Rex Bohemiæ* adiungeret (id quod factum fuisse in conuentu Wurceburgico scribit Krantzius) procul dubio contigit, vt hi ipsi, cæteris exclusis, sibi potissimum ius & potestatem eligendi Imperatorem, consilijquè publici auctoritatem vendicarint: atquè ità, quod antè consuetudinis fuit, id iam iuris esse cœperit, accedente non tantùm approbatione, sed & ordinatione Imperatorum. Quæ de re licet nihil reperiatur cupiditate nostra dignum, aut pro tali matriatione referendum literis, & monumentis traditum; tamen vt ità sentiamus, in illis auctoritas, in his potentia, qua cęteros Principes tunc superarunt, suadet.

Atq; ita sublata aliqua ex parte sunt incommoda, quæ ex suffragiorum multitudine atq; diuersitate, & concessa omnibus horum ferendorum potestate prouenire consueuerant, Imperioq; ruinam ferè attulerant: quemadmodum fieri solet, quando in magna suffragantium multitudine sententias alij dicũt magis affectu, quàm iudicio (nec enim in multitudine certum esse potest iudicium, nec constans decretum) alij ambitione, & alienum gloriæ inuida: alij metu, alij amore: alij denique spe maiorum opum, atq; dignitatum ex meliorum, & præstantium ruina, & interitu. Singulari certè Dei Opt. Max. transferentis, & stabilientis regna, bonitate & impulsu videtur hu-

Electo-

Electorum Senatus poſt longos inteſtinorum bellorum conflictus conſtitutus, & eiuſmodi poteſtate armatus, atq; circumſeptus: vt nutantes tunc, & propè collapſę Occidentis reliquiæ inſtaurarentur, atq; fulcirentur, & his quaſi metis ſimul tyrannis, & furioſæ plurimorum molitiones conſtringerentur, & amputarentur occaſiones turbandi publicas deliberationes, quod tandem perfectum CAROLO IV. ad Imperij clauum ſedente. Etenim is, diſſentientibus Electorum ſuffragijs Imperator electus, poſt Italicam expeditionem, in Germaniam reuerſus, Conuẽtum egit Principum celebertimum, & frequentiſſimum in Vrbe Metenſi, in quo re cum precipuis Imperij Ordinibus ſapienter, & multum deliberata, de antiquis, & recentioribus inſtitutis, atquè moribus, ad Imperij, ſingulorumq; Principum decus, & maieſtatem pertinentibus, in vnum contractis, in ordinemquè digeſtis, condidit *Legem Carolinam*, *Aureæ Bullæ* nomine celebrem, quæ leges. & ritus comprehendit in Imperatoris electione obſeruandos: Ordinumquè poteſtati, auctoritati, & dignitati conſulit, atquè cauet omnia, ſuo ſingulis loco, pro ratione circumſtantiarum. Inter Principes autem Septemuiros, dignitatum gradus idem primus in hunc modum diſtribuit. Ex Archiepiſcopis tribus S. Rom. Imperij legit Cancellarios *Moguntinum* Germaniæ, *Colonienſem* Italiæ, *Treuirenſem* Galliæ: ex Principũ verò ordine *Palatinum Rheni* menſæ prefectum, *Saxonem* ſtabulo, *Brandeburgicum* cubiculo: ſingulos ſingula preferentes inſignia, maieſtatis effigiem: ità vt *Pomum aureum* geſtaret Palatinus; *Enſem* iuſtitiæ vindicem Saxo; *Scep'rum* gubernationis ſignũ Brandeburgicus: *Regem* verò *Bohemiæ* preſidem Imperij honorarium, ſupremumq; haberi arbitrum, & Archipincernam eſſe voluit. Eſtq; horum Principum inter ſe æqualitas arithmetica: hoc tantummodo munus Maguntinus habet proprium, vt ceteros conuocet, & ſententias roget; ipſe verò interrogatur à Saxone. Ex hoc tempore Principes Septemuiri, priuilegijs Cæſareę amplitudinis paribus donati, titulum electoratus, anteà non vſquè adeò frequentem, officijs, quæ gerunt, addere, auctoritate creſcere, & bonis ſibi per Imperatores collatis ditari cœperunt: ita vt, nec luminibus ipſorum, quibus anteà multitudo aliorum Principum offecerat, quidquam hodie illuſtrius, nec auctoritate ampliùs ſit. Hæc Maiolus, qui mihi neceſſario quodammodo exſcribendus fuit, quòd inter cæteros totam huiuſce rei ſeriem ob oculos clariſſimè ponat. Vedeſis tamen etiam elegantem ea de re Nicolai Ciſneri Orationem, Libellum peculiarem Sim. Schadij I.C. necnon & Michaelis Beuter Animaduerſiones Hiſtoricas, Cap. XIII. & eos, qui de Maieſtate Rom. Imperij monumentorum aliquid Poſteris tradiderunt.

Cur porrò Electores Imperij ſeptenario numero fuerint definiti, rationibus aliquot eleganter adductis, probè factum aperit Andreas Knichen in Commẽtarijs ad ius Saxonicum, Verbo *Electorum* Cap. I. Eo ſanè fine conſtituti videntur ex ſingulis Ordinibus, Clericis nimirum & Secularibus, vt per hoc indicaretur Imperium Romanum ſemper in portu fore, ſi ex togata & armata militia conſtitueretur. Vnde & Imperium Romanum dicitur Sacroſanctum. Moguntinus enim, Colonienſis, & Treuirenſis Archiepiſcopi, quod alios potentia ſemper anteceſſerint, Cancellarij ipſius Imperij munere, quod locum Principi proximum obtinet, exornari ſunt, eoq; pacto inter ſe in eadem obeunda prouincia diſtincti, vt vnus per Germaniam Cancellarius eſſet, per Italiam alter, per Galliam tertius, licet deficiente tota Gallię, & Italię parte (qua dere Petrus Hegius) Cancellariorum etiam, qui per Galliam & Italiam inſtituti fuerant, poteſta· diminuta ſit, adeò vt nihil ferè niſi nomina reſtare videantur, & omnia, quæ ad Archiuum Imperij ſpectant, in ſolum Germaniæ Cancellarium collata. Seculares quidem quod attinet, nemo non illos omnium eſſe Ordinum videt, cum vnus horum ſit ex Regibus, vnus ex Ducibus, vnus ex Marchionibus, vnus item ex Comitibus, qui omnium Ordinum, & Statuum Imperij Rom. ius, & dignitatem prę ſe non obſcurè ferunt. Hinc grauiter, & eleganter Ioãnes Sturmius in Dialogis Turcicis, numeri & ordinis huius preſtantiam admiratus, ſcripſit his verbis. *Quid pulchrius, quid honeſtius dici, aut cogitari poteſt, quam vnum ex omnibus Imperij Principibus eligi à Septemuiris Imperij, quorum magna in Imperio potentia eſt, & auctoritas, eaq; precipua poſt Imperatoriam Maieſtatem: & hos ſeptem ita deſignatos eſſe, vt vtrinq; terni Imperatori aſſiſtant, terni ſacri ordinis, terni popularis; ita vt alteris ſacra res curę eſſent, alteri populi curationem ſuſciperent, & his ſeptimus aduocetur, ſi in maximis, & grauiſſimis diſputationibus diuiſa in contrarias partes exiſterent paria ſuffragia: tum hiſce ſeptem minores Ordines eſſe aſſignatos, eodem modo & iure partitos, vt alteri profanis, alteri ſacris aſſiſterent: ab his verò vtriſquè populos, Ciuitates, Comites, Barones, Equites Imperij munera, & commoda hereditaria accipere; & in his poſſidendis, atquè fruendis in horum Principum patrocinio acquieſcere?* Hæc de Electorum Romani Imperij Origine, ac Numero ad hunc locum.

QVIBVS IVS ELIGENDI CONCESSVM EST] Ferretus audirus antè in primis huius Rubricæ Notis, de hac ipſa Henrici VII. Cæſaris electione: *Quibus poteſtas tradita eſt*. Vecerius: *Quorum legendi Cæſaris ius eſt*. Pigna lib. IV. de Principibus Atheſtinis: *Quorum id munus erat*. Quin ob id maximè Septemuiri Proceres Imperij Romani, *Electores* dicti, *quòd Imperatorem eligendi ius habeant*, vt apertè conſtat ex Aurea Bulla, Titulis IV. VII. & X. nec id amittant, niſi pecuniã acceperint pro ſuffragio ferendo. Pręter hoc, iuris etiam Electorum eſt, Imperatorem iuſtis de cauſſis Imperio exuere cum conſilio Statuum, vt accidit tempore Wenceslai, qui propter ſuam ipſius ignauiam per Electores, & Status Imperij anno MCCCC. die XX. Auguſti legitimè depoſitus eſt ab Imperio, & omnia reſcripta priuilegiaq; eius dileta, aſſentiente, & confirmante poſteà Rodulpho Comite Palatino Rheni, in eius depoſiti locum ſuffecto pro Romanorum Rege. Alia ſunt etiã Electorum eorundem iura ac priuilegia, de quibus multa egregiè conſtituta leguntur in laudata Bulla, partes vt illorum ſint non tantum Imperatorem ipſum eligere, vel electum deponere; ſed eundem etiã ex capitulatione obligare Imperio, aliaq; omnia peragere, quæ ad tutandam Imperij Maieſtatem ſpectent. Quamobrem ad eoſdem etiam pro oppreſſorum ſubleuatione recurri ſolitum, & querelas de violatione iurium ipſis proferri, exempla ſuperioris ætatis paſſim docent. At hæc latè, & doctè tractauit Hegius, quem adeant rerum huiuſcemodi ſtudioſi.

EX IMPERIALIBVS INSTITVTIS] Difficultatibus multis, & varijs inuoluta ſunt, quæ de Iure Preſulum, & Procerum Imperij tradita literis inuenimus. Lupoldus, & Balbus Epiſcopi, Bambergenſis vnus in Tractatu de Iuribus Regni & Imperij Romanorum, Gurcenſis alter in libro de Coronatione, clarè reſtantur ius, & poteſtatem eligendi Regem Romanorum in Imperatorem promouendum ab Eccleſia Romana peruenieſſe ad Principes Electores, vt habetur in C. *Venerabilem*. §. *Verum extr. de Eccl.* & *Clementina Romani de iureiurando*. Idq; ſedẽte Gregorio V. qui cognita Imperij imbecillitate, varietateq; fortunæ, quo diutius apud Germanos ſumma poteſtas remaneret, illequè cæteris preeſſet, qui virtute, & dignitate cęteris preſtaret, Sãctionem tulerit de Imperatore eligendo, Othone III. quitunc Imperium tenebat, non refragante, qua ſcilicet ſolis Germanis liceret Principem deligere, ex quo nomen

men *Electoris* haberent, quiq; ab his delectus esset appellaretur Cæsar, & Romanorum Rex; vbi verò Romani Pontificis auctoritas accessisset, & ab eodem coronatus foret, tum demum Imperatoris & Augusti nomenclaturam ferret. Totidem ferè verbis hac de Sanctione locuti Nauclerus Volum. II. Generat. xxxiv. Krantzius Lib. iv. Saxonię Cap. xxv. Turselinus in Historiarũ Epitome Lib. vii. Platina in Gregorio V. & Haręus in Othone xviii. Brabantiæ Principe: Diuus verò Thomas his alijs in libro, qui de regimine Principum inscriptus est. *Imperium transferur a Græcis ad Francos, deinde per Adrianum Papam ad Germanos, apud quos per Gregorium V. similiter genere Theutonicum, institutа est electio Imperialis, vt scilicet per septem Principes Alemaniæ fieret, quæ vsquè ad ista tempora perseuerat, & tandiu durabit, quandiu Ecclesia Romana, quæ supremũ gradũ in Principatu obtinet, Christifidelibus expedire iudicauerit.* Firmatur hæc ipsa D. Thomæ sententia his, quæ Platina scripsit in Adriano V. *Adrianus cogitauerat Constitutionem Gregorij de Imperatore eligendo non quidem omnem tollere, sed in meliorem formam immutare*, Vt Balbus legit, nam aliter hæc in vulgatis extant: Eademq; mouerunt Petrum de Ancharano, Zabarellam, Paulum, & alios qui interpretati sunt Clementinam dictam, *Romani* de iureiurando, vt faterentur Imperium prima sui origine à Deo emanare, & eo postea de Græcis in Germanos translato, Pontificem Romanum nouæ quasi genituræ habere auctorem, atquè parentem, *C. Venerabilem de Elect.* Idem sentiunt Æneas Syluius ad Grauamina Germaniæ Cap. lxxxi. & Stapletonus Lib. iii. de Magnitudine Rom. Ecclesiæ Cap. v. Adeòq; ista sententia permagata est, vt etiam ad Græcos auditione peruenerit, teste Laonico Chalcondyle Atheniensi Libro iii. Turcicarum, vbi Germaniæ & Sigismundi Imp. mentionem habet. Quæ de Lege Regia huc aliqui afferunt, & ad Electores Imperij transferunt, nimis altè repetita sunt.

Vt vt ea se res habuerit, sentire videtur hoc loco Noster cum ijs, qui censebant, nequaquam institutionem istam Principum Septemuirorum Romanis Pontificibus adscribendam esse, nec in hoc actu partes vllas eorum esse, quorum in numero Guntherus, qui Imperij Romani leges, & iura non ab alijs, quã ab Othone iii. & Carolo M. profecta voluit in his Lib. vii. Ligurini.

——*Et auiquas a Regibus edita iura,*
Quæ cum legifero statuit reuerendus Othone
Carolus

Et Lib. viii.

Sed veterum leges, edictaq; regia longo
Iniuria suppressa silent, quæ Carolus olim,
Quæ noster vulgauit Otho.

Et ibidem.

Carolus, & Magni regnum surrexit Othonis.

Non errarit tamen, qui latius hæc *Imperialia institutа* cæperit, de quibus Noster, vt scilicet his comprehendantur iura omnino omnia, quæ faciant ad eligendum Imperij Caput, siuè illa solis è Cęsaribus de consilio Procerum Germanorum, siuè ex iplis etiam Romanis Pontificibus emanarint.

MAGVNTINVS] *Moguntinus* alij. Nempè scribebant vna, vel altera ratione. Prima facie vt Noster scripsere Lupoldus Cap. iii. Tractatus de Iur. Regni, & Imp. Rom. *Sunt enim quatuor Principes Electores Imperij in hac Francia, scilicet Maguntinensis, Treuirensis, & Colonienſis Archiepiscopi: item Comes Palatinus Rheni.* Et alibi de Pipino. *Per manus Bonifacij Archiepiscopi Maguntinensis elenatus est in solium Regni, in Suessionum Ciuitate.* Anonymus MS. qui de Carrarienſibus scripsit. *Maguntinus Archicancellarius Imperatoris.* Ioannes à Beka in S. Bonifacio, Vltraiectensis Ecclesiæ Episcopo II. *Et quoniam Maguntinensis Antistes diebus illis obdormiuit in Domino.* Et paullo post. *Igitur idem Venfridus Maguntinensis vrbi: Pastor electus pro pontificali benedictione Romam ascendit, &c.* Annalium Dominicanorum Colmarienſium Scriptor, ad annos MCCLXXXVIII. *Rex Rodulfus congregauit exercitum, vt obsessum castrũ Magontinensi Archiepiscopo liberaret.* MCCLXXXXII. *Prima Maij Electores reliqui electionem in Maguntinum tum præsentem transferunt. Maguntinus Comitem Adulfum de Nassouu, cognatum suum elegit.* MCCLXXXIX. *Dominus Archiepiscopus Maguntinus in mensa sedens, & lętus velociter expirauit, &* MCCCI. *Circa Kalendas Iunij cœpit Albertus Rex Rom. infestare Archiepiscopo Maguntinum, &c.* Otho Magnus in Diplomate apud Keriandrum in Commentarijs historicis Augustæ Treuerorum Part. xi. *Proinde agnoscat omnium fidelium nostrorum conuentus, qualiter nos Proceres nostri adeuntes, scilicet Magonciacensis Episcopus Federicus, &c.* Nec temerè *Maguntinum* isti hunc Antistitem vocauêre. Nam & Vrbs ipsa, cuius Sacris præerat, *Maguntia* non paucis dicta, quam alij *Moguntiam* dicere maluerunt. Venantius Fortunatus Lib. ix. Carm. ix. ad Sidonium Maguntiacensem Episcopum.

Reddita ne doleas felix Maguntia casus;
Antistes redijt, qui tibi ferret opem.

Et apud eundem Lib. ii. Epigraphe Carminis xiiii. tà se habet. *De Baptisterio Maguntiæ.* Io. Schecxmannus in Medulla gestorum Treuir. Cap. ix. *Quod ea causa fatalem putam, quoniam consenserit in expulsione Monachorum Maguntiæ ad S. Albanum.* Alia facie vocatum eius Vrbis Antistitem videre est in Othone Frisingensi Lib. i. Federici Primi Cap. xiii. Langio in Chron. Citizensi, Nauclero, Auctore anonymo Notarũ ad Martyrium D. Abundij, alijsq; multis, quorum scripta operæ nullius fuerit hic afferre.

Fuit autem Maguntinus Antistes, quo de hic sermo, *Petrus de Aichspalt*, siuè *de Archspaldo*, siuè *de Asphelt*, siuè *de Caliga*, vt alijs placet, ex Treueri oriundus, antè à Medicus Henrici vii. Cæsaris, Comarchæ tunc temporis Luceburgi, cuius in Archiepiscopatum Maguntinum cùectio sic à Trithemio proditur in Hirsaug. ad an. MCCCV. quo illam contigisse ferunt. *Ad hunc Clementem Papam Henricus Comes Luczenburgensis, Pisanis commorantem misit Magistrum Petrum de Aichspalt, medicum suum expertissimum, pro Archiepiscopatu Moguntino, qui eo tempore post Gerhardi Archiepiscopi obitum vacauit (sicut iam diximus) fratri suo Baldewino impetrando. Qui cum in Gallias ad Pontificem venisset, legationem Domini sui Comitis memorati exposuit, & pro impetrando Archiepiscopatu Moguntino fratri Domini sui prædicto preces multiplices effudit. Sed Papa causis allegatis compluribus noluit exaudire precantem, & Ecclesiam Moguntinam dare Baldewino Comiti recusauit. Contigit autem interea ipsum Pontificem grauiter infirmari, qui ante, & ingenio eiusdem Petri curatus, de consensu Cardinalium, eum in Archiepiscopum sæpè dicta Ecclesiæ Moguntinæ ordinauit; datisque literis & prouisionibus necessarijs, ipsum cum pallio ad Moguntiam remisit: quem Clerus vna cum vniuerso populo, mandatis Apostolicis obedientes, cum honore, & reuerentia susceperunt, & in possessionem Ecclesiæ Moguntinæ pacifice admiserunt. Erat enim vir doctus, & magnificus, ipse pontificatu dignus, qui multa in Synodis vtilia moribus statuit, præfuitq; strenuè annis xv. Audiens hæc Henricus Comes Luczenburgensis, qui illum pro suo fratre Baldewino ad Papam miserat, iratus est, quamquam diuina fuerint ordinatione totum postea constitutum. Nam præmaledine eiusdem Magistri, & Baldewinus postea factus est Archiepiscopus Treuerensis, & ipse Henricus Rex Romanorum, sicut diximus.* Narrantur hæc eadem à Io. Schickmanno in Medulla gestorum Treuir. Cap. ix. his omnino verbis. *Iuuat rem Treuerensem laudem exprimentem inserere. Circà id temporis erat quidam* PETRVS DE CALIGA *dictus, ex Treueri oriundus. Hic cum esset Doctor Iuris, Medicinæ Physicę &* [illegible]

hac peritiam. *Miſſus fuit Romam pro obtinendo pallio, Maguntinenſi Archiepiſcopo tum nouiter electo. Aliquandiu morans, ad conſpectum nequierat venire Pontificis. Audit infirmari Papam forti febre, petit ſe admitti: obſeruat quodnam ſit febris genus, datq; medium: & ſanatur Papa Treuerico medico, quem omnes Phyſici Romani curare non poterant. Miratur Pontifex Maximus, & collaudat hominem: quare veneris, quid peteret percontatur. Ille, Beatiſſime Pater, inquit confirmationem peto pro Electo nuper Maguntino Epiſcopo.* Pontifex ad hac. *Petre roga pro te, & quare tibi ipſi non impetras. Ille, Domine Pater, non ſum dignus. Tum Pontifex, dignum te facimus. At ille; ea propter miſſus non ſum. Pontifex; nihil officit. Ego te conſtituo Archiepiſcopum Moguntinum: Eſto poteſtatem habens ſuper ſedem illam: Fer curam: Te excuſabo. Tum confirmatus, conſecratus, & benedictus ad Moguntinos miſſus eſt. arctiſſimo vinculo amicitiæ Baldeuinus illi Petro connexus erat non Archiepiſcopo: facto ſit tum coniunctior.* Habet his quid amplius Argentinenſis in Chronico: mortuo nempè Petro Diuitis Epiſcopo Baſilienſi, Petrum hunc de Treueri Phyſicum, per Sedem in Epiſcopum Baſilienſem; inde occaſione artis Medicæ in Archiepiſcopum Maguntinum, fuiſſe promotum, ſuffecto in Epiſcopatu Baſilienſi Othoné de Grandiſone Gallico. Idem in Munſteri Epiſcopatu Moguntino leges. Præfuit autem Eccleſiæ Maguntinenſi PETRVS annis XV. (XVI. alij) vir ſagax, induſtrius, & qui multas Conſtitutiones edidit. Eccleſiam ſuam ſatis magnificè rexit, Carthuſiam extrà muros Maguntinos de nouo fundauit, & Collegium Canonicorum Eccleſiæ S. Catharinæ in Oppenhein (quam illi Ciuitatem Imperialem in pignus poſteà dedit Henricus VII. Auguſtus, vt auctor eſt Nauclerus) primus inſtituit, & dotauit. Eo mortuo anno MCCCXX. ſiuè MCCCXXI. Canonici Maguntini Baldeuinum Archiepiſcopum Treuirenſem in ſuum Antiſtitem poſtularunt: ſed Ioannes XXII. Pontifex recuſans eorum poſtulationi præbere conſenſum, eis in Archiepiſcopum dedit Matthiã de Boſſeck, monachum Ordinis S. Benedicti, profeſſum Cœnobij Morbacenſis, ſuprà laudato Trithemio teſte in vtroquè Chronico ad annos MCCCIV. & MCCCV. Langius enim in Chronico Citizenſi triennio poſt Petrum Archiepiſcopum Moguntinum, anno nempè MCCCXXIV. obijſſe tradit.

At cur primo loco laudatus à Noſtro ex omni Electorum Rom. Imperij numero Moguntinus? Ea re maximè, quod illi de iure vetuſto conceſſa prima vox in electione Romani Regis. Guntherus Liguſtini VI.

——*ad Proceres electio pertinet, in qua*
Præcipuam vocem Præſul de iure vetuſto
Moguntinus habet.

Præcipuam, inquam, *id eſt primam*, vt indicat Radeuicus. Et hæc olim. Nam hodie poſtremam habet, vt apparet ex Capite Conſtitutionis Caroline, quam Auream Bullam vocant, de Principibus Electoribus in communi. Primus autem Elector Moguntinus fuiſſe dicitur Villigiſus, cuius ergò Moguntini Archiepiſcopi inſigne etiamnum hodie ſit Rota, vt oſtendam infrà.

At cur olim Moguntinus Antiſtes donatus primæ vocis prærogatiua in eligendo Romanorum Rege? Factum id aſſerit Auentinus, & ex eo Claudius Faulchet in Carolo M. ob Pipinum Francorum Regem eleuatum in ſolium per manus Bonifacij Archiepiſcopi Moguntini, & eo merito prærogatiuam Moguntinæ Sedis, ius eligendi Germaniæ Regis, & primæ vocis in electione adeptum. Hinc illa clariſſima Lupoldi Beenburbegenſis Epiſc. in Tract. de Iuribus Reg. & Imp. Rom. Cap. XII. *Pipinus à Francis electus in Regem, per manus S. memoriæ Bonifacij Archiepiſcopi Maguntinenſis, elevatus eſt in Regni ſolium in Sueſſionum Ciuitate. Dictus verò Hildericus, qui falſò Rex dicebatur, attonſus eſt, & in Monaſterium miſſus, prout hæc omnia in Chronicis Euſebij, Francorum, Godfridi, & Martini prædictis, ac etiam in vita B. Burchardi Epiſcopi antedicti plenè narrantur.* Accedit his calculus Keriandri Part. VI. extrema Commentariorum Auguſtæ Treuerorum, *Cum ſub Hylderico vltimo, paſſim etiam tum externis hoſtibus regnum tentantibus, Francos tedere cœpiſſet. Pipino autem aulæ Præfecto ob eximias virtutes regium nomen deſtinaretur, is eius rei cauſa Legatos ad Zachariam Pontif. Romanum miſit, percunctatum, faſne eſſet, & liceret Francis, Germaniſquè Rege ſocordè, ac inutili repudiato, creare ſibi alium, qui pace belloq; populum gubernare: coniuges, liberos, parentes, omnium denig; vitam, & fortunas tueri, ac defendere valeret. Id Pontifex per exempla, ſcriptaquè Sacræ Hiſtoriæ licere reſpondit, ſimulquè D. Bonifacio Maguntino Archiepiſcopo, commiſſis illi hac in re partibus ſuis, per litteras aperuit. Quæ cum in conuentu Procerum Maguntiaci reddita, reuerſiq; Roma Legati auditi fuiſſent, ſic ad Auguſtam Sueſſionum in dicto Concilio, ibi regium nomen Hylderico abrogatum, Pipino tributum eſt: quem mox deductum in Templum D. Bonifacius ritu ſolemni inunxit; eaq; propter Maguntinus Archiepiſcopus deligendi Imp. Germani, quem Regem Romanorum vocant, primas hactenus tenere creditur.* Adſtipulatur his allatæ vulgari ſententiæ Keriander, ſed dubiè, vt apparet. Dubitat etiam de Auentini fide, qui hoc ipſum teſtatus eſt, Freherus in Notis eruditiſſimis ad Lupoldum, nec cauſam ſuæ dubitationis affert. Crediderim ego fuiſſe illam, quòd non niſi ſub Othone III. primus omnium ex Diœceſi Maguntina Septemuir fuiſſe perhibeatur Villigiſus, præceptor eius, quo auctore Ordinem Septemuiralem inſtituerat. Vnde etiamnum hodie (vt innuebam ſuprà) Archiepiſcopatus Moguntinenſis inſigne ROTA perdurauit, quod Villigiſus, vt ſuæ conditionis, qua natus erat, patre rhedario, ex pago Saxoniæ Schoningen, memor eſſet, Rotam multis in locis depictam ſibi velut imaginem modeſtiæ probandæ propoſuit cum hac Inſcriptione. *Villigis, Villigis recole, vnde veneris, & prioris fortunæ memor, qui nunc ſis, conſidera.*

Quæ cum dubia ſint, & ſuos vtrinq; habeant fautores, oppugnatoreſquè, non alia ego de cauſa factũ fuiſſe cenſuerim, vt Maguntinus Antiſtes primus olim in Electione Romani Cæſaris ſuffragium ferret, quàm ipſammet præſtantiam Maguntinæ Sedis, quà longè ſuprà Diœceſes reliquas emineret. Fuit enim hæc olim Metropolis in Germania prima, ſtatiuis Legionum Romanarum; Prætorio Ducis ripæ, ſeu limiti imperantis; Religione demum, & Chriſtiani populi Martyrio longè clariſſima; iam inde verò ſub Francis è ruinis emicans, & mox à S. Bonifacij reparatione effloreſcens, permultis & Eccleſijs mater eſſe cœpit, & prouincialium Epiſcoporum obſequijs maiorem in modum meruit etiam frequentari. Ea re Maguntinæ Eccleſiæ, vti Principi reliquarum, ex ſpolio Caroli M. præter alia pretioſiſſima munera, Crux Benna contigit, cui erat inſculptus verſiculus,

Auri ſexcentas tenet hæc Crux aurea libras,

Mille nempè CC. auri marchas, quam Conradus Epiſcopus Moguntinus ſuo in Chronico, cum reliqua Donariorum eiuſdem Eccleſiæ multitudine infiniti pretij deſcripſit. Bonifacius quidem Geboblibi Moguntini Præſulis ex auctorati ob cædem hoſtis, militiam, aues, canes venaticos, &c. ſucceſſor, Legatus Germaniæ per Zachariam Pont. deſignatus eſt, & eius ſucceſſores omnes Archimyſtæ Franciæ perpetuò declarati. Lege quoq; ſancitum fuit tunc temporis, Moguntiacum ſemper fore Francorum, & Germaniæ caput, atq; Metropolim, id quod Carolomãnus, & Pipinus poſteà edicto perpetuo roborarunt. Inaugurabatur etiam à Moguntino, ob eius dignitatem, Bohemiæ Rex, quod iuris in Pragenſem poſteà

ſteà translatum accepimus à Carolo IV. Parco plu-
ribus Moguntiæ decora cómonſtrate ſuprà reliquas
Diœceſes, quòd exiſtimem, nihil hac in parte prete-
miſſum à Scrario, immenſi ingenij, doctrineq; mul-
tiugæ viro, in libris Moguntiacarum rerum emiſſis
in lucem. Nondum enim ij ſe ſe noſtris luminibus
obtulêre.

EPISCOPVS] *Archiepiſcopus* alijs LVII. Mogun-
tia ſiquidem Archiepiſcopatus eſt, cui duodecim Epi
ſcopi tanquam ſuffraganei ſubſunt, Argentinenſis, B
Spirenſis, Wormatienſis, Herbipolenſis, ſiuè Wurce-
burgenſis, Auguſtanus, Conſtantienſis ad Lacum
Podamicum, Curienſis Rhætorum, Eichſterenſis ſi-
tuè Dryopolis ad flumen Alemanum, Halberſtaden-
ſis, Hildeskeimenſis, Padebornenſis, & Verdenſis.
At olim vel ipſos Eccleſiarum principum Antiſtites
modo *Archiepiſcopi*, modo *Epiſcopi* titulo, ſine vllo
diſcrimine, liberè denorabant, & ſignatè Mogunti-
num ipſum. Anonymus auctor Annalium Domi- C
nicarum Colmarienſium ad annum MCCCI. *Archie-
piſcopus Moguntinenſis, Archiepiſcopus Colonienſis, &
Archiepiſcopus Treuerenſis Alberto Regi Rom. Caſtrũ
Reinſperg poſt Regis receſſum obſederunt. Quod vt Rex
intellexit reuertitur, & Epiſcopi receſſerunt.* En vt in fi-
ne vnius eiuſdemq; breuis verborum ambitus vnus
& idem Scriptor *Epiſcopos* vocat, quos antè non-
multò *Archiepiſcopos* nominarat? Sed & alijs Mo- D
guntinus Præſul modo Epiſcopus, modo Archiepi-
ſcopus appellatus. Ioannes Scheckmannus in Me-
dulla Geſtorum Treuer. Cap. IX. *Beatiſſime Pater,
confirmationẽ peto pro Electo nuper Maguntino Epiſco-
po.* Et mox ore Pontificis reſpondentis. *Ego te conſ-
tituo Archiepiſcopum Maguntinum. Epiſcopum*, qui
eundem tantùm dixerint, vt fecit Noſter, hi mihi in
promptu. Anonymus Erphesfordienſis, ſcriptor Hi
ſtoriæ Landtgraviorum Thuringiæ Cap. VIII. *Ideò
Epiſcopus Moguntinus, Landtgravius Haſſiæ, Marchio
Miſnenſis, Caſtrum, & Ciuitatem Diſcordiam obſede-
runt, & cæperunt anno Domini* MCCCXXVIII. Et Ca- E
pite ſequenti. *Tandem aliquibus annis tranſactis, Erf-
fordenſibus in ſua pertinacia manentibus, Fridericus
Marchio ob ſanctam Eccleſiæ Dei, & Epiſcopi Maguntini, & ad mandata Imperatoris, collegit aliquem exer-
citum.* Otho Magnus in Diplomate anni 946. ad
Ruthbertum, ſiuè Robertum LXIX. Treuirorũ An-
tiſtitem apud Kriandrum Part. 1. Com. Augu-
ſtę Treuerorũ. *Promde agnoſcat omnium fidelium no-
ſtrorum conuentus, qualiter nos Proceres noſtri adeuntes,
ſcilicet Maguntacenſis Epiſcopus Fredericus, &c.* Bro- F
uerus in Scholijs ad Poemata Hrabani Mauri, pag.
mihi 134. *Sed illam Ciuitatis gloriam facile nobis, opi-
nor, immola condonabunt, cum etiam Villigiſo ſedente
Moguntinæ ſedis Illuſtri Epiſcopo, cuius liberalitate Cle-
ri fortunæ maiorem iſthic in modum auctæ, Ciuitatis, vel
Oppidi nomen haud meruerit.*

FIDELITATIS ASTRICTVS HOMAGIO] *Vaſſallus.*
Duplex enim eſt Fidelitas, vna, quę à Vaſſallis, & qua
ſi Vaſſallis; altera quæ à Ciuibus præſtatur. Federi-
cus in Lege de Pace Conſtantiæ. *Vaſſalli noſtri a no-
bis inueſtituram recipiant, & fidelitatem faciant, ſicut
Vaſſalli; cæteri omnes ſicut ciues a* XVI. *annis vſq; ad*
XX. Præſtabatur autem iureiurando. Vnde *Sacra-
mentum fidelitatis* apud Radeuicum Lib. II. Cap. XX. H
& Iuſiurandum fidelitatis Vaſſallaticæ., quod ab Im-
peratore Papa contendit in Capit. 1. de Iureiuran. in
Clem. Fulbertus Carnot. Epiſcopus Epiſt. LXXXV.
*Fidelitatem dicimus iuſirandum, quod a Vaſſallo præ-
ſtatur Domino.* Vrſpergenſis ſub anno MCXCI. *Pro-
curante Imperatore, factum eſt, vt Principes Alemanie
penè omnes filium parvulum ipſius, adhuc in cunis vagien
tem aſſererent in Regem, & ei fidelitatem iurarent.* Et
in Vita Pipini Regis. *Illuc & Taſſillo Dux Baioario-
rum cum Primoribus gentis ſuæ venit, fidelitatemq́, tam
ipſi Regi Pipino, quàm filiis eius iureiurando promiſit.*
Ptolęmęus Lucenſis ad an. MCXCVI. *Hic vadens in* I

A *Aquilam, & malitiam Baronum cognoſcens, Rogerium
Siculum, facto ſibi homagio, iuramento fidelitate firma-
to, ipſum de Ducatu Apuliæ, & Siciliæ inueſtiuit.* Et ad
annum MCLVIII. *Iſto eodem anno Rex Guillelmus
Eccleſiæ facit homagium, & Adriano iuramento fide-
litatis ſe obligat.* Capitula Lib. III. Cap. VIII. *Vt nulli
alteri per Sacramentum fidelitas promittatur.* Habeſq;
huius Sacramenti formulas in Gloſſario Fed. Lindẽ-
brogij ad Cod. Antiq. Legum. Inde *Fideles* ijdem,
B qui *Vaſſalli*; qui ſcilicet feudo accepto in Patroni fide,
& clientela ſunt; viciſſimq; ſuam ei certi obſequij no
mine fidem adſtrinxerunt, vti Fidelitas ipſum Vaſ-
ſallitium eſt.

Rectè verò *Homagium* cum *Fidelitate* nectitur.
Homagium enim idem eſt quod *Ligium hominium*,
Ligium autem à *Leode* deducitur, quæ fides eſt, ſicuti
C *Leudes*, de quibus Idacius in Appendice Gregorij
Cap. XXCVII. Aimoinus Monachus Lib. III. Cap.
XXCI. Leges Goth. Lib. IV. Tit. V. & ſignatè apud
Gregorium Turonenſem Lib. IX. Cap. XX. in pactione
Regum apud Andelaum, dicuntur ij, qui fideles Re
gis ſunt, nullique, præterquam Principi obnoxij,
quos ſequens ætas *Barones* dixit. Vnde etiam feu-
D dum, *Leudum*, ſiuè *Lehen* hodie quoquè Germa-
ni vocant, quod ab incõparabili Cuiacio initio Feu-
dorum, & alibi obſeruatum ſcio; etſi non deſint, qui
inter *Homagium*, & *Fidelitatem* id exiſtiment di-
ſcriminis intercedere, quod *Homagium* de tempo-
ralibus, *Fidelitas* de Spiritualibus præſtetur. Sed Ho-
magij ſpecies variæ hanc difficultatem tollunt. Ho-
magium ſanè vel ab *Homine* generaliter ſumpto
nihil omnino differre cenſuêre multi, cum *Homini*
nihil ſit aliud, quàm veneratio, quæ Patrono à Vaſſal
lo tribuitur, accepti beneficij gratia, cum Vaſſallus
eo ſe nomine hominem, ideſt clientem ipſius fore
E profiteatur. Ea propter Io. Picardus in Notis ad
Lib. III. Epiſtolarum Anſelmi, in illis Epiſt. XIV. Pa-
ſchalis ad Anſelmum. *Indignum eſt igitur, vt Cleri-
cus, qui iam in Dei ſortem eſt aſſumptus, & iam Luco-
rum dignitatem exceſſit pro terrenis lucris, hominum
faciat Laico, ne fortè dum reperitur ſervi ſecularis ob-
noxius, vacet, aut grauetur Eccleſiæ: idem eſſe ait Ho-
minium*, quòd *Homagium*, & præterea notat aliquan
do dici de eadem re *hominatum facere*, & eſſe *homi-
nem*, & *fieri hominem alicuius*. hæc enim omnia pro-
F prija Vaſſallorum ſunt. Verùm enim verò reperti
ſunt etiam, qui Homagium ab Homnio ſeiunxerint
ex eo, quod Homagium Hominio poſterius ſit. Al-
bertus reipſa Krantzius in ea fuiſſe ſententia vide-
tur, cum ſcripſit Lib. III. Wandaliæ Cap. XXXVI. *Ce-
ſarem imminenſauro in fauſtiſſimum & hominij, quod
nunc vocant homagium, præſtito, indemnitatem coemit.*
Immò etiam ex eo, quod Hominium veneratio
G quædam planè ſeruilis ſit; Homagio verò adſtringã-
tur Vaſſalli tantùm, non Serui, ſed ἀντιδῶλοι, vt Æ-
ſchylus vocat. Capit inde robur hæc ſententia, quòd
in Longobardorum libris, & alibi, *Homines* pro
ſeruilis conditionis hominibus accipiantur, vt
apud Græcos interdum ἄνθρωποι (quemadmodum
videre eſt apud Conſtantinum in Oratione de ad-
miniſtrando imperio) procuratores ſcilicet prædio-
rum, clientes, cuſtodes, conductores, emphyteutica-
H rij, chartularij, à Græcis Πρεβύκοντες, & Διαφέροντες
dicti. Ioannes VIII. Pont. Anſelmo Epiſcopo Epiſt.
CCXCIX. *Quidam ſceleratus Longobardus nomine N.
homo Widonis Marchionis.* Helmodus in Hiſt. Slau.
Cap. LXVIII. *Quicunque voluiſſet fieri homo Ethelen,
venebat, vt acciperet byrnum, clypeum, vel ensem.* Et
mox. *Sicubi reperti fuiſſent homines Ethelen, aut re-
nuntiarent homino, aut provincia fecederent.* D. Augu-
ſtinus Epiſt. LVI. *Homo tuus.* Ennodius Ticinenſis
I Epiſt. XXIX. Lib. IX. *Domine mi, ſalutationis ſeruitia
dependens, rogo, vt portitorem præſentium, hominem
meum, Deo vobis inſpirante ad meum effectum Emine-
tia veſtra iubeat commeare.* Io. Bexa in Federico II.

Epiſcopo

Digitized by Google

Epiſcopo Vltraiectenſi XLIII. *Caſtrenſes namq; de Lienden, homines ſui Epiſcopatus exactionantes, pro magna parte Caſtrum Dulenburch incenderunt*. Sic in L. fin. C. *vt nullus ex Vican. De ſuo iure vel per ſe, vel per homines ſuos non crediderit æſtimandum*. Erat ob id Hominij nota, vt dextras tantùm in fœderibus iungerent; plerumq; etiam, vt dextris auerſis oſculum præberent; interdum, vt ambas manus iunctas Patrono contractandas darent, ſupplicum & deditiorum more, qui relatas manus porrigebant. Sed hos nodos omnes facili negotio ſoluit Vir omnino magnus Iac. Cuiacius in Obſeruationib. Lib. VIII. Cap. XIV. alijq; multi allata multiplici ſpecie Hominij, *Obſequialis* ſcilicet, *Feudalis*, & *Socialis*, quibus aliqui *Vadaticum* addunt.

Homagium ità ſanè deſcribitur apud Iuriſconſultorum patres. Homagium eſt adſtrictio ſeruitutis facta Domino per pactionem, promittente homine libero fidelitatem. Sicq; videmus etiam in re Demoniaca factum apud Cæſarium in Hiſtoria illuſtrium Miraculorum, vt cum ait Lib. I. Cap. XXXII. *Contigit, vt die quadam infirmaretur, & ecce Satan adfuit, qui diceret ei, vis mihi facere homagium* (ideſt, te mihi adſtringere) *& ego tibi dabo ſcientiam omnium literarum?* Et in eodem Capite. *Non vt ei faceret homagium conſentit*. Et Lib. V. Cap. LVI. *Ad quod Diabolus: Fac mihi homagium, & ego te deponam, daboque tibi diuitias multas*. Hominij, & Homagij humani exempla, præter allata ſuperius ex Paſchalis Epiſtola ad Anſelmum, Libro III. Vandaliæ Krantzij, & Helmodi Cap. LXVIII. Hiſt. Slau., hæc alia occurrunt. Et Hominij quidem talia mihi ſponte ſuggerunt Federicus I. Imp. ad Othonem Epiſcopum Friſingenſem. *Homimo, & fidelitate nobis facta, coronam Regni de manu noſtra Petrus Rex Danorũ ſuſcepit*. Otho ipſe libro Federici primo Cap. XX. *Ad pedes Imperatoris, ſatisfactionem offerens, humiliter Dux venit, hominiumque ſibi cum Sacramento fidelitatis exhibens, Ducatum ab illo ſuſcepit*. Radeuicus Lib. I. Cap. II. *Tunc ad Curiam venientes, Friderico fidelitatem fecerunt, atque hominium, & beneficia ſua de manu illius reuerenter ſuſceperunt*. Et Lib. II. Cap. Adriani Papæ, de concordia inter ipſum, & Federicum Primum. *Epiſcopos Italiæ ſolum Sacramentum fidelitatis ſine homimo facere debere D. Imperatori*. In Epiſtola etiam Emmanuelis Græcorum Imperatoris apud Krantzium Lib. VI. Saxoniæ Cap. XXXVII. ità ſcriptum eſt. *Sultanus Imperio noſtro ſe dedidit, & miſſis Legatis miſericordiam poſtulauit; feciſque imperio noſtro hominium, & iuramenta, pollicitus ſeruare nobis aduerſus omnem hominem, ita vt ſit amicorum noſtrorum amicus, & hoſtis inimicorum*: vt ſcias Hominiorum inſtitutum in ipſam quoquè Græciam poſterioribus ſeculis irrepſiſſe.

Homagij voce longè plures vſi: at hi in primis, Segebertus in Chron. an. 1176. *Rex Scotiæ pacificatus eſt cum Rege Angliæ hoc modo. Fecit homagium ei de omni terra ſua*. Et mox. *Et conceſſit ei, vt omnes Epiſcopi, & Abbates hoc idem facerent. Epiſcopi verò, & Abbates homagium non fecerunt; ſed Sacramento ſe conſtrinxerunt, ſe hoc obſeruaturos*. Argentinenſis. *Aſcendens autem* (Henricus VII. Auguſtus) *homagia, & fidelitatem Dominorum, & Ciuitatum capiens, cum non abundaret, concepit in Italiam proficiſci*. Trithemius Cap. XX. *Eodem die Federicus Colonienſem Ciuitatem ingreſſus, cum honore magno ſuſcipitur, & homagio fidelitatis ſuſcepto per dies ſeptem cõmoratus &c.* Prolemęus Lucenſis ad an. MLXXI. *Quia dicta terra manualiter erat Eccleſiæ tradita per Conſtantinum, & Carolum M. ideò volebat Eccleſia, vt dictam terram, Robertus ab ipſa recognoſceret, & de ea homagium faceret*. Petrus Bleſenſis Epiſt. CII. *Deteſtabile quippe eſt in Monacho, vt ſub quocunq; coloris habitu, honore, aut titulo poteſtatis habeat feuda, ſeruos, & ancillas, homagia, & fidelitates*, Charta S. Wilhelmi Regis Scotię producta à Dempſtero Lib. I. de Iuramento Cap. XI. *Wilhelmus, Dei gratia Rex Scotia, deuenit homo Ligius Regis Angliæ contra omnes homines non de Scotia; ſed de omnibus terris ſuis, quas habet in Anglia; & fidelitatem ei fecit, & ligio Domino ſuo, ſicut alij homines ipſi facere ſolent, ſimiliter fecit homagium Henrico filio Regis, ſalua fide Domini Regis patris ſui*. Io: à Beka in Andrea, Epiſcopo Vltraiectenſi XXV. *Miniſteriales verò iam dicta iuuencula, Florentij probitatem intuentes, decreuerunt omnes eidem homagium exhibere*. Othone III. Epiſcopo eiuſdem Sedis XXXVI. *Accedentes quoq; ſingulatim Primates ad regale ſolium, præſtiterunt eidem debitæ fidelitatis homagium*. Ioanne II. Epiſcopo XL. *Comes autem pro ſumptuoſis laboribus ab iiſdem compliciibus fidelitatis acceptaret homagia*. Ludouicus Bauarus, initio Epiſtolæ ad Wilhelmum Hollandiæ Comitem, apud eundem Bekam in Ioanne III. Epiſcopo XLV. *Cum ex diuinæ largitatis munificentia longè plures Ciuitates, & Caſtra nobis, quam D. memoriæ quodam Henrico predeceſſori noſtro fidelitatis homagia præſtiterunt*. Carolus IV. Bullæ aureę Cap. XXIII. *Terræ diſtrictus, homagia, vaſſallagia, & alia quæuis ad ipſa ſpectantia, ſcindi, diuidi, ſeu quauis conditione dimembrari non debeant*. Leonhartus Presbyter in Chron. Bauariæ. *Ciuitates autem Bauariæ, quarum principalior fuit Amberg, puero homagium fecerunt, procurante patre eius*. Magni deniq; Chron. Belgici Concinnator in Hollãdicis anni MCCCLXXVIII. *Quo facto præſtabatur homagium magna cum lætitia per annos dictos Comitatus*. Et vt finiam, habes ex his non tam proprias *Fidelitatis, Hominij, & Homagij* notiones, quàm verè interpretationem eius, qui alteri *fidelitatis homagio ſit adſtrictus*. Adſtrictus autem Henrico Comiti Lucemburgẽſi Moguntinus hoc pacto, quòd eius ex Curia prodijſſet, vt in eo oſtenſum ſuprà ex Trithemio, & Scheckmanno; alijſquè fortè nominibus, quæ nos latent.

VNA CVM TREVERIENSI ARCHIEPISCOPO] Balduinum intelligit, Henrici, quo de hic ſcribitur, fratrem. Recurre ad Notas Rubricæ proximè præcedentis pag. 104.

ARCHIEPISCOPO] Vt inſtà Rub. VII. Lib. II. Rub. IX. Lib. V. & Rub. VI. Lib. XIV. Habent nihilominus Codices aliquot MSS. *Epiſcopo*, quòd omnino non placet. Licet enim olim non ſemper *Metropolitani* (quorum in numero Treuerenſis, cuius ſuffraganei ſunt Metenſis, Dolanus, & Virdunenſis) *Archiepiſcopi* dicerentur, vt antè mox vidimus in Maguntino, & præſertim in Occidente, vbi ſolii initio Patriarchæ hoc titulo ſoliti deſignari: & *Balduinus* Treuirẽſis Præſul in Charta Curialium Henrici VII. Cæſaris Auguſti, grato penes me munere Munificentiſſimi Sereniſſimæ Reip. Venetæ Senatoris, DOMINICI MOLINI, diſertis *Epiſcopus*, non *Archiepiſcopus* literis appelletur; multò tamen antè illius tempora Treuirenſis eiuſdem Eccleſiæ Præſes ſibi Archiepiſcopi titulum vendicarat. Cum enim poſt Valentinum ab Euchario Treuerorum Epiſcopum XXVI. annis nouem vacaſſet Epiſcopatus, inſtantibus apud Sylueſtrum Pontificem Rom. D. Helena Auguſta, eiuſq; filio Imperatore Conſtantino Magno, eò miſſus eſt Agritius Antiochenus Patriarcha cum Primatis, & Archiepiſcopi titulo, idq; fundatę Treuerorum vrbis anno 2384. Romę conditæ 1044. Chriſti 333. Imperij Conſtantini Magni 23. Pontificatus Syluestri 19. Olympiadis 207. vt habetur in literis Agritio à Syluestro datis. Paullò obſcurius hac ipſa de re Matthias Stephanus Pomeranus in Tractatu de Iuriſdictione Lib. III. Part. I. Cap. VII. *Treuirenſis Archiepiſcopatus ita dicitur à Treueri Ciuitate, in qua tempore Regum Francorum cœpit eſſe Archiepiſcopatus ex Epiſcopatu Treuerenſi*. Talis itaq; titulus iure, ac meritò præfixus Nũcupatoriæ Epiſtolæ Lupoldi

poldi Bebenburgensis Episcopi ad Balduinū ipsum. *Reuerendissimo in Christo Patri, ac Domino Baldeuino S. Treuerensis Ecclesiæ Archiepiscopo, sacriq; Imperij per Galliam Archicancellario, &c.* Septemuiralis auctem dignitas videtur ab initiò statim per Othonem III. autorem, & fundatorem eius, ad huius Ecclesiæ Archiepiscoparum translata, quanquam ordo ille Electorum, qui nunc est, seruatus non fuerit. Datus demum à Nostro Archiepiscopo Treuerensi locus à primo primus, ob illius Ecclesiæ primatum inter Ecclesias ceteras Galliæ, quo de primatu Lupoldus in Nuncupatoria laudata nuper, Keriander passim in Commentarijs Augustæ Treuerorum, & antè vtrunquè Venantius Fortunatus non vno in loco, & post omnes Claris. Brouuerus. Quid quod olim ius coronandi Imperatorem spectabat ad Treuirensem, quòd Ecclesia eius ceteris antiquitate præstaret: Colonienſis autem hodie id officij fungitur, quòd & Consecratio, & Coronario in suis finibus fiat, vt Heruuartus refert in Ludouico Bauaro defenso Lib. I. Cap. VI. ex Sigonio Lib. VII. de Ital. Regno.

SVBTICVIT] Licet ad eum, vti vidimus ex Maiolo in Electorum Nota, ex proprio munere pertineret non tam Electores reliquos cogere, quàm rogare sententias eorundem.

IN DIVERSOS INTENDERE] Federicum in primis Alberti filium, & Rodulphum Bauariæ Ducem ex Ferreti scriptis. Fuerunt etiam, qui Philippum Pulchrum Francorum Regem dignum Imperio iudicarent, & qui Carolum illius fratrem.

PER TRIDVVM] *Intrà octo dies, postquam Pontificis Nuncius applicuit*, Naucletus.

CALESCENTIBVS IN DISSENSIONES ANIMIS] Naucletus idem Vol. II. Generat. XLIV. *Interfecto Alberto secundum Chronicam Florentinam anno* 1308. *Electores Imperij erant in magna altercatione de eligendo*. Paulus Aemylius Veronensis in Philippo IV. *Proceres Germani in deligendo Cæsare contrarijs studijs scindebantur. Perdiu interregnum tenuit. Tandem Henricum Comitem Lucelburgensem delegêre*. Georgius Merula in Vicecomitibus. *Coiuere subinde Proceres, vt Cæsarem nouum crearent. Discordes erant animi, studiaquè contraria, nec quem vnum rebus præponerent, satis inter se conueniebant.*

Causa verò potissima dissensionis huiusce modi Philippus Galliæ Rex, inhians ipse Romanorum Regno, vel certè curans id ipsum Carolo Valesio fratri. Lehmanus in Chronico Spirensi Lib. VII. Cap. X. *Post Regis Alberti obitum sbarsa erat in Imperio fama de Electorum in Romani Imperatoris electione dissensu, quem tempora iniqua exciperent. Hanc discordiam ampliis Largitionibus, & promissis seminauit, ac promouit Philippus Gallia Rex, quam totus ad Imperium aspiraret, eaque de caussa ad Clementem V. Pontificem Auinionem iter institueret, vt coram negotium pertractaret*. H. Mutius Lib. XXIII. Chronici Germanorum initio. *Post occisum Imperatorem Albertum, Imperij Electores Francofurdiæ conuenerunt. De eligendo Imperatore multa controuertuntur. Rex enim Gallia Philippus turbabat eos: quosdam enim ex Principibus pecunia corruperat (nam ambiebat Imperium) & in certam spem ductus erat abijs, quibus munera dederat. Totis igitur viribus hoc agebat Rex*. Bertelius in Historia Luxemburgensi pag. 45. *In tantum porrò successu temporis Henricus noster in virtute, prudentia, & rerum gerendarum peritia profecit, vt fama eius vsquequaquè per Germaniæ fines diffusa, omnium voto in Romanorum Imperatorem exoptaretur, nec verò frustrati sunt suo desiderio. Nam etsi Philippus Valesius Caroli F. Franciæ Rex, et hanc gloriam magno molimine præripere conaretur, multumq; fiduciæ in Summo Pontifice tum temporis Auinione agente collocasset. &, vt certius eius in hoc fauorem acciparetur ampliorem, sex ei millia hominum in obsequium destinarat: etsi inquam Philippus prælibatus nostri Henrici promotionem impedire, suam verò istis mediis moliretur procurare, Deo aliter disponente, anno Domini* MCCCVIII. *Francofurdiæ, ipsis D. Catherinæ feriis, a septem viris Electoribus in Regem Romanorum electus est, ex quo Regis Galliæ consilia omnia in eam rem impensa in nihilum fuêre deducta*. Hinc Noster Epist. V. ad Iambonum de Andrea, quæ est de aduentu huius Henrici in Italiam.

Iambone rumores audis Aquilonis ab oris,
Expetat Italiam quod Rex Germanus, & omnis
Ab Rhodano longum qua lustrat Teutonis Istrum?
Augustum Diadema petit, quod Papa secundus
Annuit, & Magni nulla est contentio Galli.

Vnus itaq; Vecerius, quod meminerim, Philippum Gallorum Regem hac nota liberat, eamq; in Germanos ipsos Principes transfert. Ità nempè Scriptor is differit ad annum MCCCVIII. *Rege Romanorum Alberto per insidias nepotis occiso, nuntiatum est, Principes, quorum legendi Cæsaris ius est, de sufficiendo Imperatore parum conuenturos. Philippus discordiam Germanorum cæptis suis optimè conducturam existimas, secretiorum modò consiliorum arbitros coire iussos, de noua dispositione interrogat*. Ità Vecerius, vnus in hac sententia, vt scribebam antè. Nam, quod Ciaconius habet in Clemēte V. *Philippus Francorum Rex, Alberti morte, & Electorum discordia in nouo Cæsare deligendo cognita, Pontificem cum magno exercitu adire constituit*, manauit ex eodem fonte.

CLANDESTINE VT ASSOLET VOCIBVS] In hoc enim ratio Scrutinij sita.

EDITA EST] Vicetinus Codex. *Audita est*; sed *edita* magis placet.

QVATERNIS ASSENSIBVS] Etsi nulli ad hos assensus alij accessissent, delatum nihilominus Henrico fuisset Imperium Orbis. Electus enim à maiori parte, ritè censetur electus, vt habēt in Tractatu de Iuribus Regni, & Imp. Rom. Lupoldus Cap. VI. in Libris de Iurisdictione Pomeranus passim, Ioannes Georgius Heruuartus in Ludouico IV. Bauaro defenso, & alij alibi eiusdem notæ.

TREVERIENSIS] Cauitellius ad annum 1309. *Henricus* VII. *die prima Nouembris electus fuit Cæsar, ex voto Præsidis Treuerensis fratris sui*. Carrio in Henrico ipso. *Cum Septemuiri conuenissent Francofurti, coniunctis suffragijs elegerunt Henricum Comitem Lucelburgensem Calendis Nouembris, septimo ab interim Alberti mense, de commendatione Balduini Archiepiscopi Treuirorum*. Ità Reusnerus in Genealogia Regum Bohemiæ. *Henricus Comes Lucemburgius, de fratris Balduini Treuirensis Archiepiscopi commendatione, Francofurti in Comitijs* IMP. *electus* IIX. *Kal. Decembris AC.* 1308. Henninges in Genealogicis Tacitis bellis. *Henricus* VII. *ex Comite Lucelburgensi* X. *Imperator electus de consilio Balduini fratris*. Et Albizius Florentinus in Stemmate Lucelburgico. *Henrici Plusdeli filius Henricus, fuit Comes Lucelburgensis, fratris Baldaini Archiepiscopi Treuirensis promotione Regis Romanorum Imperator electus*, &c. Locus Scheckmanni affertur in Nota proximè consequenti.

ET MAGVNTINI] Trithemius in Chronico Hirsaugiensi. *Eodem anno, & mense Nouembri conuenerunt Principes Electores ad Villam dictam Rense, non longè à Bopardia, iuxtà sedem regalem, & procurante D. Petro Archiepiscopo Moguntino in Regem Romanorum vnanimiter elegerunt Henricum Comitem Lucemburgen fratrem Baldeuini Archiepiscopi Treuirensis, virum bonum*, &c. Et antè ad annum MCCCV. *Nam procuratione eiusdem Magistri* (Petri scilicet Archiepiscopi Moguntini) & *Baldeuini postea fuit Archiepiscopus Treuerensis*, & *ipse Henricus Rex Romanorum*. Ioannes Scheckmannus in Medulla gestorum Treuirensium, Cap. IX. *Habuit Baldeuinus fratrem Henricum, iustum, prudentem, bonum, sanctum,*

ſtum, catholicum, dilectum omnibus, quem, cooperante Petro illo Maguntino Preſule, ad Imperij culmen promouit, appellatum Henricum VII. Imperatorem.

OB ALIORVM INVIDIAS] Vicetinus Codex: *Ad aliorum inuidias*. Alij quidam: *Ob aliorum inuidiam*, quod non damno. Et hæc cauſſa vna ex mente Noſtri, ob quam Henricus renuntiatus Romanorum Cæſar, Concordia ſcilicet Electorum quatuor, hoc eſt maioris partis, ſimul vni fauentium ob aliorum inuidiam, & contemptum.

CONTEMPTIBVS] Philippi cum primis Galliæ Regis. Poſſeuinus Iunior in Gonzagis. *Sublato è vnius Alberto conſenſu Electorum Imperator ſaluiatus eſt Henricus* VII. *Comes alim Luceburgenſis, irritis Philippi Galliæ Regis conatibus, qui Auenione habitum Pontificem, ſparſoſque per Germaniam Electores Principes pecunia, ac promiſſis corruperat, & verti in ſe Cæſaream potentiam inani faſtu præſumpſerat. Illi pecuniarum auidi, fidei negligentes, documentum dedêre, vix eodem pecuniam, & conſtantiam eſſe. Id in annum ſalutis* 1308. *incidit*. Et Federici Auſtriæ Principis. Dubranius Lib. XIX. Hiſt. Boiemicæ. *Eodem tempore Henricus Luceburgiæ Comes, Federico Auſtriæ Principi in Comitijs anteiatus, Imperator à Germanis Principibus eligitur*. Addatur his Rodulphus etiam ex Ferreto.

SIVE AVTEM SIC] Intellige, *ſe ſe res habuerit*, aut tale quid.

SEV DIVINITATEM &c.] Piè, doctè, catholicè Electionis eiuſdem Henrici, Comitis Lucemburgenſis, in Romanorum Regem cauſſam affert alteram, *Diuini Numinis voluntatem*, quam eandem non obſcurè ſignat in illis extremæ huius Rubricæ cetæ; *Non abnuentes Dei nutum in excelſo conſiſtere*. Imperium enim, ficuti alia omnia, à Diuino fonte, quod firmandum nobis propoſuimus in ſuperioribus Notis pag. 25. Col. 1. Teſtantur autem id in primis vtriuſquè Inſtrumenti Tabulæ, quarum fidem nemo, niſi qui ſit ἄθεος, in dubium vocare auſit. Ecquid enim hac in re clarius Oraculo illo capitis Prouerbiorum octaui, *Per me Reges regnant?* Quid illuſtrius illo D. Pauli ad Romanos, *Non eſt poteſtas, niſi à Deo?* Quis denum ſacris in literis adeò peregrinus, & hoſpes exiſtit, vt neſciat in Hebræis Regibus Dauidē vnum è multis Regem à Deo electū ex 1. Reg. Cap. XVI. eiuſquè filium Salomonem magnificè profeſſum, à Domino ſe conſtitutum Regem, in illis Regū III. Cap. II. & Paral. II. Cap. II. *Viuit Dominus, qui firmauit me, & collocauit me ſuper ſoliū Dauid patris mei?* Inde Poetæ, diuinorum Oraculorum interpretes, & ex Græcis quidē Callimachus: Ἐκ Διὸς Βασιλῆες: *Ex Ioue ſunt Reges*, qui paſſim ob id Patri Poetarum Homero, alijſq; Διογενεῖς, *Ioue editi*; & Διοτρεφεῖς, quaſi *Iouis alumni* nuncupati ſunt: ex Latinis verò Guntherus Ligurinī V.

Imperium gemmis diſponitur, inquit, habenis,
Legibus, & veterum ſeruato tramite morum,
Cuius ab æterno tantum collatio Rege
Prouenit.

Et poſt aliqua in eodem Libro.

——— *Huius collatio Regni.*
Autorem ſortita Deum, contingere nulli
Iure poteſt hominum. Collator muneris huius
Eſt Deus, hoc ſummis Regnum confertur ab aſtris.

Hinc illa Magni Tertulliani in Apologetico. *Inde eſt Imperator, vnde & homo, antequam Imperator: inde poteſtas illi, vnde & ſpiritus*. Et hoc ex fonte illa Ioannis Rauennatis, nondum editi, in Origine Nationis, vt ipſe vocat, Carrarienſis, quam inſcripſit Rodulpho de Carraria, F. Franciſci Senioris. *Deus Romani auctor faſtigij*. Et Carrionis illa Lib. IV. *Non caſu accidere tantas mutationes cogitemus; ſed reſpiciamus, & ad Deum authorem Imperiorum, & ad mutationum cauſſas*. Vnde Auguſtinus Lib. V. de Ciuit. Dei. Cap. XXV. *Quæ cum ita ſint, non tribuamus dandi Regni, atq; Imperij poteſtatem, niſi Deo vero, qui dat felicitatem in Regno Cœlorum ſolis pijs: Regnum verò terrenum & pijs, & impijs, ſicuti illi placet, cui nihil iniuſtè placet*. Quid alios poſt hos teſtes proferam, cum Iuſtinianus Nouel. 73. diſertè prontintiet. *Deum Imperium de cælo conſtituiſſe*, quod ipſum habetur, & declaratur in Auth. *quo mo. oper. Epi.* Col. I. & Auth. *de fide init.* Col. VI. Et Cap. *Si Imperatori* XCVI. ſcriptum reliquerit Ioannes Pont. *Si Imperator Catholicus eſt, habet Priuilegia ſuæ poteſtatis, quæ adminiſtrandis legibus publicis diuinitus eſt conſecutus*: & mox adiunxerit. *Ne contrà Dei beneficia pugnare videatur, à quo propriam conſecutus eſt poteſtatem*. Ac tandem in L. *Quæſitum* XXIII. *Q.* IV. & *d. l. in nomine Domini* definiatur apertè, *iura Imperij à cæleſti Numine tradita eſſe*. Quid quod res iſta nec Ethnicos latuit. Romulus enim, ne ſe id ignoraſſe poſteris aperiret, poſt quam ipſe, Deo ſic prouidente, imperio potitus eſt, legem hanc inter alias tulit, *vt nemo Regnum, Magiſtratūq; iniret, niſi auctor fieret Deus ipſe*: ipſeq; per auſpicia voluit confirmari. Titus etiam Veſpaſianus, amor ille & deliciæ humani generis, vt inſigni facinore publicè teſtaretur, Principatus, & Regna nequa quam aditi, aut dari, niſi Prouidentia, cum duos Patritij generis conuictos in affectatione Imperij comprehendiſſet, nihil amplius, quàm vt deſiſterent monuit, *Principatum fato dari*, inquiens, *fruſtraq; tentari facinus potiundi ſpe, vel amittendi metu*. Spectauit huc etiam C. Ceſtius in Oratione, quam habuit ad Senatum, cum illam ſic exorſus eſt ex Tacito Lib. II. Ann. vt diceret, *Principes inſtar Deorum eſſe*: & Artemidorus Lib. II. Cap. XXXVII. apud quem meminiſſe me legiſſe, *quidquid dominatur vim habere Dei*. Non alia ſanè de cauſſa Imperatores Greci, Θεοτιμῆς, *à Deo coronatos*, ſe ſe ſolebant inſcribere; atq; hac forma Nicolaus PP. ad Michaelem Imperatorem ſcripſit: *Sciat a Deo redimitum Imperium veſtrum*, quod & indicant Numiſmata Græca, in quibus expreſsè videmus Imperatori diadema Chriſti manu imponi, & inſigne illud, quod obſeruatore Frehero, vulgò Ciuitati Conſtantinopolitanæ Pictores tribuunt, duas nempè manus protētas è nubibus cum corona. Ea quoq; re apud Impp. noſtros mos ille iure ac merito inoleuit, vt ſe *Dei gratia, diuina fauente clementia Rom. Impp. ſemper Auguſtos* inſcribant, & *dicant*, notandi gratia, Rebuffo teſte, quod à Deo Regnum vel Imperium habeant, *de Dieu*, vt ipſe loquitur, & *de L'eſpée*. Notarunt ad hæc alij, cæleſtem illam, totq; ſeculis celebratam ampullam Chriſmatis (qua de Gaguinus Lib. I. de geſtis Francorum, & Baronius in Annalibus) Columbę ore D. Remigio cęlitus miſſam, quo Clodoueum ſacro Baptiſmatis fonte Paganiſmo mundatum inungeret, ceteriq; poſt eum Reges ſacrarentur, vt hoc veluti Symbolo, & cæremonia Deus teſtatum Gallis, adeòq; omnibus Nationibus faceret, per ſe Reges regnare, & à ſe Regna omnia conſtituta? Ne multis in re notiſſima excurram, diſcant hinc Mortales omnes, quantum deceat ſubditos Imperatoribus ſuis, Regibus, atquè Principibus cultum, & obſequium exhibere, quod fama inclytus Hiſtoricus non neſciuit Ann. IV. cum inquit. *Principibus ſummum Dij tribuere decorum; ſubditis obſequij gloria relicta eſt*: fateanturq; tum ex his, tum ex allatis ſuprà, HENRICVM *Deorum, hominumquè conſenſu* vocatum ad Imperij Romani culmen, quod de Galba idem Hiſtoricus multò antè prodiderat libro Hiſtoriarum primo.

HVMANIS ANTEPONAMVS CONATIBVS] Dictum id præcipuè cum reſpectu ad operam à Treuerenſi, & Moguntino adhibitam, vt Henricus ex Lucemburgij Comite ſalutaretur Romanorum Cæſar. Nam huc etiam aliorum conatus, & ſtudia pro viribus acceſsére, Romani cum primis Antiſtitis, Clemētis Quinti, de Nicolai Pratēſis Cardinalis Oſtiēſis conſilio, qui fuerat antè in cauſſa, vt Clemens ipſe Pontifex eligeretur, licet Mutius, Lib. XXIII.

Chron. Germanorum initio, huius illi consilij laudem inuidisse videatur, nomini illius parcens, camq; toti Patrum Purpuratorum cœtui impertiri. Ità præter Villanũ Lib. VIII. Cap. CI. Vecerium in Henrico ipso, Mutium Lib. XXIII. Chron. Germanorum, Lehmanum in Spirensi Chronico, Libro & Capite laudatis antè, Ciaconium in Clemente V. Bzouium in Annal. Ecclesiasticis ad annum MCCCVII. Col. 95. Marcum Guazium in Chronico pag. 258. qui facti tò tius seriem copiosè narrant. Naucletus paucioribus Vol. II. Gen. XLIV. *Rex Philippus, audita vacatione Imperij, cogitauit quomodo Imperium ad se reduceret: & id quidem facile fieri existimabat, si petitionem contra Bonifacium postulatam, de qua supra, in illam commutaret. Igitur secretum desuper habebat consilium cum Carolo de Valesio fratre suo, & Consiliarijs suis. Quod omnibus placuit, qualibuscunque expensis id fieri posset. Vide dictus Carolus ad Pontificem, qui tunc erat cum Curia Auinione, iturus, se præparauit pro Rege ad solicitandum, quod Bonifacij memoria condemnaretur, re autem vera ad obtinendum Imperium. Ordinauerat autem illo ducere sex millia armigerorum, vt nullus auderet se opponere postulatis. Sed Deo prouidente, etsi consilium secretissimum de cæte habitum fuerat, tamen vmus ex Concilio innuauit secretò Pontifici rem conclusam. Mox Pontifex id innuauit Cardinali Ostiensi, Prænesti scilicet. At Cardinalis, qui tam indignationem contra Regem conceperat, propter postulationes inordinatas, inquit: Pater Sancte, hic non est aliud remedium adhibendum, nisi Ecclesia subueniatur Regi Francie, nisi illud, quod sine mora significetur Electoribus Imperij, quod procedant ad electionem, alioquin Imperium deuolbatur in Gallias, & id, antequam expediri potest antequam Rex veniat. Placuit Pontifici consilium, & simul cum Cardinale nominat etiam Electoribus Comitem de Lucemburg, virum magnanimum, industrium, atq; catholicum, Prænestinum Cardinalem. Placuit etiam, vt secreto omnia fierent, ne alij Cardinales quicquam de hoc aduerterent. Hoc totum impletum est, & missis literis, Electoribusque redditis, postquam applicuit nuntius, intra octo dies congregati Principes in Rens, nemine dissentiente, elegerunt in Regem Rom. Henricum Comitem Luceburgi, qui fuit Henricus VII. Admonitus enim erant per Cardinalem Prænestem, & de omnibus Regis Francie callidis commentis informati.* Inde Carrio Lib. IV. Chronici in Henrico ipso. *Gallos ex translatione Sedis (Pontificiæ Auinionem) non exiguam spem de Imperio concepisse Philippe Pulchri, & fratris Caroli Valesij consilia ostendunt. Quod enim in sua potestate haberent eum, qui sibi arrogaret tradendi Imperium, cui vellet; quin per eundem id recuperarent, nihil impedimenti sibi persuadebant. Quare cum a cæde Alberti esset dilata electio successionis, Carolus Valesius de sententia fratris exercitum comparat, vt vel inuito Pontifici Imperium extorqueret. Pontifex etsi a suo Rege non esset alienus, tamen quia mutationem hanc prospiciebat fore exitiosam Italiæ, & Hierarchiæ Romanæ, fieri eam nolebat. Et vt Gallorum conatus auerteret, clam de his monuit Principes Germaniæ, cohortatus eosdem ad electionem solennem maturandam. Ita cum Septemuiri conuenissent Francofurti, communibus suffragijs elegerunt Henricum Comitem Lucelburgensem, Calend. Nouembris, septimo ab interim Alberti mense,* de cõmẽdatione Balduini Archiepiscopi Trenirorũ, &c. Et Meyerus in Annalibus Flandriæ. *Mense Nouembri, post sex mensium interregnum, nondum creatus erat Augustus. Clemens Princeps Sacerdotum a Pulchro Rege, & Carolo Valesio vehementer sollicitabatur, profectusque est Carolus cum sex millibus armatorum Auinionem ad Clementẽ, vt eius auctoritate Augustus crearetur, Romanumque Imperium in Galliam transferretur. Ea res cordi non erat Pontifici. Ingrata erat nimia Galli ambitio, & potentia. Suspectas semper habent Gallorum opes Episcopi Romani. Missus occulè Francfordiam ad Germanos Nicolaus Prænestis Cardinalis, vir prudens, & callidus, qui Gallorum consilia præsentiret. Hic suasit, vt absque mora Imperatorem suum eligerent ex suis Germanis eligerent; deq; eius consilij sententia electus est statim Henricus, eius nomine VII. qui Comes erat Luceburgensis, vir non modo bello strenuus, sed pius etiam, vitaque sanctus, sed opibus tenuis. Refrixit ob hanc rem inter Philippum, & Clementem V. amicitia, & charitas. Minimè enim ad stomachum Gallo erat iste Augustus, tum quod propter eum repulsam ferret Carolus, tum quod Henricus iste arcta necessitudine iungeretur Flandris, quorum mirandum in modum & incrementis, & gloria Galli omnes inuidebant.* Et egregiè, præsertim quod attinet ad Pratensem, Georgius Merula in Viceconitibus, Lib. VII. extremo. *Dum hæc in Ligutibus, & Longobardis gerentur, erectique essent ad noua imperia animi, in Germania Albertus fastigia rerum designatus iuxta Rhem ripas a fratris filio interficitur. Conuere subinde Proceres, vt Cæsarem nouum crearent. Discordes erant animi, studiaque contraria, nec quem vnum rebus præponerent satis inter se conueniebant. Fuêre, qui dicerêt, Philippum Francorum Regem imperio dignum esse. Iamque in eum quodammodo inclinabant; res tamen aliquandiu, non idem sentiente Collegio, extracta fuit. Interea Nicolaus Pratensis Cardinalis, Gibellinæ factioni metuens, quam tegere & defendere non cessabat, Clementem Pontificem periculis & ingruentis calamitatis commonefecit, si Philippo, cuius animus per recentem Bonifacij offensam, & contumelia irritatus fuerat, rerum summa deferatur: neque enim, qui potentissimus esset a vi, & maleficio temperaturum, donec opes, & auctoritatem Romani Sacerdotij ita diminueret, & exenuaret, vt deinc filij atque nepotes maiestati, & potentiæ Pontificum impune illudere, & aduersari possent. Quare si securitati suæ cauere, regi Sacerdotum inuolumes esse velit, summum Imperium a Philippo auerat, intercedatque illorum studijs, qui ad potentissimum alioquin Tyrannum inclinem. Vix persuasum Clementem vidit, de Henrico Luceburgi Comite subiecit. Huic paternæ opes haud magnæ fuere erant. Indoles, prudentiaque, tum rerum gestarum gloria, quam natalibus, aut gentili regno illustrior. Quod si quæ fuit vetustas Pontificis, Proceres nouerint, consensu omnium facile Henricum Cæsarem creatum iri, qui Pontificum imperata obedienter facturus esset. Prudens & salutare visum consilium, atque confestim per internuncios suffragiorum Dominos hortatur & monet, vt Henrico rerum gubernacula tradant. Qui, vt Pontificis voti obsequerentur, tum etiam quia dignitatis Germanæ, & veteris retinendi iuris magnopere intererat indigenam potius, quam aduenam rerum potiri, Henricum Romanorum Regem creant.*

Iuerunt igitur electionem Henrici, rem vtiſtam emnem in capita contraham, MOGVNTINVS, quòd ei fidelitatis adstrictus homagio teneretur. BALDVINVS, quòd frater eidem esset. ROMANVS PONTIFEX CLEMENS, quòd Gallorum Regi infensus aliàs, ob domum, & affines suos bello Aquitanniaco vexatos à Carolo Valesio Philippi fratre, licet antè Pontificatus initia cum eodem in gratiam (vt auctores sunt Acharius, & Carrio) rediisset: siue quòd illi ingrata; imò & suspecta nimis esset Galli Regis ambitio & potentia, timeretque maximè, si Philippo, cuius animus per recentem Bonifacij offensam, & contumeliam irritatus fuerat, & infensus redditus Romanæ aulæ, rerum summa differretur, is, qui potentissimus esset, Romanam sibi sedem subijcere conaretur, nec antè a vi & maleficio temperaret, quã omni diuino humanoq; metu, atq; pudore reiecto, opes & auctoritatem Romani Sacerdotij ità diminueret & enerwaret, vt dehinc filij atq; nepotes maiestati, atq; potentiæ Pontificum impune illudere, & aduersari possent; tum se se ad damnandam Bonifacij memoriam omnibus modis conferret: laxis demum & effusis habenis se in omne flagitium, atque in primis ad tyrannidem exercendam præceps daret.

ſiuè, quòd alia etiam ex parte peſſum ituram eſſe videret Romanæ aulæ maieſtatem, nempè quia Germani hanc dignitatem armis vindicaturi eſſent: ſiuè demum, quòd ſecuritati ſuæ cauere, reſquè Sacerdotij incolumes ſartas tectas tueri nulla ratione melius poſſet, quàm ſi Henricum eò celſitudinis efferret, quòd certò ſciret, eum nulla non in re vel pontificijs obtemperaturum mandatis, vel immunitatem ac dignitatem Eccleſiæ propugnaturum. CARDINALIS OSTIENSIS, non tam, quòd Philippum exoſum haberet ob infectationem Bonifacianæ memoriæ, quæ ſi tolleretur è medio, & acta quoq; illius, in quibus Cardinalatus cenſebatur, quem Octauus illi contulerat, conuulſum iri videbat; quàm vt Gibellinos erigeret, de quibus videbatur actum, ſi Gallię Rex Imperatoris titulum conſequeretur; ac ipſi faueret Henrico, quem habebat ſibi longa conſuetudine familiariter notum. CARDINALES OMNES, tum quòd omnes oderant Frãcorum Regem ob iniquas, & inordinatas petitiones eius, & litem, quam pro cremandis Bonifacij oſſibus excitarat; tum ipſius Romanæ Eccleſiæ libertatis reſpectu, & conſuetudinis in Vrbe quõdam inſtitutæ, mutationem iſtam fore exitioſam rati Hierarchiæ Romanæ, verenteſq; maximè, ne ſi ille ſibi Romanam Eccleſiam ſubiecisſet, nullum ipſi poſteà ius haberent Sacrorum in ipſius Regno. quæ propterea magnoperè timebant, quòd in ſuo Regno Eccleſiarum facultates, & Eccleſiaſticos irreuerentius ſæpè tractauerat. PRINCIPES IPSI GERMANI, de omnibus Regis Francorum callidis commentis per Cardinalem Pratenſem probè edocti, primò odio ipſius Regis (quo de Noſter Rubrica VII.) propterea quod ſibi per vim, & clanculum Cæſarei faſtigij apicem extorquere, & transferre niteretur ad Celtas, id quod magnam libertatis iacturam vniuerſæ Germaniæ portendere videbatur. Secundò, quòd viderent ſibi quoque dedecori futurum & probro, ſi Galliæ Rex Philippus, Romanorum Imperator, vel ſuffragijs eligeretur, vel armis (quod exercitu conſcripto preſeferebat) ſibi vindicaret regnum, & imperium Romanorum. Tertio, quòd veteris retinendi iuris ſui, paciſquè ſeruandę gratia magnoperè interetat, indigenam potius, quàm aduenam potiri rerum. Demum, vt Pontificijs votis obſequerentur, cuius ergò Cauirellius ait, *Henricum in gratiam Romam Pontificis electum Rom. Regem*, Mutius, *ad votum, & voluntatem Papę*, Merula, *vt votis Pont. obſequerentur.*

Addo, mantiſſæ loco, quod huius Notæ gratia notabam aliàs ex Ferreto, BRABANTINI quoq; DVCIS opera promotũ Henricum VII. ad Imperij Romulmen, quòd eius filiam Margaretam habèret vxorem. Hoc enim illi me Scriptori debere arbitror, ſi memoria vtor.

DECLARATVS EST] Anno MCCCVIII. Die XXV. Nouembris D. Catharinę ſacro ex ſuperioribus Notis paginæ 111.

CONVENIENTIBVS PORRO ET RELIQVIS] Haud hic probo *conniuentibus* Codicis Vicentini. Cunctis nempè ſuffragijs electorum omnium, & aſſenſu claro Romanus Imperator ſemper Auguſtus acclamatus hic Cæſar, eaq; ſuffragiorum concordia Scriptorum propemodum omnium ſuffragium tulit. Habent enim eum *concorditer* electum Argentinenſis, Trithemius, Mutius: *Principum tam Eccleſiaſticorum, quàm Secularium concordi ſententia* Paralipomena adiecta Chronicis Vrſpergenſis: *concordi Electorum ſuffragio* Funcius: *cunctorum ſuffragijs, ac nemo quidem repugnante* Vecerius: *nemine diſcrepante* Villanus, & Nauclerus: *concordi electione* Literæ Pontificis apud Bzouium. *Vnanimiter* Langius: *communibus ſuffragijs* Carrio: *omnium voto* Bertelius: *conſenſu Electorum* Poſſeuinus Iunior in Gonzagis: *communi ſuffragio* Ciaconius: *ferè omnium Principum iudicio* Ferretus. Quod mirandum maximè, nec niſi Diuino Numini adſcribendum, cum pauci conſentientibus Electoribus omnibus electi fuiſſe tradantur, indeq; Heruuartus inferat in Bauaro defenſo, electum à maiori parte, locatum in ſolio fuiſſe, perinde ac ſi nullius ſuſpenſo calculo electus eſſet, quòd rari admodum cunctorum Electorum ſuffragia ferret.

ET RELIQVIS] *Tribus*. Tot enim, adiecti quatuor recenſitis antè, totum Septemuirum Electorum ordinem abſoluunt: ſiuèreq; tunc temporis hi ſeptem, PETRVS, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Sanctæ Moguntinæ Sedis Archiepiſcopus, Sacriq; Imperij per Germaniam Archicancellarius: BALDVINVS, S. Treuirenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Sacriq; Imperij per Galliã Archicancellarius: HENRICVS, Archiepiſcopus Colonienſis, Sacriq; Imperij per Italiam Archicancellarius: RODVLPHVS Comes Palatinus Rheni, Bauarię Dux: WALDEMARVS Marchio Brandeburgenſis: IOANNES Saxonię Dux: HENRICVS Karinthiæ Dux, loco Boheminæ Regis, cuius tunc temporis imperium occuparat.

Quæcunquè porrò in hac Electione contigiſſe traduntur à Noſtro; ità ferè antè contigerãt in electione Adulphi, vt vnius electio alterius imaginẽ vndiquè repręſentet. En illa Adulphi, Ferreti verbis, quaſi coloribus, adumbrata. *Defuncto itaq; Rodulpho memorato, magnus apud Germanos Principes rumor increbuit. Hæſitabant enim, quem ſibi denuo Regem efficerent. Multi quidem ad hoc Cæſareæ ſublimitatis faſtigium vehementi deſiderio ferebantur, &c.* Et paullò poſt. *Conuenientibus igitur in vnum Principibus Alemanię, qui decernendi Cęſarem potestatem habent, vt de Rege ſibi dignißimo prouiderent, magnus inter ipſos tumultus, magna animorum diſſimilitudo variis ſtudijs orta eſt. Nam priuſquam illuc, vbi loci congrua exigit opportunitas, pro futuro Cæſare conuenißent, quidam amore, vel odio ducti, in quem potius obſequantur, mente conceperant. Fauebant enim Archiepiſcopus Colonienſis, & Treuerenſis Duci Saxoniæ, de cuius proſapia olim bonæ memoriæ Otto, vir fama illuſtris, ad Germanos Rom. Imperij regimen tranſtulit: Palatinus verò Comes pro Venceslao cognato ſuo viriliter contendebat. Dux autem Saxonum, & Rex Boemiæ, ne quis præter ipſos tolleretur Monarcha, verbis rigidis aduerſus Collegas ſuos vtique decertabant, præſertim de Alberto malè iudicantes, dum in Imperium ſui genitoris, quem anara labes & dolus in vitium deflexere, non eum dignum tantæ ſublimitatis obijciunt. Archiepiſcopus autem Maguntinus, vir virſutus, & fallax nunc vni, modo alteri, vt omnium vota tacitus intelligeret, obſequi videbatur. Sicque cum ſæpè numero ad examen huiuſce rei dubij conuenißent, nihil de ijs, quæ ſtatuti temporis neceſſitas exigebat, votis effecêre diſparibus, donec tumultus propter eorum iners decretum apud Germanos Duces rigidis verbis increbuit, &c. Tandem, cum alter alteri per ſupremos apices Alemaniæ fauere dedignaretur, ad eos, quibus media generis, & opum fortuna reſpexit, ſermo dirigitur, quos inter vir ſtrenuus ſatis, & fortis Adulphus de Maxio fama præclarus, gratior viſus eſt, &c.* Age per te modo, Lector, electionem iſtam cum illa Henrici, Muſſati calamo literis conſignata, confer, diceſquè tandem, nullam vnquàm aliam ad alterius ſimilitudinẽ propius acceſſiſſe.

GERMANIÆ] Imò *Galliæ*: imò *Italiæ*. Mutius. *Electio ſtatim promulgata eſt per Germaniam, Galliam, & Italiam, &c.*

ADMIRATIONI FVIT] Reticet Muſſati calamus cauſſam huius admirationis primam, ſecundam attuliſſe contentus in ijs, quæ ſequuntur ſtatim: *Subiit & admirationis occaſio, &c.* & tertiam in illis: *vt quantò humilius habuerit ipſe primordium, &c.* Quare nos quæramus illam, & prodamus in medium, vt huius loci ſententiam, quoad eius fieri poterit, explea-mus. Videtur prima admirationis huius cauſſa fuiſſe illa, quòd Imperij clauus delatus eſſet adoleſcenti, deferendus ijs, quibus maior mens, & ratio, &

consilium fuisset. *Florenti* nempè *Iuueni delata Regni Romani sceptra* Vecerius scripsit, cum hoc de Cęsare loqueretur. Adolescentibus autem idcircò missare loqueretur. Adolescentibus autem idcircò missa nimè committendæ videntur habenæ rerum, *quòd* (vt est à Tullio traditum in Opere de Senectute) *maximę Respublica per Adolescentulos labefactata sint; & maximę Respublica per Adolescentulos labefactata sint; & Senibus autem sustentatę, & restitutę*: & ab Augusti- Senibus autem sustentatę, & restitutę: & ab Augustino signatè de Romanorum Regno, Sermone XIV. no signatè de Romanorum Regno, Sermone XIV. ad Fratres in Eremo, *Regnum Romanorum tandiu* ad Fratres in Eremo, *Regnum Romanorum tandiu perseuerauit, quandiu Sapientes regere permiserunt; sed* B *perseuerauit, quandiu Sapientes regere permiserunt; sed diem Iuuenes inexpertes elegerunt, tamquam Iustitiam diem Iuuenes inexpertes elegerunt, tamquam Iustitiam ignorantes, acceptores personarum facti sunt, & iustitiā ignorantes, acceptores personarum facti sunt, & iustitiā perdentes, dominium Orbis terrarum amiserunt*. Inde perdentes, dominium Orbis terrarum amiserunt. Inde illa Metij Falconij querela aduersus Tacitum Impe illa Metij Falconij querela aduersus Tacitum Imperatorem in Vopisci scriptis. *Quæ malum ratio est, habere Imperatorem, qui eos faciat Consules, Duces, Iudices, quorum vitas, merita, ætates, familias gesta non noces, quorum vitas, merita, ætates, familias gesta non noverit?* Et admonitio illa Tiberij ad Senatum: *Ne quis* C *verit?* Et admonitio illa Tiberij ad Senatum: *Ne quis nobiles adolescentum animos prematuris honoribus ad superbiam extolleret. Vt enim nouelli cuharædi* (ait exactæ sapientiæ scriptor Xenophon.) *multas citharas perdunt, ita cupidi iuuenes Rempublicam vt plurimum euertunt*. Verùm enim verò Iuuenibus quoq; multis viam communiuit ad Romanum Regnum, quæ canos incana Prudentia sæpissimè præit, iurè vt cum Comico dixerim in Trinumo.

Non ætate, verum ingenio adipiscitur sapientia.

Mittò verò singulos exhibere. Wilhelmus Vnus, D Hollādiæ Comes, electus Romanorum postmodum Imperator, dignus est planè, qui paria hac in parte faciat cum Henrico. *Nam, & idem electus est* (verba Bekæ sunt in Orbete III. Vltraiectensi Episcopo XXXVI.) *vicesimum regem annum, adhuc imberbis, rubore decorus, virtute candidus, crine ingenuus, & indispositione totius corporis collaudandus*. Non igitur sic expēdenda ætas in deferendis imperijs, vt ab his con- E tinuò Iuuenes arceantur. Neque enim is fuit Ciceronis, Augustus alter in mensis: sed eatenus, si virtute nulla defectus suppleatur ætatis: secus autem, si ætate Iuuenes, virtutibus pollicant, senumq; civili, vel militari cetetis præsint. *Indignum est enim*, teste Valerio Maximo Lib. III. *eum honoris nondum tempestivum videri, quem iam virtutis maturus est*: ideòque in sapientissima Reip. Romanorum, Valerium Coruinum tertio, & vigesimo ætatis anno, ante legi- F timum tempus, ad Consulatum promotum legimus, & Martio Iunioni Scipioni Africano, Pompeio Magno, Octauiano Augusto, aliisq; Ducibus, ob singularem rei militaris disciplinam, & ob candorem ingenij, ante tempus Consulatus, aliosquè honores delatos scimus. Neq; enim ætatis magnam habebant rationem Romani, quò minus suffragantibus meritis, Dictaturas, & Consulatus, alioq; maximos honores meritis ciuibus demandarent. Quos enim am- G plissimis ornamentis dignos putabant, satis annorū, & ætatis habere ducebant. *Apud Maiores* (inquit Tacitus Annal. XI.) *virtutis id præmium fuerat, cunctisque ciuium, si bonis artibus fiderent, lucrum petere Magistratus, ac ne ætas quidem distinguebatur, quin prima iuuenta Consulatum, ac Dictaturas iurent*. Et M. Tullius ipse iam senex Philip. V. *Ab excellente eximiaq; virtute progressum ætatis expectari non oportere* sapienter scripsit. *Ibi enim perfecta est ætas, vbi est perfecta* H *virtus*. Ambrosio teste Oratione, quā habuit in Obitu Theodosij Imperatoris: tametsi apud Romanos L. Iulius Trib. pleb. Q. Fulvio Flacco, & Manlio Acidino Coss. rogationem ad Populum tulerit, qua declarauit, qui, & quibus annis nati quemq; Magistratum peterent, caperentq; Qua de re plura videre est apud Alexandrum ab Alex. Lib. Genialium Dierum III. Et Cuiacium XVII. Observationum Cap. XXXIV.

NEC PRIVS CREDITA] Vecerius. *Ille, vt contrà* I *opinionem hominum per Celtas, perq; Comitatum Pontiui venustatus Rex fuit, &c.* Immò nec ipsi Henrico res ea credita, si credimus eidem Historico, sic pęr- A genti. *Itaquè statim is, qui nihil minus, quàm Cęsarea gubernacula sibi credenda cogitauerat, omnium primum gratias immortali Deo, Electoribusque agendas censuit*. Firmantur eadem his Lehmanni. *Comiti Henrico ablata ab Electorum Senatu dignitas, noua quidem, & inexpectata videbatur*.

AD SYMMOS ALEMANIÆ PRINCIPVM APICES] Admirationis electi Henrici in Romanorum Regem causa altera ex mente Nostri. Re vera siquidem Henricus, Lucemburgensis Comes, competitoribus suis potentia, & opibus inferior habebatur, eratq; status illius longè infrà fastigium Cęsareæ maiestatis. Videme suprà ad Rubricam I. in Verbo *Pauper* pag. 16. & ad Rub. III. in illis, *Cæsar & opes creuerant*, pag. 108.

Discimus illud etiam hoc è loco, eum ijs sensisse Nostrum, qui censebant ex sola Germanorum natione deligendum esse Romanorum Regem, quā de re Baldus *in Cap. Venerabilem extra de Elect.* Martinus Laudensis in Tract. de Principe Singulari. Ioannes Feraldus de Iuribus, & Priuilegijs. Lancelotus in Templo suo omnium iudiciorum Lib. I. Cap. I. §. 2. Quæst. 1. & 3. Fulvius Pantianus Lib. II. de Prob. Cap. XXXV. Num. 50. & seq. Henning. Geden. Simon Pistorius, Petrus de Andlo. Petrus Hegius. Pomeranus de Imperatore Romano Lib. II. Part. I. Cap. I. Maiolus in Canicularibus Diebus Tom. VI. Colloquio I. quod est de maiestate, atquè amplitudine Imperij Romani pag. 1215. alijq; complures, qui & Quæstiones alias his affines eruditè tractant. *Quo* nempè *pacto actiuè, & passiuè translatum Imperium fuerit ad Germanos, iuxta Cap. Venerabilem, &c. Germanus quis vere putandus sit, vt præfici cum Imperio queat. Possitne cum Germano Gallus concurrere, & in Imperatorem eligi*, & alias generis non diuersi.

SVPREMÆ DIGNITATIS FASTIGIVM] *Apex Imperialis* alijs.

VT QVANTO HVMILIVS HABVERIT IPSE PRIMORDIVM] Ostendi in primis Rubricæ II. Notis, *antiquos Henrici VII. stipites extitisse*. Vnde Ferretus ad imitationem Nostri. *Nam ex clara satis prosapia ortus, inter ceteros bello strenuus, & consilio prudens valde putabatur*. Extant & à Carrione hæc ea de prosapia scripta Lib. IV. Chronici in Lothario Imperatore Primo. *Ex hac concubina* (Baldrada) *Lothario nati sunt duo filij, Lotharius tertius, & Hugo Dux Lotharingiæ. Ex hoc Hugone nati, Hugo filius & Lotharius nepos, Italiæ regnum obtinuerunt accersiti cōtra Berengarium. Ab eodem Hugone descendit stirps Comitum Lucelburgensium, quæ produxit Imperatorem Henricum VII. & ex hoc natos Bohemiæ Regem Iohannem & Iuuis filium Caroli IV. Imperatorem, & ex Carolo natos Wenceslaum, & Sigismundum Imperatores*. Et infrà eodem libro, in Lothario altero, cognomēto Saxone. *Sed cum Brabantinorum stirps interisset, translatus est Ducatus ad Hollandiæ Comites. Inde ad Comites Lucelburgenses, qui originem trahunt ab Hugone comite, nepote Lotharij, qui filius fuit Lotharij primi Imperatoris*.

Videtur nihilominus hic Mussatus persequi causam admirationis tertiam, quòd Henricus attigisset Imperij Romani culmen, eamquè tribuere Generis ipsius humilitati, quæ res idcircò mira, quia penitus aliena receptis à moribus Germanorum, qui Tacito teste, *Reges suos ex nobilitate, Duces ex virtute* sumere consuerant. Nec immeritò. *Siquidem enim ignauus, & parui pretij hominibus Reipublicam committas*, (inquit Dio Cassius ore Agrippæ Lib. LII.) *mox Nobilium iram, propter contemptum eorum fidem, inuitabis, & maximis in rebus clades parieris. Quid enim præclari homo ignauus, aut ignobilis gerat? quis eum non despiciat hostis? quis ei socius obtemperet? quis militum non dedigneturr sub signis eius esse? Sed nec hoc* emittendum est, *huiusmodi virum, si rem perperam gesserat, plus sibi damni daturum, quàm ab hostibus sit expectandum*.

Etundum; sin recte aliquid egeris, Stirpis eius animum bonarum artium expertem, amentiâ completum iri, eâq; posteà tibi ipsi formidabilem fore. Legimus itaq; Deuteronomij Primo, *nobiles cum sapientibus iudices populi constituisse à Moyse*: &, si profanis in Historijs disquiramus, haud dubiè reperiemus, Solonem, inclytum Atheniensium legislatorem, Magistratus omnes constituisse *ex nobilibus*: Areopagum *ex eis, qui honesto loco nati essent*: Tiberium denique Cæsarem, id obseruare solitum, vt *mandaret honores, nobilitatem maiorum, claritudinem militiæ, illustres domi artes spectandas, vt satis constaret non alios potiores fuisse.*

At enim, quæ Mussatus hic de Henrico scripsit, scripta mihi potius videātur respectu pauperis olim Comitatus eius, & exiguarum opum, quàm humilis eiusdem Stirpis. Vt vt senserit, ac scripserit ea de re Noster, in Henrici Genus amplius non inquiro, haurio potius id inde monitu, *Humilitatem generis obesse debere nemini; quo minus ad apices honorum eualet, ei si Virtus adsit.* An non enim vocatus *Abdolonymus* ob ornamenta virtutum à ligone suburbani horti ad Sidoniorum sceptrum? rogatusq; posteà Alexander, cur eius consilio vir adeò humilis multis alijs, potentia, & generis fama longè clarissimis, prælatus esset, scitè respondit, *ne quis fœdè cupiret, nisi non Virtuti, sed Generi, porrectaq; regnum tribuisse: atque vtrùm, qui Regnum accepit mentiatur, sed à me, non a Maioribus suis accepisse, hocq; beneficium grata memoria prosequatur?* Fuere *Tullo Hostilio* incunabula sordida ingressu rugurio patris: at hæc illi neutiquàm obstitere, quo minus valida, & matura ætate Imperium Romanum caperet, regeretquè. Pari gradu *Varro* ex macellaria patris taberna apicem dignitatis ascendit. Pari *Cicero*, pari *Ventidius Bassus* ex plebeia, & ignobili familia Consulatum adepti sunt: Ea re *Maximino*, Opilioni à puero, Imperium delatū est; nec impedimento fuit *Bonoso* ignobilis, & peregrinus sanguis, quin ad Augustale solium eueheretur. De *Valentiniano* rectione, *Flauio Valerio Iustino* bubulco, *Maximo* fabro ferrario, qui summo tādem cum imperio Romanæ Reipub. præfuere, res est notior, quàm vt à me pluribus debeat illustrari. Bohemi quidem *Premislaum*, patre licet rustico natum, vno eodemquè omnium Ordinum assensu Regem sibi, ac Dominum præfecēre. *Tamburlanus* è pastoritia casa ad Imperij Turcici culmen emersit. *Bamba*, aratro depositō, in Hispaniarum Regem assumptus est. Adijce his *Rodulphum*, creatum Romanorum Regem, quia strenuissimus; licet patui & ipse dominij, ac Comitatus, vt *Henricus*, esset. Ità nempè de illo Ptolemæus Lucensis ad annum MCCLXXIII. *Eodem anno Comes Rodulphus de Abisburg in Imperatorem eligitur. Qui quidem fuit parvæ dominij, & Comitatus; sed strenuissimus in rebus, sicuti facta pro Lucensibus probauerunt.* De *Agrippa* consulatur Tacitus; de *Severo* Spartianus, de *Curtio Rufo*, Africæ Proconsule, Fulgosius, de alijs, numero propemodum infinitis, qui humili loco nati, Virtute duce ad honorū, & imperiorum culmina peruenēre Valerius Maximus. Enimverò, vt vnà cum Paschalio desinam in Gnomis politicis, excerptis ex Tacito, *quem penes est Virtus, huic ad ea, quæ meritus est, minus generis ignobilitatem obesse plane iniquum est.*

NATVRA] Latet hac in voce caussa tertia promotionis Henrici ad Romanorum regnum. Natura quippe parens rerum omnium habita, credita quoquè Fatorum, Regna, Principatus, Imperia mortalibus elargiri. Sensit hoc C. Iul. Cæsar, qui apud Dionem Lib. XLI. clarè, necambitiosè dixit, *Naturam duas necessarias res, eāsdemq; salutares humano generi comparasse, vt aly cum imperio essent, aly eis subjacerentur, nihilq; esse, quod, extra hæc, ne minimo quidem quæat spatio perdurare.* Sensit & Tullius ijs in libris, quos de Legibus edidit, cum inquit: *nihil tam aptum esse ad ius, conditionemquè Naturæ, quam Imperium, sine quo nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum vniuersum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse Mundus potest.* *Naturam ipsam* denique *Regimen esse commentū* apertè testatus est Plinius Lib. II. Nat. Hist. Cap. XVII. *idq; cum ex omnibus animantibus clarè cognosci, tum ex Apibus, quæ sine Rege esse non possunt.* Creant illæ scilicet sibi Regem cęteris magnitudine excellentem, & mansuetudine clariorem: vnde & sine aculeo est, vt nonnulli volunt, & alis cęteris nitidiorem habet. Ex alueario non exeunt, nisi ipso egrediatur; eo exeunte totum conglobatur agmen, & Regem circundat vndiquè, vt vix videri possit. Singulæ se eius obsequio offerunt, & ei proximæ esse contendunt: fessum humeris subleuant, aliquando & totum portant. Vbicunquè Rex sederit, ibi totus exercitus castra figit. Illo viso, totus animatur grex: eo amisso examen dilabitur. In alueario dum residet, Rex solus à labore immunis est, cęteræ omnes perpetuò mel colligunt, vel collectum disponūt. Circà Regem quædam semper adsunt Apes, fortem aculeum habentes, & tanquam licētores Regem custodientes, quæ & offendentes, vel vitiosas puniunt. Mortuo Rege, nisi corpus eius auferatur, cęteræ Apes fame se necare permitterent potius, quàm ab eo recedant. Sola voce, quasi imperio, cęteras in officio continet, vnde & hanc cęteris magis vocalem habet. O Bestiolæ prouidentem industriam! quæ tanta cum virtute, vt sic dicam, politica coniuncta, Sapientissimum quemquè meritò rapiat in admirationem sui.

Sonat eadem *Natura* vox ipsissimet *Naturæ bona*, quorum aliqua sunt Animi, alia Corporis: ideòq; retulerim non inuitus ad hæc ipsa bona caussam rectam electionis Henrici. Sublatus ille scilicet ad apicem Cęsareę maiestatis *ob Virtutes*, quæ Animi bona sunt, *roburq; corporis, & strenuitatem* suam, quà longè suprà Proceres Germaniæ reliquos eminebat. Ab his sanè dotibus commendatus ille Pontifici Clemēti V. fuit, prælatusquè cęteris à Pratensi. Ne multis? De *Virtutibus* eius ità clarè locutus Pratensis apud Conradum Vecerium ex Villano. *Quum Clemens, quem præcipuum crederet, tantæq; successioni idoneum quæsiisset, Pratensis, Ecclesiarum me liberalius respectu, an studio Gibellinarum partium, an consuetudinis in Vrbe quondam institutæ memor, Henricum, aut, Lucelburgia Comitem, nulli Germanū Principum cedere arbitror, siue Religionem, siue Fidem, seu certè Magnitudinem animi spectauerit.* Et paullò post. *Iunt assertionem Cardinalium Henrici quoquè integritatis gloria, quam ex rebus fortiter, probeque gestis famaiam prudem exorta, ad Clementem usque pertulerat.* Et infrà. *Sed & maxime spectata Virtus Henrici profuit, vt cunctorū suffragijs, ac ne vno quidem repugnante, Rom. Regni sceptra florentis iuueni deferrentur.* Accedit Vecerio Mutius, qui diserte. *Legati celeriter mittuntur, iubenturquè festinare, antequam Rex Auinionem veniat, & incipiat turbam, quam parturiebat. Et simul statuerunt communi consilio, quem potissimum eligendum Principibus proponerent. Censuerunt autem nominandum Comitem de Lucelburg, Religionis Ecclesiaque amantem, & strenuum cum moderatione in rebus agendis, & bello.* Adstipulatur his etiam Merula non obscurè. *Vbi* nempè *persuasum Clementem vidit* (Pratensis) *de Henrico Luceburgi Comite subiecit. Huic paternæ opes haud magna sane erant. Iustitia, Prudentiaquè tum rerum gestarum gloria, quam natalibus, aut gentili regno illustrior.* Ità Merula. Sed & Bertelius de Virtutibus Henrici suffragium in hac Tribu tulit. *In tantò porrò successu temporis Henricus noster in Virtute, Prudentia, & rerum gerendarum peritia profecit, vt, fama eius vsquequaque per Germaniæ fines diffusa, omnium vota in Rom. Imperatorem exoptaretur.* Adi Scriptorum aliorum Elogia, quæ de Virtutibus tanti Viri dedimus suprà, in primis Notis Rubricæ III. à pagina 63. vsq; ad 75. & in alijs paginæ 80. vsq; ad 84. Quibus ego

scilicet testimonijs alijs pluribus firmare validius posſimus, præluxisse Henrico nitentes Virtutum illius multarum, & maximarum faces ad Imperij Rom. decora promerenda?

De *Strenuitate* eiusdem nihil hic haberem pariter, quod adijcerem superioribus Notis paginæ 83. nisi pollicitus fuissem antè (pag. 25.) ostensurum me, nõ vltimum inter causſas Electionis illius præcipuas in Romanorum Regem deberi *Strenuitati* locum. Missis igitur Strenuitatis illius Præconibus, quos audiuimus suprà in paginis recensitis, ecce tibi lectum illum ob Strenuitatem maximè in Romanorum Regem, testimonio luculentissimo Virorum Cl. trium, Naucleri, Cauatij, Carrionis, quos, vt hic laudarem, missos vltrò in allatis aliàs Elogijs *Strenuitatis* feci, Fatentur hi scilicet vno & eodem ore, cum Virum, strenuum, magnanimum, industrium, belli pacisquè artibus clarum inquirerent Electores, quem vnum ex omni Principum Germaniæ numero summæ rerum præficerent, lectum vnum è multis Henricum, quod is vnus talis inter cæteros eluceret. Ad rem igitur appositè Nauclerus. *Placuit Pontifici consilium* (Pratensis) *& simul cum Cardinale nominant etiam Electoribus Comitem de Lucemburg, virum magnanimum, industrium, atque catholicum, Pratensium benè notum.* Appositè pariter Cauatius Lib. III. Historiarum Cœnobij D. Iustinæ Patauinæ ad annũ 1308. *Vergente anno Henricus Comes Luceburgensis Romanum Imperium capessiit, cui Pontifex insignia Romæ per Legatos dare pollicebatur, si antè biennium armatus in Italiam descenderet. Arbitrabatur idem ebullientes vbique factiones Welphorum, & Gibellinorum posse restingui ipsius Cæsaris prudentia, vel armis. Cæsar ipse licet opibus ac ditione inter Germanos Principes minor; tamen belli pacisquè artibus longè maior, ingentem de se opinionem excitauerat.* Sed omnium vberrimè & honorificentissimè Carrio *Strenuitatem* Henrici cum omni reliquarum Virtutum illius agmine copulauit Libro IV. Chronici, & eius quoquè intuitu præcipũ fuisse docuit Imperio Romani claui. *Cum Septemuiri conuenissent Francfort, comitiis suffragia dederunt Henricum Comitem Luceburgensem, Cal. Nouembris, septimo ab interitu Alberti mense, de commendatione Balduini Archiepiscopi Treuirorum, qui in fratre Henrico non opes, quæ exiguæ erant; sed animi ad iustam, & salutarem gubernationem magis necessaria præsidia, atque ornamenta veriora prædicabat, generositatem naturæ, ingenij præstantiam, excelsi animi magnitudinem, moderationem in omni vita, iustitiam, peritiam rei bellicæ, vigorem status & corporis, roburque firmitatem ad tolerandos militia labores.* Quæ possit hac de re fax isto Sole clarior? quod Elogium plenius? quæ copia verborum vberior reperiri? Ea propter iure Tritheimius, vt alibi disserebam, cum Henricum *Stremũ* appellasset, statim eundem *dignum Imperio* nominauitque; antè illum *Rodulphus*, & *Adulphus*, & post eundem *Ludouicus* IV. præfecti fuerunt Imperio rerum Strenuitate duce. Quippe de *Rodulpho* talibus Ptolemæus. *Comes Rodulphus de Alhsburg in Imperatorem eligitur, qui quidem fuit parui dominij, & Comitatus; sed strenuissimus in rebus.* De *Adulpho* Fretetus. *Tandem cum alter alteri, per supremos apices Alemaniæ fauere dedignaretur, ad eos, quos media generis, & opum fortuna reflexit, sermo dirigitur, quos inter vir strenuus satis, & fortis Adulphus, de Maxio fama præclarus gratior visus est.* De *Ludouico* IV. Ioannes Villanus Lib. IX. Cap. LXVI. *Eodem anno a Principibus Germaniæ facta est electio duorum Germaniæ Regum, fratris nimirum Ducis Bauariæ, Ludouici nomine, viri strenui, & egregij &c.* Miles enim debebat is esse, qui præficiendus erat Imperij Rom. clauo, testimonio Bexæ in Othone III. Vltraiectensi Episcopo XXXVI. nec qualiscumquè Miles; sed strenuus, secundum etymologiam eiusdem nominis, quod est miles. Hinc, apud laudatum Bekam, Cardinalis, à quo Miles renuntiatus est Wilhelmus Hollandiæ Comes, in Imperatorem postmodùm eligendus: *Oportet*, inquit, *vnumquemquè militare volentem esse magnanimum, ingenuum, largissimum, egregium, & strenuum. Magnanimum in aduersitate, ingenuum in consanguinitate, largissimum in honestate, egregium in curialitate, & strenuum in virili probitate.* Qualis re ipsa idem Wilhelmus fuit, eiusdem Bekæ præconio in laudato loco, nempè, *fidelis* is fuit, *catholicus, animo prudens, militia strenuus, proprijs potens viribus, multorum Principum consanguinitate, & affinitate connexus, tamen tute feruidus, experientia moderatus, gratus moribus, & specie corporis in oculis omnium gratiosus*, quibus quasi numeris probus absoluitur Imperator.

FORTVNA QVE] Fortuna & ipsa sibi fasces, regna, & imperia vendicat in ore Vulgi, eaquè causſa quarta promotionis Henrici ad apices Imperij summos ex Vulgi mente. Sed & alij sic loquuti ad vulgarem captum. Virgilius in carmine de Fortuna.

Fortuna immeritos auget honoribus

Seneca Tragicus in Thyeste.

Habere regnum casus est, virtus dare.

Sallustius in Catilinario Bello. *Fortuna in omni re dominatur.* Et in Iugurthino. *Humanarum rerum pleraquè Fortuna regit.* Nec aliò pertinet Simulacrum Fortunæ aureum, quod Romani Orbis Monarchæ, Cæsares Augusti, semper in cubiculo ad extremum vsquè vitæ habitum seruare solebant, motiturique suum ad successorem cum Imperij honore, oneteq; transmittere. Ea re scilicet id fiebat, vt indicaretur, reuerenter ab ijs habendam esse Fortunam, cuius arbitrio, imperia dari, stare, cadere putarentur. Meminit eius moris Capitolinus, qui Antoninum Pium Augustum moribundum hoc officij genere suo M. Aurelio Antonino, quem successorem sibi designauerat, præstitisse scribit his verbis. *Tertia die cum se grauari videret, M. Antonino Rempublicam, & filium præsentibus Præfectis commendauit. Fortunamquè auream, quæ in cubiculo Principum poni solebat, transferri ad eum iussit, signumque Tribuno, AEQVANIMITAS, dedit, atque ita conuersus, quasi dormiret, spiritum reddidit.* Et in M. Aurelij Antonini Vita. *Ob hoc*, inquit, *Antoninus Pius, cum sibi adesse finem vitæ videret, vocatis amicis, & præfectis, eum vti successorem imperij omnibus commendauit, statimquè signo, AEQVANIMITAS, Tribuno dato, Fortunam auream, quæ in cubiculo soleba' esse, ad Marci cubiculum transfire iussit.* Hæc ille. Sed & apud Aelium Spartianum leges, L. Septimium Seuerum Imp. suum aureq; Fortunæ simulacrum antè mortem geminare decreuisse, vt duobus filijs M. & P. Antoninis Bassiano, & Getæ, quos æquo iure successores sibi destinauerat, vnicuique suum, relinquere posset. Sed Eboraci in Britannia morte præuentus, quod animo conceperat, non peregit. Sic igitur rem istam omnem Spartianus expressit in eiusdem L. Seueri Vita, *Fortunam* Capitolini *auream*, *Regiam* vocans. *Vluma verba eius dicuntur hæc fuisse. Turbatam Rempublicam vbiq; accepi, pacatam etiam Britannis relinquo senex, & pedibus ager. Firmum imperium Antonini mei relinquo, si boni erunt, imbecillum, si mali. Iussit deinde Tribuno signum dari, LABOREMVS, quia Pertinax quando in imperium adscitus est, signum dederat MILITEMVS. Fortunam deinde Regiam, quæ comitari Principes, & in cubiculis poni solebat, geminare statuerat, vt sacratissimum Simulacrum vtriquè relinqueret filiorum. Sed cum videret se perurgeri, sub horam mortis iussisse ferunt, vt alternis diebus apud filios Imperatores in cubiculis Fortuna poneretur. Quod Bassianus priùs contempsit, quam faceret parricidium.* Sic Spartianus rectè, vereq; Non enim adeò diu postcà Romæ Bassianus impius ille frattrem suum minorem P. Getam in Palatio, manu propria, in sinu matris subitò trucidauit, vt Herodianus tradit. Et hoc de more cum Spartiano, & Capitolino satis.

MVL-

MVNDANIS] Frequens ea vox apud Noſtrum, A vt & apud Auctorem Chronicæ Aulæ Regiæ. Occurrit enim primò Cap. IX. in laudibus ſuprà memorati Petri Archiepiſcopi Maguntini. *Eodem anno, Nonis Iunij, Reuerendus Pater Dominus Petrus, natione Treuerenſis, Moguntinus Archiepiſcopus, expertus & excellens Medicus, ſapiens Principum Conſiliarius, vir in omnibus euentibus mundane conuerſationis fortunatiſſimus, preſenti ſeculo vale faciens, etate ſenili confectus, de carnis ergaſtulo ſpiritum exhalauit extremum.* Secundò, Cap. XIII. in Carmine, quo deploratur obitus Mariæ Reginæ Frãciæ, Hẽrici VII, F.

O mens, mundana videas quod & omnia vana
Sunt: que tu cernis, tu verè labentia ſpernis.

Tertiò, Cap. XVI. in deploratione ſtatus Regni Boemici,

Exiſtis vanis, mundanis cottidianis
Actibus & factis, nobis nunc, & prius actis
Digne debemus vos emendare, &c.

DEI NVTVM IN EXCELSO CONSISTERE] Non ſolùm his Muſſatus piè claudit Rubricam iſtam, DEVM ſuprà *Naturam*, & *Fortunam* locans; ſed & illi, vti cauſſæ potiſſimæ, electionem Henrici rurſus adſcribit. Itaq; *Deo res aliter diſponente*, ac alij cogitarant, Bertelius; *Deo prouidente* Nauclerus, elatum illum ad Imperium ſcribunt; nec temerè ipſemet Henricus, renuntiatus præter opinionem Cæſar, *primum omnium*, vt eſt à Vecerio ſcriptum, *immortali Deo*, auctori præcipuo ſublimitatis ſuæ, *gratias egit.*

IN RVBRICAM V.

ALEMANIÆ PLACATIO] Hæret difficulter hic Titulus Rubricæ V. quòd inde nulla ferè ratio placatæ Alemaniæ conſtet. Hæret ille tamen ex eo, quòd vni HENRICO ſe ſe Alemania ſubiecerit vniuerſa, quæ bellis, & diſſidijs inter ſe ſciſſa præſtare id minimè potuiſſet. Sed apparebit idipſum clariùs ex auctario noſtro ad primam Notam Rubricæ proximè conſequentis.

VNIVERSORVM PRINCIPVM FERVENTIORIBVS ASSENSIBVS] Ob id maximè, quòd Germanorum Principum OPTIMVS haberetur, breui magna facinora patraturus, quibus Imperij Romani decus excreſceret. Vide me ſuprà in eiuſdem Elogijs pag. 68. & 84.

PLEBIS CLAMORIBVS] De more. Solitum enim olim, vt hodiè, vbiquè terrarum, ac gentium recens creatis Principibus à cunctis Ordinibus acclamari. De minore Ordine, quo de Noſter hoc loco, Plinius in Panegyrico Traiani. *Et Populus quidem Romanus dilectum Principem ſeruat, quantoq; paullò antè concentu formoſum alium, hunc fortiſſimum perſonat, quibuſquè aliquando clamoribus geſtum alterius & vocem, huius pietatem, abſtinentiam, manſuetudinem laudat. Tibi aſcendenti de more Capitolium, quamquam non id agentium Ciuium clamor, vt iam Principi occurrit &c.* Symmachus Epiſt. XXXI. in auctario ad Honorium. *Acclamationibus, qua ſubiecta ſunt, gaudij ſui cauſas Plebs Romana teſtata eſt, ac Serenitati veſtre in dies ſingulos gratias agere tum deſtitit.* Procopius latinè redditus Lib. I. Goth. vbi de Iuſtiniano, qui tanti faciebat acclamationes iſtas, vt ſibi cauerit clamores populi primò dari Romæ, deinde Theudato. *Et vt Populus Rom. ſemper Imperatori, deinde Theudato in Theatro, & Circo, & ſicubi acclamari cõtigerit &c.* Niceras Lib. I. Andronici. *Accipiter volauit ad magnũ palatium, & ſupra domum ſedens, in qua deſignatos Imperatores moris eſt ab vniuerſo populo bonis verbis appellari. Renuntiationem incipium, & ità ordinant: Alexij, & Andronici Magnorum Impp. Rom. Comnenorum multos annos, & apertis faucibus canentes.*

Ritè verò tribuitur Plebi CLAMOR à Noſtro, non *Plauſus*, ſiuè quòd acclamationes Plebis vt plurimùm cum clamore, ſiuè quòd re ipſa ingenti ſonitu, *aperti*, vti modo vidimus ex Niceta, *faucibus, contentis & vocibus* ederentur. Talem, præter Plinium laudatum antè, clamorẽ Vulgo tribuit Seneca Epiſtola XXIX. extrema, *Ceterum ſi te videro celebrem ſecundis vocibus Vulgi, ſi intrante te clamor, plauſus, & pantomica ornamenta obſtrepuerint, &c.* Ideòq; Plinius ibidem loci, vt clamoris eiuſdem magnitudinem palàm faceret, vſus eſt *perſonandi* verbo, pro quo Seneca inlaudata Epiſtola *obſtrepere* maluit vſurpare. Vocabãt ob id etiã acclamationes Vulgi κραυγὰς, & θορύβους, hoc eſt *vociferationes*, & *tumultus*, ipſũq; acclamare Βοᾶν, ἰαχεῖν, ἀλαλάξειν ἐπιφωνεῖν, ἐπικραυγάζειν, quod eſt *vociferari*, ac *perſtrepere*, nominabant. Sed ingentem clamoris vim in acclamante Populo ſignatè tetigêre Græcorum, & Latinorum multi. E Græcis inter cæteros Libanius, & Niceras: è Latinis Sidonius, Diaconus, Victor, tradentes ſic à Populo acclamatum interdùm, vt ipſimet Dij clamorem illum audirent, palatia præ ſonitu diſtumperentur, Populus ipſe deueniret ad rauim vſquè, hoc eſt, ad defectum vocis. Adſcribam ſingulorum verba, ne videar ſuprà fidem loqui. Primi ea ſunt, quæ profero ex Legatione ad Iulianum, *Vbi autem hæc quidem finem habuerunt, tua verò incrementum acceperunt, & occaſio ſe ſe obtulit mentem tuam aperiendi. Dij clamorem audiuerunt, quantum antea nunquam, tum Virorũ, qui non theatrum tantùm compleuerant; ſed etiam montis ſinus, tum Fœminarum, cum pro more ſuo ſingula ex adibus ſuis acclamatione fauſta proſequerentur ob ea, quæ hic geſta fuerant.* Subijcio, quæ Nicetas habet in Iſacij, & Alexij libro. *Angebatur animo, quòd proclamationis ordo immutatus eſſet, Filio enim priori loco contentis vocibus acclamabatur, ità vt ſonitu Palatia diſrumperentur; ille autem poſteriore clamore ſily acclamationes firmiores ſequebatur.* Tertium ſibi locum Sidonius vindicat, cuius iſta ſunt in Epiſt. III. Lib. IX. vbi de acclamationibus, & plauſibus Fauſto Reienſi Epiſcopo concionanti datis. *Licet prædicationes tuas nunc repentinas, nunc cum ratio poposciſſet elucubratas raucus plauſor audierim, &c.* Claudit reliquorum agmen Aurelius Victor in Pertinace, & ex eo Diaconus Lib. X. Miſcellæ Hiſtoriæ, de dicto Pertinace loquentes ambo. *Huic mortuo DIVI nomen decretum eſt, ob cuius laudem ingeminatis ad vocis vſquè defectum plauſibus acclamatum eſt.* Eratquè proprium adeò Populi contentis ad defectum vſquè vocibus acclamare, vt apud Suetonium in Caligula Cap. VI. Tiberius è ſomno fauſtis acclamationibus populi fuerit excitatus; & Poetæ acclamantem alicubi Populum inducentes, vocem, & clamorem eius ad Cælum vſquè pertingere perpetuò canant.

Quod ſi fortè fortuna Populus aliquando remiſſius acclamaſſet, admirationi res erat illa, vt noua, & laſciuiæ plena; eaq; acclamatio æquabatur concentui potius, quàm clamori. Diſertè Theodoricus apud Caſſiodorum Lib. I. Var. Epiſt. XXXI. de acclamante Rom. Populo in theatro. *Profertis voces organo dulciores, & ità ſub quadam harmonia citharæ concentum Theatrum per vos reſonat, vt tonos poſſit quilibet credere potius, quàm clamores.* Eas ſanè voces Plinius *clamores teneros*, & *Cantica* nominabat. Scribit ille ſcilicet Epiſt. IV. Lib. II. *Pudet referre, qua quàm fracta pronuntiatione dicantur, quibus quàm teneris clamoribus excipiantur: plauſus tantùm, ac potius ſola cymbala, & tympana illis canticis deſunt.*

Euincunt iſta clarè omnia, clamores ritè tributos Plebi acclamanti HENRICO VII. Cæſ. Auguſto: at quid hiſce tandem illi clamoribus acclamatum? Nõ dubium, id, quod ab eadem Plebe reliquis ſolitum vbiquè Principibus acclamari, VITA nempè, VICTORIA, FELICITAS, SALVS, ÆTERNITAS, & id genus alia, quæ ſubnectam.

Acclamabatur in primis à Plebe Regi ſuo VITA, hac formula, VIVAT REX. Sic olim Sauli vncto, & creato Regi *clamauit omnis populus*, vt aperte liquet

quet ex Capite x. primi Regum, *& ait*, VIVAT REX. Sic Regum eorundem III. Cap. I. de Salomone legitur. *Tollite vobiscum seruos Domini vestri, & imponite Salomonem filium meum super mulam meam, & ducite eum in Gihon, & ungat eum ibi Sadoc Sacerdos, & Nathan Propheta in Regem super Israel, & canetis buccina atque dicetis*, VIVAT REX *Salomon &c.* Et Lib. IV. Cap. II. de Ioa Rege vncto patiter, & creato. *Produxitq; filium Regis, & posuit super eum diadema, & testimonium, fecerunt que eum Regem, & unxerunt, & plaudentes manu dixerunt*, VIVAT REX. Quæ quidem sic iterantur Lib. II. Paralip. Cap. XXIII. *Et eduxerunt filium Regis, & imposuerunt ei diadema, & testimonium, dederuntque in manu eius tenendam Legem. & constituerunt eum Regem, unxitque illum Ioiada Pontifex, & filij eius, precatique sunt ei, atque dixerunt*, VIVAT REX. Manauit inde mos idem in Gallias. Siquidem eo in Opusculo, quod *Coronatio Christianissimi Galliæ Regis* inscribitur, in Tertia Thesauri Politici parte, ità scriptum extat. *Statim coronato Rege, atque in Throno sedente, Rhemensis Archiepiscopus ad illius amplexum, & osculum accedat: moxque ad populum conuersus acclamat*, VIVAT REX. *Archiepiscopo autem sic acclamante Cantorum Schola illico succinit*, VIVAT REX IN AETERNVM; *& post Cantores populus conuersus contentis vocibus formulam eandem*, VIVAT REX, *iterum ac sæpius repetit.* Romani pariter, sectatores omnis laudabilis instituti, VITAM acclamare soliti Principibus suis ad Hebræorũ morem. Lampridius in Antonino Diadumeno de acclamatione Macrino, & Antonino facta. *Imperator Optime Maxime Macrino. & Antonino* VITAM. Et in Alexandro Seuero. *Dii Immortales Alexandro* VITA. Et paullò post. *Antonynorum Alexandro* VITAM. Inde Corippus Lib. III.

Augusti VITAM *laus clamoribus aptant,*
Post senium dicunt se iuuenescere. Mundus
Gaudet, & antiquæ reperit primordia formæ.

Defluxitq; mos idem in Sacros ritus. Quamobrem in Actis Ordinationis Erodij, cum eum Populo coràm, & astante Clero sibi in Episcopali dignitate successorem feciſſet Augustinus, à populo acclamatum patet, *Deo gratias, Christo laudes; Augustino* VITA. Et in Creatione, & Consecratione Rom. Pontificis, ex vetusto institutissimę apud Mediolanenses Ambrosianæ Bibliothecæ Pontificalium, & Ritualium Codice. *Domino Nostro N. a Deo Summo Pontifici decreto, & vniuersali Papæ* VITA. Quibus habentur hæc affinia in vno Vaticanæ Cæremoniali prisco; *Expleta Oratione a Pontifice, antequam Lector in ambonem ascendat, prænuntiat secundo Diaconus, & tertio Cantores, respondente illis Schola hoc modo. Exaudi Christe. Respondet Schola. Domino Nostro N. a Deo decreto Summo Pontifici, & vniuersali Papæ* VITA. Et in altero. *Tunc Archidiaconus cum Diaconibus, & alijs incipit laudem, alta voce. Exaudi Christe. Scriniarij respondent. N. Domino Nostro Papæ* VITA.

Quia verò acclamatio VITÆ, longæ vitæ votum cum precibus includebat, idcircò spectat huc proximè formula illa altera, qua MVLTOS Principibus suis, ANNOS in acclamationibus publicis exoptabant. Eugrius Lib. II. Cap. IV. Ὀρθόδοξε βασιλεῦ, σοὶ τὸν ὑπήκοον. Πολλοὺς πολλάκις. *Orthodoxe Rex, te ipsum vindicato. Leon* MVLTOS ANNOS. Nicetas laudatus antè. *Renuntiationem incipiunt, & tra ordinant. Alexij, & Andronici magnorum Impp. Romanorum Comnenorum* MVLTOS ANNOS. Lampridius in Seuero. *Alexander Auguste. Dij te seruent. Cæsar noster, Augustus noster, Imperator noster. Dij te seruent. Vincas, valeas. MVLTIS* ANNIS *imperes.* Tertullianus etiam huiusce modi vota pro Imperatoribus profanis persoluta dicit à Christianis in Apologetico Cap. XXX. *Precamur semper pro omnibus Imperatoribus* VITAM *illis* PROLIXAM, *Imperium securum.* Quin & MVLTOS de suis ANNOS ijsdem ad precabantur. Ambrosius in Oratione funebri Valentiniani Imperatoris. *Quod si me ad tantum reseuerit dolorem, quod citò excesserit e vita: nec ego alterum, tam immaturum obisse ætatem, quem* NOSTRÆ VITÆ TEMPORIBVS *fulcire cupieramus, vt de* NOSTRIS ANNIS *viueret, qui non potuit frui suis.* Facit huc etiam illud Populi in congiario, quo de Tertullianus in Apologetico laudato mupet, Cap. XXXV. ad hunc modum scribens. *Iam si pectorum adumbrandum quandam speculare materiam natura obduxisset, cum non precordia insidias apparerent, nonne nunc Cæsaris scena in congiario dividendo pęsideret? etiam illa tura, qua acclamant,*

DE NOSTRIS ANNIS *tibi Iupiter* AVGEAT ANNOS.

Vnde Ouidius Fastorum I.

Augeat imperium nostri Ducis, AVGEAT ANNOS.

Quod & precabantur Amicis. Seneca de Beata Vita Cap. VIII. *Dicere solent eis, quos validissimè diligũt, paratos se partem annorum suorum dare.* Plautus Argyrippi ore, respondentis ad illa Philenij uxoris, Curtu, obiecto immetito meo, me morti dedere opras? *Ego te? quam si intelligam deficere vita, tam ipse*

VITAM MEAM TIBI LARGIAR. ET DE MEA AD TVAM ADDAM.

Tibullus etiam eòdem spectans, ità blanditur Anicula: Lib. I. Eleg. VI.

Viue diu, mi dulcis anus; PROPRIOS EGO TECVM
Sit modo fas, ANNOS CONTRIBVISSE VELIM.

Nec alio voto Prisilla moriens amantem Manium consolatur in Papinij Syluis.

Pars animæ victura mee, CVI LINQVERE possim,
O vinã, Quos dura MIHI RAPIT Atropos ANNOS.

Cuius sanè voti comporem factam Alcestidem, Admeti Thessaliæ Regis Vxorem ferunt, quippe quæ sola potuit ac voluit, fata permutando, Mariti vitam morte sua producere, teste Platone in Symposio, Iuuenale Sat. VI. Ouidio de Ponto, Euripide in Alcestide, Seneca in Medea. Val. Maximo Lib. IV. Cap. VI. Hygino in Fabulis, & Euripide, qui morientem ib Iam superstiti marito vale dicere fecit his verbis.

O Vir SALVTEM *Prætuli Meæ Tvam*
Præ Me Tibi vt Lvcem liceret Cernere.
*E*MORIOR *Pro Te, cum liceret tibi non mori.*

Spirant hæc, ædepol, adfectum merum; sed illa me formula, MVLTOS ANNOS, rapit ad se rursus in Synodis, in quibus, & Imperatorum, & Patriarcharum saluti acclamari consueuerat ad hunc ferè modum, vti videre est in Cõcilio Chalcedonẽsi Act. IV. MVLTOS ANNOS *Augustus. Patriarchæ* MVLTOS ANNOS. MVLTI *sint* ANNI *Patriarchæ.* MVLTI ANNOS. MVLTI *sint* ANNI *Patriarchæ.* MVLTI ANNI *Augustæ* ANNI *Imperatoribus.* MVLTI ANNI *Augustæ* ANNI *Imperatoribus.* Sed appositè de Patriarchis, & hac illis acclamatione factâ, Georgius Codinus in Libro de Officijs Aulæ, & Ecclesiæ Constantinopolitanæ Cap. XX. *Reperiæ*, & Ecclesiæ Constantinopolitanæ Cap. XX. *Reperiæ*, *intro intra sepium Patriarchali sceptro, Imperator, nunc intro intra sepium Patriarchali sceptro, Imperator, nunc* *sterno nobis adolescentis ex us, qui sine pileo in Aula abstersterno nobis adolescentis ex us, qui sine pileo in Aula abstersa ambulant, accipit illud, Itaque magna voce ita fatur: sa ambulant, accipit illud, Itaque magna voce ita fatur: Sancta Trinitas, per Imperium ab ipsa nobis concessum, Sancta Trinitas, per Imperium ab ipsa nobis concessum, Reconstituit te Archiepiscopum Constantinopoleos nouæ Reconstituit te Archiepiscopum Constantinopoleos nouæ Romæ, & Oecumenicum Patriarcham: moxque vniuersi Romæ, & Oecumenicum Patriarcham: moxque vniuersi* MVLTOS ANNOS *acclamant.* Et vberiùs Georgius Phranza Lib. III. Chronici Cap. XIX. *Erat mirus, & consuetudo Christianorum Imperatorum, vt electo Patriconsuetudo Christianorum Imperatorum, vt electo Patriarchæ pedum, seu virgam pastoralem auream, lapillis triarchæ pedum, seu virgam pastoralem auream, lapillis & margaritis distinctam, donarent, &c. Finito autem & margaritis distinctam, donarent, &c. Finito autem tropario, Imperator surgens habet in manu dextra pedũ, tropario, Imperator surgens habet in manu dextra pedũ, accedit candidatus, cum vnum laus Cæsar, alterum accedit candidatus, cum vnum laus Cæsar, alterum Heracleę Metropolita tegit &c. Deinde ad Imperatorem accedit, & consueta adoratione illum prosequitur. rem accedit, & consueta adoratione illum prosequitur. Imperator paululum attollens pedum, ait, Sancta Trinitas, quæ mihi Imperium donauit, te in Patriarcham nouæ Romæ delegit &c. Deinde Chori psallebant, & acclamabant, AD MVLTOS ANNOS DOMINE, idque tertio, & illud ἀπόλυσις, hoc est, ILICET. Sed ego hac in formula fortasse multus, quam ipse quoque Plinius

nius afferret tum in Panegyrico, tum in Epist. ad Traianum, Firmicus etiam Lib. I. Math. Cap. I. Ouidius XV. Metam. Propertius, Pedo, Martialis non vno in loco, si plurium calculis indigeret.

Præter VITAM, VICTORIAM Regi suo Populus acclamabat.

Corippus Lib. I. —— *Sic vulgus amore*
Vndique conueniens lætarum more volucrum
Tu VINCAS, *Iustine canunt.*

Capitolinus de Gordianis. *Imperatores de Senatu Dij conseruent. Imperatores nobiles* VICTORES *videamus.* Lampridius in Seuero. *Alexander Auguste Dijte seruent. Cæsar noster, Augustus noster, Imperator noster, Dijte seruent.* VINCAS, *valeas, &c.* Interdum VICTORIA simul Regi poscebatur, & VITA. Mussatus Noster Lib. VIII. Rub. VII. quæ est de inauguratione Romana Henrici VII. *Coronam auream capiti eius imposuêre, multis Cleri, populiq; applausibus Inclyto Imperatori* HENRICO *semper Augusto* VITAM, VICTORIAMQVE *conclamantibus vniuersis,* vbi hac de duplici acclamatione plura.

Vocor enim ad tertiam ex propositis, omine FELICITATIS plenam, cuius in secundo Corippi vestigium non obscurum.

Iustinum, Sophiamque pares, duo lumina Mundi
Esse ferunt. Regnare pares in secula dicunt,
FELICES ANNOS *Dominis felicibus orant.*
Insonuit vox illa diu, tandemque quieuit.

Hinc illa Nicephori in Breuiario Hist. ἐκ κατὰ χορὸν ἀντιφωνοῦντες τοῖς βασιλεῦσι. *Ita Imperatoribus* FELICITER *comprecantes recesserunt.* Suetonius etiam huc respexit, cùm in Claudio scripsit Cap. VII. *Præsedit nonnunquam ludis in chori vicem, acclamante Populo* FELICITER. Et in Domitiano Cap. XIII. *Acclamari etiam in Amphitheatro equlari die libenter audit, Domino, & Domine* FELICITER. Narrat ob id, hoc ipso ex more, Capitolinus in Gordianis, cum quadam die fatum Imperatorum Gordianus in Africa legeret, atq; à Proconsulibus Scipionibus cœpisset, acclamatum ab Afris: *Nouo Scipioni, vero Scipioni, Gordiano Proconsuli*, postq; concionem cuiusdam Decurionis Mauricij, acclamatum à Populo. *Æquum est, iustum est. Gordiane Auguste Dijte seruent.* FELICITER. *Imperator es, cum filio imperes.* Nec alia fuit acclamatio Senatus in electione Probi, qua de Vopiscus his verbis in eodem Probo. *Probe Auguste, Dijte seruent. Olim dignus, & fortis, & iustus. Bonus dux, bonus Imperator. Exemplum militia, exemplum Imperij, Dij te seruent. Asserror Reip.* FELIX *imperes, Magister militiæ,* FELIX *imperes.* Et post aliqua. *Tu Francicus, tu Gothicus, tu Sarmaticus, tu Parthicus, tu omnia. Et prius fusti semper dignus imperio, dignus triumphis.* FELIX AGAS. FELICITER *Imperes.*

Et his quidem postremis ex locis Vopisci, & Capitolini liquet, quaquoquè formula Romanis olim Cæsaribus acclamaretur SALVS. Constabat illa, scilicet hisce verbis. DII TE SERVENT, quibus nihil obuium magis in eorumdem historicis monumẽtis. Habet nempè primus in eodem Probo. *Quæ sit diuino nutu vndique ab omnibus acclamatum est. Probe Auguste,* DII TE SERVENT. Et in Tacito Senatus ore. *Auguste,* DII TE SERVENT. Alter in Maximo, & Balbino. *Æquum est, iustum est. Sententia Sabini omnes consentimus. Maxime, & Balbine Auguste,* DII VOS CONSERVENT. Accedit his Lampridius in Antonino Diadumeno. *Macrine Imperator,* DII TE SERVENT. In Alexandro Seuero. *Auguste innocens,* DII TE SERVENT. *Alexander Imperator,* DII TE SERVENT. Et mox. *Antonine Alexander,* DII TE SERVENT. *Antonine Aureli,* DII TE SERVENT. *Antonine Pie,* DII TE SERVENT. *In te salus, in te vita, vt viuere delectet.* Et infrà. *Alexander Auguste,* DII TE SERVENT. Nec multò post. *Alexander Auguste,* DII TE SERVENT, *Cæsar noster, Augustus noster, Imperator noster,* DII TE SERVENT. Lego pariter in Antonino Vulcatij. *Antonine Pie,* DII TE SERVENT. *Antonine Clemens,* DII TE SERVENT. Et vbi non occurrit hæc formula? Adeò sanè clarè locus ille Codicis Theodosiani Lib. VII. Tit. XX. qui de Veteranis est, Acclamationis huius meminit, vt omitti non possit. Ità scilicet is ad verbum scriptus. *Cum introisset* (Constantinus) *principia, & salutaret esset à Præfectis, & Tribunis, & Viris eminentissimus, acclamatum est: Auguste Constantine,* DII TE NOBIS SERVENT. *Vestra salus, nostra salus, verè dicimus, iurati dicimus.* Formula illa alia Trebellij in Claudio, DII TE NOBIS PRÆSTENT, eiusdem est notæ, nec interpretationem poscit. Acclamabant interdum etiam GLORIAM cum SALVTE. Beka de Wilhelmi Coronatione scribens in Othone III. Vltraiectensi Episcopo XXXVI. *Post hæc circumstantes Principes, adorantes Maiestatem Regiam, acclamauerunt ipsi* SALVTEM, & GLORIAM.

Eò demum progressa fuit assentatio Populi, blandientis Principibus suis, vt ijsdem precaretur ÆTERNITATEM ipsam, mansuramq; diuturni sedem Imperij in immortalitatem omnem. Lampridius in Seuero. *Auguste innocens, Dijte seruent. Alexander Imperator, Dijte seruent. Dij te nobis dederunt, Dijte conseruent. Dijte ex manibus impuri eripuerunt,* DII TE PERPETVENT. Iosephus de Salomone nouo Rege facto Lib. VII. Antiqq. Iudaic. Cap. II. *Hoc autem munus* (declarandi Salomonem Regem) *Sadoco Pontifici, & Nathani Prophetæ iniunxit, mandauitq;, vt inuecto per mediam vrbem, præcinente tubicine, prosequentium multitudo acclamaret,* IN ÆTERNVM *Salomon Rex* IN SOLIO SEDEAT.

Dimitto pensum istum cum Acclamatione illa, DEO GRATIAS, quæ fortè manasse quoquè potuit ex ore Germanæ plebis, applaudentis HENRICO, cum apud Capitolinum in Maximinis affinem ei formulam obseruare sit in illis: *Iuppiter Optime,* TIBI GRATIAS. *Apollo venerabilis,* TIBI GRATIAS. *Maxime Auguste,* TIBI GRATIAS. *Balbine Auguste,* TIBI GRATIAS. TIBI GRATIAS *Gordiane Auguste, &c.*

CLERICORVM ANTISTITVM] *Maguntini* cum primis, & *Balduini* fratris; sed & *Præsulum* aliorum. Addictus enim vniuersæ ferè Germaniæ Clerus HENRICO, RELIGIOSISSIMO PRINCIPI, delatum eidem Imperium applaudens, gratulatus est. Pari plausu Clerus illum Romanæ Sedis excepit, cùm in Vrbe Sacrorum Domina coronatus est, testimonio Nostri, qui ea de re scribens Lib. VIII. Rub. VII. meridiana luce clarius, *Coronam*, inquit, *auream capiti eius imposuêre, multis* CLERI. *Populiquè applausibus Inclyto Imperatori* HENRICO *semper Augusto vitam, victoriamque conclamantibus vniuersis.* Tributi verò *applausus* vtrobiq; sapienter CLERO, quòd hi clamoribus mitiores sint, magisquè deceant compositam Sacrorum Hominum maiestatem.

ANTISTITVM] Nihil additum hic à Nostro frustrà. Clericorum enim non vna est species, & qui Sacris nondum Ordinibus initiati sunt, horum innumero recensentur. Fragmentum peruetus de Conuersione Boiariorum, & Carinthanorum ad Christianam fidem, quod exijt è Bibliotheca Freheri vnà cum antiquis Scriptoribus alijs Bohemicarum rerum. *Ad augmentum seruitij Dei primitus illuc post obitum Dominici Presbyteri, Suarnagel Presbyter, ac præclarus Doctor illuc missus est cum Diacono, & Clericis, &c.*

IN SEDEM AVGVSTAM DELATVS EST] *Electionem* Cæsaris, *Inaugurationis* eiusdem *solemnia* consequebantur statim. Ea re Noster ritè, & ordine Henricum VII. Electoralibus è Comitijs deducit in Augustam Sedem. Verùm enim verò multa inter *Electionem*, & *Inaugurationem* Romani Cæsaris intercedere

tercedere consuerant, quæ iuuat hic, loco suo, perse- A
qui, &, vti ad me hinc inde peruenire notitia potuê-
re, transmittere posteris hac opella.

Electione Cæsarea peracta, statim Diuorum Am-
brosij, & Augustini Hymnus, *Te Deum Laudamus*,
elatis de more vocibus canebatur; dein rogabatur
Electus, vt electioni de se factæ præberet assensum,
diuinæ nolens resistere voluntati. Clarum id ex li-
teris Moguntini de Ludouici Bauari renuntiatione
in Romanorum Regem, Romano Pontifici datis his B
verbis, I V. Cal. Nouembris anni CIↃ CCC XIV.
Electione huiusmodi celebrata, eam nos omnes, & singuli
Electores prædicti præsentes approbauimus, & Te Deum
Laudamus *alta voce fecimus decantari, & dictum no-*
strum electum, qui præsens extitit, & electioni de se fa-
ctæ, diuina nolens resistere voluntati, intervellatus cum
instantia a nobis, reuerenter consensit. Eadem haben-
tur ad verbum in literis Treuirensis, hac ipsa de re
ad Pontificem eidem missis, X. Cal. Nouembris eiusdem C
anni. *De Hymno* clarè quoquè meminit Chronicum
Dominicanorum Colmariensium in Electione Al-
berti. *Albertum Ducem Austriæ in Dominum, & Re-*
gem eligimus Romanorum, & potestate nobis tradita
similiter confirmamus, & Te Deum Laudamus *solem-*
niter cantauerunt. Cumque Dux præsens non adesset,
extra Ciuitatem ad tabernacula perrexerunt, & ibi pan-
num pretiosum supra equum proiecerunt, Regemq; desu-
per sedere præceperunt, & Te Deum Laudamus *cum*
magna leticia cantauerunt. D

Recepto assensu noui Cæsaris, emulgabatur eius-
dem electio mox Francofurtum ibant in D. Bartho-
lomæi templum, notoquè Cæsare posito super Alta-
re maius, iterabatur Diuorum Ambrosij, & Augu-
stini Hymnus. Moguntini literæ laudatæ nuper. *De-*
inde (nempè post consensum ab Electo datum) electio-
nem ipsam Clero, & Populo solemniter fecimus pu-
blicari. Postmodum vero ipsum electum in Ciuitatem
Frankenfordensem introducentes, in Ecclesiam S. Bar-
tholomæi deduximus, & ipsum super altare manus, prout
moris & consuetudinis est, adhibitis solemnitatibus in ta-
libus debitis & consuetis, posuimus, Te Deum Lauda-
mus *deinde decantauimus*, &c. Maiolus in electione Po- E
tentissimi, & Iuuenissimi Principis Matthiæ. *Interea*
electus nouus Rex ad altare abductus, flexis in superiori
gradu genibus, ad orandum se composuit. Electoribus
ad latera vtrinque consistentibus. Tum vero statim:
Adiutorium nostrum in nomine Domini: *Psalmusq;*
In virtute tua lætabitur Rex; *cum pertinentibus ad*
eum precationculis super nouo Rege, dictatis sunt. Quibus
finitis, Rex in Altare ab Electoribus eleuatus, & collo-
catus, Hymnusque Ambrosij, & Augustini, Te Deum
Laudamus, *tribus choris in organis, cantibus, tubisque,*
& tympanis a cantoribus, buccinatoribus, & quæstoribus
regni electoralibus decantatus est. Proclamationem
quod attinet, testatus idipsum est Trithemius, & qui F
Paralipomena adiecit Chronicis Vrspergensis. Ac
primus hisce planè verbis, ad annum CIↃ CCC VIII.
Cuius electionem 27. die Nouembris diuulgari Franco-
fordiæ solemniter fecerunt. Alter hisce fermè simili-
bus pag. 349. in ipsomet Henrico V I I. quo de No-
stet. *In loco, qui dicitur Reinsen, Treuirensis Diœcesis,*
electus fuit in Regem Rom. & futurum Imperatorem,
& postmodum Francofordiæ more solito proclamatus. G

Locatus cum esset Electus super altare D. Bartho-
lomæi maius, fidelitas eidem à populis iurabatur.
Literæ Reipublicæ Francofurtensis ad Aquisgranê-
ses datæ VIII. Kal. Nouembris anni 1314. de iuramê-
to à se præstito Ludouico Bauaro, vt apud Heruuar-
tum extant in eiusdem Regis vindiciis, Cap. II. *Se-*
cunda feria proximè subsequente, prædicti Principes sex
ad nos, in Ciuitate Frankenfordensi existentes, suos
idoneos Legatos, & Nuntios miserant, notificantes nobis
per eosdem, electionem ab ipsis celebratam, & rogantes
quam intimè, vt prædicto Domino rite electo in Regem
Rom. Ciuitatem Frankenford. reseraremus, sibi reue-

rentiam, & obedientiam debitam exhibendo. Nos de-
liberatione diligenti præhabita, & vsi prudenti Domino-
rum nostrorum consilio, qui nos taliter informarunt, fe-
ria IV. proxima, post diem B. Lucæ, Serenissimus Domino
noster, Dominus Ludouicus Romanorum Rex, Ciuitatem
Frankenfordensem reseranimus, sibique, vt quem super
altare S. Bartholomæi exaltatus fuerat, quemadmodum
vero Dominum nostrum, homagium & obedientiam debi-
tam duximus generaliter faciendam.

Præsentabatur hinc Electus Clero, & Populo, & B
eiusdem electio denuò solemniter enuntiabatur.
Moguntini literæ memoratæ antè. *Deinde in cœmi-*
terio Ecclesiæ antedictæ Clero, & Populo ipsum electum
præsentauimus, & eius electionem fecimus solemniter pu-
blicari. Maiolus in electione Matthiæ. *His omnibus*
peractis, porta Chori, quæ versus dextram est, vterum,
aperta, & Rex ab altari leuatus, inter medios Electores
per Chorum ad pegma, vel theatrum quoddam, extra
Chorum in templum excitatum, & tapetibus pretiosissi- C
mis vndiquè exornatum, vt omnibus se sisteret, proces-
sit. Erant in theatro isto subsellia septem pro Elec-
toribus, holoserico nigro obducta, et præterea vnum vni-
co gradu reliquis magis eleuatum, & panno aureo stra-
tum pro Maiestate Regia, posita. Rege iterum in sedem
suam collocato, Electores etiam, Moguntinus, & Pala-
tinus ad eius dextram, Coloniensis, Saxo, & Legatus
Brandenburg ad sinistram; Treuirensis vero coram in
medio consederunt: Palatino quidem orbiculum regalem, D
Saxone districtum gladium, & Legato Brandenburg sce-
ptrum regium manibus tenentibus. Interim vero, dum
loca sua Electores occuparent, tubicines, & cantores
cantibus indulgentes, clangore vniuersum templum ma-
ximo repleuerunt, quibus cessantibus publicatio, & pro-
clamatio ad populum ab admodum Reuerendo Domino
Georg. Frider. Greiffencloe à Volrath, Præposito Mo-
guntinensi, & Wormatiensi in hanc fermè sententiam E
facta est. Et sequuntur ipsius proclamationis ver-
ba, quæ missa facio non inuitus. Et hæc quidem om-
nia ad *Electionem* Romani Cæsaris attinebant. Nê-
pè, proclamatione solemniter facta, Electores cum
Maiestate Cæsarea discedebant è D. Bartholomæi
Templo, & eandem in Aulam regiam, eo, quo ad
Templum accesserant ordine, deducebant.

Dabatur inter hæc opera, vt Electio Regis ad Ro-
mani Pontificis, & aliorum, quorum intererat, Prin- F
cipum aures illicò deueniret. Nauclerus de Henri-
ci, eius nominis Septimi, electione scribens. *Facta*
electione, mox curabatur diuulgari in Curia Papæ, & Re-
gis Francia. Exarabãtur igitur ea de re literæ, erantq;
hæ Archicancellariorum Electorum partes, vt Ele-
ctionis Cæsareæ fama Germaniam, Italiam, Gal-
liamq; compleret. Sancitum etiam per Bullam Ca- G
rolinam fuit, vt ritè Electus in Romanorum Regê,
peracta statim electione, priusquã in aliquibus cau-
sis alijs, siuè negotijs virtute Sacri Imperij admini-
straret, confirmaret Electoribus omnia priuilegia,
& quidquid ad ipsorum dignitatem, decus, liberta-
tem, & immunitatem spectaret.

In aula verò Regia potissimùm agebatur de pri-
mæ noui Regis Coronationis die, quam cum Electo-
res vnanimes delegissent, simul ac appulisset, nouus
Aquisgranum Cæsar vnà cum Electoribus accede- H
bat, vt in Augusto Caroli Magni solio locaretur.
Expressit morem istum Beka, Wilhelmi Coronatio-
nem verbis hisce narrans in Othone III. Vltraie-
ctensi Episcopo XXXVI. *Postera verò die, quæ est om-*
nium Sanctorum festiua solemnitas, omni se mundo
Prælatorum, & Principum deduxit electum Regem ad
Basilicam perpetuæ Mariæ Virginis, vt solemnem bene-
dictionem acciperet secundum ritum antiquæ consuetu-
dinis, quem Monasterienses, & Mundenses Episcopi so- I
liditer ordinarunt, infra Sacrarium; sed eundem Leo-
dienses, & Traiectenses Episcopi veltibus ornamentis
leuiticis in modum Diaconi perduxerunt ante regale
solium, quæ ex tunc Coloniensis Archiepiscopus, Cancel-

larius

larius Italiæ collocauit in sede Maiestatis, ità dicens. Super Thronum regni gloriosè sedens, Iudicium, & Iustitiam in terra facias, &c.

Aquisgrano verò habitus is honos, vt illic nouo Germanorum Regi primi diadematis insignia deferrentur, ex Sanctione Caroli M. qui cum Vrbem illam viuens in amoribus habuisset, eandem Regni Romani sedem haberi voluit, ibique reliquos à se Reges in augusto suo solio collocari: quamquam certis de caussis Romani Cæsaris coronationem primam alibi quándoq; celebratam ex Historijs constet, vt pote Francofurti anno 1562. & 1612. Ratisbonæ anno 1575. & ex Argentinensi, Bonnæ anno 1314. quo Federicum inibi coronatum tradit. Emicuit ista mihi ratio è fragmento, quod modo laudati Argentinensis Chronicum præit, hac verborum face. *Carolus creatus Imperator, Galliarum fines adijt, & locum qui AQVIS, ob aquarum calidarum adeptionem, transit vocatum, soluto more venandi caussa aggressus est, & perplexione syluarum, & errore viarum a sociis separatus, thermas calidorum fontium, & palatia inibi reperit, quæ quondam* GRANVS *vnus de Romanis Principibus, frater Neronis, & Agrippæ, construxerat: quæ longa vetustate deserta, ac demolita, fruteis quoque, ac vepribus occupata, pede equi, quo sedit, inter saltus reuoluendo calidarum percepit, & reperit. In quo loco sub titulo & honore B. Dei Genetricis* MARIÆ *fundauit Ecclesiam muris decoris, quam auro, & argento, & vario ornatu soli, areis cancellis quoq; & ianuis magnificè, & mirificè adornauit. Ad cuius etiam fundationis structuram cum columnas, & marmora alunde habere non posset, Roma, Rauenna, ac Treueri deuehenda curauit, nullum laborem, ac sumptum recusans. Consecrationem verò eiusdem Basilicæ quanta solemnitate Episcoporum, & Prælatorum, quanta totius Regni, & Imperij Primatum, & Principum numerositate celebrauerit, adscito etiam B. Leone, Sanctæ Romanæ Sedis Præsule, series gestorum principalium manifestè dictauit. Illius namq; Ecclesiæ celeberrima dedicatio sub præsentia Metropolitanorum, & Episcoporum numero* CCCLXV. *excepta innumerabili multitudine Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum tam Italiæ, quàm Saxoniæ, tam Bauariæ, quam Vtlemaniæ, & vtriusq; Franciæ, ab omnibus est gloriosissimè solemnizata. Illic igitur Domino Apostolico, & omnibus prædictis Nobilibus, & egregijs personis congregatis Imperator meruit ab omnibus obtinere pro minima deuotione, quam erga ipsum locum, & matrem Christi habebat, vt in Templo eodem sedes vnctionis regia locaretur, & locus regalis, & Caput Galliæ trans Alpes haberetur, & in ipsa sede Reges successores, & heredes Regni initiarentur, & sic initiati iure deinde imperialem benedictionem Romæ à Domino Apostolico, sine vlla interdictione, plenius assequerentur. Confirmatum, & sanctum est à D. Apostolico Leone, & a Carolo Rom. Imperatore semper Augusto, quatenus ratum, & inconuulsum hoc statutum, & decretum maneat, vt Aquisgranū Sedes Regni trans Alpes habeatur, sitque caput omnium Ciuitatum, & Prouinciarum Galliæ. Acquieuerunt vniuersi voluntati Imperatoris, qui ad hoc solenne dedicationis ex diuersis regnis confluxerant, ac bonum, & acceptum coram Deo, & hominibus Apostolici, & Imperatoris decretum astruxerunt, & omnium graduum Episcoporum, Abbatum quoque tunc corroborari hanc petitionem vniuersi acclamauerunt.* Lumen etiam aliquod mihi Lupoldus accendit his verbis, in Tractatu de Iuribus Reg. & Imp. Romanorum Cap. x. *Quod autem his Rex Rom. vngitur, et coronatur ante vnctionem, & coronationem Imperialem (vt est dictum) hoc repetito propter duo Regna principalia, quæ habet, fuisse introductum. Primum est Regnum Germaniæ, cui accessit regnum Lotharienſe, seu Lotharij, vt patet ex dictis supra in Capitulo v. Eadem dico de Regno Arelatensi, vel Regno Burgundiæ, quod Otho primus, (vt refert Chronica Francorum) in suam potestatem accepit: vnde ratione huius Regni Germaniæ, cui dicta regna accesserunt, Rex Romanorum primò vngitur, & coronatur Aquisgrani. Hic enim locus est caput Regni, vt etiam notat Hostiensis in Summa de princip. & reg. §. Cui confitendum, sub §. Cui Imperator. Cui etiam concordat dicta Chronica Godfridi dicens, quod Carolus M. ibi principalem Sedem Regni Francorum constituit. Secundum regnum est, regnum Italiæ &c.* Ptolemæus Lucensis Episcopus ad an. MCCI. de Othone loquens, caussamq; Coronationis eius Aquisgrani notans: *Coronatur*, inquit, *Aquisgrani Otho ad maiorem solemnitatem, & ad refrenandum impetum Theutonicorum ex caussa iam dicta.*

Aquisgranensis demum coronationis Cæremoniæ peculiares, ac propriæ fuerunt istæ. Simul ac affulsisset illi decreta lux, deferebatur in Deiparæ templum Cæsareus omnis habitus, & ornatus. Eò se deinceps conferebant Septemuiri, electorali amictu clari, quique ex Ecclesiasticis Electoribus tribus futurus erat noui Cæsaris Consecrator, is Episcopalem, siue Pontificalem habitum assumebat. Nulli Præsulum electorum has ego partes adscripsi desinita neta, quòd legerim, Treuirensem olim ius istud sibi vendicare solitum, quòd Ecclesia sua cæteris antiquior haberetur; Colonienſem verò postmodùm eodem fungi munere consuetum, quòd & Consecratio, & Coronatio suis in finibus fieret; primò deniq; Moguntinum, tanquàm Germaniæ Metropolitanum, & Regni Cancellarium, hoc officio functum, scilicet hæc apud Sigonium extant Lib. VII. de Italiæ Regno. *Consecrationis, quæ cum Coronatione coniuncta est, ius ad Moguntinum Antistitem, qui Germaniæ Metropolitanus, & Regni Cancellarius erat, delatum est: quamuis Treuirensis id munus sibi vendicaret, quod Ecclesia sua cæteris antiquitate præstaret; Colonienſis verò, quòd ea consecratio in suis finibus fieret.* Itaquè coronatus miro Scriptorum omnium consensu Henricus, eius nominis Septimus, à Colonienſi, vt liquebit infrà: à Moguntino, & Treuirensi successor eius Ludouicus Bauarus ex Argentinensi; seù potius à Treuerensi solo, vt Hermannus probat Lib. I. Bauari eiusdem defensi Cap. VI. quemadmodum à Moguntino solo Matthias ex Maioli fide.

Repeto post excussum istum Coronationis Aquisgranensis ritus. Morantibus in æde Deiparæ sacra Septemuiris, ibiq; præstolantibus aduentum Regis, Regni Comites, Proceres, & Barones huc illum pompa celebri deducebant, cuius sanè pompæ imaginem Maiolus adamussim expressit oculatus testis. Accedenti ad templum Regi Consecrator Archiepiscopus occurrebat, vsquè ad illius portam, cum Electoribus reliquis, Suffraganeis, & omni Cleto; cumquè Rex ad Consecratorem veniens, in ipso tépli vestibulo preces aliquot effudisset, prodibat Altare versus, præcedentibus Secularibus Septemuiris cum insignibus Imperij, & ornatu Cæsareo; pone verò sequentibus Ecclesiasticis, inter sacros Hymnos, quibus omne templum vndiquè personabat. Septemuiri simul ac attigissent Altare, traditis hæreditarijs suis Marescallis insignibus, paratis in suis sedibus considebant: Rex autem humi stratus initiò, mox, vbi precatiunculæ quædam fuissent à Consecratore super eum dictæ, eleuabatur in solium, obductum attalico, siue aurato panno, in eoq; coràm Altari positus assidebat. Interim se se Consecrator accingebat ad Officium Missæ, quæ inchoabatur, & celebrabatur statim, cumquè *Sequens*, vt vocant, absolutus esset, antequàm Euangelij duceretur initiū, Rex abiecta, quam hactenus tulerat, electorali veste, ad altare ductus procidebat in genua, eoquè facto Litania super eūdem proximè legebatur, cumq; ad versiculum illum deuentum esset: *vt nos exaudire digneris*, Consecrator surgens, baculumquè Episcopalem manu tenens addebat: *vt hunc famulum tuum N. in Regem eligere digneris*; itemquè; *vt eum benedicere sublimare, & consecrare digneris*; ac tandem, vt

ad

ad Regni, & Imperij fastigium perducere digneris, Chro subinde subijciente, & respondente, *Te rogamus Domine, &c.*

Finita Litania, surgebat Rex, statimq; Consecrator quærebat ex eo latinis verbis: *Vellet ne Christianam, & Catholicam religionem retinere; Christianam Catholicam Ecclesiam defendere; Iustitiam administrare; Imperium augere; Viduas, & pupillos tueri, & Pontifici Romano debitum honorem præstare, atque exhibere?* Cumq; ad quæstiones singulas affirmando respondisset Cæsar, ex sede precatoria progressus paululùm Altare versus, omnia se se ista constanter seruaturum iureiurando confirmabat.

Post hæc Consecrator ad præsentes Electores, Principes, Comites, Barones, & vniuersum populum conuersus, latino sermone pariter alloquebatur eosdem: *Vellentne Maiestati Regiæ se submittere, eius regimen confirmare, mandatisque, & præceptis eius obedire, iuxta doctrinam Apostoli, subentis omnes subditos esse Magistratibus, siuè Regi, tanquam præcellenti, siue Ducibus, tamquam ab eo missis &c.* Cumquè Electores, & Principes, & vniuersus populus, *Fiat, Fiat, Fiat*, respondissent, traducebatur ab Altari Rex ad humilem suam sedem, indeq; benedictione à Consecratore accepta, deducebatur per Chorum in Sacrarium ipsum, vnde mox prodibat assumpto Leuitici, siuè Diaconi habitu, vt Euangelium publicè recitaret.

His ità peractis, fiebat Vnctio triplex, Regum Hæbreorum more, quòd ritus vnctionis Christianorum Regum inductus sit ex præcepto veteris Testamenti, in quo, Lib. 1. Regum Cap. 1x. legimus, Deum præcepisse Samuelı, *vt vngeret Saulem Ducem super populum Israel*, quod & fecit, vt indicat Caput sequens: deque Dauidis vnctione in eodem Libro Cap. xvii. & Salomonis Libro iii. Cap. i. deq; alijs per Heliam vnctis in eodem Libro Cap. xix. & Ext. *de Sacra. vnct. Cap. vno vers. vnde in veteri*, vbi etiam dicitur, *quod in nouo Testamento vnctio Regis, vel Principis a capite ad brachium est translata*. Vngebatur itaquè Romanorum Regi primo loco *Caput*, secundo *Pectus*, tertio *Manus*, vt hinc intelligeret, sibi dandam esse operam, vt Mens sua, Voluntas, & Actiones omnes Christianam pietatem vndiquè redolerent. Video nihilominus Bexam, in aliàs laudata Coronatione Wilhelmi, solius vnctionis tertiæ meminisse, ab Archiepiscopo Maguntino hisce verbis, ac ritibus celebratæ. *Archiepiscopus verò Maguntinensis, Cancellarius Germaniæ, cum oleo sanctificato dexteram eius foras vnxit, ita dicens. Consecrare te dignetur Omnipotens Deus in Regem Rom. qui Dauid per manum Samuelis Prophetæ Regem inungi iussit super populum Hebreorum.* Sed vnctionis multiplicis clara in Maiolo mentio, vbi de Consecratione Matthiæ in Romanorum Regem. *Nudato* siquidem *illo* (vt cum ipso loquar) *Catheciumenorum oleum Consecrator accepit, & signum Crucis vertice primùm capitis, postmodum cerui inter vtrumq; humerum, porro pectori, & tandem dextro brachio inter carpum, & cubitum inunxit, verba ista pronuntians. Vngo te in Regem oleo sanctificato, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, succinentibus subinde Musicis Hymnum*: Vnxerunt Salomonem, &c. *Et Consecrator manus etiam Regis inunxit.*

Sic vnctus Romanorum Cæsar in Sacrarium denuò concedebat, ibiquè absterso oleo, & ornatu Diaconi, siuè Leuitici, posito, cum Electorali veste redibat in Templum, & , antequàm absoluerentur inchoata Sacra; Cæsareis insignibus ornabatur. Hinc Electores duo, Treuirensis & Colonienſis Matthiæ Regi gladium instar acinacis, siuè gladij Turcici, nonnihil incuruatum, qui Caroli M. fuisse perhibetur, tradisse feruntur in manus, Consecratore dicente. *Accipe gladium per manus Episcoporum, &c.* cumq; Consecrator diceret: *Accingere gladio, &c.* gladius idem in vaginam iterùm recõditus per Seculares Septemuiros alligatus est ad eiusdem latus. Anulo verò Consecrator idem cum certorum verborum pronuntiatione digitum eiusdem induit. Sceptrumquè regium in dextram; orbiculum imperialem in sinistram tradidit, his adiectis verbis. *Accipe virgam virtutis, & æquitatis, &c.* Coronam tandem Imperialem Septemuiri tres Ecclesiastici, capti Regis simul, Consecratore dicente, *Accipe Coronam regni, &c.* imposuerunt, & aurato eum Caroli M. pallio condecoraruut. Quibus expletis, Rex Electoratus Palatini administratori Orbiculum; Legato verò Brandenburgico Sceptrum porrexit: moxq; à Treuirensi, & Colonienſi ad Altare perductus, iusiurandum, quod omnia, quæ bonum Imperatorem decent, facturus esset, præstitit. Sacramentum inde Cœnæ accepit, ac tandem abductus in excitatum versus meridiem pegma, siuè Theatrum, ab Electoribus Ecclesiasticis in solium regium eo in Theatro, loco Sedis Caroli M. quæ Aquisgrani erat (Matthiæ quippe Regis Coronatio celebrata Francofurti) collocatus est, Consecratore dicente: *Sta, & retine locum regium, quem non iure hæreditario, nec paternæ successionis; sed Principum electione in regno Alemaniæ tibi meritis delegatum.* Accessit his precatiuncula, qua hymno, *Te Deum Laudamus*, excepta, Maguntinus suo, & Collectorum nomine Maiestati Cæsareæ gratulatus est, eidemquè vniuersum Rom. Imperium, cum omnibus eius Electoribus, Principibus, & Statibus commendauit. Dimisso denique Sacro, Rex in solio suo persistens Nobiles aliquot gladio Caroli M. percussos Equites auratos fecit: relictoquè subinde Templo in Curiæ palatium ijt, numos identidem interea spargens, Septemuirùm, Procerumquè Regni, & Imperij comitatu septus. Isto planè ritu Matthiam Cæsareis ornamentis insignitum Maiolus tradit, ijsdemque conspicuum è Templo reductum in Regiam, ad illic instructam regalem mensam, iuxtà constitutionem Aureæ Carolinæ Bullæ.

Sed enim monendus mihi Lector meus hoc loco, non semper eo ritu tradita fuisse Regni Romani insignia nouo Regi. Siquidem enim audiamus Bekam, longè secus ea se res habuit in Wilhelmo. Cum enim illum Leodiensis, & Traiectensis Episcopi vestitum ornamentis Leuiticis in modum Diaconi produxissent antè regale solium, eumdem exhinc Colonienſis Archiepiscopus collocauit in Sede Maiestatis, dicens: *Super thronum Regni gloriosè sedens, iudicium & iustitiam in terra facias.* Maguntinus, Cancellarius Germaniæ, cum oleo sanctificato dexteram eius foras vnxit, dicens: *Consecrare te dignetur Omnipotens Deus in Regem Rom. qui Dauid per manum Samuelis Prophetæ Regem inungi iussit super populum Hebreorũ.* Treuerensis, Cancellarius Galliæ, manus illi superimposuit, dicens: *Descendat in te Spiritus sapientiæ, intelligentiæ, scientiæ, pietatis, fortitudinis, & consilij, repleatque te Spiritu timoris Domini.* Marchio Brandenburgiæ, Regis Camerarius, anulum ei tradidit, dicens: *Accipe signaculum Monarchiæ, vt Rom. Imperiũ in suo vigore conserues, quod ab incursione Barbarorum inuicta virtute defendas.* Dux Saxoniæ, Regis iustiarius, donauit ipsi gladium, dicens: *Accipe sceptrum regium, vt rebelles seuera correctione potenter affligas, omnesque benevolos in pace gubernes.* Dux Bauariæ, Comes Palatij, siuè Dapifer, dedit eidem Globum aureum, dicens: *Accipe globum sphæricum, vt omnes terræ nationes Rom. Regno subjectas, & gloriosus Augustus appellari valeas.* Rex demum Bohemiæ, Regis Pincerna, de consensu Colonienſis Archiepiscopi, coronam argenteã capiti suo superimpressit, dicens: *Accipe Diadema splendidum, & sis in virtute sis actibus adeò coruscus in terris, vt coronam æternæ felicitatis habere merearis in cœlis.* Post hæc autem circumstantes Principes, adorantes Maiestatem Regiam, acclamauerunt ipsi SALVTEM, & GLORIAM: accedentes quo-

quoq; ſingulatim Primates ad regale ſolium preſtiterunt eidem debitæ fidelitatis homagium. Quibus mira ſolemnitate peractis, idem Rex per plenam hebdomadam feſtiuam expleuit Curiam, cunctisq; Principibus ſuæ ditionis patefecit excellentiam. Hęc totidem ferè verbis Bexa, cuius ex ſcriptis, ea dum accuratè verſo, morem illum alterũ hauſi non prottitum, ſpectantem ad inaugurationem primam Romanorum Regis, recens electum in Romanorum Regem Aquiſgrani coronari minimè potuiſſe, ſi non eſſet Miles. Itaq; Miles anteà creabatur, idq; preſtitum in Wilhelmo, *qui cum electionis ſuę tempore Armiger fuiſſet, non Miles* (verba ſunt eiuſdem Bexæ in Othone III. Vltraiectenſi Epiſcopo XXXVI, vt ex his obiter *Militis*, & *Armigeri* diſcrimen notes) *cum repentina feſtinatione preparata ſunt omnia, quæcunq; ſibi fuerant neceſſaria, vt ſecundum ritum Chriſticolarum Impp. Miles fieret, antequam Aquiſgrani diadema Regni ſuſciperet, ſtatimq; creatus eſt Miles*, ſolemni, quem inibi videre operæ pretium fuerit, ab aliis æquè non expreſſo Militum creandorum ritu.

Illud etiam noſſe iuuerit, plenior vt inaugurationis huius cognitio mentes inſtruat, ex Gherardaccio Bononienſi Hiſtorico, qui ritus eius Lib. XVI. Hiſtoriæ ſuæ patriæ perſecutus eſt, defuncto Cæſari parentari ſolitum in Aquiſgrani templo, ſimul ac recens Electus in illius locum, templum idem inibat, acceptaturus primæ Coronationis decus. Recenſet idem quoq; Scriptor ibidem loci inter inſignia, nouo Cæſari Aquiſgrani tradita, *Crucem, Lanceam, & Pomum aureum*, de quibus altum apud alios ſilentium extat.

Adijcio, elationem Germani Cæſaris in auguſtam ſedem, receptam antè multò fuiſſe moribus Romanorum, vt Hydatius docet, qui Faſtorum initio de Aureliano loquens, *Antiochiano*, inquit, & *Orfito Hiſ Coſſ. leuatus Aurelianus Imperator*. Et mox de Tacito. *Et leuatus eſt Tacitus Romę*. Bono nempè iure, & optima ratione lectus. Nam qui ſecus (modo nempè non bono) ad idem fortè fortuna faſtigij deueniſſent, ij non *leuati*; ſed *leuantes ſe* potius dicti. Liquet id apertè ex ijs, quæ de Eugenio Tyranno idem Hydatius habet, vt hac illum ratione non bona delatum innueret ad Imperij culmen. *Valentinianus Junior apud Viennam eſt interfectus, & leuauit ſe Eugenius Tyrannus, poſtmodum Theodoſius Auguſtus interfecit Eugenium*. Alios alibi ritè ad Imperium euectos, *leuatos in cathedram* idẽ Hydatius dixit, quod eo pacto apud Milites auctoritas Imperatoria ſumeretur. Tribunal etiam inſcendiſſe eum, qui Imperator futurus eſſet, docemur exemplo Diocletiani apud Flauium Vopiſcum in Numeriano. *Hic cum tribunal aſcendiſſet, atq; Auguſtus eſſet appellatus, & quæreretur, quemadmodum Numerianus eſſet occiſus, educto gladio, Aprum prefectum Pretorij oſtentans percuſſit*. Hinc Hydatius mihi rurſus ad manus. *Eo ipſo anno leuatus eſt Gratianus Auguſtus in Galliis apud Ambianos in Tribunali à patre ſuo Auguſto Valentiniano, die* IX. *Kal. Sept.* Et paullò poſt. *Et leuatus eſt Valentinianus Iunior Aug. filius Aug. Valentiniani ab exercitu in Tribunali, die* X. *Kal. Decemb. in Ciuitate Acinco*. Et infrà. *His Coſſ. leuatus eſt Arcadius Aug. Conſtantinopoli in milliario* VII. *in Tribunali à Theodoſio Auguſto patre ſuo, die* XVII. *Kal. Febr.* Alia erat *Leuatio in clypeum*, vt in eo ſtans Imperator futurus eleuaretur, & oſtentaretur, iràquè iniret Imperij Maieſtatem. Meminit eius Corippus Lib. I. de laudibus Iuſtini Minoris, nobisq; morem omnem egregiè repreſentat.

Quatuor ingentem clypeis ſublimibus orbem
Adtollunt lecti iuuenes, manibuſquè leuatus
Ipſe miniſtrorum ſuprà ſtetit, vt ſua rectus
Lattera.

Et poſſent eiuſdem generis exempla ex alijs alia cumulari; ſed ea dudùm inſerui Commentario De Sepvlcro, in quo morem iſtum adſtruo pluribus, & illuſtro.

Nec omiſerim, *Coronam* Aquiſgrani deferri ſolitam, videri *argenteam*, non *auream* extitiſſe, licet aliam animo, an oculis dixerim, ſententiam imbiberit Hieronymus Balbus, Gurcenſis Epiſcopus, qui ſe Carolum V. Corona aurea inſignitum vidiſſe teſtatus eſt in Germania, cum apud illum, Coronationis ſuæ tempore, Oratorem ageret Ludouici Pannoniæ, & Boemiæ Regis. Alitet enim alios ego Scriptores omnes ſenſiſſe video, & in his Ferretum, qui Lib. II. Hiſt. ſuorum temporum in Adulpho, *Decoratus*, inquit, *argenteo Diademate, quo primũ D. D. Cæſares à Principibus veſtiri ſolent, rem actu capiens, ad extollendos Imperij faſces totus enituit*. Et in Henrico VII. *Vt autem Cæſar decretus, de more Principum Aquiſgrani locum attigit, aſſumpturus primam argenteæ Diadematis inſulam, perfectis his, quæ Auguſtum Principem decent, aſſiſtentibus Procerum turbis, circa reformandos Imperij faſces, eorumq; diſtributionem curas omnes aduertit*. Senſit idipſum, & ſcripſit, de hoc ipſo Henrico loquẽs, Georgius Merula initio Lib. VII. Vicecomitum Antiquitatum. *Agebatur annus à ſalutifero Virginis partu milleſimus trecenteſimus octauus, cum Henricus pro vetere inſtituto argenteo Diademate in Germania inſignitus, &c. ad Clementem, ea tẽpeſtate Auenione agentem, Legatos mittit, &c.* Ità Bexa, laudatus aliàs in Coronatione Wilhelmi, *Rex*, inquit, *Bohemiæ, Regis Pincerna, de conſenſu Colonienſis Archiepiſcopi, coronam argenteã capitis ſuo ſuperimpreſſit*. Et Marius Æquicola ſuis in Commentarijs Italicis Mantuanarum rerum, de Carolo IV. ſcribens. *Aquiſgrani corona argentea, ferrea in Lombardia, Romæ aurea decoratus*. Inde diſertiſſimè Albericus in Indice, Verbo Corona. *Imperator triplicem Coronam recipit, primam argenteam in Alemania, ferream in Modoetia Comitatus Mediolani, & auream in diuerſis locis*. Videntur autem nullæ in vſu fuiſſe argenteę coronę antè Craſſi tempora, *Diuitis* cognomento, quòd is primus coronas, argento auroq; folia imitantibus, ſuis in ludis exhibuiſſe feratur, cum antè, Theopraſto teſte, vel ex floribus odoriferis, vel ex floribus ſine odore, vel ex arborum ramis, & frondibus conflari ſolerent. Et hæc à me dicta multis de metallo Coronæ imponi ſolitæ Cæſareo vertici Aquiſgrani, ne cui fraudi ſit Bzouius, qui de Federici Coronatione loquens ad annum CIↃ CCCXV. Num. II. tradit, illum in Germania corona ferrea decoratum. Siquidem hæc illius ſunt: *in Germania de ſumma Imperij Ludouicus Bauarus, & Fridericus Auſtrius depugnabant. Illum Archiepiſcopus Treuirorum, qui non potuit, Aquiſgrani: hunc Archiepiſcopus Colonienſis Bonnę, in loco, in quo non debuit, diademate ferreo ornatum, Regem Rom. renuntiauit*: illius inquam, ea, præſertim in parte, quę ad *ferreum Diadema* ſpectat, cum Argentinenſis, totidem ferè verbis hac ipſa de re loquutus antè, quàm Bzouius de ſcribendis Eccleſiaſticis Annalibus cogitaret, nullius omnino Diadematis fecerit mentionem. Habet ille ſcilicet ad annum CIↃ CCC XIV. *Ludouicus itaq; Aquiſgrani à Moguntino, & Treuirenſi in loco, in quo debuit, ſed non à quo debuit: Federicus verò in Bunna à Colonienſi, à quo debuit; ſed non in loco, in quo debuit, coronati ſunt*. Incidi tamen, poſtquàm hæc ſcripſeram, in Magni Chronici Belgici Collectorem, notantẽ ex alio Collectore, Imperatorem Romanorum futurum, coronatum fuiſſe quadruplici Corona, prima *ferrea* per Maguntinenſem, ſecunda *ex varijs metallis compoſita* per Treuirenſem, tertia *argentea* per Colonienſem, quarta *aurea* per Papam Romæ, quæ quanti quiſq; voluerit æſtimabit, habebitquè verba Collectoris huius i Notis Rubricæ XII. ad illa, *Ferrea corona, &c.*

Cum igitur Mvssatvs ſcripſit, Henricvm ſuum, renuntiatum Romanorum Regem, *delatum in auguſtum Sedem*, docere planè voluit, *eum inxtà*

recensitos ritus Aquisgrani vnctum, argenteo Caroli M. A *diademate coronatum, locatum in eiusdem Sede.*

Roges. *Quonam ista* DIES; *quoue* ANNO *contigerint Aquisgrani?* Ad hæc, *Cuius* ELECTORIS, *siue* CONSECRATORIS *manu?* Tertiò. *Solusne* HENRICVS, *an vna cum* VXORE *fuerit coronatus?* Quartò. *Quinam E* PROCERIBVS *Coronationem istam luce sua præsentia decorarint?* Postremò, *Quid hac illi* CORONATIO *contulerit iuris, nominis, incrementi?*

DIEM quod attinet, maior me suffragiorum numerus in eam sententiam ducit, vt existimem, HENRICVM VII. Aquisgrani regio primo diademate coronatum solemni EPIPHANIÆ luce. Tale planè suffragium ea de re tulit Vecerius ex Villano, qui disertè. *Sabaudo reuerso, voluntateq; Clementina perfecta, comentus Aquisgrani indicitur. Coiêrê anno insequente ad id Concilium, inter alios Proceres, Dux Brabantiæ, Comes Flandriæ, & Comes Raynaldus. Ibi, peractis solemnibus, generoso vertici regium diadema* B *Archiepiscopus Agrippinæ, more maiorum, ad octauam Idus Ianuarij imposuit. Quem diem, & Constitutiones Ecclesiæ celebrari ob memoriam Magorum voluerant, & tum publica lætitia celebriorem reddidit.* Tulerunt & alij suffragium idem, hiquè potissimùm, quasi ex eadem Tribu. Argentinensis in Chronico. Scriptori Appendicis, quæ Martini Poloni Supputationes extendit. Trithemius in Hirsaugiensi. Magni Chronici Belgici Concinnator. Nauclerus Vol. II. Generat. XLIV. Lehmanus in Spirêti Chronico Lib. VII. Cap. x. Herringius in Genealogicis Tabb. Ciaconius in Clemente V. Bertellius in Historia Luxemburgensi. Meyerus in Annalibus Flandriæ: in Ecclesiasticis Bzouius, aliiquè sexcenti, iure vt miror, vnũ ex omnibus Cantelium. nescio quo ex auctore, litteris prodidisse. *Kalendis illum Ianuarij*, hoc est, *festo Dominicæ Circumcisionis die. Aquisgrani, imito Philippo Gallorum Rege, coronam primam Imperij retulisse.* Quod enim Elias Reusnerus scripsit in Tabulis Luxemburgensis domus, *cum quadragesimo tertio ab Electione die Aquisgrani armis, & insignibus Cæsareis exornatum*, à communi sententia non abhorret. Voluit ille scilicet. *Henricum electum Rom. Regem* VIII. *Cal. Decembris*, quem inter diem. & Feriam Sacrorum Magorum adoratione verendam, quadraginta trium dierum numerus intercedit.

ANNVS Coronationis eiusdem haud ità certus, vt *Dies*. Video nempè censuisse quosdam, celebratam illam anno millesimo trecentesimo octauo: nonnullos biennio post: alios demùm eandem in trecentesimum nonum suprà millesimum conjecisse. Eorum in numero, qui annum illi trecentesimum nonum suprà millesimum adscripsêre, fuerunt Anonymus, qui Paralipomena condidit, adiecta Chronicis Vrspergensis, Georgius Merula initio Lib. VII. Vicecomitum Antiquitatum, & Abrahamus Bzouius in Annalibus Ecclesiasticis eiusdem anni, quorum ego sententiæ non subscribo. Cum enim electus ille fuerit adulto iam anno 1308, hoc est occidente Nouembri, die D. Catharinę sacro, quod alibi firmatum est satis, qui fieri poterat, vt eodem ineunte anno coronaretur, hoc est initio Ianuarij mensis, cum eo nondum ille mense fuisset electus Romanorum Cæsar? Haud ego quidem his ità sentientibus vnquàm assenserim; longè verò minus approbauerim, quæ Bzouius peracta commemorat eodem anno, antè coronationis decus, reuersos nempè tum fuisse Legatos Cæsareos à Romana Sede cũ mandatis Pontificis, *vt Henricus intra biennium Romæ esset*, cum ea tempestate nondum Legati Cæsarei Romanum Põtificem adijssent, Qui Coronationem Regis eiusdem primam reiecerunt in Epiphaniæ diem, anni millesimi trecentesimi decimi, id illa ratione ducti fecisse videtur, quòd, non nisi post reuersos Legatos suos à Romana Sede, Aquisgrani fuerit coronatus: illi verò non nisi post *Aprilem* mensem, vt Vecerius habet: aut *Iulium*, vt est apud Magni Chronici Belgici Concinnatorem, anni CIↃ CCC IX. Auenione discesserint, cuius ergò, Feria Magorum trium, consequuta reditum Legatorum, nulla alia esse potuerit, quàm quæ anniuersaria celebritate colenda redierit Ianuario mense anni CIↃ CCC X. Talis Vecerij, talis Cantelij mens in eorum scriptis, quam nec improbare audeo, nec probare. Sequor ego scilicet MVSSATVM nostrum, scribentem, delatum illum in Augustam sedem post Electionem ipsam, antèquè multò, quàm Legatos suos Rom. Pontifici delegasset. Sequor autem non inuitus NOSTRVM, quòd & is, æquatus HENRICO Scriptor, longè minus, quàm cęteri recessisse putandus sit à tempore rei gestæ: & frequentes alij eadem omnino sentẽtiam sint amplexi. Ferretus, eiusdem ætatis Historicus, eorum familiam ducet. *Vt autem Cæsar decretus, de more Principum Aquisgrani locum attigit, assumpturus primam argenti* C *Diadematis insulam*, &c. Sequuntur Ferretum illi. Paralipomena qui condidit, adiecta Chronicis Vrspergensis. *In loco, qui dicitur Reinsen, Treuirensis Diœcesis electus fuit in Rom. Regem, & futurum Imperatorem, & postmodum Francfordiæ more solito proclamatus, Aquisgrani corona Caroli M. Coronatus.* Argentinensis. *A Principibus concorditer in Francfurti est electus, & Aquisgrani in sequenti anno* (hoc est 1309) *in Epiphania coronatus.* Trithemius. *Cuius electionem 27. die Nouembris diuulgari Francofurdiæ solemniter fecerunt, ac deinde in festo Epiphaniæ Domini anni sequentis Aquisgrani in Regem Rom. exitus, & coronatus est per manus Archiepiscopi Coloniensis.* Auctor Appendicis editæ post Martini Poloni Supputationes in hoc ipso Hẽrico, quem Sextum ipse nominat ob rationem, quam alibi producemus. *Henricus VI. imperauit annis quinquè. Hic, cum Comes fuisset Luxemburgensis, electus fuit in Francofordia anno Domini* 1308. *in festo S. Catharinæ, & in Epiphania sequenti coronatus fuit Aquisgrani.* Magni Chronici Belgici Concinnator. *Henricus, huius nomine Septimus, fuit electus in Regem Alemaniæ, & Romanorum in die B. Catharinæ Virginis, in quadam Villa propè Confluentiã, quæ Remse nominatur, anno Domini* 1308. *& deinde Electores in Francofordiam procedentes, eum publicè Regem nominauerunt. Quinto festo Epiphaniæ Domini immediatè sequentis apud Aquisgranum fuit coronatus, anno* 1309. *secundum stylum Curiæ Leodiensis, quem communiter in hac Chronographia sequimur.* Vigebat quippe Coronationem istam periculum, quod imminebat. Ciaconius in Clemente V. *Principes ex Pontificis literis periculo cognito, statim Francofordiæ (alias Midelburgi) conuenerunt, vbi communi suffragio Regem Rom. VII. Kal. Decembris Henricum ipsum designant, Henrici F. tunc Comitem Luxemburgensem, qui proximo die Epiphaniæ Aquisgranum profectus, ab Archiepiscopo Coloniensi coronatus est.*

Idcircò res ea peracta, antequàm Legati Cæsarei, petendæ Confirmationis ergò, Auenionem ad Pontificem se conferrent. Hi quippe, ex sententia Nostri, aliorumq; complurium Rei literariæ Patrum, post Coronationem eò loci missi. Nauclerus *Verum. peracta solemni de more Coronatione Regis, missi fuêre ad Papam Clementem V. Dux Bauariæ, &c. pro Electi Regis confirmatione.* Mutius. *A Coronatione Clemens V. statim confirmauit Apostolica auctoritate quidquid Principes in Electione, & Coronatione fecerant.* Magni Chronici Belgici Concinnator post allatum Coronationis diem. *Eodem anno Rex Henricus misit ad Papam Clemẽtem V. apud Auenionem solemnes Nũtios, & Ambasciatores, &c. petens Coronam Imperij a Papa sibi dari.* Ciaconius in Clemente V. *Aquisgranum profectus, ab Archiepiscopo Colonensi coronatus est, & statim Legatos suos ad Pontificem Clementem Auenionem misit, qui Electionis de se factæ confirmationem peterent.* Georgius Merula initio Lib. VII. Vicecom- Antiqq. *Henricus pro vetere instituto argenteo Dia-*

demate

demate in Germania inſignitus, ſtatim viros, partim illuſtri genere editos, alios Sacerdotio venerandos, ad Clementem, ea tempeſtate Auenione agentem, Legatos mittit, qui peterent, vt, quod Germani Principes iuſſiſſent, Pontifex auctor eſſet, &c. Pigna de Principibus Atheſtinis Lib. IV. pag. 254. *Qui* (Henricus) *prima corona ornatus, per Legatos à Pontifice auream poposcit.* Poſſeuinus Iunior in Gonzagis Lib. III. *Vt Aquiſgrani primo diademate inſignitus eſt, tanquam in Pontifice magnum momentum eſſet, miſſi ſupplices Legati ſunt, orantes, firmaret, qua Electores ſtatuiſſent.* Quin imò fuêre, qui tradiderint, non niſi poſt elapſum à die primę Coronationis annum, impetratum à Pontifice Romanæ Coronationis decus. Poloni Appendix poſt ea, quæ ſuperius ſunt allata. *In Epiphania ſequenti coronatus fuit Aquiſgrani. Anno ſequenti miſit Auimonem ad Papam Clementem Quintum.* Bzouius nutat. Cum enim ad annum 1307. Num. VI. diciſſet, *electum Henricum Oratores ad Clementem Pontificem deſtinaſſe, iiſque reuerſis, nulla mora interpoſita, primam coronam à Pontifice Agrippinenſium accepiſſe* ad annum 1308. Num. VIII. videtur ſentire cum Noſtro, coronatum illũ ſcilicet Aquiſgrani; antequàm Legatos ad Pontificem mitteret. Ait enim ibi loci, *Henricum poſt acceptam coronam primam ſerio cogitare cœpiſſe in Italiam pedem mouere, vt antiqua Imperij decora reſtitueret, alteramque, & tertiam diadema ex ritu ſolemni acciperet:* quæ quidem omnia Noſter etiã attigit, cum aſſeruit, hunc ipſum Rom. Regem, *poſtquam in Auguſtam Sedem delatus eſt, Alemania pacata, ſe coronas vtraſque adepturum permetientem, Italorum tentare partes in animum induxiſſe*: antè verò captum huiuſcemodi conſilium, Legatos ad Clementem Pontificem deſtinaſſe, nuſquàm.

Maneat igitur, Aquiſgrani coronatum Henricum VII. Epiphaniæ feſto, electionem eiuſdem proximè conſecuto, hoc eſt Ianuario Menſe anni 1309. cum præſertim, eodẽ anno celebratam illius Coronationem primam, apertè velint Corius, Lehmanus, Henninges: & etiam ex ijs, qui celebratam illam aſſerunt poſt reditum Legatorum, Villanus temporũ illorum Scriptor Lib. VIII. Cap. CI. palàmque Rebdorfius hiſce verbis tradat, idipsũ Ludouico Bauaro cõtigiſſe, vt poſt electionem ſtatim Aquiſgrani fuerit coronatus: *Præfatus autem Ludouicus ſtatim poſt hæc* (nempè poſt electionem anno 1314.) *in die B. Catharinæ Virginis immediate ſequenti, Aquiſgrani per ſuos Electores etiam extitit coronatus.*

CORONAM autem Aquiſgranenſem accepit Henricus VII. ab Henrico altero, Colonienſi Archiepiſcopo & Electore. Clarum id, quàm quòd clariſſimum, ex Vecerij, Trithemij, Ciaconij locis laudatis antè, quibus accinunt Paralipomena adiecta Chronicis Vrſpergenſis, Naucleri & Mutij Chronica, quæ adducam infrà, & hi præterea mihi nunc ordine laudandi. Meyerus in Annalibus Flandriæ. *Ad S. Epiphaniæ diem Aquiſgrani Henricus primam accepit coronam, operante Archiepiſcopo Agrippinenſi.* ſic enim Colonienſis Archiepiſcopus quandoq; dictus, quòd eſſet Archiepiſcopus Coloniæ Agrippinæ. Hẽninges in Genealogicis Tabellis. *Coronatus Aquiſgrani* VIII. *Id. Ian. A. C.* 1309. *ab Archiepiſcopo Colonienſi.* Bzouius ad annum 1307. Num. VI. *Henricus, primam Coronam à Pontifice Agrippinenſium accepit.* Et ad annum 1308. Num. VIII. *Hoc anno, cum in feſtiuitate Epiphaniæ Dominicę primam Coronam à Pontifice Agrippinenſium Henricus accepiſſet, ſerio cogitare cœpit &c.*

CORONATA pariter Aquiſgrani cum Henrico VII. VXOR eius, nomine MARGARETA. Paralipomena adiecta Chronicis Vrſpergenſis. *Aquiſgrani corona Caroli M. coronatus cum eius D. Coniuge* MARGARETA, *per Archiepiſcopum Colonienſem de Wirneburt.* Funcius. *Henricus* VII. *Lutzelburgenſis dictus, in locum Alberti Imperatoris eligitur concordi Electorum ſuffragio. Aquiſgrani cum* MARGARETA *vxore corona Caroli M. coronatur.* Nauclerus. *Electus igitur Henricus de Luxemburgo in Regem Romanorum, regnauit annis* VI. *Aquiſgrani à Coloniẽſi Archiepiſcopo corona magnifica Caroli M. cum* CONIVGE *coronatus.* Mutius. *Poſt electionem Henricus venit Aquiſgranum cum ſua* VXORE, *ibique ambobus illis eſt Corona impoſita ab Archiepiſcopo Colonienſi.*

INTERFVERE præterea Coronationis eiuſdem ſolemnijs DVCES, COMITES, & BARONES multi. Vecerius inter alios ex Villano nominat *Brabantiæ Ducem, Comitem Flandriæ, & Comitem Raynaldum*, quem *Analdum* Cauitellius vocat, addens Proceribus iſtis Secularibus tribus, Cardinales duos *Pratenſem, & Fliſcum.* Cenſet enim is (quam verò rectè liquebit è Noſtro infrà, & Notis in eundem noſtris) Aquiſgrani coronatum Henricum vel poſt ipſum Legatorum Pontificis aduentum ad eius imperialẽ aulã, Romanę coronationis ergò. Meyerus in Annalibus Flandricis plures omnino recenſuit, dignus, quem hîc præ cęteris audiamus. *Ad S. Epiphaniorum diem Aquiſgrani* HENRICVS *primam accepit Coronam, operante Archiepiſcopo Agrippinenſi, quibus Sacris, præter Proceres Germanos, multa interfuit Flandrica domus nobilitas. Aderant enim Robertus Comes Flandriæ, & fratres eius Ioannes, & Guido Namurcenſes: Guilelmus Terenmundanus, qui & Nigellanus: Henricus Rikenburgius, filiuſque Roberti Ludouicus Niuernenſis: Ioannes Dux Brabantiæ, ſocer Auguſti: Guilelmus, & Ioannes Comites Hanoniæ: Amedeus, & Ludouicus Comites Sabaudiæ: Reginaldus Comes Geldriæ, cum alijs multis. Nam Henrico Guido Comes Flandriæ non vno modo ſanguine iunctus erat.* Hæc Meyerus.

Conſequebantur demùm ID IVRIS Aquiſgrani Corona Magni Caroli redemiti, *vt deinde Imperialem benedictionem Romæ à Domino Apoſtolico ſine vlla interdictione planius obtinerent*, vti nos ſuprà docuit Fragmentum Vetus, quod Argentinenſis Chronicũ præit: ID verò NOMINIS, & INCREMENTI, quod eo primo diademate coronati dicebãtur CÆSARES, ſiuè ROMANORVM REGES, quemadmodum id præſtabat Coronatio Romę, vt ſic coronatus ex REGE fieret IMPERATOR. Ità Blondus, & Platina cenſuêre. Hinc illa Extr. *de Elect. Romani: Verus, Poſtquam de Iureiurando in Clement. Ego enim Rex Romanorum, & futurus Imperator.* Et Innocentij illa: *Ius, & auctoritas examinandi perſonam electam in Regem & promouendũ in Imperatorẽ ad nos ſpectant, &c.* Quibus clarè monemur, nomenclaturam REGIS in electo Cęſare, IMPERATORIS in eodem Titulum præceſſiſſe: quò reſpiciens, qui Paralipomena condidit, adiecta Chronicis Vrſpergenſis, in Henrico Noſtro; *Vacante*, inquit, *Romano Imperio morte Alberti &c. electus fuit in Regem Romanorum, & futurum Imperatorem*: & Electores ſex, qui Ludouicum Bauarum Cęſarem deſignarunt, Benedicto XII. in hęc verba ſcripsêre: *A maiore parte Principum Electorum fuit ritè, & rationabiliter in Regem Romanorũ electus, in Imperatorem poſtea conſecrandus:* ob idq; tandem ex Appendice Poloni, & Naucleri, Gen. XLIV. Clemens V. Henrici VII. electione admiſſa, voluit ipſum de cæterò vocari *Romanorum Regem*. Librans nihilominus Blondi, Platinęq; ſententiam Marius Æquicola ſuis in Commentarijs Italicis Mantuanarũ rerum, putauit Aquiſgrani regio primo diademate coronatos, neutiquàm dictos ROMANORVM; ſed GERMANORVM, ſiuè ALEMANIÆ REGES, quòd ſic viderit appellatos veris in Chronicis, adeòque in Blondi, aliter ſentientis, hiſtoricis monumentis multos, & in primis, eos, qui poſt Carolum M. Imperium moderati ſunt, *Ludouicum*, nempè *Caroloue III. Henricum Othonis patrem, Othonis filium*, & alios. Nullis quidem in priuilegijs Cæſarum antè Federici II. tempora, repertum à ſe memorat titulum Ro-

MANORVM REGIS, cuius ergò censet, cum non nisi à posterioribus Cęsaribus vsurpatum. Inde est, quod Federicus idem apud Prolemęum Lucensem Epist. ad an. M CC XXXIV. *Conradum filium suum Regem Alemaniæ facit*, & Adulphus in eiusdē Scriptoris Annalibus, ad annos M CC XCVI, & MCCXCVIII. vocatur REX ALEMANIÆ, & ROMANORVM simul, non secus ac Hēricus noster apud Magni Chronici Belgici Molitorem. REGIS itaq; Titulus delatus perpetuò Romanis Cæsaribus Aquisgrani; ROMANORVM, siuè GERMANORVM non semper; sed interdùm vnus, interdùm alter; vterquè nonnunquàm, iuxtà varietatem temporum, quam Marius adnotauit.

Tu verò mecum interim, Lector, ex his, quæ de prima Henrici VII. Coronatione diximus, duplicem Cauitellij lapsum obserua. Vnus est ea in parte, in qua bis illum in Germania coronatum scribit, nec vno in loco; sed *Aquisgrani* primò, prima Ianuarij die; in *Alsatia* secundò Aprili mense. Alter in ijs, quæ proximè subijcit de Lucemburgo in Ducatum euecto ab eodem Henrico, post acceptam coronam primam, cum id neutiquàm ille prælitterit, sed eius Nepos Carolus IV. Imp. anno 1356. in vrbe Metensi, quod apertè satis Notæ nostræ superiores astruunt ad illa Rubricæ II. *Comitum de Lucembore*, à pagina 17. vsquè ad 21. contrà Vecetium, tradentem idipsum in Henrici Vita.

SEDEM] *Caroli Magni* ex dictis. *Sedes* enim, sinè *Sella* semper inter precipua Regum insignia recensita. Poetarum facilè princeps Maro.

Et Sellam regni, trabeamq; insignia nostri.

Idcircò *Sella* precipuè confecta Venetijs, quæ Coronationi Henrici VII. tertiæ deseruiret. Videbatur enim in *Sella* tota fere Maiestas ipsius Cęsaris insidere. Hinc eadem dicta *Maiestatis Sedes* Bexæ in Othone III. Episcopo Vltraiectensi XXXVI. vbi de Coronatione Wilhelmi: & *Augusta* Nostro: nempè *decus amplissimum* AVGVSTI, & *insigne præcipuum Regni*, quod epitheti placuit etiam Ferreto, qui & illud arripuit, & vsurpauit cùm scripsit. *Hinc* (Henrico VII.) *Brabantia Dux, Margaritam, natam eius, dum puber foret, matrimonio copulauit, qui & illi ad obtinendos* AVGVSTÆ SEDIS *apices multum valuit.*

CVIVS ET IVGVM] Nescio quo consilio primordia rerum ab Hentico gestarum post Coronationem primam Mussatus omiserit, seculorum alioquin omnium memoria digna. Habet illa paucis, & hoc ex vngue metire maximū hunc Leonem. Aquisgrani primo regio diademate coronatus Magnus hic Cęsar, ascendens Rhenum, Spiram accessit, ibiq; Conuentum habuit, eo fine maximè, vt animos omnium Principum, & Ciuitatum ergà se exploraret, tentaretq; Winterbergensem Comitem Eduardum, posserne illum adducere, vt officium suum faceret, sine bello. Egit irribi de confirmatione petenda à Romana Sede rerum omnium, quæ de se Germani Septemuiri flarunt. Egit & de suo transitu in Italiam, seruitijsq; præstandis Cæsareę Maiestati: ac demum circà reformandos Imperij fasces, eorumq; destributionem curas omnes aduertit. Locupletissimi horum omnium testes *Argentinensis in Chronico, Trithemius in Hirsaugiensi, Mussus Lib.* XXIII. *Chronici Germanorum*. Porrò mensem Conuentus huius *Augustum* fuisse tradidit, qui Paralipomena condidit adiecta Cronicis Vrspergensis.

Ibi verò loci sex hebdomadibus mansisse ferur, quo spatio temporis ad se venientem Comitem Eduardum, ità comitatum, vt totus Conuentus ab eo timeret periculum, mansuetè excepit, salutauit comiter, verbis vtique blandis, ac mollibus allocutus est, vt eum, si posset, in viam reduceret animi lenitate. Nihil affectus hac via, rebellem illum Imperij declarauit, & acerrimum bellum eidem indixit, auctore H. Mutio; qui remissam omnem suis accu-

A tè Chronicis consignauit.

Nuncijs ad hæc Ciuitatum, & Principum suis copiam fecit, complexus omnes humaniter; sed in primis Argentinensium Oratores, quos apud Columbariam *fauorabiliter exauditos* eorū Historicus scripsit, cum illos anteà *Dominos* appellasset,

Alberto pariter, & *Adolpho* Cęsaribus cęsis, iusta persoluit, cadauère vtriusquè Spiram trāslato, & honorificè condito in D. Dionysij templo propè Rodolphum; *Alberto* quidem in monumento coniugis Friderici Imperatoris, *Adolpho* in vicino filię eiusdē. Attigēre multi pietatem istam; sed vicit Ferretus omnes, pompam omnem funeris exequutus. Narrat rem eandem Cartio; sed extrà Spiræ Conuentum effectam asserit, dum, si blatis Alemaniæ dissidijs, copias cogeret, quas secum adduceret Italiam ingressurus.

Ioannem quoquè *percussorem Alberti*, cum à Pontifice commissi sceleris veniam penamquè petijsset, ad Henricum, Spiræ commorantem, reiectum Ferretus modò laudatus asseruit, bonorumquè proscriptione damnatum. Quæ cum Fisco Cæsareo prorsus applicari vellet, nequaquàm id passi sint Friderici & Leopoldus primogeniti Alberti, prętendentes ambo, patricidam ipsum nullam in bonis Aui, Patruiuè portionem capere potuisse. Damnationis huius nulli, quod sciam, alij meminēre; prodidēre tantùm, inclusum illum Cæsaris Henrici iussu Monachorum septo, ibiquè reliquum vitæ suę spatium transegisse: monasticam verò vitam dignum tanto parricidio supplicium habitum, primò, quòd satis ille penarum dedisse indicaretur, coactus post Alberti cædem errare in egestate multa; deinde, quòd Dux esset ex nobilissima familia natus; postremò, quia videbatur iustas iræ causas habuisse aduersus Patruelem suum. Ità *Cauitellius, Mutius, Trithemius* & alij, quibus tamen in tempore aduersatur palàm *Aeneas Syluius* Cap. XXIII. Hist. Bohemica, iudicium huiusce modi Pisis actum asserens, cum eò concessisset Henricus: iussumquè tum Ioannem Religionem Eremitarum D. Augustini ingredi, in eaquè perpetuò pœnitere. Sensit idipsum Bertelius in Historia Luxemburgensi pag. 48. alij prętereà nulli, quos viderim hac ætate.

Habebat iam tùm etiā in animo Hēricus, iuris sui facere Ducatum Austriæ, quod & ipsimet Austriaci populi exoptabant; sed, cum illum Germaniæ Proceres liberrimis vocibus ab huiusce modi consilio deterruissent, memorantes ob vnum Austriæ Ducatum quinquè Cæsares interemptos: verendum itaquè illi, si pergeret opes alienas appetere, ne Sextus Cæsarum numeretur, Austriæ caussa interemptorum, Federico in verba sua iureiurando adacto reliquit, & confirmauit possessionem Austriæ, conditione adiecta, vt apud se Italico bello militaret cum ducentis equitibus cataphractis: quam ob caussam reuersus in Austriam Federicus expeditionē Italicam adgressus Leopoldum fratrem adiunxit. Traduntur hæc ab *Argentinensi loco suprà laudato, Nauclero Vol.* II. *Gen.* XLIV. *Colonio Annalibus Ecclesiasticis anno* CIↃ CCC VIII. *Num.* VIII. Addit Cartio, Federicum iam tùm etiam iussum cedere iure Regni Bohemici, quod illic cum annuisset, Imperator consensu Procerum, eiecto Henrico Carinthio, Regnum cum Elisabetha filia Wenceslai Senioris, nepte Rodolphi Imperatoris, despondisset Ioanni filio, eoquè pacto Bohemia deuenerit sub Luxelburgensium Comitum potestatem. Verùm enimuerò, cum huiusce nuptijs Bellona pronuba prenderit sacra, & Henninges tradat, *Federicum Austriæ Ducem Bohemia cedere coactum*, non ego ea in parte subscripserim Carrioni, in quà prodidit eūdem Ducem facilè adeò eo in Conuentu de iure suo Bohemico recessisse, cum bella, Bohemiā pacatè potiundę gratia, Doctore Petro Magunnino gesta, Conuentum illum fuerint conse-

consecuta. Spiræ quidem Ioanni Henrici VII. filio desponsatam fuisse Wenceslai filiam, vnà cum Bohemiæ Regno, negarit nemo, cum id apertissimè fateatur Historici quisq; melioris notæ, quos i Notis Rub. VII. loco suo proprio laudabo. Trithemius bis Henricum Spirā conuenisse vult, ac primò quidem, anno CIↃ CCC IX. in eoq; conuentu Adolphi, & Alberti ossa tumulo condidisse; in altero verò, habito anno CIↃ CCC X. Elisabeth, Wenceslai F. & hæredem Bohemici regni, in vxorem Ioanni filio tradidisse, & ab eo conuentu statim pro Imperiali corona iter in Italiam direxisse.

Spiræ denique degētem Henricum adijsse ferūtur Matthæus Mediolani, & Theobaldus Brixiæ Magnates, & alij plurimi Lombardorum. Miles ibi quoquè creatus ab eo dicitur Theobaldus Argētinensis te ste. Nam alij, & hos inter Caroldus & Bzouius, negant Theobaldum extrà Italiam occurrisse Henrico; sed in Asti tantùm esse, suaque omnia detulisse volunt.

Et hæc quidem omnia Spiræ gesta post Aquisgranensem Coronationem primam, in ipsomet Imperij rudimento, vtin primis præsentis Notæ versiculis asserebam. Post hæc Alemaniæ pacandæ impensæ cogitationes omnes, quarum talis fructus extitit, vt breui se sibi libentes lubentesquè Germani subiecerint vniuersi, verèq; scripserit Noster: *Cuius & iugum subiere libentes, qui trans, & cis Rhenum accolunt, & omnes Theutones, ad hunc se se referentes, vt ad perspicuum columen Cæsareæ Maiestatis*: indequè statim adiecerit, pacatam ab eodem Alemaniam fuisse, initio Rubricæ proximè consequentis.

Talis quippe ordo in his enarrandis arrisit *Anonymo, qui Paralipomena condidit, adiecta Chronicis Vrspergensis, Ferreto, Argentinensi, Trithemio, Mutio, Bertelio, aliisque multis*, apertè testantibus, post Coronationem primam celebratum ab Henrico conuentum prædictum Spiræ; licet, auctore Villano, Scriptores alij duo, *Nauclerus*, & *Carrio*, post Coronationem primam pacatā ab Henrico statim Alemaniam velint: imò post impetratam iam à Clemente V. Pontifice confirmationem accepti Cæsarei sceptri, qua de confirmatione Noster non nisi in calce Rubricæ proximè consequentis, pacatis antè Germaniæ, & Bohemiæ regnis. Quò verò loci se se relicta Spira receperit Henricus Noster, ex Argentinensi constat, tradēte patriam illū suam, Lutzelēburg, accessisse statim, ibiquè de auxilio tractasse cum terræ illius Dominis, & amicis. Habet idipsum Scriptor vetus rerum à Baldeuuino Archiepiscopo Treuerensi gestarum, quem Lib. II. laudat Kerlander, & amplius quid etiam affert de fratris illius (Henrici nempe VII.) accessu Coloniam, Cōfluentiam, & Treuerim, antequam Comitatum Lutzenburgensem adiret. Anno quippe II. Regni, *Coloniam* iterùm adijsse, conuentu solemni feudā sita requirentes ibidem innouasse, contumaces ritè pro Tribunali condemnasse tradit, & à Colonienſibus huldas accepisse, confirmatis priuilegijs eorumdē. Indè digressum ad *Cōfluentiam*, Baldeuuino petente perpetua thelonij priuilegia Treuorensi Ecclesiæ, anno Regni sui primo, Christi autem 1309. 6. die Februarij, fauorabiliter indulsisse, vrbemquè ipsam, quam prius ob iniuriam, & offensam sæpè numero sibi illatam, nec dum adepto regno, hostiliter obsederat, visitauisse benignè, eidemquè nundinas, nundinarumquè libertates, vti Francofurdienses habebant, sub sigillo regio concessisse. Tandem cum eodem Baldeuuino fratre *Comitatum Lutzenburgensem* ingressum, solatijs plurimis insistendo, ad Ciuitates regias visitandas, easquè Regno coadunandas, se quamplurimùm disposuisse.

SVBIERE LIBENTES] Palàm facit lubens ista subiectio Germanorum omnium Henrico Nostro, pacatam fuisse prius Alemaniam vniuersam illius robore, & virtute, quod apertiùs inscripto Rubricæ Titulo declaratur. Dabant enim operam noui Cæsares, vel ab ipsa Coronatione prima, vt pactos haberent, quacunq; ratione possent, Imperij sui fines, sibiq; Primates eius, ac subditos, accepto fidelitatis homagio, deuincirent. Fecit hoc Henricus simul ac corona prima coronatus est, vt apertius vbertiùs in primis Notis Rubricæ proximè consequentis, arbitratus se, tali fundamento iacto, rerum planè omnium, aduersante nemine, potiturum. Quæ verò, de fidelitatis homagio ei præstito diximus, firmantur hisce potissimùm, quæ leguntur in Paralipomenis Vrspergensis. *Concalys habens* (Henricum) *Francofordiæ cum Principibus, & Magnatibus terræ, Alemanniam terram Imperij circuiit, & præcipuè Rhenensem prouinciam, Alsatiæ, Austriæ, & Sueuiæ superioris oppida. Norimberg. Quibus perlustratis, cum decenti comitatu ornatorum, & receptis homagio fidelitatis Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, Potestatum, Ciuitatum, anno sequenti &c.* Et his alijs, quæ prodidit Argentinensis, *descendens autem, homagia & fidelitatem Dominorum, & Ciuitatum capiens, cœpit ad Italiam properare, concepit in Italiam proficisci*. Qua portò alacritate Henrico Rheni totius accolas se se subiecisse, Mussatus edidit, pari se se aliàs Reges eiusdem Rhèni dediderant imperio Stiliconis. Disertè ea de re laudum illius libro facundissimus Claudiani Musa:

ingentia quondam
Nomina, crinigero flauentes vertice Reges,
Qui nec Principibus dominis, precibusque vocatis
Paruerunt, iussi properant, segnesq; verentur
Offendisse moras. transuectis fluminibus amnem
Occursum vbicunq; velis. nec fama fefellit
Iustitiæ, videre piam, videre fidelem.
Quem veniens timuit, rediens Germania amauit:

QVI TRANS ET CIS RHENVM ACCOLVNT] Quod neutiquàm contigit Ludouico, successori Henrici, quippe cui adhæserunt tantùm Ciuitates inferiores Rheni vsquè Seltz: Federico autem Seltz, & superiores Rheni Ciuitates, exceptis Borna, & Solodora, quæ neutrum curabant, vt Argentinensis inquit. Sapienter igitur Mussatus Noster, vniuersos Germaniæ populos expressurus, quod antè se fecerat Argentinensis, eos *citerioris & vlterioris*, vt ille *superioris & inferioris* Rheni limitibus circumscripsit. Nec solus facem hanc Nostro præluit Argentinensis; sed & ipsa statio Germanorum, quòd à fontibus ad ostia vsq; Rheni tum Germani habitent, Danubio in Pannonas & Dacos exeunte, qui vi, cursuq; longitudine multò Rhenū superat: at ille, quia maximis Oppidis frequens est, & fortissimarum Gentium terminus censetur, claritatis quadam prærogatiua pollet. Vnde Propertius Eleg. penultima de Virdomaro Germanorum Duce.

Virdomari, genus hic Rheno iactabat ab ipso
Nobilis erectis fundere gesa rotis.

Et Strabo Lib. VII. *Trans Rhenum in ortum vergentia, Germani colunt*. Et Tacitus, *Ceterum Germania vocabulum recens, & nuper additum, quoniam qui primum Rhenum transgressi Gallos expulerunt, nunc Tungri, tunc Germani vocati sunt: ita nationis nomen, non gentis eualuisse paulatim, vt omnes primum à victore ob metum, mox à se ipsis inuento nomine Germani vocarentur*. A Rheni quidem vicinitate nomen Alemannis factum nonnulli asserunt, quòd is *Lemannus* Antiquis esset, quam in sententiam veniſse Gotfridus Viterbiensis videtur his versibus.

Rhenus ab Antiquis describitur esse Lemannus,
Indeq; nonnullo dictos referunt Alemannos.

Vt vt sit de Alemannorum etymo (nam alij aliud tradunt, & in his Franciscus Guillemanus Lib. II. de rebus Heluetiorum Cap. III.) Rhenus incolitur à Germanis, vt apertè Germania suum illum esse pronuntiet Guntheri ore, Ligurini I. vbi quoque loci Germanici iuris Ciuitates aliquę recēsēt cis, & trāſ Rhenū sitę. Audiatur Gūtherus ipse in laudato loco,

Quas perfusa suo pugnans Germania RHENO
Misit, & a Magno tellus signata Luthero,
Vindelici, Rhetiq́, ruunt, quos Suevia mittit,
Quotq́ Carentinis collimitat Austria campis,
Quas Lycus, & tumidis Ister perlabitur undis.
Quiq́ suas Vrbes huc direxere potentes,
Claraq́ Theutonici coierunt nomina Regni.

Inde est, quod in Paralipomenis Vrspergensis, laudatis in superiore Nota dictus est Henricus Alemanniam, & præcipuè Rhemensem prouinciam, lustrans *Alsatiam, Austriam, & Sueuiam superiorem adisse Norinberg vsque*. Sed apertiùs. quæ Regna, quæ Prouinciæ, qui Populi iuris esse Germanici dicerẽtur, tradidit hisce verbis Trithemius in ea Epistola, quam præmisit libro à se de Origine Regum, & gentis Frãcorum inscripto, vbi de Sicambrorum in Germaniã aduentu disserit ad fluenta Rheni, Marcomiro Duce. *Marcomirus Rex, & Sunno frater eius Dux cum Sicambris, in Germaniam à Saxonibus vt fratres amici suscepti sunt; & sedes optatas inter Rhenum, & Saxoniam fertiles acceperunt. Ab Oriẽte habentes Vesaram fluuium, & Saxones. A Meridie Moguntiam, & Rhenum. Ab Occidente Rhenum similiter recuruatum, & Galliæ extremitatem. Ab Aquilone vero mare Germanicum, & Scotiam cum Orchadarum Insulis*. Et apertissimè omnium Matthias Stephanus Pomeranus I. C. Lib. II. de Iurisdictione Part. I. Cap. IV. & qui post illum Dies Caniculares scripsit, Simon Maiolus Episcopus Vulturariẽsis Tom. VI. Colloquio I. quod est de Maiestate, atq; amplitudine Imperij Romani, pag. 1200. in accurato Censu Statuum Imperij, totidem ab vtroq; verbis confecto. Adeantur ipsi. Patebit inde scilicet, qui Populi sigillatim Cæsaris Henrici VII. iugum olim subierint non inuiti. Sat enim Mussatus habuit docere, id omnes fecisse Germanos, cosquè complecti generatim omnes sub eorum nota, qui trans & cis Rhenum accolunt, qui *Germani* omnes; quamuis Rheni accolæ ganderent aliis quoquè nominibus audire. *Rhenenses* enim ijdem Lupoldo dicti Cap. III. de Iur. Regni, & Imp. Romanorum in illis. *Hanc breuem digressionem, non tam ad commendationem Francorum, quam ad detestandam in hoc ignorantiam multorum nobilium de partibus Rheni, facere volui, qui suæ Originalis conditionis ignari, se potius nominari* RHENENSES, *quam* FRANCOS *inaniter gloriantur, &c. Rhenum* aliis, atq; adeò *Rhenum*, in his Stephani de vrbibus: Ῥῆνοι ἔθνος παρὰ τὸν Ῥῆνον πόταμον, καὶ ἀπ' αὐτοῦ καλούμενοι: & Persij, *ingentesq́ locat Cæsonia Rhenos*. Rhenanos etiam populos Bohemi, & alij superiores Germani per contumeliam *Henchinos* vocabant, vt apparet ex illis Vitæ Caroli IV. Imperatoris. *Si pater noster arripuerit istas pecunias, dispergetet eas inter Rhenenses* HENCHINOS. Sed his satis excreuit hæc Nota.

RHENVM] Insignem vtiq; fluuium, Germaniam à Gallia, quod ex Trithemio vidimus, dirimentem: ob idq; *fluuium ἐυγενῆ* quodam in Poemate Nicobulo, & Gregorio Nazianzeno dictum, Gunthero *amnem*. Ligurini I.

——— *hæc quas præterfluit amnis,*
Altior ad fontem.

Ibi quippe *de Rheno* sermo, qui *fontem ad suum altior*, quòd ab ijsdem propè Alpibus (*Curiensibus* scilicet) decidat, è quarum iugis non adeò magnis intervallis in meridiem fluuius Abdua, Athesis in ortum, in occasum Rhodanus; ipse verò maximus Rhenus in Septentrionem elabuntur. Facit nihilominus Guillimanus Lib. IV. de rebus Heluetiorum Cap. II. triplicem originem Rheni, indeq; nõ vnum, Rhenum; sed vnum ab ortu *priorem*, *posteriorem* alterum, *medium* deniq; tertium appellatum. *Insulas* eiusdem amnis recensuit Plinius Lib. IV. Nat. Hist. Cap. XV. & Petrus Diuæus, laudatum Plinij caput illustrans in Antiq. Bel. Cap. XVIII. *Vrbes autem, & Oppida* cis, & trans ipsum sita, Vadianus Commentarijs suis editissimis in Pomponium Melam.

TEVTONES] Mussatus idem Epistola V. de aduentu Henrici VII. Iambono de Andrea missa.

Iambone rumores audis, Aquilonis ab oris
Expetat Italiam quod Rex Romanus, & omnis
Ab Rhodano longum, qua lustrat TEVTONIS *Istrum.*
Augustum diadema petit, &c.

IN RVBRICAM VI.

PACATA] *Domita* alibi. Habet enim in Ouidiocentone ad Filium,

Cui fera succubuit Germania, totus & Orbis
Restabat flexo succubuisse genu.

Locuti verò, vt hoc loco Noster, Scriptores alij quique, Villanus, Beneuenutus, Vrspergensis Abbas, Laurentius de Monacis Venetus adhuc ineditus, Carrio. Primi verba sunt Lib. IX. Cap. I. *Henricus, subtatis Baronum Alemania dissidijs, sero Romam coquere cœpit*. Secundi in Augustali. *Omnibus sedulis sollicitè discordijs Alemaniæ, alto animo dissentibus reformare potentem Italiam, vt sic facilius redimeret terram sanctam*. Tertij in Paralipomenis sibi adiectis. *Regni Germaniæ, & Bohemiæ in pace dispositis, &c.* Quarti in Historia Patria M S. penes Amplissimum Seren. Reipub. Venetæ Senatorem DOMINICVM MOLINVM. *Henricus, pacata prius Alemania vsq; ad fines maris Oceani, venit Romam*. Postremi. *Pacata Germania, Imperator ad Italicas seditionis sedandæ conuertit*.

Pacauit autem Germaniam Henricus, primò immissis ingentibus copijs in EBERARDVM (*quem* nominant Paralipomena Vrspergensis) *Comitem Witenbergæ*. Cum enim Principes reliqui in eius fidem conuenissent, illum verò frustrà lenire, & ad officium reuocare Rex ipse tentasset in proximè celebrato conuentu Spiræ, opum & oppidorum, quibus imperabat, fiducia liberius insolescẽtem (erat enim, vt scribit Iacobus Magontinensis, de domo Guelphorum, seù Camera Franciæ, & aliorum Tusciæ, & Lõbardiæ Guelphorũ originem trahens) persequutus armis, sic eũ attriuit, maioti ditionis illius parte aut omnino vastata, aut in potestatem recepta, vt perendum illi fuerit, nisi clementia Victoris fuisset seruatus. Pressus enim belli angustijs vndequaquè, & per Conradum de Winsberg, Præsidem Regis, ex octoginta Castellis, & munitissimis Oppidis, quæ obtinebat, duorum & septuaginta ditione priuatus, fortunisq; propemodùm omnibus spoliatus, satis habuit sibi fugę remedio consulere, receptusq; ab Hesso, siuè Rodulpho Marchione de Baden in Oppido Besickhen, illic in turri vsquè ad Henrici VII. obitum latitare, vnde tamen Rex illum educere potuisset, nisi eum seruare, quàm perdere maluisset. Ità, præter *Langium* in Chronico Citizensi, ad annũ CIↃ CCC VIII. *Aeneam Syluium* Hist. Bohemicæ Cap. XXXI. *Meyerum* Lib. XI. Annal. Flandriæ. *M. Guatum* in Chronico, *Reusnerum*, *Hemmingem*, *Albertum* in Stemmate Luceburgensi. *Baronium* in Annal. Ecclesiasticis anni CIↃ CCC VIII. Num. VIII. *Possevinum Iuniorem* in Gonzagis Lib. III. *Nauclerus* Vol. II. Gen. XLIV. qui & addit Eberardum repulsum à Richenbergensi Castro, quod obsederat, præ dolore redeuntem Stutgardiam, obijsse. Abit ab his leuiter in fuga *Mutius* Lib. XXIII. Chron. Germanorum. Tradit ille scilicet, Eberardum grauiq; bello petitum à Cæsare, & Ducatum eius (*Comitatu* alijs) oppugnatum, expugnatum hostiliter, direptũ, incensum, captis & occisis multis; sed fœdus demum vtrinq; percussum post parua prælia, nec multa, cum tãdem se se recepisset in munitiores arces. Abit & ab ijsdem in tempore *Argentinensis*, scribens, Eberhardum ad Henrici iam in Italia degentis mandata venisse Conradi Præsidis eius opera, post Eslingam capt[um], & cuersis iam omnes Sueuiæ Ciuitates. Quę

sanę

sanè cum ijs congruunt, quæ literis alij prodidêre, nempè Henricum vno è tribus sibi comparatis exercitibus misso aduersus Comitem Witenbergensem Sacro Imperio rebellem, commissoq; negotio fortibus viris, quos sciebat Comiti infensos esse, expeditionem Italicam suscepisse. Quorsùm enim, antequàm discederet è Germania, suas in illum copias immisisset, si priùs mandatis suis audiens extitisset?

Pacauit secundò Germaniæ fines Henricus, ditione sua pariter exturbato CONRADO *de Oetingen* dicto *Schimpff*. Cum enim is quoq; iugum Imperij deuectasset, in tantum illum Henricus depopulatus est, vt quasi mendicus ierit in Monasterium Kaiszhein, Ordinis Cistercien sis, vbi panem tribulationis vsq; ad mortem comedisse fertur. Ità nempè loquuti *Val. Anselmus*, *Naucleru*s, *& Meyerus* in suprà memoratis locis, necnon & *Bertelius* in Historia Luxemburgensi, licet is Oetinganum Comitem, sicut & Witenbergensem domitos velit absente Henrico, iamq; aureo Romano diademate coronato.

Præstitit idipsum tertiò, bello prius subacto HENRICO *Carinthiæ Duce*, fugatoq; Bohemiæ regno, quod malis artibus occuparat: dein muneribus præclaris affecto, ne quid molestiæ postmodùm se absente Ioanni filio suo pareret, quem in eiusdem Regni solio collocarat, aut mali quippiam moliretur in Regnum. Ità me docuêre *Mutius*, *Meyerus*, *Bertelius*, *Possevinus Iunior* in Gonzagis, & *alij*, quos in primis Notis Rubricæ VII. recensebo.

Quartò, confirmatis in Ducatu suo DVCIBVS *Austriæ*, primogenitis Alberti, ijsdemq; in verba sua iureiurando adactis, conditione adiecta, vt sibi vltrà montes cum CC. galeatis adesse deberent, auctoribus *Argentinensi*, *Nauclero*, *& Bzouio* in re, non antè multò, simili laudatis.

Sustulit ob eundem finem bella Misnica, his legibus, vt Fridericus Turingiæ, & Misniæ possessione integra contentus, relinqueret Lusatiam inferiorem Bohemis, qui in belli societatem acciti, iam antè eam arripuerant. Ità vtriusquè Lusatiæ accessione vno, & eodem tempore creuit Bohemiæ regnum, & Misnia difficili, ac diuturno bello liberata, se se ad quietem, & pacis opera recepit; ea mihi de re testibus *Carione*, *Reuspero*, *Aliazio Florentino*.

FINIBVSQVE AQVILONIS] Nempè cum, Germaniæ, Bohemiæq; rebus in pace dispositis, metueret idem Henricus, ne ab Aquilone sibi, ob extinctum tunc Edouardum Regem Angliæ, malum aliquod portenderetur, hoc est, ne res Anglicanæ, & Belgicæ per id temporis turbatæ, nonnihil statum Germaniæ concitarent, factum est, vt Edouardo mortuo successerit Edouardus filius, metuq; statim omnis euanuerit, siuè Henrici ipsius opera, qui nihil omiserit eorum, quæ ad pacandam Alemaniam pertinerent; siuè Dei numine, qui pacatam tum omnem Alemaniam vellet, vt is Cæsar optatam dudum Gentibus Italis quietem, & pacem afferret. Mouit enim paullò post Edouardus iunior, spiritus paternos gerens, bellum, quod initio Regni tum Scotis, tum Belgarum aliquibus ostentarat, eaq; res illi infelicitet cessit, vti pluribus ostendit Bzouius ad annũ CIↃ CCC IX. à Num. XIII. vsq; ad Num. XVI. Col. 133. 134. & 135.

AD MAIORA DIREXIT ANIMVM] Cuius ergò *ideam* illi *animum* tribuit Beneuentutus. Dirigendus autem ad alta Principis animus, maximè principijs agendarum rerum, quò sibi famam paret. Mirum enim, quantum valeat secunda Principis existimatio, Principatus initio patta, ad res omnes reliquas prosequendas. Docuit hoc DOMITIVS CORVLO apud Tacitum Lib. XIII. Annalium, qui missus ad Armenias regendam, egregia mox facinora aggressus est, *vt famæ inseruiret, quæ in nouis cœptis validissima est.* Docuit & AGRICOLA, Taciti socer, quem idem Tacitus in eius Vita scribit rebus in Britannia sedandis missum, statim *obuiam ire discrimini fuisse, contractisq; Legionum vexillis, & modica auxiliorum manu, aciem erexisse: cæsaq; prope vniuersa gente, non ignaru instandum famæ, ac prout prima cessissent, fore vniuersa. Monam insulam redigere in potestatem animo intendisse, &c.* Sic HENRICVS, pacata feliciter Alemania, maiora secum agitans sublimi mente, protinus *Italorum tentare partes* (vt cum Nostro loquar) *induxit in animum*: imò & aduersus *Turcas tendere*, vt alij docent.

DESVETVM IAMDVDVM REGNVM] Ob Imperatorum absentiam. Quippe penè toros annos sexaginta Imperatorem nullum Italia viderat.

REVIVISCERE POSSE CONIECTANS] Respondent his, & sequentibus mirum in modum, quæ habet in Annalibus Ecclesiasticis Bzouius ad annum CIↃ CCC VIII. Num. VIII. *Cum in festiuitate Epiphaniæ Dominicæ primam Coronam à Pontifice Agrippinensium Henricus accepisset, serio cogitare cœpit in Italiam pedem mouere, vt antiqua Imperij decora restitueret, alteramq;, & tertium diadema ex ritu solemni acciperet. In primis istud à Clemente Pont. in mandatis expressum fuerat, vt is intrà biennium Romæ esset. Quod enim nulli vnquam Cæsarum datum est, id illi vltrò oblatum. Itaquè Henricus, cum proximorum Cæsarum consilia, qua vel per ignauiam, timiditatemquè, vel per alias causas Italiam ingredi non fuissent ausi, vituperasset, id sibi vnum elaborandum proposuerat, vt ad priscum decus nomen Cæsarum rediret, reuiuisceret, recoleretur.*

CORONAS VTRASQVE.] *Alterum, & tertium diadema* modò dixit Bzouius, FERREAM *Mediolanensem* coronam intelligens, & *Romanam* AVREAM vt hoc loco Noster. Ad has enim Henricum Romanus quoquè Pontifex inuitarat, vti tradidit Possevinus Iunior in Gonzagis. Habet ille scilicet taliâ Lib. III. *Vt Aquisgrani primo diademate insignitus est tanquàm in Pontifice magnum momentum esset, missi supplices Legati sunt, orantes firmaret, quæ Electores statuissent. Nec Pontifex abnuit. Data tantum præcepta, ne perueniri Italiam, distrahi Imperij prouincias vlterius pateretur; sed quàm citissimè accederet ferrea, aureaq; corona donandus, &c. Romana* sanè Coronationis ergò Henricum Italiam accessisse iterauit Noster Epistola V. cum cecinit.

Iambone rumores audis, Aquilonis aberis
Expetat Italiam quid Rex Germanus, & omnis
Ab Rhodano longum qua lustrat Tentamis Istrum?
Angustum Diadema petit, quod Papa secundus
Annuit, & Magni nulla est contentio Galli.

Verè siquidem ad *Aurei* potissimùm *Diadematis* honorem Romanus illum Pontifex intrà primum biennium fuerat adhortatus. Vecerius in eo. *Sunt, qui legem adiectam fuisse probatiam affirment, vt intrà primum biennium, ad motus Italiæ compescendos, Romam solita expeditione properaret, simul ipse summos Imperatorij nominis fasces acciperet, quam tres proximi antecedentes Principes* (Rodulphum, Adulphum, & Albertum) *eum honorem prætermisisse constaret.* Laurentius de Monacis. *Henricus Septimus de Luciniburc, electus Rex Rom. suasu Clementis descendit in Italiam pro accipiendo coronam, & benedictionem Imperij in Roma.* Iac. Philippus in Suppl. Chron. *Hunc Clemens Papa ea lege confirmauit, vt intrà biennium Italiam peteret, Coronam ex more acceptarus.* Quin & illam ipsemet Coronam à Pontifice petierat per Legatos. Clarè Pigna Lib. IV. de Principibus Atheſtinis. *Qui prima Corona ornatus, per Legatos à Pontifice auream popoſcit.* Et alij, quos ad alia commodiùs alibi laudabo.

ITALORVM TENTARE PARTES] Potest enim electus in Regem, seù Imperatorem Rom. à Principibus Electoribus in concordia, statim ex ipsa electione licitè nomen Regis assumere, ac iura & bona Regni, & Imperij in Italia, & alijs Prouincijs Regno, & Imperio subiectis administrare, vt est à Leopoldo Bebenburgensi fusè traditum in Opere de Iuribus

tibus Regni, & Imperij Romanorum. Cap. III. Imò & electus in discordia, modò sit electus à maiori parte, vt ab eodem asseritur, & probatur Cap. VI. Addit Frehetus, Italiam esse accessorium Imperij Germanici, ob idq; iure suo quemcunque electum Romanorum Regem in Italiam tendere, vt in hoc etiam ab Italis agnoscatur.

CONSTITERAT NAMQVE, &c.] Nihil non suis libratum ponderibus & momentis in literas Mussatus misit. Nempè talis erat, dissidijs inter se discerptæ totius Italiæ status, qualis hîc ab illo describitur, cùm Henricus VII. de illa petenda cogitare cœpit. *Totum enim tunc Latium (inquit Mussus) tumultuabatur, intestinisque bellis pernotissimè laborabat. Non erat vlla Ciuitas, quæ non haberet bellum cum quapiam vicina, ita inuicem se mordentes consumebantur.* Inde alij non aliam tùm Italiæ faciem tribuêre. Meyerus in Annalibus Flandricis. *Res Italiæ a morte Federici II. in hunc Cæsarem (Henricum) valdè fuerant turbatæ. Nam Rodulphus, Adulphus, & Albertus, superiores Cæsares, ab Italia ob gentis perfidiam, abstinuerunt. Omnes penè Italiæ Vrbes, Imperio parere solitæ, excusso tugo Tyrannis subijcere cœperant. Verona Scaligeros, Mantua Passarinos, Padua Carrarios patiebatur. Gibellum, & Guelphorum Italiam discindebant.* Laurentius de Monacis in Historia Veneta. *Henricus VII. &c. descendit in Italiam pro accipiendo Coronam, & benedictionem Imperij, & pro reformando statu Italiæ, sanis discordijs, & pernitiosissimis factionibus lacerato.* Carmo denique, in hac exhibenda miserrimæ tùm Italiæ persona, Scenæ totius princeps. *Talis vero gubernatore (Henrico) opus erat non tam Germaniæ, quamquam recentibus bellis ciuilibus miserè lacerate, quam Italia, quæ prope totos annos I. V. Imperatorem nullum viderat, suoq; assiduè sanguine respergebatur, & caedibus ac direptionibus exhausta, redactaq; sub Tyrannos iam seruitutem pro libertate, quam intempestiue affectabat, seruiebat duram, & tristem. Plerique enim Hetruscæ, & Longobardicæ vrbes, quæ, pertæsæ moderati ac iusti imperij Germanorum, vtrumque desperatæ redemerant iura imperij a Rodolpho multa pecunia, vt prorsus liberæ essent, aut laborabat seditionibus immanissimis, ac crebrò mutatis Dominis, nunc hos, nunc illos sequebatur victores, iam iam oppressæ putabant cerui Tyranni. Mediolani, Hastæ, Vercellis, Nouariæ, Ticini, Laudi Pompeiæ, Brixiæ, Cremonæ, Placentiæ tyrannidem exercebant Guelphi, Gibellum nomen hostes. Veronam, Paduam, Mantuam tenebant Gibellini. Guelphis comitebus erat Roberius Apuliæ Rex.*

ARCVISSE] Vicetinus Codex. *Adduxisse.*

SCISMATIBVS] Nullum in hac voce nuspiàm aspirata mendum. Siquidem hac in scriptura consentiũt ad vnum omnes Mussati Codices quos inspexi: & ijsdem suffragantur non pauci Scriptorum aliorum libri, manuscripti pariter & excusi. Rolandini Grammatici MSS. duo vetustissimi, Venetus vnus, Vicetinus alter, Lib. II. Cap. VIII. de factis in Marchia Tarui sina. *Post hæc in anno Domini* M CC XXVII. *quamuis Verona communiter regeretur, tamen scisma creuerat ibidem.* Chronica Aulæ Regiæ de Ioanne Rege Bohemiæ Cap. XIII.

Scismata fac cedant, hanc ne de cetero ledant,

Ptolemeus Lucensis ad an. M C X. *Eodem tempore post Paschalis liberationem (vt Martinus refert) quidam ex Clericis Romanis fecerunt scisma &c.* Laurentius de Monacis ex Chronica, sumpta nescio quo ex loco, qui vocatur Male . . . . . ad S. Petrum. *Et anathematizauit omnem heresem, quæ se extolleret contrà Romanam Ecclesiam; præsertim scismata Octauiani, Guidonis Cremensis &c.* Et infrà. *Non erat opus spirituali gladio contrà christianissimam, & catholicam Ciuitatem, quo Hæretici, & Scismatici feriuntur.* Quemadmodùm enim addebant quandoq; Scriptores sequioris ætatis loco non suo aspirationis notam, & *hæ* pro *æ* scribere consuetant; sic eandem omittebant interdùm, & *Scema* pro *Schema*, quod fecit Cosmas, Pragensis Ecclesiæ Decanus in Prologo Chronicæ Bohemorum) *Scisma* pro *Schisma*, suis in paginis exarabant. Est autem *Schisma* propriè χίσμα, id est *Scissura* à χίζω, *scindo, findo, hiudeo*; metaphoricè verò *animorum dissidium, concordiæ diuisio.* Isidorus Lib. VIII. Cap. II. *Schisma a scissura animorum nomen accepit. Eodem enim cultu, eodemq; ritu credunt, vt ceteri, solo congregationis delectatur dissidio. Fit autem Schisma, cùm dicunt homines: nos sumus sancti, nos sanctificamus immundos, & cetera similia.* Non itaquè temerè, sed cum respectu ad Græcum χίσμα, *Scissuram* pro *dissidio* suprà laudatus Ptolemeus dixit, cũ ad annum M CC LXXX IX. in hæc verba scripsit: *Prius verò ad aliquod tempus occisus D. Dettus de parte Nigra de eadem domo. Postea Dominus Berneta de parte Alba, & sic per eos tota Tuscia ponitur in scissura.* Vulgò nunc diuisionem Ecclesiæ *Schisma* dicimus; quùm eius membra diuisa diuersa sequuntur capita, quod pueri vel ipsi puerrimi norunt. In Nostro *Schismata*, dissidia Guelphorum & Gibolengorum sonant, quæ vel ipse Pontifex ab Henrico tolli posse crediderat, ob idq; Romanum illi pollicitus fuerat Diadema. Aptè, si quis alius, Iacobus Cauatius, & apertè Lib. III. Hist. Cœnobij D. Iustinæ Put. pag. 129. *Vergente anno Henricus Comes Lucemburgensis Romanum Imperium capessiuit, cui Pontifex insignia Romæ per Legatos dare pollicebatur, si ambitionis arma in Italiam descenderet. Arbitrabatur idem ebullientes vbiq; factiones Welphorum, & Gibellinorum posse restingui ipsius Cæsaris prudentia, vel armis &c.*

FACTIONVM] Verè caussa potissima Schismatũ, quibus tùm in partes discreta Italia laborabat, factiones duæ, *Gibellina*, & *Guelfa*. Cum enim mater illas DISCORDIA genuisset, suas & ipsæ dissidiorum faces suis semper, & alienis vicinis in Vrbibus accendebant. Furiarum potiùs ab inferis excitatarum agmen, quàm Hominum orbis incolarum cœtus. Crescebat & cum illis semper odium vetus, ob idq; factum est breui spatio temporis, infaustis incrementis, vt nullum foret in tota Italia Oppidum, in quo non aliquod illius vestigium appareret. Longè, latèq; diffusa pernicies ista fœdabat omnia cladibus, crudelitate, perfidia cumulabat. Ciuitas ciuitati contraria, Prouinciæ prouincijs aduersæ erant. Familiæ quoquè diuidebantur pestifera istius factionis labe. Non filio, non patri, non fratribus vnus in vna domo consensus, non consanguineis eadem voluntas fuberat. Vrbes excidio, domus incendijs hauriebantur, tamquàm propria crimina in alijs persecuti, semetipsos absoluerent, virtutisq; ac gloriæ loco ducerent, si ad ostendendum insigne factionis studium maximè sæuirent in alteros. VENETIÆ solæ, Prudentiam suam perpetuò retinentes, contagione teterrima caruêre. Reliquæ vrbes vnius, vel alterius factionis erant, & HENRICO VII. imperante, Cæsaris partes agebant, testimonio Nostri Lib. VII. de Gestis eiusdem Rub. VI. *Taurinum, Nouaria, Vercellæ*, Philippo de Sabaudia Principe Achaiæ Vicario Mediolani, *Pergamum, Cuma, Brixia, Verona, Vicentia, Mantua, Mutina, Laudum, Placentia.* At contrà in fidem partis Guelfæ, quam S. Ecclesiæ nuncupabant, *Alba, Hasta, Alexandria, Papia, Parma, Regium, Cremona, Padua* (quam Gibellinis Vrbibus malè nexuit Carrio) *Tarusium*: & è Ciuitatibus Hetruscis vt habet Vecerius in eodem Cæsare, *Florentia, Bononia, Luca, Pistorium, Sena.*

GVELFORVM] Nata pari tempestate GVELFORVM, & GIBELLINORVM infausta nomina, seù potius pestifera schismata ad pernitiem humani Generis, & nostræ cum primis Italiæ vastitatem: sed, ea quæ tẽpestas fuerit, haud clarè liquet, perspicuis ea de re latentibus monumentis. Dum enim harum in Factionum origine tradenda iuniores Historici haud seciùs inter se seuentijs, quàm illæ gladijs & animis,

arimis, dissident; maiores verò, minus in eadem investigandæ curiosi, nihil ferè mandasse memoriæ videntur, siuè tedio subeuntium malorum; siuè, ne tes adeò tetra & funesta ad posteros transiret, ità forte putantes Nepotum otio, concordiæ ciuili, & Vrbium tranquillitati consuli potuisse, si nulla certa & constans facti detestabilis memoria maneret, in eas nos vtinquè angustias coniecêre, vt difficulter affirmatè quidquam de primis illarum natalibus afferre possimus, aliis illos deducentibus aliunde.

Indefinita nonnullorum sententia fuit, tum primũ cœpta huiusce modi discrimina Factionũ, quum Germani Cæsares cum Romanis Pontificibus graues discordias, & tetra bella, diuisis in partes Ciuitatibus, gerere conati sunt: definita magis illorum, qui Federici II. temporibus eadem emersisse contendunt. Cum enim is Cæsar Innocentium IV. Honorium III. & Gregorium IX. Romanos Pontif. acriter insectatus esset, & ob id Ciuitates omnes Italiæ magno in tumultu existerent, nec haberet ille compertum satis, qui partes suas, quiuè Pontificias sequerentur, tum primùm, pertentatis singulorum animis, duas Italos in factiones scidit, effecitq; , vt, qui Pontifici fauerent, dicerentur GVELFI; qui verò sibi & Imperio, GIBELLINI, quòd ea tempestate Ecclesiasticæ factioni præesset Dux quidam Theuronicus, nomine GVELPHVS; factioni verò Imperij frater eius GIBEL. Ità planè sensit Iac. Philippus in Suppl. Chron. an. CIↃ CC XXXIV. cum scripsit, *Guelphorum, & Gibellinorum pernitiosissima, & diabolica nomina ex duobus Alemanis fratribus, tumultuantibus inuicem Romano Pontifice, & Imperatore Federico, Pisis initium habuisse*, quem postea secuti sunt Ælias Capreolus Lib. VI. Brixianarũ rerum. Langius in Chronico Citizensi ad an. CIↃ CC XXXIX. Platina, & Ciaconius in Gregorio IX. Mutius Lib. XX. Chron. Germanorum. Blondus Lib. VII. Dec. II. Krantzius Lib. VIII. Saxoniæ Cap. VIII. Carrio Lib. V. Chron. ad an. CIↃ CC XXVIII. in Federico II. Possevinus Iunior in Gonzagis Lib. II. Benedictus Iouius Lib. I. Nouocomensis Historiæ ad an. CIↃ CC XLIV, & omnium apertissimè, & elegantissimè Cauatius Lib. II. Historiarum Cœnobij D. Iustinæ Par. qui & inter Proceres GIBELLINOS eius temporis, in sua Prouincia dominantes, recenset *Salinguerram* Ferrariæ Tyrannum, *Montesios* Veronenses, *Ecelinos* ex Honaria familia: inter GVELPHOS, *Marchiones Atheſtinos, Comites S. Bonifacy, Proceres è Campo S. Petri*, quibus & *Carrarienses* addit, alijs quampluribus prætermissis. Quippe horum etiam in numero *Passerinus de Bonacolsis* Mantuæ Dominus, Marij Æquicolæ testimonio in Commentarijs suis Italicis Mãtuanarum rerum, libro primo extremo. Docere nos idipsum etiam voluit Nicolaus Siculus, Panormitanus Abbas, vbi loci prodidit, Gregorium Pontificem fuisse Lucenses ob id maximè, quòd hærentes Pontifici dicerentur *Guelfi*; Imperio verò, siuè Federico Cæsari, *Gibellini*. Blondus Flauius Decade II. Lib. VII. Historiarum ab inclinatione Romanorum, id ipsum vt credat facilè adducitur auctoritate Ptolemæi, Lucensis Episcopi, quòd is paullò post ea tempora scripserit, ea infausta rebus Italiæ nomina primùm apud Pistorium audita fuisse. Ego sanè hæc in Ptolemæo memini me legisse ad an. CIↃ CC XV. *In die Resurrectionis occisus fuit D. Bondelmonte Vbertionis ab Vberti, & ex tunc pullulauit diuisio* GVELFA, & GHIBELLINA, quibus adstipulatur Villanus, accuratissimus rerũ Hetruriæ Scriptor Lib. VI. Cap. XXXIV. palàm asserens Federicum II. priuatum Imperio à Florentinis, vtriusquè factionis obsides accepisse; sed vnam prius, & alteram factionem viguisse Florentiæ propter interitum Bondelmontis. Hinc Emmius Lib. V. Rer. Chronologicarum, in temporibus Florentinorum, ad suprà memoratum annum. *Dem ves Ciuitatis quieta fuêre vsque ad annum à nato Christo*

A M CC XV. *Tum verò iam ciuium opes creuissent, occasione violatæ promissarum nuptiarum fidei a Bondelmontio viro nobilium factiones discessit. Nobilitas quæ cũ semel erupissent, tam pertinaces Ciuitati inhæsere, vt omnem modum earum quæ in reliquis Italiæ Ciuitatibus fuêre, superarent. Nobilitas sæpè cum nobilitate commissa est, sæpe cum eadem nobilitate plebs, non raro plebs & nobilitas simul in partes scissa.* GVELPHI cum GIBELLINIS, *Nigri cum albis contenderunt, sæpenumero ciuiles non semel in pugnas, & cædes, adeoque in bella ciuilia exierunt, & factiones semel natæ vrbe expulerunt.* Narratur res eadem vberiùs ab Aretino Lib. II. & ahjs Scriptoribus Florentinarum rerum, quorum hic testimonijs non egemus. Nauclerus ieitur, vt ad Blondum, & vnà cum illo ad *Guelfos & Gibellinos* redeam, horum de nominibus loquens Gen. XLII. Vol. II. *Nomen hoc*, inquit, *apud Pistorienses natum primò audiit.* Et clarius Platina in Gregorio IX. cuius non tam vestigijs, quàm verbis insistit Ciaconius in eodem. *Hæc quidem teterrima factionum nomina, ad perniciem humani Generis inuenta, primum apud Pistorienses audita sunt, cum Cancellarij (Guelphi) Parthenios (Gibellinos) ab vrbe eiecissent. Cumquè alteri factioni* GVELPHI, *alteri* GIBELLÆ *Theutonici fratres, fauerent, inde tanta pernicies nomina inuasit.* Sed hæc omnia præstat ex Georgij Merulæ, & Iacobi Cauatij monumentis historicis audire, antequàm in aliorum sententias inquiramus. Ait primus Lib. VI. Vicecomitum Antiquitatũ pag. 72. *Honorius Pontifex, Othonem vratus, Rogerium Calabriæ iam imperij maiorum, deposito Othone, regni titulo & imperialibus ornamentis exornat. Qui simul atque imperium adeptus est, ab eius non degenerans, Honorium armis, & graui contumelia lacessit: mox insolens, & grauis Tyrannus, paterni sacrilegij hæres, templorum vrbe & reddituum vsurpat, Gregorium, Cœlestinum, & Innocentium bello, & quibus potuit iniurijs afficit. Immanis sanè Barbarus, quippe qui amplitudinem Pontificum vbi lare nunquam destitit. Tunc ciuilia odia, cæpta dissidia aucta sunt, & recenti iniuria irritatis animis, eo domesticus furor, atque sæuitia progressa est, vt miseri mortales abrepta ea carnificæ, quam fungus, & patria ingenerauit, humanitatis penitus oblita, atrocius quam fera interfecerint, non victoria contenti, aut animi cum exitio satiati, nisi vi cum tota prole extinctis, qui diuersi sensissent. Tunc ferox & impotens Barbarus quotunque in populo eos discerni voluit, qui sua, quinè pontificiæ factionis forent. Vnde consuetudo tenuit, vt in omni negotio publico nihil citrà factionum discrimina geratur, quæ exitialis consuetudo ferè in Vrbibus, Oppidis, Prefecturis Italiæ in hæc vsque tempora durat. Hæc autem pestis, & pertinax hic animorum habitus ab Hetruscis primum cœpit. Gens ea seditionibus, & domesticis armis iamdiu agitata, ex quo Rom. Populus bella in Hetruria fecit. Scribit Liuius Lib. X. ab V. C. Hetruscos ab Aretinorum seditionum exorto motu de rebellione deliberasse. Tunc Aretio genus Licinium præpotens, ob diuitiarum inuidiam, armis popularium patria cessit, neque Hetruria ipsa prius ab Romano Dictatore pacari, Aretinorumque seditiones compositæ, quam gens Licinia cum plebe in gratiam reducta fuit. Sed Pistorij post mille, & quingentos fermè annos Cancellarij, & Parthenij aut bicatora in eadem Italiæ seminaria (quod equidem nollem) dissensionum, & ciuilium armorum dedêre.* Hæc primus, cui sic alter Lib. II. succinit doctè pariter, & ornatè. *Florentini pecuniæ potentiores, quamuis sæpè intestinis seditionibus laborarent, tamen armis & astu vicinarum vrbium imperium affectabant. Quæ propijs finibus continebantur haud quæsebant. Potentiores ciues ex diuino Pontificum, & Cæsarum dissidio in alterutram partem dilapsi, variis studijs distrahebantur. Factiones his apud Principes benevolentiam, apud ciues clientelas, potentiamque comparauerant. Ipsi sub ea factionis larua priuatas vlcisci iniurias, seniora aduersus amulos moliri, impunè exequi. Sed inter cæteras maxi-*

me

ma earum cauſſa extitit impietas Friderici Iunioris, qui A *Imperator renuntiatus, quandiu Conſtantiam matrem ſuperſtitem habuit, ſe pium Principem geſſit: ea defuncta Maiorum ſcelera amulatus Romanos Pontifices afflixit. Ciſalpinas vrbes Romano Imperio reſtituere orſus factionum ſtudio eaſdem minuit, vel diuiſit. Occultos amiſſarios habuit, qui vbique ciuium mentes ad Cæſarianas partes pellicerent. Tunc etiam fato quodam in Italiam inuecta ſunt execranda nomina* WELPHORVM, & B GHIBELLINORVM, *quibus Cæſaris aſſeclæ à Pontificijs dignoſcerentur. Piſtorium, Hetruriæ Vrbs, peſſimum malum cæteris communicauit, nempè vt auerſæ iam à Deo hominum voluntates mutua cæde concideret. Tunc priuatis ædibus turres adiectæ ſunt, quibus Patauium, Ticinum, Cremona, & aliæ vrbes hactenus abundant. Tunc vicatim prœliari, aduerſæ factionis ædes incendere, ac demoliri pulchrum fuit.* Quis auſit probè adeò communitam tot Rei Literariæ Patrum ſuffragijs ſententiam infirmare? Haud ego quidem id fecerim; C ſed aurem mihi Nauclerus vellit, & apertè clamat: *Virin' ſanè appellationis antiquior eſt origo?*

Placuit igitur alijs, altiori mente præditis, nata Factionum iſta diſcrimina tradere ſub Federico I. *Aenobarbo* dicto, poſteaquàm is Romanis Pontificibus aduerſari cœpit. Diſcordaſſe nempè tum miſeros ciues, & arma in ſe conuertiſſe ferunt, ab Optimatibus deſciuiſſe Plebem, ſequè totam, vt à ſe procul vim omnem, & maleficia propelleret. Rem. Pontifici tradidiſſe? qui verò nobilitate, diuitijs, armis, clientilis in vrbibus eminentiores erant, eos, vt cæteros obnoxios ſibi facerent, popularibuſquè interim imperarent, & ſine metu iudiciorum, aut pœnæ quicquid libitum foret agere poſſent, ad Cæſaris vires, & gratiam reſpexiſſe: ideòquè Cæſarianos GIBELLINOS dictos, quòd is Cæſar eſſet è *Gibellina domo*. Appoſitè, ſi quis alius, Benedictus Iouius Lib. 1. Hiſtoriæ patriæ pag. 39. *Horum originem nominum, hac tempeſtate Vir quidam doctiſſimus è Germanis Hiſtorijs erutam, à duabus antiquiſſimis Germanorum Principum familijs fluxiſſe ſcribit, è quibus inuicem Imperatores creabantur. Futquè Federicus è Gibellina domo, quòd & ipſe in vetuſtis quibuſdam Annalibus reperiebi Federicus iſte de Gibellengo, corrupto forſaſſe vocabulo, nuncupatur.* Subſcribit eidem ſententiæ Turſellinus in Epit. Hiſt. Lib. VIII. in Ænobarbo ipſo. *Atrox inde ex paruis initijs inter Auguſtum, ac Pontificem orta diſſenſio ingentium malorum cauſſa, & origo fuit. Federicus ab Alexandro III. Pont. petierat, vt Rauennæ Antiſtitem, abſe deſignatum, conſecraret. Id cum non impetraſſet, totum ſe à Pontifice auertit; &* GIBELLINORVM, & GVELPHORVM *nominibus, ex veteri Germaniæ diſcordia repetitis, peſtiferas factiones tota Italia exagitauit. Qui Auguſti partes ſequerentur* GIBELLINI, *qui Pontificis* GVELPHI *appellati.* Et antè multò, totidem fermè verbis, eadem tradiderat Sigonius Lib. XIII. de Italiæ Regno, quo ex fonte ſua Turſellinus hauſit. Habet ille ſcilicet in ipſa libri laudati fronte. *Hinc* (nempè *ex Federici I. contentione cum Eccleſia*) GIBELLINORVM, & GVELPHORVM *nominibus, ex veteri Germania diſſenſione deſumptis, exitiales Italis factiones manarunt, quæ ſub Federico patre exortæ, neque ſub Henrico filio obliteratæ, demum ſub Federico Nepote effuſius erumpentes, ingentes inmultos poſt annos ſtrages in Italia ediderè.* Videtur autem his omnibus prætuliſſe facem Bartholus, Iuris Conſultorum Primas, à quo ſcriptum accepimus, Ænobarbi hoſtes, cum bellum aduerſus Eccleſiam gereret, appellatos GVELFOS, ideſt *amantes fidei*, quòd GVELF hebraicè ſonet *Osloquens*: ipſius verò Cæſaris Sectatores, GIBELLINOS, quòd is originem duceret è *Gibellina domo*. Sed & Bartholum originem iſtam docuerat Otho, Friſingenſis Epiſcopus, I qui Lib. II. de Geſtis Federici I. Capp. I. & II. in hæc verba ſcripſerat. *Anno Dom.* MC LII. *decedente ab hac luce piiſſimo Rege Conrado III. cum de eligendo Principe Primates conſulerent, tandem ab omnibus Federicus Sueuorum Dux, Federici Ducis F. petitur, cunctorumquè fauore in Regem ſublimatur &c. Duæ in Romano orbe apud Galliæ, Germaniæquè fines famoſæ familiæ hactenus fuêre; vna Henricorum de Gueibelinga, alia Guelforum de Altdorfio; altera Imperatores, altera magnos Duces producere ſolita. Iſtæ, vt inter Viros magnos, gloriaq; auidos aſſolet fieri, frequenter ſe ſe inuicem æmulantes, Reipub. quietem multoties perturbarunt. Nutu verò Dei, vt creditur, paci populi ſui in poſterum prouidentis, ſub Henrico V. factum eſt, vt Federicus Dux, pater huius* (Federici I.) *qui de altera* (Gueibelinga) *ideſt de Regum familia deſcenderat, de altera* (Guelfa) *Henrici ſcilicet Noricorum Ducis filiam, in uxorem acceperet, ex eaquè Federicum generaret. Ita non Regis Conradi zelo; ſed Vniuerſitatis boni intuitu, hunc Federicum, eius filio item Federico adhuc paruulo præponere maluerunt.* Fatetur idem Scriptor alibi, hæc ipſa *Guelforum*, & *Gibellinorum* nomina turbas ingentes inter Proceres Baioariæ, & Sueuiæ Dominos excitaſſe, exortaquè inter vtroſq; contentione cauſſa finium, pro Sueuis ſtetiſſe *Henricos è Gueibelinga*; pro Baioarijs *Guelfos de Altdorfio* dimicaſſe.

Facit hæc ſententia *Guelforum, & Gibellinorum* originem vno ferè Seculo antiquiorem primæ: ſed animadineo, quod aiunt, calamo innixa facilè corruit. Licet enim infeſtus Ænobarbus Alexandro Pontifici fuerit; nulla tamen tunc inter populos contraria ſtudia, nullæ diuerſæ voluntates erant, nequè factionibus inter ſe decertabant vllis; ſed populariter hi à Pontifice ſtabant, illi Cæſaris partes ſectabantur. Taliquè pacto ſe rem habuiſſe teſtatur Formula Conſtantiæ pacis, quam Iuniores I. C. inſtar Legis recepêre. Societatem, & amicitiam vnanimes, & idem ſentientes ſine diferentia ordinum, & factionum Longobardi vniuerſi, Papienſi dumtaxat excepto, ſeruabant, atquè paciſcendæ pacis gratia ij Conſtantiam conuenêre, qui triginta anteà annis fœdus inter ſe percuſſerant, Federicumquè ipſum, acrem & inexorabilem Alexandri Pontificis hoſtem, acie aliquando vicerant, & trans Alpes fugauerant; nequè poſt mortem Alexandri diſſolui ea ſocietas, aut diſciari animi potuêre. Nullis demùm in Annalibus, vel Actis Vrbium leguntur hæc nomina imperante Federico I.

Quamobrem, vt in hac ſententiarum varietate minus aberrem à vero, aut certè cum ijs errem, quos animaduerto acriore ingenio, genioquè grandiore præditos extitiſſe, ea ſibi primùm Germanos nomina peperiſſe cenſeo, antequàm ad noſtras Italorum aures peruenirent. Factum id ex Naucleri mente Gen. XLII. Vol. II. pagina mihi 826. ſub CONRADO III. Sueuo, qui circiter annum MXXV. (pro quo in Nauclero mendosè, 1138.) imperium iniit, impugna, quâ geſſit cum GVELFO Bauariæ Duce, quæ alij *Welphum*, alij *Welphonem* vocant. Cum eum ea in pugna GVELFI Bauariæ Ducis auxiliares copiæ Symbolum hoc haberent, *Hic Guelff*: qui verò ſub Conradi Cæſaris ſignis erant, *Hic Gueibelin*, clamarent, quòd Conradus in vetuſtæ nobilitatis pago Wainbligen nutritus eſſet, inde primùm Cæſarianis GVIBELINI, Pontificijs GVELFI nomen hæſit, quòd Guelfus italica Pontificis auxilia contrà Conradum Cæſarem adduxiſſet: vt temerè nequaquàm feciſſe videatur Hermanus, cum dixit, Innocentium Pont. vnà cum Rogerio fuiſſe contrà Conradum. iſtum. Conſentiunt cum his Naucleri illa Merulæ Lib. III. *Conradus prior iuſſu Procerum imperat, a quo factionis orta Auctores quidam tradunt* GIBELLINÆ *nomina; etſi non protinus per Italiam diſperſa fuêre: de* pleriquè omnes. Sed horum etiam è cenſu quidam, Nominum iſtorum natales in HENRICI, Conradi enim, vice altera, ab hoc Henrico Guelfonem ſuprà me-

Digitized by Google

memoratum, propè Winſperg, & artè villam Elnhofen bello victum; cumquè in prelio ex more, qui Guelfo hęrebant, clamarent, *Hic Guelff*: viciſſim verò Regales, *Hic Gibelin*, quòd Henricus in villa eius nominis ablactatus eſſet, ſignificare volentes, quod potentia lactis pugnaret: Italiciſquè, Longobardis, & Siculis cum Guelfo pugnantibus, & interrogantibus, quid eſſet dictum, *Hic Gibelin*, declaratum fuiſſet, quod Papales eo die ſignificati fuerant per Guelfum propugnatorem, & Imperiales per Gibellinos, ab illo euentu Papæ adhærentes in Italia ſignificatos per GVELFVM; Imperio verò per GIBELLINOS. E Gotfridi Viterbienſis penu tota iſta narratio, cuius intuitu Antoninus aſſeruit, multos exiſtimare, ab iſto *Guelfo* appellatos GVELPHOS: & hæc ſcripſit Merula Lib. II. Vicecomitum Antiquitatum. *A quibuſdam Scriptoribus Henricus hic* GIBELLINVS *nuncupatur, de nomine Oppidi, vbi ortus traditur*. Et Lib. III. *In Henrico* IV. *Gibellina domus defecit*. Et vberiùs Lib. VI. *Porrò ea factio, quæ præſidio Pontificis incolumitatem, & ſalutem ſuam tuebatur,* GVELFA *appellata fuit; qui verò opinione, & potentia Cæſarum eminere, & regnare ſtudebant, hi* GIBELLINI *ſe appellare voluerunt; quæ appellatio ab eo Henrico, qui primus Germanorum Procerum ſuffragijs ad Imperium euectus eſt, fluxit*. GIBELLINVS *enim dictus eſt Henricus, de Vico videlicet, vbi ortus erat*. Et hæc alia de *Guelfis* non multò poſt. GVELPHOS *nuncupatos quidam tradunt ab eorum Duce, qui ſecundo Conrado in Sicilia primum, tùm alibi reſtituiſſet. Hunc* GVELFO *nomen erat, quo ceſſo, ſi qui deſcendentes in Italiam Cæſares, Romamquè ſubinde petentes, non modo intra vrbes non reciperent; ſed finibus quoquè arcerent, eos* GVELPHOS *appellari inuenio*. Accedit Merulę Wanderburchius Lib. I. Hiſtoriæ Gentilitiæ Sabaudorum Ducum, in Amadeo III. ſic loquutus. GVELPHIS *Guelphus, Bauariæ Dux;* GIBELLINIS, *natus in Gibellino Oppidulo, Henricus, hoſtes inter ſe infeſtiſſimi, ingrati mortalibus omnibus, nominis dederant originem*. Et Poggius, hoc vno diuerſus ab alijs, quòd in *Gibellinus* nomen inditum cenſet à Vico, iuxtà quem Conradus, & Velfo conſeruerint manus, cùm id nominis alij in acceptum ferant ipſimet Conrado, vel Henrico F. cognomine *Gibellinus*, ab Oppido, in quo nati, vel educati fuerant, vt oſtenſum. Cęterùm, quæ de Guelfo, Conradi & Henrici Cęſarum hoſte, Pontificum & Eccleſiæ propugnatore, dicta ſunt hactenus, firmantur validè luculentiſſimo teſtimonio Altorfenſis, ſiuè Weingartenſis Monachi, qui de Guelfis Principibus Chronicon ſcripſit, à Caniſio nuper editum ex M S. Codice Auguſtano, Tomo Lectionum Antiquarum primo. Tradit ille ſcilicet Cap. VIII. Welfonem iſtum, nominis eius IV. Imperatori, antequàm machinationes in mortem ſuam paraſſet, & Eccleſiam Dei manifeſtè impugnaſſet, fideliſſimè adhæſiſſe, eiquè, cum contrà Saxones dimicaret, ſtrenuiſſimè militaſſe. At vbi multa inhoneſta de eo in medium proferri cœpêre, &, quod maius eſt, Dominum Apoſtolicum Gregorium VII. Guniperto Rauennenſi Archiepiſcopo intruſo, de ſede ſua expulit, ipſum cum alijs Catholicis Principibus ab eo declinaſſe, & amodo cum multis modis inquietaſſe; indeq; cum Sigefrido Auguſtenſi Epiſcopo, qui parti, immò inhumanitati eius faucbat, diù & acerrimè dimicaſſe, donec comprehenſum in vincula coniecerit, & in Caſtro Rauenſpurch catenatum multo tempore conſeruarit. Hęc ille, nec alijs ferè verbis, de Velfone, primo Bauariæ Duce.

Quæ quidem erroris inſimulant non obſcuri eos, qui cenſuêre poſt obitum Mathildæ, nobiliſſimi ac ditiſſimi Italiæ Marchionis Bonifacij filiæ, qui Mantuæ contigit die 24. Iulij, ſalutis anno 1115. ætatis 70. aut certè non multò poſt enatas, quibus de loquimur, Factiones ex eo, quòd cum illa Pontificiam Sedem bonorum ſuorum ſcripſiſſet hęredem, eidęq; Sedi Tutoris titulo prefectus fuiſſet Vir eius Welfo, ſuborta poſtmodum contentione inter Pontifices ipſos, & Cęſares, Pontificij à Welfone GVELFI, Cęſarei à Duce neſcio quo, aſſumpto ad Imperium è Gibellina villa, GIBELLINI fuerint appellati. Siquidem Mathilda haud illi ſe Welfoni tertijs (vt ferũt) nuptijs illigarat, anno (vt creditur) MXC, qui cum Imperatoribus, Eccleſiæ Romanæ cauſſa, bellum & inimicitias geſſit; ſed alteri, prędicti Welfonis & Iuditæ Angliæ Reginę filio, vt indicat laudatus Monachus Capp. VIII. & IX.

Arguitur ex his etiam non vnius mendi Riccobaldus: quippe qui libro IV. Pomerij ſui Welfum inter aulicos Mathildę retulerit, cum eius Maritus eſſet; eundemq; , quum poſt Mathildę obitum partes Eccleſiæ tueretur contrà Gibellinum è Maguntia, ſecum Imperij nomine decertãtem, Mediolani perijſſe tradiderit, cum illum naturæ legibus paruiſſe in villa Cufringen ex laudati Monachi Chronico colligamus. Habemus demùm, beneficio eiuſdem Chronici, notionem propriam nominis iſtius *Welff*, cauſſamquè triplicem, ob quam Maiores Welfonis IV. cui primo è Principibus Guelfis Bauariæ Ducatus obtigit, eo fuerint inſigniti, indequè tranſierit ad Nepotes, liquidò vt appareat, Bartholum in eius etymo proferendo ſomnia ſomniaſſe. Talem quippe Nominis eius originem, & cauſſam attulêre non nulli. Cum quidam è Welfi IV. Maioribus Romani Senatoris filiam, *Kathalinam* dictam, in vxorem duxiſſet, & filium ex ea progenitum *Kathalinam* de Matris nomine nuncupaſſet, quod theutonizatum ſonabat *Guelff*, placuit omnibus, vt lingua naturali ſatisfacerent, &, Romano nomine refutato, *Guelfum* cum theutonicè nominarent. Narrant rem eandem alij ad hunc ferè modum. Dum Welfi IV. Maior quidam alter apud Imperatorem degeret, eiquè Vxor abſens abſenti filium edidiſſet, peteretq; à Cęſare facultatem abeundi domum, cauſsa nulla prolata, ſubiecit Cęſar. *Pro Guelfo, qui vobis natus eſt, repatriare feſtinatis?* Cui Welfus reſpondit. *Nomen, quod tam infantulo dediſtis, poſtea plenius dare debetis. Niſi enim Deus aliter ordinare voluerit, eum ſub hoc nomine de Lauacro Sãcto ſuſcepturus eſtis*: id qd eſt factum. Alij demùm vtrumq; verum fuiſſe conijciunt, nempè primitus enatum id Nominis primo modo; deinde, cum multo poſt tempore refutatum & obliuioni quodammodo traditum fuiſſet, ab Imperatore denuò renouatum. Et hæc Origo Nominis eius propria & germana, Scriptoribus noſtris hactenus ignorata.

Patet hinc, certis iam ex monumentis, GVELPHORVM antiquitas, quod negabat Merula: nec erit, cur quis amplius aſſerat, qd olim Gregorius X. Pontifex in Oratione, quam habuit ad Magiſtratus, & Principes Florentinos, Areuno teſte Lib. III. Florentinarum rerum, GIBELLINOS, & GVELPHOS *nomina eſſe, ne ipſis quidem, qui illa proferunt, nota*; aut Sigonium audiat, antiquiora Conradi, vel Henrici filij temporibus factionum iſtarum incunabula facientę in illis Lib. IX. de Italiæ Regno. *Conradus, Saxonię Bauariaque cauſſa, graui eſt, ac diuturno* Welfonis *bello implicitus, renouataque vetus eſt concertatio, qua* GIBELLINÆ *fuit familia cum ea, qua* WELPHORVM *eſt appellata, quarum illa quatuor continuatos Imperatores, hæc plurimos Duces tulit*. Nullis enim in Veterum monumentis legere eſt, ante Conradi & Welfonis ævũ, Factionum iſtarum nomina, & ſicubi fortè fortuna legantur, periculum id doceri.

Habuêre deinceps Factiones eędem, vt alia quæquè, decrementa quandoquè ſua, quandoquè ſua pariter incrementa. Referunt Annales priſci, non multò poſt natales illarum primos, graui inter Guelphũ Ducem, Henricumquè Gibellinum; qui Patruus ſui (melius *Patris*) Conradi III. Imperatoris copijs præerat,

erat, commisso prelio, cum superatus tandem Guelphus, in vrbem quandam suam se recepisset, in eaq; obsessus, quas hosti placuisset, deditionis conditiones accipere fuisset coactus, fœminas (quibus solis exitus concessus, permissumq; vti quantum ex rebus suis maximè sibi caris ferre possent, secum asportarent) veritas, ne in maritos suos victoris exercitus sæuiret crudelitas, sublatis in humeros maritis, charissima sui parte, in hostium conspectum (fide amoriq̃ué coniugali affectum ergà res quantumuis pretiosissimas superante) prodisse. Quam optimarum Matronarum admirabilem in viros suos pietatem exosculatus Imperator, neq; eam fraudem habens ingratam, recepto in gratiam Guelpho, reliquis omnibus ignouit. Ità vix nata, denata statim partium illarum, sibi grauiter ad inuicem infensarum, odia quieuère. Atqui GIBELLINVM nomen, Conradum, & Henricum secuti Cęsares, vsquè ad Lotharij tempora seruatère. Lotharius enim Gibellinæ familiæ hostis fuit: nomenquè, & appellatio Gentis penes eius vndecim consenuisset, nisi eam renouasset, & instaurasset in Italia Federicus Iunior, qui *Gibellinos* omnes palam coluit, quot quot à se aduersus edicta, & opes Pontificias steriissent. Hinc illa Vanderburchij in Amadeo III. Sabaudiæ Principe ad annũ MCCXLVI. GVELPHORVM, GIBELLINORVMQVE *infestè per Italiam factiones, quæ aliquamdiu tempore conquieuerant, Frederico, eius nominis Secundo, Imperatore eas denuo resuscitante, vehementer sub hęc tempora recrudescunt. Semimbusquè eius motus haud ferè vlla Ciuitas intacta fuit.* Krantzij Lib. VIII. Saxoniæ Cap. VIII. *Sed Imperator* (Federicus II.) *non quęuit, partium studia in Italiæ ciuitatibus, quam nascerentur nouella nomina factionum, quæ in hodiernum vsq; durant: quam studiosi Ecclesiæ Guelphi, Imperatori autem fauentes Gibellini vocitentur: a Germanis fratribus (vt puto) inuicta discordes, quorum Guelph Ecclesiæ, Gibel Imperatori nuncupabat.* Benedicti Iouij Lib. I. Nouocomensis Historiæ ad annum MCCXIV. *Tunc & non antea* (nempè tempore Federici II. ab Innocentio IV. Imperiali dignitate priuati) *vt diligentiores Historici tradunt, GVELPI, & GIBELLINI, noua & pestifera factionum nomina, in Italiam vulgò introducta fuit, quorum originem nominum hac tempestate Vir quidam doctissimus e Germanicis historijs eruam, a duabus antiquissimis Germanorum Principum familijs fluxisse scribit.* Et Merulæ Lib. III. Vicecomitum Antiquitatum. *A Conrado autores quidam tradunt* GIBELLINÆ *factionis orta nomina, etsi non prorsus per Italiam dispersa fuêre.* Carrio pariter Lib. V. Chronici, funestarum huiusmodi factionum noua nomina sub eodem Federico II. in Italia primùm audita commemorat, *incendio ex Hetruria in reliquam Italiam omnem celeriter dispersо, studioquè acerrimo partium aucto, & confirmato.* Sigonius idipsum docere voluit, cum Lib. XIII. de Regno Italiæ memoriæ prodidit, sub eodem Cęsare *Guelphorum, & Gibellinorum nomina ex veteri Germaniæ dissensione fuisse desumpta:* & Lib. XVII. *factiones easdem ex Germania traductas, Italiam multos post annos obtinuisse, atque ad vltimam exitium redegisse*: Tursellinus etiam, Sigonij vestigia proximè persecutus: & Cauatius, auditus antè hac ipsa in Nota, cum scripsit, *fato quodam a Federici II. temporibus in Italiam inuecta fuisse execranda nomina Welphorum, & Gibellinorum, quibus Cęsaris affecta a Pontificijs dignoscerentur.*

Mortuo FEDERICO II. (obijt is anno 1250. iam exituro) lego. *Florentia*, ex qua factiones istæ in Vrbes Italiæ reliquas emanarunt, reconciliatos Guelphos, & Gibellinos ad tempus, tùmq; Ciuitatem distributam in Classes VI. electosquè Ciues XII. quorum bini, & bini singulis Classibus prefecti, summã potestatem annuam in Rep. tenerent. At, cum Aretinus Lib. II. Florentinarum rerum, ad annum 1265. Lucam Sabellum, Bertuldum Vrsinum, Thomam Seuerinum, suo quemq; anno, ducem Guelpharum partium Florentiæ fuisse tradat, vel inde colligere possumus, eo quoquè anno inibi viguisse factiones istas, nec antè Arbiensem pugnam, vt idem verè Scriptor alibi docuit, desijsse. Nempè anno 1288. Nicolaus Pontifex Guelforum Florentinorum partes inualidas tutandas suscepit, vt asserit Paullus Æmilius Veronensis in Philippo IV. secutaq; tunc temporis fuit cędes Girardasci, Pisani ciuis, facilè Principis inter Guelfos. Et anno 1299. Vbbone Emmio teste Lib. V. Rerum Chronologicarum, Factionum eatundem furiæ fortunam propemodùm omnem Hetruriæ perdiderunt, cum non tam Guelfi in Gibellinos, quàm Albi in Nigros, plebs in nobilitatem, nobilitas in se odia exercerent, & se mutuò attererent.

Patauij quoq; videntur hęc olim nomina defecisse anno 1275. quo sancitum Calderius scribit, ne quis Guelphorum, aut Gibellinorum impunè nominari posset. Quando verò rursus in eadem Vrbe hi, vel illi pręualuerint, qualesquè ac quantæ totius Reipmutationes extiterint, vt Euripus aliquis videretur esse Patauina Ciuitas in reciprocandis motibus, & politiæ conuersionibus, haud nos ignorare patietur Noster Lib. II. Rub. II. de Gestis Italicorum post Henricum VII. Augustum.

Iurea pariter, non ignobilis Oppidi, in agro Pedemontano siti (*Iuream* appellant alij, *Eporediamq;* olim dictam asserunt) anno 1288. superfuisse pristinas quasdam veteris inter Guelphos, & Gibellinos factionis reliquias, pari viris, fœminisquè obstinatione in mutuas cędes ruentibus, Vanderburchius literatum memoriæ consignauit in Amadeo IV. Et anno 1290. *Brixia*, vt auctor est Capreolus Lib. VII. Historiæ patriæ, pace cum finitimis vallata, intestinum bellum Ciuitati exortum est, & suggestione plebeiorum, ac popularium quorundam factiones inibi excitatæ: quinque Ferriolorum, quæ tunc cęteris pręualuit, Gibellinorum, Bardellorum, Griffonum, & Guelphorum, ex qua primam ipsam Ferriolorum exceptam ferunt.

Secuta sunt Henrici VII. tempora, de quibus hoc loco Noster, adeòquè latè tota tunc Italia grassatum fuisse fertur hoc malum, vt, illo obsidente Florentiam, Guelphorum in ea centum millia fuerint, (si Mutio fides,) qui quotidianis eruptionibus castra Cęsaris impugnarent. Ludouico Bauaro imperante, latius hæc habes, serpsit, irrepsitquè, testimonio Nostri in eo, penè per vniuersum Orbem, secta in duas partes Christianitate nostra, vt paucos inuenire contingens esset, quos vna ex duabus optio non inquinasset, aut illa, quam aiunt Giboléga, vel Guelfa. Propter hęc Genebrardus verè prodidit anno 1315. pugnasse grauiter in Italia Guelfos, & Gibellinos simul. Tunc enim Rex Apuliæ Robertus, qui multa contrà Imperium, & Gibellinos egerat diu, Dux Guelforum, & eorundem impulsor ad facinora quæquè, & rebelliones omnes, non cessabat patrocinari Pontifici. *Haud enim dormitans, (vt habet Mutius) latentes per Italiam, quiescentes, & semimortuos ad spem, & fiduciam magno studio reuocabat Guelphos; factumque est breui, vt reuixisse quodammodo lacrentur.* Cadunt ob id apertè in hęc ipsa tempora Nauclerii illa Gen. XLV. Vol. II. ad annum 1320. *Admonuit se quoque his certaminibus Ioannes Papa XXII. qui, cum Regi Roberto suisquè faueret, Imperatorem contra fautores Imperij renouauit. Factionem est etiam matra Guelfa* GIBELLINORVM *in Lombardia. Exulesque eorum liga erant a Iuuua Orientes, & Spinole, fautores Gibellina, cum suis sequacibus morabantur in littore Ianuę in possessionibus suis. Præsuit eodem tempore Mapheus Vicecomes Mediolanensibus, cum quo, & filijs eius, & cum tota liga Lombardiæ partis Imperialis, & Gibellinę tractabant hi exules. Erat tunc Canis Scaliger, cognomento*

mento Magnus, Verona sibi dominium vindicans, Capitaneus: eadem modo Castrutius Vir strenuus Lucensibus dominans de parte Gibellina. Necillaminus Cap. XVI. Chronicę Aulę Regię ad an. 1325. *Istis temporibus in Italia, & Lombardia partibus homines Ecclesia, & homines Imperij, videlicet Guelfi & Gibellini, odium antiquum plus solito innouant, & contrà se acerrimè pugnant. Tantus sanguis inter eos modo frequenter effunditur, quod pia mens hæc audiens merito conturbatur. Quidam de Verona ciuis, qui dicitur Canis, audaciam, & caput*

Dat Gibilinis, hoc dicitur à peregrinis:
Hoc ipsum referunt, qui prolucro fora quærunt.
Perdit Papalis pars, prævalet Imperialis.
Cum plerisquè malis durat contentio talis.
Tantum durauit, quod plurima millia strauit,
Sedis in armatis, hoc ab Imperij galeatis.
Vt gladij gemini pugnant Guelfi, Gibilini;
Contrà se turbæ campo pugnant, & in Vrbe.

Et mox.

Roma sub his morbis infirmatur, caput orbis
Intus bella verit, nec eam velut anteà quarit
Tantum plebs Christi, quia Præsul defuit isti.
Tempora per multa, &c.

Et ne multis ego? Anno quoq; 1353. reformato Florentiæ statu, exclusis Nobilibus, Iustitiæ Vexillifero restituto, populum in partes tres diuisum, factiones nouas ALBIZIORVM, & RICCIORVM exortas, rursumq; GIBELLINOS cum GVELPHIS commissos ait Emmius in aliàs laudato libro. Et anno 1500. Luganenses sub GIBELLINORVM, Sonnicenses sub GVELPHORVM nominibus, seditionibus agitari cœpere, quas ne sub Sfortiadum quidem imperio dimiserunt. Imò anno 1501. cum Helueti Luganum adhuc tenerent, iam diu obliterata nomina GVELPHORVM, & GIBELLINORVM sub Gallico, & Imperiali titulo renouata sunt, Benedicto Ionio teste Lib. I. Historiæ patriæ, luci nunc publicæ redonatæ. Et vtinam saltem his nostris temporibus penitus extincta forent hæc semina discordiarum, cædium, rapinarū? Res enim adhuc eadem alicubi occultè viget, etsi rarò nomina eadem vsurpentur. Et hæc mihi de GVELPHORVM, & GIBELLINORVM *Origine, & Antiquitate* memorata pluribus, tùm, vt aliorum Scriptorum labes eluerem, tùm, vt nostram de vtraquè sententiam roborarem firmius, requè omni, ab alijs minus accuratè tradita, ritè & ordine (absit verbo iactantia) pertractata, docerem iuxtà Mussati scripta, quod est Interpretis, verè sub initia Imperij Henrici VII. partium huiusce modi Schismatibus diuulsas, & discerptas inter se fuisse plurimas Italiæ Ciuitates.

SVB ECCLESIÆ, &c.] Non solùm *Nominibus*; sed & *Studijs* discernebantur inter se GIBELLINI, & GVELPHI. Nimirùm illi, vt ait hoc loco Noster, sub Imperij; isti sub Ecclesiæ clypeo militabant, qd adeò clarum, ac certum, vt vel à prima sui origine vtrosquè nota ista præcipuè separarit. Mussatus iterū Lib. VII. Rub. VI. *Cæsaris quidem partes agebant Taurinum, &c. at contrà in fidem partis Gelfæ, quam S. Ecclesia nuncupabant, Alba, &c.* Et in Ludouico Bauaro pag. 5. *Hoc in errore, & contentione ferè omnes, qui Gelforum nomen, animumq; seruabant, Ludouicum hūc de re stabant, & actus Ioannis Papæ laude commendabant. Gibolengi verò & sermone, & quo poterant etiam opere inuitebantur è contrà.* Chronica Aulæ Regiæ Cap. XVI. *Istis temporibus in Italia, & Lombardia partibus homines Ecclesiæ, & homines Imperij, videlicet Guelfi & Gibellini, odium antiquum plus solito innouāt, & contrà se acerrimè pugnant.* Nauclerus Vol. II. Gen. XLII. *Et diuisæ sunt factiones etiam nominibus. Nam, qui Pontifici & Ecclesiæ fauebant, Guelfi dicti sunt, qui Cæsaris arma sequebantur, Gibelini.* Et XLV. *Præfuit eodem tempore Maphæus Vicecomes Mediolanensibus, cum quo, & filijs eius, & totaliga Lombardiæ partis Imperialis, & Gibellinæ, tractabant hi exules.* Langius in

A] Citizenſi. *Ob dissidium inter Papam, & Imperatorem, orta & inuenta sunt illa teterrima, & factiosa Guelforum, & Gibellinorum vocabula, ad differentiam partialitatis, vt videlicet adherentes Pontifici, Guelphi; Imperio autem, siue Cæsari fauentes, dicerentur Gibellini.* Helias Capreolus Lib. VI. *Paullo post Honorio III. & Gregorio IX. illius successore Pontificibus, Federicoquè eius nominis Secundo Imperatore, Ecclesiæ aduersario, duæ sæuissimæ factiones in Vrbe, & alibi sunt exortæ. Earum altera, Guelforum nuncupata, rei Ecclesiæ; altera, scilicet, quæ Gibellinorum est appellata, Imperatori pemtus fauebat.* Blondus Lib. VII. Dec. II. Histor. ab inclinatione Romanorum. *Factum est stupenda celeritate, vt studia partium, factionesquè, & populorum sectiones per omnem Hetruriam penè dinoscerentur. Ciui infectioni, à Federico vt diximus disseminatæ, nomina quoq; aut ipsæ, aut ex finis Germanis aliquando dedere. Verbo enim, quod certè Germanicum est, studiosos Ecclesiæ*
C *Guelfos, & Imperatoriæ factionis Gibellinos placuit appellari.* Et Lib. VIII. Dec. II. *Exinde Brixiani Guelfos Ecclesiæ studentes Gibellini, partim cæde confectos, partim eiectos in maximam calamitatem, miseramque coniecerunt.* Platina in Gregorio IX. *Imperator, cum non satis sibi constaret, qui partes suas, quinè Pontificis sequerentur, Ciuitates Italiæ in duas factiones tum primum diuisit. Nam qui Pontifici fauebant, Guelfi; qui verò Imperatori, Ghibellini appellati sunt.* Paulus Æmilius,
D Veronensis Historicus, in Ludouico IX. *Guelfos in Gibellinos, vt nefarios, & sceleratos arma veluti sacre gerere. Gibellinos iura sacri Imperij, Augustamq; maiestatem tutari se gloriantes.* Georgius Merula Lib. VI. Vicecomitum Antiquitatum. *Ea factio, quæ præsidio Pontificis incolumitatem, & salutem suam tuebatur, Guelfa appellata fuit; qui verò opinione, & potentia Cæsarum emnere, & regnare studebant, hi Gibellini se appellare voluerunt?* Mutius Lib. XX. Chron. Germa-
E norum. *Tum apud Pisas nomina factionibus imposita. Pontificios Guelfos, Cæsarianos Gibellinos.* Albertus Krantzius Lib. VIII. Saxoniæ Cap. VIII. *Studiosi Ecclesiæ Guelphi: Imperatori autem fauentes Gibellini vocitantur.* Leonardus Aretinus Lib. VI. Florent. rerū. *In Aretinis, quemadmodum & in alijs Hetruriæ Ciuitatibus, factiones erant duæ. Earum, quæ aduersatrix Imperij, Ecclesiaquè fautrix, quos Guelfos dicimus, fuit maior, &c.* Sigonius Lib. XVII. de Regno Italiæ. *Hoc*
F *tempore Italia apertè in duas partes distracta, alij Imperij, alij: Ecclesiæ auctoritatem sequentibus, Guelfi hi, Gibellini illi vulgò vocati.* Iac. Cauarius Lib. II. Historiarum Cœnobij D. Iustinæ Pat. *Tunc etiam fuo quodam in Italiam inuecta sunt execranda nomina Welphorum, & Ghibellinorum, quibus Cæsaris affectæ à Pontificijs dignoscerentur.* Carrio ad annum 1238. *Diuisæ sunt Vrbes studijs, vt dixi, alijs Gibellinorum nomine, a stirpis Sueuicæ origine, Imperatorem Dominum iactantibus; alijs contrariam Pontificum factionem Guelphorum titulo profitentibus.* Posseuinus Iunior in Gonzagis Lib. II. *Cum ministros præliorum, quiquè partes inuentate, & pecunia foueret, inquirit* (loquitur is ibi Scriptor de Federico) *magna illa, & toti Italiæ minata pestis, oria est, Guelforum & Gibellinorum, his Cæsarem, illis Pontificem sectantibus.* Mitto Turſellinum in Ænobarbo, & alios alibi rem eandem pari ferè stylo testantibus
H luculentè.

Dicti verò fautores Ecclesiæ, GVELFI: Imperij, GIBELLINI, si Iacobum Philippum sequimur in Suppl. Chron. à duobus fratribus Alemanis, quorum vnus, GVELFVS nomine, præerat factioni Pontificis Gregorij IX. alter, GIBEL dictus, factioni Federici II. Si Corium, *Gibellini* Cæsarum studiosi, accepere nomenclaturam suam ab vno Cæsareo Duce appellato GENEBLICH: amantes Ecclesiæ GVELFI,
I ab alio nominis eius Duce, vices Ecclesiæ gerente. Si Platinam, à duobus Ducibus Alemanis, quorū vnus GVELPH, aderat factioni *Cancellariorum* Pistoriensium, qui res Ecclesiæ tuebantur; alter verò GIBEL-

factiori alteri *Pauſaticorum*, qui partes Imperij ſe-
ctabantur. Si Propagatores eius ſententiæ, qui pri-
mùm exorta contendunt hæc nomina ſub Federicis
duobus, Primo ſcilicet, & Secundo, fautoribus Cæſa-
rum GIBELLINORVM titulum peperêre Federici ipſi
eius nominis, Federicorum hoſtis: ſiuè res ipſa ex
Bartholo, quòd GVELF hebraicè *fidei amatorem*, & *as*
loquens ſonet. Si denique Veritatem, & eos, qui no-
biſcum nominum iſtorum originem vel ab ipſis Cõ-
radi III. & Henrici eius filij temporibus repetendam
cenſent, GIBELLINI ab laudatis Cæſaribus indige-
tati ſunt, quòd ambo hi Cæſares nati, & ablactati
traditantur in *Gibellino* vico, ideòq; auxiliares eorum
copiæ vti ſolerent in bello hoc Symbolo, *Hic* GIBE-
LINI; GVELFI verò à Guelfone Bauariæ Duce,
qui contrà prædictos Cæſares Italica Romani Pontifi-
cis auxilia duxit, cuius ergò Socij eiuſdem in acie
hanc quaſi teſſeram adhiberent, *Hic* GVELFI. Neq;
enim nobis hic hærendum cenſeo Poggio, qui *Gibel-
linum* nomen deduxit à Vico, iuxtà quem Guelfus Ba-
uariæ Dux pugnam iniit cum Ilentico.

Indicabant porrò tùm hi, tùm illi diuerſa ſua ſtu-
dia partium non obſcurè diuerſitate ſignorum, ità vt
falli nec non daretur. Nam & inſignia bellica gere-
bant aduerſa, & colores, veſtæ ſtructus, habitus cor-
porum, ipſe hominum inceſſus, digitorum concrepi-
tus, & oris hiatus ſuam habuere partium ſignifica-
tionem. His exprimebatur palàm voluntas, & pro-
feſſio ſingulorum; his in ſeriis ac ludis, profanis ac
ſacris, domeſticis & externis diſtinguebantur. Bri-
xiana plebs, ſicut & Bergomenſis, alliũ quo ſcinderet
modo, exiſtimabat plurimùm intereſſe; auditumq;
aliquando eſt, in Bergomatum montibus extitiſſe,
qui aduenas ex Calabris, Apuliſtè, aut Hetruſcis
viatores hoſpitio recepiſſent, allium (quod ſuo ipſius
hoſpitis iudicio in nucleos natura diſtinctos diuidi
oportuit) gladio ſcindentes, tanquàm diuerſarum
partium, interfecerint. Habemus & in Veterum
monumentis diuerſas alias factionis vtriuſq; notas.
Quippe *Gibellina* factio, vt ex illis conſtat, colores
amabat varios, coſquè lætæ parti accommodat; cui
plumas etiam ipſas aſſigit: attollit eadem indicem,
cum irrat, cundemq; ſuperimpenit rebus omnibus,
quos attingit, pomaq; ferdens, extenſa ſcindit: ad
hæc vaſa, quibus vtitur, lenta omnino ſunt, cælata
nullatenus; tota denique candida, nonnulli è colo-
ribus ad varietates dilectum. Ea contrà *Guelfa* plumis
& cæteris ſuis decoram partem exornat, fidem
ſuam cùm obligat, pollicem erigit, & alias ſuprà res
omnes apponit. Scindit eadem poma tranſuerſa,
eademque purpuream, animaliaque nitidi coloris
experta, & arte laborata vaſa. Clemens IV. Rom.
Pontifex, Florentinis exulibus Guelphis, quod vnà
cum Carolo, Ludouici Francorum Regis fratre, ad-
uerſus Manfredum Siciliæ tyrannum ſtrenuè dimi-
caſſent, inſigne ſuæ Gentis proprium perpetuò fe-
rendum indulſit, quod erat imago Aquilæ prementis
cæruleum Draconem vnguibus, cuius vestigi Guel-
phi deinceps ipſi purpureum Lilium adiecêre.

GIBELLENGORVM] Haud mirum eſt, dici *Gibelen-
gos* Noſtro, quos alij *Gibelinos*, ſiuè *Gibellinos*; *Gibelli-
nos* etiam ſiuè *Guibelinos* dicere maluerunt. Fuit enim
eorum è numero Noſter, qui cenſebant, natum id no-
minis à Federico II. quem veteres quidam Annales,
Benedicto Ionio Nouocomenſi viti, *de Gibellengo*;
Otho Friſingentis Epiſcopus, & alij, *de Guelbelinga
domo* fuiſſe teſtantur, quibus è vocibus facili negò-
tio potuit quo illo Noſtri, ſemilacino & barbaro,
corruptum *Gibelengi* pro legitimo *Gibellengi*, ſiue
Guelbelingi, vocabulum emanaſſe. Putaſſe verò No-
ſtrum, enata hæc nomina imperante Federico II. ne-
minem dubitare ſinunt illa, quæ hac de re literis con-
ſignata reliquit in Ludouico Bauaro pag. 5. *Hæc à*
tempore Federici II. *vocabula duo* (Gibolengæ, & Gel-
fa) *inſeparabilia germina, ſcil. parum poſtſe. a-
ſciſmatis, pullularunt, atque inualuerunt, quæ ſemper te-
nuêre Italiam inquietam.*

CLYPEIS] *Tutela*, translatione nota.

NOMINA] Propriè. Nam & Hiſtorici cæteri ſic loquuti, &, quonodocũq; ea ſe ſe res habuerit, omnis factionum, & ſchiſmatum illorum cauſſa ſolis ineſſe nominibus videbatur. Hinc illa *fœtoſa* dicta, *calamitoſa, pernitioſa, peſtifera, terra, fœda, noxia, funeſta, plena funerum, execranda, diabolica, infauſta*, & alijs talibus epitheris inſignita, quæ horret animus meminiſſe, refugitque ad eorum commemorationem ſolam.

LONGOBARDORVM] Ea nempe labes, tabeſque tunc temporis in Lombardia maximè graſſabatur.

TYRANNIDES] *Tyrannidem* legere eſt in quibuſdam alijs Codd. MS. Sed habes eandem vocem ela-
tam numero plurium Rub. vltima Lib. II. vbi loci cum tyrannos appellat Gibellinos, Lombardiæ do-
minos, clarè firmat & illuſtrat hanc partem. Inquit igitur. *Cremonenſes, hunc non Regem, ſed Tyrannum
diuulgabant, cum tam tyrannides in vrbibus exercendas
decreuerit, antiquatos Tyrannos tandis Imperialibus ap-
probans, &c.* Verum enim verò egregiè præ cæteris ſcripſit ad mentem, lucem, & fidem Noſtri Carrio in ipſomet Henrico VII. tenuntiato Romanorum Rege. *Italiæ cædibus, ac direptionibus exhauſtæ, redactaque ſub Tyrannos nam ſeruitutem pro libertate, quam
intempeſtiuè affectarat, ſeruiebat diram ac triſtem.* Et
mox. *Plerœque Hetruſcæ, & Longobardicæ vrbes, aut
laborabant ſeditionibus immanſſimis, aut crebrò mutare
Dominos, nunc hos nunc illos ſequebantur exules; aut
iam oppreſſæ parebant certis Tyrannis. Mediolani, &c.
tyrannidem exercebant Guelphi, Gibellini nomen ho-
ſtes: Veronam, &c. tenebant Gibellini.*

EXILIIS] Inter cætera damna, quæ plurima ſecum hæc ſchiſmata partium attulêre, locum *Cædi* proxi-
mum *Exilium* habuit. Vnde mox antè clarius No-
ſter. *Conſtiterat*, inquit, *plurimas Italiæ Ciuitates per
Optimatum factiones arcu ſem exitia ciues partium ſuſ-
tinuiſſe, &c.* Capreolus idem damna mactigit, cum
ſcripſit Lib. VII. Hiſt. patriæ. *Inualeſcentibus factio-
nibus ipſis, modò vrbe ciues depelli, plures capi, & vt ob-
tinere ſides cogerentur demeri.* Præſtitit idipſum Enimius in
Florentinorum temporibus. *Guelphi cum Gibellinis.
Nigri cum Albis contenderunt, contentioneſque ciuiles
non ſemel ſunt pugnatæ, & cædes, adeò, vt bella ciuilia ex-
arſerint, & factiones ſe mutuo ex Vrbe expulerint.* Et
alibi, & *factiones ſe mutuo ex Vrbe expulerunt.* Et
alij, inter quos Merula Lib. V. Vicet. Antiqq. *Quo
Furore Volaterani, Adimarienſes, Arretini, & Lucenſes
acti, qui contrarium ſenſiſſent, eos patria eiecêre.* Paullò
poſt. *Regis præſidio nixi Gibellini in nomen Guelphum
debachabantur, nullius damni, & exilij modus.* Et in-
frà de Albis & Nigris. Piſtorij recens ortus. *Diſſi-
dium de Albis & Nigris. Piſtorij recens ortus. Diſſi-
dium ciuile populos, contagione infectos, bellarium & ipſe
ciuile populos, contagione infectos, bellarium & ipſe
ſimulatur; ita funeſta orta diſſenſio, crudeleq; certamen
ſimulatur; ita funeſta orta diſſenſio, crudeleq; certamen
inter ciues ſectatur, domo & patria pelluntur Albi, quo
inter ciues ſectatur, domo & patria pelluntur Albi, quo
rum etiam bona publicata fuêre. Nonnulli exules, parti-
rum etiam bona publicata fuêre. Nonnulli exules, parti-
profugo Gibellino adhærere; alij propinquas vrbes, ve-
profugo Gibellino adhærere; alij propinquas vrbes, ve-
cinaque oppida demigrantes, quærendæ dominationi red-
cinaque oppida demigrantes, quærendæ dominationi red-
undæque vrbi occupatæ, factionis atque ciuilis ambitio-
undæque vrbi occupatæ, factionis atque ciuilis ambitio-
nis obliti quieuere.* Et mox. *Carolus Romam petens,
nis obliti quieuere.* Et mox. *Carolus Romam petens,
Florentiam fortè diuerterat, & dum furorem domeſti-
Florentiam fortè diuerterat, & dum furorem domeſti-
cum ſedare tentat, Nigros ſecutus, vt pars altera parta
cum ſedare tentat, Nigros ſecutus, vt pars altera parta
eiceretur, auctor fuit.* Et poſt verborum aliquod in-
eiceretur, auctor fuit. Et poſt verborum aliquod in-
terualium, de Maſſino Scaligero loquens. *Guelfos
terualium, de Maſſino Scaligero loquens. Guelfos
infeſtus, non prius ab exilio, cæde, rapinis, & deſtitit,
infeſtus, non prius ab exilio, cæde, rapinis, & deſtitit,
quam eos fere omnes ſuſtulit.* Et de Cremonenſibus.
quam eos fere omnes ſuſtulit. Et de Cremonenſibus.
*Cremonam hic morbus atrociter inualeſcens fuêre in-
Cremonam hic morbus atrociter inualeſcens fuêre in-
teſtina vulnera, increbuitque profugorum multitudo.* Hinc
teſtina vulnera, increbuitque profugorum multitudo. Hinc
crebra *Exulum* mentio in alijs eius ætatis Scriptoribus,
crebra *Exulum* mentio in alijs eius ætatis Scriptoribus,
quo viguêre factiones iſtæ. Iamq; ſuprà audiuimus
quo viguêre factiones iſtæ. Iamq; ſuprà audiuimus
ex Blondo Lib. VIII. Dec. II. initio, *Gibellinos Brixien-
ex Blondo Lib. VIII. Dec. II. initio, Gibellinos Brixien-
ſes, Guelphos parum æquè confeciſſe, partim cæſos, ma-*
ſes, Guelphos parum æquè confeciſſe, partim cæſos, ma-

Digitized by Google

maximam calamitatem, miseriamque coniecisse: & olim Aretio genus Licinium prepotens armis populorum, ab eo dissidentium, electum, vt inquit Liuius, *ad cuius facinoris imitationem post mille & quingentos annos Cancellarij Guelphi, Pazzutinos Gibellinos Pistorio coegerint emigrare.*

INVIDIA] *Odio*, vt in his Quintiliani. *Ne ei tot scelerum commemoratione concitarem inuidiam.* Terentij. *Sine inuidia laudes inuenias, & amicos pares.* Plinij. *Ego & modestius, & constantius arbitratus immanissimum reum non communi temporum inuidia, quam inertię & nequitiæ pertimescenda.* Et Tullij. *Senatus religionis calumniam, non religione; sed malevolentia, & illius regia largitionis inuidia comprobat*, cuius tamen interpretationem vocis in Tullio Manutius non adtis, & mittit.

PACIS INGENTI SVASIONE] Quam idcircò voluit Italis omnibus, antequàm Italiam ipsam ingrederetur, per Oratores suos regios nuntiari. Consulantur ea de re Notę Rubricæ proximè consequentis, & Rubrica ipsa.

NOVI] *Italis, & Lombardis*, quippe qui trium superiorum Cęsarum, Rodulphi, Adulphi, & Alberti, aspectu penè totos annos sexaginta caruerant.

REGIÆ VIRTVTIS] *Magnanimitas* ea Virtus est, quam hic Regiam vocat, vt quæ Leoni regnum quoquè detulerit inter feras omnes. Vnde Ouidius. *Corpora MAGNANIMO satis est prostrasse LEONI.* Sed nos vbertim Virtutem istam extulimus in HENRICO nostro suprà pag. 82. Non igitur actum iterùm hic agendum.

CIRCVMSPECTA] Latet hic etiam HENRICI VII. *Prudentia*, breui vocis istius ambitu comprehensa. Patet eadem latius in Notis nostris ad illa Rubricę proximè laudatę: *Vt circà incumbentia, &c.* pag. 80. quibus nil idcirco addo.

TVSCORVM QVIDAM OPTIMATES EX GIBOLENGIS] Obruit horum OPTIMATVM nomina, quæ nulli *Vetustas* parcit: at illos in Henrici VII. fide stabiles permansisse; quin & eidem auctores fuisse, vt Florentiam imperio suo subigeret, latere nos minimè voluit Notter in illis Rub. VIII. Lib. VIII. *Nec deerant huiusmodi aggrediendę vicissitudinis promotores. Erant Gibolengæ partis vetustissimi, Imperium ex signum cœleste colentes, &c.* Vtrobiquè scilicet Nostro de Optimatibus ijsdem Tusciæ Gibellinis sermo. Meminit etiam Aretinus Lib. IV. Florentinarum rerum Tuscorũ accessus ad Henricũ VII. vltrà montes, idemq;, suppressis nominibus singulorum, vna omnes Florentinorum exulum appellatione designat. *Henrici fama per id tempus in dies magis crescebat, variquè rumores afferebantur. Et iam ex Germania in Galliam transisse asseuerabant, circaquè Rhodanum, Lemanumquè lacum audiendis Ciuitatum Legationibus, comparandisque copijs, quas traduceret, immorari. Legati veri frequentes ab Italia ad illum concurrebant. Exules Florentini, quoscumq; non impediebat egestas, ad eum confluere dicebantur.*

EX DIVISIS GVELPHIS QVI ALBORVM, &c.] Habes ex his breuiter ALBORVM originem, quam Rub. VIII. Lib. VIII. pluribus sic expressit. *Erant ALBI genus hominum superstitionis noue, qui nati ex GELFIS, eiusdemque factionis, ex cuilibus dissidijs à suorum communione discesserant, vnitique Gibolengis ad omnia Gelforum irritamenta, pernitiesque. Et horum magna pars exilijs afficiebatur. Nactiq; hi ALBORVM agnomina à primis Pistorienſibus, Gelfos NIGROS vocitantibus; quæ dispersa per Italas gentes adoleuere vocabula.* Verè siquidem, vt olim Pistorij initium habuêre Gibellini & Guelphi; sic in eadem Vrbe, quæ tunc, quantum vel alia Hetruscorum Ciuitas, florebat, emersit hæc alia pestis è stygijs penè paludibus excitata. Enimuero parum malorum inesse videbatur in Gibellinorum, Guelphorumquè partibus, nominibusquè, nisi Guelphi bifariàm diuisi, ac in contraria studia abeuntes, intestinis odijs, armisquè inter se contenderent, alijq; dicerentur ALBI, alij NIGRI, ab vna & eadem radice nati, quod isto planè pacto contigisse ferunt. Erat tunc Pistorij genus hominum admodùm florens, nec diuitijs modo; verùm etiam potentia, & auctoritate conspicuum; haud longo tamen, fumosoq; Maiorum stemmate nobile; sed felicitate opulentissimi Mercatoris antè paucos tantum annos enatum, vulgò CANCELLARIOS appellabant ab ipsomet vltimo Generis autore. Adeò verò creuerat illa Gens clientelis, & numero, vt cętum & amplius sibi potentissimos homines numeraret. Abiêre mox illi, natis inter se discordijs, in diuersum; iamq; inimicitiæ graues & rixæ ad plagas vsquè, & vulnera manus impulerant, pollutiq; sanguine proximorum Patriam omnem turbinibus inuoluerant, diuiserantquè in factiones nouas, Clientibus & Pistoriensi populo in fauorem, vt erat affecto, concurrentibus vndequaquè: placuitq;; vnam illarum partem ALBOS, NIGROS alteram appellare. Ob has Sectas extremum penè discrimen imminebat Vrbi, cum eius cura susceptа Florentini, quo id malum latè iam erumpens, si qua posset ope comprimeretur, capita factionum amouenda, quoad refrigesceret impetus, factu optimum iudicarunt. Ità dedita opera partes ambę Florentiam deductæ sunt. Verùm enim verò ea res non tam Pistorium purgauit, quàm Florętiam ipsam infecit. Simul ac enim eam in Vrbem locupletissimi homines admissi; multisquè ac magnis affinitatibus in illa subnixi, à propinquis hospitio variè susceptі, ac mox fauore subleuati sunt, eiusdem incendij faces in hospites iniecerunt. Et ea quidem labes in Nobilitatem primùm irrepsit, alio alijs fauente; nec vlla fuit domus paullò insignior, quæ non illic etiam bifariàm scinderetur. Inde, quoniam huiusmodi controuersię in Rep. tractandę sæpius erant, in Populares quoquè, veluti tabes aliqua, diffusa, eò validiùs exarsit, quò ampliorem Florentiæ, quàm Pistorij, materiam fuerat consecuta. Quamobrem ea quoquè Ciuitas tota diuisa est, diuisæ domus, diuisæ familiæ: fratres quoquè reperti sunt, quorum alius alia sentiret. Ità se Florentini, dum alieno morbo facere medicinam student, protinus infecêre, statimquè factio GVELPHORVM apùd illos vetus anceps dissoluitur, duæquè aliæ ex vna, ALBORVM scilicet & NIGRORVM, ibidem emergunt. Feruebant inibi pridem contentiones quædam inter CIRCVLOS, & DONATOS ex vicinitate, qua se penè intrà Vrbem, extràquè in prędijs contingebant, exortæ. Ad eas potissimùm incendendas incubuit discordiarum flamma Pistorio allatarum. NIGRA quippe Pistoriensium pars, plurimùm apud DONATOS diuersata, cum immodico familiæ eius fauore, vt propinqua, & hospitio susceptra iuuaretur, ALBIS quicunquè fauebant ad CIRCVLOS, iam pridem Donatorum aduersarios, accessêre. Ità his, aut illis omnes cohęserunt, veritiquè Duces GVELPHARVM partium, ne ab hanc diuisionem, inter suos homines coortam, GIBELLINORVM factio in Ciuitate resurgeret, coacti sunt per Oratores Bonifacium Pont. rogitare, vt ad se purpuratum Legatum, pacis inter eos domesticæ componendę gratia, mitteret: missusq; est Nicolaus, Cardinalis Episcopus Ostiensis, qui serpenti malo occurreret. At is etiam infecta re, à Circulis spretus, vrbe sacris interdicta, discessit. Ità Villanus Lib. IX. Cap. XXXVII. & sequentibus, & ex eo Iacobus Philippus in Suppl. Chron. ad annum CIↃ CCC XIII. Blondus Lib. IX. Dec. II. Aretinus, & Ammiratus Lib. IV. Florentinarum rerum. Bzouius Tom. XIV. Annal. Eccles. ad an. CIↃ CCC. Num. XIX. Col. II. & alij Recentiores omnes, rem eandem literis persecuti.

E quibus apparet liquidò eorum lapsus; qui ALBOS, & NIGROS ex vtraquè factione, *Gibellina* scilicet, & *Guelpha* manasse tradunt, quorum in nume-

ro Platina, qui in Bonifacio VIII. *Legatum*, inquit, *in Etruriam misit, qui nouas seditiones compesceret, nam in Gibellinis, & Guelphis ad* ALBOS, & NIGROS *transierant*. Bzouius, qui loco laudato nuper in hæc verba scripsit. *Hoc malum, licentiosè Florentiæ serpens, ità omnibus animos subitò infecit, vt maxima ex parte, Gibellinorum, & Guelphorum pestifera vocabula, obrepentibus nouis* ALBORVM, NIGRORVMQVE *nominibus abusi, declinarint*. Et Tursellinus, qui diserte Lib. IX. Epit. Histor. ad an. CIↃ CCC. *Nouæ factiones Alborum, Nigrorumq; Pistorij exortæ sunt, ac tota pènè Italia propagatæ. Pro Gibellinis* ALBI, *pro Guelphis* NIGRI *appellati*. Nati quippe vtriquè ex solis Guelphis; sed inter se diuisis, vt habet hoc loco Nostet, & Iacobus Philippus in Suppl. Chron. ad an. CIↃ CCC XIII. *Pistorij factiones* ALBORVM, & NIGRORVM, *sicut à principio Guelphorum, & Gibellinorum partes, initium sumpsere, eò quòd in ipso Cancellarij, gens ditissima, multiplicata in duas partes se diuiserit, & altera earum pars* ALBI *vocati sunt, altera* NIGRI. Quibus suffragatur Blondus, cuius illa sunt. *Florentia, Gibellinis exterminatis, nouam inuenit labem, qua Guelfi bifariam sunt diuisi.*

Fuit demùm annus, quo nati hoc pacto ALBI, & NIGRI, milleſimus trecenteſimus ex Villano, & Sectatoribus eiusdem multis: ex Ptolemæo verò Lucensi Episcopo, milleſimus ducenteſimus octuageſimus nonus. Florebant enim, & furebant eo iam anno ambæ illæ pestes, vt hæc illius indicant ad annum illum. *Isto eodem anno (*M CC LXXXIX.*) D. Albertinus Vergelensis de Pistorio occiditur à parte D. Simonis de Pantano, quæ* NIGRA *vocabatur, alia verò* ALBA; *vnde facta est in Luca, & Florentia*. Imò & antè aliquod temporis spatium, ex eiusdem Ptolemæi mente, qui propterea non multò post scripsit. *Prius verò ad aliquod tẽpus occisus est D. Dettus de parte* NIGRA, *& de eadem domo. Postea D. Bertacca de parte* ALBA; *& sic per eos tota Thuscia ponitur in scissura*: quãquàm in Lucensium Actis nati prodantur an. CIↃ CCXCV. vt idem ad annum illum Scriptor expressit his verbis, quæ libuit hic afferre, possent vt cum alijs conferri commodius, & expendi. *Item in gestis Lucensium inueni, hic incœpisse feruentem discordiam Cancellariorum de Pistorio, vt nominarentur* ALBI, & NIGRI, *quod nomen fermentauit Florentiæ, & Lucæ*. Quippe controuersiam istam libens ego lubensquè permitto diiudicandam alijs non granatè.

ALBORVM, Ex dictis facilè est docere, ALBOS istos, qui properanti in Italiam Henrico VII. vltrà montes obuiàm processêre, non alios, quàm ex CIRCVLIS aliquos extitisse: aut certè ex ijs, qui se aduersus *Donatos* cum CIRCVLIS copularant. Siquidem hi primi Florentiæ tum temporis ALBORVM sibi nomen induerant; & studiosiores pacis, quàm *Nigri*, (vt Aretinus inquit) eius assequendæ spem in solo aduentu Cæsaris collocarant; inuisi deniquè Rom. Pontifici, ob spretum Legatum eius, ad quem alium confugerent, non habebant.

INTOLERANTIA] Caussa ista potissima, quam in alijs frustrà requiras, cur deficerunt à Guelphis, procul abdicato veteri nomine, non transierint ad Gibellinorum castra, *Albiq;* dici maluerint, quàm *Gibellini*. Cæterùm *Albi* semper Gibellinis nexi. Itaquè apud Nostrum infrà Lib. VIII. Rub. II. fauent Henrico Romę ex Tuscis, Albis & Gibolengis, mille trecenti. Libro eodem Rub. VIII. vniuntur Gibolengis Albi ad omnia Gelforum irritamenta, & damna. Lib. XVI. Rub. II. adsunt Albi vnà cum Gibolengis Cęsari vsquè ad defectionem numorum. Libro I. de Gestis Italicorum post Henricum VII. Rub. I. qui Cæsarem eundem sequuti fuerant, Gibolengi, & Albi, ad suas amicasquè terras confugiunt: & Lib. V. Rub. IX. Vgutio Fagiolanus contrà Philippum Taranti Principem habuisse dicitur ex Italicis exulibus Gibolengis, seù Albis DC. Nexuit & vtrosq; simul Blondus, cum inquit. *Defensabatur* (Pistorium) *ab exterribus, non magis Florentinis, quam ceterarum Etruriæ Vrbium Albis, & Gibellinis*. Et Merula de Albis exulibus loquens. *Noui exules partim profugo Gibellino adhęsêre, partim, &c.* Hinc *Albi* à Platina in Bonifacio VIII. *Gibellini* dicti, quòd animaduersione dignum, *Carolus Valesius eò Pontificis mandato profectus, continere Florentinos non potuit, quo minus Albos non sine magna cede ab Vrbe sua pellerent. Albi enim Gibellini tunc appellati sunt*. Portò sic interpungendus totus hic Mussati locus. *Qui Albiorum, inuiderantia Gibolengi nominis, sibi prænomen elegerant, &c.*

COMPLICES] Occurret pari sêsu vox ista in Mussato crebrò. Non idem nunc illius vsus, quippe nec eadem hodiè est ætas, nec hominum idem gustus, & stylus.

MONTES] Nequaquàm hic approbo *in dies* pro *montes* ex Codice Vicetino.

TRANSILVERE] *Transiliêre* MS. quidam, quod admitto: nec repeto, quod ex Argentinensi documus in Conuentu ab Henrico VII. celebrato Spiræ post Coronationem primam, ad eum Conuentum, eius e Scriptoris mente, Matthæum Mediolani, & Theobaldum Brixię Magnates, nec non & Lombardorum quamplurimos accessisse.

ELICIENDVM] Maior hac in voce vis, quàm in *alliciendum* Codicum aliquorum.

HORTAMENTA SVGGESSISSE] *Per literas.* Siquidem Scaligerorum Legati ad eum Cęsarem accessêre non nisi post illatum ab eo pedem in Italiæ fines. Adi Rub. X. huius libri, & Nos ad illam. Pari quoq; studio Cęsarianarum partium, Canis Albuino superstes, post Henrici mortem Ludouicum Bauarum in Lombardiam acciuit, vt in eo clarè liquebit ex Nostro pag. 2.

ALBVINVM] Alberti filium, Bartholomæi primogeniti, & Canis Francisci, (qui *Ioannes* perperàm appellatur à Lazio Lib. XII. de Migratione Gentium, in Marchionibus & Principibus Veronẽsibus) natu minoris fratrem, sic dictũ, deducto (vt opinor) nomine ab ALBVINO, qui circà salutis annum CCCC. LXII. primus Longobardorum Regum *in Italiam* deuenisse dicitur. Missum nẽpè hoc in loco facio Theodebertum, Clotarij F. qui antè discedens in Italiam, omni penè Gallia Cisalpina potitus fuerat, quod & Capreolus fecit. Nimirum Albuinus ille Imperij sui sede Veronæ posita in, ibi vitæ finẽ fortitus est, a Perideo cęsus, insidijs Rosemundę vxoris, & sub cuiusdã scalę ascensu, quæ Palatio erat contigua, sepultus, Paulo Warnefrido teste Lib. II. de Gestis Longobardorum Cap. XXVIII. Non alio ego ex fonte, quàm ex isto regio, originem *Albuini* nominis, in posteris Veronæ Principibus propagati, manasse credidérim, nec aliunde *Scaligeri* cognomentum. Amasse quippe Veronæ Proceres nomina Lõgobardorum Regum, argumento quoquè fuerit *Turrisendus de Turrisendis*, eius olim Vrbis Primas, sic dictus de nomine Turrisendi, filij Turrismondi, quo de Warnefridus Libro I. laudati Operis Cap. XXIII. Cæterùm ALBVINVS SCALIGER, Cane fratre nutior, vt est à Torello Saraynа proditum Lib. II. Hist. partiæ ad an. M CCC III. & Cauatio Lib. III. Histor. Cœnobij S. Iustinæ Pat. Canis. Curauit autem ab anno M CCC III. vt amplitiæ memorato Saraynę placet, siuè MCCCIV. vt asserit Patarinus, firmatq; Monumentum peruetus Respon sionis, nomine Petri Gradonici Ducis, Consilij, & Communis Venetiarum mense Martio eiusdem anni Legatis Veronensium data, post acceptum ab ijsdem nuntium electionis huius, quo de scribimus. Aldenensis, quod producemus infrà, vsquè ad M CCC XI. quo decessit, die 18. Nouembris ex morbo, quem in castris Brixiæ contraxerat, vt è Nostro liquet Lib. V. Rub. II. tertiæquè redditus ad Sanctæ Mariæ, *ubi-*

supra

tiqua cognomento, templum, inibi nunc etiam loci tumulum & effigiem habet, quæ Ciuium, & Aduenarum oculos in se conuertunt.

CANEM.] *Seniorem* intellige, diuisum habentem Veronæ imperium cum Albuino fratre. *Canis* enim alter *Iunior* in eadem familia fuit, secundogenitus Mastini, nepotis Canis Scaligeri Senioris, qui Ludouici Bauari filiam vxorem duxit. *Canis* autem nomen vnà cum *Francisci* nomine Cani Seniori impositum in sacro fonte, si credimus Sarayne: sin Lazio, ab insignibus, in quibus suprà galeam Canem magnum gerere consuerat. Solo *Canis* ille quidem nomine cõtentus fuisse videtur, quandiu Albuinus Reip. præfuit; at vbi ad vnum illum rerum omnium summa delata est, *Magni* sibi tum cognomen adsciuit. Censet nihilominus Sarayna, *Magnum* illum potius ob magnitudinem cùm animi, tùm corporis, quàm ob amplitudinem ditionis, & imperij meritò nuncupatum: idemquè cognominis rebus ab illo strenuè, præclarequè gestis Iac. Philippus adscribit Lib. XIII. Suppl. Chron. ad annum CIↃ CCC VIII. In Nostro nemo sanè non videt, Canē istum nuspiàm, nisi post Rubricam VII. Libri VII. nuncupari *Grandem*. Fuit planè *Vir acer & intractabilis, nullos coercens impetus; sed ad quæcunque illum ira prouocasset præceps, & inexorabilis; nec non habitu, gestuque immanior videri mallens quam sua valuisset exercere seueritas, nec plus quidquam pensi habens, quam si eidem quæcunque voluisset liceret.* His enim illũ omnino coloribus effinxit Noster Lib. III. Rub. I. Et his alijs Rub. VIII. Lib. XIV. *Iuuenis insolens, in tyrannide natus, educatusque*. Et Lib. XII. de Gestis Italicorum post Henricum VII. Rub. II. *durus, & fortis*. Cauatius loco laudato suprà, *ferociorem illum* in digerat *Albuino fratre*, Capreolus, *auidum dominandi*. Ex contrà Iac. Philippus in antè memorato libro: *Canis*, inquit, *Scaliger, qui ex rebus multis strenuè gestis* MAGNVS *cognomento est appellatus, Alberti Scaligeri Capitanei filius, Vir vtique magnus, & rebus benè gestis omni præconio dignus, his temporibus* (anno 1308.) *Verona, Galliæ Cisalpinæ Vrbis, dominium sibi vendicans, regnauit in ea annis fermè* XX. *Quam quidem Ciuitatem tanta Iustitia, Sapientiaque ac Pietate gubernauit, vt etiam Picenum, & Romandiolam omnem potius sua bonitate, quàm armis, aut alijs bellis sibi subegerit. Erat namque Canis hic multæ eloquentiæ particeps, comis, ac omnibus perhumanus: nec non & in omnibus admodum liberalis: atque etiam doctorum Virorum, tum Ecclesiasticorum, tumque Oratorum, & Historicorum, ac Poetarum assidua familiaritate coniunctus. Inter quos Dantem Florentinum præstantissimum Poetam, ob eius doctrinam, & rerum multarum experientiam apud se sedulò habere voluit, & magnis honoribus, præmijsque semper eum prosequi voluit*. Quid hoc Eulogio grandius fingi, vel excogitari possit? Nulla profectò Viro Principe dignior est laus, tutela patrocinioque Doctorum hominum, in quos aduersa præcipuè Fortuna, Virtutis inimica, sæuit. Noluit itaquè Petrarcha, literatorum ævi sui Phœnix, eam in Cane Scaligero laudem tacitus prætorire; sed æternitati consecratum iuit his verbis Lib. II. Memorandarum Rerum. *Dantes Aligherius, & ipse conciuis nuper meus, vir vulgari eloquio clarissimus fuit; sed moribus parum per contumaciam, & oratione liberior, quam delicatis ac studiosis ætatis nostræ Principum auribus, atque oculis acceptum foret. Is igitur exul patria, cum apud Canem Magnum, commune tunc afflictorum solamen ac perfugium, versaretur, primò qui dem in honore habitus, deinde pedetentim retrocedere cœperat, minusque in dies Domino placere*. Hinc Platina in Bonifacio VIII. *Verum abeunte ex Etruria Carolo Valesio, Albi Florentia pulsi, Forumlivij populariter commigrarunt: quorum de numero habitus est Dantes Aldegerius, vir doctissimus, & sua vernacula lingua Poetа insignis, qui postea redire in patriam persæpè conatus est, sed frustrà, adnuentibus etiam Bononiensibus, & Cane grandi Veronensium domino, quo cum posteà familiariter aliquandiu vixit*. Delectabatur Canis idem plurimùm aucupio & venatione, testimonio Nostri Lib. XII. de Gestis Italicorum post Henricum VII. laudato suprà: dignusq; visus est Serenissimæ Reip. Venetæ, qui inter Ciues illius Nobiles coptaretur, ex Caroldi fide. Tandem, cum vrbem suam Veronam maximis ædificijs, & alijs quamplurimis beneficijs mirum in modum illustrasset, patriusque è Vicentia, Patauio, Feltro, Belluno, Brixia, Parma, Regio, Luca, acceptum à Maioribus imperium multis ac multis partib. auxisset, anno Domini CIↃ CCC XXIX. Vndecimo Kal. Augusti, quarta post ingressum Tarui sij die, hora sexta, morbo correptus, quæ est rerum humanarum conditio, sine virili prole defecit, ætatis anno XLI. Patauina vrbe cum districtu suo Carrarensi dono quodammodo elargita; Verona verò Nepotibus duobus ex fratre, Alberto scilicet & Mastino. Cadauer insigni pompa, magnoquè sumptu Tarui sio Veronam delatum est, & apud Albuini cineres, intrà Forum vrbis, & S. Mariæ Antiquæ templum, perhonorificè conditum cum Imagine, & Epigrammate eiusmodi, à Gratiadeo Grimano, eiusdem scriba, confecto, vt asserit Paiarinus.

Hic decor, hic probitas, hic nobile corpus humatum.
Hic sunt magnanimi membra sepulta CANIS.
Impia quem multis Pataui de gente Tyrannis
Abstulit è summo Mors sine cede loco.
Annua tunc, Lapsis memorabu mille trecentis,
Tempora Virgo Parens tertia, bisque decem.

DOMINATORES] *Comites* alijs, & in his Vecerio; Lanzio verò *Principes*, & *Marchiones*. Inde Cauatius Lib. III. *Scaligerorũ genus ex Germanis prodijt, & Veronæ receptũ inter populares, multis deinde opibus, & magistratibus honestatum, etiam Cæsarianarum partium studio ad supremam Vrbis dignitatem, ac imperium emersit*. Eoquè distinctius Sarayna Lib. IV. de his, qui potiti sunt dominio Veronensis Vrbis. *Ob Eccelsini mortem ad populare regimen redacta est Ciuitas, Nobilibus sublatis, sub vmbra Rom. Ecclesiæ. Vnde, quum in Ciuitate familiæ essent* SCALIGERÆ *appellata, a populo* MASTINVS SCALIGER *ex eis est electus Prætor. Et sic effecta est nobilis familia ipsa. Comites verò S. Bonifacij, in patriam reuertentes, Mastinum ipsum interfecerunt an.* MCC LXII. *Quibus Comitibus expulsis, ab eodem populo, &* ALBERTVS SCALIGER, *tam dicti Mastini frater, totius Populi Dux est delectus die* XXVII. *Octobris* MCC LXXVI. *Cui tertio loco successit* BARTHOLOMÆVS *septimo Maij* MCCC I. *Deinde* ALBVINVS MCCCIII. *Et post ipsum* CANIS GRANDIS *Vrbi dominatus est, qui corporis fluxu obijt*. Et sic de cæteris Veronæ Dominis pari stylo narrare pergit, vsquè ad annum MCCCCV. quo se VENETIS, mira iustitiæ fama in Italia regnantibus, ea Ciuitas vltrò tradidit die B. Ioanni Baptistæ sacro. Licet enim anno MCCCC. XXXVIII. à Nicolao Picenino, Præfecto exercitus Ducis Mediolani, noctu vrbem ingresso, tribus illa diebus vexata fuerit, eo tamen fugato, & rursus eiusdem dominio à Venetis acquisito (nam arces nondũ expugnatæ in fide manserant) in eorundem sub statu pacifico potestate fuit vsq; ad MDIX. & mensem Maij, quo imperio Maximiliani Cæsaris addita est illi. septem demum annis imperantis finitis, mense Ianuario MDXVII. ab ipsomet Maximiliano Cæsare VENETIS eisdem est restituta, qui Deo, totiquè Populo pergrati, vsq; in præsens illius dominio potiuntur. Narrantur eadem ab eodem Sarayna pluribus Lib. II. Historiæ patriæ Italico sermone conscriptæ, magnaquè illi ex parte subscribit Paiarinus, & in primis ijs, quæ de Scaligerorum, *Bartholomæi, Albuini, & Canis Grandis*, dominatu diximus, sic de primo scribens. *Anno* MCCC IV. *D. Bartholomæus obijt die Dominico, intrante Martio*. De altero. *Anno eodem D. Albuinus eius frater factus est Capitaneus, & Dominus Veronæ, & die Mercurij factus est perpetuus Potestas Ancianorum, & Mercatorum*. De tertio. *His duobus annis*

(MCCCVII. & MCCCVIII.) *in consilio maiori Ancianorum, & Gastaldionum Communis Verone D. Canis Grandis della Scala factus fuit Capitaneus Generalis Cõmunis, & Populi Veronensis pone D. Albuinum eius fratrem. Iuraunque super Capitello fori in Mercato Capitaneatum suum, ac detur illi fiat in nummis vexillum Communis Verone per Ancianos, & Gastaldiones Communis Verone.* Plura si quis expetat, ei cumulatè satisfecerit Satayna. Sed & cumulatiùs Monumentũ vetus respõsionis, nomine Ducis Petri Gradonici, Consilij, & Communis Venetiarum Legatis Veronensibus datę anno CIↃ CCCIV. mense Martio, post acceptum ab ijsdem nuntium obitus Bartholomæi Scaligeri, Capitanei populi Veronensis, & elationis Albuini fratris in defuncti locum, quod olim mihi longè iucundissimum, & auro contrà carius Monumentum meas deuenit in manus è Musęo Senatoris amplissimi, DOMINICI MOLINI, inuandis nostrum omnium, qui Musas amœniores colimus, studijs nati, planèquè dignum, quod publici iuris fiat, tum, vt anni ipsi dominatus Bartholomæi, & Albuini Scaligerorum fratrũ; tum, vt amor, quo se se inuicem perpetuò prosequuti sunt Veneti, & Veronenses, seris quoquè nostris Nepotibus innotescat. Sequitur illud igitur in hæc verba.

MCCCIV. Mense Martio. Ad Ambaxatam factam Illustri D. Petro Gradonico Duci, Consilio, & Communi Venetiarum per sapientes viros DD. Bonamentem Iudicem de Mamberti, Omnebonum Miluem de Sacromoso, Franciscum D. Apulis, & Dolfinum Notarium a Campanea Ambaxatores DD. Potestatis, Capitanei, Ancianorum, Gastaldionum, Consilij, & Communis Verone; respondetur per supradictum D. Ducem pro se, Consilio, & Communi Venetiarum, quod eius lachrimabilis, & amarus decessus Magnifici D. BARTHOLOMEI della Scala, olim Capitanei Verone, quẽ idem Ambaxatores exposuerunt tanto ipsius D. Ducis, & omnium Venetiarum mentes exasperauit acerbius, quanto ipsum teneriùs, & fuscceratus affectibus diligebant. Sed ex quo sua placuit Creatori hanc eius visitationem transmittere, ipsum ad se vocando, non superest aliud, quam laudare sanctum nomen eius, & de omnibus, quod sibi placet facere, contentari. Ad aliud, quod dicti Ambaxatores annunciauerunt de sanamm, & grata promotione D. ALBVINI della Scala, fratris eius, ad Capitaneatum, & Cõmunis, & populi Veronensis dominium, & ad Potestariam perpetuam Mercatorum, respondetur, quod hic Ancianorum, Gastaldionum, Consilij, Populi, & Vniuersitatis Verone gestus laudabilis, vemens ipsius D. Ducis, & Venetorum mentibus multum gratus, concepti iam doloris vehementiam mitigauit, & grandem eis consolationem adduxit, tum qua propter magnum dilectionis affectum, quem ad Genitorem, & Fratrem eius bone memorie habuerunt, & habent ad presens ad ipsum D. ALBVINVM, tum propter amorem, quem ad Ciuitatem, & Cives Verone, & antiquis, & nouis temporibus habuerũt, tum qua valdè cessit cordibus eorum acceptum, quod Homines Verone, recognoscentes beneficia, honorem, & statum, quem ipsi & Ciuitas Verone a DD. della Scala continuè receperunt, suam, quam ad ipsos Dominos della Scala habuerunt & habent deuotionem, & reverentiam, ostenderunt pridem decedente Magnifico D. ALBERTO in personam dicti D. BARTHOLOMAI, filij sui, & nunc deficiente dicto D. BARTHOLOMÆO in personam dicti D. ALBVINI, fratris eius, qui talis est, & tantus per Dei gratiam, quod merito sperari potest, quod damnum, & perditionem ex morte fratris habuam restaurabit, & cunctos, qui sumpserunt de fratris perditione mœstitiam, consolabit. Ad oblationem suam, quam fecerunt dicti Ambaxatores de voluntate quam dicti DD. Potestas, Capitaneus, Anciani, Gastaldiones, Sapientes, Consilium, & Commune Verone habent de venere, seruare, & augere in melius (dante Deo) eorum amicitiam, benevolentiam, & amorem, quem predecessores ipsius D. ALBVINI Capitanei, & Commune Verone habuerunt, & habẽt cum supradictis D. Duce, Consiliarijs, Consilio, & Communi Venetiarum, & tanto melius, quanto melius esse potest, respondetur, quod D. Dux, & Commune Venetiarum hanc de ipsis firmam credulitatem habebunt, & habent, tum quia eorum sunt voluntatem experti per opera per tempora preterita facta; tum quia tam ipse D. Dux, quam omnes, & singuli Veneti, adeò sunt eorum voluntate dispositi ad cuncta, quæ honorem, & statum predicti D. Capitanei, & Domus della Scala, & Communis Verone contingerent, quod imaginatus fuit, quod honor, & status ipsorum sit honor, & status suus, & Communis Venetiarum, ita quod de ipso Duce, & Communi Venetiarum dictus D. Potestas, & Commune Verone in omni statu, & condictione occurrentibus eis semper veritatem profueris, credere possunt firmiter, & sperare de ipsis, qui ipsi & eorum fauorem, & statum, sic quod (vt dictum est) statum ipsius D. Capitanei, & Communis Verone reputant proprium, sicut possunt, & omnes eorum cursus, qualescumque sunt, participant, & debent vendam eis in omnibus eorum votis reddere se conformes.

GRAVIVM PECVNIARVM] Non displicet Scriptura Veneti MS. quæ *grauium panarum* pro *grauũ pecuniarum* habet.

CLEMENTEM PAPAM] Nominis eius Quintum, *Bertrandum* antea (pro quo nomine *Remundum*, & *Raymundum* corrupte in Vecerio, & Ciaconio legas) *Gotum* siue *Guthonem* dictum, quem Cardinalium primis Ostiensis sagacitas, & Philippi Francorum Regis studium ad Pontificię sedis apicem ex Burdegalensi Archiepiscopo euexère, post longum dissidium Purpuratorum Patrum, qui Prętorio Perusino diutissimè inclusi, in deligendo Romano Pontifice penè per annum conuenire nimirùm potuere, facto omni Collegio duas in æquas factiones, Gallicam & Italicam distracto. Obrigit ea fors Bertrando Nonis Iunij, anni CIↃ CCC V. quo Pontifex renunciatus absens, Cardinalibus Lugdunum excitis, Romanam curiam in Gallias, id vigente Philippo Rege, transtulit, vbi ad annos septuaginta, & amplius mansit non absquè incommodo Romanæ Vrbis, & Italiæ vniuersæ, vt non immeritò translationem illam finis in Epistolis deplorarit Petrarcha, nobilis eius ætui Vates, Philosophus, & Orator. *Vitam* huius Pontificis, præter Platinam, Onophrium, Ciaconium, & alios, qui res gestas Romanorum Pontificum literis edidére, scripsit ex professo Bernardus Guido Ciaconio teste: *Mores* nos eiusdem in Notis nostris ad Rub. VIII. Lib. III. de Gestis Ital. post Henricum VII. loco suo proprio describemus. Adumbrabitur eius quoq; *Creatio* post duas sequentes Notas. Cæterùm Claudius Robertus, Lingonensis presbyter, in sua Gallia Christiana, Clementem istum, nominis eius Quintum, Bertrandum, Gothumq; de Guth appellatum antè Pontificatum notat, & antè Burdegalensem Archiepiscopatum, vnde illi proximus ad Pontificatum gradus, Conuenienti Ecclesiæ Episcopi titulo præfuisse, quod postremum tradidit etiam Auctor Appendicis adiectæ Supputationibus Martini Poloni, Archiepiscopi Consentini in Clemente ipso (pro *Comisenarum* enim apud Auctorem illum, *Conuenientium* reponendum liquet) Magni Chronici Belgici Concinnator in Romanis anni CIↃ CCCV. pag. 283. nec non & Ciaconius in Clemente V.

COETVM] Licet hac voce comprehenderit Historicus Cardinales omnes, haud omnes tamen credat cordatus Lector animo alieno fuisse a Francorum Rege in Bonifaciana lite. Erant quippè tum in Patrum Purpuratorum cœtu factiones, vt antè monuimus, duæ, Italica vna, Gallica altera, quæ partes illum in duplices distrahebant. Vnius Principes erãt *Matthæus Rubeus*, S. Mariæ in portico Cardinalis, Diaconorum Prior, & *Franciscus Caietanus* (non procul dubio *Gaurinus* Papyrio Massono dictus in Annalibus Flandricis) S. Mariæ in Cosmedin Diaconus Cardinalis, & Octavianus frater Iosredo nepos: alterius Ne-

Google

Neapoleo Vrsinus, S. Hadriani in tribus foris Diaconus Cardinalis, & *F. Nicolaus Prænestis*, Episcopus Card. Ostiensis, & Veliternus. Hi Philippo Regi fauebant: illis, animorum Italici nothinis, & suarum rerum, insedebat altè animo memoria iniuriarum Bonifacio VIII. P. M. illatarum: quamquam Prænestis non semper eundem ergà Gallorum Regem animum præ se tulit. Strabant & à Bonifacio, quotquot ille Sacrum in Ordinem cooptarat. *Theodoricus Raynerius* Vrbeueranus, Cardinalis Tit. S. Crucis in Hierusalem, Episcopus Prænestinus: *Leonardus Patrassus de Guerrero* Hernicus, Bonifacij ipsius auunculus, Episcopus Card. Albanus: *Ioannes Minutus de Murro Vallium*, Episcopus Card. Portuensis, & S. Rufinæ, vnus ex ijs, qui se Bonifacij memoriam in Viennensi Concilio defensurum Theologicæ facultatis opibus professus est aduersus Galliarum Regē: *Petrus Hispanus*, Episcopus Card. Sabinus: *Gentilis Monteflorius* Piceno, presbyter Cardinalis Tit. S. S. Syluestri, & Martini in Montibus: *Franciscus Vrsinus Romanus*, Diaconus Card. S. Luciæ in Silice: *Iacobus Caietanus de Stephaniscis Anagninus*, Bonifacij ipsius nepos ex altero fratre, Diaconus Card. S. Georgij in Velabro. *Leo de Flisco de Laudunensibus, Genuensis*, Diaconus Card. S. Mariæ in Via lata, is qui, Bonifacio Anagniæ capto, populum ad arma conciuit, fuitquè in causa, vt libertati pristinæ redderetur: *Richardus Petronus Senensis*, S. Eustachij Diaconus Cardinalis: nec non & *Episcopus Ostiensis*, quod apparebit ex Nota, quæ proximam illicò consequetur. Fouebant è contrà Pulchrum *Columnenses* Diaconi Cardinales duo, *Iacobus*, & *Petrus*, quos Octauus sacro Ordine mouerat, vt ex eius Constitutione patet, quæ est de Schismaticis, & habetur Lib. VI. Decretalium; Clemens verò V. eidem Ordini redonarat: alijquè nonnulli, & in primis *Cardinales Galli*, qui adeò multi anno CIↃ CCC V. ab eodem Clemente creati sunt, vt facilè quiuis tunc posset assequi coniectura, Pontificem Romanum deinceps nonniti ex Gallicis Patribus eligendum: ij demùm omnes, qui *Gibellinæ factionis* erant. Diuersis huiusce modi studijs, quasi contrarijs fluctibus & procellis, agitabatur tunc temporis augustissimus Patrum Purpuratorum cœtus.

PHILIPPO] Nominis eius *Quarto*, cognomento *Pulchro*, qui regni Gallici gubernacula suscepit anno CIↃ CC LXXXVI. Adeantur Paulus Aemylius Veronensis, & Papyrius Massonus Francus, vtriquè in eo. Primus Lib. VIII. de rebus gestis Francorum à Pharamundo Rege vsquè ad Carolum VIII. Secundus Lib. III. Annalium, quibus res eadem brevius exequutus est.

FRAGIGENARVM REGE] Loco, & numero quadragesimo quarto, præstantissimo forma, prudentia, & virtute, vt habent eius in laudem Historici Gallicarum rerum.

LITIS CAVSA] Quæ res hinc inde Bonifacium inter Romanorum Pontificem, & Philippum Gallorum Regem, cognomento *Pulchrum*, litis hunc incendium excitarint, docebunt Scriptores aliquot eius, & sequentis ævi, quorum adhuc integra, nec corrupta monumenta extant. Succenturiabuntur iisdem è Recentioribus, qui per illorum vestigia recto processisse tramite dignoscentur. Haud enim desunt, quos hic studia partium transuersum egerint: nec vnam & eandem omnes tanti dissidij causam, & originem tradunt.

Ordiri placet ab ijs, qui causas illius tradunt eruditas è mente Pulchri, quique rei gestæ tempora propiùs attigêre. Villanus igitur, illustris eius ævi Scriptor, Lib. VIII. Cap. LXII. duplicem tanti mali causam edulgauit, primamquè tribuit cladi, quam apud Tornacum maximam, non absq; consilio Pontificis, Pulcher à Flandris accepit: secundam fidei, quam idē Regi dederat Pontifex, de procurando Romanorū imperio Carolo Valesio fratri, minimè conseruatæ, A electione Alberti publicè confirmata. Ita verò in Bonifacio ipso latinis vtranquè verbis ex illo Ciaconius publici iuris fecit. *Regis indignationem iuuit magna clades à Flandris accepta, eiusdem electo fratri Valesio Comiti habita, quem Bonifacius VIII. ex Gallycia Italiam euocauerat, eique Constantinopolitani Imperij, aut, si difficilis ea prouincia esset, Occidentis diadema promiserat, vacans, vt ipse dicebat, Adolfi morte. Adolfus enim Rex Romanorum occisus est circa Kal. Iulij anni 1298. Albertus Cæsar Rex Romanorum creatus VI. Kal. Augusti anni 1298. regnauit annos VII. menses IX. dies V. Albertum enim Cæsarem designarunt ad eum diem, vt homicidam & impietatis reum reiecerat. Exitus verò omnia secus fecerat. Nam in Philippi odium Alberti legatione susceptâ, eum Romanorum regem confirmauit. Hac igitur ob causas Rex Francorum, se à Pontifice delusum, & ipsum exitium existimans, ferali in eum odio exarsit.* Et antè de primâ causa scripserat. *Pontifex, nihil Reverendissimis verbis amicibus fuit adhuc mutauit, & etiam Flandros bello patentes, quorum Comitem Rex cum filiis in vinculis habebat, in eum concitauit.* Et fuit ea planè clades ingens. Interijsse quippe feruntur eo in bello suprà trecenta millia lectissimorum in Gallia virorum, duraturq; vt hoc etiam obiter moneam, annos vndecim, postquam finitimi est demùm clade Flandorum, quorum ad Cassinum Odomari quindecim millia, ad Ariam ccc. ingenti, ad Tornacum quingenti cæsi fuerunt anno millesimo trecentesimo quarto. Redeo ad eiusdem dissidij causas recensendas, vt annotatum reperi in nonnè melioris Historicis monumentis. Hesit enim Villano Vecerius in Henrico VII. causasq; similes, posteriori priori, priorem posteriùs attulit in hec verba. *Anno à Christo Saluatore genito MCCCII. Francorum Rex Philippus, cognomento Pulcher, graue aduersus Pontificem Max. Bonifacium Octauum conceperat odium; tum Gibellinæ factionis studiosiorem existimans, tum, quod fidē temerè præuaricatum contendebat. Promisisse enim sibi paucis ante annis Clementiam quandam, tum de summa Rom. Imperij potestate ab Germanis vrbi ad Ilos traducenda, atque ædes Carolum fratrem diserte fuisse in comitijs nominatum, cui id omnium decus assignaretur. Hæc videlicet posteriora nunc accidisse ad nihilum, Alberto Austrio Teutonico Principe pridem nuper decreto eum rem probato.* Hæc ille primo loco de posteriore tanti dissidij causa, vt apparet. Quam enim initio retulit *de studio animo Gibellino partis*, nequaquàm illam ego fecerim à studio Alberti Cæsaris Augusti, cum Gibellina pars Romanis, vt ostensum alibi, Cæsaribus adhæreret. De priore causa Scriptor idem hæc alia tradidit, quæ sequuntur non longum post versiculorum aliquot interuallum. *Pontifex, ne nouum nouationem coercendo Pulchri temnere, Flandorum partes tueri aggredimur. Erat tum Gent, quod superbiui imperatum sibi diceret, Gallicum iugum detrectabat.* Meminit in Annalibus Flandricis vnam ex his tantùm causis, eamq; postremam, verborum hisce coloribus adumbrauit. *Suspectabamus Papa, Germanisque erat Gallicum potentia, & superbia. Ideo mox electus Austricus non absque inuidia Regis Gallici, quod Carolo fratri Austriam videret præstantem. Fuitque hec origo inimicitiarum inter Episcopum Romanum, & Regem Pulchrum.* Eandem quoque causam, solamq; tetigit Moguntinus, quem sic in Alberto laudat Naucletus Gen. XLIV. *De Alberto sic scribit Iacobus Moguntinus, quod Bonifacius cum in odium Regis Francie approbauerit; & cum eum Papa contra Regem Francie moueret, ille se hoc non facturum respondit, nisi sibi, & hæredibus suis regnum, & imperium confirmaret. De quo cum mandatum tractaretur per Sedem, in contrarium tandem resedit Cōcilium. Secundum dixisse Papam referunt. Non fiet istud, quemadmodum Iezabele, denotans Reginam, que ex matre soror fuit quondam Conradini Ducis Suenorum.* Et hęc quidem longè clarius, & expressiùs ità Chronicon, seculo VIIIo antè credederat Argentinense. Quæ

Digitized by Google

eiso Adolfo, Albertus Dux Austriæ, occisor, ab omnibus Principibus est electus, & Aquisgrani solemniter coronatus. Quem Papa Bonifacius diu odio prosequens, & lesæ maiestatis crimine reum dicens, tandem similiter in odium Regis Franciæ approbauit. Quem Albertum cum Papa contrà Regem Franciæ instigare vellet, ille se hoc non facturum, nisi sibi, & hæredibus suis regnum, & imperium confirmaretur per Sedem, respondit. Quod si hoc sibi fieret, aut se Francum expulsurum de regno, aut se per hoc morituram promisit. Noluit enim in hæredum destructionem se tanto periculo exponere pro incerto. Recensuerunt enim, quantum à tempore promotionis Rudolphi Regis, patris sui, illa fuerit progenies exaltata, in seruitutem redigi se timentes. Dixit ei Papa. Non fiet viuente ista Iesabel, denotans Elisabeth Reginam, quæ ex matre soror extitit Conradini. Quamobrem istam præ cæteris concitationem Alberti contrà Galliarum Regem ab aliis quoquè multis relatam in literas, & æternis earumdem monumentis passim inscriptam lego. Vecerius in Henrico VII. non multò post illa, quæ superius attulimus ex eodem. Cū superis quoq; Germanis amicitiam interiorem commisit, iusso Alberto, quibuscumque posset viribus, fines Belgarum, quatenus Philippici iuris essent, incursare. Faciunt huc ipsa quoquè Paralipomena Vrspergensis. Bonifacius titulum regni Gallici Alberto Imperatori Germanico dedit, vt ita Germaniam, & Galliam committeret. Accedunt his alij. Mutius Lib. XXII. Chron. Germanorum. Hæc vbi Romæ Legatus nunciauit, continuò congregatis Patribus Regem Gallorum excommunicat, & regnum eius cuilibet occupanti concedit. Simul in Germaniam ad Principes scribit, qua putaret Regem odiosum facere, & onerare inuidia. Et iterùm, haud multò post. Missum ex ea Synodo (Romani Patres) in Germaniam Legatos ad Albertum, qui eum exhortentur ad cogendas copias, & in Galliam ducendas: Romanum Pontificem quoquè suas copias missurum per Alpes in Galliam, vt vna cum membrum Ecclesiæ putrefactū abscindam. Krantzius Lib. VIII. Saxoniæ Cap. XXXVI. Alberti electionem comprobauit eo pacto, si Regem Franciæ impugnaret, se Regem gereret Romanorum, & Francorum. Massonus in Annalibus Flandricis Lib. III. Erat Bonifacio propositum, si modo posset, Philippum regno exuere. Propterea fœdus cum Flandris init, Albertumque Cæsarem hortatus est ad bellum Francis inferendum. Cartio Lib. V. Chronici. Imperatorem Albertum, &c. donatum insignibus, & titulo Regum Franciæ, ad regnum bello asserendum incitauit, confidens fore, vt inter se hac occasione Franci, & Germani colliderentur, & vires Franciæ, iam antea longo bello Anglico, & Flandrico præcum sumptæ, prorsus euerterentur. Et antè. Albertus, etsi Italiam ingressus non est, gubernandam tamen patris, & Adolphi exemplo vicarijs ducibus commendauit. Sed à Bonifacio VIII. solennem renuntiationem petiit, quam ille ferens ambitione, insano stolidoquè fastu gladio femur accinctus, & corona redimitus capu, ac se Imperatorem, simul & Pontificem barbara iactantia professus, initio denegauit, mox conuersa voluntate obtulit, odio Philippi Pulchri Regis Franciæ. Ciaconius in Bonifacio ipso. Albertum Regem Romanorum ad Imperij diadema sumendum sollicitabat, quo duce bellum in Francos meditabatur. Et Ioannes Marius Belga Lib. de Schismatibus vniuersalis Ecclesiæ, & Gallicanæ Concilijs Part. II. Cap. XVIII. Bonifacius autem ex altera parte, quantum poterat, &c. inimicitias, ac dissensiones inter Regem, & Imperatorem ferere studebat, &c. Sed & alij meminêre confirmationis Alberti in odium, & exitium Pulchri. Reticent id, quod sciam, Dominicanorum Colmariensium Annales soli, ea de confirmatione breuiter sic loquuti. Venerunt nuncij Alberti regis Romanorum, nuntiantes ei, quod D. Papa prædicasset in manifesto, quod esset verus Rex Romanorum, & dilectus filius eius. Dubitauium consultò prætereò, nec inuitus, quòd Alberti confirmati causam nec obtegat, nec reuelet. Habet ille scilicet Lib. XVIII. Bellicatarum rerum. Accessit ad cumulum, quod eodem tempore Bonifacium Romanum Pontificem vlcus, quod dicunt, Noli me tangere, offenderit. Isiciur, non diu expectato, Albertum Austriæ Principem, suffragantibus nonnullis Germaniæ Principibus, Imperatorem declarauit, qui Adolphum apud Vangonias prælio superauit, & occidit. Hæc de vna, & altera tanti diffidij causa ex Villano, alijsquè sentientibus cum eodem.

Verùm enim verò, nec sola Francorum clades à Flandris accepta consilio Pontificis, vt ferebant; nec sola Alberti confirmatio, Pulchri regis animum ad indignationem accendit: sed maior eiusdem Pontificis conatus alter, quo nempe is eidem Alberto Regem ipsum Galliæ, & illius regnum subiecerat vniuersum. Classici ea mihi de re testes, nec togati multi. Ducit ecce classem aliorum Supplementi Chronicorum auctor ad annum CIↃ CC XCIV. in Bonifacio ipso. Concilium Bonifacius Generale habuit, in quo Philippum præditum Francorum Regem, & Sarum cum omnibus suis Columnensibus anathemate vinxit, ac Francorum regnum, propter violatum ius gentium, Alberto Imperatori subiecit. Eadem leguntur apud Ioannem Stellam, Sacerdotem & Historicum Venetum, in eodem. Ideò Platina. Bonifacius, habito Generali Concilio, Philippum, eiusquè regnum Alberto Imperatori subiecit, quem initio Pontificatus repulerat. Et eo vetustior, & vberior Blondus, cuius ista sunt ex Dec. II. Libro: Sarram Rex, Pontificem perniciem machinari cupientem, non prius exuadiuit, quam ex Italia est allatum, Pontificem ipsi Alberto Austriæ Ducis à Germanis Electoribus declarato, Imperij Romani titulum, prius multum denegarum, ita spopondisse, vt Rex quoq; Francorum fieri pateretur. Quod cum Albertus consensisset, Pontifex eadem q; celebritate, hinc Philippum Francia regno priuauit, inde Albertum Romano, & illo ornatum pronunciauit. Sequuntur recentiores alij, quorum è numero Vincentius in Historiali Speculo Lib. XXXI. Bonifacium impensius Concilio fulsisse, non solum Albertum confirmauit; sed etiam Philippi regnum Alberto huic subiecit. Quæ res multas discordias, & occisiones inter Christianos suscitauit. Nauclerus ex Platina totidem fere verbis rem eandem expressit Gen. XLIV. Interea tempori Pontifex Philippum regno Franciæ per sententiam priuat, eiusquè regnum Alberto Imperatori subijcit, quem initio sui Pontificatus repulerat. Suggerit & hoc ipsum Appendix Archiepiscopi Consentini in Alberto Romanorum Rege. Postmodum ver subortæ grauis discordia inter eundem Papam, & Philippum Regem Franciæ, idem Bonifacius Albertum in Imperatorem approbauit, eidem subiectum regnum Franciæ, sicut & alia regna. Et in Bonifacio VIII. Anno Domini CIↃ CCC II. Kal. Nouembris, Romæ Bonifacius Papa celebrauit Concilium contra Philippum Regē Franciæ, quia pecuniam extra regnum suum portare non permisit, & Alberti Regis Romanorum electionem admisit, subiiciens sibi regnum Franciæ. Fauent huic etiam sententiæ Christianus Massæus Lib. XVII. Chronici Mundi, siue multiplicis Historiæ vtriusquè Testamenti. Anno deinde proximo (millesimo trecentesimo secundo) excommunicauit eum, eiusquè regnum Alberto Imperatori, quem nuper supplicem spreuerat, vltrò tradidit. Mutius Lib. XXII. Germanicarum rerum. Hæc pessimè habuerunt Bonifacium Papam. Quare, Synodo congregata, iterum accusat Regem. In qua Synodo Romanorum debita decernitur, Philippum Regem Franciæ Regno debita turbatum: & Albertum, electum Imperatorem, Regem Gallorum Patres eius Synodi appellant. Aemylius in Philippo Pulchro. Iam Bonifacius Pulcrum hostem iudicarat, Franciæ sacris interdixerat, Francorum Regnum, velut solio vacuo, iuri, ditioniquè Imperij, Augustorumq; attribuere, adiudicare, & adducere se effatur: quodq; ad eam vsquè diem denegarat, Albertum, aliquot ante annis electum, tunc primum Cæsarem appellat: eò maiore illius gratia, quod fama erat, Carolum Comitem, vt antè palam petierat Orientis imperium, ita nunc dissimulanti

malatis consilijs spem Germanici concepisse. Convenit, vt Germanos Pulchrum regno exuere conaretur, ac Frãcos ad Imperij venerationem, legesq; ab Augustis accipiendas evocare. Genebrardus in Bonifacio ipso. *Excommunicauit Regem Gallie Philippum, & totum regnũ donauit Alberto Austriacę domus Cesari.* Et Ciaconius in eodem. *Regem Francie, in publico Consistorio maxima hominum frequentia excommunicatum, regno priuauit, illudq; Alberto Cæsari, abse tum pridem (mauelim tũ primũ) approbato, beneficiario iure cõtulit.* Iussus ob id Albertus idẽ; se diserte scribere ROMANORVM, ET FRANCORVM REGEM. Krantzius Lib. VIII. Saxoniæ Cap. XXXVII. *Bellum autem, quod volente Pontifice Albertus Romanorum Rex susceptt aduersus Philippum Regem Francorum, quum se ex decreto Papæ scribere inberetur* REGEM ET ROMANORVM ET FRANCORVM, *dicit in nuptus.* Et nos hic etiam hæc de caussa tanti dissidij tertia plura testimonia congerere desinemus.

Accessit nihilominus his caussa quarta, & inde sanè, quòd Bonifacius non tàm Flandros, ac Germanos Alberto duce conciuerat in Philippum; sed & Proceres aliquot Gallos ad illi struendas insidias animarat. Signatè Ciaconius in Octaui Vita. *Sed & pollicitationibus aliquot Procerum Francorum animos tentauit, vt Regi insidiarentur.* Quin, & Angliæ Regem Eduardum I. interpellauerat, vt Pulchrum bello lacesseret, quod Anglus facere recusauit. Clarè Matthæus Westmonasteriensis in Historicis Flotibus anni CIↃ CCCI. ex monumentis Anglicis Walsinghami. *Eodem tempore Papa Bonifacius per literas suas regem Anglorum interpellauit, vt regi Francorum bellum commoueret, pollicens sibi ingens subsidium; sed rex Anglie, alias D. Papæ erga se affectum expertus infidum, remisit, mallens sua per aliam viam recuperare, si posset.* Aemylius ea de re quoquè breuius sic loquutus in Philippo Pulchro. *Anglus & ipse sollicitatus in Pulchrum, nihil tamen mouit, morbo primum, deinde Scotico bello implicitus, &c.* Nec plures eius rei testes mihi hunc ad manus.

Cæterùm aliæ quoquè caussæ, nec leues, multæ Philippi regis aduersus Bonifacium Pontificem animum irritarant, quas ipsas præstat ex ijs, quorum è scriptis ad hæc vsquè tempora deuenêre, id quod hactenus consultò fecimus, audire. Nihilo minus enim Tornacensium Pontifex, quem sequitur Ioannes Marius Belga in suprà laudato Capite XVIII. libri de Schismatibus, posteris hanc transmisit: *Bonifacium ius dedisse regi Pulchro, ad belli necessitates, pecunie etiam a Sacerdotibus cogenda, idemq; ius eundem mox abrogasse, Sacerdotum querimonijs permotum.* Et hæc alia Dominicanorum in Colmariensium Annalibus extat: *Papam regis Francie, nec non & Principum eius Priuilegia tenaciter omnia deleuisse, quòd Rex fratrem suum Carolum, quem præcedenti anno in adiutorium Papæ cum multis militibus armatis transmiserat, simpliciter reuocasset: siuè, quòd Apamensem Episcopum, libertate donatum, iussisset una cum Apostolica Nuntio regnum euacuare intra certum terminum vtriq; prefixum,* vti Walsinghamus habet in Eduuardo I. quod & repetit in Ypodigmate Neustriæ pag. 490. complexus caussam vnam, & alteram vtrobiquè.

Sed & alijs caussas debemus alias indignationis huius in regio Formosi pectore, quas producam, & hanc quidem Hocsemio in Theobaldo de Barro, Leodiensi Episcopo LXXIV. Cap. XXVIII. *quòd videns Bonifacius, propter potentiam regni Francie, suam se non posse exequi voluntatem, & considerans regis Formosi simplicitatem; & quod totum Regni regimen à suis Consiliarijs dependebat, ad Regis, & Regni humiliationem pro viribus niteretur.* Ferreto, *quod idem neminem sibi parem cõpati dignaretur:* Item, *quòd à Pulchro de primicijs, sibi certa lege concessis, aduentante triennio restitutionem exposceret, quas longiore spatio Rex cupidus vsucapere destinarat.* Aemylio, *quòd Bonifacius in Francorum literas ad Pulchrum regem de bello sacro redintegrando dedisset imperiosas, ac, nisi continuo pareretur, minarum & fulminis plenas.* Brouio ad annum CIↃ CCC. Num. XVIII. *quod, anno nondum elapso, Pontifex decimas in regno Gallie Carolo Comiti Andegauensi, in Italiam venienti in subsidia Ecclesie Romane contra Federicum Arragonium, decreuisset: Apameaq; per eos dies in libertatem Ecclesiasticam vindicasset, & Ciuitatem esse iussisset, summq; illi Pontificem ac Sedem dedisset, inuito Gallicarum rege.* Verè siquidem Bonifacius Apameam Prouinciæ Narbonensis eodem, quo alie in Asia vrbes nomine; sed tunc contributum Diœcesi Tolosatium Oppidum, ciuitatem esse iusserat, summq; illi Pontificem, ac Sedẽ dederat, vt domi haberent, à quo sacrâ iura peterent, Aemylio modo laudato teste. Plerisquè omnibus, & in primis Wernero de Roleuuinck, & proximè memorato Aemylio, *quòd Bonifacius Dominum totius Mundi se diceret tam in temporalibus, quàm in spiritualibus; ob idq; vellet, Pulchrum à se recognoscere Gallicarum regnum.* Primi nempe sunt, quæ profero ex illius Fasciculo temporum Aetate VI. ad annum CIↃ. CC XCIII. *Bonifacius, quia parem non habuit prudentia sua, vltrà modum in tantam arrogantiam erexit se ipsum, vt Dominum totius Mundi se diceret tam in temporalibus, quam in spiritualibus.* Secundi. *Addebat* (Pontifex) *id, quod omnibus permirum fuit, Regem Francie non sacro modò, pontificioq; iure Pontificem Romanum, vt animorum parẽtem, oportere obseruare; sed cuiuli iurisdictione, prophanaq; re ac causa, & dominatu Principem, authoremq; agnoscere.* Quod admirationi cum esset Ioanni Filleto sic in Breuiario Chronicorũ exclamauit: *Mira hominis impudentia fuit, qui regnum Gallorum Pontificia maiestatis beneficium asserere ausus est.* Prodiderat & hanc mentem suam Prælatis Galliæ Bonifacius ipse suis in Literis, quarum exemplar apud Hocsemium antè memoratum extat, ibiq; maximè, vbi talibus ad illos scripsit. *Nonne dinituntur principia* (legerim longè lubentiùs *precipitia*) *ponere, qui dicunt temporalia spiritualibus non subesse?* Et in Responso, quo reiecit electionem Alberti, nempe, *quæ sine sua auctoritate facta, roboris multùs esset, affirmans vtriusquè penes se vnum gladij potestatem esse.* Ac demùm in apparatu ipso solemni, quo se in Vrbe toti terrarum Orbi spectandum obtulit tempore Iubilæi. Primo die siquidem benedictionem in pontificalibus populis impertitum: secundo in imperiali habitu, & infula Cæsarea redimitum apparuisse, delatoq; præ se nudato gladio, clara & elata voce testatum ferunt: *Ecce duo gladij hic,* ea me de re docentibus Paralipomenis Vrspergensis in Alberto Rom. rege, nec non & Alberto Krantzio ex ijsdem Lib. VIII. Saxoniæ Cap. XXXVI. Ne multis? Missæ quoquè sunt ea de duplici potestate à Pontifice Romano literæ ad Gallicarum Regem, eædemq; mox igni traditæ, & combustæ, cuius mihi dicti tibicen Ptolemæus Lucensis, qui tum vixit, & scripsit, ad annum CIↃ CCC II. *Eodem anno D. Bonifacius transmisit literas cum bulla, ad perpetuam rei memoriam Regi Francorum, in quibus mandabat eidem, quod volebat, cum ipse esset Dominus temporalium, & spiritualium Mundi, quod recognosceret Regnum ab ipso, & contrarium tenere iudicabat hæreticum: quas literas Rex recipiens, de consilio suorum Magistrorum coram multitudine populi fecit comburi.* Totidemq; omnino leges in Append. Supputationum Archiepiscopi Consentini ad annum CIↃ CCCI. Pari quoquè forma ea de re Massæus scripsit ad eundem annum, cuius verba, quia nec omnino eadem, nec in promptu omnibus, adscribere non pigebit. *Bonifacius scripsit Philippo Franco, se esse Dominum omnium tam temporalium, quam spiritualium per Orbem terrarum, consequenter & regnum Francie à se debere suscipi. Rex autem contemptis Legatis, literas ipsorum igni publico tradit.* Naucleri verba, tradentis hæc eadem Generat. XLIV. reseruo caussæ offensionis,

sionis, ex parte Bonifacij quartæ. *Direxerat tum etiam Pontifex, secundarias Regi Angliæ literas* (vti Walsinghamus habet) *in quibus asserebat, regnum Scotiæ ad ius Romanæ Ecclesiæ pertinere, regemq; Angliæ subiectionem eius contrà Deum, & Iustitiam. & in preiudicium Sedis Apostolicæ vendicare*: sed hæc ad alios spectant. Earum sanè literarum tenor, quas Bonifacius ad Philippum dedit, ne oleas extrà saliam, talis extitit, vt affertur à Laurentio Bochella, Capite 11. Tituli xv 1. Libri 11. Decretorum Ecclesiæ Gallicanæ.

Bonifacius Episcopus seruus seruorum Dei Philippo Francorum Regi.

Deum time, & mandata eius obserua. Scire te volumus, quod in spiritualibus, & temporalibus nobis subes. Beneficiorum, & Prebendarum ad te collatio nulla spectat: & si aliquarum vacantium custodiam habeas, fructus earum successoribus reserues. Et si qua contulisti, collationes tales irritas decernimus, & quantum de facto processerunt, reuocamus. Aliud credentes hæreticos reputamus. Dat. Laterani 1111. Nonas Decembris, Pontificatus nostri anno v 1.

Quibus id responsi Philippus dedit.

Philippus Dei gratia Francorũ Rex Bonifacio se gerenti pro Summo Pontifice salutem modicam, seu nullam.

Sciat maxima tua fatuitas, in temporalibus nos alicui non subesse, Ecclesiarum, & Prebendarum collationem ad nos iure regio pertinere, & fructus earum, vacatione durante, nostros facere. Collationes à nobis hactenus factas, & in posterum faciendas, fore validas, & illarum vigore possessores contrà omnes viriliter nos tueri. Secus autem credentes fatuos, & dementes reputamus. Dat. &c.

Docet nos præterea Walsinghamus, missum quoquè fuisse Pontifici Nuntium à Galliarum rege, qui conaretur illum ab huiusce modi proposito dimouere; sed euenisse rem aliter, ac speraret. Quare profertur, quæ nobis in hanc ille sententiã suis in Chron. Anglicis exarauit. *Misit q.* (Pulcher) *D. Papæ Nuntium, dictum Petrum de Flote, qui mandata Regis constantissimè coram Papa prosequebatur. De cuius audacia Papa exasperatus, dicto Petro respondit. Nos habemus vtramque potestatem. Et ille Petrus respondit. Vtique Domine; sed vestra est verbalis; nostra autem est realis. Quo responso in tantum excanduit ira Papæ, vt diceret se mouere velle contrà eum calum, & terrã.* Hincilla Westmonasterienſis in Floribus historicis anni CIↃ CCCI. *Hoc anno orta est dissensionis materia inter Papam, & Regem Franciæ, vtroq; confidente de sua potentia magna, ita vt D. Papa diceret Nuntio Regis Francorum, Petro de Flote. Nos habemus vtramque potestatem. Et ille pro Domino suo respondit. Vtique Domine; sed vestra est verbalis; nostra autem realis.* Et Carrionis ista Lib. v. Chronici in Alberto Romanorum Rege *Caussa odij fuit, quòd, cum Bonifacius iugum tyrannidis Pontificiæ regno Franciæ imponere conaretur, &c. Rex, ne id posset perficere, maturo consilio prouidit.* Narrauit eadem, vt video, Mutius Lib. xxii. Chron. Germanorum; sed & mitius, vt obseruo, præeunte sibi, facemq; præferente Villano Capite lxxii. Libri Octaui. Nam & Bonifacium prouocatum à Rege, & ex aliorum Pontificum decretis memorati argumenti literas exarasse narrat is scriptor; nec illas igni traditas, vt alij scribunt. Sed enim, allatis eiusdem verbis, agitur res ista pariter tabellis, vt asserunt, obsignatis. *Qua Regis temeritate Pontifex magis irritatus est. Quare statim ad eum mittit Legatum* (fuit is Archidiaconus Narbonensis) *per quem auctoritate, & iure Apostolico præcepit illi, vt recognitionem regni sine mora faciat, alioqui in promptu esse fulmen anathematis, & Galliam vniuersam interdicto se suppositurum. Nam in decretis Pontificum habebatur, Regem Galliarum à Romano Pontifice oportere recognoscere regnum in temporalibus quoque. Vbi hic Legatus Lutetiam venit, Rex iussit illi eripere bullas, literasque Apostolicas, & Legatum ex regno ejicere, & mandare illi, vt Pontificis nuntiet, Regem suspensurum omnes, qui è Roma postea veniant.* Minorem & hæc Platinæ Bonifacio Pontifici inuidiam hac in parte conflant, quàm quæ literis alij consignarunt. *Quod vbi Bonifacius resciit* (verba eius sunt in Bonifacio ipso, decq; Apameensi Præsule loquitur iussu Pulchri carceri mancipato) *eo statim misit Narbonensem Archidiaconum, virum certè insignem, qui Pontificis nomine Philippo mandaret, vt missum faceret Episcopum Apameensem: id si non impetraret, diceret audientibus omnibus, regnum Francia ad Ecclesiam deuolui ob contumaciam Philippi, & violatum ius gentium: addereteq; anathema.* Hæc Platina, cuius è supellectili creuisse Ciaconij libros apparebit infrà in causſa offensionis ex parte Bonifacij quarta.

Causſa deniquè potissima, ob quam Pulcher non tam animum à Bonifacio Pontifice penitus auocare, quàm vltioni de illo sumendæ studere validiùs cœpit, fuit contortum in illum excommunicationis fulmen, quo de passim hac ipsa in Nota loquuturi sumus. Iam enim eę nos ad se vocant causſæ, quibus adductum Pontificem ipsum ferunt, vt tali in illum fulmine desęuiret.

Offensio Bonifacij prima manasse fertur ex eo (si Villano rerum huiusce modi scriptori vetustissimo, planèq; Pontifici, quo de loquimur, coęuo, fidem habendam ducimus, vt habendam Massonus censet rebus quidem in omnibus maximam, sed in Gallicis sui temporis maiorem multò, quippe qui in Gallia diù vixerit) quòd eius odio Pulcher, & in regnum, & in amicitiã suam receperat Columnenses, & ex his Stephanum, præcipuum illius hostem comiter in primis habuerat, longèq; liberaliùs, quàm exulum fortuna ferret. Apposite planè Vecerius in Henrici VII. Imperatoris Vita eius è Scriptoris penu. *Eas Rex cum sas grauius secum considerans, rationem iurium exequendarum perquirit. Neque difficilis mox via Bonifacij irritandi inuenta. Columna gens Roma opibus, & clientelis insignis, Otiano inter Comitiorum arcana, suffragijs iure ne legerentur, obstiterat. Itaque eis quoquè Bonifacius, per speciem expilati thesauri Ecclesiæ, effecerat, vt eius, & ædes & suburbana familiæ publicè diruerentur, & qui eorum Cardinales iam essent, venerando Collegio exciderent. Interea Stephanus, ex ea gente profugus, in Gallia agitans, idoneus Philippo visus est, per quem gratia malorum fierent. Cæpit comiter humanè habere, liberaliusq;, quàm fortuna exulantium est.* Subscribit Vecerio Ciaconius, rem eandem ad Villani mentem tum breuiùs, tum propiùs eloquutus. *Has ob causſas Rex Francorum, se a Pontifice delusum, & spretum existimans, & ferali in eum odio exarsit, & hostes eius Columnenses, Stephanumque præcipuè suscepit, & fouit.* Subscribũt & alij, & horum cumprimis è numero Massonus Lib. III. Annalium in Philippo Pulchro. *Vir clarissimus* (Stephanus Columna) *cognito Bonifacij in Regem odio, ad eum in Franciam venit, humaniterque susceptus, consilium hostis capiendi dedit.* Quãnis Blondus idem honoris Sarræ, non Stephano tributum putet, & hisce verbis Lib. IX. Decadis II. prodat. *Forte paucis antè mensibus Sarra Columnensis Romanus in Gallijs fuerat à Rege sustentatus, qui horrendum illum remigandi seruitio liberauerat. Cum enim Cadillum remigandi seruitio liberauerat. Cum enim Cadillum remigandi seruitio liberauerat. Cum enim Cadill

bus magis, quàm portus Massilia adhæsisset, Sarra nobilis casu prope in scapha adnauigantem pauens, & perpropere allocutus, quis esset admonuit, & facie ipsa, ecclesiæ magis, quam cuiuis liberationem fuam, salutemque enauit. Quod cum Rex resciisset, fama uix, & Pontificis odio adductus, multas immisit triremes, quæ reperium Sarram his qui detinebant, etiam, dum liberaretur, egressum, eduxerunt.

Adnectit huic proximè Villanus idem cauſſam offenſionis alteram, quam ità latinè, Ciaconius extulit poſt allatam. *Sed & Episcopum quendam locupletem cepit, & crimine hæreseos illato, cum Episcopum & omnibus bonis exuit, alteriquè eam, & alias Ecclesias vacantes arbitratu suo dedit.* Verumenimverò nimis hic Ciaconius breuis. Quorsùm enimrum Epiſcopi à Pulchro capti, tùm hæreſis eidem affictę formâ à Villano proditam, ſua nobis ille breuitate nimia non expreſſit? Ea mihi certè cauſſa tota latinè producenda caſtius ad Villani ductum. *Ad hæc igitur* (Villanus inquit) *Episcopum Palmæ in Carcasso capere fecit, opponens ei, quod esset Paterinus hæreticus, cum primum Episcopum, & bonis suis. Vacantes Episcopatus diripiebat spoliis, & investituras earum facere volebat.* Idcirco cauſſam non aliam attulit Nauclerus, & hanc alludens Vecerius ſcripſit. *Ad hoc Philippus, ne quid imperatoriæ prætermitteret, Sacerdotalem alliarum titulos à Pontificibus antea pro decretis, prout more S. Matris Ecclesiæ compon solitos, ipse ordinare cura consensum Præsidis Romani statuit. Quæ ubi summus Pontifex intellexit, grauissimè tulit iniuriam, pessimi exempli id, quod erat, existimans, si vel antecessorum recte instituta temerè refringeretur, vel auctoritatem pontificiam levius Princeps propugnasset.* Et Mutius Lib. XXII. Chron. Germanorum. *Rex, ubi intellexit Pontificis animum à se alienum, quæ erat parrhesia, vel, ut quidam vocant, arrogantiam Ecclesiasticam, quod Papæ erat, sibi vindicabat: sacerdotia, & Episcopatus conferebat, quibus placuit: quos Prælatos cognouerat Pontifici patrocinari, depoſuit, eorum prælaturas aliis conferendo diripuit etiam opulentiores Episcopatus.* Quamobrem inter excõmunicationis in illum latę cauſſas, hæc etiam fuit; *quòd bona Sedi in vacantium fisco suo inuiliſſet: iuſque ſacrarum veſtiturarum ſibi arrogaret*, luculentis teſtimonijs Aemylij, & Maffæi.

Progreditur Villanus vltrà, & indicat, offeſionem Bonifacij tertiam natam ex eo, quòd à Pulchro prohibiti Prælati Galliæ fuerint Romam ad Generale Concilium, ab illo decretum inibi, ſe conferre. Vecerius, eò quæ pertinent, Villanum latinè ſequi voluit hiſce verbis. *Augebatur indignatus ipsius Bonifacij supra quam dici potest ambitiosa magnitudine animi, & contumeliarum insolentia. Itaque, quo partes sua vulgò iustiores nosceremur, lege potius agere, quam armis instituit. Prælatos Gallicos maiores conuenire Romam universos iubet ad publicam Synodum celebrandam. His, ne ijs equo decederent, Philippi prohibitione interclusum.* Ciaconio labor idem arriſit, vt indicant, quæ ſequuntur. *Pontifex, audax, imperterritus, in eum, vt contrà Ecclesiæ apertum hostem, Concilium Generale cogere, & maximè ex Gallicarum Sacerdotibus, & extrema quæque minitari cœpit. Rex ditionis suæ Prælatos è Regno discedere graui pœna inhibuit.* Sed & antè multò placuerat Nauclero hiſce verbis ſcribenti Gener. XLIV. *Bonifacius, vt magnanimus, cœpit contrà eum agere, tamquam contrà inimicum Ecclesiæ. Et ad id efficacius procedens, vocauit omnes Episcopos, & Prælatos Franciæ ad Vrbem, ad celebrandum Concilium. Sed Rex non permisit eis accessum.* Quod autem attinet ad hoc ipſum regium interdictum, inſedit & in aliorum ſcriptis, Wallinghami cumprimis, cuius iſta ſunt in Eduardo I. *Fecit etiam Papa citari Prælatos omnes de regno Franciæ, nec non & omnes Magistros in Theologia, & in iure tam Canonico, quàm Ciuili, vt coràm eo Romæ in Kal. Nouembris comparerent. Rex verò Franciæ publico prohibuit edicto, ne quis aurum, vel argentum, seu merces quascunque asportaret de regno sub fortis factione omnium bonorum, adiectam nihilominus pœnam graui.* Et Pauli Aemylij Veronenſis, cui debemus iſta. *Edicto etiam proposito, iussi sunt a Bonifacio Pontifice et Patresque Franci ad Concilium, certam in diem, in Vrbem Romam commeare. Venit Pulcher è Francia discedi.* Addit Walſinghamus, *fecisse præterea Pulchrum omnes regni sui exitus, & introitus vbique diligentissimè custodiri.* Qua de re loquens etiam Ptolemeus ad annum CIↃ CCCII. *Arcebat* (inquit) *omnes vias regni, vt nullus equus, nullaque pecunia, nullaque litera inde exire posset.* Et habebis hæc eadem in Appendice Archiepiſcopi Conſentini. De Prælatis autem, & qualitate pœnæ ijſdem propoſitæ, ſeorſim & diſtinctè Mutius ſcripſit Lib. XXII. Chron. Germanorum. *Quibus rebus motus Pontifex, &c. conuocat Romam Concilium: etiam totius Galliæ Prælatos Ecclesiasticos vocat ad Vrbem; sed Gallus, ne quis Romam iret, prohibuit sub pœna amissionis vitæ, aut saltem; si cui contingeret misericordia, beneficij.* Nec immunes à prima graniore pœna Laici, ſi forte fortuna Prælatorum quiſpiam eorum incuria regni Gallici finibus exceſſiſſet. Ecce dictis fides ab Annalibus Eberhardi. *Idem autem Rex prædictos nuncios Papæ, infra XV. dies, mandauit exire terminos regni sui, aliquam contra personas eorum procederet nimis dure. Præcipiens per totum regnum suum sub pœna capitis, & omnium bonorũ confiscatione, ne aliqua persona, parua, vel magna, literas D. Papæ reciperet publicè, vel occultè: ponens custodes in omnibus finibus regni sui, ne aliquis importare posset literas, vel mandatum Papæ, & ne aliquis Prælatorum exire posset, vel ad Papæ præsentiam literas destinare.* De Pecunia, & Prælatis coniunctim loquutus, diſertè Platina in Bonifacio ipſo. *Rex, aliqua ex parte iniurias sibi a Pontifice illatas vlturus, edictum proposuit, ne quisquam è regno suo Romam proficisceretur, aut eò pecunias mitteret.* De Pecunia, Vtrinque reliquis Aemylius in Rege dicto. *Regnicolas edicti moniti, ne Romam quis se inscio aut accederet, aut pecunias quacunque causſa transmitteret.* De Prælatis demum, & Magiſtris Regni Annales Eberhardi laudati nupet. *Eodem anno* (CIↃ CCCII.) *mandauit idem Papa Bonifacius omnibus Archiepiscopis, & Episcopis, & maioribus Prælatis, & Magistris Theologiæ, Iuris Canonici, & Ciuilis, erudis de regno Franciæ, vt ad ipsum Romæ accederent circa festum omnium Sanctorũ. Sed ipse Rex, volens eos ab hoc itinere retardari, fecit Parisijs in Ecclesia B. Mariæ publicum Parlamentum, mandans, ne ad ipsum Papam aliquis Prælatorum, vel Episcoporum accederet cum equis, vestibus, vel pecunia.* Ea re Ioannes Hocſemius in Theobaldo de Barro Cap. XXVIII. *Prælatos Galliæ domi retentos asserit à Consiliarijs Regis.* Placuit nihilominus eidem Regi Epiſcopum Altiſſiodorenſem ad Pontificem mittere. Miſerunt & Epiſcopi, Patresq; Franci communem Legationem, tres ſui ordinis Patres permiſſu Regis, qui Pontifici ſatisfacerent, purgarentq; reliquos Patres, quòd Flandrico bello retenti in Francia, in Vrbem ire iuſſi, dicto audientes eſſe non potuiſſent, vt Aemylius docet, qui & addit, excuſationem Patrum à Pontifice ſic acceptam, vt à Rege vetiti, non prohibiti bello Flandrico, viderentur. Sed alias pro ſe quoquè cauſſas, proq; Regni ſui commodis attuliſſe Pulchrum meminit Eberhardus: & ſuper his, & alijs non vnum Epiſcopum; ſed Nuncios ſex miſſiſſe Romam; nec ad Pontificem; ſed ad Cardinalium cœtum, qui palàm illis facerent, ſe non poſſe mandatum Pontificis adimplere. Fuêre porrò cauſſæ prædictis à Legatis expoſitę numero tres. Prima, quòd ſi Rex permiſiſſet Prælatos abire regno cũ equis, veſtibus, & pecunia, regni ſui terminos ſpoliaſſent. Secunda, quòd ſi illinc Archiepiſcopi, & Epiſcopi receſſiſſent, futurus non fuiſſet in regno, tamquàm concuſſis Eccleſiæ columnis, qui conſecraret Chriſma, ordinaret Clericos, miniſtraret Eccleſiaſtica

siastica Sacramenta. Tertia, quòd si Magistri Theologiæ cum Archiepiscopis, & Episcopis aliò concessissent, nullus inueniretur in Gallia, qui periculosis Hæreticorum quæstionibus responderet: si denique Magistri vtriusque iuris, per eorumdem absentiam indiscussæ manerent litigantium omnium quæstiones. Quibus auditis respondit Pontifex. *Nolle se Prelatos, & Magistros regni in Curia perpetuò retinere; sed habito eorum consilio super statu regni, eosdem ad suos breui fore tempore remissiorum.* Ità sine fine intento Regij Nuncij à Romana Curia recessêre. Et hæc quidem omnia pari stylo, & ordine Eberhardus. Sed & Walsinghamum Legationis à Prelatis Galliæ ad Pōt. Rom. missæ video meminisse. Scilicet hæc apud illum legi. *Eodem tempore Prelati Francia, missis ad Papam tribus Episcopis, de non veniendo ad diem citationis prefixum, se per eosdem excusauerunt. Papa verò, Prelatis Francia non comparentibus, misit in Franciam Iohannem Adenachum, presbyterum Cardinalem, qui communicatis Prelatis Parisius secretum consilium habuit cum ipsemet.* Obserno deniquè hinc à Pontifice ad Prelatos Gallos, inde ab his ad Pontificem hac ipsa de re literas exaratas, & Pōtificiarum quidem exemplar Hoeseimius edidit in Theobaldo de Barro Cap. XXVIII. aliarum verò Bzouius ad ann. CIↃ CCCII. Num. VI.

Gradum itaquè facio ad offensionem Bonifacij quartam. *Magis irritatus in Pulchrum Pontifex* (inquit ex Villano Ciaconius,) *cum in vetustis Gregorij VII. monumentis, Francorum regnum ad Ecclesiam Romanam beneficiario iure pertinere reperisset, Clericum quemdam Romanum ad eum ablegauit cum Apostolicis literis, Regis mandans, vt Sedem Apostolicam eius regni dominam cognosceret, id si non impetraret, publice affirmaret, regnum Francorum ob Philippi contumaciam ad Ecclesiam deuolui. Aderat anathema, & Francos omnes a iuramento regio absoluerat. Is Parisios accedens, publicè lo qui impeditus, erectis ei bullis, & cōbustis, e regno ignominiosè expulsus est. Rex, ne quis anathema in se a Pontifice ictum referret, portarum aditus custodiri iussit, ne quis nuncius, vel littera ex Curia Romana ad eum deferrentur.* Hisce verbis Ciaconius in Latium offensionem Bonifacij quartam, etruscis è Villani fontibus haustam, detriuabat ex parte: nimirū ut verbiùs, & absolutiùs Naucletus fecit. Quamobrem audiatur rursus hæc ipsa offensio ex illius ore. *Bonifacius, vt magnanimus, caput contra eum agere, tanquam contra inimicum Ecclesiæ. Et ad id efficacius procedens, vocauit omnes Episcopos, & Prelatos Francia ad Vrbem, ad celebrandum Concilium sed Rex non permisit eis accessum. Vnde Papa magis turbatus, cum intellexisset ex quibusdam decretis regem Francia a sede Apostolica debere recognoscere etiam in temporalibus regnum, destinauit Archiepiscopum Narbonensem, mandans Regi recognitionem regni facere Sedi Apostolica, alias eum execraret, & terram suam interdicto supponeret. Postquam ergo ille applicuit Parisios, Rex non permisit bullas publicari; imò familiares Regis literas Apostolicas ei abstulerunt, ipsūm de Ciuitate cicientes, & regno. Comes autem Artensis, qui adhuc in humanis fuerat, literas in ignem proiecit. Exinde Rex custodiri fecit omnes vias, per quas esse posset ingressus ad regnum Francia. Propter hoc Papa execrauit Regem.* Parùm hercle phaleratus Naucleri stylus: at propior Villani menti Ciaconij verbis, quòd facilè deprehendet quisquis vnum cum altero, & vtrumquè cum Villano contulerit hac in parte. Nam quæ idem inibi Nauclerus subdit: *Protestatus etiam fuerat Archidiaconus Narbonensis, regnum Francia ad Romanam spectare Ecclesiam, Regemque admonuit, vt a regalibus abstinens, à regno se abdicaret: quin etiam astantes Prelatos, Principesque, ac cæteram Nobilitatem à iuramento fidelitatis, quo Regi fuerant obligati, absoluens, iussit, vt se Romam ad Pontificem conferrent*, haud in Villano legere est; sed in Blondo Lib. IX. secundę Decadis laudatę suprà, vbi & videte est, Archidiaconum eumdem pronuntiasse, *indulgentias, concessiones, indulta, & gratias, quotquot id regnum ad eam diem à Pontificibus Romanis habuerat, tandiu suspensas censeri, quoad singulas quisque à Bonifacio Pontifice denuò impetrassent.* Murij, & Platinæ quæ huc facerent, attulimus in offensionibus Pulchri pag. 154. Paulli Aemylij eòdem spectantia hæc omnino sunt, quæ subijcio ea fini, quòd is paullò secus ac alij Narbonensis legationem narret. *Maiore accensus ira Pontifex, Philippum regē Francorum nominatim execratur, quòd diceret, eum in Episcopum manus iniecisse, ac bona Sedium vacantium fisco suo inferre, usquè sacrum (lego sacrarum) vestiturarum sibi arrogare. Addebat id, quod omnibus perniciosum fuit, Regem Francia non sacro modo, pontificioq; iure Pontificem Rom. vt animorum parentem, operere obseruare; sed ciuili iurisdictione, profanaq; re. ac causa, & dominatu, principem authoremq; agnoscere. Simul scribebat, se Francia Proceres soluere fidelitatis iureiurando, quo se Pulchro deuinxissent, ac ei iura regni abrogare. Harum rerum frequenti Procerum, Patrumq; Francorum cœtu enuntiandarum munus Archidiacono mandarat Pontifex: diplomaquè, vt id sacrum monumentum foret, dederat.* Et mox. *Diploma, priusquam coactis ad id Lutetiam Patribus recitaretur, raptum Angelus igni dedit, facessere Archidiacono procul iusso.* Hæc Aemylius. Sed & apud alios aliis cum mandatis Archidiaconum Narbonensem missum ad Philippum noto, nempe, quò dimitteretur Apamensis Præsul, quem Rex apud se iusserat custoditi; quo ex facto Scriptores ijdem causam indignationis alteram Bonifacio natam non exilem volunt. Eam verò rem accuratè persequutus est Platina in hæc verba. *Pontifex, Hierosolymitanam expeditionem iam pridem meditatus, Apameensem Episcopum ad Philippum regem Francorum mittit, qui hominem ad eam rem cohortaretur. Is itaque eo profectus, cum nil precibus impetraret, minas quidem addidit. Hanc itaquè ob rem iratus Philippus, hominem subito in carcerem conjicit. Quod vbi Bonifacius resciuit, eo statim misit Narbonensem Archidiaconum, virum certe insignem, qui Pontificis nomine Philippo mandaret, vt missum faceret Episcopum Apameensem. Id si non impetraret, diceret, audientibus omnibus, regnum Francia ad Ecclesiam deuolui ob contumaciam Philippi, & violatum ius gentium; addereturquè anathema, & omnes Francos a iuramento regio absolueret. Fecit omnia quàm diligentissimè Archidiaconus, ac Regem compulit Episcopum Apameensem dimittere.* Atqui Nauclerus narrationis huius auctorem facit, & agnoscit Blondum, quòd hęc apud illum extent. *Bonifacius interea Pontifex destinato mentem & animo sui exercitus accersendo Duci manus apponere* (nota causam alteram Legationis ab Apamenensi susceptę, longè diuersam ab ea, quam antè mox attulimus ex Platinæ monumentis) *Apameensem Episcopum ad Philippum Francorum regem miserat Oratorem, qui Episcopus Pontifici, à quo missus erat vehementia, atque etiam fastu adsimillimus, postquam suasiones precesquè parum vtile sunt mouendo Regi, & in sententiam ducendo efficaces, quasque extrema, excommunicationem, regniquè priuationem non timuit comminari. Sed par fuit illius arrogantiæ Regis lenitas. In carcerem enim coniectum iussit parum ciuiliter custodiri. Sed alter à Pontifice veniens nuncius, Narbonensis Archidiaconus, postquam dimittendo Episcopo Regem durum vidit, duriora, & ipse Pontificis mandata protulit. Et subjicit, quæ nos illum protestatū fuisse Pulchro paullò antè tradidimus ex Nauclero, & eodem Blondo. Tandem his absoluit Blondus narrationem suam. Liberauit itaquè Rex Apameensem Episcopum, & Regnicolas edicti monuit, ne Romam quis se injecto aut accederet, aut pecunias quascumque causa transmitteret.* Hinc illa Naucleri ipsius non audita suprà. *At Bonifacius, Hierosolymitanam expeditionem parans, Arremiensem Episcopum ad Philippum Regem Francorum mittit, qui lenis-*

hominem ad eam rem cohortaretur. Is itaq; eò profe-
ctus, cum precibus nihil obtinere potuisset, minas addi-
dit. Sed par fuit illius arrogantiæ Regis levitas. Ho-
minem sibi in carcerem conjicit, ex quo Rex indigna-
tionem Papæ acquisivit, vt Blondus, & sequaces refe-
runt. Sed his è fontibus omnium vberrimè Marius
Belga libro de Schismatibus vniuersalis Ecclesiæ,
Parte & Capite laudatis antè suos, vt liquebit, hor-
tulos irrigauit. *Bonifacius, nominis eius* VIII. *iam-*
pridem expeditionem Hierosolymitanam meditatus,
Apamensem Episcopum ad Philippum Regem mittit,
non instar cohortantis, sed præcipientis, serioque man-
dantis, vt statum, omnique cunctatione remota, se se ad
expeditionem pro recuperanda terra Sancta accingat,
tempore (sæpe aliàs, alienissimo, vtpote quod Rex bello
Flandrico occuparetur. Legatus videns, quod responsi
sonem ex animi sui sententia ferre non posset, verbis acer-
bis, atque minacibus dicens, ni dicto obediens Rex foret,
Papam eum regno priuaturum. Rex ad hæc verba Le-
gatum in carcerem conjecit. Quod vbi Bonifacius resci-
vit, homo natura iracundus, biliosus, & præter modum
arrogans, admodum exarsit, & eò statim misit Ar-
chidiaconum Narbonensem, qui Pontificis nomine Regi
mandaret, ne vlla ratione in posterum subsidium à bo-
nis & redditibus Ecclesiarum exigeret, id quod Philip-
pus fecerat ob maximas bellorum necessitates, quibus pre-
mebatur, vt regnum defenderet, ac tueretur. Præterea
idem Archidiaconus dixit. Ob contumaciam Regis, &
violatas ius Gentium in captione Legati, regnum Gal-
liæ devolutum esse ad Ecclesiam Romanam, & si non ob-
temperaret mandatis, & prohibitionibus Papæ, eum vna
cum maioribus fautoribus, atque amicis in numero hæreti-
corum habendum. Ad hæc Archidiaconus complures
Episcopos, Abbates, Theologos, & Iuris Canonici peritos
nominatim citauit, vt certo quodam, atque præfixo die
Romæ coram Papa comparerent, omnibus præsulegys, ac
indulgentijs, concessis a Papa Gallis, penitus abolitis. Rex,
cognito duro, ac rigido Pontificis processu, in præsentia
omnium Baronum, ac Præcipuorum regni, summa cum
temeritate, ac arrogantia publicato, præter modum indi-
gnatus est, idque non immeritò. Iussit ergò, matura de-
liberatione habita, vt Episcopus Apamensis, quem violas-
se ferebatur, dimitteretur, & vterque nulla interposita
mora, vel cunctatione, regno excederet. Hisce verbis
Marius legationis istius seriem ordine referebat,
quam his alijs redegit in epitomen Tursellinus.
Iamque (Cassanus Schylo) *Hierosolymam ipsam pe-*
tebat, cum subita defectio Persarum eum domum evocа-
vit. Ergò Oratores ad Bonifacium Pontificem, & ad
Francum regem destinat, de sacra vrbe communibus
viribus recuperanda. *Cæterum missus à Pontifice ad*
Pulchrum Franciæ Regem Apameensis Antistes nimio
ardore animi cuncta turbauit. Nam Francum ad sa-
cram expeditionem impellens, dum precibus miscet mi-
nas, adeò Regis accendit iram, vt is atroci edicto veta-
rit, quemquam è suo regno Romam ire, aut pecuniam
mittere. Hinc ire exarsêre inter Pontificem, Regemq;.
Hæc ad aliorum, qui antè se scripserant, ductum
suis in Epit. historicis Tursellinus. At quorsùm in-
sistens Blondi vestigijs Nauclerus, vti fatetur ipse,
Arminensem Episcopum pro *Apamensi* substituit,
cuius in Blondo solius mentio non obscura? Credi-
derim, id à Nauclero factum, quòd è vetustiori-
bus monumentis fortè constaret, legationem illam
ab Arminensi Præsule, non ab Apamensi, susceptam,
quod potuit etiã ob oculos habuisse Marius, qui di-
serè Lib. XXII. Germanicarum rerum. *Pontifex quo-*
que miserat Legationem in Gallias, vt auxiliares manus
mitteret socero fratris sui (Balduino scilicet Imperа-
tori Constantinopolitano, sed ab Imperio depulso)
addidit esse opus bonum, & sanctum; nam, restituto Im-
peratore Constantinopolitano, statim le exercitum missu-
rum in Turcas. Et erat id propositum Pontifici; sed Rex
Galliæ audito Pontificis Legato, qui erat Episcopus Ari-
minensis, nihil respondit pro voluntate, & proposito Pon-
tifici. Quare Legatus, quemadmodum in mandatis ha-
bebat, minatus est Regi anathema, & à Regno depositi-
onem, fratremque Regem futurum, quem tam nolit mi-
nare. Nam, non Balduinum; sed fratrem, & Christia-
nam Ecclesiam vt iuuet, se petere. Rex Episcopum in
vincula iubet conjicere. Ex qua re magna inimicitia in-
ter Regem Galliarum, & Pontificem est orta. Et Bzo-
nius, qui signatè de Ariminenti ad annum CIↃ CCCI.
Num. VII. *Non magis aquarem hoc anno Bonifacius*
Gallorum regem Philippum expertus est. Is anno supe-
riore Ariminensem Episcopum, Sedis Apostolicæ pro ex-
peditione in Terram Sanctam in annuum destinatum,
in vincula conjecerat. Sed ego nec Iudex, nec Arbi-
ter hac in parte, cum præsertim aliam omninò ob
causam Apamensem in ergastulum conjectum,
quàm propter libertatem dicendi nimiam, qua vsus
fuerit in obeunda legatione sua, nomine Sedis Apo-
stolicæ susceptæ pro expeditione in Terram Sanctam,
Walsinghamus, Æmylius, & Bzovius, calamo non
suspenso tradant. Suis suam quisque verbis pronun-
tiet, ne fraudi ea res cuippiam sciet. Ait primus ad
annum CIↃ CCCII. *Hoc tempore Apamensis Epi-*
scopus de conspiratione contra regem Franciæ accusatus,
& ad Regis vocatus Curiam, in custodia detinetur. A sen
se verò Februario, ad mandatum D. Papæ liberatus, iube-
tur cum Nuntio D. Papæ regnum evacuare intra certum
terminum à Rege præfixum. Secundus ex Annalibus
Francicis in Philippo Pulchro. *Annales Francici*
tradunt, Episcopum Apamensem solitum fando male
sentire de Rege Pulchro, eumque verbis allatrare: Re-
gem ad se illum evocasse, tradidisseque velut in custodia
Archiepiscopo Narbonensi, vt de eo se consulto statueret.
Bonifacium id indignè tulisse, misisseque ad Pulchrum
Regem Archidiaconum Narbonensium (is civis Roma-
nus erat) qui Pontificem Apamensem dimitti juberet.
Tertius ad suprà laudatum annum, & numerum,
Col. 23. *Apamiensem Episcopum, calumnijs intoleran-*
dis oppressum, quid audaciam Palatinam paulò animosius
increpuisset, officiumque sua erga Romanam Ecclesiam Re-
gem, & Aulicos liberè admonuisset, in ergastulum con-
clusserat. Adde ab Æmylio secundo loco laudato Ma-
di, nullum prorsus Episcopum in Galliam à Bonifa-
cio missum, causa belli sacri; sed *literas imperiosis*
tantum, ac, nisi continuò iuberetur, minacibus & tu-
midis plenas. Inde Carrio Lib. V. Chronici de hoc ipso
bello, & causa indignationis exinde natæ inter Pon-
tificem, & Galliarum Regem. *Franciæ regnum ten-*
tarat Bonifacius Octauus, imperata pecunia ad bellum
sacrum, quam cum pendere recusaret Philippus rex, Pon-
tifex furore percitus regnum illi abrogatum Sedi Roma-
næ asserere, sonare, fulminareque, & subditis, ne excom-
municato parerent, præcipere cæpit. Iudica Lector, qui
iudicio polles, vsque adeò variè res ista, literarum
monumentis inscripta, pervenit ad notitiam præsen-
tis ævi.

Iuuat igitur in Villani semitam, tamquam è diver-
ticulo, me referre, eoq; duce & comite progredi ad
offensionem Bonifacij quintam. Peperit illam sine
dubio Concilium Parisijs habitum adnitente Pul-
chro, quòd in eo non tàm multa pro Rege dicta,
quàm contrà Pontificem pronuntiata innumera, &
sancita. Ea verò quæ fuerint, docebunt nos, & alios,
Scriptores ipsi, qui res eius Concilij credidêre lite-
ris, vt liquebit. Præit ecce Dux noster, & Comes,
Latinis Naucleri verbis incinctus, & causam istam
edisserit in hunc modum. *Rex Franciæ congregari*
fecit Parisijs omnes Prælatos Franciæ, nec non Barones,
& facto Concilio pro sui iustificatione (iam enim sacris
illum interdixerat Pontifex) *appellavit ab illa senten-*
tia, se excusando, & contrà Bonifacium invehendo; plu-
ra scelera, scilicet hæresis, simoniæ, homicidij, & alio-
rum illi improperando: idèo de iure deponendum esse à
Papam. Sequitur Vecerius, deq; causa eius Con-
cilij prima, nempe de iustificatione Pulchri, loqui-
tur in hæc verba. *Neque eo minus Prælatis regni ipse*

(Philippus) *Lutetiam accersiit, causam que sic suam approbare nititur.* Quemadmodum in hac alia Musius de secunda, nempe de criminatione Pontificis, Lib. xx. Chronici Germanorum. *Rex Gallorum execrationes Pontificias contemnit, non esse pontificia sede dignum, esse hæreticum, simoniacum, & omnibus vitijs contaminatum hominem. Quare eius sententiam non morandam; sed iure a Pontificatu deponendum.* Et antè Murium tradiderat idipsum Scriptor Annalium, quos Dominicanorum Colmariensium vocant. *Rex Francie Parlamentum in festo Ioannis Baptiste dicitur habuisse, in quo significauit, D. Papam in pluribus articulis fidei grauiter excessisse.* Et post vtrumque Caluisius suo in Chronico ad annum CIↃ CCC III. *Anno 1303. Synodus Parisiensis agitur, in qua decernitur, Bonifacium VIII. esse simoniacum, homicidam, hæreticum, epicureum, qui Sarracenos allexerit ad inuadendam Siciliam.* Walsinghamus rem eandē in Historia sua Anglica persecutus, obiecta Bonifacio Parisijs, Militibus, nescio quibus adscribit. Clarum id, quàm quod clarissimum, ex ipsius verbis. *Circa festum S. Ioannis Baptiste, Milites quidam, in presentia Cleri, & populi Parisiensis congregati, Papa Bonifacio multa imposuerunt enormia, puta, heresim, simoniam, homicidia, præter que pro Rege Francie appellatum est contra eum ad illum, cuius interest, donec conuocato Concilio se a criminibus purgaret obiectis.* Sed, quales hi quoq; Milites fuerint, constabit haud multò post ex aliorum dictis. Cęterùm inter ea, quæ tum obiecta fuēre Pontifici, repertus mihi pariter est ingressus illius ille gitimus ad Papatum. Prodit id Appendix adiecta Suppurationibus Archiepiscopi Consentini. *Postea idem Rex (Philippus) conuocatis prelatis, Baronibus, ac Comitibus regni, Parisijs Concilium celebrauit, petens consilium, & auxilium contra Papam predictum. Et obiecta fuerunt eidem Papa crimina, & titulus hæresis; sicque predecessore viuente intruso, & ingressus illegitimus ad Papatum: & quod ei non erat parendum. Fuit que facta contra ipsum prouocatio ad Concilium Generale.* Indicat & Vincentius, Beluacensis Antistes, in Historiali Speculo Lib. x x x I. quem hic quoque iuuerit audisse. *Verum, cum inter Philippum Francorum Regem, & Bonifacium ipsum (vt erat animo ambitiosus) postmodum subortæ fuissent dissensiones, eo quod Philippus apud Parisius magnum congregasset Conuentum, vbi Bonifacij commemoratis iniurijs sibi illatis, ac etiam eius fraude in Papatu occupando commemoratis, ad futurum Concilium appellauerat, Bonifacius ira pertus, &c.* Nec inuoluit silentij tenebris Masseus, sed protulit in apertam historiæ lucem Lib. x v I I. Chronici laudati suprà. *Rex, Concilio Parisijs conuocato; Pontificem ipsum schismaticum, hæreticum, Sedis inuasorem nominans, ad Generale Concilium aduersus eum appellauit.* Fluxēre porrò hæc, & his similia ex Platinę monumentis in Bonifacio ipso, vbi loci narratur res eadem hisce verbis. *Philippus Rex Francie, Bonifacij arrogantiam iniquo animo ferens, habito apud Parisios Ecclesiasticorum, & Nobilium magna conuentu, commemoratisque iniurijs à Bonifacio acceptis, eiusque ambitione, & malis artibus ad occupandum Pontificatū, quem iniustè teneret, ad Sedem Apostolicam, tum, vt ipse dicebat, vacantem, futurumque Concilium appellauit.* Addit his Ciaconius, qui prædicta transtulit in Bonifacium suum. *Et capita quædam contra ipsum examinanda, publicandaque, quibus ipsum hæreticum, blasphemum, periurum, simoniacum, homicidam, sceleratum esse publicaut, remouendum* (legerem longè lubentius) *& ideò remouendum, quamquam de his criminibus testes opportuni non essent. Abbas Cluniacensis (Cisterciensis* alijs) *coràm quo appellauerat, prouocationem reiecit, & in Burgundiam abijt. Coegit verò Rex Doctores reliquos Parisienses religiosos dicta capita suscipere, examinare, & tueri.* Et hæc Ciaconij patiter ex Villano. Quin id amplius apud Walsinghamum memini me legisse, mortuo Bonifacio, Regem eundem offensum Abbati Cisterciensi, quòd in appellationem contrà Bonifacium non consenserat, omnia Monasteria eiusdem Ordinis, in regno Francię constituta, plurimùm molestasse, propter quod Abbas vltrò regimini Ordinis sui cessit. Meminit & appellationis predictæ Blondus, cùm Dec. II. Lib. IX. scripsit. *Celebrauerat interea Philippus Rex Francorum apud Parisios Prouinciale Concilium, & Ecclesiasticis simul, ac nobilitatis Secularium primoribus æquè censentibus, ad Sedem Apostolicam in se mitiorem aquiorem que appellauerat.* Sed enim aliud etiā præter appellationem, & justificationem suam, eo in Concilio pro se peregisse Pulchrum ex Aemylio disco. Cum enim Bonifacius ei Galliæ Regnum, & Imperium ademisset, eo quoquè in Concilio, quaquisquè Procerum in se fide, ac voluntate esset studiosè voluit experiri. Quamobrem hæc ab Aemylio eo de Concilio scripta. *Quod constat, contractis Rex Lutetiam Patribus, commemorat Bonifacij in se, Franciamque noui exempli decretum; sed cum Pontificem Maximum non esse, eaque de re cognoscenda Sacrosanctam Sedem, suo Antistite tunc viduam, appellare. Ad hoc Proceribus coactis, Interrogo vos, inquit, cuinam fidelitatem præstare eius fasque sit, ac cuiusnam beneficio vnusquisque vestrum oppida, dominatus, imperia, honores habeat? Vndique consentiente voce responsum, illius vnius se beneficiarios esse, proque eius gloria, imperio, salute, mortem oppetituros, memores fidei sua, ac Regia maiestatis.* Docuit idipsum ēt post Aemyliū Marius, cuius vbi verba dedero, pauca admodùm desideranda supererunt hac in parte. *Ineunte vere* (scribit de Pulchro Marius) *Conuentum omnium Ecclesiasticorum, atque Baronum regni Parisijs indixit. Concilio congregato Rex ipse præsedit: cumque commemorasset iniurias, sibi a Pontifice illatas, & qua ambitione ac fraude Pontificatum occupasset, primò ex Ecclesiasticis scisciatus est a quo redditus, & beneficia sua tenerent? Deinde, oratione ad Principes, Barones, & Nobiles conuersa, dixit. Et vos Nobiles, & Vassalli, quem pro Domino vestro agnoscitis? Tunc verò omnes vna voce responderunt, quod omnia bona sua a manu, & potestate regia penderent. Quibus Rex auditis, subinfert ac replicat. Anne itaque arrogantiam Bonifacij Octaui cognoscitis? qua tanta est, ac si regnum Gallia, & vos omnes ei subiecti essetis, quemadmodum & se Imperatorem Germania esse gloriatur. Bonifacius siquidem ter coronam Imperij Alberto Austriaco denegauerat, & gladio accinctus dixerat, se esse Cæsarem Augustum Imperatorem, ac Dominum mundi, nec alium quemquam; nihilominus tamen postea titulum Imperij cum titulo regni Galliæ Alberto contulit. Nos itaque, Amici, atque Fideles, vestræ fidei atque virtuti confidentes, simulque gratias vobis pro vestra in nos propensione, ac benevolentia agentes, promittimus, daturos nos operam, vt vestra virtute adiutrice publicam regni libertatem conseruemus, ac tueamur. Rebus sic propositis, ac ad consultationem accuratam reuocatis, Rex a Papa ad Concilium futurum appellauit, & edictum sub graui pœna proposuit, ne quisquam e regno suo Romam proficisceretur, aut eo pecunias mitteret, simulque omnes portus, pontes, atque itinera custodiri curauit.* Scripsit eriam de rebus, inibi cōtrà se gestis, Bonifacius ijs in literis, quas ad Galliæ Prælatos dedit, ediditq; Hocsemius in Theobaldo de Barro Cap. x x x I I I. & his planè verbis, quibus in promptu paucis, fraudare, nostra qui legerint, non debemus. *Scimus equidem multorum relatione fidelium, nec latet Apostolice Sedis nouitatem, qua & quanta fuerint in eadem Concione narrata, & maximè, qua Belial Petrus de Flote, seminadens, & mente totaliter excæcatus, & quidam alij predicauerint sanguinem sitientes Christiani, qui charissimum Philippum, Francorum regem illustrem, trahere nituntur in denium, proh dolor, propinquum, cum tam a Christianitatis sublimitat erroneo ducatu submergitur. Cui ducatus a cœcis miserabiliter ad mentis interitum, nisi ex alto succurrit diuina pietas, propinquatur.* Et post aliqua.

Digitized by Google

aliqua. *Multa preterea ſuperba, iniqua, & ſchiſmatica in eadem fideli Concione narrata fuerunt per Oratores eiuſmodi, per que velle videbantur diſtrahere vnitatem Eccleſie, inconſutilem tunicam Domini Noſtri, que per nos videbantur reici, vel certè potius non audiri, quia vani nominis recitatur, nec effugit veritatem.* Verùm enim verò nemo rectius Maſſono clauſerit diſſertationem iſtam. Ea quippe tradidit, quæ vel ob id etiã proderit attuliſſe, quòd longè ſecus à Bzouio, neſcio quo iure, quaue fiducia, ſint allata. *At Philippus, vocatis Lutetiam ad Concilium Proceribus regni, & Epiſcopis, Abbatibuſque, & Oeconomis templorum, coram eis primum ſe excuſauit. Deinde recriminatione vſus eſt, Bonifacio per Wilhelmum Nogaretum hereſis, & ſimonie accuſato. Poſtremo voce Wilhelmi Pleſiani teſtatus eſt, ſe à Bonifacio ad ſucceſſores eius, aut ad futuram Synodum prouocare, eique appellationi Eccleſiaſtici Ordinis viros adhærere coegit, Abbate Ciſtercienſi, qui factum non probaret, Lutetiæ detento. Vides planè, qui vides, Lector, quot, & quanta Maſſono* Bzouius de ſuo fuerit elargitus? Modũ itaque faciant diſſertationis huius Maſſoni reliqua, quæ ſubnecto. *Accuſationis, & prouocationis Acta habemus. Nogaretus militis, ac legum profeſſoris titulos prefatur: Pleſianus verò militem, ac Dominum Vicenobij ſe vocat. Sed acta illa, quia maledictis plena ſunt, hic omittere preſtat. At Nangius Nogaretum Francie Cancellarium in Chronicis fuiſſe dicit. Exalijs Bonifacy lucrit (* ſignat eas, quas Hoeſemius edidit, à nobis alibi laudatas) *ad Epiſcopos, & Sacerdotes Francie, perſpicio in Concilio Lutetiæ habito, Petrum Flotum Equitem multa aduerſus eum probra protuliſſe. Verum hæc ſpicula, quæ in abſentem fruſtra iaculabantur Bonifacius contempſit. Fortunatus procul dubio Pontifex, ſi, quàm facilè minas videre erat ſolutus, tam facilè vim, & inſidias vitare potuiſſet.* Hæc Maſſonus de hac tota re, qui cum Acta illius Concilij viderit, vt fateatur, ei quoquè plurimùm par eſt credere ſic ſcribenti. Credimus & Villano plurimùm, quòd is ſub huius diſſenſionis initia in Gallia fuerit, vt idem Maſſonus tradit, & anno Iubilæi CIↃ CCC. Romæ, vt ipſemet Villanus extremo Cap. XXXVI. Lib. VIII. clarè teſtatum ijt. Quare rebus in his Villani fidem requirere non debemus; longè verò minus in dubium reuocare.

Adſcribam nihilominus, quas & alij, præter Villanum, offenſionis Bonifacij cauſſas attulêre, vt omnibus Lectori politis ſub aſpectum facilius poſſit, cui maluerit, aſſentiri. Nos enim aſymboli prorſus eſſe volumus hac in Nota.

Refert Nangius ore Maſſoni laudati nuper, anno 1296. Philippum exegiſſe à Laicis, & Clero regni omnium bonorum centeſimam, nox quinquageſimam, vt ſumptus belli Anglici ſuſtineret. Id Bonifacio diſplicebat: itaq; ſanctione veruit, in ordinem Eccleſiaſticum huiuſmodi exactiones fieri, ac per Legatos regios Philippum non obſequentem monuit, vt à Clero vexando abſtineret. Non parenti literas per Iacobum Normanum Notarium ſuum actimoniæ plenas miſit, quibus prefatus Reges omnes Romano Pontifici, & Eccleſiæ ſubeſſe, plurima ab illo cõtrà æquitatem, & intris ordinem fieri querebantur: Plebem, & Clerum exactionibus opprimi: Eccleſiaſticas dignitates conferri: bona Sacerdotum occupari: iuriſdictionem ſuam illis eripi: Lugdunenſem nobilem Eccleſiam ad ſuopiam penè redactam, in qua ipſe Bonifacius in minori fortuna Canonicus fuiſſet: annuos fructus Sedium vacãtium fiſco inferri: monete depratiatione ſubditis, atque extraneis iniuriam fieri. Pilippus nuntium illum, qui literas attuliſſet, malè acceptum dimiſit. Pontifex Ioannem, S.S. Marcellini, & Petri preſbyterum Cardinalem, genere Gallum, nihilominus in Galliam ad Regem venire iuſſit, qui illum, vt amicus benevolè moneret, Romanę Sedi meritò ſuccenſenti vltrò audiens eſſet. Hunc datis cuſtodibus obſeruari iubet. Inſuper mandat, ne quis cum eo colloqui, ne cui literas dare, aut accipere à quoquam poſſit. Qua re cognita Bonifacius, per Nicolaum Benefractum, Cardinalis ſeruũ, miſit literas, quibus mandabat Regi denuntiari, factis ipſi interdictum eſſe. Nicolaus, antequam literas dare Domino ſuo potuiſſet, aprehenſus atque in carcerem coniectus eſt, Cardinali fruſtrà, vt dimitteretur, petente. Tandem Bonifacius, Eccleſiaſtica pœna in contumacem vſus, ipſi interdixit, ſubditoſq; eius omnes ſacramento ſolutos pronuntiauit. Attulit & hæc ipſa Bzouius ad annum CIↃ CCC. III. Num. IV. & V. vbi totum huc locum Nangij; ſed auctum ab illo nimis, vt aliorum alia non pauca, deprehendes. Quæ nos dedimus, pura puta ſunt, & ipſiſſima Nangij ex Maſſono.

Cauſſas offenſionis eiuſdem ex alijs alias inueſtigo. Apud Ferretum, Bonifacij *συγχρόνον*, hanc offendo. Legatos Pontificis à Galliarum Rege, primitias regni, quas illi per triennium conceſſerat Pontifex in Terræ ſãctæ ſubſidium, hacce verborum formula petiiſſe. *Non tua nos ad te, Philippe, maieſtas; ſed Cleri Princeps optimus, venire coegit, dum, rebus ſuis prouidens, ea vide vti ſolertia, quam ſobrium Principem decet curis aduertere. Nôsti quidem, & ipſe non negligit, primitiarum regni tui vſum in tempore ſibi promiſſum ſpatio inſtantis anni finito, ad verum dominum neceſſe conuerti, quod dum fere præſtiſti, te vide prius certis anticipare ſermonibus, vt, ſi forte ignarum te dicas, eo nuntiante non dubites. Reſtat quidem ambarum Lunæ ternarius, quem tibi comparans, inde munus conditionale reſtituas, nec putes ſibi demũ precibus vllis adſcribere. Fixum eſt enim illius cordi, non vltrà tibi competere. Quod ſi rem negas, flammatum ergò te ſenties Apoſtolicum repetendorum actione iuſtiſſima.* Negaſſe verò Regem, & verbis hiſce, veluti excandeſcentis irà dictabat ab impetu, reſpondiſſe. *Sceleri Princeps infidus vos ad aulam noſtra tribunal legauit, iſthinc reduces ad illum cita ſuggeſtione remittimus, vt ſciat, nos arma ſua, præter Dei cultum, non metuere. Quod ſi quidquam paret moleſtum, vt dubitur nobis, viribus reſiſtemus. Non debuit enim munus conceſſum, priuſquam iactura noſtra refecti ſponte reddamus, ipſe repetere. Scit benè, qua vi eſt Caroli ſucceſſor, quidue poſſit, ſobria mente diſcutiat. Ite nunc, & illi noſtra verba referte. Quod tenemus, adhuc prorſus tenere volumus, donec reſtitui dignum putabimus, vt non indigeat matris auxilio fidelis alumnus Eccleſiæ.* His auditis Pontifex ſic exarſit, vt non minor illum ira vexarit, quàm Regem. Cumq; anno perfecto rurſus, vt primitias illi conceſſas in tempore prorſus ſibi redderet, per Apoſtolica dicta mandaſſet: nec ideò Rex tumidus Sacræ religionis cuſtodem vereri dignatus, humilem ſe reddidiſſet, de iuſtitia meditans, Philippum, & eius complices ſacræ communionis interdicto tenaciter innodauit, vt, nĩ certum intrà temporis ſpatium Paſtori ſuo deuotè paruerit, anathematis ſupplicium certus expectet. Demum, eum nec reddere munus acceptum, nec vlla pactionis lege cum Apoſtolico Rex tumidus flecti vellet, non minus cornua erigens, in aduerſum

Principem æstuans Bonifacius, illum, qui claues sa- A
cras in contemptu fidelium neglexisset, truci iudicio
condemnauit, locumque studio liberalium Artium
temporibus multis aptissimum, & lanificio congruũ,
ac gentibus & diuitijs opulentissimum, doctrinæ cul
tu priuauit. Hæc Ferretus.

Laurentio de Monacis caussam eandem placuit as-
signare. Tetigit & eandem Bzouius ad an. CIↃ CCCI.
Num. VII. talibus verbis omnino, *Pudorum ne-*
que rebus Syriæi auxilium ferre neq; pecuniam sacram,
toto triennio ipsius belli Syriaci authoritate Pontificia
collectam, in fiscum autem regium illatam, postulanti
Bonifacio restituere voluisse. Quorum partem repetit
ad an. CIↃ CCLXXII. Num. III.

Caussam aliam duplicem nobis in hæc verba sug-
gerit Eberhardus. *Papa Bonifacius misit Regi Francia*
quasdam literas, & nuntios, monens ipsum, vt ab offensio-
ne Cleri desisteret, & monetam, quam fabricari denuò
in præiudicium regni fecerat, immutaret. Idem autem
Rex prædictos nuntios Papæ infra XV. dies mandauit exi-
re terminos regni sui, alioqui contra personas earum pro-
cedere: nimis dure: præcipiens per totum regnum suum,
sub pœna capitis, & omnium bonorum confiscatione, ne
aliqua persona parua, vel magna literas Domini Papæ re-
ciperet publice, vel occulte; ponens custodes in omnibus
finibus regni sui, ne aliquis importare posset literas, vel
mandata Papæ: & ne aliquis Prælatorum exire posset,
vel ad Papæ præsentiam literas destinare. Duas hasce D
caussas attulit Eberhardus ob idq; Ciaconius respe-
ctu primæ. *Per hos*, inquit, *ortes discordia inter Boni-*
facium Papam, & Francia regem Philippum exorta,
vtrique exitialis fuit. Eius aliquot causse referuntur.
Nonnulli Pontifex Constitutiones ediderat contra quos-
cunque, etiam Reges, qui immodica tributa, & iniquas
exactiones Ecclesiarum sine Ecclesiasticæ libertatis de-
trimento, imponerent. Ijs Francorum Regem, pecunia-
rum indictionibus Ecclesias Gallicanas vexantem, etiam
perculit. Iratus Rex in minas, & probrosa verba contrà
Pontificem (vt Gallorum natura est) erupit. Et Bzo-
uius intuitu secundæ ad an. CIↃ CCCII. Num. VII.
Mauritium, in damnum Ecclesiarum exercebat,
&c.

Rebus alijs alij indignationem Pontificiam refe-
runt in acceptum. Et horum quidem é numero Wal-
singhamus, quem loquentem audiuimus aliàs, *re-*
sponsu Petri de Flote, nuncy regij, qui asserenti Pontifici,
se habere vtramque potestatem, Regis sui nomine subie-
cit: Mentitus es Domine, sed vestra est verba, nostra verò
erunt. Aegydius, *promisso, Pontifici facto a Pulchro,*
de numerandis illi sexaginta millibus aureorum, quæ po-
stea non fuerint numerata. Mutius, *mandato Regis,*
quo nempe iusserat, Sedis Apostolicæ Legatum exire e
regno, & nuntiare Pontifici, se suspensurum omnes, qui
venissent Roma. Alij alijs. Nimirum ista quoque G
continent Paralipomena Wrspergensis ad an. CIↃ
CCXCIV. *Implacabiliter Rex Franciæ Pontificem offen-*
derat, quòd, Pragmaticam sanciens, Apostolicæ Sedi suũ
per Franciam minorauit honorem. Eaque transcripsit
Krantzius Lib. VIII. Saxoniæ Cap. XXXVI. quibus &
hanc caussam aliam præmisit, ob quam scilicet impla-
cabiliter Rex idem Pontificem offendisset, nempe,
quòd nuptias Eduardi Anglorum Regis, & filiæ Comitis
Flandriæ disturbasset. Qua de re non paucis Bzouius H
Tom. XIII. ad annum CIↃ CCXCVI. Num. VIII. qui
& inter offensiones Pontificis hãc recenset Num. XV.
præcedentis anni, *quòd Pulcher a Bonifacio commoni-*
tus officij sui, non modo Rogerium Fixi Comitem a mul-
to tempore Ablatis, & Cœnobij S. Antonini Apameensis
hostem, ab iniurijs, quas illi intulerat, dehortatus esset,
Apameæ omnesque inter instituta a Petro: sed ad gra-
iores etiam alias ijsdem inferendas iniurias regijs suis
literis animasset. Addit & ibidem loci. *Regem eundem* I
violasse Laudunensem Cathedralẽ Ecclesiam per Admi-
nistros suos. Et Numero sequenti subdit, eundem Re-
gem pecunias, *a Rom. Pontifice Hierosolymitanis mili-*
tibus assignatas pro tutela Cypri, eò vertisse transmitti.
Ad hæc Tom. XIV. ad annum CIↃ CCCII. Num. VI.
& VII. *Regem eundem traxisse ad se collationem, &*
administrationem beneficiorum regni, testatum, nihil in
ea iuris esse Romano Pontifici: quin imò cauisse, ne Prę-
lati Ecclesiarum gladio spirituali vterentur, palamque
dixisse, Legatos, & nuntios nusquam posse a Romano Pon-
tifice destinari. Scribunt alij, Ecclesiarum facultates,
& Ecclesiasticos irreuerentiùs sæpè tractatos ab eo
Rege: nec non & ignominiosas literas, & contume- B
liarum plenas sæpè summum in Antistitem ema-
nasse; si modo verè illę literæ fuêre, ab ipsoq; com-
positę, non ab alijs confictæ, quod Aemylius vero
similius arbitratur.

Has ob causas, & si quæ fuerunt alię (doleo enim
modò laudatus Bzouius ad an. CIↃ CCCI. Num. VII.
erasam fuisse è libro Bonifacij literarum eam Epi-
stolam, quam is ad Philippum Non. Decembris La-
terani dederat, signatam in ordine numero 101. pag.
135. expeditionum Pontificis eius anno VII. quòd ea
complures iniurias alias contineret, quibus Pulcher
maiestatem Pontificis offendisset) immani inter
Bonifacium, & Philippum concitata discordia, al-
ter alterum oppugnare, equé solio deijcere conaba-
tur. Ea re Pontifex, eum in maximo Sacerdotum con
uentu, conacto Romæ Kalendis ipsis Novembris an-
ni CIↃ CCCII. coràm vniuerso Clero, & Populo Ro-
mano, iureiurando interposito, de obiectis sibi cri-
minibus in Parisiensi Concilio se purgasset, veraquè
potestate vtens, cẽsuras prius immissas in Pulchrum
denuò confirmauit, nonasquè deinde promulgans, ip
sum quoque Romanorum Regem ad bellum illi mo
uendum, satis vtrinquè difficijs, incitauit. E contrà
Pulcher nequaquàm sibi quiescendum tanis, in id
omni conatu potissimùm incumbebat, vt inuiso sibi
dudum Pontifici noceret. Aderat fortè tum in Gal-
lijs Stephanus Columna, quem vnà cum vniuersa
Gente (vt verbis Petrarchæ vtar libro Rer. Memo-
randarum secundo) duobus lustris vagam egerant
toto Orbe dispersam, fulminans de terris, & adex-
plum Tonantis ætherei, cuius vices gerebat, edictis
minacibus intonans. Is cognito Regis aduersus Bo-
nifacium odio, ad eum se contulit, humaniterquè su-
sceptus consilium hostis capiendi dedit. Mittitur il-
licò, rei conficiendæ gratia, Wilhelmus cognomine
Nogaretus, calliditate & astutia præstans, vnà cum
Musciato Francesio, Florentino ciue: dantur & ijs-
dem literæ ad Petrucios mensarios Regis, vt quan-
tum pecuniæ ad regia negotia peterent, illis nume-
raretur. Considere primùm Regij Ministri Stag-
giæ, quod erat Musciati castellum in Hetruria, ibiq;
per occultos nuntios, specie pacis inter Pulchrum, &
Bonifacium serendæ, coniurationem etiam alibi de-
cretam in ignarum mali Pontificem promouêre, so-
dulò corruptis multo auro Ceccano, & Suppino pro-
ceribus, ex ipsaquè Anagnienſium vrbe Maffij paten
tis viri liberis; alijsquè nobilitatis præcipuæ Gibelli-
nis. Fama est, Cardinales etiam aliquot, factionis
eiusdem, coniurationis huiusce modi participes exti-
tisse. Inde Dux Coniuratorum Sarra Columna men
se Septembri, anni CIↃ CCCIII. equites numero
trecentos, & peditum cohortes aliquot summo ma-
ne Anagniam duxit, vbi tum Pontifex vnà cum Cu-
ria confidebat. Occupatur vrbs statim, discurritur
cum vexillis Pulchri, illiq; Vita, Mors contrà Pontifici passim ab omnibus acclamatur. Ingratissimus
Anagniæ populus, rebellionem secutus & vexilla
Regis, velut amens, & ipse Pontificis hostibus se con
iunxit. Capitur primo repentino impetu Bonifacij
regia, tale quippiam suspicante nemine, nemine re-
sistente. Hic Pontifex ad rumorem primum, Car-
dinalibus, ac Ministris dilapsis metu, se morituum illicò
iudicauit. At enim collecto spiritu Vir in omni ca-
lamitate semper se ipso maior: *Quandoquidem*, in-
quit, *factum est, vt, quod Iesu Christo contigit, proba-*

me ca-

rit capitur. & in manus inimicorum ad occidendum tradar, fixum est animo, sic omnino mori, vt Papam decet. His dictis, Pontificium omnem ornatum assumit, solium sacrum insidet, coniuratos expectat. A Sarra comprehensus est. Nogareto illudenti, ac minitanti, se illum in Galliam pertracturum, vt Lugduni, in Synodo Patrum, pontificia dignitate spoliaretur, cõstantissimè respondit. *Patienter feram quidquid in me egerint Patareni.* Patareni vox hæreticum hominem significabat, cuius criminis reus Nogareti auus igne crematus fuerat. Illo responso Wilhelmi ferocia concidit. Tridui spatio in potestate hostium custodia sub honesta fuit, qui prędę intenti sat habuêre thesauros ab illo congestos abripere, nec ei mali pręterea quippiam intulêre, non permittentibus Superis, Vicarium Christi grauioribus iniurijs violari. Interim Anagnini, diuinitus excitati, &, qui incorrupti erant, miserarione moti, &, qui cum hoste senserãt, pœnitentia subeunte, metu quoquè dedecoris, & infamiæ perculsi, ne Romanorum Pontificem, Ciuemquè suum, publico consensu prodidisse dicerentur, arma capiunt, totaq; proditores inquirentes vrbe, *viuos*, clamant, *Pontifex: moriantur hostes*: multisquè eorum cæsis, interceptis multis, Sarram, cum Socijs Anagnia pellunt, Pontificem, magna prędæ parte recepta, pristinæ libertati reddunt. Hinc ille regressus haud multò post Romam, dum vindictæ modos altiùs inuestigat, & aduersus Philippum, & Coniuratos concilium parat, iniuriæ sibi, & Ecclesiæ illatæ contumeliam grauissimè vlturus, animi mœrore, ex ingenti calamitatis vi concepto, in grauissimam ægritudinem incidit, qua per plures dies ira feruidus, manusquè sibi visus arrodere, migrauit è vita Vaticanis in ædibus I V. Id. Octobris Salutis, anno CIↃ CCCIII. Aetatis LXXXVI. Pontificatus VIII. Mense IX. Die XVII. quinta verò, & trigesima post tantam acceptam calamitatem luce. Corpus apud D. Petrum, die morti proximo, secus altare S. Andreę more pontificio sepultum est in Sacello, quod ipse sibi viuens inter duas portas extruxerat, & ornarat vermiculato opere, crate hinc inde ferrea communito.

Hæc mihi de Bonifacij VIII. Rom. Pontificis captione, & interitu Villanus Lib. VIII. Cap. LXIII. & ex eo Massonus, Bochellus, Ciaconius, alij suggerebant. Verùm enim verò, quoniam alicubi Ciaconiũ locupletiorem Villano, locupletiores & alios in his enarrandis extitisse video, aut certè non omnino eadem literis prodidisse, placet his adscribere Commẽtarij loco, quæcumquè alia his diuersa alibi me legisse meminero de ijsdem.

Occurrit statim *captionis ipsius Bonifacij Dies*, de quo video laudatos omnes Historicos consultò quodammodo tacuisse. Fuit is Septembris septimus, vt apud alios lego. Appendicis auctor adiectæ Supputationibus Archiepiscopi Consentini ad annum CIↃ CCCIII. *In Vigilia B. Mariæ Bonifacius Papa in Anagnia Ciuitate sua originis cum Curia residens, in gente sua, conscijs aliquibus domesticis suis proditus fuit, & à suis quasi solus derelictus, ab inimicis, vexillifero Guilelmo Nogareto de S. Felice, Diœcesi Tholosana complicibus, & consentaneis Colonienſibus captus, & detentus fuit.* Ea siquidem Vigilia non alia, quàm quæ festiuitatem Deiparæ anteceſſit. Declarat id Vesmonasterienſis suis in Floribus historicis eiusdem anni. *Sub his quoque diebus, & hoc anno (1303.) quo ista in Scotia ea tempestate, in Vigilia Natiuitatis Papa Bonifacius, procurante vt creditur Rege Francorum Philippo, quos inter horrenda dissensionis per longũ tẽpus extitit materia, à quibusdam inimicis suis, & specialiter à quodam, nomine Sarra de Campania atrocissimè, irreuerenterq; depredatus fuit in palatio Anagniæ Ciuitatis sua, &c.* Ea verò Vigilia, dies sine dubio Septembris septimus, si satis ratione vtor, & Massęus mecum, qui disertissimè Lib. XVII. Chronici ad annum CIↃ CCCI. *Paulò post*, inquit, *Anagnia à gente sua (erat enim Anagninus) & a domesticis suis captus 7. Septembris, omnisquè thesaurus eius prędæ patuit.* Variat nihilominus, & ab his dissidet Eberhardus, factum istud reijciens in occasum memorati mensis. Hæc enim ab illo sunt. *Bonifacio Papa manente cum Curia sua in Anagnia, circà festum B. Michaelis, quidam de Anagnia, & Serra (lege Sarra) de Columna ipsum inuaserunt, & capta domo sua, omnibus seruitoribus suis fugientibus, irruerunt super eum, &c.* Sed enim Scriptores primi suffragium reliquorum propemodùm omnium meruêre. Inde Valsinghamus. *Circà festum Natiuitatis B. Virginis, videlicet in vigilia Natiuitatis eiusdem, venit summo mane magnus exercitus hominum armatorum, missus ex parte Regis Francia, & Cardinalium Columnensium damnatorum, repente ad portas Ciuitatis Anagniæ, in quam Papa confugerat pro tutela, quia ibi natus fuerat.* Et sequitur de captione. Nominat & Ciaconius eos ipsos. *Omnibus porrò coniurationis Capitibus accitis, intempesta nocte diei Sabbathi, ante VII. Idus Septembris, Guillelmus, Sciarra, & Rainaldus cum armatorum equitum, & peditum copijs Anagniæ muros adeunt, &c.*

Video secundo, quæ nos Stephano Columnæ tribuimus ex Villano, Sarræ Stephani Germano quoddã adscribere, & in his Ferretum, qui & addit, sollicitatum illum à Pulchro, de perdendo Bonifacio Põtifice cogitasse, accedente Neapolionis consilio, & auxilio Stephani ex eadem Gente. Verborum apud illum ambages ea de re longæ, quas tamen aliquando eo in Scriptore leges, si Deus vires, & otium dederit, quas requirit, vt emendatum luci publicę se committat. Cæterùm de sæuitia Pontificis in Columnenses, deq; Stephani exilio Petrarcha multis Lib. II. Epistolarium familiarium, Epistola ad Seuerum.

Progredior hinc ad *Nogareti nomen, cognomen, & titulos* inquirendos. In nomine planè procul ab alijs abeunt Hocsemius, qui *Petrum*; Aemylius, qui *Hilermum* vocat. *Langaretus* etiam eidem Aemylio; *Longarrecius* Cartioni, *Vngaretus* Ferreto dicitur, pro quo *Nogaretum* aliqui constanter scribunt. At ille quis? *Clericus* Villano *sapiens, & acutus*: Ciaconio *vastus*, cuius postremi verba proferam, vt emendem. *Guillelmum Nogaritũ, vico Toloſſatis S. Agri filius, &c.* Lego, & corrigo. *Guillelmum Nogaretium Tolosatem, agri S. Felicis, &c.* Nempe facem ad hæc illi scribenda prætulisse videtur Appendix Archiepiscopi Consentini, in qua Nogaretius, *de S. Felice, Diœcesi Tholosanus* audit, vt ostensum in captionis die: nec aliud, præter Impressorum inscitiam, loco corrumpendo fuit. At enim Nogaretus ipse in Actis accusationis Bonifacij, quibus se subscripsit, *Militis, & Legum professoris*, titulos prefatur, vt antè vidimus ex Massono. Nangio in Chronicis, *Cancellarium; Francie* Ferreto, *Prefectum militie regie*, placuit appellare. Inde Hocsemius. *Tandem auxilio Regis Francia, duce D. Petro de Nungareto, milite & legum eximio professore, eiusdem Regis summo Consiliario, Anagniam, vnde Papa duxit originem, intrauerunt.* Blondus. *Philippus interim, à Sarra edoctus, Guilelmum quendam Nogaretum, equitem sibi fidum, &c. Romam petere iussit.* Platina. *Tum verò Philippus superbiam hominis domiturus, Sciarram Columnensem, in portu Massylia cognitum, à Piratis redemptum, cum Guillelmo Nogaretio Gallo, equite fidissimo, Romam mittit.* Et ex eo Nauclerus Gen. XLIV. Vol. II. *Et Bonifacij quidem arrogantiam iniquo animo ferens Philippus, Anagniam, quò se Pontifex receperat, Sarram è Columnensium familia cum Nogaretio, equite Franco, mittit, &c.* Et Bzonius ad an. 1303. Num. IV. *In eam rem* (Sarra) *à Philippo socium accepit Willelmum Nogaretum, Aquitanici generis nobilem militem, calliditate, & astutia prestantem, &c.* qui tamen in proximè superiori Numero *Cãcellarium* eundem *Francia* nominarat. Video pariter,

Nogareti socium, *Mucietum* à Ciaconio, *Francinum* à Massono dici, quod monitum dumtaxat velim.

Cum asserui, coniurationem contrà Pontificem à Nogaretio fuisse promotam specie tractandæ pacis inter Bonifacium, & Galliarum Regem, eius dicti testem habui Ciaconium ex Villano, cuius illa sunt in Bonifacio ipso. *Guillelmum Nogaretum, &c. & Mucietum Francesium, &c. clam in Italiam misit, vt re vera Pontificem incautum, & supine nihil metuentem, Anagniæ commorantem, caperent. Spem verò pacis inter Papam, & Regem tractandæ interponebant.* Nec moueor, id vt moneam, frustrà. Blondus enim Lib. IX. Dec. II. colorem alium ei Coniurationi quæsitum asserit in hæc verba. *Philippus interim à Sarra edoctus, Guillelmum quendam Nogaretium, equitem sibi fidum, ea per omne regnum disseminata profectionis caussa, Romam petere iussit, tamquam appellationis. Parisijs conuelio à se fabricato libellum ferret Pontifici, vel à Cardinalibus sibi amicioribus exhibendum.* Sensit & hoc ipsum Platina, cum scripsit. *Philippus, hominis superbiam domiturus, Sciarram Columnensem, &c. cum Guillelmo Nogaretio, &c. Romam mittit, hac ratione (vt ipse palam dicebat) vt appellationem suam publicarent. Verum eo longè alia mens erat.* Sensit & postmodùm Nauclerus, cum inquit Gen. XLIV. *Bonifacium quidem arrogantiam iniquo animo ferens Philippus, Anagniam, quò se Pontifex receperat, Sarram, è Columnensium familia, cum Nogaretio Equite Franco mittit, ob causam insinuandæ prouocationis, qua aduersus Bonifacij inimus de regni depositione Philippus se tuebatur, &c.* Aemylius vtrumquè prætextum complexus est, cum dixit. *Audaciorem tamen Hiermus Longaretus Tolosat extitit. Is enim, acceptis à Pulchro mandatis, vt appellationem, quam ille à Synodo Parisiensi nuncuparat, Cardinalibus, ac, si potestas fieret, ipsi Bonifacio offeretur, in Italiam se contulit, atq; in agro Senensi substitit, causam more finitam, quid forte oblata spes esset gratiæ inter Regem, Pontificemq; reconciliandæ.* Credat, quibus maluerit, Lector.

De corruptis auro Gallico, *Ceccano* scilicet, *Suppino, Massij liberis, aliisq; nobilitatis principe Gibellinis*, varij varia tradidere. Quippe *Raynaldus Ceccani* locum obtinet in Ciaconij scriptis, *Sapinus* Villani *Suppinum* refert, & ambo vocantur inibi *Nobiles de Ceccano*. Ferretus *Raynaldum* nequaquàm separat à *Xopino*. Sic enim ille Suppinum nuncupat, vbi loci à Neapolione, Sarræ Columnij patruo, sollicitatum cum fuisse memorat contrà Bonifacium Pontificem, in hæc verba. *Tunc, ne Regis meditatio vana fieret, Raynaldum Xopinum inter Campanos illustres virum satis nobilem, & ad nefas promum festinus accersit, illiq; rem pandit, vtq; armatos clàm congreget, sedulus Orator imposuit, aurum argentumue ad virorum comparationem prodigus erogauit, pollicitus ad rem nihil deesse.* Inde Vecerius huc alludens. *Missi clancdum in Italiam, qui Campanos, si qui forsan priuatas ob iras infensi essent Antistiti, corruptos auro traherent in sententiam. cæteraq; comprehendendi eius idonea maturè apparatent.* Et fuerat Suppinus, siuè Xopinus ille, à Romano Pontifice renuntiatus Miles. Obscuro dilucidè in Ferreto. *Qui* (Bonifacius captus) *vt Sarram agnouit, Rainaldumq; Xopinum, quem equestris militiæ ritudo decorauerat, ne moreretur, gladijs obtruncatus, supplex orauit.* Atquè hæc mihi de primis auro Gallico corruptis, *Ceccano*, & *Suppino*, hactenus obseruata. *Massij* quoquè *liberis*, in Ferreto Pater est *Matheus*, iidemq; custodiæ suæ creditum Bonifacium seruant. Nimirum & hæc alia in illo sunt. *Illum* (Bonifacium respicit) *ne per fugam euaderet, Matthei natis duobus, ex prosapia nobili huius patriæ, tradidit custodiendum.* Ciaconius etiam his ipsis Matthæum patrem, & primum inter Bonifacij proditores locum adscripsit. Porrò *Gibellinos aliquot nobiles* coniurationis aduersus Octauum initæ participes extitisse, præter laudatos Historicos, Iac. quoquè Philippus in Suppl. Chron. ad an. MCCXCIV. Platina in Bonifacio VIII. Nauclerus ad an. CIↃ CCC alijq; multi non dubiè testati sunt. Locarupt & alij quidàm horum in Coniuratorum numero *Cardinales aliquot*, signatèq; nominatur à Ciaconio duo, *Richardus Senensis*, & *Neapoleo Vrsinus*, magnis à Pontifice beneficijs affecti nó sine insigni ingratitudinis nota. Aprouerò *Valesius*, etiam, Philippi frater, conscius facineris huiusce fuerit, alijs alia tradentibus, fatetur fecundidè Munus ignorare.

Alia quod attinet. Anagniam occupatam à Sarra, & socijs negotio nullo, nemo nó asserit occupatæ rationē in paucis deprehendas. Ferretus enim occupatam asserit Neapoleonis dolo, qui statuta scelerì patrando die claues vrbis, quas Sigonfredus de Busso, Papæ armiger strenuus, asseruabat, fallax ministeriussit afferri, simulans id ab Apostolico noctis in tempore suscepisse, vt eo cum Scriptore loquar. Ciaconij verò ab his ista dissident, quæ subnecto. *Adiunctis verò, Matthæi filio, Ciuanis portam aperiente, Vrbem, nemine resistente, occupant.* Deliberent & hæc Lectores ipsi.

Feruntur ad hæc Coniurati, occupata Anagnia, non tam *Mortem* Pontifici acclamasse; quàm, *Pontificem* Maximo vt abiret, quemadmodum eodem abire coegerat Cælestinum: ad hæc verò Pontifex, *se id facturū esse minimè, quid Papa esset, & Papa mori caperet*, respondisse: quin audacter viram ipsam his verbis: *En caput, en collum*, cunctis discriminibus obiectasse. Narrat hæc Bechellus in Notis Decretorum Ecclesiæ Gallicanæ.

Cardinalium fugam Blondus etiam attigit, eosq; Perusium concessisse tradit. Ciaconius, alios quæsitis saluti suæ latibulis prospexisse vult, alios aliò mutato habitu profugisse, duobus exceptis, Nicolao Ostiensi, & Petro Sabino Hispano, qui nunquàm Pontificem intrepidi reliquêre. Eundem verò Pontificem factis indutum insignibus operijsse Coniuratorum agmen, classici mihi quoquè testes Ferretus, Polonus, Hoxsemius, Eberhardus, Aemylius, Collenutius, Costus, Ciaconius dicunt: vnusq; *ne solio indutum consedisse* negat vltimus, tradens *accubuisse lecto*. Ferretus *aram* flexis genibus deprehensum narrat, nèc paratum mori; sed, ne moreretur, Coniuratorum capita supplicem exorasse, quamquā parùm absint à Ciaconij dictis, quæ subdidit idem ibi Scriptor: *Dein surgens, apud thorum suum non apte consedit*. Massonus perspicuè Bonifacium assumpto pontificio ornatu in Solio consedisse refert, vt in sacra veste captus, atquè occisus diceretur, si hostes tantum auderent. Genebrardus nec thori, nec solij meminit; sed captum, cum dormiret, tradit.

Vt vt ea feres habuerit, Octauum à Sarra comprehensum constat. si plurium sententijs hæreamus. Blondus. *Sarra interim, eodem quo ierat mentito seruili habitu, in Latinam vedierat regionem, qui cum Nogaretum, quid actum esset certiorem fecisset, Ferentini tiquam ex improuiso adesse iussisset, Anagniam ingressus est, &, Anagninis veteribus amicis opem maximis rebus. Bonifacium Pontificem in paterna domo, & in eodē in quo genitus fuerat cubiculo, valuis ex refractis obstupescentem, & unde a quibusue impetus fieret ignorantem, primus Ipse propria manu cepit.* Platina. *Sarra seruili habitu Latium ingressus, collectis undiquequaq; Nogaretum cum CC. equitibus Gallis, mercede conductis egerunt cum CC. equitibus Gallis, mercede conductis militia Caroli Valesij, Ferentinum præmisit, quonde ei, si opus esset, auxilium ferat; Ipse vero Anagniam clam noctu ingressus, adiunctis Gibellinis, quos Bonifacius nouiter ingressus, adiunctis Gibellinis, quos Bonifacius nouiter ingressus, adiunctis Gibellinis, quos Bonifacius nouiter

Anagnia agens Pontifex, à Sarra Columnio, duce Gallica multitudinis, non præuiso irrumpente, summa luce circumuenitur. Magni Chronici Belgici Concinnator ex Martini Florentini historicis monumentis. *Scierra Columnensis, præparato satis magno armatorum numero, Bonifacium Pontificem, Anagniæ consentiente populo, capit, & custodiri iubet.* Tortellinus. *Sarra Columna, vnus è Romanis proceribus, deformatus, atq; eiectus à Pontifice, apud Pulchrum erat. Hic igitur Regis instinctu Anagniam, vbi tum erat Pontifex, seruili habitu venit, & noctu à suæ factionis hominibus receptus, per vltimum nefas Bonifacium Pont. comprehendit.* Et his omnibus antiquior Dantes, eam omnem historiam versibus sic complexus.

Veggio in Anagnia entrar lo fior d'Aliso
Et nel Vicario suo Christo esser catto.
Veggiolo vn'altra volta esser deriso,
Veggio rinouellar l'aceto, e'l fele,
E tra viui ladroni esser anciso.
Veggio'l nouo Pilato si crudele,
Che ciò no'l satia; ma senza decreto
Porta nel tempio le cupide vele.

Præcesserat autem captionē istam prodigium, quod eò Villanus trahit Lib. VIII. Cap. LXII. Captos etiam priùs fuisse nepotes Pontificis duos ex fratre, *Iopeam*, & *Benedictum*, in Ciaconio leges. Adijcit Walsinghamus, Pontificem captum, impositum à persecutoribus fuisse effraeni equo, ad caudam versa facie, atquè ità discurrere, ferè ad nouissimum halitum, coegisse.

Haud desunt tamen, qui manus iniectas Bonifacio negent, velintquè tantùm liberè illum custodiæ traditum, & honestæ. Ea in sententia Ferretus. *Sarra autem, de hoste suo multùm anxius, timens, ne fugeret, illum inter omnes aulæ recessus quærens, comprehendere flagitabat, donec ad thalami secreta loca peruenēs, illum antè aram flexis genibus studiosus inuenit. Ingressus itaquè, & cum eo turba multa, non illum ideò cedere, aut in eum manus inijcere ausi sunt, sed vigili seruandum custodiæ loci huius commendauêre Primoribus.* Eadem Ciaconius & Costus ad Collenutium scribunt. Fuit verò Bonifacij custodia, Matthęi Anagnini liberis commendata. Ferretus nuperrimè laudatus. *Illum, ne per fugam euaderet, Matthęi natis duobus, ex prosapia nobiliori huius patriæ, tradidit custodiendum, qui, ne offensam vllam pateretur, an tutò seruauêre sollicitè.* Locum custodiæ, Cubiculum ipsum Pontificis fuisse Eberhardus docet. *Serra de Columna, & sui complices, detinuerunt eundem Papam captum in camera sua.* Auctorem præter hæc habeo Nauclerum, Nogaretio quidem, & Sarræ in mandatis datum, vt si Pontificem caperent, eum ad Regem ducerent; sed sanctitate Pontificia deterritos, partim etiam Anagniensium occursu prohibitos, cœpto destitisse. Addit Mutius, non ausos longiùs ducere propter morbum, quo periculosò cœperat laborare. Abit nihilominus & ab his Vestimonasterienſis. Bonifacium per triduum in carcere custoditum tradens, cum antè fuisset irreuerenter, & atrocissimè deprædatus.

Multa quidem in illum cōuitia coniecisse Sarram, multisquè minis illum rigidis exprobrasse: dein omnes, qui ob nefas perficiendum conuenerant, prædonum more suppellectilē illius omnem diripuisse, Ferretus scripsit, cui Ciaconius hæret. Aemylius, quo se pacto Sarra cum Pontifice gesserit, & cum illo Pōtifex, sic expressit. *Sarra, cum vociferatione irrumpens; sed intra linguam fauenti, reticuit.* Interceserē tamen haud multò post inter vtrumquè colloquia mutua, & amica, se excusante, & veniam deposcente Sarra, quæ sanè colloquia videre iuerit in Ferreto, si lucem aspexerit, quam meretur.

Nogareti conuitia non eadem apud omnes extāt. Eberhardus talia fuisse narrat. *Tu, vilissime hæretice, modò tu es in potestate nostra, & de te, quidquid voluerimus, faciemus. Respondit Pontifex. Ego non sum hæreticus, sed pater tuus (anus alijs) fuit hæreticus, &, sicut constat, fuit etiam pro hæresi condemnatus.* Hocsemius ista. *Papa, fremitū audiens, timore commotus, ornamentis Papalibus infulatur. Ad quem prædictus Petrus accedens, iubet, vt cedat Papatui, alioquin imminere intimat sibi mortem. At Papa constanter maledixit eidem.* Aemylius solam responsionem Pontificis attulit, in hæc verba. *Patienti animo feram, quod Sancto Pontifici Syluerio vsuenit. Anus verò tuus Albanę impietatis conuictus, condemnatusquè, igne meritas scelerum pœnas Deo, Mortalibusque dedit. ne mireris, indebitas me impietati tuæ luere.* Subditq; Nogaretium his auditis ferociā positā discessisse. Ciaconius ad Aemylij ductum responsionem eandem literis ità consignatum ijt. *Patienter feram, quidquid in me catholicum, & legitimum Pontificem, & Christi Vicarium iniquè agent Hæretici, & Patareni.* At hæc quoquè patientia à Bonifacij responsis exulat in aliorum scriptis. Quamobrē sic in Appendice Poloni lego. *Dicitur* (Bonifacius) *maledixisse Regi Francorum, quo procurante capiebatur, vsque in quartam generationem.* Et in Argentinensi. *Tentus, nec dum illos* (Columnenses) *absoluere voluit; imò amplius maledixit.*

Qua verò ratione totum illud triduum transegerit, quo penes custodes fuit, hisce verbis Hocsemius indicabit. *Cumquè timore veneni triduò ieiunasset, quidam de suis colla sibi porrigit oua tria, qua propter testarum integritatem veneni suspicione carebant. Cui Papa, quasi alienatus. Talia, inquit, prandia tibi consueuimus ministrare.* Quin ipsemet Pontifex in fine Sermonis, quem habuit ad Anagninos, à quibus libertatem acceperat, vt apud Walsinghamum extat sic enim sermonem illum absoluit. *Boni homines, & mulieres, constat vobis, qualiter inimici mei venerunt, & abstulerunt omnia bona mea, & non tantùm mea; sed etiam omnia bona Ecclesiæ, & me ita pauperem sicut Iob fuerat, dimiserunt. Propter quod dico vobis veraciter, quod nihil habeo ad comedendum, vel bibendum, & ieiunus remansi vsquè ad presens.* Quid Sarra tum pariter egerit idem aperit Walsinghamus. *Remansit autem Papa, & Nepotes sui sub custodia militum, & custodum Sciarræ vsquè in diem tertium. Medio tempore Sciarra tractauit cum suis, quomodo papam morti traderet, vel mitteret ad Regem Franciæ corpus eius.* De ieiunio Bonifacij locutus etiam Eberhardus; sed eius aliò relata causa, Siquidem ita se illius, habent. *Serra de Columna, & sui complices, detinuerunt eundem papam captum in camera sua per tres dies sine cibo, & potu, & totum thesaurum Ecclesiæ abstulerunt.* Quorsùm igitur scriptum reliquerit Vesmonasterienſis, *Bonifacium spoliatum bonis suis omnibus in carcere fuisse per triduum custoditum*, viderint alij, cum Anagninos libertatis Bonifacio redditæ auctores vnà cum Villano disertè faciant Vecerius, Palmerius, Hocsemius, Appendix Archiepiscopi Consentini, Magni Chronici Belgici Concinnator, Walsinghamus, Aemylius, alij. Eiq; facto Ciaconius *Lunæ diem ad V. Id. Septembris*, assignet, eiusdemquè caussam, & originem, non tam è mirabili Dei prouidentia, ingrati cordis duritiem ab Anagnino populo amouente, cum nemo esset, qui eam rem procuraret, vt Villanus ait, quàm è Colūnensium sæuitia, & rapacitate ducat. Verum enim verò Ferretus, in facti caussa diuersa planè consignata literis transmisit ad posteros, cum scripsit, Anagninos partim ad id agendum à Marchione, nepote Pontificis, excitatos, amici veteris opera, qui populi multitudinem ad arma sumenda compulerit sermonibus animosis: partim à Luca Ianuensi, qui Bonifacio fidus semper comes affuerat, violentos Regis prædones ex Anagnia viribus expellente, quam ob caussam, liberatum illū rectè dixisse videatur Langius *per amicos*. Agnouit se quoquè deceptum Anagniæ populus, vt Hocsemius habet, ob idq; *pœnitens* (vt cum illo loquar) *quamuis tardè, clamare, moriantur Columnenses*,

nenſes, & Franciegenę incæperunt, addentes continuo, Papa viuat. Cæterùm ad decem millia populi Pontificis comprehenſi palatium irruiſſe traduntur, eumq; pulſis, & peremptis cuſtodibus, liberaſſe, ſi vera Walſinghamus tradit, captiquè tum Rainaldus, & filius: Nogaretius graui vulnere faucius in fugam verſus, vexilla Pulchri diſiecta, perq; terram tracta: Nepotes ipſi Pontificis, qui in Matthiæ ædibus capti erant, vindicati, Ciaconio teſte. Romanos etiam, Bonifacij calamitate cognita, arma pro illius liberatione ſumpſiſſe, traditum ab eodem, cui Bzouius ſic ſubſcribit, vt quadringentos ad illum ciues Romanos equites, ducibus Matthęo, & Iacobo de Vrſinis, conuolaſſe narret, quibus ſtipatus redierit Romam. Quin ab Argentinenſi ſcriptum, ſolos per Romanos libertatem Bonifacio redditam, quam ob cauſſam in Anagniæ egreſſu ſic illam fuerit allocutus. *Si non meminero tui, obliuioni detur dextera mea.* Sed enim his quoque validè refragantur, quæ prodidit Walſinghamus. *Tandem pene fame necarunt, donec eum populus Anagnia, vt præmitteret, liberaſſet. Sciarra verò, propter id offenſis villæ Communibus, cum exercitu de villa receſſit. Tunc populus fecit Papam deportari in magnam plateam, vbi propè lachrimando populo prædicauit, inter omnia gratias agens Deo, & populo Anagnum de vita ſua.* Quamquàm Anagniæ tes in peius ruiſſe ſemper à Bonifacio capto, quòd eo ſe grauiſſimo ſcelere deuinxiſſet, Alexander Bononien ſis in deſcriptione Latij, Maſſonus in Bonifacio ipſo, & ex vtriſquè Bzouius ad an. CIↃ CCC III. Num. IX. luculenter admodùm iudicarint. Dicm quod attinet, reditus Bonifacij Romam, Ferretus nobis illũ, aperuit hiſce verbis. *Tertia die, Lucas Ianuenſis, qui Bonifacio fidus ſemper comes affuerat, in populo tumultum excitans, violentos Regis prædones ex Anagnia viribus expulit, ſicquè Papam tutum diebus octo ſeruauit. Octaua verò die, Papa excandeſcens ſumma iracundia, vt tutius imperaret, ad Vrbem, comitantibus militis per dietas tres, vehiculo impoſitus, tandem ſe corripuit. Quod Vrſinorum primi, Matthęus & Iacobus, præſcientes, ne hoſtis Vrbem intraret, neue Bonifacius de ipſis malè conciperet, magna virorum copia fulti, obuiam exierunt, & Apoſtolicum aduentantem inter ſe capientes, illum ad Sedem iuxta templum Apoſtolorum magno impetu perduxêre.* Et hæc ſanè, multa licet, placuit attuliſſe, quòd, non tam Bzouij fidem in dubium vocent, quàm Matthęum, & Iacobum de Vrſinis in auxilium Bonifacij Pontificis Anagniam properaſſe narrat, ſed & ipſi Laurentio de Monacis aduerſentur, tradenti liquidò, Matthęum de Vrſinis vnà cum Sarra de Columna Anagniam per inſidias ingreſſum eſſe, moriq; comprehenſum Pontificem coegiſſe: & alijs, Vtſpergenſi potiſſimùm, Carrioni, & Langio, diſertè teſtantibus, Bonifacium Anagniæ captum à Sarra Columnio, carceri ſubinde traditum ab eodem, in quo vita tandem exceſſerit: etſi Langius haud multò poſt, quaſi palinodiam canens, eundem poſt pancos dies per amicos eductum de carcere memoret, & deductum Romam: Ioanni Thrithemio demũ in Hirſaugienſi Chronico ad annum. CIↃ CCC III. Supplementi Auctori ad CIↃ CCXCIV. Blondo Dec. II. Lib. IX. Platinæ in Pontificibus Romanis, Stellæ in ijſdem, Mutio Lib. XXII. Chron. Germanorum, Genebrardo, Coſto, Turſellino, alijs, fatentibus liberè, Bonifacium vinctum ductum Romam, ibiquè mancipatum carceri deceſſiſſe.

Quæ dixerit, ſimul ac Romanos alloquendi facultatem habuit, Anagnia redux, Ferretus modo laudatus dedit vnà cum eiuſdem geſtis vſquè ad occaſum vitæ, quem adijt breui dierum aliquot interuallo, vt indicat Epiſtola, *Flagitioſum ſcelus*, cuius meminit Eberhardus, & Scriptores omnes, inter ſe diuerſi tantùm in aſſignando ſpatio temporis, quod inter diem captionis illius, & obitus interceſſit, tradente, Supplementi Scriptore, & ex illo Blondo, deceſſiſſe Bonifacium *quarto, & vigeſimo* poſt captionem *die:* Appendice verò Poloni, & Murij Chronico *trigeſimo*, ſiuè *poſt menſem vnum*: alijs demùm omnibus, quos inſpexerim, *V. Id. Octobris*, *die* nempè *quinto, & trigeſimo* cum Villano. Eius quoquè mortis cauſſæ ab alijs aliæ memorantur. Nimirum illam *mœrori animi* referunt in acceptum Vecerius, Platina, Appendix Archiepiſcopi Conſentini, Magni Chron. Belgici Concinnator, Veſtmonaſterienſis, Palmerius, Maſſeus, Langius, Turſellinus, Coſtus: Monfortinenſe Chronicum *mœrori*, & *timori* ſimul: *mœrori, timori, & fami* Walſinghamus: *furori verò denique* Argentinenſis, Hocſemius, Anonymus rerum in Hetruria geſtarum Scriptor ab anno 1300. vſquè ad 1348. laudatus à Coſto, Bochellus, Maſſonus, & alij, quos ire per hunc callem iuuit. Ea re Blondus, cum videret adeò variè mortis eius Pontificis cauſſam, & genus tradi, non niſi violentam fuiſſe vt crederet, inclinauit animo, nec alia prodiderat Chronicũ Supplemẽtum, quod Stella, ſuâ vti Cynoſuram ſpectat. Cæterùm, quæ Ferretus de morte Bonifacij ſcripſit, planè ſingularia ſunt, cum nempè Pontificem, cum ſibi vim inferri cerneret à Neapoleone de Caſtello, Sarræ Columnij duce, per quã, vellet nollet, cogeretur Sarram ipſum, & Columnenſes reliquos diris innexos exolaere, aut certò certiùs ſciret, ademptam ſibi facultatem omnem adeundi Lateranenſem ædem, quàm voto ſuæ ſalutis aptiſſimam iudicarat. in adeò præcipitem infamiam delapſum eſſe, vt & ſibi manuum extrema corroſerit, & furenti ſimilis, inuocato Dæmone, capitequè parieti frequenter illiſo, inter thorum & ſtramen obierit ſuffocatus. Hæc ille tum viuens, & plura, quibus non inuitus parco, faceretq; dictis illius ex parte fidẽ, quod Argentinenſis ſcripſit, *Bonifacium*. ſcilicet, *vel Anagniæ captum, ſibi corroſiſſe manus*: & vulgò iactatum in eundem illud. INTRAVIT VT VVLPES, VIXIT VT LEO, MORTVVS EST VT CANIS, quòd ità circumlatum quoquè fuiſſe carmine depręhendi.

Ingreditur Vulpes, regnat Leo, ſed Canis exit.
Re tandem vera, ſi ſic fuit ecce Chimæra.

Et aliàs ad hunc modum,

Vulpes intrauit, tamquam Leo pontificauit,
Exit vtquè Canis, de diuite factus inanis.

niſi aperto Bonifacij ſepulchro (quod factum anno 1605. cum antiquior D. Petri Baſilica, iuſſu Pauli V. Pont. Max. nouæ conſtruendæ gratia, diruta eſt, & aliò translatæ ſunt Rom. Pontificum ſepulturæ) repertum corpus eius fuiſſet integrum adeò, & incorruptum, vt in illo ſola naſi pars extrema deſideraretur; manus verò adeò extuberantes & viuidæ, ſuiſquè cum digitis omnibus, nullibi vitiatis, vt in ijs vel tum apparerent venę ipſę, ac nerui, pelle, & carnibus adoperti. Ità nempè ſe rem illam habuiſſe docent eius aperitionis Acta, quæ Bzouius edidit ad annum CIↃ CCC III. Num. VIII. Col. 49. & Epitaphium eiuſdem Pontificis arcæ nouæ verbis iſtis inſculptum à Ducibus Caietanis.

I H S.

Corpus Bonifacij VIII. Caietani Pont. Max. ex veteri in nouam Baſilicam translatum, hic repoſitum iacet. De quo illud memorabile accidit, quod eodem die, quo obiit, Octauo ſcilicet Idus Octobris, tam inde trecentum, & duobus elapſis annis, integrum, atque incorruptum repertum fuit. Anno Domini MDCV.

At enim Petrarchæ verba de hoc ipſo Pontifice iuuat etiam hic afferre ex libro de Otio Religioſorum. *Vbi nunc eſt Bonifacius Octauus, Romanus Pontifex, verus populorum, & Regum, atquè (vt dicitur) Orbis ſtupor?* Quò reſpiciens Langius. *Leonina mente magis tyrannizans, quam papiſans; vniuerſo orbi metum*

metum sui, & terrorem incutere maluerit. Quare per quendā stupor mūdi appellatur in carmine, quod quidē. *in carmine*, nō ferēdū nisi aliunde respiciat Langius à Petrarcha, cum in laudato Petrarchę libro, oratione soluta, non vincta, *stupor orbis* Bonifacius audiat, vt apparet. Massonus etiam oculos huc intendit, cùm scripsit. *Bonifacius tanta non parcarum opum congerie; sed ab exteris hominibus in urbem allatarum audacior factus splendebat in Italia, cęteris quę provinciis, eratque Regum terror, vnde enim verbo Petrarchę, aut Beneuenuti Bonomensis, cui Petrarcha scribit, qui Bonifacium tyrannum Sacerdotum vocat.* Vt vt ista sint, sic ille moriens, vt ostensum exemplum cunctis Prę-
latis dedit, ne alta sapiant; sed forma facti gregis, ex animo curam gerere subditorum, plusquè amari appetant, quàm timeri, vt est in Fasciculo temporum, quem habens in manibus Tursellinus dixit. *Exitus hic vtique Pontificali fastigio indignus; etsi dignus alicui videri fortasse possit eo Pontifice, qui Regibus terrori, quam venerationi esse mallet.*

Indoluit itaquè Bonifacij morte vel eius capitalis hostis Sarra, Ferreto teste, ac ne dolis comprehensus pœnas admissi sceleris pendere cogeretur, aliò procul abijt, vbi securus esset. Exultatus è contrà Philippus Galliæ Rex, vexillum suum prę foribus eius appendi per triduum iussit, partæ sibi victoriæ monumentum, vt Annales Colmarienſium Dominicanorum habent; quos hic corrigas licet in nomine *Ludouici Galliarum Regis*, pro quo *Philippum* reponendum liquet. Verùm enim verò tum Morianensis Episcopus (*Auscensis* alijs) vir sanctitate inclytus, vaticinatus dicitur, pestiferum id gaudium Franco Regi futurum; quippe imminere ipsi, sobolique eius, ingentes clades, ac dedecora ab irato Deo, cuius Vicarium tam atroci injuria deformasset. Adeantur hac in parte Villanus, Ciaconius, Eberhardus, alij. Mihi nempe satis, ac super de Bonifacio dictum, dequè primordijs eius litis, cuius hìc meminit Albertinus. Progressum nunc eiusdem, & exitum sub proximè consequutis Pontificibus ordine videamus.

Successit BONIFACIO BENEDICTVS *Vndecimus*, planè vir probus, & Pontificiæ dignitatis fastigio dignus, quem ipsemet Bonifacius de Ordine Fratrum Prędicatorum, cuius Magister erat, assumptum, fecerat Episcopum Ostiensem. Damnauit is inito Pontificatu statim spoliatores, & percussores decessoris sui, cum antè commissum in illum memoratum abominabile facinus publicè deplorasset, quod ità Vesmonasterienſis suis in Floribus historicis exarauit. *Anno gratiæ* 1304. *Papa Benedictus, dum apud Perusium verbum Dei populo prędicaret, inter cętera deplorauit abominabile exitium in Vicarium Iesu Christi, & Petri commissum. Nec tantum casum personę deflevit, quin imò ipsum Christum à militibus Pilati iterum spoliari asserens, captum, damnandum, & tāquam remortuum planxit in carcere, velut in sepulcro, triduò à militibus custoditum. Nam, vt dicit Apostolus, Christus resurgens à mortuis iam non moritur, &c. verum est in carne iam glorificata; sed, sicut dixit Dominus Iesus Christus Petro interroganti: Domine quò vadis! ait. Venio Romam iterum crucifigi. Intellexit hoc Petrus de sua dictum passione, quod in eo Dominus esset passurus, qui patitur in Sanctis misericordiæ pietate. Et sicut idem alio loco dicit. Quod vni ex minimis meis fecistis, siue honoris, siue dedecoris, hoc nouerit is me passurum. Cumque hæc, & plura his similia de occasu Papę Bonifacij recitaret, spoliatores eius, vel omnes ipsis assentientes, vel qui huius conscij (adde facinoris) extitere, duplici contritione anathematis irretiuit. Insistens, & immoratus quamplurimum huic verbo. Si quidem in viridi ligno hæc fecerant, in arido quid factum sit?* Hæc ille, quibus his alijs accinit Aemylius in Philippo Pulchro. *Nouus Pontifex Longaretum, & Sarram, & qui Anagninorum cum eis senserant, cum die dicta non adessent, absentes sacra maiestatis, parricidijq; damnatos, execratus est.* Idemquè sic antè multò Platina scripserat. *Inito Pontificatu Nogaretum, & Sciarram, omnesquè Anagninos cum his in capiendo Bonifacio sentientes, & citatos anteà ad iudicium, nec apparentes, grauiori anathemate notat.* Et ex eo Nauclerus. *Nogaretium, & Sarram, omnesquè Anagninos, cum his in capiendo Bonifacio sentientes, citatos ad iudicium, nec comparentes grauiori anathemate notauit.* Et vtroquè antiquior Auctor Appēdicis adiectę Supputationib. Archiepiscopi Consentini, in Benedicto ipso. *Hic denunciauit publicè excommunicatos generaliter authores sceleris Bonifacij prędecessoris sui; & nominatim Guilielmum de Nogareto, & Sciarram de Colona, cum quibusdam aliis.* Et adhuc illo vbertius Florentinus apud Magni Chron. Belgici Conditorem in Romanis anni MCCCIV. *Benedictus Papa denunciauit excommunicatos publicè, & in scriptis, auctores scelerum, & captionis prędecessoris sui Bonifacij Papæ Octaui nominatim, & expressè delicet Wilhelmum de Nogareto, Sciarram de Columna, & quosdam alios nominatim, & generaliter omnes alios complices captionis eiusdem, quam ipse Benedictus viderat fide oculata.* Eatę Vincentius in Historiali Speculo ex Blondi Dec. II. Lib. IX. quinque tantum è ciuibus Anagninis vnà cum Gulielmo excommunicatos tradit, tradentibus alijs, & in his Ciaconio, *Anagninos omnes, & Campanos, & cum his in captione Bonifacij sentientes, citatos anteà ad iudicium, nec comparentes*, fuisse tum Benedicti fulmine de cælo Vaticani tactos. Accedit Ciaconio Bzouius, omnes eius tragœdiæ actores anathemate grauissimo fixis ad ostia Basilicæ Lateranensis literis, damnatos scribens, & hosce cum primis, quos nominat ex Ep. & Proces. Perusij habito VII. Idus Iunij anni 1304. *Guielmum de Nogareto, Reginaldum de Supino, Thomam de Morollo, Robertum filium Reginaldi, Petrum de Genuzano. Stephanum eius filium, Adenulphum, & Nicolaum natos quondam Matthiæ, Gyffridum Bussam, Orlandum, & Petrum de Luperia ciues Anagninos milites, Sciarram de Columna, Ioannem filium Landulphi, Gotthfredum natum Ioannis de Ceccano, Maximum de Trebijs*, & alios omnes, qui in Bonifacio capiendo consenserant cum ijsdem. Chronici Supplementi scriptor huc etiam aduocat auctores mortis. *Pontificatu inito, eos omnes sacris ministerijs statim abdicauit, quos auctores esse constabat, vt Bonifacius prędecessor suus moreretur.*

Quod attinet ad GALLIARVM REGEM, reddidit illum Ecclesiæ sacris Benedictus, & interdicto Bonifaciano soluit. Consentiunt hac in parte Scriptores omnes. Platina. *Cognita regis Philippi causa, hominem Bonifacij censuris irretitum absoluit.* Nauclerus ex Villani Lib. VIII. Cap. LXVI. *Subito post coronationem suam ad pacem vbiq; componendam animum suum adiecit, vnde & Regem Francię Ecclesiæ reconciliauit.* Ioannes Matius. *Benedictus vir pacificus, & in omnibus actionibus antecessore suo melior, ac remissior. Nam Philippum Pulchrū ab anathemate, quo eū Bonifacius VIII. notarat, absoluit.* Aemylius. *Regem Francum per Oratores purgantem se, nihilq; durius statuisse se, cogitasse ue in Bonifacium, quam vt Concilium appellaret, nec sine authore vim factam contendentem, Ecclesiæ sacra reconciliauit, Franciamq; interdicto soluit.* Imò nec petentem absoluisse Walsinghamus asseruit hisce verbis. *Papa Benedictus per idem tempus considerans pium esse etiam errantem, licet inuitam, perducere ad ouile, Regem Francorum, non petentem, à sententia excommunicationis, per decessorem suum latam eum, absoluit.* Verùm enim verò præter Aemylium, peritam per Oratores regios absolutionem Pulchri. Scriptorum alij tradidere, & in his Bernardus, & Ciaconius, quos audies infrà. Restituit tum etiam Philippum Benedictus regno, quod Alberto Imperatori subiectū fuerat ab Octauo, quò respiciens Chron. Suppl. Auctor de Benedicto scripsit: *Regem ab illo Francię ad dignitatem pristinam restitutum*: Et in-

Fasci-

Fasciculo temporum Roleuuink Act. VII. Blondus Dec. II. Lib. IX. & Vincentius in Historiali Speculo: *eidem Regi tum libertates, & priuilegia, qua Bonifacius abstulerat, omnia restituta.* Ea verò res Perusij gesta, hebdomada Pẽtecostes. Bernhardus apud Magni Chron. Belgici Conditorem in Romanis anni 1304. pag. mihi 280. *Anno Domini* MCCCIV. *post Pascha Benedictus Papa recedit de Roma, & vadit Perusium cum Curia Sua. Iste quoque Benedictus Papa simultatem, & diffidium, qua fuerant inter Regem Franciæ Philippum, & Bonifacium Papam, sedauit: & priuilegia, & libertates, quibus Regem priuauerat Bonifacius prædecessor suus, eidem Regi restituit, & concessit. Sine magistratu, in hebdomada Pentecostes, præsentibus Regis nuntijs, Perusij in Consistorio, anno Domini prædicto.* Quæ totidem quoquè verbis legi in Appendice adiecta Supputationibus Archiepiscopi Consentini, & in Masseo breuius in hæc verba. *Benedictus Philippum absoluit ab anathemate Bonifacij in hebdomada Pẽtecostes apud Perusium, vbi & obijt Non. Iulij.* Et in horum Epitomatore Ciaconio, qui confecta dictorum propemodum omnium hac in parte summa: *Regis*, inquit, *Francorum causa cognita, & per literas, & nuntios informatus, cum Bonifacij censura Sedis Apostolicæ mulctatum publico in Consistorio, præsentibus eius Oratoribus absoluit.* Cum igitur Venetus scripsit in Henrico VII. *Philippum exolutum se esse contulerit, quibus cum Bonifacius nexuerat, à Clemente V.* id eo fine scripsisse putandus est, quòd Philippus ipse exolutus à Benedicto priùs, plenius iterùm exolui voluerit à Clemente V. Nimirum inter ea, quæ Philippus à Clemente V. petierat, antequàm illi Pontificatus honorem Maximi procuraret, primùm id fuit, vt ampliorem sibi veniam capti Bonifacii, laxaquè Pontificiæ maiestatis indulgeret, vt apparebit infrà. Reliquit denique Benedictus Pontifex, qua cumquè Bonifacius egerat in Philippum, Massono teste. *Bonifacio Benedictus successit, in Philippum clementior Pontifex. Solvit enim interdictum, & decessoris irritum sua acta rescidit.* Moderatusquè cum primis est Constitutionem, cuius erat initium, *Super Cathedram*, per aliam, *Inter cunctas*. Recepit itidem in gratiam Cardinales Columnenses duos, Iacobum & Petrum, & ad vnitatem Ecclesiæ reuocarit, restitutis ijsdem bonis omnibus, præter galerum rubrum. Aemylius. *Petrum & Iacobum, cum per se eius scelere edocentes, in gratiam recepit; ex sanctione tamen Bonifacij rubro pileo vti vetuit, haud dubiè Bonifacij apud eum memoriæ sanctæ, & actorum approbatione.* Et Æmylio vetustior Walsingamus. *Columnenses, mortuo Papa Bonifacio, de suis egressi latibulis, ad Papam Benedictum venerunt, misericordiam implorantes, quos ille benigne suscipiens, absolvit, ac bonorum suorum tribuit facultatem; sed eos ad gradum Cardinalatus non sibi restituere non decreuit.* Et Platina, corrigendus in *Ioannis* nomine, pro quo *Petri* nomen fuerat asserendum. *In gratiam præterea recepit Ioannem, & Iacobum Cardinales Columnenses, quos ingenti odio prosequens, factionis Guelphæ studiosus, plusquam Pontificem decebat, persecutus fuerat. His quoque bona restituit; à galero tamen rubro, quo à Bonifacio priuati fuerant, sed breue tempus* (corrigendus & hic Platina, legendumq; cum Nauclero, *ad breue tempus*) *abstinere iussit.* Sed in Blondo pariter prioris error, *Petrig.* locum *Ioannes* obtinet manifesto mendo: *Guilelmum cum quinque Ciuibus Romanis excommunicatos pronuntians, eadem actione Ioannem* (lege *Petrum*) *& Iacobum Cardinales, iniquam inuidæ damnationis, ad dignitates, patrimonijq., & beneficiorum possessionem ea restituit conditione, vt capello, Cardinalatus insigni aliquandiu abstinerent.* Tale quoque mendum in Auctore Suppl. Chronicorum, Nauclero, Vincentio, Langio, alijsquè nonnullis, & indubiè palmare mendum. Clarè quippè Florentinus apud Magni Chron. Belgici Conditorem, Appendix adiecta Supputationibus Archiepiscopi Consentini, Hoeseuius in Theobaldo de Barro, Massonus in Bonifacio VIII. ipsaq; cum primis Bonifacij Constitutio, qua Cardinales istos priuauit pileis, & vti schismaticos, blasphemos, & hæreticos condemnauit, vt habetur Lib. VI. de Schismaticis: nec non & Reconciliationis eorumdem forma, quam edidit Bzouius ad an. 1304. Num. III. non alios è Columnijs Cardinalitia dignitate tunc temporis spoliatos agnoscant, quàm *Iacobum*, & *Petrum*. Et re Ciaconius pro *Ioanne*, qui Platinæ verbis istis inciderat: *in gratiam præterea recepit Ioannem, & Iacobum Cardinales Columnenses, &c. Petrum* substituit non grauatè, vt inde remouerent grauissimum mendũ, scripsitq; *in gratiam itidem Petrum, & Iacobum Cardinales Columnenses recepit.* Origo porrò talis, ac tanti mendi ex eo, quòd vnà cum Cardinalibus Columnijs duobus, *Iacobo*, & *Petro*, Ioannes etiam gentis eiusdem primas, Sacris, & Ecclesiæ redditus à Benedicto, quò admodum ex laudata Reconciliationis illorum forma manifestò liquet. At enim longè grauius incidit mendum Langius, qua parte prodidit, *Cardinales Columnios à Benedicto* PONT. *restitutos in dignitatem omnem.* Si quidem enim illis denegata Cardinalitia dignitas, qua priuati fuerant ab Octauo, ex aliorum, quot quot antè produximus, Historicorum veterum, & recentum fide: qui fieri potuisse credamus, vt in omnem dignitatem fuerint restituti? Iuuat hæc obiter obseruasse, ne Scriptores legisse tantùm existimer; sed & suis inter legendum momentis, & ponderibus expendisse, qui verus est fructus, & solidus lectionis omnis. Pari fine placet adijcere, quæ de Columnensium restitutione Massonus attulit in Benedicto ipso. Nimirũ nec intelligendus ille de Colũnensibus omnibus, cùm asserit receptos illos in sedis Apostolicę gratiam; sed de *Petro Columnensi* potissimùm, & *Iacobo*: nec vtique spernenda cęterę, quæ subnectit. *Ceterum à Benedicto error Bonifacij decessoris statim agnitus est, qui Columnas, & Regem Francorum ab Apostolica sede abalienasset. Itaque illas restituit in gratiam edita ob id Constitutione, qua extat, reuocans Bonifacij decessoris contrariam, planèq; pugnantem, quamquam incertum, metune id fecerit, an exemplo alienæ sortis, vt qui Bonifacij calamitatem repentinam viderat, similes à se ærumnas auertere cuperet, magnum telum ad res bene gerendas existimans benuolentiam principum.* Hæc in Bonifaciana causa Benedictus. Siquidem non multò post veneno sublatus est, octauo nempè mense Pontificatus sui, die decimo quinto, ingenti post se relicta sanctitatis fama, quam & miraculis, per illum editis, illustrauit Deus. Ita quippe vixerat (testimonio Platinæ) vt post mortem inter Beatos merito censeatur. Nec latebunt, nostra qui legerint, veneni tanto Pontifici præbiti auctores. Optimum enim religiosissimumq; Pontificem Cardinales nescio qui, cur enim nomina eorum ab Historicis omissa sunt, nec omni probo, vt æquum erat, denotata? Sed, vt verisimilie videtur, gentiles Bonifacij, qui tunc multùm poterant, & hunc oderant, fortasse propter Bonifacij hostes restitutos in gratiam, viuentem diù ferre nõ poterant. Cumquè Perusij, non procul à lacu Trasimeno, vbi Annibal Romanos olim vicit, vir pius mense accumberet, iuuenis quidam, mentitus fœminam se esse, & ancillam Abbatissæ Virginum D. Petronillæ, triclinium ingressus est cum argenteo vase, ficus in eo recentes, varijs florum generibus intermixtis, afferẽs, quos cum illi protinus obtulisset, aude comedit, nihil eis mali subesse rarus, licet intermixtum venenũ esset. His artibus Benedictum miserrimo fato sublatum Villanus Lib. VIII. Cap. LXXX. Massonus, Ciaconius, Bzouius, & alij tradunt, etsi nulla in aliquibus mentio florum occurrat; sed ficuum tantùm. Placet nihilominus alijs, venenum per Pincernam Benedicto Pontifici mixtum, eorum beneficio solùm, quos

quos anathemate grauioti percusserat ob Bonifacium captum, Nogareti cum primis, & Sarræ, qui vocati renuerant apparere. Ita clarè prorsus, & antiquè Vesmonasterienſis, post allata superiùs ex eodem in primis Benedicti gestis. *Cuniquè fulgor, & coruscationes diuina vltionis flagitiosos viros inopinatè occupare assereret, & se ad hoc electum, & in cathedra Seniorum collocatum, vt annunciaret populo scelera eorum, diceret vt resipiscerent satisfaciendo de commissis commonuit, alioquin ad radicem maledictionis, & stirpis pestifere securim amputationis, & euulsionis se posituram necessariò, & quam citius præconizat. His inuisemodi igitur interminationibus exterriti Viri venefici cum alio Caipha cipriantes consilium, expedire, quod vnus homo moreretur, quàm tota gens, vel tribus Columnensium deleretur, corrupto per pecuniam Pincerna Domini Pape, impotionatus non post dies quindecim superuixit.* Hęc mihi de Benedicti morte non animaduersa reliquis, aut certè dissimilia traditis ab ijsdem, Vesmonasterienſis suis in Floribus historicis exhibebat.

Progredior hinc ad extremum actum Bonifacianæ litis sub CLEMENTE V. Vacauit Benedicto XI. Cælitibus adiuncto Petri sedes diu propter dissidia partium tum exorta inter Purpuratos Patres. Gallici quippe generis Cardinales permultum & numero, & authoritate valebant: Italici contrà & sui memores erant, & vereri poterant, quod vsuenit. Alterum iam annum illud interregnum tenuit, partis vnius principibus Matthęo Rubeo, & Francisco Gaietano nepote Bonifacij ex fratre; alterius Neapoleone Vrsino, & Pratensi simul. Hi familiæ Columnensium, & Philippo regi fauebant: illi amantiores Italici nominis, & rerum suarum erant. Nono tandem mense, postquam inclusi fuerant, conuenit, vt Matthei factio tres Gallos idoneos ad Pontificatum homines nominaret, modo in illis nemo numeraretur actorum Bonifacij aduersarius, è quibus altera pars, infra XL. diem, vnum eligeret, quem liberet. Data, acceptaq; vtrinquè fide, Matthęus tres Archiepiscopos Gallici generis, quos Bonifacius creauerat, quiq; Pulchrum oderant, nominauit. Erat in illo numero Bertrandus (*Raimondus* alijs) Gottus, Archiepiscopus Burdegalensis alieno prorsus animo à Galliarum rege, propter vexatos Aquitanici belli caussà à Carolo Valesio illius fratre propinquos, & agnatos suos. Hunc, etsi ita res habebat, Pratensis nominandum duxerat, quòd facillimum Regi futurum esset hominis ambitiosi, spe Pontificatus oblata, gratiam adipisci. Quare clàm pacta partium, & literas statim ad Pulchrum misit, quibus XL. post die acceptis, rogabatur, vt si decus suum, & Columnensium nomen amaret, Bertrandum Archiepiscopum Burdegalensem quàmprimum ex inimico amicum faceret, quem norat à contraria Cardinalium parte Pontificem electum iri propter odiũ, quo illum prosequi credebatur. Philippus, nil cunctandum ratus, per expeditos nuntios Bertrandum accersit, rogatq; vt sibi in Santonibus ad Angelinam oppidum occurrat, se cum eo de re ambobus vtili, & necessaria loquuturum esse. Affuit Bertrandus ad VI. diem, stantmq; Pulcher, productis Pratensis epistolis, sua in potestate sita esse Papalia comitia edocet, seq; daturum operam, vt is Summum in Pontificem eueharur, modo fidem ille sibi vicissim obliget suam de postulatis suis aliquot minimè negligendis, simul atque fuerit in Petri sublimi solio collocatus. Bertrandus nihil minus, quàm quæ sibi dicerentur, vel sperans vel cogitans, illudiq; sibi existimans, cũctari primùm; mox vbi seriò Regem agere deprehendit, actis in præsens gratijs, odio in amorem verso, Regi procubuit ad pedes, seq; ei perpetuò amicum, atq; adeò obsequentem fore ostendit. Iussum surgere osculatus Pulcher, capita, quæ sequuntur, ab illo stipulatus est.

A *I. Vt ampliorem ille sibi veniam capti Bonifacij, laesæ Pontificiæ maiestatis indulgeret.*
II. Vt socij, & fautores, quos habuisset, restituerentur in gratiam.
III. Vt decimas in annos quinque exigere permitteretur.
IV. Vt Pontifex Bonifacij memoriam damnaret.
V. Vt Iacobum, & Petrum Columnios Cardinales pristino honori restitueret: & ex amicis regijs aliquot Cardinales crearet.
B *Sextum caput loco, & tempore se dicturum promisit.*
Bertrandus hæc iureiurando pollicitus, obsides pretereà dedit fratrem, & nepotes duos, quos Rex ipse Lutetiam secum adduxit, ac per fidelissimum nuntiũ literas ad partem Cardinalium sibi fauentem misit, quibus significabat, vt Bertrandum eligerent. Ità Gallicis Patribus nomen eius edentibus, recipientibus Italis, consentientibusq; omnium animis electus C est in Pontificem Summum Burdegalensis Antistes Non. Iulij 1305. *Clementis* què nomine voluit in posterum appellari. Habet hæc Villanus Lib. VIII Cap. LXXX. placuitq; in illius ire sententiam Aemylio, Ciaconio, Bzouio, & Massono.

Caput autem illud regiæ petitionis vltimũ, quod Pulcher se loco, & tempore proditurum dixerat, ne quem amplius lateat, fuit, *de Carolo Valesio fratre ad Romanorum imperium euehendo*, ità me docente D Vecerio in Henrici VII. vita. *Anno à Christo nato* MCCCVIII. *Rege Romanorum Alberto per insidias nepotis occiso, nuntiatum est, Principes, quorum legendi Cæsaris ius est, de sufficiendo Imperatore parum conuenturos. Philippus discordiam Germanorum cœptis suis optimè conducturam existimans, secretiorum modo consiliorum arbitros coire iussos, de noua dispositione interrogat. Venisse aliquando tempus suo quoq; seculo exornandi regni Gallici: sextum antea postulatorum caput, quod ad eum diem consulto noluisset Clemens prodere, id verò nunc expromere statuisse, de Carolo fratre substituendo in Imperium, deq; ea dignitate per Senatusconsultum in perpetuum transponenda in Galliam.* Hæc Vecerius, qui & caussam subijcit petitionis eius eatenus occultatę, rursumquè post aliqua verbis hisce referat arcanum idem. *De consilij sententia decretum fit, vt & Philippus, & Carolus primo quoque tempore, ante etiam, quam Germani venirent in suffragium, Clementem numeroso comitatu adeant, rumore quidem dispersa, quasi ad persequendam Bonifacij criminationem venirent vera autem, vt protinus quam Auenionem venerint, Pontificem de sexta, & ad id tempus ignota petitione, commonefaciant. Eam occultationem nihil fuisse aliud, quàm de Imperatorio apice publicè transponendo in Celtas. Abdere verò rem placuisse eatenus, quam apud Bonifacium quoquè tentauisset, vt ne vinum regnantemque Albertum affecisse videretur iniuria.* Inde Massonus in Philippo Pulchro, de Cæsaris Henrici VII. electione loquens. *De Alberto Cæsare supra diximus. Illo mortuo Philippus Carolum fratrem ad imperatoriũ honorem euehi cupiebat, vt Imperium, à Germanis ad Gallos transiret. Clemens Auenione erat, cuiusque auctoritate vti in ea re oportebat, vt Electores id facere iuberentur. Rex ad sex equitum millia conuenire iubet, Auenionem profecturus tanto comitatu, vt Pontifex, & Cardinales assentiri petitioni suæ cogerentur. Hoc enim esse sextum caput conuentionum inter se, & Pontificem, quod implendum adhuc restaret.* Et Ciaconius in Clemente ipso respiciẽs ad hoc postulatum Pulchri. *Sextum arduum, & difficile opportuno tempore aperiendum reijcio. Hoc translationem Imperij è Germanis ad Gallos fuisse multi opinati sunt.* Et infrà ad an. 1308. *Philippus Francorum Rex Alberti morte, & Electorum dissidia in nouo Cæsare deligendo cognita, Pontificem cum magno exercitu adire constituit, vt sexto postulato exposito, ab eo extorqueret, vt fratrem Carolum Valesium Romanum Cæsarem designaret, Imperiumque à Germanis ad Gallos transiret, quod antiquitus à Gallis*

ad

ad Germanos translatum fuerat.

Ea re, statim atquè Pontificatum adeptus est Clemens, promissorum memor. Philippo tria pactionis suæ capita seruauit, Rege amplori venia donato, quod erat postulatorum primum; amicis eiusdem, fautoribus, & sociis restitutis, quod locum postulato primo proximum obtinebat: Cardinalibusq; duodecim creatis, qui Galli, regijquè ministri, aut amici erant, quod quinto loco fuerat postulatum, maturè se deinceps promissorum reliqua pollicitus effecturum. Cumq; plurimi non deessent, qui Bonifacium oblatrarent, quasi is edita illa famosa Constitutione, *Vnam Sanctam*, in Regem, regnumquè Franciæ plus, quàm par esset iuris sibi, Romanisquè Pontificibus vendicaret, Clemẽs, vt eum scrupulum Pulchro eximeret, eiusdem in gratiam euulgauit Declarationem illam, cuius est initium: *Meruit charissimus filij nostri Philippi Regis, &c.* patetquè publicis in Annalibus Bzouij ad an. CIↃ CCCV. Num. IV.

Instare nihilominus, & vrgere non his contentus Pulcher. Quocirca, nec alia, quæ petierat, sibi posthabenda tatus, mense Iunio anni CIↃ CCC VII. Pictauos ad Rom. Pontificem magno comitatu ijt rogatum, vt sacramenti sui memor, quintum è postulatis præstaret, damnataquè Bonifacij memoria, ignibus eius ossa tradere, & acta rescindet. Quippe sibi in promptu esse vna supra quadraginta capita hæresis, quæ posset aduersus illum facillimè ostendere. Perculit ea petitio grauiter Clementis animum, nec, quid in re tam inexplicabili consilij caperet, occurrebat. Inde scilicet eius in oculos incurrebat sacramenti interuentu firmata promissio; hinc inscientia Pontificis, & ab eodem in se profecta odia reuocitabant, cum ab illo primùm Comenendus Episcopes; mox & Burdegalensis Archiepiscopus creatus esset, testibus ea de re locupletissimis Claudio Roberto Linganeus Presbytero in Gallia Christiana, Andrea de Clemente Summorũ Pontificum Vitis, & Alunico Augerio nondum edito Actis Pontt. Romanorum. Verùm enim verò sollicito inter hasce curas Quinto Pratensis opportunè admodùm interuenit, qui, vt erat ingenio ad subita etiam quæquè moderanda dexterrimo, confirmato primùm Principis animo, id ei consilij dedit, quo neqùe aduersari velle videretur voluntati Regis, neqùe damnationi Catholici Pontificis assentiri, quod si fieret, audendi quoquè haud pauci Cardinales aberant omnes, ac procùl magna pars eorum, à quibus Clemens ipse fuisset Summus Romanorum Pontifex acclamatus. Id igitur Clementi consilij Pratensis dedit. Alendas vt primum tale dissimulanter ipses Regis; dehinc monendum eundem, damnari Summum Pontificem nequaquam posse, nisi ab Oecumenica Synodo accusatus anteà fuerit, & convictus: aut certè, quò magis rata fierent, quæ ad damnationem eius Pontificis attinerẽt, longè consultius fore, si res tanta non nisi Senatus aliquo consulto consilij publici firmaretur. Tum vbi sententiam adprobasset Pulcher, deliberandam tum habendo publico Patrum conuentu sedem extrà iurisdictionem Regis, vbi scilicet Episcopi ex omni Europa collecti Pontificis mentionem damnatum non essent, talemquè sibi videri Viennensem vrbem inter Allobroges, aliamue Ciuitatem liberam, & ad excedẽdum è regijs finibus opportunam. Placuit Quinto Pratensis suggestio, eaquè visus sic eluisse Regem, vt diceret, ad eam rem opus esse Generali Concilio, quod ipse breui Viennæ indicturus esset, sequè in eo daturum operam, vt defuncti Pontificis ossa ex Patrum multi coactorum sententia cremarentur. Hoc responso vicumquè Regi satisfactum est, deqùe illius consilio Encyclicæ pro Viennensi Concilio literæ, missæ sunt ad omnes Christianos Reges, Antistites, & Prælatos. Inde Rex Parisios rediit, mox & Pontifex Regis extrà potestatem positus Auenionem in Narbonensi tunc primùm accessit, quæ in Regis Caroli (*Roberti* alijs) diuersorio erat: sequè interim in futuro Concilio Bonifacij memoriam Theologicæ facultatis opibus propugnaturum obtulit F. Ioannes Minius de Murro Vallium Episcopus, Cardinalis, Theologorum ius aut princeps. Hinc illa Naucleri ad an. 1306. *Tum & satisfieri voluit (Philippus) petitionis suæ summa, vt Bonifacij memoria tolleretur, eiusq; improbarentur acta, quam rem Clemens Pratensis Cardinalis consilio ad Cõcilium proxime celebrandum distulit.* Et Platina in Clemente V. *Regi Francia, apud Pictauum inhonesta quædam petenti, quominus id impetraret, restitit. Nam Cardinales Bonifacium, & absolui Nogaretum, & seuerius petebat. Primum certe vnquam obtinuit, secundum postremò impetrauit, polliceute Nogareto, se suorũ pauperum gratia contra Saracenos. Quam quidem expeditionem Clemens ipse maximè optabat, vt ex eius Cõcilijs apparet.* Et hæc quidem postrema attuli prætermissis alijs, quæ in eandem sententiam Vecerius, Ciaconius, Meyerus, Bzouius, & alij tradidêre, quòd hęc nemo quàm Ferreti probem: *Clementem V. cum Philippi vocum, quam olim Bonifacium perosus in contumeliam regiæ dignitatis moleste susceperat, prorsus tollere destinasset, quoad potuit, nihil esse, vt si non iure, saltem æquum, & deque facilium videretur, hoc quidem ab suo iudicio præfecisse, vt Bonifacius in captione sola, nec ante, vel post, hæreticus haberetur, sicquè nihil potuisse capi, & ob hoc eum neque in Christianissimum Francorum Regem nodosum anathematis fulmen conijcere quiuerit, ipsum eundem Philippum restituisse priuilegia Catholicæ fidei argumentis (Sacramentis fortè) & ab omnis electionis crimine liberum promisisse.* Quæ quidem Laurentium quoquè de Monacis in fraudem induxêre. Habet ille scilicet, paucioribus quidem, at ex Ferretti, vt apparet, schola, *Clementem, gerere cum omnia ex Philippi sententia restituisse Bonifacio gesta, declarando, ipsum (corpse Haresiarchæ, non posse in ullo eum Christianissimo torquere excommunicationis fulmen, eumque ab obiecto crimine liberum esse.* Nullus enim, duobus istis exceptis, alius, Clementem ea mente in Bonifacium fuisse tradidit, vt eum reum hæresis iudicarit. *Occurrebat enim Clementi* (verbis vt Vecerij loquar) *innocentia Bonifacij, qui vt neque forsan insons prorsus criminum haberetur, quæ non audiuit extare de obiecto admissio iudicium: quem exemplis, decretis, constitutionibusque declarauit abdicatum esse, quam obstare non posse fidei catholicæ, & Apostolicæ prosapiæ. Scribit autem (vt inquit ex Mellino Bzouius) Bonifacium prædecessorem suum nunquam à Catholica fide recessisse, & tres supra quadraginta capita hæresis, quæ Rex à Iurisconsultis suis in mortuum scribi curauerat, malitiosè & malignis fuisse conficta.* Quid quod *fidentibus Clementi male fidet consultis.* Ferretto teste, *quatenus Bonifacio de hæresi damnato, cætera contra Francorum Regem nefandis indicijs facta reuocarentur in irritum, nõ passi sunt Ricardus Senensis, vir magna auctoritatis, & opulentissimus, ac Petrus Hispanus, præsidentes illud nequaquam sine iniustitia fieri posse, itaquè Patrum omnium, Vulgique dissonum opinioni, si tantus Pontifex post factum eum tam abhorrendæ vitio turpitudinis obfuscaretur. Addiderant etiam, multa per eum illustria facta euentu carere, si sceleris tanti reus, itaquè (fortè vtique) vocaretur.* Tulit itaquè tum petitionis suæ repulsam Pulcher, quod neqùe nos Meyerus voluit ignorare. Scriptum enim ab illo est. *A Clemente Pontifice Rex pulcher petijt Bonifacij VIII. memoriam (inde odium, quod Nosset simultatem dixit) è Catalogo pontificum deleri, corpusquè eius, & ossa cremari, confirmans se posse probare per suos Sacerdotes, schismaticum, & hæreticum fuisse Bonifacium.* Testatum idipsum etiam Hocsemius iit, hoc vno diuersus ab aliis, quod is à *Nogareto* petitã Bonifacij damnationem dixit, quod alij factum asserunt ab ipso vltoro, vel à *Consiliis male fidei*, cum Ferretto. Si quidem

hæc

Hæc illius ſunt in Theobaldo de Barro, Leodienſi Epiſcopo LXXIV. Cap. XXVIII. *Coram iſto* (Clemente V. Pontifice) *Dominus Vvilhelmus de Nungareto, A qui dudum Papam Bonifacium ceperat, de Hereſi hunc accuſat, petens huius memoriam condemnari: ſed Fratribus contradicentibus eſt repulſus.*

F I N I S.

A M I C E L E C T O R.

Hic Oſij mox interituri ſupremus calamus reſedit. Tu Ampliſſimo Senatori Dominico Molino acceptum æque referas, quod & hæc omnia ſcripta fuerint, & poſtrema hæc ex immanis huius naufragij demerſis, ac pene conſumptis reliquijs eruta.

NICOLAI VILLANI PISTORIENSIS NOTÆ AD PRIMAM PARTEM Historiarum ALBERTINI MVSSATI.

PAgina 1. Rubrica II. *Dum se ære redempturum magnum pondus polliceretur.* &c. Hoc loco syntaxis laborare videtur, ni post, *redempturum*, copulam apponas; vt sit, *dum se ære redempturum, magnumq; pondus polliceretur*: aut alio quopiam tibicine vitium hoc fulcias.

Pag. 1. Rub. III. *Vt circa incumbentia sibi. semper, & consultè, fortiter, ac strenue agendum esset.* Durè nimis hoc membrum superiori aptatur, nisi hanc agendi circa incumbentia necessitatem augendæ famæ causam fuisse dicas. Iam quæ autor hîc, atq; alibi vocat *incumbentia* idem est ac Latinis officium, Græcis καθήκον, Tuscis *le faccende*: id quod à Latino, facienda, deriuari videtur, alluſione ad Græcos, qui, τὰ γινόμενον, pro eodem vsurpant. Et verò, quæ facienda sunt, officium omnino sunt, & quibus incumbere vnusquisque debeat.

Pag. 2. Rub. VI. *Partium scismatibus.* Repone, *schismatibus.*

Pag. 2. Rub. VII. *Nuntios cum maiestatis sue literis annuntiari iussit felicem aduentum.* &c. Corrige, *annuntiare*, pro *annuntiari.*

Pag. 2. Rub. VII. *Teotonici nominis*, scribe *Theutonici*, vel *Teutonici.*

Pag. 3. Rub. VII. *Regia maiestas appeteret.* Hîc interpungendum esse videtur, & inchoanda octaua rubrica à verbo, *compositis.*

Pag. 3. Rub. VIII. *Vt si humanarum*, &c. *Sibi priuatæ vitæ parendum esse* &c. Anacoluthon. Quare vel tollerem, *vt*, vel pro, *esse*, cuderem, *essent.* Quanquam, *fuisse*, vel, *fuisset*, dicendum.

Pag. 3. Rub. VIII. *Vt miles, vt dux*, &c. an potius, *vt militem, vt ducem?*

Pag. 3. Rub. IX. *Ad eiusdem regis conductas officium.* Scriberem, *conductum.*

Pag. 3. Rub. X. *Increbescente fama.* emenda, *increbrescente.*

Pag. 4. Rub. X. *Non minui, sed augeri.* Melius, *non minuere, sed augere.*

Pag. 5. Rub. X. *Latitiæ apparentes in tuto, dissimulateq;*, Videtur hic, *dissimulatè*, sumptum pro, apertè, ac palam: cum tamen contrarium significet. nam dissimulare est astute aliquid celare, ne intelligi possit.

Pag. 5. Rub. XI. *Longaque deinceps freti quiete.* Sententia exigit, vt inducatur copula, *que*; pendente hactenus oratione.

Pag 5. Rub. XI. *Lilio supra renitente.* Melius, *renidente.*

Pag. 5. Rub. XIII. *Quantum pollex operiret, conspicit occiput.* Nescio, quid hoc rei sit: quare mendum subesse reor.

Ibidem, *pedum, & crurium* &c. Crurum, dici constat, crurium, non memini.

Pag. 6. Rub. I. *Accidit quippe*, vsque ad, *consentu adhibito.* Hæc syntaxis non vnam præfert offensam. Primò illud, *recogente oportere conferri*, subdurum videtur. Deinde post verbum, *Mediolani*, videtur non nihil desiderari. Ad hæc illud, *vt offerrent ipsi*, non potest defendi, nisi figura, ἀπὸ τὸ ὑπονοούμενον. Sed hæc omnia æquari, tolliq; possunt, si pro *oportere*, scribas, *oporteret*; post, *Mediolani*, adiungas, *foret*, vel *fuisset*; & pro, *offerrent ipsi*, reponas, *offerret ipse*: quanquam postremum hoc ferri, vt aiebam, potest.

Ibidem, *Teutonicorum fauores insoportabiles.* Primò corrigendum, *Theutonicorum.* Deinde illud, *insoportabiles*, adeò graue est, vt ferri minime possit. Saltem, *insupportabiles*, dixisset. Repone sis, *intolerabiles.*

Ibidem, *duplex desidium exortum est*, corrige *dissidium.*

Ibidem, *arma capescentes*, Corrige, *capessentes.*

Digitized by Google

Ibidem, *hinc inde pallantes*. Corrige, *palantes*.

Pag. 7. Rub I. *Teotonicorum plerique*, corrige *Theutonicorum*, & paulo poſt pro, *deſeuierint*, ponendum, *deſeuierunt*: nec longe ab his pro, *cecidere*, lego, *cædere*.

Ibidem, *Regini plus æquo*, &c. Scribe, *Regienſes*: nam inter Rheginos, & Regienſes hoc intereſt; quòd Rhegini dicuntur à Rhegio Calabriæ, Regienſes à Regio Lepidi, Galliæ Ciſalpinæ ciuitate, de qua loquitur hic Muſatus.

Pag. 7. Rub. I. *Regiæ militiæ in partem detegentis*. Neſcio, quid ſit hoc. Suſpicor, addendum, *ſe*, poſt verbum, *partem*.

Pag. 7. Rub. II. *Præſumptos eorum diuertens affectus*, melius, *effectus*.

Pag. 7. Rub. V. *increbeſcentes*, corrige, *increbreſcentes*.

Pag. 8. Rub. III. *delaber in foueam*, corrigo, *delabar*.

Ibidem. *Et quiſquam veſtrum reſpondeat, Gebellinos*. Apponenda eſt interrogationis nota.

Ibidem, *ſciſmata tam antiquata*. corrige, *ſchiſmata*.

Ibidem, *in plumbo conſculpiens*, emenda, *conſculpens*.

Ibidem, *& ſi quæ comperta*. Vel duo verba, *& ſi*, in vnum coaleſcere debent, vt coniunctionem aduerſatiuam faciant; vel pro, *quæ*, reponendum, *qua*.

Pag. 9. Rub. V. *ſciſma vetus*, emenda, *ſchiſma*.

Pag. 9. Rub. VII. *à Cæſare ſciſitaſſe retulit*. Puto, ſcribendum, *ſciuiſſe*. Quid enim eſſet, *interrogare Cæſarem, nil pactionis interuenire poſſe?*

Ibidem, *bis obtemperatis*. Stribligo hic eſſe videtur, verbo neutro paſſione donato. Poteſt corrigi ſic, *bis ſi obtemperauerint*.

Ibidem, *Abinde, plurimmq; dierum*, ad finem vſque periodi, nutat oratio, & manca videtur; niſi poſt verbum, *concedi*, vel alio commodiori loco adiungas, *obtinuerunt*, vel *impetrarunt*, vel quid ſimile.

Ibidem, *dati aris neglecta iuſtitia*. Quænam ſit neglecta hæc dati æris iuſtitia, mihi obſcurum. Dicendum certè fuit, *dato ære*, vel aliter, eadem ſententia.

Ibidem, *ſpes ambiguas diuertentia*. Hic interpungendum.

Pag. 10. Rub. VII. *fuere, qui ſingula ſigillatim, veluti non modò ſalubria, ſed iniqua deteſtarentur*. Primò corrige, *ſingillatim*. Deinde ante *ſalubria* videtur deeſſe, *non*.

Ibidem, *nec ob id quicquam ſpondeant*. Proprius, *reſpondeant*, quod pertinet ad iudices.

Ibidem, *vt arrogans viſa ſit*. Hoc temporis præteriti neſcio, quo modo referendum ſit ad futurum. Ratio poſtulabat, vt diceret, *fore, vt arrogans videretur*.

Pag. 11. Rub. X. *totumque parti Gibellinæ deditum, Guelfam in Lombardia partibus opprimens, ad Tuſcos eiuſdem partis eleuandos feruentius aſpirans*, &c. Bona ſyntaxis exigit, vt ſcribatur, *opprimentem*, atque, *aſpirantem*.

Pag. 11. Rub. I. *Ioanne de Vigontia Epiſcopo reddito. Dedito*, erat dicendum. Sed autor hic, vt plerunque aliàs ad vulgarem loquendi modum reſpexit, quo dicimus *renderſi*, vel *arrenderſi*, pro dedere ſe. Quam tamen ſententiam Latina vox non admittit.

Ibidem, *ſigillatim per fana, & foros, & per latebras diluere*. Corrige, *ſingillatim, &, deluere*.

Pag. 12. Rub. I. *ignem portis ſubduxit*. Acyrologia. Nam ſubducere, eſt ſubtrahere, cuius contrarium, ſubdere. Omnino reponerem, *ſubdidit*. & paulo poſt, *capeſſere*, pro *capeſcere*.

Ibidem, *ad portas traxere*. Hoc quoque tractum à vulgari loquendi conſuetudine, qua dicimus, trahere, intranſitiuè, quod aiunt, pro, ire, ſeu accedere. At ſi hìc non addas, *ſe*, fortè poſt verbum, *dubii*, Etruriſmus erit.

Pag. 12. Rub. II. *reliquamve eijciendam*, ſcribe, *reliquamque*.

Pag. 12. Rub. III. *inconſtantijs diffiſus, quas multifariam expertus deprehenderat*. Emenda, *diffiſus*, &, *deprehenderat*.

Ibidem, *iniendorumq; fœderum*. Scribe, *inuendorumq;*

Pag. 13. Rub. IV. *Priuilegia quæque Ciuitatibus ab Imperio conceſſa*. Fortè, *ciuitati*.

Ibidem, *cum ſuppoſita Leonis effigie*. Credo, legendum, *ſuperpoſita*.

Ibidem, *falſaque viris ſubiuncta*. Corrige, *veris*.

Pag. 13. Rub. V. *indicantibus in Vrbe celebranda*, &c. Scio, illud, *indicantibus*, referri poſſe ad, *legatis*. At ſententiæ melius conſultum foret, ſi, *indicantia* legeretur, relatione ad, *reſcripta*.

Pag. 14. Rub. VI. *Padua, Vicentiaq; confines*. Lege, *confinia*, vel *confinium*. atque illico pro, *itidem*, repone, *ibidem*. vel *ibi*. Itidem enim, quod neminem latere arbitror, valet, ſimiliter, ſed Muſſatus vſurpat pro, ibi, non tantùm hoc in loco, ſed & alibi ſæpius; vitio, reor, ſeculi.

Pag. 14. Rub. VI. *Senatorum conſiliarijs mille*. Puto, reponi debere, *conſilijs*. & paulo poſt, *per paſſum mille ferè ſpatium*, corrige, *paſſuum*.

Ibidem. *Et ſi has vices, quibus ante te aſto, vt Reipub. Paduanæ rem in effectum adduxerim, vt tuis ſit compos votis illa Reſpub. beatum me dixerim* &c. Perplexa ſintaxis, atque ἀνακόλουθον. Fortaſſe id voluit Muſſatus, *Et ſi hac vice, qua ante te aſto, Reipub. Paduanæ rem in effectum adduxerim, vt ſuis ſit compos votis, beatum me dixerim* &c. Et paulo poſt pro, *diſidia partialis*, corrige, *diſſidij*.

Ibidem, *merum, mixtumq; imperium in eum tradere* &c. Neſcio, quem ſignificet illud, *eum*. Scribendum forte, *in eam*, id eſt, vrbem Vicentiæ.

Ibidem, *fati, ſaturesq; diſceſſimus ſatures*, nuſpiam legi, quod ſciam. Quare, ni falſus ſum, repone, *ſaturi*.

Ibidem, *tua triumphali largitione ſatiaret*. Neſcio, quid rei ſit hoc *ſatiaret*. Depraua tum credo, atq; obelo iugulandum.

Pag. 14. Rub. VI. *Quibus diu, multiſq; admodum opportunis inducijs aggregatis* &c. Et pag. ſequente, *paulo latioribus, quàm opportunitas expetebat, induciis*. Nemo non nouit, quid ſint inducix; ceſſacijs. Nemo non nouit, quid ſint inducix; ceſſacijs. Nemo non nouit, quid ſint inducix; ceſſacijs

tinget, qui non ex latinitatis autoribus, ſed ex vernaculi ſermonis vſu latinorum verborum ſententias deſument. Venia tamen danda Muſſato, qui tantæ barbariei tempore vixit, vt vel Tullius haberi potuerit.

ag. 15. Rub. V I. *nobis eligere? ſit fas*, tolle interrogandi notam.

›idem, *Sacramentum recipiat*. Dixerim, *recipiant*; nam perſona, *qui*, ſubdurum videtur, nec bene aptum.

ag. 16. Rub. V I. *diſcenſionum, & errorum*, Corrige, *diſſenſionum.*

›idem, *& ab eodem die citra.* tollerem coniunctionem, *&*.

ag. 16. Rub. V I. *Qui ĩdem reſtituti vtantur, & fruantur*, reſtituti ſcilicet ad bona, & poſſeſſiones ſuas immobiles, quod paulò ante dixerat, *vtantur ijs* &c.

›idem, pro *regia munificentia recognitione*, malim, *regia.*

›idem, *ſiderum, conſtellationumq; reuelationes*, mathematicus quiſpiam contenderet, ſcribendum hìc, *reuolutiones*.

ag. 17. Rub V I I. *ſiniſtra arteria craneo*, corrige, *cranio*. Et paulo poſt pro, *triumphatis*, reponendum, *triumphantis.*

›idem, *in caput eius condeſcenderat promeritum eſitum*. Iam non barbariem hoc ſapit, ſed ſolos. Scribe, *promeritus exitus*, ne riſum excutiamus Tranſmontanis.

ag. 18. Rub. I X. pro, *tollendis ſciſmatibus*, corrige, *ſchiſmatibus.*

ag. 19. Rub. X I I. *delatum eſt è Pergamo*. Muſſatus hìc, & ſæpè aliàs ponit *Pergamum*, & *Pergamenſes* pro Bergomo, & Bergomatibus. Quod vel corrigendum, vel notandum.

›idem, *Tuſcia, Romaniolæve*, corrige, *Romandiolaque.*

ag. 20. Rub. I. *Qua vos ab ipſius eccleſia veſtræ matris vera ſemita tam cæcus, tamq; pertinax error abduxit?* Corrige meo periculo, *qui vos* &c. Et paulo poſt, *ſciſmata Friderici*, emenda, *ſchiſmata.*

ag. 20. Rub. I. *vt immanis bellua ſe ſaturem repleat.* Imò *ſaturum.*

ag. 21. Rub. I. *Tuſcia Romandiolæve*. Alibi appellauit Romaniolam, quam modo Romandiolam. Et pro coniunctionis particula poſuit diſiunctionis, *ue*, nimirum, pro, *&*. Ergo ſcribendum *Romandiolaq;*

›idem, *ſe tanquam in principijs deſides in pœnitentiam verſos*, delerem illud, *ſe.*

bidem, *Et ſi iam iam miteſcente autumnale tempus Sole, imbribuſque decidentibus, quod nunc intolerabile, tunc impoſſibile ipſis contingat populis ſtationibus inſidere*. Claudа, & inconſequens videtur hæc ſyntaxis. Ego verò illam ſic reſtituerem, *Et iam iam miteſcente autumnale per tempus Sole, imbribuſq; decidentibus, quod nunc intolerabile, tunc impoſſibile ipſis continget populis, ſtationibus inſidere.*

bidem, *tempeſtiuèque veſpere in crepuſculum Curiam vacantem tenebant*, Contenderim, ſcribi debere, *Veſpera*, ſcilicet horæ, vel preces. Aliter vix aptã ſententiam expiſcabis.

'ag. 22. Rub. I I I. *nec cadum inſpectores adindicentur.* Corrige, *ne*, pro, *nec.* Et paulo poſt, *quidnam agendam inſtaret*, emenda, *agendum.*

Ibidem, *locis ſacris, quæ cimiteria vocant*, Genuina vox erat *cæmeteria*. Sed autor ad vernaculi ſermonis vſum reſpexit.

Pag. 24. Rub. X. *ipſumque regem, quem partiarium ex primis pollicitationum præconijs ſe mundo prædicari fecerat, flagellum diuinitus emiſſum verbis ſatis communibus promulgata ſit aſſertio*. Qui ſententiam aliquam ex his verbis extorquere poteſt, idem & clauam ex manibus Herculis extorſerit. Corrigendus igitur omnino hic locus, ita fortaſſe, *Ipſumq; regem, quem minimè partiarium ex primis pollicitationum præconijs prædicari fecerat, flagellum diuinitus emiſſum verbis ſatis communibus promulganda ſit aſſertio*. Atque hìc interpungendum.

Pag. 25. Rub. I. *obuiam procedentes millibus ferme quinq; indutis ſimilis amictus ornatu*, Cum dixerit, *procedentes*, oportet vt ſequatur, *indutti*, vel *induti*. Et paulo poſt pro *ſciſmatibus*, repone, *ſchiſmatibus*, & pro, *ſuſurrijs*, *ſuſurris.*

Pag. 25. Rub. I. *Barnabæ cum Gelfis conſortium partì Gibolengę, ſeu Imperiali peruium, noxiumq; crimĩnabantur*, mihi certe, *periura*, illud minime patet, nec ſcio, quid rei ſit. fortaſſe, *pernicioſum.*

Pag. 26. Rub. I. *gubernationemq; ciuitatis Poteſtate, qui eis præerat, amoto*, Melius, *ei*, pro, *eis.*

Pag. 26. Rub. I I. *cuius funeris cauſa Canem grandem eius fratrem, qui regem apud Ianuam comitabatur, oportuit Veronam proficiſci.* Si pro, *oportuit*, legamus, *oportuerit*, videbitur hoc pendere à verbo, *nuntiatum eſt*, quod Zeugmæ huius à ſuperiori caput eſt: Ea ſententia, vt nuntiatum fuerit Cæſari, Canem profectum fuiſſe Veronam. Id quod concipi non poteſt, cum ille regem comitaretur. Retinerem igitur, *oportuit*, ſalua tamen doctiſſimi gloſſographi, quicunque ille ſit, reuerentia.

Pag. 26. Rub. I I I. *Is in Placentiam prius petens*, fortaſſe, *Is Placentiam* &c. Et paulo poſt repone *ſchiſmatis*, pro, *ſciſmatis.*

Pag. 26. Rub. I V. *aeris peſtilentis apud Brixiam, vt aſſerunt Phyſicorum optimi cordialiter infecta*, illud, *aeris peſtilentia*, non habet, vnde regatur. Debebat autem dici, *aere peſtilenti*, vel *aeris peſtilentia.*

Pag. 27. Rub. I V. *licet ante huius coniugij copulam iugales reperiſſe duos amoris inuicem tam ſupremi nec creditum, nec relatum, Repertos*, dixiſſe oportuit, non, *reperiſſe.*

Pag. 27. Rub. V. *hoc luminari obſtruſo generi humano in calamitatibus occumbenti*. Melius, *hoc luminare obſtruſo, genere humano in calamitatibus occumbente*. Et paulo poſt, *Ad ſe veniant, orantes*, corrige, *ad ſe veniat.*

Pag. 27. Rub. V I. *Ianuam venit ſe altero duntaxat ſocio.* Tollendum, ſe. Et paulo poſt, pro, *ſuſurijs*, lege, *ſuſurris.* Nec longe ab his, *Sed his dissimulatis.* Planè barbarum. Statimq;, *Nam ipſa rebellionis cauſa venerat*, forte, *ipſe.*

Pag. 28. Rub. V I I. *In oppidis Comitis S. Floris, Sanctæ Florę*, dicendum fuit, & paucis ab hinc verſibus, *Partes itaq; Romæ per ſuos quaſque vicos* &c. legerem, *ſuas queque vicos.* Nec porro ab his pro, *increbeſcebat*, ſubſtitue, *increbreſcebat.*

Pag. 28. Rub. VIII. *Statum, conditioneſq; regis Ro-*

manorum, *quibus in iuribus conſiſteret*, lego, *quibus in viribus conſiſterent*.

Pag. 28. Rub. IX. *Plebiſcitis reciſis, & coactis.* Melius, *reſciſſis*. hoc eſt abolitis, atque abrogatis: qua forma vtitur pag. 31.

Pag. 29. Rub X. *licentiam fruſtra, diuq; implorantes*, vſque ad, *cui etſi* nutat hìc ſententia, & proculdubio aliquid deſideratur. Explerem ſic lacunas, *Diſcedendi licentiam fruſtra diuq; implorantes, ad eam impetrandam regem facilem non reuantes, ad eam impetrandam regem facilem non reperiſſent, ni tandem à Muſſato, quem &c. impetrata*, ſeu *obtenta foret: cui etſi non licentiam præbuit expreſſius, tamen*, & quæ ſequuntur.

Pag. 31. Rub. I. *Dei flagello perculſus*, lego, *perculſus*. Et paulo poſt, *in regem obiurgari*. Nec porro ab his, *præſidatus, & officia quemq;* lego, *officia quaque*. Et vlterius, *animaduertere opus ſit*, melius, *opus eſt*.

Pag. 32. Rub. I. pro, *ſciſmatis*, repone *ſchiſmatis*; pro, *reſcipiſcere*, *reſipiſcere*; & pro, *Canis eſſe*, *Canis iſſe*.

Pag. 32. Rub. III. *ſubductis ad implendas foueas materys.* Reſcriberem, *adductis*, vel quid ſimile.

Pag. 33. Rub. IV. *Vbi & ad agros Paduanorum depopulandos* &c. Melius, *vnde*, pro, *vbi*. Et paulo poſt, pro, *redimebantur*, ſubſtituo, *redimebant*.

Pag. 33. Rub VI. *reliqua ampliorís tercentum ferme paſſibus diſtante*, fortè, *ampliore*.

Pag. 34. Rub. X. pro, *conſiſtere*, forſan, *conſtituere*. & pro, *Poteſtate*, *Poteſtati*.

Pag. 35. Rub XII. *nihil videre agibile, quam Caſtrum montis Gardæ reficere*, videtur deeſſe, *magis*, poſt, *videre*.

Pag. 36. Rub. 13. *Contingit dum Canis* &c. Hæc periodus inconnexa, & manca cuipiam, vt credo, videbitur. Eam ſic fortaſſe quis reſtituerit. *Contigit, vt dum Canis e ciuitate Vicentiæ cum militibus fere CC. exiſſet, curſoribus dimiſſis ad Caſtrum Camiſani, qui raptas de paſcuis equas adducebant, ſuperuenientes Bernardus Lancea, & Burgarutius illos inſecuti fuerint* &c. Neque longe ab his, *paucis ſe per vallum irrepientibus*, ſcribendum, *paucis per vallum irrepentibus*. Et ſtatim, pro, *tranatibus*, corrige, *tranantibus*. Et deinde, pro, *ex quaque familiæ*, repone, *ex quaque familia*. & paulo inferius rub. XIV. pro, *expoſituri*, exigit ratio, vt ſcribatur, *expoſiturum*, ſeu *expoſituros*.

Pag. 37. Rub. 14. *Lombardiam ſiquidem moderni accipiunt ſicut ab oriente montes Gallicorum* &c. Mendoſus locus, quod & vidit oculatiſſimus Scholiaſtes. Sed leui negotio fortaſſe illum emendaueris, ſi dixeris, *Lombardiam ſiquidem moderni accipiunt ſic, vt ab oriente montes Gallicorum, ſeu interiacentes Alpibus regiones diſtinguant* &c. Poſterior autem locus, cuius initium, *Is namque ambitus* &c. corrigi quidem poſſet, ſed à vulgata lectione nimis forte recedendum foret. Quare criſim hanc potiori Ariſtarcho relinquimus.

Pag. 37. Rub. I. *tantundem eas in dies certos Principi iam dicto reſtituros deſpondentibus*, Corrige, *reſtituturos*. Et paulo poſt pro, *decerneret*, melius, *cerneret*. Ac deinde pro, *ſuſurria*, legendum, *ſuſurra*. Et pag. ſeq. in eadem rubr. *potiti eam illo*, melius, *potitus*.

Pag. 38. Rub. II. *Vixque ſe vrbe cohibere in ſpem retinuerant*, forte, *ſpem retinuerant*. Et in rub. ſequenti pro, *Guidone*, corrige bis, *Guidoni*.

Pag. 38. Rub IV. *Reginorum exulum*, dixi aliàs, debere ſcribi *Regienſes*, non *Reginos*, cum de Regio Lepideo fit mentio. Item. *Pergamum*, eſſe ciuitatem Aſiæ, *Bergomum* Italiæ. Quare hæc in rub. & in ſequenti videntur hæ voces corrigendæ, & ſi quando aliàs occurrent. Quod mihi ſatis fuerit hucuſq; annotaſſe.

Pag. 38. Rub. VII. Poſt, *inferebant*, diſpungendus videtur punctus. Nam ſuperiora videntur conſtituere colon, non periodum. Et poſt, *exulibus*, abradenda omnis diſtinctio.

Pag. 39. Rub. VII. *Eductis copijs in illos fecere impetum*. Scribendum videtur, *fecerint impetum*, ne ſit ἀνακόλουθ.

Pag. 39. Rub. VIII. *Philippo namque Achaiæ Principi*, melius, *A Philippo Achaiæ Principe*.

Pag. 40. Rub. VIII. *Ad duodecim*, lego, *ac duodecim*.

Pag. 40. Rub. X. *Romani in metallum damnati fodere*, Quid ſi *Romanis*? Et paulo poſt, *reperſione*, corrige, *reſperſione*, & poſt, *adminſtrabat*, punctum tollito. Et pag. ſequente, *diſperatis rebus*, corrige, *deſperatis*, & pro, *deſiſi*, pone, *diffiſi*, & pro, *balliſtrarum*, *balliſtarum*.

Pag. 42. Rub. XII. *propoſitum deſiſtit*, fortè, *deſiſtit*.

Pag. 42. in prohœmio, *à meis remota nationibus*, Planius. *remotas*.

Pag. 42. Rub. I. poſt, *fouerant*, remouenda eſt interpunctio, ea ſententia, *Cæſarem auxiſſe Curiam Piſis per menſes duos*. Aliter mutila erit.

Pag. 42. Rub. I. *Per ipſum pontem molem*. Hic pons, qui primo ferè lapide ab Vrbe diſtat, *minus* ab antiquis, *mollis* à noſtris appellatur. Auctor noſter ſequutus vulgarem appellationem, *pontem Molem* dixit, cum debuiſſet dicere, *Mollem*. Sed cauſam huius rei alibi monſtrabimus

Pag. 43. Rub. II. *Sabbato autem* &c. Laborat hæc periodus ἐκτῷ ἀναπαίστῳ. Quare ſic ſananda videtur, vt pro, *ſubſiſtens*, reponatur, *eo ſubſiſtente*, & poſt, *concinente*; apponatur coniunctio copulatiua, *&*, vel, *ac*. Paulo poſt, *Comes Sanctæ Floris*, dixi alibi, debere ſcribi, *Sanctæ Florę*. Nec longe ab his, *Corradus de Antiochia cum quinquagintamillibus*, Profectò tot non fuere Myrmidones. Corrige me auctore pro, *millibus*, *militibus*. Et rub. III. pro, *Anargninis*, ſuſpicor legendum, *Anagninis*. Et rub. IV. pro *Columnienſium*, ſubſtitue, *Columnenſium*, & pro, *Campoſioris*, *Campo Florę*.

Pag. 44. Rub. IV. *Nicolaus de Comite*, forte, *de Comitibus*, quæ gens inter Romanas illuſtris Et pro, *Campoſioris*, repone, *Campo Florę*. Et pro, *Coliſæum*, recta ſcriptio erat, *Coloſſæum*.

Pag. 44. Rub. 5. *Prædianis exhortati vilioribus*. Corrige, *pridianis*. Et paulo poſt, *ad occupatum vicum trahentes*, addendum, *ſe*.

Pag. 45. Rub. VI. pro, *Sanctæ Floris*, repone, *Sanctæ Florę*: Pro, *diſceſſere*, *diſceſſere*: pro, *angutato*, fortaſſe, *anguſtiato*, barbarum licet: Pro, *balliſtrarus*, *balliſtarius*: Pro, *Vanni Maſcha*, *Vanni Muſcæ*: Pro, *aduentu*, forſan, *aduentu*: Pro, *balliſtrarum*, *balliſtarum*: Pro, *ſuſurrys*, *ſuſurris*.

Pag. 46. Rub. VII. *ſe de palatijs in vicos poſſim ſubterfugere*, Tollendum, *ſe*.

Digitized by Google

Notæ ad Primam Partem.

Pag. 46. Rub. VIII. *Dumq; ideutidem dies ferme quatuor egeſſit*, Melius, *Dumq; ibidem dies ferme quatuor egiſſet.*

Pag. 47. Rub. VIII. *Vnitiq; Gibolengis*, Tollerem, *que*. Et paulo poſt, pro, *agnominia*, corrige, *agnomina*. Et pro, *preconſtitutam fore*, dicendum fuit, *fuiſſe*.

Pag. 48. Rub. I. *& veluti in arma furens*, tollerem coniunctionis notam. Et paulo poſt, *comitum de Marzano*, Appellatur hæc gens, *i Conti de Marciano*. Sed hic noſter poſuit, z, pro, c, more Longobardico.

Pag. 48. Rub. II. *Aduentatis Florentiam Cæſaris*, corrigo, *aduentantis*: Et, *increbeſcente*, *increbreſcente*: &, *capeſcenda*, *capeſſenda*: &, *Sancto Geminano*, *Sancto Geminiano*: &, *Colle Piſtorio*, *Colle, Piſtorio*; ſunt enim duæ ciuitates: & pag. 49. *capeſcentes*, *capeſſentes*; *in ſurſum*, *ſurſum*; *Benicaſa*, *Beninсaſa*; *pallantibus*, *palantibus*; *aufferent*, *auferrent*; *Vulterranenſes*, *Volaterranos*.

Pag. 50. Rub. III. pro, *præſenferat*, corrige, *præſenſerant*.

Pag 50. Rub. IV. *Burgum S. Coſſiani opulentiſſimum ferè nullibus paſſuum Florentiæ vicinum*. Credo, hic deeſſe, *octo*, poſt, *opulentiſſimum*. Tot enim lapidibus plusminus diſtat oppidum illud à Florentia. Pro, *pallantes*, autem corrige, *palantes*. Pro, *Barbaracij*, probo, *Baroccij*.

Pag. 51 Rub. IV. *iudices ad Cæſarem*, Tollerem, *ad*. Et pro, *fomitibus*, reponerem, *fontibus*.

Ibidem, *Canalcantibus iam donatis*, Suſpicor legendum, *Canalcantibus, ac Donatis*: quæ gens Florentiæ nobiliſſima.

Ibidem. *Tuncque in ciuitate permultos annos Florente* &c. huic ſyntaxis principio nihil eſt, quod reſpondeat: ſequitur enim, *quatiebatur*, quod ἀνακόλουθον. Quare ſic fortaſſe illi conſulendum, *Tuncque ea ciuitas, quæ per multos annos floruerat, cuiuſq; decus* &c. Et paulo exinde *prædiana felicitas*, corrige, *pridiana*, pro. *diſſa*, *diffiſa*:

Pag. 54. Rub. I. *perquam ſibi in tuto eſſe*, corrige, *eſſet*. Ac poſt, *obtinuiſſet*, tollenda interpunctio.

Ibidem, *ſanciendum ſit*, fortè, *quod ſæuiendum ſit*. Et paulo poſt, *aut niſi ferro*, forte, *at non*, vel, *nec*, ſic ſententia poſtulante. Deinde, pro, *increbuere*, corrige, *increbruere*, & pro, *reſſignauit*, *reſignauit*.

Pag. 56. *populariam ſuſurria*, corrige, *ſuſurra*. & pro, *refelliſſe*, legendum fortè, *fefelliſſe*.

Pag. 57. Rub. III. *Paduanos aditus expectantes*, forte, *ad aditus*. Et paulo poſt pro, *obiectis armis*, corrige, *abiectis*, & pro, *increbuit*, *increbrut*, & pro, *rupe*, *rupem*: & pro, *capeſcentes*, *capeſſentes*.

Pag. 58. Rub. II. *ſuccreſcentis diſidium*, corrige, *ſuccreſcentes diſſidium*: & pag. ſequente pro, *ſuſurria*, *ſuſurra*, & pro, *vacuerat*, fortè, *vacauerat*.

Pag. 59. Rub. 4. *In proſperi ſtatus tranquillitate refloraſ* &c. Scribendum, *refloreat*.

Pag. 60. Rub. V. *S. Geminiani*, *& collis præſidijs*. Et paulo poſt, *deſcenderet verſus collem* &c. Vtrobiq; ſcribendum, *Collis*, per primam literam maiuſculam. loquitur enim de Ciuitate. Et paulo inferius, *ex Comitibus Roma*, lege omnino cum alijs duobus codicibus, *ex comitibus Romena*; quod caſtellum hodie quoque extat, nec multis lapidibus longè à Florentia diſtat. Gens autem, in cuius ditione oppido quàm longum tempus duraſſet, qui vulgò dicebantur, *i Conti da Romena*, ſuperioribus annis extincta eſt, paulo poſt, *Sanctæ Floris*, dicendum, *Sanctæ Floræ*.

Pag. 61. Rub. IX. *in ipſum fugitiuum terga dediſſent*, forſan, *fugitiui*.

Pag. 62. Rub. XI. *ex ea feminina ſtirpe nato coniugum ſumpſiſſe propaginem* &c. Illud, *coniugum*, mihi ſuſpectum. Alij viderint. Tale quoque illud eſt in rub. ſequenti, *bello, quod nunc illos in ſe duntaxat conuerſum fuerat, affecti, intercepere inducijs*. Suffecerit indicaſſe.

Pag. 63. Rub. XII. *Non ſic inoleuiſſe auctoritatem tribunitiæ poteſtatis* &c. Dicendum fuerat, *exoleuiſſe*. Nam, *inoleuiſſe*, repugnat ex diametro ſententiæ.

Pag. 64. Rub. I. *In quorum greges*. Fortè, *quorum greges*.

Pag. 65. rub. II. *ſiquid in Republicam*, corrige, *in Rempublicam*. & inferius, *rumorq; idem Venetias*, melius, *per Venetias*, & paulo poſt pro, *viderit*, *videret*.

Pag. 66. rub. IV. *aſſiduaq; bello collidentes*, Forte, *ſe collidentes*, & paulo poſt pro, *Pergamum*, *Bergomum*, quod alibi, & pro, *perſeuerabant*, forte, *perſeuerantibus*.

Pag 68. rub. VII. *Saucius, & ipſe ceſſerit*, melius, *ceſſit*. Et pro, *iacente*, corrige, *iacente*. Et rub IX. pro, *pallantibus*, *palantibus*: & pro, *ſolus ſe duntaxat*, ſolus duntaxat, vel, ſolus ipſe duntaxat quanquam ferri poteſt. Et rub X. *numeroſo agmine*, *quem*, Corrige, *quod*. Et rub. XI. *qui bora ferè vna* melius, *quæ*.

Pag. 68. rub. XII. *Per hos dies*, vſque ad, *Bernardinus de Mazonibus*, Nemo non videt, colon hoc mendoſum, inconnexumq; eſſe. Quod tamen ſic dirigi poſſit, *Per hos dies Ponzinum de Ponzonibus Cremonenſem belli Gelforum Longobardorum aduerſus Gibolengos ducem, dum verſus Vrceos cum manu militum coequitaſſet, Bernardinus de Manzonibus, & Corradinus* &c. *inſultauere*.

Pag. 69. rub. I. Pro, *pallantes*, repone, *palantes*; pro, *Bruttenſibus*, *Butenſibus*. & pag. ſeq. rub. II. pro, *Galure*, *Gallure*.

Pag. 70. rub. V. hæc prima periodus huius ſententiæ mendoſa eſt, & legi omnino debet iuxta ſcripturam Bzouij, & Alberici, mutando ſolùm, *demergens*, in, *demerſit*, iuxta emendationẽ doctiſſimi Scholiaſtæ. Et paulo poſt tollendum, *&*, ante, *opprobrium ſempiternum*, & pro, *cum etiam cauſa*, reponendum, *cui etiam cauſa*. Poſt hæc periodus, cuius exordium, *Ipſe namq;* &c. plus nimis turbida, &, quod peius, inconnexa videtur. Ego verò fortaſſe ſic emendarem, *Ipſe namq; inter cæteros ſuæ malignitatis conatus, licet ante quàm imperialis coronationis cauſa proficiſceremur ad Vrbem, per ſuas literas ſpeciales pluries culmini noſtro ſcripſiſſet; quòd ipſe (quod & ex cauſa prædicta debebat) erga nos, qui nec verbo, nec opere ipſum grauauimus; nec grauare, ſed potius gratioſe tractare intendebamus, eundemq; ex puritate conſcientiæ agere credebamus; ad exhibendam nobis debitam reuerentiam, & honorem tam in dicta Coronatione, quàm alibi intendebat, & ad id pro viribus ſeparabat: confœderationes tamen, & conſpirationes, vniones, & ligas in offenſam, & impedimentum progreſſus Cæſarei vna cum Florentinis*

tinis contraxit; literaſq; dedi Senenſibus, & alijs noſtri imperij Romani ſubditis in Longobardia, & Tuſcia; vt eos in rebellionis exitium, & cæcitatis foueat: omneq; contrarium (ſicut exercuiſſe dignoſcitur) per ſe, ſuoſq; procuratores, nuntios, & Ambaſciatores in noſtræ maieſtatis iniuriam, offenſam, & impedimentum progreſſus Cæſarei facere procuramit, & fecit: ac etiam tractauit, &c. Hoc modo inquam reſarciri poſſet, vtcunque, locus hic. Sed quoniam à ſcriptura contextus nimium fortè receſſum foret, ſatius duxerim, eam, qualisqualis eſt, relinquere.

Pag. 72. *Hoc ſiquidem ad nos decreſcente clamore* &c. Scribe omninò, *creſcente*, nam decreſcere eſt minui. Atq; inferius pro, *diſiſus*, corrige, *diffiſus*, & pro, *renitent*, fortè, *renident*; & pro, *volnit bellum, quaſiuit, noluit, bellum quaſiuit*; & pro, *ſciſmata, ſchiſmata*. Et pag. 73. *Cum præmiſſo ſuo laſæ maieſtatis crimine reus*, repone cum Alb. & Bzo. *Cum propter præmiſſa leſę Maieſt. crimine reus ſit*. Et pro, *reſtare, arreſtare*; & pro, *ſingulos, quæ*, forte, *qui*.

Pag. 75. rub. VII. *Ad plagias Motronis vexere*, hic locus hodie quoque indigitatur, *le piagge di Mutrona*. Vtitur autem auctor noſter hic, atque alibi verbo, *plagia*, pro eo, quod eſt vulgò, *piaggia*, quo nomine ſignificantur omnia decliuia, montium præcipue, ac litorum. Et videtur id verbi vnum eſſe ex ijs, quæ à Græco idiomate in Thuſcum ſe tranſtulere abſque vt per Latinorum fines tranſirent. Quod genus permulta eſſe oſtenderem, ſi vacaret. πλάγιον, autem Græce obliquum, tranſuerſumq; ſignificat. Et cum talia ſint & montium latera, & riparum, litorumq; tractus, ideo hac appellatione rectè donantur. Probo tamen oculatiſſimi gloſſographi emendationem, qui, *plagas*, pro, *plagias*, repoſuit; quod nomen ſicuti Latinum eſt, ita fortaſſe nimis videri poſſit hic generale, cum tractum terræ, omnem æquum, iniquumq; ſignificet. Paulo poſt, *vaſa huius duo*, pro, *huius*, reponerem, *huiuſmodi*, vel, *hæc*, vel quid ſimile. Et pro, *Ioannem de Portucu*, ſcriberem, *Ioanni*. & pro, *ſicque haut aliter, ſicque aliter*. Et pro, *vbi & banniti*, melius, *quò, & banniti*.

Pag. 76. *quod ſignum Falo ipſi nuncupabant*. Vox *falo* acuta accentiuncula notanda eſt, *falò*. Significat autem flammam, ſeu flammæ ſplendorem, vel potius repentinam flammæ apparitionem. Et videtur eſſe vnum ex ijs verbis, quæ à Græcis ad nos rectà migrarunt. Illis enim φαλός denotat ſplendidum, vel album, deriuatione à verbo, φάω, quod eſt luceo. Conſimile huic verbo (quod obiter dixerim) eſt nauticum illud *fanò*, quod Græcis eſt φανός, & ſignificat lampadem, ſeu laternam, à verbo φαίνω, quod inter alia eſt luceo, ſeu appareo. Galli dicunt *falòt*, quod videtur affine τῷ *falò* etruſcorum.

Pag. eadem pro, *balliſteriorum*, ſcribe, *balliſtariorum*. & pro, *Riperia*, dicendum fuit, *Riparia*, ſi ad Latinorum vſum reſpiciendum fuiſſet. Sed auctor videtur Italicæ formam dialecti ſequutus. Pro, *deſſectus*, pone *defectus*, & pro, *ceſſus*, forte, *cenſus*.

Pag. eadem, *menſura, quam mitadelam terrigenæ vocant* &c. Scribendum eſt, *Metadellam*, vti hodie quoque appellatur à Thuſcis. At Muſſatus per vnam tantùm liquidam eam enuncianit, more ſcilicet Venetorum, qui bellum internecinum gemi-

natis omnibus literis indixiſſe videntur. Quo fit, vt *quelo, elo, belo, fato, puto*, pro *quello, ello, bello, fatto, putto*, &c. tandem id genus omnia tenui hoc ſono pronuncient. Huius notæ vox illa eſt Venetis peculiaris, *goto*, cum dici deberet, *gotto*, quod Latinis eſt guttus, arctiori licet ſignificatione. Tale quoque eſt, *catare*, pro, *cattare*, Latinis captare. Item *balota*, pro *ballotta*, quæ vox ex ijs eſſe videtur quæ à Græco fonte in Italiam deriuatæ ſunt, Latinorum finibus minimè attactis. Deduci quippe ἀπὸ τῦ βαλεῖν exiſtimari poſſit, quod eſt iacere, ponere, immittere, intrudere. Significat enim calculos ſuffragiorum, de quibus proprie dicitur immitti, ac deponi in cadiſcos, aut ſitulas, & apud Græcos ἐμ βάλλεσθαι εἰς ὑδρίαν, injici in ſitulam. Sed nimium fortaſſe diuertimus. Ad metadellam reuertamur. Metadella duplex menſura eſt, altera ſolidorum, liquidorum altera. Nã apud Etruſcos modius diuiditur in xxiv. partes, quas illi vocant, *ſtaia*, Sextarius item diſpeſcitur in duas, quas *minas* appellant, *quartinasve*: mina iterum ſecatur in duas, quas indigitant, *quarti*: quartarius hic deinde ſicilitur in duas, quas dicunt, *mezzi quarti*, ſeu *metadelle*, poſt hæc metadella erciſcitur in duas, quas nominant, *boccali*: baucalium rurſus partitur in duas, quibus nomen, *mezzette*: quæ tandem in duas minuuntur, quarum, appellatio, *quartucci*. Vides igitur, metadellam eſſe octauam partem illius menſuræ, quam illi ſextariũ appellant; licet nonnulli 16. eſſe velint, eandemq; cum baucalio. Quod autem pertinet ad liquida, *metadella*, quæ idem eſt ac, *mezzetta*, eſt quarta portio illius cœnophori, quod Etruſci appellant *fiaſco*; Hoc enim diuiditur primò in, *boccali*, tum in, *mezzette*, vel *metadelle*; poſt hæc in, *quartucci*; ac tandem in, *quartuccini*. Accedit ergo metadella ad ϰ. i. ξέστης Græcorum.

Pag. 78. rub. VI. *Increbeſcebant*, corrige, *increbreſcebant*. Et, *deſſitentium*, *diſſitentium*.

Pag. 78. rub. VII. *Vniuerſis noſtris, & Romani fidelibus*. Fortaſſe poſt, *Romani*, deeſt, *Imperij*, & pag. ſeq. pro, *Imperiali*, corrige, *imperialis*, pro, *reſſideret, reſideret*; pro, *prædiſi, prædiſſi*; pro, *repeleat, repleat*. Et poſt, *quàm alio quocunque*, videtur deeſſe, *modo*, & pag. 80. pro, *feloniam*, *felloniam*; pro, *difidamus*, *diffidamus*, pro, *areſtare*, *arreſtare*.

Pag. 83. rub. I. pro, *tranſmiſi*, corrige, *tranſmiſſi*; pro, *ſuſurria, ſuſurra*, pro, *diſiſa, driſſa*.

Pag. 84. *non complerentur facilia hoſtibus vada*, Doctiſſimus ſcholiaſtes pro, *non*, reponendum cenſet, *nec*. Probo. Sed noſtram commentationem improbatum iri non puto, qua pro illo, *non*, ſubſtitui poſſe credimus, *& ne*. Et paulo poſt, *fluuium migrantes*, dicendum fuerat, *trans fluuium*: quia verbum, migrare, tranſitiuum non eſt, niſi cum tralationem ſignificat.

Pag. 85. rub. III. Pro, *Rheginorum*, dicendum fuerat, *Rhegienſium*. Et rub. IV. pro, *portendebatur*, corrige, *protendebatur*. Et rub. V. pro *Rheginis, Rhegienſibus*. Sed putidum iã fuerit hoc toties annotaſſe. Rhegienſes ſint Rhegini, Bergomates Pergamenſes, ego de hac re verbum non amplius addam.

Pag. 87. rub. XI. *Speculatorum intrinſecorum equitum*. Videtur deeſſe, *turma*, vel *cohortes*, vel quid ſimile. Aliter nec ea verba, vnde regerentur, haberent; &

iure

iure ambigeres, qui nam victi receſſiſſent, Cremonenſes, Brixienſesve. Sed melius eſt, & magis conſonum ijs, quæ ſequuntur, ſi legas, *ſpeculatorum intrinſecorum equitum turmam* &c. ac deinde inferius, *inter quos congreſſu facto, victi ceſſere intrinſeci, duobus occiſis* &c Sic enim ſyntaxis benè ſe habet, & ambiguitas omnis remouetur.

Pag. 87. rub. XII. Centies iam admonui, ſcribendũ, *ſuſurra*, non, *ſuſurria*, Tædet me huius næniæ. Silebo deinceps.

Ibidem, *fore munitos eo tempore*, videtur poſuiſſe, *fore*, pro, *fuiſſe*. Sed & ſæpè alibi hoc verbi eſt abuſus: cuius vim intellexiſſe minimè videtur. De hoc quoq; in poſterum ne ϑεῦ quidem.

Pag. 87. rub. XIII. pro, *obmuteſcerant*, corrige, *obmuteſcebant*, vel *obmutuerant*. Et poſt, *auſi fuerint*, addendum videtur, *&*, vel, *atque*, copulæve aliud genus.

Pag. 88. rub. XVII. *annunciata clades*, hic rectus regi non poteſt, nullo ſcilicet verbo ſuffultus. Sed bene cum ſyntaxi agetur, ſi pro, *clades*, repoſueris, *clade*. Et paulo poſt pro, *diſceſſuris*, corrige *diſceſſuros*, & pro *Emiliæ*, *Aemiliç*.

Pag. 89. rub. I. *meatum taciturnis obtentibus fecit*, locus mihi ſuſpectus: nam qui, obſecro, *taciturni obtutus*? An poſuit, *taciturnis*, pro cæcutientibus? Dithyrambica certè audacia. Quanquam non ignoro, tralationem ab auditu ad viſum à poetis vſurpatam. Sed his enthuſiaſmo afflatis in altum ſe capeſſere licet. Hiſtoricis verò ſtringenda eſt ora.

Ibidem, *cum parte militiæ, peditumve*, ſcribendum, *peditumque*. Vbi repetendum, autorem ſæpiuſculè vſurpare diſiunctionem pro coniunctione, *ve*, pro *&*. Qua de re ſufficiat hactenus monuiſſe. Et paulo poſt *Fredus Comes Gangalandi*, Genuina hæc lectio; ea enim gens appellata eſt vulgò, *i Conti di Gangalando*. Et pag. ſeq. *anguſtatas*, fortè, *anguſtiatas*, barbarum licet: & pro, *diſponſas*, corrige, *deſponſas*, & pro, *increbuit*, *increbruit*, & rub. III. pro, *addacti*, *adducti*, & pro, *ſciſmata*, *ſchiſmata*, & pro, *quanta pericula*, dicendum fuerat, *quanto periculo*, ne tranſitiuum fieret, *increuerit*.

Pag. 91. Poſt, *ſpecialiter*, apponerem, *in*. Et pro, *raccommendatum* (quod nauſeam verò ciet) ſaltem repone ſis, *recommendatum*. Et pro, *Eccleſiç Romanç*, puto ſcribendum, *Eccleſia Romana*.

Pag. 91. *Stolium Galearum*. Probo correctionem doctiſſimi Scholiographi, qui, *ſtolum*, cenſet legendum; vulgò enim dicimus, *ſtuolo*, cum aliquam ſignare uolumus multitudinem. Adde, quod & ſtolus propriè dicitur de nauibus apud Græcos, vt annotat Heſychius: quanquam inficias non itur, dici quoque de exercitu. Sicut ergo Muſſatus dixit, *ſtolus galearum*, ita dicunt Græci, ναυτικὸς στόλος, πεζῶν στόλος, &c. Sed vt plurimùm omittunt epitheton. Atqui hæc etiam vox vna eſt ex ijs, quam Itali à Græcis mutuati ſunt, inconſultis Latinis. Sed turbata nimis, atque inconnexa videtur hæc periodus. Quare illi ſuccurrendum omnino. Igitur poſt ea verba, *ſuſpicio, quod*, ſubiunge, *ad*, & inferius, pro, *inuadendus, vel offendendus*, repone *inuadendum, vel offendendum*; & pro, *ſtolum, & apparatum huiuſmodi, ſtolus, & apparatus huiuſmodi*, vt ſtructura orationis ea ſit, *Quoſdam tenebat ſuſpicio, quòd ad regnum Siciliæ, ſeu terra citra Pharum hoſtiliter innadendum, vel offendendum ſtolus, atque apparatus huiuſmodi parabatur*. Vbi notandum obiter, *Pharum* iuxta Græcam etymologiã, non autem *Farum* ſcribendum eſſe. Et pro, *vaſſalus*; corrige, *vaſſallus*: & pro, *procedi*, *procedere*.

Pag. 92. rub. III. *Prout eorum inobedientia exigerit, qualitas facti ſuaſerit, viderimus expedire*. Ego ſic reſcripſerim, *Prout eorum inobedientia exegerit, qualitas facti ſuaſerit, & nos viderimus expedire*.

Pag. eadem, rub. IV. pro, *ommiſit*, corrige, *omiſit*; pro, *exinnanire*, *exinanire*; pro, *tædere*, *cedere*; & rub. ſeq. pro, *attiagerint*, *attigerint*: & pro, *increbuit*, *increbruit*.

Pag. 93. rub. V. *Fuſceli, & Sancti Miniatis*, lege, *Fuceccbij, & Sancti Miniati*.

Pag. 93. rub. VIII. *Vna in nate ſub genu lethalis vlceris, quod Phyſici Antras vocant*, locus dubio procul mendoſus. Si enim in nate vlcus, qui ſub genu? niſi fortè per ſimilitudinem quandam appellauit natem cruris muſculum, quod non reor, cauſa, quam mox ſubiungam. Deinde morbi genus hoc *Antras* mihi quidem ignotum. Legerem igitur ſic, *Vna in crure ſub genu lethalis vlceris, quod Phyſici Anthrax vocant*. Iam enim de hac puſtula mentio facta eſt, quam Cæſar contraxerat poſt lotionem in Orgiæ fluuio. Anthrax verò à Græcis appellatur morbus ille, quem Latini Carbunculum dicunt, à carbonis igniti ſimilitudine: qui fit Paulo Aeginetæ poſt Galenum ſanguine in atræ bilis naturam conuerſo, quum inferbuerit. Qua verò de cauſa Muſſatus non acceperit natem pro pulpa cruris, ea eſt, quòd ſuperius dixerat, puſtulam obortam Cæſari *ſub dextri cruris genu*; dixiſſet enim ſub poplite, quæ pars imminet muſculis.

Ibidem, *altera ſciſſa ab Stringuria neſicæ*. Corrige, *Stranguria*. στραγγυρία, Græci, Latinis Vrinæ ſtillicidium, ſeu ſubſtillum, ἡ κατὰ σταγόνα τῶν οὔρων ἔκκρισις, Galeno, excretio vrinæ perguttas. Et mox, *pleureſi*, corrige, *pleuriſi*, quanquam melius, *pleuritide*.

Notæ ad Secundam Partem.

PAgina prima, Rubrica I. *Tardentum*, Corrige, *Tudertum*, *confugeres*, *confugere*; Et pro, *Zelatores ciuitates*, dicendum fuerat, *zelatrices*; & pro, *luculentos ſucceſſus*, quod contrarium ſententiæ videtur, ponerem, *luculentos*, barbarum quamuis.

Pag. 2. pro, *vltum iri*, fortè, *ire*: & loco, *Pro Lucenſibus*, debuerat dici, *Lucenſes*, & pro, *pallantium*, corrige, *palantium*; pro, *deſiſi*, *diſſiſi*.

Pag. 3. Rub. III. *Butenſium agreſtes Iohanne à Portica adhortante ad tutelas diſpoſitos ſe cedere illos compulit*. Vitium in ſerie orationis. Dicendum quippe fuit, *Iohannes à Portica adhortans*, vel, *agreſtes diſpoſiti compulere*.

Ibidem Rub. IV. *imbre ſuperpluente conflagauere*, mendoſum. Et pro, *pallantes*, corrige, *palantes*; pro, *fodenda*, *fodienda*.

Ibidem Rub. V. *Squlatij Comitem*, fortè, *Scyllacei*, aut, *Scylletij*, vel, vt hodie dicunt, *Squillacij*, vel *Squillacis*.

Ibidem

Ibidem Rub. VI. pro, *cadere*, ſcribe, *cedere*, & pag. ſeq. pro, *Laude*, *Laudo*; &, *plurimi irremiſſione afflatuum*, melius, *plures*; & pag. ſeq. *cedentem*, corrige, *cedentem*; *increbeſcans*, *increbreſcens*; & loco, *proruperit*, ponendum fortè, *potuerit*; pro, *degreſſus*, corrige, *digreſſus*.

Pag. 6. Rub. IX. *quod ad ſuos fines labandum reſolnerant*, error in voce, *labandum*. Et ſi reponas, *labendum*, adhuc erit barbara enunciatio, ni dixeris, *ſuos per fines*. & rub. I. pro, *Sclauonica*, corrige, *Sclauonica*, ſeu *Slauonica*; & pag. ſeq. pro, *exercitum*, *exercitum*.

Pag. 7. *qui & per ſeditionem occiſo Franciſco Marchione Eſtenſe, cum quo aduerſus Venetos conſortia egerat*, Quid inde? Videtur aliquid deſiderari. Paulo poſt, *tanti exhauſti effuſionibus*, corrige, *tantis*; & pag. ſeq. pro, *increbeſcebat*, *increbreſcebat*.

Pag. 8. Rub. I. *vt ſcopulorum cautes incuterent*, corrige, *incurrerent*.

Pag. 9. Rub. II. *Ab ſine Bailardine*, fortè, *ab deſine*, quod & continuò repetit: & rub. III. *fluctantes*, corrige, *fluctuantes*; & pro, *diſiſus*, *diffiſus*; & pag. ſeq. pro, *futures*, *faturi*; & pro, *Ad ſcortum*, forte, *ad ſcortandum*; & pro, *panituere preſſi Vicentini*, dicendum fuerat, *pœnituit preſſos Vicentinos*.

Pag. 10. rub. IV. *Cum ſentibus*, *rubibuſq;*, corrige, *rubiſque*, & pag. ſeq. *ipſeque vndecunq;* &c. melius, *ipſequoque*; & pro, *regi Sicilie*, *regni Sicilie*.

Pag. 11. rub. V. *omniumq; per Tuſcas terras Gelfis mœror*, melius, *omnibuſque*.

Pag. 13. rub. III. *vixque ſe offerebat vltro Cucane ciuitas &c.* Illud, *vix*, ſententiæ refragatur: dicendum verò fuerat, *penè*.

Pag. 13. rub. III. *Horti ſpecchia Bontur Dati &c.* nec *Bentur*, nec *Benturius*, legendum ſed, *Bonturus*, *Bonturusve*, ſicuti codex hic noſter habet. De hoc autem Bonturo mentionem quoque fecit Dantes Aligerius Etruſcorum poetarum facilè princeps. Ait enim in ea parte ſui poematis, cui nomen, *Inferno*, de Lucenſibus verba faciens,

Tutti ſon barattier fuor che Buonturo.

Quibus verbis e daniſtarũ numero, quales affirmat eſſe Lucenſes omnes, Bonturum eximere videtur, cum contra ironicè ſummum daniſtarum eum eſſe ſignificet. Atque hæc germana loci illius interpretatio: quicquid garriant ij, qui Bonturum eſſe aiunt ligneum illud ſignum brachijs truncũ, quod ſartores amiciunt experientiam ſumpturi, an quid in veſtibus minùs fabrè fecerint: ac per hoc innuere poetam, eos tantùm Lucenſes non eſſe daniſtas, qui & lignei, nec brachiati ſint, nempe vniuerſos.

Ibidem, *Lo die di San Fridiano*
Alle porte di Lucca ſu'l Piſano.

Primò ſcribendum, *Fridiano*, vel *Frediano*, quo modo nunc loquuntur, Græcè φαιδριανὸς. vt puto. Deinde pro, *ſu'l Piſano*, quæ verba ſententiam trucidant, reponerem, *ſu'l Piſano*. Quod commẽtum aperte Muſſatus probat, qui Latinè vertit, *Ad Lucenſium portas fuerunt Piſani*.

Ibidem, *Inuectiua hæc in Piſanos hanc inſonuit indaginem*, Puto legendum, *Inuectiua hæc in Lucenſes*, ni mauis, *Piſanorum*. Lucenſes quippe, non Piſani verſiculis illis traducuntur.

Ibidem, *Per vias, & puſternas omnia intra vrbem mobilia adueherentur*, Dicendum fuit, *aduehèrent*, cum ſequatur, *trahentes*. Et pro, *puſternas*, ſuſpicor legendum, *poſterlas*, quod Etruſcorum gloſſema eſt. Ii enim appellant *poſterle*, vel *poſtierle*, portas paruas, ac ſecretioras, quales ſunt poſticæ; à quo nomine, vel à, poſterius, videntur diſtinxiſſe Thuſci ſuas poſterlas.

Ibidem, *quàm citò commoditas attulit*, lego, *tulit*.

Pag. 14. rub. IV. pro, *Fori Iulienſes*, corrige, *Foroiulienſes*. Et rub. V. *ſeruitiorum officinas quaſcunque*, lego, *officia quæcunque*; & pro, *flagantibus*, *flagrantibus*. Et rub. VI. pro, *autumabantur*, *autumabant*.

Pag. 15. rub. VII. pro, *Laude*, corrige, *Laudo*, & in iis verbis, *ſuis duntaxat viribus præbebat opportunitas*, aliquid mendi ſubeſt. Et pro, *oppeterent*, fortè legas, *impeterent*.

Pag. 15. rub. VII. *Abeſſo*, &c. *vt*, &c. *ipſi in vos quicquam*, &c. *ad ſua accedentem ingrati preſumant*. Nemo non videt, diſcordiam eſſe inter, *vos*, & *accedentem*: ac proinde legendum, *accedentes*, Niſi dicas, hìc eſſe ſchema πρὸς τὸ σημαινόμενον; &, cum illud, *vos*, ad Canem Grandem referatur, meritò adiungi, *accedentem*, dictumq;, *vos*, pro, *te*, more ſæculi. Et paulo poſt, *Caſtro cum balliſtis, tormentiſq; inſidente*, ante, *inſidente*, debebat poni, *(ante*, ſeu, *illo*.

Pag. 15. rub. VIII. pro, *increbuere*, lege, *increbruere*. Et verba illa, *moriantur legati pars, Pars moriantur Gelfi*, ſic fortè accipi poſſint, *moriantur legati*, *pars* (populi ſcilicet calamitabat) *pars* (clamitabat) *moriantur Gelfi*.

Pag. 16. rub. VIII. *non negligendum cum Lucenſibus tra ſtatum*, videtur abundare, *non*. pro, *diſiſi*, corrige, *diffiſi*.

Pag. 17. rub. X. pro, *Bietinam*, ſcribe, *Bientinam*, pro, *Fichecenſibus*, *Fucecbienſibus*, pro, *incensè*, fortè, *intensè*.

Pag. 18. *Nocturnoq; nil ad inuadendum eo minus itinere vrbem* &c. Confuſa, præpoſteraq; verba, quæ oportuerat eo ferè ordine diſponi, *Nocturnoq; nihilo minus itinere ad inuadendam vrbem* &c. Et pro, *extra manu*, legendum fortè, *exerta manu*, qui mos imperantum. Et, *Tratum Lucenſem*, corrige, *Tractum Lucenſe*.

Pag. 18. rub. X. *Excitato intrinſecorum congreſſu*, *Piſanis* &c. *ſubduxere*, corrige, *Piſani*: pro, *expleuere*, legendum, *expleuit*; pro, *Fuſecbium*, *Fucecchium*, itemq; pro, *Fiſeclo*, *Fucecchio*; pro, *Caſtofranco*, *Caſtro Franco*.

Pag. 19. *raros conuentus cum confratribus habens*, genuina lectio; vult enim auctor, Papam illum rarò cogere ſolitum concilia Cardinalium, quæ *Conſiſtoria*, vocant. Sunt autem Cardinales Papæ confratres.

Pag. 19. rub. I. *Stupri, ſeditiones*, corrige, *ſtupra*, pro, *obtegere*, legendum fortè *delegere*; nonnunquam enim *lucra cum patre communicabant*.

Pag. 20. *Vix ſcabrone, vt hyperbole vtamur, maior*. Videtur legendum, *crabrone*, & pro, *quàm parcatur*, lege, *quàm parcatur*, pro, *ſe circumſtare*, legerem, *circumſiſtere*, metabaticè: ſecus non ſtat ſyntaxis. Pag. ſeq. *tegno*, corrige, *tigno*, pro, *frænatis palatibus*, *frænatis palatis*, pro, *embrionem*, *embryonem*, & ex ijs verbis, *oborta vox eſt*, tollerem, *eſt*, vt, *vox*,

Digitized by Google

vox, iungatur cum, *increuit*. Pro, *cuneum ſubtervaneum*, ſcriptum ſuſpicor, *cuniculum*, Pag.22. pro, *ſuſurria*, corrige, *ſuſurra*. Pro, *ſi ſuis conſilio*, *ſi ſui*, vel, *ſuo conſilio*. Pag 23. pro, *conſpicienda*, *conſpiciendi*; pro, *genitalq; genitaleq;*. Pro, *propè adis*, *propè ades*, Rub. II. pro, *efari*, *effari*; pro, *vt quanquam*, *quanquam*. In verbo, *ſpiritu*, mendum.

Pag. 25. *Kalendis iis Decembris externis*, fortè, *extremis*, *vel extremi*, pro, *ipſe puniendus fueram*, dici debuit, *ipſum puniendum me fore*. pro, *obiiciſſent*, corrige, *obiecíſſent*, pro, *ſubducendam*, &, *ſubducente*, *ſubdendam*, &, *ſubdente*, vel quid æquiualens reponendum. Pro, *relinquerant*: *reliquerant*, pro, *inuiſiſſent*, *inuiſſent*, pro, *vergor*, *vergo*, ſeu *venio*. pro, *ſciſmata*, *ſchiſmata*.

Pag. 26. rub. II. *Hac Carpella internecionis*, *meiq; exitij cauſa* &c. *debuerat*? Voculæ vnius adiectione locum hunc reſtituerim. *Hæc Carpella internecionis*, *meiq; exitij cauſa* &c. *eſſe debuerat*? Id quod etiam commentus eſt eruditiſſimus ſcholiaſtes, duabus additis vocibus. Rub. III. pro, *deſpiciens*, legerem, *diſpiciens*, pro, *pallantem*, corrige, *palantem*.

Pag. 27. rub. III. *In patentiorem fluenti vadum* &c. Non memini me legiſſe *vadum*, genere maſculino. quamobrem hìc, *patentius*, dixerim, pro, *patentiorem*.

Ibidem, *circumuoluta in trepudium acie* &c. Neſcio, quid monſtri ſit illud, in trepudium. fortè, *intrepidè*, aut neſcio quid. pro, *tranſnato amne*, lego, *traſnatato*, vel melius, *tranato*: quamuis defendi etiam poſſet, *tranſnato*, à traſno.

Ibidem, *inuixus ſlapitibus*, mallem, *ſlapedis*; cum elegantioribus ſcriptorum.

Ibidem Rub. IV. *per mexpugnabilem ſuburbanorum tutelam*, voluit fortè dicere, *pro mexpugnabili ſuburbanorum tutela*.

Pag. 28. rub. II. *Cum armorum*, *virorumq; fulcitis*, *e Principatu Galeis*, dicendum fuerat, *armis*, *viriſq; fultis*.

Pag. 29. rub. II. *vlla ſegnitie*, legerem, *nulla ſegnitie*. pro, *profeſſione*, corrige, *profeſtione*. & rub. ſeq. pro, *Vrbetani*, ſcribendum fuerat, *Vrbenetani*, pro, *Volterani*, *Volaterrani*; pro, *S. Miniate*, *S. Miniato*, &, pro, *clauſo iuſtitio*, melius fuerat, *aperto iuſtitio*: nã claudere, vel remittere, iuſtitium, vti apud Liu. lib. 10. eſt iuſtitio finem imponere: eſt enim iuſtitium quaſi iuris ſtatio. Sed Muſſatus ad id reſpexit, quod indicto iuſtitio clauduntur fora, tabernæque.

Ibidem. *Obſtruſa quippe per ora huius appenditias Siculis nauigatio*. Verbum, *Appenditiæ*, vſurpat alibi pro ſuburbijs, at hoc loco pro ora maritima, quæ appellatur vulgò, *pendice*. Petrarcha, *Ricercando del mare ogni pendice*. Pag. ſeq. corrige, typographicos errores, *petulentiam*, *petulantiam*; *pallantes*, *palantes*; *indefficientia*, *indefficientia*; *Miſena*, *Meſſana*; *exinanitis*, *exinanitis*. At pro, *Siculis intolerantia*, mallem, *Siculorum* &c. Pro, *ſegniter*, corrigo, *ſegnuer*.

Pag 31. *Victoriam*, *Victaq;* *Ciuitatis Lucanæ* &c. malim, *Victoriam victæ ciuitatis Lucenſis* &c. pro, *leuigarent*, *leuarent*; pro, *demiſſo*, *dimiſſo*; & pag. ſeq. pro, *batifolem*, *battifollem*; pro, *ſuis ipſi*, *ſuis ipſis*.

Pag. 33. Rub. V. *impetrata exequi*, lego, *imperata exequi*; & pro, *ſciſmate*, *ſchiſmate*: & rub VI. pro, *preferiſſe*, *præteriſſe*. pro, *diſperatis*, corrige, *deſperatis*, vel *diſperſis*.

Pag. 34. Rub. VIII. *dilectumq; omnem*, lego, *delectumq; &c.* & *dilectis*, *delectis*.

Pag. 34. rub. IX. *Fluuio Nebulæ*, hoc vulgò appellant, *Nieule*, & vallem, perquam fluit, *Valdi-Nieule*.

Pag. 35. rub. 9. pro, *Sanctæ Floris*, dicendum, *S. Floræ*; pro, *parociſmus*, *paroxyſmis*; & rub. X. pro, *Feccechium*, & *Fiecechij*, repone *Fucecchium*, & *Fucecchij*; Caſtrum hoc Fucecchij ſitum eſt in faucibus cuiuſdam lacus, qui per illas in flumen Arni euoluitur. Atq; ab his faucibus nomen ſuum Fucecchij caſtrum accepit. Quod deinde gratum lacui nomen reddit, qui vulgò Lacus Fucecchij appellatur pro, *dilectos*, *delectos*: pro, *Montispulcianenſes*, & *Valteranenſes*, *Montepolitianenſes*, & *Volaterranos*. & rub. XI. pro, *præcluſurus fuerat*, dicendum, *præcluſurum fore*; & pro, *fomitum*, *fontium*: quanquam alibi quoq; fomites pro fontibus vſurpare non ſim neſcius; qua verò autoritate, neſcius omninò.

Ibidem pág. 12. *montem Victorinum*, hic locus appellatur hodie, *monte Vetturino*: Sed apud ſcriptores nunc *mons Victorinus*, nunc *mons Vettolinus*, fortaſſe à nomine *vetta*, quod lingua Etruſca ſummitatem, culmenue ſignificat. Sedet enim caſtellum hoc ſuper colle quodam. Pro, *montis Sumani*, lege, *ſummani*; & pag. ſeq. pro, *temptoria*, *tentoria*; pro, *vbi per iuga*, *vt per iuga*; pro, *Seraualis*, *Serraualis*: pro, *Sumaao*, *Summano*; pro, *girans*, *gyrans*; pro, *Buglanum*, *Buggianum*, ſiue, *Bugianum*; pro, *accipere*, *accepere*; pro, *Sumanus*, *Summanus*: pro, *Buglani*, *Buggiani*; pro, *Seraualis*, *Serraualis*; pro, *ſcapulorum*, *ſcopulorum* Et rub. XIII. pro, *pallantes*, *palantes*: pro, *exculentis*, *eſculentis*; pro, *pinaculis*, *punnaculis*; pro, *malencolicus*, *melancholicus*.

Pag. 37. rub. XIV. *Perduraſſe diu beneficium ingratos*, malim, *in ingratos*, & rub. XV. pro, *Buglanum*, repone, *Buggianum*.

Pag. 38. pro, *circumuentis*, corrige, *circumuentus*; pro, *Buglanum*, *Buggianum*: pro, *pallabant*, *palabantur*, & pro, *motionis huius præuſus*, dicendum fuerat, *motione hac præuiſa*, & pag. ſeq. pro, *præuiſos efficit*, *præmonitos efficit*, vel quid ſimile; pro, *militumq; à mixtione*, *militumq; mixtione*, vel *admixtione*, pro quo poſitum eſt deinceps, nec ſemel, *amixtione*. Pro, *pallantes*, *palantes*; & pag. 40. pro, *Si verò*, *ij verò*; pro, *Buglanum*, *Buggianum*; pro, *ſaturos*, *ſaturos*; pro, *prædiano*, *pridiano*; pro, *aſſumpſit*, *abſumpſit*.

Pag. 41. Pro, *dilectis*, lego, *delectis*. De barbarie autem verbi, *migrare*, nil amplius addam. pro, *valuam* lego, *valuas*, pro, *laſciuiet*, *laſciuiat*.

Pag. 42. pro, *ſubductis*, melius, *ſubditis*; pro, *abſcendere*, *abſcedere*; pro, *deſeruit*, *diſſeruit*; pro, *obſtruncati*, *obtruncati*; pro, *minimæ minima*.

Pag. 43. rub. I. pro, *Vidua*, puto legendum, *aſſiduè*, vel *aſſidua*; pro, *externos*, *heſternos*; pro, *contingere*, *contigere*.

Pag. 44. *pallabat*, corrige, *palabatur*; pro, *ſtatuas*, lege, *ſtatua*; pro, *foſſatis*, *quos*, *foſſatis*, *qua*; pro, *expergefacti*, *expergefacta*; pro, *difugiere*, *diffugere*, vel *diffugu*, pro, *ſtapitibus*, *ſtapedis*, pro, *vagitu*, *rugitu*,

regitu, & pag. ſeq. pro, *regirans*, *regyrans*, pro, *pradiana*, *pridiana*, pro, *cum capacibus*, *non capacibus*; pro, *vepribuſq*; *veteriſq*; (gloſſa licet Etruſca) pro, *rubium*, *ruborum*, vel *rupium*; pro, *refellerant*, *fefellerant*; pro, *temptoria*, *tentoria*; & rub. III. pro, *diſperatis*, *deſperatis*; pro, *in eo loci*, *in id loci*; & rub. ſeq. pro, *lanternis*, *laternis*; pro, *concurrentes*, *concurrentibus*; & pag. ſeq. pro, *ſolutus*, *ſolutis*; pro, *oblata*, *ablata*; & rub. VII. pro, *operiamur*, *operiamus*.

Pag. 48. rub. VII. loco, *pro effuſionibus*, repono, *profuſionibus*, & rub. IX. pro, *contentor*, *contentus ſum*.

Pag. 50. rub. II. pro, *peroſum*, lego, *peroſus*; & rub. III. pro, *implectitur*, *amplectitur*; pro, *pallantibus*, *palantibus*; pro, *declines*, *per declines*.

Pag. 52. rub. VI. pro, *inſinuatione*, melius, *inſimulatione*, & rub. VIII. pro, *contenente*, *continente*.

Pag. 53. rub. X. pro, *traiycerant*, *traiecerant*, pag. 54. pro, *fremeſcit*, *fremiſcit*, & pag. ſeq. pro, *cede fortuitis*, melius, *ne cede fortuitis*.

Pag. 56. rub. XII. pro, *amici*, lego, *amicis*. & rub. XIII. pro, *externa*, *heſterna*, & rub. XIII. pro, *epyciclo*, *epicyclo*, & pro, *hora* 27. *hora* 17. Et pro, *demoliit*, dicendum fuerat, *demolitus eſt*.

Pag. 57. rub. XVII. *prauidenſq*; dicendum fuerat, pro, *prauiſuſq*; vtrumq; licet inficetum. Et rub. XIX. pro, *Cumarum*, lege, *Comarum*. quanquam, *Comi*, germanum erat.

Pag. 58. rub. XIX. pro, *defoſſa*, lego, *defeſſa*, id quod fortè repoſuit Scholiaſtes, nam in margine eſt, *diſiſſa*, pro, *dimiſſis*, melius, *demiſſis*; pro, *interritus*, corrige, *interitus*, Rub. XX. pro, *ſuſurra*; *ſuſurra*; pro, *increbuit*, *increbruit*.

Pag. 60. rub. XXI. *Riperia lacus Garda*. Dixi alibi, *riperiam*, ſi ſcribas, eſſe gloſſam; ſi *Ripariam*, ſemilatinum. Pro, *difugierunt*, emenda, *diffugerunt*. Rub. XXIII. pro, *contrectatamq*; melius, *contractatamq*;.

Pag. 61. Pro, *fertilibus*, lego, *fertiles*. Palmes enim non dicitur de oliuis. Pag. 62. pro, *agnoſcere*, melius; *agnoſceret*, pro, *quidnam illis*, *quidnam illi*: pro, *increbeſcente*, *increbreſcente*: pag. 65. pro, *talis*, *qualis--talis*, *quales*; pro, *nullius tutela*, *nulli tutelæ*. pro, *de montis Silicis defectione*, *de Montagnanæ defectione*. pag. 64. pro, *per ſuper*, *deſuper*: pro, *profugiſſe*, *profugerit*. Ante, *boni uiri opera*, tollenda interpunctio. *Deſiſteret*, poteſt referri ad Canem, cuius partes erant ab oppugnatione deſiſtere: Defenſores enim dicuntur propugnare. Veneror tamen ſapientiſſimum ſcholiaſtem.

Pag. 65. *Patauæ magnus Canis intulit Vrbis*, corrige, *Vrbi*.

Pag. 66. *Bona quibus ſtauæ Ceteris*, peruerſa quantitas in verbo, *bona*, cum primam corripiat. & legendum fortè, *dona*.

Aiax igne poli cecidit percuſſus Oileus, dicendum, *Oilei*.

Cautibus allidens Capharei fraude peremptæ eſt--
Vitium in verbo,
Capharei, quod primam corripit.

Cleonymus rex Græcorum, error in quantitate primæ ſyllabæ verbi, *Cleonymus*. qui tamen excuſari vix poſſit licentia, qua vtuntur poetæ in proprijs, reclamante etymo, & canone iunctarum vocalium. *Antiqui Troades Patani*, *Troades* producit primam, cum per *o* ſcribatur. Autor corripuit fretus fortaſſe adiuncta vocali. Si poneres, *Troades* ante, *Antiqui*, conſtaret ſibi quantitas.

Tradidit Archilocis, lege, *Archilochis*, quanquam dicendum fuit, *Archilochijs*, quod hic etiam ferri potuiſſet, concipiendo in extrema ſyllaba ſynæreſim.

O' *Patani?*--tolle notam interrogandi, *Clymate*, corrige, *Climate*.

Pag. 67.--- *iuſſitque*, *fluenta recludi*.
Haud ſecus, *vt iuſſi*; *faciunt*, *Recludi*, contrarium eſt ſententiæ.
Deinde lego, *Haud ſecus*, *ac iuſſi*, *faciunt*.

Pag. 68. *Vi tamen*, *& procerum motu repreſſa potentum*.
Prima verbi, *repreſſa*, videtur poſſe produci per canonem, quem poſitionis proſodici dicunt,

Fons erat complectens, lege, *Pons*.

Goricum Henricum comitem, *Iacobiq*; *voluntas* &c. Penultimum *Iacobi*, corripuit, vſu vel ignorato, vel ſpreto.

Pag. 69. *Grandine nec tanto*, lego, *tanta*.

Dat ſignum reditu Canis, dare ſignum reditu, hic eſſe videtur quod claſſici ſcriptorum dicunt, receptui canere. In voce autem, *reditu* concipienda eſt apocope. In ſequentibus carminibus pro *hyantibus*, lege, *hiantibus*, pro, *inferendens*, *infrendens*.

Ferre Tethyn decuplam, corrige, *Thetin*, vt quantitas ſibi conſtet: quanquam *Thetiden*, dicendum fuit.

Tritaque in hoc multum valuit liquiritia potu. Verbum, *liquiritia*, gloſſema eſt Sepiaſiariorum, quo glycyan, ſeu glycyrrhizan ſignificant. Sed dandæ ætati barbaræ ſunt hæc. Paulo poſt in verbo, *ſuffragium*, eſt error in quantitate ſecundæ ſyllabæ, cum corripiatur, quod producendum fuerat.

Pag. 70. *Defectura dies*, *faueant niſi Numina*, *paucos*.
Ille quidem mordax vrgebat pectora rancor.
Pro, *defectura*, longe melius fuiſſet, *ſuffectura*, illud enim ſententiæ refragatur, cum Latinè id ſibi velit, panem diu non defuturum, defecturumve. Verbum autem, *rancor*, Etruſcorum gloſſa eſt, *rancore*, quaſi cura, vel ira in corde, & quod aliter ferè dicunt, *cordoglio*, quod & Latinum eſt. Rancor autem Latinorum diuerſum eſt à rancore Italorum, vt cuiquam patet. *adhuc ſeruant veterum cimiteria manes*, Quadruplex error in verbo, *Cimiteria*, ſcribendum quippe fuerat, *Cametenia*; & producendæ priores duæ.

Pag. 71. *totus iam defluet annus*, lego, *defluit*. erat enim decimus menſis obſidionis. Et pro, *malè cautè*, corrige, *malè cante*.

Non tam præcipites telorum fortior ictus, *Quantum* &c. legerem, *Non tantum præceps*. Nam, *præcipites*, non poteſt copulari *τῷ*, *ictus*, reluctante *τῷ*, *fortior*. Sedet, *tantum*, verſu ſequenti reſpondet, *quantum*, & paulo inferius, pro, *harpes*, lege, *harpas*.

Pag. 72. *Nulla per eccleſias*, Inuerſa quantitas in verbo, *Eccleſias*: ſecundam quippe producit. *Numina caſus Aduerſata ſuos*. lego, *auerſata*. Non enim dicimus, aduerſari aliquem, ſed alicui. Paulo inferius, *figitq*; *patentia vallis*, legerem, *figuntq*;.

Pag.

Digitized by Google

Pag. 73. *pennati cuſpidis harpes*, lego, *pennatæ cuſpidis harpas.*

Ibidem, *Vtque Simon pedites* &c. hic eſt ille Simon Philippi Piſtorienſis, quem auctor lib. xvj. rub. I. appellat virum Cæſaris amantiſſimum, & cuius copias ad Camaiorem Vanni de Scornazanis fudit, fugauitq; . Sciendum eſt autem, non fuiſſe illum Philippi alicuius filium, ſed ex gente Philippia, vulgò, *di caſa Filippi*, quæ iamdiu deſijt eſſe in humanis. Ex his intelligere licet, quare ſuper verbo, *Simon*, in codice Veneto ſcriptum ſit, *Philippus*, perperam licet.

Ibidem, *Vtque Simon pedites modico ſine milite flumen Exceſſiſſe videt*. Aſtipulor hic Parauinæ archetypæ ſcriptioni, quæ pro, *modico*, habet, *multo*; ſententia ſic exigente. Illud enim, *modico ſine milite*, multitudinem potius ſignificare videtur. Si autem pro, *modico*, ſcriptum foret, *modicè*, vel *modicùm*, defendi quidem id poſſet, referendo illud ad, *exceſſiſſe*.

Ibidem, *Et ferit in pedites, ferit*; hìc ponitur abſolutè, vti paſſim apud claſſicos. *In pedites* autem, eſt aduerſus, contra &c.

Ibidem, *Succeſſit Simoni primi victoria belli*. Mediam, *Simoni*, corripuit, reluctante vſu, atque orthographia .

Ibidem, *Inſimul hoſtiles*, melius, *& ſimul. Et*, pro, etiam.

Ibidem, *Calicola magno plauſu martyriâ fratrum*. Peruerſa quantitas ſecundæ ſyllabæ, *martyria*, id quod admittit rurſus paulo inferius.

Pag. 74. *En nona ſcæna*, fortè, *ſena*.

Ibidem, *Troia tulit tellus alto de ſanguine Teucri*, Doctiſſimus Scholiaſtes annotauit, verbum, *Troia*, adiectum triſyllabam eſſe vt plurimum dictionẽ; ideoq; ſubſtitui poſſe *Teucra*. Troia enim cum principale nomen eſt, biſyllabum eſt; ſcribiturq; per diphthongum, οι, Τροία: quanquam poetæ nonnunquam triſyllabum faciunt, dialyſi ſcilicet diphthongi, οι, in οϊ, deinde vero, ο, in ω, per extenſionem cauſa metri commutato, vt ſit, Τροΐα Pindarus Nemeorum ode 4.

Ἐπεὶ φέρτατοι Τρωΐαν
Καστορὸς τελαμὼν Πείσανδρος. Et Iſthm. Ode vltima. Τρωΐας ἔναε ἑκατομβὼν δῶμ'. Eiuſdem rationis eſt, Τρωϊάδαι, ex vrbe ſcilicet, vel agro Troiano, apud eundem Nem. ode 7. Rurſum hoc triſyllabum per craſim reformant biſyllabum, ſubſcribentes, ι, Ι ῦ. υ, hoc modo, Τρῶα. Pindarus Iſthm. Ode 4. ἐνὶ Τρῶϊ δ' ἴβαν. Sed multa huiuſmodi occurrent exempla poetas verſanti. Ego exempla mutuaui à Pindaro, quia erat ad manus. Quando vero Troia principale nomen non eſt, tunc profectò triſyllabum eſt, cuiusrei nonnuſquam videre eſt exempla. Retineri tamen poſſit id verbi apud Mullatum: primò quia palam eſt, vocalem, i, ſæpenumero induere naturam conſonantis, præcipue apud Latinos; quæ res demonſtratione indigere minimè videtur. Deinde verbum, *Teucrari*, non memini me reperiſſe; quamuis Troiani Teucri dicantur. Et ſanè legitima deductio eſſet, *Teucria*, quo nomine dicta eſt regio Troiana. Non tamen id ita habere permineere aſſim. Nam neque ſatis legi, nec memoria omnium tenax, nec librorum ſuppetit copia. Vtcunque ſit, repetitio illa in verſiculo Muſſati, *Teucra*, & *Teucri*, fortaſſe non omnibus probabitur. Quapropter vel ego, *Troia*, retinuerim, ea, qua dixi, ratione; vel ablatione vnius literulæ, imò ſubſcriptione dicerem, *Troa*, Τρῶα. Sicut enim ex Τρωΐα principali fit Τρῶα, vti viſum eſt, ita ex deducto Τρωΐος, fieri Τρῶος poſſit. Sic etiam dicunt Græci λᾶον, pro, λᾶϊον, & λᾶους, pro λᾶϊους, aliaquè id genus quàm plurima. Sed nimij fortaſſe fuimus in re nauci; quanquam ea de cauſa magnum facimus operæ pretium, dum tibi Moline ſapientiſſime obſequentes, ac morigeri ſumus.

Pag. 74. *in extenſo vires effundere campo*, melius fortaſſe, *vireſque*, pro, *vires*.

Ibidem, *tumuloq; nec indiget vllo*, abundat, *que*. retinendum tamen quantitatis ergo.

Ibidem, *Cornipes acephalum defert in prælia corpus*, Bis hìc peccatum in metro. Nam vltima ſyllaba verbi, *cornipes* produci debuerat, & prima, *acephalum*, corripi: cuius poſtremi exemplum (nam de primo neminem dubitare exiſtimo) licet memoria non teneam, memini tamen, ἄλφα priuatiuã ſemper corripi, tribus duntaxat exceptis, ἀθάνατος, ἀκάματος, ἀτίφιλος. Quare acephalum hoc ad Galliambos relegari meritò poſſit. locum enim in heroico metro non habet, cum conſtet ex duobus pyrrhichijs.

Ibidem, *Vbertus, feriens quem reperit agmine primum*. Corrige, *repperit*.

Ibidem, *quem peruius ille enſe ferire parans*. Fortaſſe, *pranus*. Sed nec *pranus*, nec *peruius* venuſtum ſatis.

Ibidem. *Diſcidit thoraca calybs, humerumq; ſiniſtrum, Incuſſum fracto deuellit pectore nervo*.

Diſcidit, à verbo diſcindo corripit mediã. Et *chalybs*, ſcribendum per x. & pro, *incuſſum*, longè melius, *incuſſus*; & pro, *deuellit*, *diuellit*. lege ergo ſis,

Diſcindit thoraca chalybs, humerumq; ſiniſtrum
Incuſſus fracto diuellit pectore nervo.

Sed hoc fortaſſis facere eſſet, non emendare: atque ideo præter primum, ac tertium verbum nihil muto; ne farritum vocatus ſerere videar velle.

Ibidem, *Proh pedes occiditur*, Occiſa hìc eſt quantitas in ſecunda verbi, *occiditur*; quæ producitur in tranſitiuo verbo.

Pag. 75. *Non vnam tenuere viam, ſed proxima Caſtro Prima ſubit* &c. Optimè Scholiaſtes optimus, qui pro, Caſtro, reponit Caſtra. Poterat tamen intelligi de Caſtro Baſſanelli, vnde Simon deſpexerat foſſores, & Gallorum equitatum eduxerat.

Pag. 75. *Vna Nicolai retinens veſtigia Sancti*, Secunda, *Nicolai*, cum per o, paruam ſcribatur, corripi debuerat.

Ibidem, *ſeſſumq; in fruſtra relinquit*, corrige, *fruſla*.

Ibidem, *Stabat lapſus equo, fundo Simon obrutus imo*, *Simon*, producit poſtremam, cum ſcribatur per o magnum. declinatio quippe nominum, quæ Græci appellant περιττοσύλλαβα, non admittit maſculina deſinentia in on, per o, paruum, vt cuique videre licet. Nulla verò alia declinatio conuenit huic nomini, cum neque ἰσοσύλλαβον ſit, neque συναιρούμενον. Et cum in obliquijs caſibus horum nominum ν ante μ non habentium, neq; μ cum aliqua conſonante implicitum illud ν magnum ſeruetur, conſequens eſt, vt penultimæ horum

pro-

producantur; quas tamen auctor corripit, vt ſuperius vidimus, & paucis ab hinc verſibus videre eſt, vbi inquit,

Quis referat Simonis prælato nomine capti &c.

Ibidem, *Tunc præter multos proceres*, fortè, *hunc*.

Pag. 76. *Si ſors hæc Erato noſtro memor offerat ori*, Melius,

Si fortè hæc Erato noſtro memor efferat ore.

Sed nihil muto, præter, *ſors*, in *forte*.

Ibidem, *Ne fulcîu incumbat*, credo, legi debere. *fluctu*.

Ibidem, *ſubito ſpadone citato Proſiluit*, Niſi fallor, verbo *ſpadone*, ſignificare voluit equum cantherium. Quod ſi ita eſt, claudicat proſodia in prima, *ſpadone*, quæ corripi debuerat.

Pag. 76. *In latius pauidas cogit demergere anates*, Catè, vt ſolet pro, demergere Scholiaſtes emendauit, ſe mergere. At in verbo, *anates*, corrupta eſt quãtitas medianæ ſyllabæ, quæ corripi debuerat.

Ibidem, *Et videt Eoas acies, Germanaq; ſigna*. Dij boni quas appellat *Eoas acies*? Germanaſne? Sclauaſne? Iſtraſne? *Iam iam Ararim Parthus bibet, & Germania Tigrim*. Reponerem *Arctoas*, pro *Eoas*, ni longiuſcule à ſcripto iretur.

Pag. 77. *Exaudi ſi iuſta peto, ſi chryſmatis vncta*. Dicendum, ſcribendumq; fuerat, *chriſmate*. Emendari poſſit, *chriſmate inuncta*.

Ibidem, *Vrbs Ciſalpinis lauacrum ſuſcepit in oris*, Præpoſitio *cis*, ni falſus animi ſum, corripitur. Et paulo poſt producit primam verbi, *baſilica*, quam corripiendam puto, eò quòd βασιλεὺς cum ſuis deriuatis contrahitur; & ratio etymi, ſi verum eſt dici βασιλεὺς, quaſi ἀσιτεὺς, id idem expoſcit.

Ibidem, pro, *increbeſcere*, corrige, *increbreſcere*: & pro, *miſereſcimus tibi*, dicendum, tui.

Ibidem, *ſonſeritur pede pes, crus crure, & pectore pectus*. Semper ego maſtix tantùm, atque corrector? Verſiculus hic planè aureus, & Maroniana lucerna non indignus.

Ibidem, *Turbat & intuitus ſpumantum ſudor equorum*. Quid, ſi *fumantum*.

Ibidem, *Vt leo Marmaricum fronti illuceſcere ferrum Cum videt*. Nemo non videt, longè melius eſſe, *marmaricus*, quales poetæ ſæpius appellant leones.

Pag. 78. *Magnanimum, o quanta cordis penetralibus ira* &c. Hæc προσῳδίαις poteſt perſe ipſa conſiſtere, hìc interpuncta; vel aptari tam ad ſuperius, quàm ad inferius colon. Secreta minus dura.

Ibidem, *Vt veltres fugiente lupo latranſque, furenſque. Per ſentes, & rura meat, Veltres*, gloſſa Etruſcorum. Eſt autem canis venaticus, quem à perſequendo lepores appellant etiam, *leuriere*. *Veltri* autem fortaſſe dicuntur corrupte à verbo Latino, *velites*, quos à celeritate ſic dictos uolunt, quaſi *volites*. Vel etiam à verbo Græco, βέλτερος, ablata media per ſyncopem, formatoq; βέλτερις: quòd canes id genus ſint alijs meliores, velocioreſq; ſignificatio autem velocitatis ineſſe videtur ipſi verbo, quod ἀπὸ τῦ βάλλω motum ſignificante, vnde & βέλος, deduci videtur. Hæc autem ingenij cauſa dicta ſint, aliud enim fortaſſe ſit etymon verbi huius. At ego meam dialectum quàm maximè honeſtare voluerim: quæ res in affinitate meliorum linguarum, non autem in diſſimilitudine, vt plerique arbitrantur, conſiſtere mihi videtur. Non prætermittam obiter annotare, Dantem Aligherium in ea, quam vocat Comœdiam, appellare Canem Grandem *Veltrum*, eo quod Auaritiam occidiſſet; ait enim

--infinche'l veltro
Verrà, che la farà morir di doglia.
Queſto non ciberà terra, ne peltro,
ma ſapienza, & amore, e virtute;
E ſua nation ſarà tra Feltro, e Feltro.

Sed Muſſatus non vno in loco maledictis illum inceſſit, vt vidimus hucuſq; id quod in neutro eorũ eſt mirandum, cliente altero, altero Patrono.

Ibidem, *Vt verò latices, & ſumina cacumina* &c. fortaſſe pro, *latices*, reponendum, *latebras*.

Ibidem, *Pons erat amplectens fluuium, quo ſcinditur ager*. Verſus miurus, cuius extremam ſedem obtinet pro ſpondæo pyrrhichius.

Ibidem pro, *diſuſa*, corrige, *diffuſa*. Poſt illud *portiſq; effuſus apertis*, tolle interpunctionem. Et pro, *liquitur infenſum*, repone, *linquitur*. *Infenſum* autem videtur poſitum pro, indefenſum.

Pag. 79. pro, *prothoplaſtum*, corrige, *protoplaſtum*, pro, *correptum*, *correctum*, cum Pappafabæo codice; pro, *exproboſa*, *exprobroſa*; pro, *pramiſit*, *præmiſſis*.

Pag. 80. *Is adijciebatur*, corrige, *ijs*: *proditionis obnexios*, *proditioni*: *Communitates*, *Communitatis*.

Ibidem, *Cunradus hic ſubactam* &c. *vrbem inuenies* &c. Huic, *inuenies*, nihil eſt, quod reſpondeat. Quare pro eo reponas licet, *inuenit*, pro, *ſuoſq;* eſſe *ſatellites*, melius, *ſuos eſſe* &c. *Omneq; diſcrimen ſubituros*. Pendet hoc ab illo, *dicentibuſq;*, vt nihil deſiderari videatur.

Pag. 81. *Cum familiaris, ſocialiſq;, quam iudicis reſponſi actus oſtenderet*. Subaudiendum, *potius*, quod verbi amat reticere Noſter. Pro, *præſidatu*, melius, *præſidatu*. Poſt, *criminis fuerit*, interpunge. Poſt, *publicis*, & *priuatis*, interpunge. Pro, *præteſtate exuto*, melius, *exutum*.

Pag. 82. pro, *licitari*, lego, *licere*: pro, *crumnam*, *cruinenam*.

Pag. 83. *Hac ſibi magna licentia vtendum, nec abutendum fore*. Coniunctio diſiunctiua hoc loco valet, *non*, vel eſt Etruriſmus. Diceremus enim *biſogna vſare, e non abuſare*. Mens autem, licentia, poteſtateq; hac vtendum eatenus, ac tali moderamine, vt ne diſſoluatur, atq; in nihilum redeat. Vtimur enim ijs rebus, quæ nobis vtentibus permanent: abutimur his, quæ nobis vtentibus pereũt. Paulo poſt, pro, *demittendum*, melius, *dimittendũ*. Pro, *ſiccariorum*, emenda, *ſicariorum*. pro, *obiurgari*, melius, *obiurgare*.

Pag. 84. *Craſſantiæq; vnius exceſſum*. Verbo, *craſſantia*, vtitur quoque in epiſtola ad Cunradum de Oueſtagn. & fortè alibi, ſatis craſſa Minerua: *graſſatio* enim fuerat dicendum. Tuſi verbum latinobarbarum facere ſaltem vis, lege, *graſſantia*, ni audes, *graſſatio*. pro, *externa tempora*, fortè, *heſterna*, vel *extrema*. pro, *illuc*, melius, *illic*, pro, *pallantem*, corrige, *palantem*: cuius in verbi cacographia Muſſatus non tam pertinax, quam ego in emendando peruicax. pro, *ipſe concurriſſet* melius, *ipſum concurriſſe*.

Pag. 85. *alteraterum in manicis colorum pectorali hoſto infutis*.

Digitized by Google

insutis. Aliarum vulgò est variegatum, *varium*, dedalum, *ποικίλον. Bustum*, gloſſema Italorum, Latinè thorax.

Ibidem, *matrona &c. que &c. Vincigurra Comitis Veronenſis fuerat* &c. Subaudiendum hic, *vxor*; id quod annotauit eruditiſſimus Scholiaſtes. Sciendum tamen, Etruſcorum eſſe phraſim, reticere id nominis, ac dicere, Martia, exempli gratia, Catonis; Julia Pompeij. Fauſtina Marci, ſubintelligendo, vxor. Quod etiam vſurpant vbique filijs ſermo eſt, dicentes, quemquam cuiuſquam, ſcilicet filium. Quo in more græciſſant.

Ibidem pro, *gaiecorum*, lego, *gaiconum*, pro, *decernerentur*, melius, *diſcernerentur*. pro, *craſſatorum*, *graſſatorum*, & pro, *craſſationis*, *graſſationis*. pro, *increbuiſſet*, *increbruiſſet*.

Ibidem, *captum ante clauſtrum fureis* &c. Videtur deſiderari quippiam, puta *damnauit*, *deſtinauit*, &c.

Pag 86. *Si dum ſic circumuenti* &c. Malè coquo illud, *ſi dum*. Ego dixiſſem, *vt dum*, & paulo poſt pro, *quò tempore*, & *tempore*.

Ibidem, *communes datis, exactionesq;. Datis* gloſſa eſt. fortaſſe à datione etymon habeant. vel à dauciis, quæ aliter lautia, muneribus ſcilicet, quæ dantur legatis hoſpitij cauſa. quæ munerum ſpecies quid alteri ſpeciei, vectigalium ſcilicet, ſuum nomen non commodarit? Muneribus certè liberalius nihil. Paulo poſt, *ampliendarum*, corrige, *ampliandarum*; pro, *boſtium*, *oſtium*. Verba autem illa, *ſed illud verum*, cum toto verſiculo Horatiano, ne inde fiat offenſa periodo, Parentheſi cenſeo concludenda. Ex verò, *municipalibus mota*, & *circumſtantium caſtrorum diſiecta*, *abolitaq; ſunt*, ſic emendarem, *municipalibus circumſtantium caſtrorum mota*, *diſiecta*, *abolitaq; ſunt*. pro, *ſi optatu poſſent* lege, *optato*: pro, *abiere*, in cera imo, *abire*.

Pag. 88. pro, *obtingerint*, corrige, *obtigerint*, pro, *externa die*, forſan, *heſterna*, quanquam non ſatis bene. Pro, *aſſumendum*, corrige, *abſumendum*. Pro, *in ſinu*, melius, *& in ſinu*. Pro, *quàm cum ei*, melius, *ſecum*, pro, *quorum non omnium*, lego, *quorum nonnemini*.

Pag. 89. *Et licet ruina ſua, & Marſilij, reliquorumq; ſuæ factionis potentias deprimere* &c. Statuit, inquit Nicolaus vel ruina ſui ipſius deprimere potentias, & Marſilij, & reliquorum: ſtatuit aduerſarios deprimere, etiam ſi ruiturus ipſe vna ſit.

Ibidem, *inuiſis tam crudelis, tamq; flagitioſi ſtatus* Barbarum. Vſurpat enim vocem, *inuiſus*, actiua ſignificatione, quod aiunt: ſecundum quam dicendum fuiſſet, *crudelem*, *flagitioſumq; ſtatum*. Si operæ foret, emendarem, *inuiſum tam crudelem*, *tamq; flagitioſum ſtatum habentibus*.

Ibidem, *Inde per Proſdocimum*, lego, *Inde Proſdocimum*: ſecus inconnexa oratio. Qui enim apta hæc ſibi, *Inde per Proſdocimum* &c. *hunc dirigens ad Canem*, &c. *rem ad eum deduxit articulum*, *vt* &c.

Ibidem, *Proſdocimum Caliginem virum exertum*. Hocce exertum neſcio, quid ſibi velit, niſi fortè id, quod vulgò aiunt, *ſuelto*, dexterum ſcilicet, catum, agendiſque rebus idoneum, *πρακτικὸν*, *δραστήριον*, *ἐπιτήδειον*. Sed Latinè alia verbi ſignificatio. Proinde, ſi lubet corrige, *diſertum*, vel *expertum*.

Pag. 90. *Qui demum principibus ſuis à municipijs euocatis apud illum orationem habuere* &c. Si relatiuum ad legatos referatur, dicendum fuerit, *Principibus eum*: ſi verò ad *fl. Karumbas*, ſcribendum, *quo*, vel *qui*, pro, à quo. Inferius pro, *eum Deum*, corrige, *cum Deum*.

Ibidem, *Rex duntaxat ſuorum*, vſque ad, *deſcenſum eſt*, laborat ſyntaxis, ea eum ſit, *Rex ſuorum conſilio inito, in Cunradi iudicium, Rege ſic iubente deſcenſum eſt*. Tu corrige, *A Rege conſilio inito, in Cunradi iudicium, eo ſic iubente, deſcenſum eſt*. Paulo poſt pro, *paruiturum*, *parſurum*, pro, *vallis*, lege, *ad vallas*.

Pag. 91. *balliſtis, tormentiſq; ad idem exercitium ſecum delatorum ſtramentis, virgultis, cratibuſq; ad tranſiliendas foueas ſecum latis*. Nonne vides tautologiam, *ſecum delatis*, & *ſecum latis*. Amputa ſic, *balliſtis, tormentiſq; ad idem exercitium cum ſtramentis* &c. *ſecum delatis*. Deinde poſt, *diſcrimina immerebant*, videtur deſiderari, *collocare*, vel tale quid: ſecus, illud *vires ſuas*, pendebit. Pro, *demiſſo*, corrige, *dimiſſo*: pro, *craſſantia*, *graſſantia* ſi lubet.

Pag. 92. *animalibus adactis*, lego, *abactis*. Poſt ea verba, *in publicum queri*, videtur deeſſe, *iuuenes*, aliudve ſimile, notatum quod fuit optime. Apoſiopeſis tamen hoc in loco timidum populi ſilentium per ἀποσιώπησιν repræſentet. Illa verba, *ſub omnium colonorum, vel colonarum*, neſcio, vnde regantur. Pro, *ſpe inflantiam*, lege, *inflantium*; reliqua ad criſin doctiſſimi Scholiaſtæ.

Ibidem, *grana, atque blada*. Vox, *blada*, Etruſcorum lingua, *biada*, quæ ſignat legumina, frugeſq; omnes triticeo excepto. Cur vero ſic appellentur, eſto ſuum cuique iudicium. Ego à Græco βλαδὴς, quod immatura, & cruda Heſychio notat, deriuauerim. Quod ſi eſt, propria ſui notione blada erunt fruges immaturæ, neque adhuc demeſſæ; per catachreſim verò maturæ, demeſſæque, atque adeo conditæ. id quod vſus obtinuit.

Pro, *ficcariorum*, corrige, *ficariorum*, poſt, *ceſſabant*, interpunge.

Pag. 93. *Nec ex iis cuiquam*, corrige, *quicquam*: pro, *increbuit*, *increbruit*, pro, *aſſenſum*, *aſcenſum*: pro, *redimeretur*, *redimerent*.

Pag. 94. *Clauſiq; boſtis*, melius, *clauſiſq; oſtijs*: pro, *cæmiterium*, *cæmeterium*, pro, *diſperatis*, *deſperatis*: pro, *præuſſores*, *præcurſores*: pro, *miſſerant*, *miſerat*: pro, *quicohortibus*, *qui cum cohortibus*: pro, *de ſeditione timentes*, *ac de ſeditione timentibus*: poſt hæc interpungo: pro, *bouibus relictis*, *bobus relictis*.

Ibidem, *lubricus, & aquoſus ſub pedibus lutus*. Laberis Albertine in hoc luto; nec eſt qui releuet? Damnum. Scribatur, *lubricum, & aquoſum ſub pedibus lutum*.

Pag. 95. pro, *percluſus*, lege, *perculſus*: pro, *ſpem illis defuturam*, *ſpem illis non defuturam*: pro, *qualis per eas ætates*, *quales per eas ætates*: pro, *theloneis*, *telonijs*: pro, *villarum*, *villaticorum*: poſt, *extenuabatur*, videtur deſiderari, *conflare*, vel, *corradere*, vel quid ſimile: pro, *extinguunt*, dicendum fuiſſet, *accendunt*.

Pag. 96. Pro, *ferox ſimul actus*, melius, *feros ſimul actus*: *A flumine Brintba, quæ*, Suſpicor tollendum,

dum, *quæ. Probrum inquinatiſſimus*, dicendum, *probris inquinatiſſimus*, & pro, *hominibus occidendis paruipendebat*, *vt bellus; homines occidere parui pendebat, vt bellua.* Ex ijs, *omni & corporis*, tollerem, &.

Pag. 96. *A nocturno quoq; tempore*, legerem, *à primo quoq; tempore*: quæ lectio non valde diſcrepat ab illo *anotimo*, quod in codice Veneto legi aiunt.

Pag. 97. *de ſuo ſemper untui*, lego, *untu.* Pro, *ſeperire-tur*, emendandum, *ſepiebatur*, vel qui aliter. *Digreſſionem* hic interpretor, diſceſſionem, vel diſſidium. pro, *non ob aliud*, legerem, *non aliud*, & pro, *obſeruaſſet, obſeruaſſe.* Poſt ea verba, *Tacitè tamen*, ſuſpicor deſiderari, *Marſilius.* pro, *diſerre*, lege, *differre*, pro, *qua via ſors illi*, lego, *illis.*

Pag. 98. pro, *indeferenter*, lege, *indifferenter.* Poſt ea verba, *Marſilius quidem*, apponerem, *qui.* Et pro, *boniſq; eius*, reſtituerem, *bonaq; eius.*

Pag. 99. pro, *diſerpuere*, corrige, *diripuere.* Pro, *recondit* melius, *recondidit*, pro, *fatuorum, fautorum.* pro, *Curandum, Cunradum.* pro, *increbuit, increbrut.*

Pag. 100. pro, *differretur*, lego, *deferetur*, nam differre, infamiæ. pro, *tot capita, quot Tyranni*, vicem verto, *quot capita, tot tyranni.*

Pag 102. *In quos cadere manu ſolet animaduerſio Dominorum.* Pro, *manu*, lego, *magis. Fidebit hic Dominus eorum*, repone pro, *fidebit, fidet*, vti & poſt paulo.

Pag. 104. pro, *Vbertinellum*, lege, *Vbertinum.* Ex ijs verbis, *Hi duo ex Carrarienſib.* tollerem, *ex.* pro, *tam ſublimis magnificentiæ*, fortè, *ſublimi magnificentiæ.*

Ibidem, *Vbertinellum de Carraria.* Putabam, legi debere, *Vbertinum*, eumq; eſſe, quem ſemper Tartaro adhærere non ſemel diferat. Verum cum identidem *Vbertinellum*, appellet, vel alius ab Vbertino illo erit hic Vbertinellus, vel ille binomen fuerit. pro, *poſſibile cuiquam fuit*, melius, *impoſſibile.* pro, *ciuitatis in Padua*, lego, *ciuitatis Paduanæ, vel Paduæ.* Deinde poſt illud, *Paduana, vel Paduæ* adderem, *cauſa*, vt ſit, *ſuſcepta ciuitatis Paduæ cauſa.*

Pag. 105. pro, *in poteſtatem deuenirent*, melius, *deuenerunt*, pro, *Tartaro vel Marſilij*, melius, *Tartari*, cum ſequatur deinde, *filio.*

Pag. 106. pro, *de Venetijs*, legerem, *cum Venetias.* pro, *compatiam, compatiar.*

Pag. 107. *formidine titillabat.* Barbarum. Nam titillare dicitur metabaticè, deque rebus voluptatem afferentibus. Poſſet reponi, *titubabat.*

Pag. 108. Rub. II. *nullo ipſorum Paduanorum* &c. *reſpectu acceptis* &c. *abire dimiſſis.* Dicendum fuit, *accepti*, &, *dimiſſi.*

Pag. 109. *Ne aſpectui ſuo vltimi viderentur.* Dicendum fuerat, *aſpectui illius.* pro, *dedicisſe*, corrige, *didiciſſe.*

Ibidem, *ſuper ſellarum antipodijs dormitantes.* Videtur per, *antipodijs*, accipere anteriorem ſellæ partem, ænigmaticè ad id, quod aiunt, *appoggiarſi*, vernaculo ſermone. Podium enim tam apud Latinos, quàm apud Græcos huiuſmodi ſignificationem reſpuere videtur. Eſt igitur hæc vox ſignificatione barbara, compoſitione hybrida. Anti enim pro ante apud Græcos in vſu non eſt: ſed & rarò apud Latinos.

Ibidem, *per vim aguaſcebantur, videre cœperunt*: Loco, *per vim*, ſatius fuiſſet, *vix*; Et poſt, *cœperunt*, ſimplex, ac virgea pro duplici, ac ſtigmatica diaſtole. Deinde pro, *ſi aſſuetis flagitijs*, legerem, *eſſet*: pro, *ſollicitius, ſolicitus*: pro, *gurguſti, gurguſtij*:

Ibidem, *villicos, & ſuperſtites* &c. *Superſtes* hic, opinor, non is eſt, qui defunctis alijs viuit ipſe, ac ſupereſt; quæ vulgaris verbi eſt mens: at qui alienam rem adminiſtrat, procuratve; id quod aiunt Itali, *ſoprastante*, alluſione ad Græcorum *ἐπίτροπον*.

Ibidem, *Viduarum, pupillorum, pauperum cinum* &c. *obaudire*, &c. Quanquam, obaudio, Latinè eſt idem, atque obedio, attamen, ſi demus contrarium quoq; per illud ſignificari, dicendum hic fuiſſet, *vidus, pupillis, pauperibus, cinibus* &c. Ni Helleniſmum eſſe velimus, qui *ἀναγκαῖον τινὶ* dicere ſolent æquè ac *τινι*.

Pag. 110. *Intro, citroque clauſtrum Vrbis* &c. lego, *intra, citraq;* non enim dicimus, intrò domum, intrò vrbem, vbi ſtatum notamus, at intra; citraq; pari ratione.

Ibidem, *eleemoſinas mille egenorum aſſiduas.* Corrige, *eleemoſynas.* Concipio quoque archaiſmum in verbo, *aſſiduus*, pro, *manſueſcerint*, lege, *manſuerint*, vel *manſueſcant*, pro, *deſiteatur, diſſiteatur.*

Pag. 111. pro, *diligeres*, fortè, *deligeres.* pro, *ſubiens*, lege, *ſubiens*, pro, *conſedere, conſidere.* poſt verbũ, *ingeminabar*, interpungerem; ac pro eo, quod ſequitur, *dum* legerem, *dumque*, pro, *deterpiſti*, repone, *decerpſiſti.*

Notæ ad Librum, qui Ludouicus Bauarus inſcribitur.

Pag. 1. Pro, *deſidia*, & *ſimultates*, corrige, *diſſidia* &c. pro, *diſentiones, diſſentiones.* pro, *diſcenſus, diſſenſus.*

Pag. 2. *vt vix* &c. *ſuſtinere non poſſent* &c. Expungerem, *non.*

Ibidem, *multis grauis æris deſponſis* &c. Nihil hic immutarim, &, *deſponſis*, pro *ſponſionibus* acceperim: vt quemadmodum dicimus promiſſum ſubſtantiuè, ita hic deſponſum pro ipſomet promiſſo fore mauerit. pro *Cumanos fines*, legendum fortè, *Comenſes.* Et pro ijs, *Nec regi ea reuerentia, qua decuerat, deferens*, reponerem, *Nec regi eam reuerentiam, quæ decuerat, deferens.*

Pag. 3. *quicquid ſtatui reipub. pertineret* &c. Dicendum fuit, *ad ſtatum*, pro, *in ſuam Romam*, melius, *in ſua Roma.* pro, *increbuit*, corrige, *increbruit*: pro *ſciſmaticum*, & *ſciſma, ſchiſmaticum*, & *ſciſma.*

Pag. 4. *Quibuſq; virtutibus, & ſcientijs imbutum* &c. *quibuſque*, poſitum pro, *quibuſcunque.* Ibidem, *qui contemptis deo, & ſanctis* &c. nil reſpondet ad hæc, eſtq; *ἀναπόδοτον*, ni addas, *occuparunt*, vel quid ſimile, puta poſt verbum, *baſilicas.*

Pag. 5. pro, *inæquitatem*, lego, *iniquitatem*, pro, *excommunicationum vinculis inundantes*, corrigo, *innocommunicationum vinculis inundantes.* pro, *non modò deſtitit*, dicendum fuerat, *non modò non deſtitit.*

Pag. 7. *Caſi membris omnibus*, lego, *caſis*: pro, *eclypſim vniuerſalis, Eclypſim vniuerſalem*: pro, *veriſimulia videri, veriſimile videri*, pro, *per quas indicabitur*, fortè, *qua indicabantur.*

Pag. 8.

Pag. 8. pro, *Laudem*, lege, *Laudum*. pro, *Rheginos*, dicendum fuerat *Regienſes*, quod alibi annotauimus. Pro, *deſtrictus*, lege, *diſtrictus*.

Pag. 9. pro, *deprimerimus*, fortè legendum, *deprimere*, pro, *quæ viro audacia, eximiaq; virtutis pertinuerint*, dicendum fuit, *ad virum audacia* &c. pro, *partiarumq;* corrige, *partiariumq;* pro, *terrarum, Italiaque Eccleſiæ amicos* &c. *terrarum Italia, atque Eccleſiæ amicos Principes* &c. pro, *creaſſe, conſtituiſſe, promulgaſſe, paſſum eſſe*, & *cremaſſe*, melius omnino fuerat, *creaſſet, conſtituiſſet, promulgaſſet, paſſus eſſet*, & *cremaſſet*. pro, *factuoſas*, lege, *factioſas*. Et pag. ſequenti pro, *dicerent*, melius, *diceretur*.

Hæc nonnulla ex ijs ſunt ad quæ inter legendum Muſſati hiſtorias offendimus. Nonnulla inquam ſunt. Omnia enim perſequi velle nimiæ fortaſſe operæ, nec operæ tamen pretium fuiſſet. Nos duntaxat manifeſtiora quædam, quæ luxuriantem ritu herbarum latinitatis ſegetem ſtrangulârent, euellere ſumus conati: à minutioribus runcandis, quæ propemodum infinita fuerint, abſtinentes. Et profectò iniquum videri poſſit viri huius monumenta, qui ſeculo planè barbaro vixit, in Romanæ libella puritatis expendere. Quinimò gratiæ illi multæ habendæ, quòd Latinam eloquentiam longo nimis tempore obrutam facilè ipſe princeps eruerit, & in lucem, quatenus illi datum, excitauerit.

Iam quæ nos animaduertimus, atque in ceram tuo iuſſu, Moline doctiſſime, retulimus, qualiacunque tandem ſint (leuia tamen, neque ſatis perſpecta eſſe oportet; quæ noſtra in literis eſt infantia, librorumq; copia nulla, cælique obtuſa ruina mentis acies meæ) ea nunc ad te mittimus, & Lydio tuæ ſapientiæ lapidi exploranda committimus.

NOTÆ AD ECCERINIDEM.

Scenæ huius verſus trimetri iambici ſunt Archilochij omnes, & acatalectici, quales apud Annæum Senecam iambici vniuerſi.

PAg. 1. *Quodnam cruentum ſidus Aretoo potens*
Regnauit orbe, peſtilens tantum mihi,
Gnati, nefando flebiles cum vos thoro Genui. &c.

Per *Orbem Arctoum* intelligit *Italiam*, in qua orti Eccerinus, & Albericus. Licet autem verè Septentrionalis ea non ſit, quia tamen ad Borealis quadrantis medium protenditur, cum alicubi ad quinque, & quadraginta ferè gradus tollatur ei polus; idcirco hac appellatione donari quodammodo poſſe videtur, præſertim apud poetas. Quòd autem quæritur Adheleita de *ſidere*, infauſto, quod *regnauit*, quando ipſa *genuit*, filios, videtur per hoc poeta confirmare ſententiam Ptolemæi, qui mores, & fata hominum à tempore conceptionis, non autem ortus, niſi per quandam relationem, ac ſimilitudinem pendere affirmat. Ad quod inueniendum excogitauit deinde Hermes trutinam illam famigeratam. Sed *thoro* ſcribendum fuerat prima tenui.

Ibidem—*in altum porrigunt tectum trabes.*
Porrigunt, intranſitiuè poſitum, quod non memini me vidiſſe. Fortaſſe reſpexit ad id, quod vulgò dicunt, *ſporgere*. Niſi velimus, eam eſſe ſyntaxim, *Trabes porrigunt Arcem in altum tectum*: vel *porrigunt tectum in altum*: vel *porrigunt domum in altum tectum*, quæ domus &c. Dura omnia.

Ibidem. *Premitq; turrim contigua ad Auſtrum domus.*
Hoc proculdubio effectum eſt ex illo Senecæ,
In arce ſumma Pelopeia pars eſt domus
Conuerſa ad auſtros, cuius extremum latus
Aequale monti creſcit, atque vrbem premit &c.
Actu V. Thyes.

Ibidem. *Hoc accubans ipſo Monachus olim loco*
Parens eburno veſter Eccerinus Thoro eſt Dormire viſus.
Reijcienda eſt Pignoriani Codicis lectio, ne ſpondeo ſit locus in ſecunda ſede. *Eccerinus* autem ſcribendum vnico tantum *c*, vt tribrachus ſit in quarta; ne cogamur ponere anapæſtum in quinta, ſpreto pronunciationis vſu.

Ibidem, *Pauet animus, aduenit horror, & membra occupat.*
Ponit hic in tertia ſede anapæſtum, quod Senecã admiſiſſe volunt nunquam, niſi hoc vno in verſu *Iuter ſenem, iuuenemq;, ſed proprior ſeni.* Niſi dictio inſit tetraſyllaba, quod verſibus accidit viginti.

Pag. 2. *quaſi ad vultum redit Imago facti.* Impropriè poſuit *vultum*, pro aſpectu, vel facie; cum *vultus*, ſit faciei qualitas, pro affectu animi expreſſa. Seneca Ac. 3. Herc. fur.
...flebilem ex oculis fuga Regina vultum.

Ibidem, *Exangui corpus. Ec. Erige labentem citò.*
In hoc verſu, vel tertium locum tenet amphibrachus, vel quartum anapæſtus. Vtrumque inuſitatum. Credo poetam offendiſſe in quantitate primæ ſyllabæ, *Erige*; voluiſſeque tribrachym conficere.

Ibidem. *Reſperge faciem, ſyncopim lymphis leua.*
Scribendum fuerat *ſyncopem*, vel *ſyncopam*. *Leua*, autem legerem omnino, non *laua*. Rectè enim dicimus, *leuare morbum*. *Lauare* autem *ſyncopem*, neſcio an ſatis rectè dici poſſit.

Ibidem. Ecc. *Recolis. Adhel. Recolo primogenite primum tui Natalis.* Vltima verbi, *Primogenite*, producenda eſt ope duarum conſonantium ſequentis dictionis, ne quarto loco admittatur pyrrhichius.

Ibidem. *Natalis. Ecc. ò mea mater id pande ocyus.*
En tibi rurſum anapæſtum in tertia ſede.

Ibidem. *Adhel. Quum prima noctis hora communis quies.*
Omni teneret ab opere abſtractum genus.
Si, *prima hora*, ſextum caſum eſſe velimus, id quod expoſcere videtur ſententia, totam rationem metricam turbabimus. Duobus enim temporibus erit auctior verſus; ſecunda nimirum, & quarta ſede ſpondæum accipiens. Quare primi eſſe caſus ea verba dicendum eſt, &, *communis quies*, appoſitiuè additum. Hoc autem verum vt ſit, non ſumenda eſt *prima noctis hora*, pro prima face, ſiue pro vna ex illis horis, quæ numero quatuor, & viginti diem, quem naturalem vocant, abſoluunt:

Sed pro noctis parte prima, quę concubium etiam comprehendat. *Genus*, autem abſolutè poſitum pro genere hominum, vel animantum, nouum eſt.

Ibidem. *Luſtrauit ingens, fulminis ad inſtar tono ſequente.*
Italizat Muſſatus in verbo, *tono*. Apud Latinos enim reperiri non puto id verbi. *Oletum*, verò, quod ſequitur in carmine, non eſt *grauis odor*, ſed vel res, vel locus, à quo is emittitur. Hic accipi poteſt pro, effectu loci, tanquam ſi dixiſſet poeta, Latrinam *per thalamum latam fuiſſe.*

Ibidem *Flammam, perennis lambit, & barbam focus.*
Hic quoque in verbo, *focus*, Italus eſt Muſſatus. Non enim apud Latinos iguis habet ſignificationem.

Ibidem. *Telluris ima, ceſſit & tellus ſibi.* hoc eſt, *abſceſſit.*

Ibidem. *Quos egi ab inde grauida menſes decem.*
Vitium eſt in ratione metrica. tertius enim, & quartus locus duobus cedunt pyrrhichijs, vel ſaltem vni, quod abſonum. Sed ſi lectionem Veneti codicis admiſerimus, quæ habet, *tunc grauida*, nihil erit vitij: pro. *monſtruoſo*, autem, quod paulo poſt, *monſtroſo*, foret ſcribendum, ſi verſus pateretur.

Pag. 3. *Erimus paterno indices digni foro.*
Legi poteſt & *vindices*, & *iudices*. Sed melius, *iudices*. Apud manes enim nemo *alterius cauſam ſuſcipit vindicandam*: ſiquis verò ſuſciperet, non diceret hoc viros, qui tetertimi fuiſſent in vita. Si verò per. *vindices*, intelligamus *vltores*, *ac manes*; id quidem non erit inconueniens: at ſi, *iudices*, legerimus, erit alluſum ad iudices quos fabulantur in Auernis. Et verò decet filios Orci magiſtratum gerere in paterno regno.

Ibidem. *Sic fatus, ima parte receſſit domus.*
A dramatico charactere ad exegematicum tranſit hic poeta Quod vitium in poeſi maximum nemo non ignorat. Neq; ego mirarer, admiſſum hoc à poeta, ſeculum nacto barbarum, atque ἄμουσον; niſi viderem. Senecam illi fuiſſe præmanibus, qui talia nuſquam patrauit, pro, *receſſit*, autem legendum, *feceſſit*, cum codice Veneto: ſecus, laborabit quantitas in poſtrema ſecundi metri, eritq; pyrrhichius pro iambo.

Ibidem. *Depulſe ab aſtris, mane iam lucens polus.*
Nihil mutato hic eſt opus Mens verò hæc eſt. *O depulſe ab aſtris, atq; aſtrorum è numero delete, cùm prius luciduſſima ſtellarum fores, & mane in cælo ſplenderes Lucifer* Stellas autem pro angelis poſuit. Iam quòd *polo* partem cæli orientalem ſignificarit, nil moror. *Polus* enim à veteribus non, ſicuti à recentioribus, dictus fuit σημεῖον τι, ἐφ' ἑκάτερα ἄξονος, *punctum* ſcilicet, *axis, adde, & axis ipſe*; ſed τὸ περιέχον ἅπαν, *vniuerſi* ſcilicet, *mundi ſuper axem* verſatilis ſe moles. Diuerſa tamen ratione. Quia *poli* ex eo dicuntur, quòd *circa illos mundi moles circumagatur*: *mundus* verò ex eo, *quòd ipſe circumagatur*. Euripides in Pirithoo appellauit partem occidentalem, Ἀτλάντειον πόλον, *polum* ſcilicet, *Atlanticum*, & Muſſatus per *matutinum polum Orientem* bene deſignauit. Mallem tamen, *polo*, quàm, polis.

Ibidem. *Paludis atræ luridam teſſor ſtygen.*
Hypallage, pro, *paludem ſtygis.*

Ibidem. *Suadeat Alecto ſcelera, Tiſiphone explicet.*
Corripuit primam, *Alecto*, iniuria, vt opinor. quanquam enim alpha primatiuum corripi ſolet, non memini tamen vidiſſe hoece in nomine correptum.

Ibidem. *Animos ad iras, ad odia, & inuidias citent.*
Legendum omnino eſt cũ codice Veneto, *ad iram.* Secus, non conſtat verſus.

Pag. 4. *Quis vos exegitat furor &c.*
Chori huiuſce verſus Glyconij ſunt. Primus autem deſumptus eſt ex choro ſecundo Senecæ Thyeſtis.

Ibidem. *En cur Marchia nobilis Hæc Tarriſina ſic fremit?* Lego cum Veneto codice, *Tarriſia*, vt bene habeat quantitas.

Pag. 5. *Excelſe mundi rector omnipotens Deus.*
Hæc rurſum carmina Iambica ſunt, trimetra, Archilochia, acatalectica.

Ibidem *Falſo fauore fulta.*
Fulta, referri non poſſe ad, *Marchia*, nemo non videt. Reſtat, ut ad, *odia*, referatur, durum licet id ſit.

Pag. 6. *Chriſte, qui cęlis reſides in altis.*
Verſus hic plerique omnes ſapphici ſunt, quatuor exceptis Adonijs.

Pag. 7. *Sanguis Abel ad dominum querelas.*
Primam *Abelis* correptam ſæpius uidi: Productam non memini.

Ibidem. *Fœda Gomorra, Sodomaque lues.*
Vitium eſt in quantitate, *Gomorra*, quæ primam corripit. Scribendumq; fuit, *Gomorrhæ*. pro, *lues*, autem arripe ſcriptionem Codicis Veneti, *labes*: ne uerſus deſinat in pyrrhychium.

Ibidem, *Bittonis cedit ſtabuli vetuſtas.*
Biſtonis, iungendum cum, *vetuſtas*, Nam ſi ad, *ſtabuli*, referretur, ſcribendum eſſet, *Biſtonij*: quod ferri poſſet, per συνέζευξιν, uel συνεκφώνησιν.

Ibidem. *Nota ſeu torui rabies Procuſtis.*
Scribendum, *Procruſtis*; ut nomen etymo reſpondeat, uolunt enim deriuari ἀπὸ τῦ κρύειν.

Ibidem *-deuoti veluti iuuenci victimis.* hoc eſt, *deuoti aris, deſtinati ſacrificio, proque victimis mactandi.*

Ibidem. *Aſpirans ſæuas Eccerinus iras.*
Lege, *Ecerinus*, ut ratio metrica ſibi conſtet.

Pag. 8. *Matris relatu, vera quem prodit fides.*
Scenæ huius carmina ſunt eiuſdem notæ atque illa ſuperiorum, omniumque adeo reliquarum.

Ibidem *Hoc digni Patre, tale nos decuit genus.*
Scribendum eſt, *Hoc Patre digni*: ne in ſecundam ſedem irrepat ſpondæus, trochæusve. Et paulo poſt pro, *ſciſmatis*, repone, *ſchiſmatis.*

Ibidem. *Quid pluſq; manes*, &c. Legerem, *Quid pluraq;* Ne uerſus choræo det locum.

Ibidem. *Nunquam Typhœus, aut Enceladus olim Iouis.*
In uoce, *Typhœus*, quę tamen eſſe debuerat, *Typhoëus*, corripit poſtremas duas, tribrachyn ut faciat. Id quod in prima, quanquam natura longa, propter ſequentem uocalem tolerari poſſe uidetur: in poſtrema non item, cum per diphthongum ſcribatur. Emaculabis metrum, ſi *Typhon*, repoſueris

Ibidem. *Flagrat repenti ſidere.*
Verſiculus hic eſt dimeter, Acatalectus, Archilochius.

Ibidem. *Et tu quid audes Frater? Alber. Ediſſero ſtatim.*

Quinto

Quinto loco dactylum assignat, à Seneca in hoc recedens, qui nunquam sic eum locauit, nisi tetrasyllaba dictione versum claudente.

Pag. 9. *Iacet Monaldi corpore abscisum caput.* Scribe, *abscissum.*

Ibidem. *Stilletque sanies fumus ad summos polos. A me lutatas victimas tales ferat.*

Quomodo *fumus stillet saniem?* Potius *fumum sanies.* Deinde, *fumum stillare saniem.* nonne tapinosis? cum velit, *largum cruorem abundare atra tabe profusum foro?* Ad hæc quis *ferat lutatas victimas?* An *pater?* diuinare hoc est. Adducor, vt credam, interpungendum sic esse locum hunc, vt post, *sanies*, figatur, post, *polos*, inducatur diastole, hac sententia. *Stillet sanies*, nimirum è cadaueribus, & *fumus* ipsorum *ferat ad polos tales victimas.* Fumus enim, dum fertur ad auras, videtur quodammodo secum ferre illas res, è quibus euoluitur. Et verò negari non potest, auferre illum, & secum rapere partem aliquam rei combustæ: immo ipse pars eius est, quod nemo non nouit.

Ibidem. *Sub certa lege Ecc. sed quis hæc præpotens mouet?* Statuit in quinto loco amphimacrum: quod non puto ferendum. Si vice, *præpotens*, legatur, *potens*, omnia in tuto, quanquam iambus eo loci perrarus. Sed noster non tam religiosus. Secunda sedes nonne respuit omnino spondæum? En tibi statim illicò spondæum, eo scilicet versu, qui non longe ab hinc, *Videtne excelsus ista, quæ facio deus?* Vbi si legas, *celsus*, vitium exturbaueris.

Pag. 10. *Vnius igitur interit multos salus.*
Videtur posuisse, *interit*, pro, *interimit*, omninò barbarè.

Ibidem, *Certaque meritis debita exitia suis.*
Certa, producit vltimam propter geminas, quæ sequuntur, vocales. In quinto verò loco habes tribrachum, præter legem.

Ibidem. *Proles Philippi generosa Macedonis.*
Claudicant hìc quartus, quintusque pedes, trochæus alter, alter iambus, pyrrhichiusve. Admittenda igitur Veneti codicis scriptio, quæ gloriosa, habet pro, generosa. constabitq; sibi metrica ratio.

Ibidem. *Polluere cædibus quot ij mundum suis.*
Ante hunc versum non figendus est punctus, hic enim claudit sententiam. *Polluere*, corripit tertiam, vt *steterunt*, *tulerunt*, &c. id genus. In voce, *ij*, concipienda est συναιρέσεις.

Pag. 11. *Subiectus altas incremat portas focus.*
En iterum tibi, *focus*, Italico sensu.

Ibidem. *Præmium relatu tolle condignum tuo.*
Scribe meo periculo, *pretium*, pro, *præmium.* Sic enim pro inusitato amphimacro habebis in prima sede anapæstum.

Ibidem. *Ecc. Amissa vi? Ans. Vi amissa. Ecc. quâ vi? Ans. ferro, fuga.*
Versus hypermeter. Quare sic emendandus.
Ecc. Amissa vi? Ans. Vi amissa. Ecc. quâ? Ans. ferro, fuga.

Ibidem. *Mortes minare rigidus, & Paduam celer.*
Videat ille Cortusius, qui spondæum in quarta sede nobis obtrudit, dum scribit, *rigidas*, pro, *rigidus.*

Pag. 12. *ò fallax hominum præmeditatio.*
Chori huius carmina trimetra iambica sunt, siue Asclepiadæa.

Ibidem. *En atrox Eccerinus citus aduolat.*
Scribendum, *Ecerinus*, metro sic exigente.

Ibidem. *Conuitiatur, arguit, vituperat.*
Conuitiare, argue, vitupera hunc versum: meq; auctore exibila, atq; explode ex Mussati orchestra; tanquam ἄμετρον, & Musis dormientibus confictum. Est ille quidem iambus, sed ἀπροσδιόνυσον, neque enim *erat locus hìc.*

Ibidem. *Spectator queritur iudicij parùm*
Corrige, *queritur*, vt constet versus.

Ibidem. *Lombardi signis appetit subdi meis Gens tota.*
Corrige, *Lombarda*, metro, & sententia sic flagitantibus.

Pag. 13. *finem malorum scire, & summo datam Cælo quietem.*
Corrige sic, *finem malorum scire, summo & datam Cælo quietem.*

Quanquam ferri etiam potest excusæ ordo scripturæ. Sed non absumere præcedentem, o, per synalœphen, libertas quidem est; non absumere autem, *e*, iam transit in licentiam.

Ibidem. Chor. *Tanta ergò nona iam breuiter expedias bone.*
Optimi Pignorij codex hìc non bonus. Nam vt rythmus omnibus suis numeris absolutus sit, retinendum est, *iam*: ne tertium occupet locum pyrrhichius. Deinde illud, *bone*, respondet τῷ ἄριστε, vel τῷ βέλτιστε Græcorum; quo nil frequentius in mutuis alloquijs.

Pag. 14. *Fauore Cremonensium, rupta fide.*
Producit primam *Cremonæ*, nescio quo exemplo. Nec multo ab hinc eandem corripuit. In, *Mediolanum*, quoq; producit mediam, quam Canones omnes correptam volunt. Sed noster in proprijs abutitur plerumq; venia poetarum. Sic etiam in, *Eccerinus*, modò producit primam, modò corripit, vti etiam tertiam. Primam quoque, *Addua*, ter corripit in hac pagina, sed vnico detracto, *d*, tanquam se excusans.

Ibidem. *Ex ore spumas mittit, & orbes rotat.*
Corrige, *atq; orbes*, vel, *ac orbes*; ne pyrrhichius adulteretur cum iambo.

Ibidem. *Heu Cassam, Assam, Bassam. Hìc letum mihi.*
Archaismus est in hoc versu. in, *Cassam*, enim, &, *Bassam*, non eliditur vltima, breuiaturq; Videtur autem seruire numerus hic inconditus perturbationi affectus Eccerini. Cuius nomen, vti etiam *Commilitonum*, præfigendum non fuerat his versiculis. Loquente enim nuncio loqui nam possunt ij, qui etiam absunt, vel perierunt.

Pag. 14. *Tunc concitatum calcaribus vrgens equum.*
Iambus hìc, & tribrachus quartæ sedis scribunt dactylo dicam de turbata possessione. Post paulo etiam productam inuenies copulam, *que*, in *tergaque.*

Ibidem. Vota soluamus pariter datori.
Sapphici versus, atque Adonij.

Pag. 15. *Corrugat ora repens vigor, & orbes rotat.*
lego, *rigor*, pro, *vigor*, cum codice Mussatorum.

Pag. 16. *Fulgur superni murmurat ad instar toni.*
En iterum tibi barbarismũ Italicum in voce, *toni.*

Ibidem, *ordo innocentum ponitur in igne prius.*

Lego cum codice Muſſatorum, *in ignem*, manuductus à metro.

Ibidem. *Præſidia; innocuis hi ſed amplexus negant.* Non poteſt ferri illud, *innocuis*. Aliter dactylo cederet ſecunda ſedes. Quare cum Veneto, & Patauino codice primo lego, *nocuis*, cum excuſo verò, *hi*: Ea ſententia. *Parentes negare amplexus liberis nocuis*, hoc eſt *ardentibus, ſeq; comburentibus.*

Ibidem. *Volucbat atrox, veluti alludens, caput, Vt parumpendat nutibus pandens ſuis.*

Vltima, *veluti*, non eliditur *Parumpendere*, autem ſi gaudet priuilegio compoſitorum nominum, bene agitur cum rythmo: Sin minus, claudicabit pes ſecundus.

Ibidem. *Effulminat ſpatulis alius enſe tenus.* Non poteſt legi, *enſe*, ni chorærum quinto loco recipiamus. *Spatulas* autem poſuit, reor, pro *humeris*; quas vulgò dicimus, *ſpalle*. Græci *ſpathas* in homine dicunt *coſtarum oſſa*, *vel coſtas ipſas*. Et Hippocrates vocauit *ſpathas* τὰς ὠμοπλάτας, *ſcapulas*. Verſum Muſſati ſic legerem, *Effulminat ſpathulis alius enſem tenens*; quæ poſterior emendatio referenda accepta Scholiaſtæ doctiſſimo.

Ibidem. *Hæc perpetuo durat in æuo.*

Petrarò apud Græcos chorum ſtabilem quintum in tragœdijs offendes Seneca apud Latinos in vnica Hercule Oetæo id admiſit: quem Muſſatus in vnica imitatus & Eccirinide; atque ita imitatus, vt non ſolum eodem carminis genere ſit vſus, ſed eodem quoque numero verſuum. Sunt autem hi Anapęſti tetrametri acatalecti Archilochij; vno dempto extremo, Adonio. In illo tamen, *Petit il lecebras virtus ſupernas*, videtur eſſe vitium pede in vltimo, ni legas, *ſuperas*.

Hæc ea ſunt, quæ ſparſim in Eccirinide leuia quidem, & quæ mei tenuitatem ingenij deceant, animaduerti. Quæ verò de tota tragœdia mihi ſedeat ſententia, breuiter effabor. Primò Eccerinum, atque Albericum fratres eos eſſe non puto, vt tragœdia de ijs commodè ſcribi poſſit: cum tyranni fuerint immaniſſimi, & profligatæ malitiæ. Cum enim tragœdia miſericordiam commouendo, atq; timorem, ab hiſce affectionibus animum purgare debeat; iuremerito ab hoc remouentur effectu & peſſimi, & optimi virorum: illi quidem, quia cum ipſos ex merito infortunijs mactari videamus, haud quaquam nos miſeret; neque idem nobis euenturum timemus, cum quiſque ſe illis meliorem exiſtimet: hi autem, quia cum iniuriâ malè habitos intelligamus, diuinæ potius iraſcimur iuſtitiæ, atque in ἀθυμίαν ferme delabimur, quam illorum miſereamur. Timor autem ab his quidem emanare poſſit, quia cum ſanctiſſimis etiam viris miſerias expetere videamus, argumento à maiori ad minus nobis quoque ipſis timemus: quanquam iræ ſtimulus ille, qui nos in Deũ irritat, ſenſum huiuſce timoris vel tollit, vel moderatur. Atque ea de cauſa minus in re tragica ſibi permittunt, & venia magis digni ſunt ij, qui optimos, quàm qui peſſimos inducunt viros, in quos miſeratio cadere, atque timor debeant. Quo fit, vt Eccerinus, atque Albericus, vt peſſimis notæ homines, & cum tragœdiæ propoſito pugnantes, meritò, ni fallor ab illius conſtitutione ſint eximendi.

Fabulam quoque integram, ſuiſq; partibus conſtantem minimè cenſeo. licet enim in ea contingat περιπέτεια, quia tamen in viros cadit ſceleſtiſſimos (nam de innocentibus Alberici filijs, atque vxore non eſt, vt ratio ſit habenda; cum ij extra agonẽ ſint ferè poſiti, & quædam quaſi fabulæ appendix) inanis quodammodo euadit, & ſui effectum officij amittit. Ἀναγνώρισις profectò nulla ineſt. Fabula præterea vnica ſolis periodo. quod vſu, & arte receptum, non modò non continetur, ſed multos ea continet annos: cum ab *emerſa pretio Padua*, vt in Actu ſecundo habetur, incipiat; & in Eccerini, Albericiq; nece terminetur. Amittitur interim Padua, quod in Actu 3. Sc. 3.

Itur illò, fruſtra ea tentatur, Veronam reditur, abſumuntur vndecim Paduorum millia; quod in Choro Act. 3. Eccerinus occupat Brixiam, graſſatur Mediolanum, re redit infecta, occurrit hoſtibus ad Adduam, pugnat, funditur, capitur, moritur; quod in Act. iv. Obſidetur arx Zenonis, vi capitur cum Alberico, ipſeq; cum ſuis internecione deletur; quod in Actu poſtremo. Quæ quis non videt multorum curriculo accidiſſe annorum? Grauiſſimè quoq; peccatum eſt aduerſus fabulam dramaticam, admiſcendo illam cum exegetica, id quod *in ſuperioribus* dictum eſt. Ad hæc maior fabulæ pars agitur per *nuncios*; quòd omnes per Actus, primo excepto, inducit: quod vitium eſt *in œconomia* non leue.

Quod autem ad mores attinet, moratam cenſeo, prædicoq; tragœdiam. Per totam enim fabulam quilque ſuum ſeruat ingenium. Eccerinus teter, immanis, contemptor Deorum, atq; hominum, deuotus vbiq; malo dæmoni, audax, interritus, & ipſa quoq; in morte acer, ac ſibi ipſi crudelis. Albericus eiuſdem notæ, vt pote ex eodem prognatus ſemine, & in filiorum, coniugis, ſuiq; adeo nece intrepidus, atq; inuictus. Huncq; veraces, & in affectum dati populares, ac pium. Chori *nil interimunt, quod non propoſito conducat, & bareat apiè: Fauent bonis: regunt iratos: amant peccare timentes: laudant iuſtitiam, legeſq; tegunt commiſſa: Deos precantur, vt redeat miſeris, abeat fortuna ſuperbis.*

Ad ſententiam, quod pertinet, in eo, quod moribus congruit, laudem quidem meretur. Maiorem tamen δεινότητα, & τραγικωτέρου τι quis deſideret.

Loquutionem barbara tempora, in quibus fuit conſtructa, non excuſant modò, ſed & commendant.

NOTÆ

NOTÆ AD ACHILLEIDA.

Actu primo, Scena vnica.

Scenæ huius versus iambici sunt trimetri acatalectici.

PAg. 17. *Thalamos secutas regius puppes cruor Cum Pelasgas soluit?* Tollerem interrogandi notam.

Mœnia Deorum clara, quæ Phœbus chely Struxit canora. Nimis fortasse placeat sibi poeta in hoc commento, quod hoc eodem in actu ter inculcat; nam paulo post appellat Ilium *arces inclytas Phœbi Lyra*; & in Choro sic ad Phœbum,

Ades ò Titan, defende Lyræ
Mœnia placido structa cantore.

Hic fortis Hector, vsque ad, *matris dolor*. Nutat hæc sententia. quid enim esset, *Hic Hector: Troilus. Hinc matris dolor?* Vno duntaxat puncto expuncto, quod post, *casus*, fixum est, locum hunc sartum tectum præstabis; ea mente: *Hic Hector, Troilus hinc matris dolor*, scilicet sunt. Congruè deinde sequitur,

Astus Vlyssis, Thetidis & claras fleo
Nimium latebras. Cum enim Achilles, qui Hectorem, ac Troilum ceciderat, horum causa malorum Hecubæ fuisset, eorum tamen caput, atq; origo videri poterat Vlysses, qui Achillem in Scyro inter virgunculas muliebri sub veste latitantẽ cognouit, & Græcorum in Troiam expeditioni adiunxit. Quæritur ergo Hecuba de *astu* Vlyssis, deque *Thetidis latebris nimium claris*, hoc est de frustra occultato filio. In versu autem, *Auspicia Troilus Hectoris bello gerens*, omnino legendum, *auspicia*, non *auspicio*, quod nonnulli malunt. secunda enim sedes non admittit spondæum, neq; dactilum. Deinde quid sibi vellet, *gerere bello auspicio Hectoris?* Animaduerte autem in eodem versiculo, vel Græcissimum in correpta quantitate primæ, *Troilus*, vel anapæstum in tertia sede, quod semel admisit Seneca, quo vt superius annotauimus.

--Ilios periit decus. Non memini me vidisse, *Ilium*, hac inflexione, nec reperiri etiam puto; ac proinde legerem *Ilij*.

Pag. 18. *-- quæstibus voluis diem?* repone *questibus.*
-- pateris vltrici manu Carere natos? Sceptra dum Priamus gerit Inimica Danais, perage quod natus iubet. Melius, *quod nati iubent.*

-- Cohibe vesanum impetum. peccatum hic in canonem iambopœiæ, spondæum quarta in sede ponendo.

Sed plaustra sicti voluerant molem iugi. Appellat *siccum* Aretœn *iugum*, quòd in mari nunquam eę se tingant. Qua de re satis trita rursum, quàm sibi plaudat poeta, cum tertiùm paucos intra versus id repetat: ait enim paulo ab his, *Sicca dum fluctu carens lucebit Vrsa*: tum verò, *Arctos pontus asperget.*

Solusq; claro Lucifer stabat polo. Respexit fortasse ad Ouidianum illud (nimirum in verbo *stabat*)
--diffugiunt stellæ, quarum agmina cogit
Lucifer, & cœli statione nouissimus exit: Vel etiam dixit, *stabat*, quia Planetæ non scintillant.

Emissa Priami sponte. non qualiter trahens &c. hic amphimacer creticus quintam possidet sedem quod est anorme. Tu corrige, *qualis.*

Magnanime Priami stirpe regali trahens
Nomen superbum. Effictum ex illo, Senecæ, *O clarum trahens à stirpe nomen regia*. In Herc. Furen.

Pag. 19. *Regina Phrygum*, &c. Vitium est in mensura secundi pedis, qui pyrrhichius est pro iambo. Corrige, *Phrygum*, & bene actum erit cum quantitate. Quæ in secundo itidem loco laborat, spondæum pro iambo statuens eo versu, *Vmbris qua vita corpore extincto datur.*

Pag. 20. *Ego non aperto bella, quod Marte ingeras.* Quidam docti viri melius esse aiunt *geras*, quàm *ingeras*. At ratio iamborum metrica id non admittit, quæ trochæos excludit omnino. Deinde *ingerere bellum* idem est atque *inferre*; vt non videam, quare mutato opus sit.

Pag. 21. *Sed nata sospes publica genti dedit.*
Hostiæ salutem. Ratio & metri, & sententiæ, *publicam*, legi flagitat. Pro *dedit* autem, longè melius, *dabit*.

Tirannus hostem vilis haud vltus sinet. Melius, *vltum*; ea sententia, *vilis tirannus hostem sinet inultum*. Cicero, *Cur hunc esse inultum tandu finis?*

Pag. 22. Chori huius versus anapæstici sunt. Sed statim vitium habes in secundo; quod vt eluatur, lege *dextera*, pro, *dextra*. In illo verò, *sicut angustas aer atque vias*, abundat vna syllaba. Emendabis, si pro, *atque*, repones, *ac*, vel, *&*. quanquam versus mihi suspectus. In ijs autem, *millena para Fulmina puppis Troiana premes e Ardeat omnis*, mendum subest omnino, quod alijs tollendum relinquo. Certè quod viri docti substituunt, *promens*, pro, *premens*, id metrum respuit.

--quicquid immune fuit fatis Hectoreæ, Ignea Tonantis maiore cadat. In versu illo, *Immune fuit fatis Hectoreæ*, læsa est quantitas. Ad illud autem, *Hectoreæ*, iungi volunt, *manus*; quàm suauiter, alij viderint. Tu meo periculo pro, *fatis Hectoreæ*, lege, *facis Hectoreæ*; hac sententia: *quæcunque naues Græcorum superfuerunt igni Hectoreo, cadant modò igne Ioue maiore.* Nonne vides, *maiorem ignem Ioue* referri ad minorem Hectoris? An nescimus, Hectorem intulisse ignem nauibus Achiuorum? Sed & hic ipsus poeta meminit hìc pauculos post versus Hectorei huius incendij, dum inquit, *robur Thrygijs Gentibus Hector, Troiaque decus, Millena facem cuius timuit Argiua ratis*. En tibi *fax Hectorea*, ad alteram hanc prælucens. Sed & rationi metricæ sic erit consultum.

Tu quoque, ò cœli Regina fave. Obliteramus, *ò*, metro id exigente.

Pag. 23. *Quid Troile te, Inclyte referam, viceſq; tuas?* male se habet quantitas in prima syllaba,

vices.

vices. In ſequenti autem verſu pro, *queſtus*, lege, *queſtus*.

Fratriſq; tui veneranda cœli. Neque *cœli*, neque *clari*, quod placet quibuſdam, legi poteſt; metro ſcilicet refragante. Quare aliud comminiſcendum.

Sed nunc ſacris placanda Diuum Numina noſtris. Pro, *diuum*, repone *deum*; metri ergò.

Actus ſecundi verſus eiuſdem ſunt notæ, ac primi.

Pag. 24. -- *vnam gentibus pacem dabis*. melius, *vna*.

Priamuſq; & coniux Hecuba. Corrige, *Priamuſq;*, *coniuxq; Hecuba*; ſecus, non bene agetur cum quantitate.

Pag. 25. *Solamen animo, nulla quod tantum rates* &c. Habes hic ſpondæum in loco pari, ſcilicet in quarto.

Credas, precari cælitem pacem Deos. Malunt nonnulli, *calites*. Sed &, *calitem*, bene habet. Pacem enim in Deorum album referebant, Græcis εἰρήνην dictam; filiamque Themidis eſſe aiebant, quod habes apud Heſiodum in theogonia, & Pindarum in Olympiacis.

Optata perage, nimium præſtat fauor. Claudicat hic verſiculus, vna fraudatus ſyllaba. Deinde quid ſibi velit, *Perage hoc, factor enim præſtat nimium*? Quis iſte fauor? Tu & metro, & ſententiæ conſule, ſcribendo, *numinum*, pro, *nimium*: quo pacto, & ſcribendum, & ſcriptum fuiſſe, quauis ſpõſione contenderim.

Pag. 26. Chori huius verſus Aſclepiadæi ſunt. Imitatur autem in eo chorum.

Immitis puer hic peruolat ocyor.) Primum Hippolyti

Excuſſo manibus fulmine Patrui.) Senecæ.

Si Cupido Vulcani, & Veneris filius eſt, certè Iuppiter auus illi erit Qui ergo *Patrium* eum dicit? An de Marte intelligit, & *fulmen* pro telis poſuit?

Hoc feruent iuuenes, hoc trepidos ſenes
Rurſus flore comas cingere concitat. Repone, *hic trepidos ſenes* &c. refertur enim ad, *calor*.

Et Taurus ſpolij nomina littoris,
Fratris regna ſecans pellore, tradidit. Nil mutandum cenſeo, præter *littoris*, cum *littori*, eo ſenſu, *Iuppiter factus cycnus, Ledam petijt, taurus autem Europam auexit; & nomen ſui ſpolij, hoc eſt Europæ ipſius, tradidit littori; ad quod videlicet appulit*.

At Proles clarum tygribus imperans,
Theſei dum ſpolium curribus attulit. Nemo non videt, euerſam eſſe quantitatem in prima ſyllaba, *clarum*: quam inſtaurabis, ſi repones, *calut*, quo verbo paulo poſt etiam vtitur eodem ſenſu, dum inquit, *Soror noctinagas regens Currus incaluit*. loco autem *at*, legerem, *ac*. Poſtquam enim dixit, *Iouem* deperiſſe *Semelem* ſubdit ſtatim, *At Proles*, ipſius nempe Iouis, & Semeles, Bacchum amore quoq; *caluit, dum curribus* in cœlum *attulit ſpolium Theſei*, hoc eſt Ariadnam, quam ille abductam Creta, periurus in Naxo reliquerat.

Pag 27. Ver. V. pro, *Theſſalum*, melius *Theſſalicum*.

-quidquid aduerſum obſtitit,
Clarumque fudit ſanguine, Paridis manu.
Iacet interceptum Quod nonnulli emendant, *Clarumq; fuit ſanguine*, id carminis ratio non admittit, daretur enim locus pyrrhichio. Alteram autem emendationem, *Clarumq; fudit ſanguinem*, & probo, & ſequor. Pro, *interruptum*, verò legendum omnino, *interemptum*.

--en nobis iter. *Quis nunc negabit?* lego, *en, nobis iter quis nunc negabit?*

Extrema natos fata poſuerant loco
Tuto, carentes hoſte felicem putans
Rupi quietem. Quid rei eſt illud *putans*? An *putabat* Hecuba, *natos* ſuos *felicem* agere *quietem*? Nihil minus. An *putans*, eſt *male putans, decepta, falſa animi*? Durum nimis. Ego legerim *puta*, vel *puto*; vt ſit ea ſententia: *extrema* mortis *fata tuto* in *loco poſuerant natos meos*, vtpote *carentes hoſte*, at ego *felicem* ipſorum *quietem puto*, vel *puta, rupi*, ideſt fortaſſe rupi: quia ſcilicet Achillem interemptum volui, qui apud inferos illos perſequetur, & male multabit. Poſt verbum, *hoſte*, interpungendum.

Non fugere poteris Theſſalas nate faces. Nemo non videt, legi non poſſe, *nate*, quantitate ſcilicet, reclamante. Deinde quem natum alloqueretur Caſſandra, cui nullus eſſet? Exiſtimo, legendum, *nate*; hac ſententia, Non poteris ò Hecuba, quæ Achillem occidi feciſti, non poteris inquam effugere Theſſalas natæ faces, hoc eſt, natam Polyxenam Achilli Theſſalo per matrimonium iungi. Illi enim ſuper tumulo mactabitur. Narrant, poſt Ilij direptionem petijſſe Achillem in ſomnis primoribus Græcorum, vt ſibi Polyxena mactaretur, quòd eam poſt mortem quoque adamaret: Idque per Neroas Neoptolemi manu patratum, vt habetur in Hecuba Euripidæa. Flauius autem Philoſtratus, Polyxenam aitex Troia prius, quàm illa caperetur, ſolam exiſſe; ſeque ſua ipſam manu ſuper Achillis tumulo iugulaſſe, deſiderio ſcilicet captam Herois; & reputantem ſecum, talem alterum ſponſum haud ſibi vnquam euenturum. Vtcunque ſit, cum ob alterutrius amorem hæc iugulatio contigerit, videntur quodammodo appellari poſſe nuptiæ, quales ipſe Achilles appellat in Troade Senecæ, inquiens,

Deſponſa noſtris cineribus Polyxena
Pyrrhi manu mactetur, & tumulum riget.

Quod ipſe confirmat Seneca, ſubtexens,

Tritonum ab alto cecinit Hymenæum chorus. Et eadem hecce Caſſandra factum hoc ἀμάτυμνα, ἀγαμέμνονος ὑμνάδες, *crudæ ſponſalia, nuptialiaq; ſacrificia* vocat apud Lycophronem.

Pag. 29. *Huc ferte greſſus iuxta famularis manus*. Habes hic dactylum in quarto loco, vltra præſcriptum iambopœię.

Occurrere arumnis dulce, præſcire eſt graue. Verſus dubio procul male deſcriptus, cum vnà abundet ſyllaba.

Pag. 29. Chori huius verſus Sapphici ſunt omnes, duobus exceptis Adonijs. In ijs verò, *Quiſquis aduerſis premiturq; fato Infimas Ponti rate vidit vndas* &c. male aptatur ſyntaxis, niſi legas, *atque imas*, pro, *infimas*; eo ſenſu, *quiſquis aduerſis premitur, atq; imas Ponti vndas vidit, ne deſerat ſpem* &c.

Pag 30. *Quiſquis humano ſaturat cruore, Cædis & dira eſt truculentus auctor* &c. Non memini me vidiſſe,

Digitized by Google

vidisse, *fatuare*, cum passiua significatione. Proinde legerim, *Quisquis humano fatur est cruore, Cadis & diua truculentus auctor.*

Proprio sui iugulo ministri. Pro, *sui*, reponerem, *suo*, quanquam non sum nescius, trochæum in secunda sede sapphica nonnunquam admittere.

Fixit hunc, necis testis est Apollo. Miror, viros doctos hìc non aduertisse, male descriptum hunc versum, ac legi omnino debere, *testis necis est Apollo*; manu ducente numero.

Diua, quam spernit sociale regnum,
Arbiter poni radiantis audax
Vindices spretæ tribuit sagittas.

Corruptus, & pessimè habitus locus: cuius sententia quæ sit, cum diu animo cum meo putassem, assequi minime potui. Vt tamen aliquid dicam, dicam quæ commemini Primùm autem, cum hìc de Paride, vt puto, agatur, existimo pro, *poni*, seu *ponti*, legendum, *pomi*; is enim iudex fuit inter Deas pomi à Discordia missi: & pro, *arbiter*, lego *arbitro*.

Iam Discordia læsa fuerat ab Achille, qui per nuptias Polyxenæ concordiam cum Troianis inire voluerat. Ea igitur vt se vindicaret, Paridi sagittas tribuit, quibus ille confodit Achillem. Ait ergo poeta, *Diua*, Discordia *audax*; quid enim audacius Discordia? *quam spernit sociale regnum*; vbi enim est societas, inde abest Discordia; *tribuit arbitro pomi radiantis* Paridi *sagittas vindices* sui *spretæ* ab Achille, quibus ipse à Paride interemptus est. Discordiam autem antiqui deam faciebant. Hanc interpretationem pro genuina tibi non vendito amice lector, posui tamen, ne in re dubia tacerem. Tu meliora substitue.

Pag. 31. *Quis furor Ætnæ spiritu sæuo calens.* Hic pes princeps choreus, citra legem carminis. Legerem, *quisve furor.*

Et mille robur puppis Argolicæ inclytum. Posuit, *robur mille puppis*, pro, *mille puppium*. Quod an dici possit, alij viderint. Certè si, *mille*, adiectiuum sit, cum singulari numero copulari non poterit; si verò substantiuum, secundo casu donabitur; quod nec reperi vspiam, nec reperiri credo.

Epulo Thyestis) mergis sed ferò caput?
Corrige, *mergis at ferò caput?* Aliter habebis spondæum in quarta sede.

Pag. 32. *Et sæua fulsit Dardani Phœbi domus.*
Pelens cacumen vidit. hic velox gradum
Tum concitabat.

Turbata quoque sunt hæc. Quæ nisi purgentur, vix erit, vt solidam sententiam expiscari possimus. Ego sic reponerem,

Vt sæua fulsit Dardani Phœbi domus,
Pelius cacumen vidit. hic velox gradum
tum concitabat; ea mente; *Simul atque apparuit Troiæ, Achilles illius cacumen, puta Acropolim aspexit, atque illuc velox contendere cœpit*: vel potius, & melius. *Vt Phœbi templum apparere cœpit, Achilles continuo illius cacumen vidit, eòq; celeriter gressum ferebat*. Vocat autem *Phœbum Dardanum*, hoc est *Dardanium*, quòd Troianis faueret, & Paridi Achillem obtruncanti præsto fuerit. Achillem autem Pelium à Pelio monte patrio, in quo, & altus, & formatus fuerat, appellat.

--Astra vergebant Datis Horrenda fata. lego,
Dnci.

Ecce ecce tetigi liminus sacri fores. lego, *tetigit.*
Scelus hoc tremisco. Delendum hoc hemistichium, vtpote importunum, & quod fragmentum sit versus hoc eodem ab nuncio superius allati,
Scelus hoc tremisco, deserit corpus vigor.

Pag. 33. Versus Chori huius Choriambici Glyconij sunt omnes. *Auster nubifer aduolat.* Retineo, *aduolat*, vt sit schema asyndeton, *Auster nubifer aduolat, Lucem protinus excutit, Cœlum nubibus induit.* Per hoc autem innuitur tempestatum, fortunarumque repentina mutatio. Ἀνωίδετον enim ἀνὸν & Hermogeni.

In glisca tenui cibus Securè capitur.
Minime mihi
Dubium, pro, *glisca*, reponendum esse, *disca*.
Seneca Thyeste,
Tutusque mensa capitur angusta cibus.
Vides, *mensam* huius *angustam* esse *tenuem* illius *discum*. Senecæ autem acerrimum imitatorem, parum licet felicem, hunc esse auctorem, latere arbitror neminem.

Olim qui timor Ilios. Lego, *Ilij.* hoc enim nomen in classe περιφοντλάβων minime recensetur.

Pag. 35. *Vel cum parente dextra contenta furens,*
Et quante Niobes fleruerat prolem Deus.

locus fœdè corruptus, cuius tamen sententiam hanc esse credo. Apollinem orat, vt Paridem sagittis petat, sicuti olim Pythonem, & filios Niobes petiuerat. Notum est autem, Niobem aliquando se prætulisse Latonæ, quòd hæc duos tantum filios peperisset, ipsa vero stiparetur ab quatuordecim. quam ob rem ab Apolline, & Diana iaculis ad vnum ij omnes confossi. *Esto*, igitur *ò Phœbe*, inquit poeta, *talis aduersus Paridem, qualis fuisti, cum dextera* tua *furens, parente* Latona *contempta, sterneret prolem Niobes æquate deis*, quæ scilicet, se dijs æquauerat. Lege igitur.

Vel cum parente dextra contempta furens
Æquatæ Niobes sterneret prolem Deis.

Non me fugit, claudicare pedem secundum, qui dactylus pro iambo sit, vel tribracho; sed poeta hic aliàs id admisit.

Hac dextra Paris vindice in pœnas cadat. Vitium hìc habes in secundo pede. Tolletur, si leges, *Dextra Paris hac vindice* &c.

Aga. *Accendit animos causa, Pelide, tuos,*
In causa thalami. Corrige alterum versiculum sic,
Accendit animos causa Pelidæ tuos. In altero autem habes dactylum in secundo loco.

Repetis ingales Marte violento faces? Tolle interrogandi notam.

Postremi chori versus anapestici sunt tetrametri acatalectici omnes, duobus exceptis dimetris acatalecticis ltimijs.

Lugere decet fortis Achille. Hìc aliquid mendi subest. quid enim, *lugere Achille? fortis? fortem Achillem*, fuerat dicendum.

Felixq; vires, si lethæas Non bibit vndas, lego, *bibis.*

Quicquid Iouem naribus efflat. Iambum habes in se-

in ſecundo loco, quod ferri non poteſt.

Fata gubernant mortale genus,
Et prima dies vltima nouit. Quam δυσέπεον Seneca?

Primuſque dies dedit extremum. Act. V. Oed.

Non ipſe Deus mutare poteſt Quicquid fatis neſtitur altis. Seneca ibidem, *Non illa Deo vertiſſe licet Quæ nexa ſuis currunt cauſis.* Hoc autem eſt ex diſciplina ethnica, quæ Deos quoque fatis ſubijciebat. neque id iniuria, *quoniam omnes dij gentium dæmonia.* His mihi ſalue Achilleis, Muſſatine an alius, docti cenſeant; fabula certè melior, ſtylo non inferior, exemplo autem longè deterior Ecciriníde.

FINIS.

CORTVSII
PATAVINI DVO
Siuè
GVLIELMI ET ALBRIGETI
CORTVSIORVM
HISTORIA
DE
Nouitatibus Paduæ , & Lombardiæ
Ab Anno MCCLVI. vsquè ad MCCCLXIV.

Solerti FELICIS OSII calamo seriò castigata,

Beneficio MSS. Exemplarium IV.

Quorum

Primum sumministrauit Illustrissimus Serenis Reip. Venetæ Senator,& obliteratę Veterum Scriptorum memorię restitutor, DOMINICVS MOLINVS: Secundum, exaratum Viri docti Franciſci Mussati manu, Consanguineus eius, & I.V.C. MARCVS ANTONIVS MVSSATVS: Tertium BARTHOLOMEVS PETARDVS, Veronensis I.C. &c. Postremum IACOBVS PHILIPPVS TOMASINVS Canonicus Secularis S. Georgij ab Alga Venetiarum,& S. Mariæ ab Auantio Patauij Prior.

ADMONITIO
AD LECTOREM
DE CONDITORIBVS
huiuſce Chronici.

ETſi Titulus, adſcriptus initio libri primi, in MSS. Codicibus melioris notæ non alium, quàm GVLIELMVM CORTVSIVM Operis vniuerſi conditorem agnoſcat: fatendum eſt tamen cum ijs, qui Patauinarum rerum Scriptores antè nos cognitos habuerunt, ad ea, quæ GVLIELMVS ſcripſerat *de Nouitatibus Paduæ, & Lombardiæ*, ALBRIGETI quoque CORTVSII manum, & calamum acceſſiſſe, quibus illa meliora redderet; atquè adeò nonnullis in Capitulis efficeret pleniora. Duxerat initium Operis GVLIELMVS ab illis Capituli octaui Libri primi: *Libera Marchia permanente, &c.* adiecit ALBRIGETVS ſeptem Capitula, quæ præcedunt, de Hezerino, & Alberico fratribus de Romano, cuius ergò in MSS. acephalis non leguntur. Creuerunt ad hæc acceſſionibus Scriptoris eiuſdem Librorum aliorum Capitula quæppiam, ne quis exiſtimet, parùm illum in tanto Opere de Lombardia, & Patria meruiſſe. Fuerunt etiam, qui cenſerent, & hos inter Bernardinus Scardeonius, rerum Patauinarum apprimè doctus, ALBRIGETVM Hiſtoriam, interceptam GVLIELMI morte, eiuſdem exemplo; ſed maiori felicitate proſecutum eſſe, exorſumquè altiùs maiora ſcripſiſſe, tam de domeſticis, quàm etiam de rebus geſtis Gentiùm aliarum. Ea re nos, CORTVSIOS DVOS, laborem iſtum Hiſtoricum, vtriquè Scriptori ex eadem domo communem, inſcripſimus. Quanti porrò is labor à Doctis fieri debeat, vel illud argumento eſt, quod vterq; Scriptor ea, quæ vidit; immò & pleraquè, quorum pars magna fuit, in eo literis conſignatum ijt, vt vel hoc vno nomine verus vterquè Hiſtoriæ Alumnus, & Myſta debeat appellari. Hiſtoria quippe ab εἴδω ἔσω, *video*, eruditis dicta, & à Gellio ex Priſcorum ſententia definita: Narratio rerum geſtarum, quibus inter fuerit is, qui narret. Atquè huc fortaſsè reſpiciens Plutarchus in Pericle, eandem ἡλικιώτην, hoc eſt *coetaneam* voluit appellare, quòd æqualium, ideſt eorum, qui rebus, quas ſcriberent, interfuiſſent, induſtriam deſideraret: & Gale-

Digitized by Google

nus, insignis Author, in Libro de Sectis tum αὐτοψίαν, hoc est, *proprium intuitum, & spectationem*, tum *experientiam* cum Historia coniunxit, quasi verò nil aliud illa sit, quàm Narratio eorum, quæ viderimus ipsi, aut experti simus. Scripsit autem vterquè post ALBERTINVM MVSSATVM, Patauinum Historicum, & Poetam, vt apertè indicant, quæ passim ex illius *Eccerinide* proferuntur, & maximè primis in Capitulis Libri primi. Viget adhuc, floretquè Patauij Cortusiorum familia nobilis, & digna Maioribus sobole propagatur. Et hæc quidem de vtroquè huiusce Chronici Conditore prænotasse libuit ne, AMICE LECTOR, rudis, & hospes omnino in eiusdem adyta penetrares.

CLARI VIRI QVI

De Scriptoribus ijſdem, eorumquè familia meminere.

IOANNES ANAONE

nondum editus, in Familijs Patauinis.

I, qui de CORTVSIIS *dicuntur, fuerunt curialis conditionis.* Mattheus de Cortuſijs, *ornatus militia, diuitijſquè multùm abundans, genuit* Albrigetum, *qui ſimiliter factus eſt miles à nobili Viro* Guecilo de Camino. *Hic, poſtquam fuit militari calcario decoratus, Poteſtariam Feltrinæ Ciuitatis ab illo habuit, cum* Guecilus *eſſet illius Tyrannus. Fulget Clypeus glaucus cum trauerſa rubea, quæ deſcendit ab humero clypei vſquè ad medium.*

IOANNES DOMINICVS SPAZZARINVS

Patauinæ Reip. Cancellarius MS.

In Præfatione Operis de rebus geſtis à Venetis in Continenti.

ALbertinus Muſſatus, GVLIELMVS CORTVSIVS, Patauini, *res ſui temporis ſcripſere. Ille heroico carmine, hic in Hiſtoria de rebus domeſticis multa, & de externis quædam.*

BERNARDINVS SCARDEONIVS

Canonicus Patauinus

Libro II. de Antiquitate Vrbis Patauij, & claris Ciuibus Patauinis, Claſſe X. quæ eſt de Claris Grammaticis, Rhetoribus, & Oratoribus Patauinis.

NOn multò poſt ea tempora habitus eſt inter Doctos vel in primis GVLIELMVS CORTVSIVS, *qui de his, quæ Patauij ſuis temporibus geſta fuerant, ſcribere adortus eſt: quam interceptam morte Hiſtoriam* ALBRIGETVS, *eius conſanguineus, huius quidem exemplo; ſed maiori felicitate, poſteà proſecutus eſt: exorſuſquè altiùs maiora ſcripſit, tam de domeſticis, quàm etiam de rebus geſtis aliorum populorum, quæ ſibi digna memoratu viſa forent: nullo tamen verborum cultu, aut orationis elegantia. Quare* Petrus Paulus Vergerius *de hoc in Vitis Carrarienſium ſic refert.* CORTVSIVS, *inquit*, cum ſcriberet, venuſtatem orationis, quam præſtare non poterat, facilè neglexit. *Texuit de Acciolini Tyrannide longos Annales,*

les, qui adhuc extant, & à multis magna cum voluptate leguntur. Insuper de bello Canis Scaligeri, Veronensis tyranni, aduersus Patauinos, & alia multa, ità vt, pro ingenij facultate, gesta Patriæ, & se ipsum perpetuæ posteritatis memoriæ commendarit.

Verba VERGERII hæc ipsa sunt, quæ subduntur ex optimo MS. in Proemio libri de Principibus Carrarienſibus, & eorum gestis.

INde verò (post ALBERTINVM MVSSATVM) GVIELMVS DE CORTOSIIS contemporaneus eius, & conciuis, & ipse quidem Historiam conscribere adortus est. Multaquè post illum vita ei superstes, cum de domesticis, tum etiam externis rebus, in vnam seriem collegit. Verùm, dum res scriberet, venustatem orationis, quam præstare non poterat, facilè neglexit. Et apud istos quidem tametsi multa de Viris, de Familiæ tamen huius origine nihil agitur.

PAVLLVS MERVLA
Parte II. LIB. IV. Cosmographiæ Generalis, in Patauio.

FLorent etiamnum hodie Patauij familia Transalgarda, Sforzatea, Capilistia, Tada, Comitum Baonorum, Comitum S. Bonifacij, Lionellorum, Daulorum, Dottorum, Maltrauersorum, Nonianorum, Vici Aggeris, Rustica, Trapolina, Malfattorum, Zaccorum, CORTVSIORVM, Capuaciorum, &c.

GERARDVS IOANNES VOSSIVS
Lib. III. de Historicis Latinis.

GVLIELMVS CORTVSIVS, ac consanguineus eius, ALBRIGETVS CORTVSIVS, Patauinus vterque, in pretio habebantur temporibus Henrici VII. & Ludouici IV. Horum prior rerum Patauinarum historiam est exorsus: sed posterior perfecit. Minor autem cultus est in GVLIELMO: de quò sic Paullus Vergerius in vitis Principum Carrariensium, & ex eo Bernardinus Scardeonius Lib. II. rerum Patauinarum. CORTVSVS, cum scriberet, venustatem orationis, quam præstare non potuit, facilè neglexit.

LAVRENTIVS PIGNORIVS
Sacerdos, & Antiquarius eruditissimus Patauinus in Schedis MS. de Historicis Patriæ.

GVLIELMVS CORTVSIVS perscripsit res gestas suorum temporum ab anno MCCLXXIII. *ad annum* MCCCLVIII. *ALBERGHETVS CORTVSIVS, Gulielmi Nepos, omnia recudit, & ad sua tempora produxit. Floruit anno Domini* MCCCIII. *& deinceps.*

IA-

IACOBVS quoquè MARCHANTIVS in Descriptione Flandriæ Lib. III. vbi agit de cæde Ludouici, Aurelianensis Ducis, Caroli Sexti Regis fratris, meminit GVILIELMI COVRTEHEVSI Normani, & THOMÆ COVRTHEVSI, Regij Cubicularij. Incidit hæc cædes in annum 1407. vt inquit Serranus, qui etiã mentionem fecit GVILIELMI, quem Marchantius nominat. An verò CORTVSII Patauini ad illos originem suam referant, nescire se fatetur eruditissimus, amicissimusquè Pignorius, qui Marchantij locum humaniter indicauit. Scit sanè, fuisse ex illis, qui Maiores suos Gallos fuisse affirmarent.

EXtat & ALBRIGHETTI DE CVRTOSIIS mentio in Priuilegio Caroli IV. Romanorum Imperatoris, & Bohemiæ Regis, indulto Magnifico D. Iacobo de Carraria II. Nonas Iunij Anni Domini CIↃ CCC XLVIII. in hæc planè verba apud Anonymum, qui Carrarienſium Stemma confecit, ad annum CIↃ CCↃ XLVI.

Considerantesquè, quod claræ memoriæ Inuictissimus Princeps Henricus Septimus, auus noster, tunc in imperiali solio constitutus, Iacobum quondam Marsilij, Ubertinum quondam Bonifacij, Nicolaum eius filium, Marsilium quondam Perinzani, Oppizonem quondam Marsilij de domo illorum de Carraria, Tisonem nouellum quondam Tisonis, & Guillielmum quondam Iacobi, ambos de Domo illorum de Campo S. Petri, Belludum & Zambonettum quondam Alexandri de Belludis, ALBRIGHETTVM quondam MATTHÆI DE CVRTOSIIS, & Philippum quondam Demitrij de Comitibus, & alias quamplures singulares personas de Ciuitate Paduæ nominatim. Necnon & Commune ipsius Ciuitatis, & personas omnes dictæ Communitatis generaliter pro quibusdam excessibus, & delictis, vt dicebatur, ab ipsis perpetratis, de crimine læsæ maiestatis sententialiter condemnauit, &c.

IN-

INDEX CAPITVLORVM LIBRI PRIMI.

QRatio Populi Paduani capto Monteſilice per Hezerinum. j.
Memoratio Hezerini de Romano. ij.
Qualiter Padua trabitur de dominio Hezerini. iij.
De Geſtis per Hezerinum capta Padua per Legatum. iv.
De captione Legati. v.
De morte Hezerini. vj.
De morte Alberici de Romano, & ſuorum. vij.
De quibuſdam nouitatibus poſt excidium familiæ de Romano. viij.
De diſcordijs Marchionum Eſtenſium. ix.
De Ferraria, & Venetis excommunicatis. x.
De ſtatu pacifico, & magnifico Ciuitatis Paduæ. xj.
De aduentu Imperatoris Henrici. xij.
De amiſſione Vicentiæ, & alijs factis. xiij.
De Padua data Imperio, & Paduanis rebellibus. xiv.
De morte Gulielmi Nouelli, & Confinatis primò, & alijs. xv.
De diſputatione Senum cum Iuuenibus, & quaſi prophetia futurorum. xvj.
De morte D. Rizardi de Camino. xvij.
De captione Motæ, & exercitu Quarteſoli, & alijs. xviij.
De Lucio dato Domino Cani, & alijs cauatcatis in Monte. xix.
De Taruiſinis fugatis per Comitem Goritiæ. xx.
De morte Imperatoris, & quibuſdam caualcatis. xxj.
De horribili morte quorundam. xxij.
De captione Domini Iacobi de Carraria, & prima pace facta cum Domino Cane. xxiij.
De morte fratris Regis Apuliæ. xxiv.
De Pace facta, & morte Comitis S. Bonifacij. xxv.

LIBRI SECVNDI.

DE Monteſilice capto à D. Cane. j.
De ſecunda Pace facta cum Domino Cane, & de quibuſdam de Ciuitate fugatis. ij.
De dominio Paduæ dato Domino Iacobo de Carraria. iij.
De obſidione Taruiſij, & qualiter fuit datum Comiti Goritiæ. iv.
De obſidione Ciuitatis Paduæ. v.
De Concione facta in Palatio. vj.
De Caſtro Baſſanelli. vij.
De Geſtis per Paduanos, & Cittadella, & Ambaſatoribus Venetorum. viij.
De Padua data Comiti Goritiæ. ix.
Qualiter D. Canis voluit capi, & de extrinſecis Paduanis condemnatis. x.

Hic primò Vicarius Ducis Austrie intrauit Paduam. xj.
De Tregua,& captione Asoli,& Montis Bellune. xij.
De preda Boionis, & morte Rainaldi. xiij.
Qualiter D. Canis presumpsit intrare Paduam furtiuè. xiv.
De defensoribus Ciuitatis, & Paduanis qui cum Domino Cane fuerunt contra Paduam. xv.
De captione Potestatis Castri. xvi.
De fuga D. Canis capto Castro. xvij.
De morte Macharuffi, & Guecilli Aduocati de Noale. xviij.
De obsidione Montisilicis, & spoliatione terre de Est. xix.
De tertia pace facta cum D. Cane, Cittadella, & Feltre. xx.

LIBRI TERTII.

DE Ciuitate data Duci Karintię. j.
De Vigozolo, & pace Padue, & morte Comitis Goritie. ij.
De Duce Austrie, & captione D. Guecilionis. iij.
De aduentu Ducis Karintię in Marchiam. iv.
Qualiter D. Canis vindictam fecit de predictis. v.
De Ciuili bello, & morte Gulielmi Dentis. vj.
De morte Domini Altinerij, & Azonibus confinatis. vij.
De electione Ducis Bauarię in Romanorum Regem. viij.
De priuatione Ludouici, & gestis per rebelles Ecclesię. ix.
De aduentu Ludouici in Italiam. x.
Summula gestorum per Ludouicum. xj.
De Domino Nicolao de Carraria, & terra Estensi. xij.
De auxilio Theutonicorum. xiij.
De tribulationibus Paduanorum. xiv.

LIBRI QVARTI.

DE causis, quibus Padua data D. Cani. j.
De pactis factis cum D. Cane. ij.
Quo ordine D. Canis intrarit Paduam. iij.
De gestis Padue per Dominum Canem. iv.
De Paduanis extrinsecis. v.
De publica lętitia facta Verone. vj.
De nominibus militum ordinatorum Verone per D. Canem. vij.
De obsidione Parme, & Taruisij. viij.
De morte D. Canis. ix.
De gestis post mortem D. Canis. x.
De quibusdam duris nouitatibus in Lombardia. xj.

Digitized by Google

LIBRI QVINTI.

De Rege Boemiæ, & Brixia. j.
De Brixia data Domino Maſtino, & Bergamo dato Domino Azzui Vicecomiti. ij.
De obſidione Ferrariæ. iij.
De ſecundo aduentu Regis Ioannis, & alijs. iiij.
Quomodo Legatus dominium Bononiæ acquiſiuit, & de eius expulſione. v.
De obſidione Colurnij, & alijs. vj.
De Nuptijs, & Curia Domini Marſilij de Carraria. vij.
De Brixello, & alijs. viij.
De diſcordia Venetorum, & Patriarchæ, & morte Rizardi. ix.
De Parma, & Luca, & morte Raynaldi Marchionis. x.

LIBRI SEXTI.

De potentia Dominorum della Scala, & alijs. j.
Qualiter Domini della Scala cœperunt declinare, & de captione Gerardi de Camino. ij.
De Meſtre, & aduentu exercitus Venetorum. iij.
De furore, & rabie Theutonicorum, & alijs. iv.
De quibuſdam geſtis à Theutonicis, & alijs. v.
De quibuſdam Rebellibus, obſidione Tarviſij, & alijs. vj.
De Aduocato Tarviſij, & coniuratione facta contra Dominos della Scala. vij.
De quibuſdam geſtis per Dominum Maſtinum, & exercitu Venetorum. viij.
De Ciuie, Feltre, & alijs capitulis, & Bononia. ix.

LIBRI SEPTIMI.

De liberatione Ciuitatis Paduæ à dominio illorum della Scala. j.
De Dominis Ambaſſatoribus Venetiarum, & Florentiæ. ij.
Reſponſio Domini Marſilij. iij.
De morte Dominorum de Rubeis. iv.
De carceribus Domini Alberti, & filio Regis Ioannis. v.
De regimine Paduæ, & Brixiæ. vj.
De exercitu Montisſilicis. vij.
De filio Domini Maſtini obſide, & alijs. viij.
Quo ordine D. Vbertinus de Carraria receperit dominium Paduæ. ix.
De morte Domini Marſilij. x.
De liberatione Gerardi de Camino, & alijs capitulis Montisſilicis. xj.
De Monteclo, & alijs capitulis. xij.
De liberatione Montisſilicis, & alijs. xiij.
De Caſtro Montisſilicis. xiv.
De captione Nobilium de Foiano. xv.
De Turribus Quarteſoli, & Burgis Vicentiæ. xvj.

Digitized by Google

De morte Aduocati, & aliorum nobilium. xvij.
De pace Venetorum. xviij.
De executione pacis promulgatæ Venetijs. xix.
De captione Loderisij, & vendicta Theutonicorum. xx.

LIBRI OCTAVI.

DE Campo Sancti Petri, & nobilibus dictæ domus. j.
Summula quorundam gestorum. ij.
De nuptijs Domini Vbertini, Mundisino, & alijs. iij.
De coniuratione facta contra Dominum Vbertinum, & alijs. iv.
De societate facta contra Dominum Mastinum, & alijs. v.
De facto Parmæ, & Mantuæ, & alijs capitulis. vj.
De captione Principis Ioannis, & obsidione Lucæ. vij.
De morte quorundam, & alijs capitulis. viij.
De Domino Florentiæ, & eius expulsione. ix.
De societate quorundam Theutonicorum, & Duce Venetiarum. x.
Qualiter Domini Vbertinus, & Mastinus amicabiliter conuenere. xj.
De morte illorum de Flumicello. xij.
De Comite Araldo. xiij.
De Falsarijs, & facto Xichi, & morte Lamici, & alijs. xiv.
De fuga Marchionis, & facto Parmę. xv.
De morte Petri Zeni, & facto Turcorum. xvj.

LIBRI NONI.

DE morte magni Vbertini, & eius successoris. j.
De gestis per Iacobum de Carraria, & eius dominio. ij.
De morte Regis Apuliæ, & alijs. iij.
De morte illorum de Lucio. iv.
Magnus Iacobus efficitur Venetiarum Ciuis. v.
De facto Zadræ. vj.
De captione Xichi de Caldenatio. vij.
De morte Regis Ioannis, & alijs. viij.
De facto Rauennæ. ix.
De Domina Isabella. x.
De morte Regis Ludouici, qui se dicebat Imperatorem. xj.
De Tribuno Romæ. xij.
De Rege Vngariæ. xiij.
De clade inaudita. xiv.
De morte Hengelmarij de Villandres, & alijs. xv.
De Vicecomitibus. xvj.

Digitized by Google

LIBRI DECIMI.

DE Domino Legato. j.
De B. Antonio, D. de Valse, & alijs. ij.
De morte Domini Patriarchæ, & nuptijs Dominæ Ziliolæ. iij.
De morte Domini Iacobi de Carraria, & nuptijs Domini Bernabouis. iv.
De dominio Dominorum Iacobini, & Franciſci de Carraria. v.
De Bononia, & eius dominio. vj.
De diſcordia Venetorum, & Ianuæ. vij.
De morte, & diſcordia Marchionum, & alijs. viij.
De nuptijs Domini Iacobini de Carraria. ix.
De facto Veronæ. x.
De coniuratione contra Vicecomites. xj.

LIBRI VNDECIMI.

DE Aduentu Imperatoris Caroli in Lombardiam. j.
De prima corona Imperatoris, & de Militia Franciſci de Carraria. ij.
De aduentu Imperatoris. iij.
De ſecunda Coronatione Imperatoris. iv.
De coniuratione facta contrà Imperatorem. v.
De receſſu Imperatoris, & D. Patriarchæ. vj.
De captione, & vindicta Zamboni. vij.
De aduentu Regis Vngariæ. viij.
De captione D. Iacobini de Carraria. ix.
De geſtis poſt Treguas. x.
De Pace facta inter Regem, & Venetos. xj.
Tenor Priuilegij conceſſi Domino Paduæ per Regem Vngariæ. xij.

Digitized by Google

GVLIELMI ET ALBRIGETI CORTVSIORVM HISTORIA DE Nouitatibus Paduæ, & Lombardiæ

INCIPIT LIBER PRIMVS.

CAPITVLVM I.

Oratio Populi Paduani capto Montefilice per Hezerinum.

Glorioſa IVSTINA, Ciuitatis Paduæ Regina, in noſtris neceſſitatibus ſemper clypeus, & tutela, in nos reſpice oculis pietatis: malitijs hominum obuia, quoniam inter Ciues creſcunt iniuriæ, odia, deceptiones, fraudes, & (quod peius eſt) quidam nituntur Paduam tuam propriam Ciuitatem ſummittere dominio Hezerini de Romano, qui Montemſilicis occupauit, & ſolummodo cogitat Ciuitatem inuadere fraudulenter. Veſtris etiam precibus Dominus Noſter à ſeruili iugo nos defendat, ne fauces tyrannicę nos deuorent, & viduas cum orphanis compellant mendicare, libertate perpetuò carituros.

D. IVSTINÆ reſponſio.

Ego verè, Regina Ciuitatis Paduæ, Regis Vitaliani filia, tempore mei Martyrij vos nobili Priuilegio prędotaui, dicens, *Ciuitatem meam Paduæ liberè relinquo in manibus populi mei*, quod Glorioſus Dominus vobis longiſſimo tempore conſeruauit. Vobis autem ingratis, & veſtræ ſaluti immemoribus, odia, rapinæ, homicidia, deceptiones, fraudes, bella placent: & quidam iam Paduani Montemſilicis acceſſerunt, volentes Hezerini parti fauere. In vanum ergò nolite effundere preces veſtras; ſed diſcite ſeruire Tyranno cum graui ſubiectione. Sic enim veſtra opera meruerunt.

Amodo Paduani videntes auxilio veri Domini ſe *relictos, ac etiam potentiam Hezerini, ſtabant, quid facerent, dubitantes.

Al. Deſtitutos.

Memoratio Hezerini de Romano. Cap. II.

Videns Hezerinus de Romano, quod Vincentia, & Verona ſuo Dominio ſubiacebant, & iam cęperat Montemſilicem; cum ſua militia verſus Paduam equitauit, credens eam cappre violenter: ſed Paduani ſe illa die viriliter defenderunt, exeuntes obuiam Hezerino. Sed communitas Paduæ in tali propoſito non ſtetit in poſterum: imò ſtatim in ſequenti die in MCC XXXVII. die IV. exeunte Februario, Hezerinus intrauit Paduam, recturus ibidem de conſenſu ciuium pro D. Federico Romanorum Rege.

Hezerinus Paduam ingreditur anno 1237.

1237

Digitized by Google

Stabat amodo Hezerinus cogitans destruere humanum genus, causasquè inuenit inauditas, multos cogens cum Filijs, & Vxoribus per alienas Prouincias mendicare: alios verò, gladio, furca, igne, carceribus inauditis facit etiam mortem durissimam sustinere: paruulos verò genitalibus ęgris, iubet ęcari; mamillæ mulieribus abscinduntur: petit frater cremare fratrem, natus matrẽ, vt placeant dicto Tyranno. Est Hezerinus inspector * tantorum scelerum, & queritur parùm sceleris, dum restat, quod * prępparet Patauinum genus: & asperans iras, ait Alberico suo fratri, qui in Taurisio similẽ ęquitiem exercebat, * *Delicta Gentiũ possunt vlrices manus, capiamus vrbes, & vndiquè lata Regna, promissa Lombardia me Dominum vocat, habere puta, ad ortus signa referantur mea,* * *cum Plebe pereat omne Nobilium genus,* * *licet amodo esset fas, & nefas.* Tunc Albericus ait. *O mi frater, Infernus annuat Pater. Sed ad quid inanes ducimus frustrà moras, finge te iratum mihi. Hæc dolosa species trahet multos ad interitum, agamus bella, Fides vndiquè absit nobis, & Pietas semper procul. Mundo dati sumus, vt scelera vlciscamur. Parere licet: turres, & habitacula, & palatia delicata destruamus: omnino priuemus omnes honoribus, & diuitijs, adeò vt vini possint mortuis veraciter inuidere. Inferamus tales pœnas hominibus, & tantas, quales, & quantas nunquàm intulit Pharao, neqùe Nero, nec crudelis Annibal, non Sylłę crudelitas, vel Herodis!* Ecce nunc manifestè videmus, quanta horribilia, & nefanda Tyranni operantur in Ciuitatibus, quibus regnant, quod debet esse exemplum cunctis, vt talium sit spernendum dominium, vitandum seruile iugum, & modis omnibus defendenda libertas vsquè ad finem mortis. Amodo Senes & Iuuenes, & generaliter omnes in tantis angustijs commorantes misericordiam quærunt, sic dicentes *. *Quid Deus tantos pateris furores? Cur terra non debiscit sub pedibus, vt hic Hezerinus subeat tenebras. Te Patrem Cęli populus redemptus inuocat supplex iterùm relapsus.*

Al. Tyrannicè,

Mel. Reparet.

Albericus de Romano. Lege, ex Actu III. Sc. I. Ecce vinidis Mussati, cuius è fontibus hęc dedu ctа.

Delicta possunt Gentiũ vlrices manus. Capiamus vrbes vndiq; & latè loca. Promissa Lõbardia me Dominũ vocat. Habere puto. Mens nec ibi fistam gradus. Italia mihi debetur haud equidẽ satis est illa, ad ort⁹ signa referant ea. *Habes hęc eadem in eodem Actu Sc. II. Legerẽ ex eadem Scena.*

Iamq; omne fas licet, & nefas. *Mussatus hęc eadem sic expressit in laude in Actu Sc. I.*

Finge te iratũ mihi. Dolosa species hęc ad interitum trahet. Hinc inde multos transfugas; absit Fides, Pietasq; nostris actibus sępe procul. *Adi suẽ Chori Act. II. Eccerinidis.*

Legatus Pont. Paduã adimit Hezerino.

Ansedisius Guidotus Vicarius Paduæ.

Qualiter Padua trahitur de Dominio Hezerini. Cap. III.

INiquus Tyrannus Hezerinus cogitans ducere ad effectum, quod iam longo tempore putabat, scilicet deuastare Mantuanum districtum, & postmodum progredi ad maiora, congregatis in Verona militibus, ac peditibus de Marchia Tarusina, ac etiam suis militibus Teotonicis, in quibus habebat maximam confidentiam, magnificè, & potenter equitauit versus Mantuam M CC L V I. circà principium Mensis Madij. Ecce quidam Legatus Romanæ Ecclesiæ, qui venerat Venetias de mandato Summi Pontificis, conuocatis Venetis, Ferrarensibus, & Nobilibus expulsis de Marchia Tarusina, prędicans Sanctam Crucem in perniciem Hezerini, Nobili viro Tisoni de Campo sancti Petri consignauit vexillum Sãctæ Crucis. Hoc facto Legatus, qui se asserebat nosse voluntates Paduanorum, qui detinebantur sub Imperio Hezerini, de consilio D. Marci Quirini Potestatis Paduæ, Marci Badoarij, Tisonis prędicti, & aliorum Nobilium de Marchia Tarusina, post expugnationem quorundam Castrorum, exercitum suum feliciter collocauit in Villa Plebis. Cum verò fama tenuit, quod gens Crucis erat in Plebe, multi habitatores Villarum venerunt ad Legatum alacres, quasi expugnare deberent barbaras nationes. Facta in Plebe concione solemni, Legatus se mouit versus Paduam, & post magnam expugnationem, sicut placuit Summo Deo, Legatus cum gente sua tam potentem, tam inuictam habuit Ciuitatem, positis armis intrinsecus, nec fuit multa strages hominum occisorum; sed inter vnam partem, & aliam fortè quinquaginta homines perierunt. Facta fuerunt prędicta M CC L V I. Die Lunæ XII. Mensis Iunij. Reclusis hostibus intrà muros, omnes affectuosè hanc diem benedicebant, quam sua ætate venturam vix aliquis cogitasset. Die verò sequenti omnis gens, Crucis arma lętanter arripuit, & pugnatum est vndique: sed tandem mota porta Pontis Altinati per ignem, intrauit Ciuitatem gens Legati. Ansedisius verò Guidotus, qui se appellabat Vicarium Imperij vsquè Tridentum, qui pro Hezerino in Padua multas ęquitias perpetrauerat, videns ignem per portam Sancti Ioannis, aufugit, quem sui videntes conuersum in fugam, & ipsi similiter fugierunt. Fugatis hostibus apertæ sunt portæ Ciuitatis ex omni parte. Extractæ sunt de carceribus omnes fœminæ, ac pueri, quibus septem magnæ domus erant plenę in tantum, quòd vix poterant vincere, vel spirare. In introitu Ciuitatis mortui fuerunt circà septem, cuius potuit esse causa, quòd Paduani intrinseci extrinsecorum aduentum toto desiderio expectabant. In paucis verò diebus sequentibus Mestre, & quasi omnia loca Paduani districtus fuerunt reddita D. Legato, & Communi Paduæ; & in tantum se prœceptis Matris Ecclesiæ subdiderunt, quod pauci, imò ferè

1256

ferè nulli fuerunt, qui haberent de malis præteritis memoriam, vel de tranſactis cruciatibus condolerent, quoniam dulcedo poſt amaritudinem plus delectat.

De Geſtis per Hezerinum capta Padua per Legatum. Cap. IV.

LIcet Hezerinus, cum redibat à vaſtatione Mantuæ, manifeſtè ſciuiſſet, Paduam fore captam: ille tamquam ſagax Tyrannus aliud gerens in ore, & aliud in mente, quàm citius potuit ſine mora cum toto exercitu equitauit Veronam, taliter ordinans gentem ſuam, quod nullus potuit deuiare. Et ſic, quamuis Hezerinus hæc tegerer, quantum poſſet, tamen murmurabatur latenter, & timoroſè per omnes, Paduam fore captam. Timens Hezerinus, ne liceret meſtis gentibus mutare propoſitum, claudi fecit omnes Portas Ciuitatis, & ſi quis recedere preſumebat, manibus & pedibus truncabatur.

Vult amodo Hezerinus ſui odij venenum euomere, & ſuis conuocatis complicibus quæſiuit conſilium, quid facere habeat de Paduanis. Tunc ait quidam. * *Magnanime Princeps ſubito Paduanos cape: Verona vinctos teneat, & carcer tuus, mortes minare rigidas, & Paduam celer Accede, inuade trepidos; tolle moras, quoniam terror ſuorum, & veſter magnus vigor ſternet rebelles, victor optatum feres.* Hezerinus, vir iniquitatis inauditæ, iuſſit Paduanos carcerari, & eos fecit ſpoliari equis, & armis, & omnibus ornamentis, quæ tulerant ſtudioſe ad Hezerini decorem, & fuerunt numero vndecim millia, & vltrà, quos omnes perire fecit igne, gladio, fame, & ſiti, & peſtibus inauditis, de quibus * neque CC. redierunt.

Muſſati hæc ipſa ſunt in Ecceriride Act. 1. Sc. IV. ore Commilitonum.

Ibidem paullò aliter hæc legũtur, nempe. Accede, muros milites cĩgãt tui. Inuade trepidos, tolle pẽdẽtes moras. Terror ſuorũ, roſter & magnus vigor ſternet rebelles, victor optatum feres.

Vndecim millia Paduanorũ Hezerinus occidit.

Al. Nunquã.

Perſecutor humani generis cogitans Paduam occupare, ſi poterit, congregato exercitu copioſo de Verona, Vincentia, Feltre, Cremona, Papia, Placentia, Vercellis, Brixia, Bergamo, & de diuerſis partibus multis Gentibus congregatis, equitauit Montegaldam, & eam cępit, excęcatis, omnibus repertis in Caſtro. Poſt modùm verò venit Hezerinus, credens Paduam occupare violenter. Scientes * amodo Paduani, quod locatus eſt exercitus valde prope, exiuerunt obuiam inimicis, locantes ſe foris à muris Ciuitatis inter ſpaldum. Erant autem in hoc Eccleſiæ guarnimento Aquileienſis Patriarcha, Dominus Bianchinus de Camino, Dominus Azo Eſtenſis Marchio cum Ferrarienſi militia, Milites Mantuani, Veneti, Clugienſes, de Romagna, & quidam expulſi de Verona. Milites & pedites, qui venerant de Bononia ob Sanctæ Crucis reuerentiam, receſſerunt, Dominum Legatum & alios pugnantes pro fide in maximo neceſſitatis articulo relinquentes. Hezerinus verò ſæpè numero appetiuit intrare Paduam violenter; ſed propter nobilem defenſam ſpes ſua iuit incaſſum. Videns amodo Hezerinus, ſe fruſtrà gentem in obſidione tenere, attentauit tranſire riueriam Montisſilicis; ſed nequiuit. Poſt verò magnam deuaſtationem villarum, totam ſuam militiam, quam habebat vltrà militiam Paduanam, in triplum ordinatè glomerauit in vnum, & viam ordinatè capiens Vincentiam eſt reuerſus. Fuerunt hæc M CC LVI. circà finem Auguſti. Et die IV. intrante Septembri redijt Vincentiam, vbi fecit publicam concionem, in qua inter cętera fuit locutus, quod milites ſui Paduam obſederunt, & Marchionem Eſtenſem cum ſua gente &, quod plus eſt, Romanam Eccleſiam compulerunt turpiter trepidare, dum Legatus Apoſtolicæ Sedis latuit intrà ſpaldos. His verbis propoſitis, & alijs, ille callidus, & aſtutus dubitans amittere Vincentiam, propoſuit Vicentinos ponere extrà propriam Ciuitatem, & ait. *Meis fidelibus Vincentinis ſic dicam. Nolo, quòd mei Vincentini lateant intrà muros, quemadmodum fœminei Paduani; ſed foris à Ciuitate permaneant, & per burgos, vt, ſi qui volent auſu temerario venire Vincentiæ, redeant flebiliter, & dolenter, & noſcant quid valeat Vincentinorum libertas.* Et ſic, poſitis in Vincentia Veronenſibus, & Teotonicis, Vincentinos manere fecit extrinſecus, & ità eis Lunam monſtrauit in puteo, & ſub auri ſpecie præſtitit auricalcum. Poſt hæc iuit Veronam, & cunctis gentibus, quæ fuerunt cum eo, dedit licentiam recedendi.

Hezerinus videns, ſe nõ poſſe potiri Padua, Vincentiã redit.

Vicentinos locat extra propriã Ciuitatẽ.

De captione Legati. Cap. V.

LEgato ſanctæ fidei hactenus * ſatisfecit gratia Dei; ſed quia in rebus huius Seculi nulla eſt proſperitas, quam aduerſitatis ſtimulus nõ oppugner. Ecce namq; talis cuenit caſus, quod Cremonenſes fraudulenter acceperant quædam Caſtra Brixienſium, qui nunc fauebant Eccleſiæ. Quare D. Legatus cum ſuis fidelibus exiuit Brixiam, vt Cremonenſibus obuiaret. Hoc audito Hezerinus cum maximo guarniměto equitauit Veronã ad exercitum Cremonenſium,

Veronam adit. Al. Satis fauit.

Cremonenſes caſtra Brixienſium accipiunt.

quod multum terruit Legatum, quia ad exercitum Legati nondum aduenerat Marchio Eſtenſis. Itaquè Hezerinus cum Cremonenſibus contrà exercitum Legati viriliter equitauit: & tandem poſt magnam pugnam captus fuit Legatus, multi alij capti, vel mortui permanſerunt in campo, quod multum omnes amicos Eccleſiæ contriſtauit. Domimus Hezerinus in hoc loco maiorem habuit gloriam, quàm habere potuiſſet in toto exercitu Lombardiæ. Fuerunt hæc M CC LVIII. Menſe Septembri. 1258

Hezerinus pro Cremonēſibus pugnat contrà Legatum, & eundem capit.

Eodem menſe Brixia reddita fuit Hezerino, in qua multos milites decollauit: truſit populares in carcerem, fœminas, pauperes, & pupillos: Eccleſias deſtruxit, & caſtra: & breuiter, totam Brixiam dedit exterminio, & ruinæ. Nullum eſt ſanè diluuium, nulla peſtis, quæ tantam inferat miſeriam toleranti, quàm ſub iniquo Tyranno libertatis. Satis ergo eſt manifeſtum, quod quilibet debet noſcere Tyrannos, fugere proditores, & vſq; ad mortem defendere libertatem.

Brixia ab Hezerino traditur exterminio, & ruinæ.

Tyrannorum peſtis toto pectore propulſanda.

De morte Hezerini. Cap. VI.

IAm animus Hezerini leuatur in altum. Scit enim, quod Rex Caſtellæ electus Imperator, licet in diſcordia, intendit prorſus venire in Lombardiam. Scit etiam, quod iam ſecretè tractauerat, quod quidam Mediolanenſes ſibi proditoriè traderent Mediolanum. Itaquè congregato exercitu copioſo, ait ijs, de quibus plurimùm confidebat, *in Lombardiam ſe velle agere rem maiorem, quàm acta foret à tempore Caroli Magni citrà*. Et electo die ſuæ motionis, de conſilio Aſtrologorum, circà finem Auguſti M CC LIX. equitauit magnificè circà mœnia Vrceorum Brixienſis diſtrictus, qui ad huc Hezerino . . . . . Hoc audito Marchio Palauicinus, Boſſius de Douaria, qui cum Cremonenſibus, inſcio Hezerino, ſecretè fuerant in concordiam cum Marchione Eſtenſi, & cęteris fidelibus Eccleſiæ, moto toto exercitu Cremonenſium, locauerunt ſe circà Caſtrum de Soncino, venientes obuiam Hezerino. Marchio Eſtenſis cum Ferrarienſibus, & Mantuanis equitauerunt Marchariam in Cremonenſium auxilium, & ſuccurſum. Hezerinus ipſe ſubitò, & latenter remiſit Brixiam populum Brixienſem, & cum ſuo copioſo exercitu, furtiuo greſſu tranſiuit flumen Olei per pontem de Palazzolo: & illi Mediolanenſes proditores, per quos ſperabat habere Mediolanum, venerunt ad ipſum. Martinus verò della Turre, Capitaneus in Mediolano, cum Mediolanenſibus copioſè exiuit in auxilium Cremonenſium, propinquans ad eorum exercitum, quantum potuit. Ecce Leo rugiens, inſcijs Lombardis, peruenit ad vadum cuiuſdam fluminis, quod dicitur Ada: & tranſiuit per vadum, & cepit verſus Mediolanum dirigere iter ſuum: & forſan peregiſſet ſui crudelis animi propoſitum, ſed fuit voluntas Dei. Scilicet Nuntius quidam animo anhelanti hoc retulit Martino della Turre, qui ſubito Mediolanum eſt reuerſus, & præuenit aduentum Hezerini, & ſic Ciuitatem incolumem reſeruauit. Ipſe autem coluber tortuoſus, fons ſcelerum, & magiſter, cum iam facere nequeat, quod præſumpſit, redijt ſpe fraudatus, & violenter occupat Pontem Caſſani ſuper Ada, & eum tenuit & armauit, & manſionem ſuam in Vicomercato poſuit infelicem. Cogitauit inter ſe, quid in tantis periculis ſit agendum: nihil * curans amodo de domibus planetarum, vel ſideribus. Nam non ignorat, ſibi ſummum periculum eſſe inter flumina, inter loca inimicorum, & inter hoſtes, & eſſe cunctis Gentibus Italiæ odioſum. Studet de gente ſua plus ſolito procurare. Hezerino manente in Vicomercato, Cremonenſes, Marchio Eſtenſis, & omnes de parte Eccleſiæ viriliter equitauerunt ad Pontem Adæ, quem tenebat Hezerinus. Quidam iuit ad Hezerinum referens facti ſeriem feſtinanter. Tunc Hezerinus protinus properauit ad Pontem, quem de facili habere confidens, ſuos milites, & peditꝰ animabat ad pugnam, in tantum, vt quaſi hoſtes iam de ponte cederent. Sed extrema gaudij luctus occupat. Nam ecce ſagitta quædam, de Ponte emiſſa, fixit Hezerini ſiniſtrum pedem, qui dolorem vulneris alta mente contempſit, & ad Vicomercatum eſt reuerſus, dixitq; omnibus audientibus: *Hodie ſine ponte talem viam faciemus, quam cum ponte Hoſtes nullatenus attentarent*. Et cum gente ſua ſalubriter tranſiuit Adam. Stabat igitur Hezerinus regaliter in dextrario phalerato, tergo verſo ad inimicos, quaſi eos pro nihilo reputaret, directa facie ad Brixienſes, qui vltimo tranſibant. Sed poſt illius gentis tranſitum acies Lombardorum appropinquauit ad acies Hezerini. Et ecce Brixienſis militia cepit verſus Brixiam extendere viam ſuam, nec declinare ad Hezerini defenſam. Ipſe verò animoſus, & audax, aſpiciens gentem ſuam nullatenus in armis, vel viribus confidere, & quoſdam ſe reducere ad eum, tanquam ad locum munimini, & ad Caſtrum, ſtans in articulo tali, cepit tendere cum gente ſua verſus Berga-

Rex Caſtellæ Imperator electus.

Vrceī. Supple lacunā ex Chronico Rolandini Lib XIII. Cap. II. Viriliter reſiſtebant. *Marchio Palauicinus. Boſſius de Douaria.*

Martinus Turrianus. Hezerini progreſſus Mediolanū verſus.

Hezerinus Pontem Caſſani occupat. Vicomercatus. Al. Cogitans.

Gent Eccleſiæ tendit ad Pontem Adæ.

Hezerinus in Adæ tranſitu vulneratur.

Digitized by Google

Bergamum; non ſicut fugiens, ſed equis procedentibus, quaſi paſſim. Infecuta eſt gens Lombardica Hezerinum. Et ecce Eſtenſis Marchio, & Marchio Palauicinus, Marchio Boſſius de Douaria, & alij quamplures Nobiles, & potentes Hezerinum circumdederunt, & cęperunt quem ſic captum quidam bis, velter in capite percuſſit, exeuſis ſe, & dicens, quod fratrem ſuum vno pede fecerat mutilari. Sed quiſquis fuerit, laudem non meruit; ſed opprobrium vilitatis. Fuit hæc captio M CC LIX. exeunte Septembri. Hezerinum verò ſic captum honorabiliter, vt in hoc caſu decuit, ad Caſtrum Soncini conduxerunt, & * accitis medicis, & ſapientibus, talem curam habuerunt de eo, quam laudare poſſis factam per Albericum eius fratrem, quæ non profuit. Nam die vndecima, poſt eius captionem, diem clauſit extremum, & à prędictis Baronibus honorabiliter fuit in Soncino ſepultus, & ſic cauſſa paſſionis, tumulo paterno fraudato, in aliena patria requieuit.

Capitur & mi-nuitur.

Al. Vocatis

De morte Alberici de Romano, & ſuorum. Cap. VII.

HEzerini audita deſiderabili captione, & poſtea eius morte, multiplicatum eſt gaudium, populis exultantibus in immenſum. Itaquè, poſtquam veritas cognita eſt, Vrbes pacificantur, & Gentes. Eodem anno, tempore autumnali, quidam nobiles Vincentini Paduam cucurrerunt, rogantes Populum Paduanum, quod Vincentiam accipiant, & defendant. Et tunc ſtatim Poteſtas cum militia Paduana Vincentiam equitauit, & diſpoſitis Vincentię negotijs ſapienter, omnes Paduani cum Poteſtate ſuo Paduam ſunt reuerſi. Paucis verò diebus elapſis, illi, qui Baſſanum tenebant pro Hezerino, ſe reddiderunt in manibus Poteſtatis, & Baſſanenſibus data electione, vtrum vellent ſubeſſe Paduæ, vel Vincentiæ, ſubeſſe Communi Paduæ ſponte elegerunt.

Vide Cap. 10. Libri XII. Rolandini.

Vincentia ſe tradit tutelæ Populi Paduani.

Baſſanum ſubijcit Paduæ.

1260 Eccè iam Domini Anno reuoluto, ſcilicet M CC LX. Albericus de Romano anxietatibus circumuentus, tum propter mortem Hezerini, tum quia ſciebat, ſe in Taruiſio tyrannidem, & mala innumerabilia perpetraſſe, quæ finit ſibi locum ſecuriorem in ſuis caſtris; & cum tota ſua familia, & quibuſdam militibus Teotonicis, Taruiſio derelicto, ad Caſtrum Sancti Zenonis equitauit. Erat autem hoc caſtrum in Podemonte artificioſè conſtructum, & adeò munitum, quod dicebatur à multis Caſtrum Sancti Zenonis poſſe totam Marchiam ſubiugare. Taruiſini verò malorum memores, quæ Albericus fecerat in Taruiſio, volentes de eo ſumere vltionem, exiuerunt Taruiſium hoſtiliter, & poſiti ſunt circà locum. Sic itaquè magnificè permanentes à Kal. Iunij vſquè circà finem Auguſti, taliter impugnauerũt locum, & inimicum, quem prę cunctis deſiderijs confundere nitebantur, quod ad hoc tandem eſt deuentum, quod Teotonici, & quidam alij, quos Albericus ſecum habebat pro defenſa, circà finem Auguſti extrinſecis dederunt caſtri munitionem, quæ vulgò dicitur, *Cinta*. Stat nunc Albericus cum vxore, & filijs in ſummitate turris dolorofas, & triſtis, ſciens cunctos deſiderare eius deſolationem, & mortem. Cum per triduum ſteriſſet in ſummo turris concluſus, non tantum fame, quantum arida ſiti deuictus, vxori ac filijs non ſine lacrimis eſt locutus, & ait.

Caſtrum S. Zenonis.

Alberici de Romano obſidio in Caſtro S. Zenonis.

Allocutio eiuſdem ad Vxorẽ, & filios.

*Heu vigor, & ſapientia Hezerini crudeliter & indigne iacet proſtrata, & noſtro iugulo inſiſtit iniquitas circumſtantium proditorum. Vos verò, Cariſſimi filij, domus nobilis de Romano hæredes veri eſtote, & de prędeceſſorum veſtrorum morte facite meritam vltionem. Habetis namquè magnam partem in Lombardia, & conſanguineos veſtros nobiles, & potentes Comites de * Magono, qui naturæ ſanguinis exigente, fauebunt vobis, & veſtræ parti. Ego autem do vobis paternam benedictionem, & gratiam, & Deum prego Omnipotentem, vt ſuper inimicis noſtris vobis det gloriam, & triumphum.*

Mangono. *Rolandinus.*

Poſt hæc vocauit ad ſe omnes, qui cum eo erant, & ait. *Scio, quod melius eſt, quod ſolus moriar, quàm vos mecum. Accipite ergo me captum, & meam familiam, & reddite inimicis.* Tunc ſubditi protinus deſcendentes, locuti ſunt cum inimicis, promittentes ſe daturos ſuum Dominum, & familiam, ſi vellent eos dimittere abſolutos. Et habuerunt Serui gratiam poſtulatam. Ductus eſt ergo Albericus cum ſua familia infrà turrim, & impoſitum eſt ei ligneum quoddam freenum, ſine quo fieret tantum, quantum accipere potuit pœnitẽtiam de commiſſis. Demum ductus eſt per exercitum vnà cum Vxore, & ſex filijs, & duabus filiabus. Ipſe verò cum filijs fuit gladio truncatus, & membratim laceratus per iuſta: duæ eius filiæ & Vxor incendio ſunt conſumptæ. Facta fuit hæc cędes in M CC LX. exeunte Auguſto.

Allocutio altera Alberici ad Comilitones.

Alberici familiæ, acquiritur Domus vniuerſa de Romano finis.

Vide librũ III. Chronicę Aſtolmachi Paduani pag. 32.

Mortuis illis de Romano, omnes eius Paduæ fuerunt per Ciuitatem, quaſi nudiſſe verbe-

rantes ob Dei reuerentiam; & adeò se pacificauerunt in vnum, regentes Paduam in communi, quòd omnes sperabant, pacem in Padua, & tota Marchia Tarui sina perpetuò duraturam.

Licet de Gestis illorum de Romano scribatur plenius in Chronica Rolandini, tamen placuit aliquam facere mentionem in exemplum, quòd prauum dominium sit vitandum, & ad euidentiam infrà scriptarum Nouitatum, quæ post aduentum Imperatoris Henrici meo tempore occurrerunt.

In MS. quorundam Franciscus Mussatus. Coetaneorum Chronica hic incipit. Vidimus et nos quosdam huiusmodi MS. Bellum Paduano rum cum Veronensibus.

De quibusdam nouitatibus post excidium familiæ de Romano. Cap. VIII.

Lonicum Veronæ sibus eripitur, Vicentia sibdita Paduanis.

Libera Marchia permanente post mortem illorum de Romano, quidam Vicentini prodi- 1266
torie dederunt Veronensibus quædam Castra. Vnde Commune, & Homines de Vicentia se Communi Paduæ liberè reddiderunt, & sic Paduanorum exercitus Lonicum iuit hostiliter, & ipsum proinde de manibus Veronensium extirpauit. Stabat amodo Vincentia pacificè sub dominio Communis Paduæ in M CC LXVI.

Annus obitus B. Antonij. Forte melius.

In eodem anno obijt Beatus Antonius Peregrinus.

Obsederunt, Angaranum capiunt à Paduanis.

In M CC LXXIII. quidam * ascenderunt Castrum Angarani, sed exercitus Paduæ eum 1273
accepit per vim.

Albertus Scaliger. Coloniæ castrum euertitur. Scaliger Vicentiæ imbuit.

In M CC L X X V I I I. mense Nouembris, Paduani castrum Coloniæ, Veronensis districtus, obsederunt, & mense Decembri habuerunt per vim. Hoc facto Dominus Albertus della Scala, Capitaneus Veronæ, timens potentiam Paduanorum & Marchionis Estensis, sapienter venit ad pactum, quod dictum castrum destruatur, & perpetuò debeat manere desolatum.

Bartholomæus, & Ansedisius de Schinellis. Paduani cum copijs eunt ad Villam Nouam.

Eodem Anno Dominus Albertus della Scala voluit accipere Vincentiam. Quare Domini Bartholomæus, & Ansedisius fratres de Schinellis, nobiles ciues Paduæ, fuerunt tanquàm proditores forbanniti.

Statim in sequenti anno Paduani cum Nobilibus de Camino, Patriarcha Aquileiensi, & Carrocio Paduano iuerunt Villam Nouam, faciendo guastum vsquè ad Burgos Veronæ: postremò deuenerunt ad pacem. Hoc anno Dominus Gerardus de Camino in ciuem Paduæ fuit assumptus.

Gerardus de Camino fit Paduæ Ciuis. Veronenses iterùm Vincentiam adoriuntur. Leonardi, & Iordani de Sarego Vicentinorum comitum. Valdagnum. Castrobaldi,

Veronenses iteratò in M CC LXXXX. voluerunt accipere Vincentiam Paduanis. Vnde 1290
per Paduanos captus fuit D. Leonardus Comes Vincentinus, & mortuus. Post cuius mortem in anno sequenti D. Iordanus de Sarego, frater vxoris D. Leonardi, nocte insultauit in milites Paduanos, volens Vincentiam de manibus Paduanorum extirpare. Qui post magnam pugnam captus fuit cum sequentibus, & in platea Communis Vincentiæ decollatus.

Sequenti anno quidam Castellani forbanniti ascenderunt castrum Valdagni, ostendentes se rebelles, qui capti per vim fuerunt & in Campo Martio Vincentiæ decollari. Eodem anno completum fuit laborerium Castribaldi.

M CC LXXXXIII.

De discordijs Marchionum Estensium. Cap. IX.

Azo dissidet ab Aldreuandino fratre. Aldreuandinus implorat auxilium Paduanorum contrà fratres. Cerrum, & Calaonem. Paduani contrà Estenses. Venetę. Raymundus Patriarcha diuidit Estenses cõpositi Estenses cum Paduanis.

Moruo Obizone Marchione creuit discordia inter filios, in tantum, quod D. Azo cogi- 1293
tauit solus habere dominium Ferrariæ, Mutinæ, & Regij, & totius patrimonij domus Estensis, primò D. Aldreuandinum iussit exire Ferrariam, qui Paduam venit, & contra fratrem auxilium implorauit. Qui Paduani ei: *Tibi succurri paternam meritò decreuerunt.* Et hac causa Castra Cerri, & Calaonis capta à Paduanis fuerunt, & destructa, & munimina Marchionis Estensium pulcherrima fuerunt diruta omnibus fundamentis. D. Albertus della Scala videns hanc discordiam, cogitauit habere concordiam cum Communi Paduæ: & sic abstulit, & Commune Veronæ in seruitium Paduanorum, quod Commune Paduæ acceptauit. Item Paduani iuerunt hostiliter contrà Marchiones, & castra sua fixerunt vltrà flumen Atticis circà castrum de Venzie. Hoc videns Raymundus, Aquileiensis Patriarcha, pacem componit hoc modo, quod Marchiones Azo, & Franciscus in gratiam Paduanorum sint recepti, & ipsi dederunt Communi Paduæ Abbatiam cum suis iuribus, & certam partem Lendenariæ, Lariam, castrum de Venzes cum suis Curia, & terris subtilis: & quod ipsi Marchiones nusquam possint in sum-

in summitatibus Cerri, & Calaonis, & Rocchæ Estensis facere aliquod ædificium. Fuerunt hæc in M CC LXXXXIII.

Abbatia, & ertia pars Lendenariæ cum aliis oppidis tradita Paduanis.

Dominus Azo, Estensis Marchio, volens propositum suum adimplere, scilicet habere dominium totius patrimonij de Ferraria, expulsit alium fratrem suum Dominum Franciscum, prius tamen contracto matrimonio cum nobili Domina de progenie Regis Franciæ. qui cum Domino Alberto della Scala, & Mantuanis societatem fecit contrà fratrem, amodo asserens manifestè velle partem Imperij sustinere. Duobus suis fratribus sic expulsis multùm gloriatur D. Azo; sed extrema gaudia luctus occupat. Nam subitò habuit nunciantem, filium suum naturalem expulsum de Mutina, & sequenti die Regium amissse. Post hæc verò Veronenses, & Mantuani cum D. Francisco hostiliter venerunt contrà Ferrariam, qui Azonem Marchionem adeò terruerunt, quod cogitauit exire Ferrariam; sed hortatu suorum militum destitit à proposito. Tandem pax conuenit. Non multo tempore subsecuto D. Azo Frescum, suum filium naturalem, Dominum constituit in Ferraria, & infirmus venit, & ibi soluit debitum na-
1308 turale in M CCC VIII. de mense Ianuarij.

Azo fratrem alterum Fracischum expellit.

Frescus Azonis filius naturalis, Azoni succedit in dominio Ferrariæ.

Azonis.

M CCC IX. Mense Augusti.

De Ferraria, & Venetis excommunicatis. Cap. X.

STatim post mortem * Marchionis D. Franciscus furtiuè intrauit Rhodigium, & habuit Lendenariam cum quibusdam Castris, quæ omnia dedit Communi Paduæ, tanquam sui patrimonium proprium. Dominus verò Frescus, timens amittere Ferrariam, eam dedit in manibus Venetorum, qui ipsum cum filijs in Ciuem Venetiarum receperunt: quibus annuatim prouidebant de libris C. grossorum. Dominus Franciscus procurauit, quod Summus Pontifex Ferrariam in sua protectione recepit, & Bononiam misit suum Legatum, qui Venetos ab omni communione fidelium separauit. Adhuc Venetis resistentibus, Legatus cum copioso exercitu Ferrariam obsedit, & cæpit. Veneti verò fugierunt ad Castrum Thealdum, positum in suburbio Ciuitatis, contrà stimulum calcitrantes. * Naues in tantum ponderabant, quod cum ipsis nauibus ibant in profundum: alij se præcipitabunt in Padum: alij mactabantur vt canes, de quibus tria millia vltrà fuerunt sepulti in vna sola fossa, quam ipsi fecerant pro defensa. Si qui casu fugere potuerunt tales pœnas, capiebantur vt serui. Fuerunt hæc in MCCCIX.
1309 mense Augusti.

Rhodigiũ, & Lẽdenaria tradita Paduanis.

Frescus Ferrariam dat Venetis.

Legatus Pont. Venetis adimit Ferrariam.

Veneterũ stragis ad Thealdum castrum. In alio MS. Victi tãdẽ à Legato ob omni bus truncabãtur: alij autẽ ascẽdentes naues, in tãtum &c.

Statim post hoc, Castrum de Manchamo captum à Rauennatibus, fuit destructum.

Dominus Baiamonte Thiepolo cum quibusdam de Cà Quirino, & Baduarijs, & alijs de parte Ecclesiæ, statim in sequenti anno, mense Iunij, mouit ciuile bellum cum gente sua, viriliter intendens Sancti Marci obsidere plateam. Dominus Petrus Gradonico Dux cum illis de Cà Iustiniano, Dandulo & Delphino, & alijs taliter ordinauit, quod Baiamonte rediit in Rialtum. Qui postea curialiter cum falsis promissionibus cum multis suis sequacibus fuit expulsus. Et postea forbanniti perpetuò, bonis suis omnibus publicatis. Occidebantur vbique, & occisoribus à Communi Venetiarum præmium donabatur. In hoc ciuili bello mortuus fuit vnus de Quirino cum filio, Vexillifer Baiamontis. Sequenti die D. Baduarius de Baduarijs de Padua fuit Venetijs, asserens se insontem. qui fuit capitali pœna damnatus, quia miles, socij sui furca suspensi.

Fatum Baiamontis Thiepolo.

Quirim.

Baduarij.

Petrus Gradonico Dux Venetiarum.

Iustiniani.

Dandoli.

Delphini.

Finis Baiamõtis, & socioru.

Al. Vexillifero.

Baduarij fimi Venet. restituuntur Communi fidelium.

Post hoc ciuile bellum, Summus Pontifex Venetos restituit in integrum, ipsosque multauit in florenis centum M. de D. Baiamonte, & suis nil curauit. Quod est exemplum, quod vnusquisque cauere debet subuertere velle propriam Ciuitatem. Stat amodo Ferraria in dominio Romanæ Ecclesiæ, in qua stare potestatem etiam Marchiones.

M CCC X. Mense Iulij.

De statu pacifico, & magnifico Ciuitatis Paduæ. Cap. XI.

BReuitas obscuritatem inducit, sic & verborum prolixitas tædium generat audientibus. Idcirco placet tenere medium in scribendo. Scias primo, ad euidentiam nouitatum, quas vidi in Marchia Tarusina, & manifestè cognoscas occasu, quod Padua sola libera in cõmunio-

Paduæ imperiũ amissum.

nibus

Padue ſtatus olim, & laus.

nibus in tota Marchia imperabat. Duces, imò Reges, Paduanos cęteris pręferebant. Tuſcia, Lombardia Rectores de Padua ſupplicabant. Sub dominio Paduæ erat Vicentia cum toto ſuo diſtrictu: Rhodigium cum Comitatu: Lendenaria, & Abbatia. Erat Padua armis, & equis plena, & alijs diuitijs infinitis; munita & turribus, & alijs ædificijs delicatis. Forenſes de diuerſis partibus Paduam veniebant ad refugium ſalutare. Sapientibus viris, doctoribus in quolibet arte liberali, religioſis viris ſplendida, & vt breuiter concludatur, multa Sãctorum corpora in Padua ſunt ſepulta, quorum precibus Deus Paduam in pace longiſſima conſeruauit, ſcilicet quinquaginta annis, & vltrà, poſt obitum Hezerini. Hæc ætas pacis habuit Lonatum Paduanum, pręter cætera Militem, & Iudicem decoratum.

Lonatus Patauinus, & eius laus.

Epiſcopus Conſtantię.

Henricus Comes de Luxemborg Imperator.

Dum Padua ſic eſſet in pace, Epiſcopus de Conſtantia intrauit Paduam, annuncians, quòd Henricus, Comes de Luxemborgh, Imperator electus, de conſenſu Pontificis intendit omnino intrare Italiam, vt recipiat Romæ coronam Imperij. Licet ergo hæc nunciatio fuiſſet tremor omnibus Lombardiæ, ſola Padua non curauit, ſperans, quod ſua potentiâ non valeat aliquibus aduerſitatibus immutari. Prędictum Nuncium honorificè receperunt. Fuit hæc nunciatio in M CCC X. à Natiuitate Domini de Menſe Iulij.

M CCC XI.

De aduentu Imperatoris Henrici. Cap. XII.

Guidus della Turre, Philipponus Papię Comes, Antonius & Baſſaninus Laudenſes. Mel. Filitraga.

Nunij Imperatoris.

Coronatione Mediolani.

Hęrici Scrouegni. Rolandi de Guarnarinis. Io. Vigontię. Petrus de Murſis. Io: Hęnricus de Capite Vaccę.

Baricus de Lẽgua de Vacca.

Muſſatus Poeta Legati Paduanorum ad Henricum.

Maphęus Vicecomes et Mediolani Vicarius.

Paduani recuſant pretio Vitẽ acquirere.

Epiſcopus Genuenſis Vitẽ mandauit Paduanis, vna cũ Scaligero.

Morandus de Treſſano.

Bonmaſſarus à Collo.

Henricus de Rauaſino.

Paduani de Dente.

Demitrius de Comitibus.

Martinus Canis.

Ioannes de Vigonia Vicẽtie Potestas eiũdem adeunt eſſe de manibus Paduanorum.

CVm Imperator Henricus eſſet in Aſte, quidam Nobiles de Lombardia, ſcientes eſſe eius aduentum de voluntate Clementis Summi Pontificis, ipſum honorificè receperunt, ſcilicet D. Guidus della Turre, Dominus in Mediolano, Comes Philipponus, Dominus in Papia, D. Antonius, & Baſſaninus de * Suſſraga, Domini in Laude, & alij homines Nobiles & potentes. Dominus Maphæus Vicecomes, qui cum filijs erat à Turrienſibus expulſus de Mediolano, cum Imperatore Mediolanum intrauit, de cuius conſilio Imperator inter cęteros Lombardiæ plurimùm confidebat. Erat enim vir ſapiens, & aſtutus. Imperator ſtans Mediolani, miſit litteras vbique, annuntians, ſe debere a Legatis Summi Pontificis in Modoetia corona ferrea coronari. Quæ litteræ prędictæ fuerunt Paduæ in M CCC X I. die primo Ianuarij, poſt Domino Alberto de Caſtello quæ coronatio ſtatim fiet in die Epiphaniæ. Cui coronationi Legati Paduæ interfuerunt honorificè, ſcilicet Henricus Scrouegnus, Rolandos de Guarnarinis, Ioannes de Vigontia, Petrus de Murſis milites, Io: Henricus de Capite Vaccæ Iudex, Baricus de Lengua de Vacca legum Doctor, & Muſatus Poeta. Paruo tempore ſubſecuto Imperator ſupradictos Nobiles Lombardiæ carcerauit, Dominum Guidonem expulit, & in Mediolano D. Maphæum Vicecomitem conſtituit ſuum Vicarium.

1311

M CCC XI. die XV. Aprilis.

De amiſſione Vicentiæ, & alijs factis. Cap. XIII.

IMperator voluit Paduam in libertate propria conſeruare, & eidem donare Vicentiam pro LX. M. florenis. Hoc facere Paduam recuſauit, reputans Imperatoris potentiam quaſi nullam. Cogitat Imperator amodo Paduanis auferre Vicentiam, qui cum Vicentinis ſecrètè tractauit, & Veronam miſit Epiſcopum Genuenſem, qui cum D. Cane della Scala equitauit, & eam cepit mediantibus proditoribus Vicentinis. Paduani vero, qui in erant pro cuſtodia, fuerunt ducti Veronam, & carcerati; qui erant omnes digni morte, quia propter vilitatem perdiderant Ciuitatem. Exierunt hoc de Vicentia D. Morandus de Treſſano, Bonmaſſarus à Collo, & Henricus de Rauaſino Iudex annoſus, & ſapiens, qui continuo conſulebat Paduanos abſtinere inuadere Vicentinos, ne merù ſe ponãt in manibus Veronenſium, & vt facilius conſequantur optatum, ſcilicet dominium Vicentinum, aſſerebat diſcordias omnino creſcere Vicentinis; Vicentini verò ſe excuſabant, aſſerentes, ſe non poſſe ſuſtinere tantas iniurias Paduanorũm, & ſpecialiter illorum de Dente, Dimitrij de Comitibus, Martini Canis, & aliorum Paduanorum, qui poſſeſſiones magnas habebant in Vicentino deſtrictu. Fuit hoc in M CCC XI. XV. die Aprilis, Poteſtate Vicentiæ D. Ioanne de Vigonia, qui licet negligẽs eſſet, & non dolo, tamen expulſus cum Nepotibus, aliquo tempore mendicauit.

Aliquo

Aliquo tempore subsequuto Proditores Vicentini aliqui fuerunt furca suspensi, volentes prodere Dominum Canem; multi expulsi, qui venientes Paduæ sunt recepti. Cremonenses primò Imperio paruerunt, & statim rebelles fuerunt. Vnde Imperator equitauit versus Cremonam: & Cremonenses de misericordia confidentes exiuerunt Ciuitatem, misericordiam postulantes, sed non inuenerunt nisi iudicium. Nam quadringentos meliores carcerauit, qui quasi omnes in carceribus perierunt. Ipsa Ciuitas ad tantam inopiam, & destructionem fuit deducta, quod fuit ferè ab omnibus Ciuibus destituta. Brixiam obsedit quatuor mensibus, & cœpit. In cuius obsidione mortuus fuit Dominus Galeranus frater Imperatoris ictu sagittæ, dum equitaret circa mœnia Ciuitatis. Dominus Thebaldus de Brusadis de Brixia, captus per Imperatorem, fuit laceratus per frusta. Capta Brixia Imperator equitauit Romam, ibiquè coronatus fuit à Legatis Ecclesiæ. Erat autem Summus Pontifex in Equitania. Fuerunt hęc eodem anno.

Vicentinorum proditorũ pœna.
Cremonenses Imperio rebellant.
Obsidio Brixiæ.
Galerani, fratris Imp. cedes.
Itẽ Thebaldi de Brusadis.
Henricus VII. coronatur Romæ.

M CCC. XI. Die 20. Iunij.

De Padua data Imperio; & Paduanis rebellibus. Cap. XIV.

Vicentia in parte Imperij constituta, Paduani amodo trepidantes, hortatu Episcopi Geneurensis, qui erat Vicentiæ, miserunt ad Imperatorem Musatum Poetam, & Antonium de Vico argeris, quibus Imperator promisit Paduam liberam conseruare. Item, quod Paduani tres eligerent Potestates, e quibus ipse vnum eligat, recturum Paduam secundum consuetudines Paduanas. Itẽ, quod per Cõmune Paduæ fiat donum Imperatori de florenis centum M. quod fuit factum. Item, quod florenos viginti millia debeat habere annuatim. Vnde Episcopus de Geneura pro Imperatore Paduæ intrauit eodem millesimo, die 20. Iunij.

Mense sequenti Dominus Rodulphus de Sancto Miniato, Paduæ Potestas, recessit, & Dominus Gerardus de Yzola de Parma, Vicarius Imperatoris, iurauit regimen Ciuitatis. Dominos Albuinum, & Canem Grandem della Scala in Verona, & Vicentia constituit suos Vicarios, & in omni eo, quod de bonis rebellium Imperij recuperare potuerunt violenter: Dominum Rizardum de Camino in Taruisio: Dominum Gibertum de Corrigio in Parma: Dominum Passarinum de Bonacosis in Mantua. Hæc fecit pecunia mediante, & sic, quos opprimere debuit, subleuauit. Vnde, cum Imperator esset Ianuæ, Ambasciatores de Padua secretè de Imperatoris Curia recesserunt, qui in Concilio Paduæ inter cętera retulerunt, quod Imperator constituerat in Vicentia suum Vicarium Dominum Canem della Scala, inimicum Paduanorum specialem; & quod Imperatoris potentia vilis erat, & non timenda; & quod etiam per curiã Imperatoris dicebatur licet clam, quod Dominus Canis Vicariatũ Paduæ iam habebat, vnde non erat amodo prœceptis Imperij subiacendum. Licet hæc consuluisset Rolandus Iudex de Plazola, tamen Ioannes Iudex de Vigontia, & Musatus Poeta contrarium consuluerunt, timentes Imperatoris potentiam, pulcherrimis argumentis: Rolandi consilium tamen placuit. In eodem Consilio Gerardus de Yzola, Vicarius Paduæ pro Imperio, renunciauit, & contrà Imperatorem recepit regimen Ciuitatis, qui postea mortuus fuit in suo castro à sibi
1312 coniunctis linea parentelæ. Fuit prędictum Consilium in M CCCXII. de Mense Februarij.

Mussatus & Ant. de Vico argeris Legati ad Cęsarem.
Cõditiones Paduanorum cum Imperatore.
Episcopus Geneurẽsis intrat Paduam.
Rodulphus de S. Miniato Paduæ Potestas.
Gerardus de Yzola Vicarius Imp. Paduæ.
Scaligeri Veronæ & Vicentiæ.
Rizardus de Camino Tarusij.
Gibertus de Corrigio Parmæ.
Passarinus Mãtuæ.
Scaliger Paduanorum hostis.
Plazola studet reuocare Paduanos à fide Imp.
Contrà sentiũt Io: Vigontia, et Mussatus.

M CCC XII.

De morte Gulielmi Nouelli, & confinatis primo, & alijs. Cap. XV.

ANtonius de Carmegnano cum quibusdam assaffinis Dominum Guilelmum Nouellum de Paltanerijs de Montesilice in sala Palatij Paduæ iugulauit: tamen securè Ciuitatem exiuit, tanta erat potentia * mandatorum. Causa suæ mortis fuit, vt cęteri de parte Imperij terrerentur. Hoc facinus non fuit inultum. Nam ad vindictam dictus Antonius, & Clarelus de Buglis cum filio suo ab Aycardino de Capite Vaccę sunt occisi.

Audita morte Gulielmi Renaldus de Scrouegnis equitauit Vicentiam, & Domino Cani obtulit se, & suam fortilitiam de Trambache, quam Dominus Canis noluit, timens potentiam Paduanorum. Renaldus tamen venit ad mandata Paduæ, qui missus fuit in Caput Istriæ ad confinia.

Post hæc conuenerunt quidam populares, diuites & potentes, scilicet Macaruffi, & illi à Ponte,

Mors Gulielmi de Paltanerijs.
Al. Magnatorum.
Ant. de Carmegnano, & Clareli de Buglis cędes.
Aycardinus à Capite Vaccę.
Renaldus de Scrouegnis.
Macaruffi.
A Ponte.

Polafrixana. Altechini. Malirj, Terradunenſes, de Villa Comitis. Muſſatus P. Al. Martium.

Ponte, de Polafrixana, de Altechinis, de Malicijs, de Terradura, de Villa Comitis, Muſatus Poeta, & quidam alij, regentes Ciuitatem non per iuſtitiam; ſed per partem, & extrà Ciuitatem miſerunt ad confinia * Marcum de Forzate, Gaboardum fratrem Renaldi Scrouegni, Trauerſum de Deleſmaninis, & multos aſios tempore ſubſecuto. Aſſerebant enim, hoc facere contrà amicos Domini Canis, volentes Ciuitatem eius euitare dominium, & ſuis malis operibus augebant potentiam inimici.

Cologna comburitur. Martinus Canis.

Menſe Martij milleſimo eodem, ſcilicet M CCC X I I. Paduani equitauerunt Montagnanam, & Burgum Colognæ cum omnibus illis partibus cremauerunt. Menſe Aprilis equitauerunt verſus Vicentiam: ſed in ponte Quarteſoli inuenerunt obſtaculum. Vnde Dominus Martinus Canis cum Ciuibus, & forenſibus aliquibus tranſiuit per vadum, & pugna commiſſa Vicentinus fugit exercitus: multi fuerunt mortui, multi etiam carcerati. Poſt hoc D. Canis de Verona Vicentiam equitauit, & quos inuenit conſcios huius facti, puniuit ad mortem, quoſdam carcerauit, quidam Paduani fugierunt. Tractatu namquè quorundum Vicentinorum equitauit exercitus. Eodem menſe Paduani impugnauerunt Burgum *Maroſticæ*, quod à Baxianenſibus optime pugnantibus captum fuit, & combuſtum cum omnibus illis partibus Vicentinis. Hoc facto Paduani releuantur in altum, quaſi Dominum Canem pro nihilo reputantes.

Maroſtica capitur à Paduanis.

Eodem Menſe.

De diſputatione Senum cum Iuuenibus, & quaſi Prophetia futurorum. Cap. XVI.

Diſſertatio Iuuenis.

IN vicinantia aliquibus congregatis, ait Iuuenis. *Vicentinus diſtrictus igne flammatus Paduæ ſubiacebit nullo tuente. Iam D. Canis poſuit fiduciam ſuam in fortilitijs potius, quàm in armis, nec audet publice apparere, tanta eſt virtus noſtra. In breui Vicentiam habebimus captam. Quis dubitat, Veronam, Lombardiam noſtris parere mandatis. Vos ergò Senes, quibus longa ætas eſt magiſtra, conſulatis circà Vicentiam equitare, & quod nullus recedere audeat, niſi victa. Pro certo enim ſcitis, quod ferrum calefactum melius, quam frigidum laboratur: ſic recens iniuria melius vindicatur.*

Senis vnius Oratio.

Primo ait Senex quidam. *Vtinam Vicentia capta Paduani procuraſſent Vicentinos in libertate propria ſuſtinere, etiam auxilium inferentes. nam ex hoc Padua eſſet in Pace, & Dominus de Verona non eſſet per Imperatorem in Vicentia conſtitutus, quod poteſt eſſe deſtructio Marchiæ Tarviſinæ. Nam parua ſcintilla magnum ignem parere conſueuit.*

Alterius.

Secundo alter ait. *Nihil eſt, quod alijs inferre valeas, quod ab alio ſuſtinere non poſſis.* Vnde gaudendum non eſt, ſi nunc Verona, & Vicentia igne valtentur, quia forſan nobis fiet ſimile in futurum. Fiat ergò pax, ad quam finaliter tendit omnis homo. Namquè abſquè pace nihil poteſt eſſe beatum.

Tertij.

Tertio quidam annoſus ait. *Ego vidi tempora Hezerini de Romano, qui propter guerras cepit Montem ſilicis, poſteà Paduam, quam quaſi deſtruxit, compellendo nobiles cum plebe fame, ſiti, ferro, igne, & putridis carceribus mortem duriſſimam ſuſtinere. Infantes cæſis genitalibus excecabat. Quis niſi poteſt timere, propter guerram, in ſimile dominium peruenire. Eſt namquè Imperator in Lombardia magnificè, qui fauet Domino Cani, & ſuæ parti. Vos ergò Iuuenes in pace nutriti, ab arte bellica alieni, quærite pacem. Nam propter guerras calor iuuenilis nos adduceret facilitèr ad ruinam.*

Iuuenum Oratio ſuaſoria ad bellum.

His auditis, Senes Iuuenes deriſerunt, dicentes. *Puerilis ſenſus in iſtis eſt, qui non deſiderant de inimicis Paduæ facere vltionem, capiamus conſilium à Iuuenibus, qui deſiderant habere Vicentiam, & viuere cum honore.* Amodo nullus præſumebat pacem in Padua abſquè mortis periculo nominare.

M CCC XII.

De morte D. Rizardi de Camino. Cap. XVII.

Rizardi de Camino cædes.

VIr Nobilis Dominus Rizardus de Camino Vicarius in Taruiſio pro Imperio, dum more nobilium ſcachis luderet pro ſolatio, quidam ruſticus appropinquauit ad eum, & amota clamyde ſua, griſeo clàm traxit de ſubclamide ſuo ronconem ferreum, & virum nobilem per

cuſſit

cuſſit in capite, qui ſtatim à circunſtantibus fuit crudeliter laceratus. Dum Vir nobilis ſtaret non expectans, niſi mortem, ait. *Vbi eſt, qui me vulneranit indignè?* Tunc ait vnus. *Mortuus eſt.* Ait infirmus. *Amodo ſciri non poterunt tanti ſceleris mandatores?* Cui quidam miles ait. *Nullum eſt ſecretum, quod non reueletur. Iam enim murmuratur, hoc fore factum mandato querundam nobilium Tarviſij, quos inter cæteros diligebas.* Tunc Nobilis dirigens ſe ad Deum, ait. *Credo, quod adhuc Tarviſium luet in Communi, quod deliquit ſingularitas aliquorum:* & inclinato capite emiſit ſpiritum. Poſt cuius mortem D. Guezilus eius frater factus fuit Dominus, omnibus annuentibus, in Tarviſio. Fuerunt hæc in M CCC XII. Menſe Aprilis.

Guezilus de Camino Richardo ſuccedit.

M CCC XII.

De captione Motæ, & exercitu Quarteſoli, & alijs. Cap. XVIII.

DOminus Canis magnificè cum Mantuanis, Veronenſibus, Vicentinis, & alijs equitauit Ceruareſium, & impugnari iuſſit Caſtrum Motæ, quod cœpit per vim. & dominum Demitrium captum miſit Vicentiam, dominum dicti loci, qui obijt in carceribus. Audito hoc Dominus Guezilus de Camino, ſubito Paduam equitauit, ſe offerens Paduanis. Dominus Canis combuſta Mota cum omnibus partibus iuit Vicentiam. Paduani poſtea dictum Caſtrum funditus deſtruxerunt. Fuit hoc eodem anno, menſe Maij.

Mote captio. Demitrij de Comitibus obitus.

Die primo Iunij Paduani cum Domino Franceſchino Marchione Eſtẽſi, & Domino Guezilione de Camino exercitum poſuerunt in Quarteſolo. Dum miles quidam D. Poteſtatis cum aliquibus militibus, & peditibus equitaſſet, vt damnum redderet inimicis, & pugnaret contrà fortilicias de Longare, ſubito D. Canis de Vicentia equitauit, & calatis ſuis pontibus leuaturis, proceſſit in hoſtes, ipſoſq; fugauit. In hac pugna mortuus fuit Miles Poteſtatis, Trondus de Capite Vaccæ, Bartholomæus à Palatio de Verona captus obijt in carceribus, Ioannes de Cauda longa captus fuit per D. Canem, & liber relaxatus propter quoddã ſeruitium, quod à patre dicti Ioannis iam receperat. Pedites ſine numero, volentes aufugere per Pontem de Sacole, ſummerſi fuerunt in flumine. Paduani de exercitu volentes ſuis fugientibus ſubuenire, ſubito occurrerunt in oppoſito inimicis, & eos compulerunt turpiter remeare. Tunc mortuus fuit Pancerta de Schinellis, rebellis Paduæ. Paduani cum ſuo exercitu ſe poſuere iuxtà flumen de Longare, volentes tranſire riueriam, quod non profuit. Nam D. Canis cum ſua militia erat vltrà flumen in oppoſitum. Paduani videntes, non poſſe tranſire riueriam, munita ſummitate Montis Galdæ, Paduam redierunt. Fuerunt hæc eodem menſe Iunij.

Franceſchinus Marchio. Paduanum exercitus in Quarteſolo. Trondi de Capite Vacce cedes. Item Bartholomei à Palatio. Io: de Cauda Longa. Pancetta de Schinellis. Paduani iuxtà Longare.

Mons Galdę.

Poſt reditum ab exercitu multi diuites populares fuerunt miſſi ad confinia, tanquam amici D. Canis, quorum diuitias quidam falſi Ciues auferebant. Iuſtè his confinatis, Paduani ſecretè equitauerunt ad flumen de Longare, & facto ſubito ponte ligneo tranſierunt riueriam, & exercitum poſuerunt in Longare. In tranſitu quidam milites de Vincentia occurrerunt, quos Paduani turpiter fugauerunt, aliquibus mortuis, vel detentis. Poſtea igne conſumpſerunt omnes Villas Bezegæ vſquè Lonicum.

Paduani iterũ ad Longare.

Eodem anno, & menſe per vim cœperunt Villam Poianæ, & impugnauerunt Caſtrum. Illi de Caſtro, non expectantes auxilium, ſaluis perſonis dederunt Caſtrum, quod non profuit illis de Caſtro, quod Paduani combuſſerunt. Fuerunt hæc M CCC XII. menſe Auguſti, Poteſtate D. Iacobo de Rubeis de Florentia.

Ville Bezegę combuſtę. Poiana. Iac. de Rubeis Poeſtas Paduę.

Menſe ſequenti Paduani equitauerunt Villam Verlam, & vſquè ad portas Vincentiæ omnia combuſſerunt. Dominus Canis tunc exiuit Ciuitatem parum longe, contrà quem Dominus Guezilus de Camino libenter feciſſet inſultum; ſed conſilio Sapientum deſtitit à propoſito, propter vicinantiam Ciuitatis. Paduani volentes Domino Guecili de Camino honorificè prouidere, eidem dederunt arbitrium eligendi Poteſtatem Paduæ, qui elegit Dominum Borninum de Samaritanis, Ciuem honorabilem de Bononia.

Paduanorũ excurſus ad portas Vincentię.

Bornium *alij.*

De Lucio dato Domino Cani, & alijs canalcatis in Monte. Cap. XIX.

STatim eodẽ anno, & mẽſe, Poteſtate D. Bornino de Samarinnis de Bononia, D. Nicolaus de Lucio ſe, & Caſtrũ ſuũ de Lucio dedit in manibus D. Canis, & hac de cauſa omnes Villæ Pe-

Nicolaus de Lucio rebellis.

Lucium euertitur.

læ Pedeuendæ fuerunt combuſtæ, & ipſum etiam Lucium iuſſu D. Canis fuit deſtructum. Ipſe verò cum Antonio de Curterodulo eius ſocio fuit de Padua forbannitus, domibus euerſis, & bonis omnibus publicatis. Hoc audito, ſtatim Paduana militia equitauit ad Eſt. Sed dum Gens Domini Canis diſcurreret per montes Paduæ, in eos facientes inſultum, omnes poſuerunt in fugam; quidam verò capti, fuerunt furca ſuſpenſi. Videntes Paduani, quod Lucium rehabere non poterant violenter, ſecretè per Abbatiam equitauerunt Portum Lignacum, & cum toto Burgo viriliter fuit defenſum, multas villas pulcherrimas combuſſerunt, & cum magna præda redierunt in Eſt. Fuit hoc M CCC XIII. die ſecundo Februarij.

Ant. de Curterodulo rebellis.

Portus Lignacus.

1313

Prædicto menſe Rectores Paduæ inierunt conſilium habere Caſtrum Brazoli, quod dare Paduanis Sulimanus de Rubeis, Dominus dicti loci, recuſauit. Tunc Paduani ipſum hoſtiliter obſederunt. Sulimanus videns potentiam aſſiſtentium, ſaluis perſonis & rebus, Caſtrum dedit Domino Poteſtati, qui licet fuiſſet receptus in fidem, fuit occiſus & Caſtrum deſtructum, eius bona publicata, & filij forbanniti.

Sulimanus de Rubeis.

Archole. Comes S. Bonifacij.

Eodem anno, menſe Iunij, Paduani equitauerunt ad Archole, & poſt pugnam habuerunt Villam. In hoc exercitu multum inſtabat Comes S. Bonifacij, volens in ſuã patriã remeare.

Veronẽſis aper cõburentur a Paduanis.

Henricus Goritiæ Comes.

Die ſequenti exercitus ſtetit antè portas Veronę. Tandem combuſtis Montorio, Bonalbergo, Burgis Illaxij, & Suauij, Archole, Villanoua, & multis Villis, redierunt Montagnanam, & timore Henrici, Comitis de Goritia, qui parabat ſe venire verſus Taruiſium in Domini Canis auxilium, Paduam ſunt reuerſi.

M CCC XIII. De Menſe Iulij.

De Taruiſinis fugatis per Comitem Goritiæ. *Cap. XX.*

QVia erat omnibus manifeſtum de aduentu Comitis de Goritia, qui veniebat in Domini Canis auxilium, Paduani equitauerunt Baſianum. Taruiſini equitauerunt ad partes Montagnanæ, vbi dicitur ***Marem***. In quorum auxilium miſerunt Paduani circà centum milites de melioribus, quos habebant. Sed dum Comes Goritiæ appropinquaret ad locum, iuſſit Conradum de Ouenſtagno, & alium nobilem * de Guaſame, cum ſuis banderijs tranſire Montagnanam. Ad quorum impetum Paduani cum Taruiſinis viriliter occurrerunt. Tandem Comes Goritiæ cum ſuo pulcherrimo guarnimento habuit principatũ, omneſq; fugauit. Multi mortui fuerunt, multi carcerati, multi fugientes ſummerſi ſunt in Plaue. Ex hoc certamine perierunt Marinus de Zacchis, & Vgo de Macharuſſis. Quidam etiam Nobiles Theotonici in Caſtro Sancti Saluatoris per Comitem Rambaldum fuerunt carcerati. Dominus Canis ex hoc facto eleuatur in altum, putans amodo ſummittere Paduanos; ſed Goritiæ Comes, aſſerens, non fore per Dominum Canem ſuis Theotonicis plenariè ſatisfactum, ac etiam equos ſuos quaſi omnes infirmatos peſte quadam, quæ dicitur *peiane*, poſt magna damna illata in partibus Taruiſinis, Goritiam remeauit. Fuit hoc in M CCC XIII. Menſe Iulij.

In aliis Scriptoribus de Walſe

Paduani ad Plauum victi.

Marini de Zacchis, & Vgonis de Macharuſſis cædes.

Rambaldus Comes S. Saluatoris.

M CCC XIII. In die Sancti Bartholomæi de Menſe Auguſti.

De morte Imperatoris, ac quibuſdam caualcatis. *Cap. XXI.*

EXercitu Paduano magnificè permanente in Montebello Vicentini deſtrictus, Nuncius quidam ait; *Imperator obſedit Florentiam, & Florentini latuerunt intrà ſpaldas: ſed, dum receſſiſſet ab obſidione, infirmitate captus ſoluit debitum naturale, cuius corpus ſepultum eſt in Bonconuento.* Hac morte multiplicatum eſt gaudium Paduanis, & factum fuit Paduæ magnum feſtum. Obijt autem eodem anno & menſe Auguſti in die Sancti Bartholomæi.

Montebellũ. Bonconuentũ.

Poſt cuius mortem conuenerunt Barones Alemaniæ, & diſcordes elegerunt Romanorum Reges Ludouicum Ducem Bauariæ, & Federicum Ducem Auſtriæ.

Bauarus, et Federicus Imperatores electi.

Statim eodem menſe Auguſti Paduani obſederunt Barbaranum cum trabuchis, quod non profuit. Vnde attentauerunt facere Caſtrum ligneum in Longare, & à bono propoſito deſtiterunt. Fuit hoc eodem menſe, Poteſtate Domino Nicolutio de Carbulo, qui in tormentis occidit Antonium Bezogum de Caudalonga, propter falſas accuſationes de Ciuitate prodenda; ſed auctores ſceleris Deus puniuit.

Barbarani obſidio.

Nicolutius de Carbulo Poteſtas Padue.

Am. Bezogi mors.

Domi-

Digitized by Google

Dominus Canis cæpit consilium omnino inuadere Paduanos, & cum Mantuanis, Veronensibus, Vicentinis, * Tridentinis equitauit versus Aponum, & Villam impugnatam habuit violenter. Posteà attentauit transire riueriam; sed nequiuit, resistentibus Paduanis. Vnde Dominus Canis equitauit Montemgaldam, & fortiliciam impugnauit. Hoc timore Clericus de Malicijs, Capitaneus dicti loci, reddidit se cum loco, quem Dominus Canis cum socijs duxit Vincentiam vinculatum. Fuerunt hæc in M CCC XIV. Mensis Aprilis.

Al. Trigētis: *pro* Trecētis. *Scaliger Aponū impugnat. Montegaldā obtinet. clericus de Malicijs.*

M CCC XIV. De Mense Aprilis.

De horribili morte quorundam. Cap. XXII.

POtestate D. Dino de Rubeis de Arimino fuerunt multi Ciues Paduani confinati. Vnde Carrarienses, asserentes se velle sustinere Commune, & malitijs hominum obuiare, dixerunt: *Insultemus in istos, qui sunt omnibus tędiosi, qui committunt delicta enormia sine fine. nam nostrorum inimicorum malitia faciet nos victores.* Itaquè ordinato die Nicolaus de Carraria fecit insultum in Petrum Iudicem de Altechino, quem Franciscus de Vigontia cum ense vulnerauit in capite, sed tunc cum equo mortem euasit. Hoc facto tota Ciuitas fuit in armis, & Carrarienses, quibus populus fauebat, magnificè armati in dextrerijs se posuerunt in plateis. In quorum oppositum occurrerunt Macharuffi cum Altechinis, Runchis, & alijs popularibus, exclamantes: *Moriantur Carrarienses, qui sustinere nituntur proditores de parte Imperij confinatos, propter hoc sperantes habere dominium Ciuitatis.* Tandem Reuerendus Vir Paganus della Turre, Episcopus Paduanus, posteà Aquileiensis Patriarcha, volens partes ducere ad concordiam, taliter ordinauit, quòd Macharuffi cùm suis recesserũt de plateis, quod fuit destructio suæ partis. Nam statim Altechinis, & Runchis fuerunt domus euersæ. Die sequenti Ronchus, & Guertius eius filius nudi tracti fuerunt per plateas, & lacerati. Post hæc D. Nicolaus de Carraria hora noctis traxit de Episcopatu Petrum de Altechinis cum tribus filijs, quibus ait: *Hic est frater vnus, à quo potestis accipere veniam de commissis.* Mane facto duxit eos ad plateas, in quorum aduentu alta voce clamauit multitudo populi vniuersa: *Moriantur, qui Commune continuo spoliant, nos omnes compellentes etiam iniustè per alienas Prouincias mendicare, maleficia committentes enormia sine fine.* Clamore quidam sopito ait. *Petrum, & Priorem de Cernaresia, Fraxam, & Pacem eius filios tollite, & iudicate secundum legem vestram.* qui ab omnibus occurrentibus fuerunt crudeliter lacerati. Dumquè Fratres Heremitani vellent hæc miserrima corpora tradere sepulturæ, populares, qui sine lege reguntur, ea accipientes de cæsis tota die traxerunt per Ciuitatem, & agros.

Dinus de Rubeis potestas padue. carrarienses tyrannidē affectant. Nicolaus de carraria. petrus de Altechino. Franciscus de Vigontia. Macharaffi. Altechini. Runchi. paganus della Turre. Runchi de Rũchis, & Guertij F. cædes. petri Altechini interitus.

Post hoc ciuile bellum multiplicauerunt in Padua odia, deceptiones, & fraudes: & spes salutis Domino Cani leuatur in altum. Fuerunt hæc M CCC XIV. mensis Aprilis. Dominus Dinus Potestas vno solo mense fuit in regimine, quia fauebat Altechinis, & Runchis, qui postea decapitatus fuit in Arimino.

Mors Dini de Rubeis.

Huic successit Dominus Ponzonus de Ponzonibus de Cremona. Beltramus Gulielmi Catelanus in armorum arte Magister, stipendiarius Paduæ transiuit ad hostes, & cœpit contra Paduam militare. Dum verò cum quadringentis militibus equitasset in partibus Cittadellę, Ponzonus Potestas cum Paduanis gentem suam ordinatè conduxit ad vadum Brentæ. Dum transiret, superuenit militia Paduana, statimquè omnes conuersi fuerunt in fugam, & multi fuerunt mortui, ac etiam carcerati. Ipse Beltramus, qui vltimo incedebat, in medio Brentæ fuit à Paulo Dente mortiferè vulneratus, qui posteà obijt Paduæ in carceribus, traditusq; fuit honorificè sepulturæ. Fuerunt hæc eodem anno, & mense Iunij.

ponzonus de ponzonibus potestas padue. Beltramus Catelanus. Brenta. Beltrami Catelani mors. paulus Dente.

Mense sequenti exercitus iuit * Limeriam, & facta fuit Brentella. Mense Augusti Paduani equitauerunt ad Villam Monturfij, omnia deuastantes in Vicentino destrictu. Dominus Canis fortis & audax equitauit vsquè Monteclum. Voluit etiam (licet impar) cum Paduanis bellum sumere contrà ipsos: tamen credens consilio saniori destitit à proposito. Exercitu existente in Monturfio Dominus Canis equitauit vsquè ad portas Ciuitatis. Tunc Paduani, qui erant Paduæ pro custodia, exierunt ad pugnam quasi hostes pro nihilo reputantes: sed illa dies multis extitit lachrimosa. Nam Petrus Briamons, Nepos Beltrami Gulielmi, quos poterat, iugulabat, volens de morte patrui sparso sanguine facere vltionem.

Limenā *alij. Brentellæ Ortus. Monturfium. Momeclum.*

petrus Briamons.

M CCC XIV. Die 16. Septembris.

De captione Domini Iacobi de Carraria, & prima pace facta cum Domino Cane. Cap. XXIII.

Scaliger ſtudet paci cum Paduanis.

Paduani contrà Vicentiã.

FAma publica referente, Dominus Canis affectabat relinquere dominium Vicentinum, & habere pacem cum Paduanis. Paduani, ſperantes habere Vicentiam violenter, pace neglecta equitauerunt ſecretè ad portam Sancti Petri, & poſuerunt pedites per foueas vltra ſpaldum, qui cuſtodes cęperunt, & inierunt conſilium comburere Burgum Sancti Petri, & extrà Burgos figere caſtra ſua. Veronæ hoc infortunio nunciato, Dominus Canis à prandio ſe leuauit, & abſquè mora Vicentiam equitauit. Dum multum dubitaret, quid in tanto diſcrimine ſit agendum, pręmiſit Petrum Briamontem ad portam Sancti Petri, qui in gula mortiferè vulneratus, eſt reuerſus, & ait. *O mi care Domine, ex hoc vulnere non euadam: inuade tredecim ſine mora, & ſubito facias vltionem.* Iam in veſperum die vergente, Dominus Canis cum aliquibus militibus recuperare Burgum attentauit, & faciens inſultum in milites, qui erãt in Burgo, compulit omnes turpiter remeare. Qui fugientes per portam Sancti Petri obuiauerunt militiæ Paduæ in tantum, quod intrare non potuit ad deſenſam. Dominus Canis Fortunam proſperam aſpiciens, viriliter perſequendo, exercitum poſuit in terrorem & fugam, omneſquè ditauit. Nam Paduani in hoc pulchro guarnimento erant omnibus diuitijs copioſi. Capti fuerunt ea die mille, & quingenti Paduani, inter quos fuerunt Iacobus de Carraria, Vãni de Scornazanis de Piſis, Capitaneus forentis militiæ, Muſſatus Poeta, Rolandus Iudex de Plazola, & multi alij populares. Et Ponzonus Poteſtas captus cum capientibus, ſuis promiſſionibus ſciuit euadere. Mortui fuerunt Barnabos de Macharuffis Vexillifer, Albertus à Ponte, Gerardus de Villa Comitis, Iacobus Pecius de Tergula, Piper de Pipere. Fuit hoc M CCC XIV. die 16. Septembris.

Briamontis vulnus.

Iacobus de Carraria, Vanni de Scornazanis, Muſſatus P. Rolãdus de Plazola, capti.

Ponzoni fuga.

Barnabos de Macharuffis, Albertus à põte, Gerardus de Villa Comitis, Iac. pecius de Tergula, et piper de pipere interfecti.

Hoc triumpho animus Domini Canis eleuatur in altum, & conuocatis gentibus in auxilium, ſcilicet Gulielmo de Caſtrobarcho, Giberto de Corrigio Domino Parmæ, Paſſarino de Bonacoſis Domino Mantuæ, ait illis, de quibus multum confidebat: *Equitemus verſus Paduã, eam habere puto, vel Montemſilicem.* Huic propoſito Dominus Iacobus taliter obuiauit. Ait enim Domino Cani. *Virtus Paduæ magna eſt, cui ſanet Tarniſium, & Bononienſes iam equitauerunt ad Eſt. Vnde, ſi vobis placet, ibo Paduæ, vt pacem componam, quam nemo eſt auſus Paduæ nominare.* His verbis Dominus Canis annuit, & receptis ab eo obſidibus, Marſilio nepote D. Iacobi, & Iacobino filio Nicolai de Carraria, Dominus Iacobus cum D. Vanni de Piſis, Paduam equitauit, qui expoſuit dolores, & anguſtias Paduanorum, qui erant cum ipſo Veronæ, & Vincentiæ carcerati. Supplicans igitur Paduanis de pace pro conſilio ſaniori, ei Macharuffus de Macharuffis contradixit palàm, allegans mortem D. Bernabouis eius fratris, & veteres inimicitias inter Commune Paduæ, & illos de Verona, iam longiſſimo tempore conſtitutas. Poſtremò pax conuenit hac forma. Quod Paduani extrinſeci eſſe debeant perpetuò forbanniti, & quòd carcerati liberè relaxentur. Quod factum fuit eodem anno, die ſeptimo Octobris. Hac pace gaudet tota Marchia, ſperans eam perpetuò duraturam.

Gulielmus de Caſtrobarcho.

Gibertus de Corrigio.

paſſarinus.

Bonoñeſes, Paduanorũ ſocij.

Marſilius, & Iacobinus de Carraria obſides apud Canem.

Legatio Iacobi de Carraria Macharuffus de Macharuffis.

prima pax inter Paduanos, & canem.

Vgutio de Faſola.

Robertus Rex.

pugna inter Vgutionem, et Florentinos.

Mors petri fratris Regis Apulia, caroli F. principis & filij Vgutionis.

M CCC XV. Menſe Auguſti.

De morte fratris Regis Apuliæ. Cap. XXIV.

POſt mortem Imperatoris Henrici, Vgutio della Faſola Piſæ, & Lucæ dominium inuaſit. Poſteà Caſtrum Montis Caſini obſedit hoſtiliter. In eius oppoſitum Florentini poſtulauerunt auxilium Regis Roberti, qui Florentiam miſit Principem, & Dominum Petrum fratres ſuos. Dum verò Florentini pararent in tali loco ponere Caſtra ſua, vt Vgutionem cum ſuo exercitu ſubiugarent, Vgutio ſe viriliter parauit ad pugnam. Fuit bellum acre nimis. Conueniunt hinc inde nationes fortiſſimæ. Poſt multas dimicationes Vgutio victoriam habuit glorioſam. In hoc bello fuit ſtrages maxima occiſorum: ſed inter cęteros occubuerunt Dominus Petrus frater Regis, & Karolus filius Principis. Ipſe verò Princeps turpiter Florentiam remeauit. De parte Vgutionis obijt filius ſuus. Fuit hoc M CCC XV. de Menſe Auguſti,

Poteſtate

Poteſtate Domino Vgolino de Liazaris de Bononia, qui ſucceſſit in regimine Domino Franciſco de Carbulo. Domino Vgolino ſucceſſit Dominus Merulus de Aſiſio. Huic ſucceſſit Dominus Vbertus de Cancellarijs de Piſtorio, qui amputare iuſſit caput Domino Vrſio ſuo Iudici, qui volebat prodere Paduam Domino Cani. Ore proprio fuit confeſſus.

1317 Poteſtate Domino * Brogdo de Cornio MCCCXVII. Menſe Martij, Leœna quædam leones tres peperit Venetijs, in iſtis partibus res miranda.

Vgolinus de Liazaris. Merulus de Aſiſio. Vbertus de Cancellarijs Poteſtates Paduæ.

Vrſij Iudicis mors.

Berard⁹ *aliꝰ.*

Leœna partus.

Conſpiratio cõtra Canem.

Vinciguerra Comes S. Bonifacij.

Mel. De Berica.

Grimani Vicentini.

Ant. de Curtarodulo.

Leœnæ aliꝰ.

Qui ait ad D. Antonij de Curtarodulo, Ciuem Paduæ. Veſtra virtus, &c.

Clades altera Paduanorũ ad Vicentiam.

Vinciguerræ obitus.

Piſcareſij mors.

Obizo de Obicinis Poteſtas Paduæ.

Odoricus de Cucagna.

M CCC. XVII. Menſe Madij in die Sancti Spiritus.

De Pace facta, & morte Comitis S. Bonifacij. Cap. XXV.

DOmino Cane magnifice exiſtente in obſidione cuiuſdam caſtri Brixienſis, aliqui Paduani habito tractatu cum aliquibus Proditoribus Vicentinis, qui licet, vt Paduani meliùs de ipſis confiderent, ſecretè dediſſent filios ſuos obſides: tamen Domino Cani reuelabant, quæ tentauerant, in ſecreto, vinxerunt Dominum Vinciguerram, Comitem Sancti Bonifacij cum forenſi militia Vicentiam equitare. Qui circà diem intrauit Burgum de * Berega, expectans intrare Ciuitatem, ſecundum quod promiſerant intrinſeci proditores. Nam nuncius de Grimanis Ciuitatem exiuit, aſſerens pro certo prodere Ciuitatem. Dominus verò Canis cum ſuis, huius facti inſcijs extrinſecis, clàm intrauit, * qui Dominum Antonium de Curtarodulo ciuem Paduæ cum alijs militem fecit. Et ait. *Extrinſeci proditores contrà pacem Vicentiam innaſerunt; ſed Dei auxilio hodie veſtra virtus me in Padua habere facies principatum.* Et ſic, aperta porta Ciuitatis, contrà militiam Paduanam feliciter dimicauit, omneſquè fugauit, multos occidit, & multos etiam carcerauit. Comitem Sancti Bonifacij, inimicum, & captiuum, honorificè tractauit; qui tamen mortiferè vulneratus obijt Vincentiæ, & datus fuit honorificè ſepulturæ. Dominus Piſcareſius de Verona etiam captus obijt in carceribus. Fuit hoc MCCC XVII. menſis Madij, in die Sancti Spiritus, Poteſtate Domino Obizone de Obicinis de Piſis. Quia hoc terruit Paduanos, Dominus Odoricus de Cucagna venit Paduam ad ſtipendium cum centum elmis.

Explicit Liber Primus.

INCIPIT SECVNDVS.

M CCC XVII. Die 21. Decembris.

De Monte Silice capto à D. Cane. Cap. I.

POſt mortem Comitis Sancti Bonifacij, D. Canis, de pace fracta volens facere vltionem, ſecretè tractauit habere Montemſilicem. Qui ad ſe conuocauit Comitem Goritiæ cum tercentis elmis, qui per Feltrem, quem tenebat Dominus Guezilus de Camino, Vicentiam equitauit. Dum verò vellet mittere ad effectum, quod tractauerat cum Machono, mediantibus aliquibus extrinſecis Paduanis, equitauit verſus Montemſilicem per partes Pedeuendę. Poſt mediam horam noctis intrauit Montemſilicem, & Brixianus de Buzzacarinis, negligens in cuſtodia, fugit ad Caſtrum, quod poſteà dedit Domino Cani paucis diebus elapſis, vnde fuit de Padua forbannitus. In ortu Solis infortunio Paduæ nunciato, fuit tantus timor & tremor, quod Dominæ, & Burgenſes cum filijs, & diuitijs Venetias fugierunt: immò etiam quidam viri, fœmineam verecundiam non timentes. Et fuit hoc MCCC XVII. die 21. Decembris, Poteſtate Domino Raynerio de Canoſſa de Regio, qui ſtatim renunciauit, & ei ſucceſſit Petrus * de Lapide de Taruiſio. Die nato, in auxilium Paduanorum venerunt ducenti equites, & pedites mille de Taruiſio. Capto Monteſilice, die ſequenti Dominus Canis impugnauit Villam Eſtenſem, & eam accepit violenter. Fuit tamen in ipſa pugna vulneratus in pede. Tunc Eſtenſis Villa, bonis ſpoliata, & igne conſumpta, extitit à ſuis incolis inhabitata. Altera die Antonius Filarolus Poteſtas Montagnanę, cum Gulielmo Curmiano de Cathelonia ſtipendiario, turpiter ſine pugna fugit Abbatiam. Vnde Montagnana data fuit domino Baylardino de Nogarolis, recipienti pro Domino Cane della Scala.

Comes Goritiæ fauet Cani.

Machonus proditor Montisſilicis.

Brixianus Buzzacarinus Poteſtas Montisſilicis.

Mons Silicis D. Cani proditur.

Raynerius de Canoſſa Poteſtas Paduæ.

Aliꝰ. della Parte.

Petrus de Lapide, Poteſtas Paduæ.

Taruiſini auxiliantur Paduanis.

Villa Eſtenſis capta à Cane.

Antonius Filarolus Poteſtas Montagnanæ.

Gulielmus Curmianus.

by Google

Montagnana Cani tradita.
Baylardinus de Nogarolis.
Exercitus Canis in Terradura.
Ambassatores Venetij pro pace.
Canis intrat Plebatum.
Antonius Boteghinus de Zacchis.
Mel. Processit.
Plebatus à Cane vastatur.
Pons S. Nicolai.
Rodolfinus de Villata
Capitaneus populi eligebatur in rebus perditis.
Odoricus de Cucagna Capitaneus populi.
Iac. de Carraria suadet secundam pacē.
Macharuffus dissuadet,
Henrici de Scrouegnis, & Belchari domus euersę.
Conditiones secundæ pacis cū D. Cane.
Martius *alijs.*

Post hæc Dominus Canis exercitum suum posuit in Terradura, vbi etiam conuenerunt Ambassatores de Venetijs pro pace tractanda. Die verò VII. exeunte Ianuario, existentibus Paduanis..... Dominus Canis intrauit in Plebatum violenter. In eius transitu Antonius Boteghinus de Zacchis viriliter * percussit in hostes, qui trāsiuerant vndas fluminis, superauitque; cum equo mortuus permansit ibidem. Cęteris Paduanis de campo fugatis, multi tamen remanserunt carcerati. Villę omnes Plebatus, post omnem spoliationem bonorum, fuerunt igne consumptæ. Exercitum vero Dominus Canis posuit iuxtà pontem Sancti Nicolai, & continuò omnia deuastabat vsq; ad portas; immò semel persequendo Rodolphinum de Villata, stipendiarium Paduæ, vsquè ad Portam omnium Sanctorum, quasi potuit cum eo Ciuitatem intrare. Dum Paduani in Palatium conuenissent, causa eligendi Capitaneum Populi, vt sic melius resisterent inimicis, Tartarus de Lendenaria, & Clarellus de Buglis ad inuicem se rixantes in Palatio, totam Ciuitatem commouerunt ad arma, vnde armati elegerunt Capitaneum populi Dominum Odoricum de Cucagna. Hic finito suo officio, timens forte de gestis reddere rationem, clàm de Ciuitate migrauit.

M CCC XVIII. Mense Februarij.

De secunda pace facta cum Domino Cane, & de quibusdam de Ciuitate fugatis. Cap. II.

Macharuffi exilium.
Gibellini aduersarios eiiciunt.
Abbas S. Iustinæ.
Obizo de Obicinis Potestas Paduæ.
* *Carrarienſiū potentia.*

EXercitu Domini Canis iuxtà pontem Sancti Nicolai constituto, tractatores pacis Paduę retulerunt pacta pacis. Tunc in Maiori Consilio Dominus Iacobus de Carraria consuluit fieri pacem pro consilio saniori. Macharuffus de Macharuffis contradixit palam, asserens fieri pacem ad instantiam illorum de Carraria, qui nituntur partem Imperij sustinere. Firmato consilio Domini Iacobi, quasi omnibus annuentibus, Macharuffus cum suis sequacibus totam Ciuitatem commouit ad arma. Domus verò tractatorum pacis, scilicet Dominorum Henrici de Scrouegnis, & Belchari Doctoris legum, fuerunt spoliatę. Contrà Dominum Iacobum etiam insultassent, nisi quod eum sequebatur magna militum comitiua. Aliquibus suspensis, negotioq; sedato, statim Dominus Iacobus nocte sequenti equitauit ad Dominum Canem, pacemquè firmauit hac forma. Primò, quod D. Canis, dum vixerit, habere debeat Montemsilicem, Turrim passus ad Est, Castrum Baldum, Montagnanam. Item rebelles Paduæ, scilicet Dominus Nicolaus de Lucio, * Marcus de Forzate, Raynaldus, & Gaboardus de Scrouegnis, Trauersus de Delesmaninis, Gregolus & Odoricus de Poiana, & omnes alij extrinseci Paduani restituantur in integrum. Hoc fuit in M CCC XVIII. mensis Februarij. Paduani volentes adimplere, quod de pace promiserant, extrinsecos suos rebelles Paduæ receperunt in festo Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi, & in ipsos contulerūt honores, & officia Ciuitatis. Eorum aduentum timens Macharuffus, sponte fugit Ferrariam, vbi dominabatur Raynaldus Estensis Marchio, qui eius habebat neptem in vxorem. Gebellini ad gratiam Paduanorum restituti, volentes mittere ad effectum, quæ tractauerant in secreto, ad plateas fecerunt insultum, & quorundam domos spoliauerunt, etiam homicidia committendo. Hoc timore fugierunt de ciuitate omnes Macharuffi, & illi de Polafrisana, de Terradura, de Malicijs, Ioannes de Cāpo Sancti Petri, Dominus Conradus de Vigontia, Abbas Sanctæ Iustinæ cum Mussato Poeta eius fratre, & alij. Tunc verò erat Capitaneus Populi Dominus Obizo de Obicinis de Pisis, qui etiam de Ciuitate recessit, quia presumpsit armata manu tanto sceleri obuiare. Auctores verò sceleris increpantibus respondebant: *hoc facimus, quia nos iniustè compulerunt longo tempore mendicare: & etiam recepimus in mandatis à Domino Cane Magno, quod Domui de Carraria essemus obedientes, tanquàm sibi, quorum auxilio & assensu nostram fecimus vltionem.* Fuit hoc statim eodem anno mense Iunij.

M CCC XVIII. Die 16. exeunte Iulio.

De dominio dato Domino Iacobo de Carraria. Cap. III.

EXpulsis contentis in superiori Capitulo, omnes de parte Ecclesiæ, qui Paduæ remanserant, formidantes, cœperunt consilium in Dominum Ciuitatis eligere Dominum Iacobum

eobum de Carraria. Ad hoc etiam conſenſerunt omnes de parte Imperij de mandato Domini Canis della Scala: & ſic in omnes de parte in Maiori Conſilio extitit reformatum in M CCC XVIII. die VII. exeunte Iulio. Die verò primo Auguſti hac de cauſa fuit Paduæ magnum feſtum. Die VII. Septembris Dominus Iacobus fuit cum Domino Cane in Villa Montis Galdę, à quo Dominus Canis requirebat, quod omnes Paduani extrinſeci, tanquàm proditores Paduæ, bannirentur: ſed Dominus Iacobus facere recuſauit. Fuerunt hęc Poteſtate D. Ioanne de Molino de Venetijs. Timens Dominus Iacobus habere guerram cum Cane, vt poſſet ſecurius in Padua dominari, ſapienti tractatu promiſit filiam ſuam Thadeam, & infantem, dare vxorem Maſtino, nepoti Domini Canis, propter quod ſperauit D. Canem ſuum propoſitum refrenare. Fuit hoc eodem anno, menſe Decembris.

Iacobus de Carraria Dominus Paduæ.

Io: Molinus Venetus, Poteſtas Paduæ.

Thadea de Carraria Maſtino Scaligero deſponſatur.

M CCC XVIII. Die primo Octobris.

De Obſidione Taruiſij, & qualiter fuit datum Comiti Goritiæ. Cap. IV.

ALiqui de Maioribus de Taruiſio cęperunt conſilium mălignum. Quorum tractatu Vgutio della Faſola, quondam Dominus Lucæ & Piſę, nunc Magiſter Militum Domini Canis de Verona, cœpit verſus Taruiſium equitare. Qui furtiuè Ciuitatem intraſſet; ſed pluuijs, & obſcuritate temporis impeditus, taliter ſe arctauit, quod die facto Taruiſini pace fruentes, à tali periculo euaſerunt, ad portas Ciuitatis ſubito occurrentes. Huius ſceleris auctores, ſpe fraudati, dixerunt Vgutioni. Multa caſtra Domino Cani nobis mediantibus ſubiacebunt, quæ Taruiſium penitus ſubiugabunt, & ſic Articus Auocatus Taruiſij ſuum proprium caſtrum de Noale tenuit in damnum & opprobrium Ciuitatis, cuius vxorem Dominus Canis cognouit, & ex ea filios procreauit. Guezilus de Monfirmo occupauit Aſolum, & Montem Bellunæ, caſtra poſita in Pedemonte. Hic Guezilus tempore ſubſecuto carceratus fuit per Comitem Goritiæ, & caſtrum ſuum de Monfirmo fuit deſtructum. Gulielmus etiam de Ronico reuelauit. Vgutio ſuum exercitum poſuit iuxtà Taruiſium, vbi dicitur *le Fontane*. Ad hunc exercitum equitauit Dominus Canis, putans habere Taruiſium. Dominus Guezilus de Camino cum trecentum elmis, & peditibus obſedit Conigliianum toto tempore hyemali in Domini Canis auxilium. Incœperunt hæc M CCC XVIII. Die 1. Octobris. Intrinſeci Taruiſini, ſcilicet Rambaldus Comes, Guezilus Auocatus, frater Artici prædicti, Altinerius de Azonibus, & alij nobiles de Taruiſio propter oppreſſionem, quam ſuſtinebant à D. Cane, qui extrà Ciuitatem omnia pacifice poſſidebat, conſulerunt recurrere ad maiorem; & ſuos ſolemnes Ambaſſatores miſerunt ad Ducem Auſtriæ, ſe dicentem Romanorum Regem. Qui offerens auxilium, ſtatim in Taruiſio Comitem Goritiæ conſtituit ſuum Vicarium, qui cum ſuis Theotonicis magnificè verſus Taruiſium equitauit. Hoc viſo Dominus Canis cogitauit habere pacem cum Comite de Goritia. Vnde ſtatim inſimul conuenerunt, paxque conuenit. Dominus Guezilus de Camino de obſidione Conigliani receſſit, & gens Comitis iuit in caſtrum. Comes
1319 verò cũ magno gaudio fuit receptus, & Ciuitas ab obſidione extitit liberata in M CCC XIX. menſe Iunij.

Vgutio de Faſola exercitus Scaligeri auctor.

Articus Auocatus.
Noale.
Gueʒilus de Monfirmo.
Aſolum.
Mons Bellunę.
Monfirmum euertitur.
Gulielmus de Ronico.
Gueʒilus de Camino Conigliani obſidet.
Rambaldus Comes.
Gueʒilus Auocatus.
Altinerius de Azonibus.
Taruſini ſe dant Federico.
Com. Goritiæ Vicarius Taruiſij.

M CCC XVIIII.

De obſidione Ciuitatis Paduæ. Cap. V.

TAruiſio in poteſtate Comitis conſtituto, Dominus Canis, Vicarius Veronę, & Vincentiæ, ſecretè tractauit habere Renaldum, & Obizonem Marchiones Eſtenſes, qui in Ferraria Eccleſiæ reuelabant, in ſui fauorem: ac etiam Paduanos extrinſecos, quorum nunquàm fuerat amicus. His ſic diſpoſitis, ait Vicarius Veronæ. *Iam inſtat tempus equitandi verſus Paduam, quæ omnino non poterit à noſtris viribus ſe defendere, tanta eſt virtus noſtra. Iam enim Taruiſium, Ferraria, & extrinſeci Paduani nobis fauent. In Ciuitate erit ſciſma, quia dicemus eam velle reducere ad Commune, & Dominum Iacobum ejicere de dominio, quod eſt bonum, quia in Padua multa maleficia committuntur iniuſtè; nec de ijs aliqua fit iuſtitia. Intellexi etiam, quod dum Paduæ fieret mõſtra peditum, omnes habentes ſigna regalia exclamabant, ſubleuetur Eccleſia, & pars Imperij opprimatur: & hoc ſignum erit contrariũ noſtræ parti. Vnde Ciuitas eſt taliter opprimenda, quod eius ciues indomiti, & rebelles, ſi poſſit, doloribus & angoſtijs ſuperati, flexis*

Renaldus, & Obizo Eſtenſes.
Sermo D. Canis.

genibus veniant ad mandata. Volens amodo inuenire cauſam contrà Paduam, miſit literas Domino Iacobo, continentes, quod amici ſui extrinſeci Paduani reſtituerentur in integrum abſquè mora, alioquin intendebat ſuis neceſſitatibus ſubuenire. Dominus Iacobus manifeſtè cognoſcens, quod Dominus Canis ſe extrinſecorum ſimulabat amicum, vt poſſet commodè contrà Paduam inſultare, Veronam miſit ſuos Legatos, offerens Domino Cani, ſe velle in Paduam recipere ſuos amicos, tanquàm Ciues. Dominus Canis, volens omnino mittere ad effectum ſuum intentum, equitauit ad Montemſilicem. Die vero V. Auguſti exercitum poſuit in Burgo Sanctæ Crucis iuxta Paduam, Poteſtate Domino Marco Gradenico de Venetijs M CCC XIX. Adhuc Dominus Iacobus ſperans poſſe Domini Canis animum mitigare, miſit ad eum ſuos Legatos pro pace tractanda, ſed nihil profuit.

Litera eiuſdē ad Iacobū de Carraria.

Legatio prima dicti Iacobi ad Canem. D. Canis bellum repetit.

Marcus Gradenico Poteſtas Padue.

Legatio altera Iacobi Carrarienſis ad Canem.

Eodem Milleſimo.

De Concione facta in Palatio. Cap. VI.

DOminus Iacobus cogitans defendere Ciuitatem, facta in Palatio ciuium publica concione, ait.

O Ciues, qui pro libertate pugnatis, patriamquè defenditis, audiatis pacificè verba noſtra. Tunc omnes vnanimiter ſiluerunt. Facto ſilentio, ait. *Poſt captum Montemſilicem, pacem compoſui inter Dominum Canem, & Commune Padue: Paduanos extrinſecos ad Patriam ſuam reduxi: item poſt Ciuile bellum Ciuitatis Dominium acceptaui ſolummodo, vt tanquàm Pater, Patrix prouiderem. Cum Domino Cane pace ſacramento firmata, vinculis Matrimonij, & pœnis pecuniarijs me obligaui, vt vos tanquàm filios conſeruarem. Hæc tamen omnia nihil profuit. Iam enim multi Paduani, preferentes Ciuibus hoſtem, de Padua receſſerunt, de quibus faciemus vobis mediantibus vltionem. Dominus verò Canis, pace neglecta, & de periurio parùm curans, nos inuaſit iniuſtè: vnde iuſtitiam fouemus, & pro libertate pugnamus. Eſtote ergo parati armis, & equis, vt, cum viſum fuerit, in hoſtes viriliter equitemus.* His verbis propoſitis, omnes alta voce dixerunt. *O Defenſor omnium, veſtrum eſt precipere. Precipite ergò paratis in omnibus obedire.* In paucis verò diebus ſuburbia Ciuitatis fuerunt munita ſpaldis, foueis, & bertiedis.

Concio Iacobi de Carraria ad Populū Paduanum.

Reſponſio Populi.

Eodem Milleſimo, Menſibus Auguſti, & Septembris.

De Caſtro Baſſanelli. Cap. VII.

EXiſtens Dominus Canis in Burgo Sanctæ Crucis, poſt triduum habuit turrim Baſſanelli; poſteà iuſſit fieri roſtam in flumine, & Paduam priuauit aqua, & ſic caruit molendinis. Poſt hæc iuxtà turrim conſtituit ligneum caſtrum fortiſſimum, & pulcherrimum in aſpectu, cui erat nomen *Iſola della Scala.* Ibi conſtituit Poteſtatem Ribaldum ſuum militem, qui poſſeſſiones, & bona Paduanorum, qui Ciuitatem defendere nitebantur, Paduanis extrinſecis conſignauit, appellans intrinſecos ſuos rebelles. Huic Caſtro libere reſpondebant omnes Villæ Paduani diſtrictus: Villæ verò poſitę circa Paduam, ne ex eis Paduani perciperent aliqua victualia, & omnes vltrabrentanę partes, diſtantes à Caſtro bonis omnibus fuerunt ſpoliatæ, igne conſumptæ, earum incolæ quaſi omnes in Meſtre fame, frigore, & diuerſis anguſtijs perierunt. Totam Ciuitatem circuit via plana, vt ſic facilius currere poſſet ad omnem partem Ciuitatis. Stat amodo Ciuitas ab hoſtibus circundata, & in tantum, quod exire Ciuitatem vix aliquis preſumebat. Marchiones Eſtenſes, Raynaldus, & Obizo, Abbatiam, Lendenariam, & Rhodigium inuaſerunt, quæ licet ſint Ferrarienſis diſtrictus, tamen fuerant à Marchionibus Paduæ ſubiugata temporibus retroactis. Fuerunt hæc eodem anno, menſibus Auguſti, & Septembris.

Caſtri poſitio Turri Baſſanelli.

Iſola della Scala.

Ribaldus Miles Canis, dicta Inſula Poteſtas.

Marchiones Eſtenſes Peninſulam Rhodigij Paduanis adimunt.

Eodem Anno.

De Geſtis per Paduanos, & Cittadella, & Ambaſſatoribus Venetorum. Cap. VIII.

PAduani, poſt aduentum Domini Canis Paduam, reduxerunt de diſtrictu, quæcunque victualia potuerunt, cum feſtinantia tam magna, quod vix intrare poterant Ciuitatem, tanta erat

ta erat multitudo volentium se, & sua in loco tutissimo collocare. Paduani priuati molendinis reduxerunt Paduam quæcunque pestrina potuerunt de omni parte districtus, noua etiam fabricantes ad portam quamlibet Ciuitatis. Deputati erant continuò aliqui de Nobilibus Ciuitatis pro custodia nocturna; tertia pars omnium Ciuium continuò vigilabat. Ambassatores solemnes, Vbertinum Iuuenem de Carraria, Ioannem Iudicem de Vigontia, Albertinum Mussatum Poetam, miserunt in Tusciam auxilium imploratum. Dominus Iacobus secretò misit Tarusium suos Legatos, offerentes Bassianum, Cittadellam, & florenos..... Comiti de Goritia, vt Paduæ subueniret. Ipse verò sagax hoc retulit Domino Cani, habitoq; tractatu recepit à Domino Cane Asolum, & Montembellunam, castra Taruisini districtus; pro se verò tenuit castrum de Noale. His castris redditis, Comes Goritiæ fingens se Domini Canis amicum, literas misit continentes: *Nos Comes Goritiæ à Duce Austriæ recepimus in mandatis, quod receptis Castris nostris à Domino Cane, fideli Sacri Imperij, debemus ei præstare auxilium, & fauorem. Quare vos, & vestra mittimus diffidando.* His verbis auditis, die sexto Octobris Dominus Iacobus comburi iussit Vigontiam, Peragam, & multas alias villas, tunens aduentum Comitis de Goritia. Ait tamen, *Tot, & talia munera promittemus, quod Comes omnino venire in nostrum auxilium non desistet.* Venetiarum Legati, pacem componere confidentes, ex parte Domini Canis Paduæ retulerunt: *Cum Domino Cane pacem habere potestis his præmissis, quod Dominus Iacobus de Carraria renunciet Dominio Ciuitatis, & quod stipendiarij Paduæ expellantur, & extrinseci Paduani restituantur in integrum, omni exceptione remota.* Quibus ait Dominus Iacobus. *Mihi consulunt Sapientes, vt Vos Legati Domino Cani breuiter exponatis, quod manifestè cognoscitur, eum velle Paduam subingare, dum quærit Paduæ expellere* * *defensores, & Lupos ponere in ouile. Quare postulata displicent vniuersis.* Dominus Canis de verbis Domini Iacobi nihil curans, qui etiam Cittadellam tenebat hostibus circundatam, recepit obsides ab incolis Cittadellę de Cittadella danda Domino Cani, nisi infrà decem dies ei succurrerent Paduani, quod fieri non potuit. Vnde Domino Cani data fuit Cittadella die primo Nouembris; mortuo tamen propter multas vigilias Lucesio de Pernumia, quem Dominus Iacobus miserat Cittadellam pro custodia.

Ambassatores Paduanorũ in Tusciam.

Vbertinus de Carraria, Ioannes de Vigontia, & Mussatus. Hic apparet, eos, qui cum Macharuffis ierant in exilium, anno 1319. restitutos; licet id obscurè supra significetur.

Comitis Goritiæ literæ.

Vigontiæ, & Peragæ incendium.

Legati Venetì pro pace.

Responsio Iacobi de Carraria ad Legatos.

Al. Pastores.

sine Padue Cittadella potitur Canis.

Lucesius de Pernumia.

M CCC XIX. Die IV. Nouembris.

De Padua data Comiti Goritiæ. *Cap. IX.*

INterim Dominus Iacobus ait Ambassatoribus de Venetijs: *Placet, vt redeatis ad castrum, vt tentetis Domini Canis animum mitigare.* Qui redeuntes retulerunt. *Hanc pacem habere poteritis, si vos, Domine Iacobe, renuncietis Dominio Paduæ: extrinseci restituantur in integrum: & Potestas Paduæ eligatur, qui sociatus stipendiarijs non suspectis, arbitrium habeat in regendo. Item videtur Domino Cani pro reformatione status Ciuitatis Paduæ, quod ex extrinsecis, & intrinsecis sint aliqui confinati, donec inter eos per vincula parentelæ amicabuntur. Adhuc fieri ligam requirit inter Commune Paduæ, & Dominum Canem, & quod per Commune Paduæ conferatur fauor ligæ secundum quod faciunt alij socij Lombardiæ. Vltimò requirit Dominium Bassani, offerens facere pro cambio Bassani de Cittadella, secundum quod Ambassatoribus Venetiarum videbitur conuenire.* Dominus Iacobus hanc pacem renuit: qui tamen continuò & secretè procurabat auxilio Comitis Goritiæ se defendere, suadentibus Paduanis. Qui à Comite habuit hoc responsum. *Quod eum habere poterat defensorem, si Paduam eidem consignabat, recipienti nomine Ducis Austriæ Regis Romanorum. Qui asserebat pro certo Dominum Canem de campo fugare, ac etiam Montem Silicem, Montagnanam, Rhodigium, & omnia loca, quæ Commune Paduæ temporibus retroactis possidebat, in Paduanorum manibus liberè consignare.* Quæ omnia Consilio Paduæ placuerunt. Electus itaquè fuit Syndicus Aleardus de Basilijs, qui dedit dominium Paduæ Comiti de Goritia, recipienti nomine Ducis Austriæ. Qui statim alacriter acceptauit, & iurauit se eximere Castra prędicta, & Paduanorum districtum, de manibus cujuslibet illiciti detentoris. Fuerunt hæc M CCC XIX. Die I V. Nouembris.

Tractatus pacis tẽtatur denuò.

Al. Vltimò requirit dominiũ Bassani, & Cittadellę, secũdũ quod, &c.

Responsum Comitis Goritiæ.

Aleardus de Basilijs.

Padua traditur Duci Austriæ.

Eodem

Eodem Milleſimo. Die X. Nouembris.

Qualiter D. Canis voluit capi, & de extrinſecis Paduanis condemnatis. Cap. X.

Goritiæ Comes aduerſatur Cani.

GOritię Comes ſimulans ſe amicum D. Canis de Verona, miſit ad caſtrum Baſſanelli centum milites Theotonicos, quorum Centurioni ſecretè mandauit, vt viſo vexillo rubeo ſupra mœnia Ciuitatis, ſciret pro certò ipſum fore in concordia cum Paduanis, & quod inſultantibus Paduanis contrà hoſtes nil timeret, imò potius cũ ſuis Theotonicis viriliter equitaret, oſtendens ſe velle reſiſtere Paduanis, & Dominum Canem, ſæpe conſuetum antè omnes occurrere inimicis, captiuum duceret Paduanis. De concordia ſecreto conueniret iuſſu Comitis, Dominus Iacobus oſtenſo vexillo rubeo modo prędicto, ſecretò mandauit apertis ianuis Ciuitatis occurrere inimicis. Cum Dominus Canis aſpexit hoc vexillum rubeum ſuper mœnia Ciuitatis, ait Vgutioni della Faſola: *Hoc Vexillum rubeum proditionis monſtrat ſignum.* Et* forſan conſcius huius facti, gentem Comitis ſpoliauit armis, & equis, & quoſdam ligatos ferreis vinculis carcerauit. Fuit hoc die primo Nouembris. Die verò quinto D. Canis, munito Caſtro, exercitum ſuum poſuit iuxtà pontem Brentę de Vico Argeris, & Trauerſum de Deleſmaninis miſit Peragam, vt nullus poſſet ſecurè de Taruiſio Paduam equitare. Sexto decimo die eiuſdem menſis Paduani extrinſeci cum filijs in tertium gradum, vt proditores, & rebelles, fuerunt comdemnati, & eorum bona publicata: domus vero eorum dirutę à fundamentis Paduam deformabant. Quæ domorum deſtructio facta fuit Conſilio Dominorum Marſilij de Carraria, & Antonij de Curterodulo, quorum domus in Villis poſitas deſtruxerant extrinſeci Paduani. Ab hac die inanteà extrinſeci Villas igne cremabant, domos funditus eruebant, & ſic intrinſeci Paduam deſolabant. Paduani expectantes auxilium Comitis Goritiæ, clauſerunt omnes Portas Ciuitatis circà magnam cuſtodiam vigilantes, & ſic Paduani erant quaſi in Ciuitate propria carcerati.

Canis calliditas. Al. Fortius.

Trauerſus de Deleſmaninis. Exuſti Paduanorum pœnæ.

Marſilius de Carraria. Ant. de Curterodulo.

M CCC XX. Die III. Ianuarij.

Hic primo Vicarius Ducis Auſtriæ intrauit Paduam. Cap. XI.

Auxilij Comitis Goritiæ.

CVm Paduani non ceſſarent litteris, & Nuncijs à Comite Goritię auxilium implorare, victualibus iam priuati, Goritiæ Comes Vngarorum, Sclauorum, Theutonicorum, & diuerſarum gentium fecit maximum apparatum equitum decem millium. Dum verò vellet omnino Paduam equitare in Domini Canis detrimentum, Vlricus miles Ducis Auſtriæ de Valſe Capitaneus cum Ambaſſatoribus Ducis Karintiæ Taruiſium intrauit, qui de pace cum Comite, & Domino Cane ſe voluit mediare. Et poſt tractatum Paduam intrauit M CCC XX. die III. Ianuarij, exponens Paduanis, quod videbatur placere Domino Cani circa pacem, ſcilicet, quod Padua daretur in manibus Vlrici prędicti, nomine Ducis Auſtriæ, & quod vſquè ad medium Quadrageſimæ Dux Auſtriæ, & Dux Karintiæ poſſint, & debeant terminare de dicta Ciuitate, quod ſibi videbitur conuenire, ac etiam de Paduanis extrinſecis. Item, quod de omnibus diſcordijs, ortis inter Dominum Comitem Goritiæ, & Dominum Canem, poſſint dicti Reges diſponere, vt eis laudabilius videbitur conuenire, & quod interim ſtratæ ſint ſecuræ, pro quibus omnibus diſponendis parlamentum debeat eſſe in Bolzano. Quæ omnia placuerunt. Et ſic die quinto Ianuarij in pleno arrengo Dominus de Valſe, nomine Ducis Auſtriæ, recepit Ciuitatis Dominium. 1320

Vlricus de Valſe. Conditiones Pacis à D. Cane propoſitæ.

Bolzanum. Vlricus de Valſe intrat Paduam.

His diſpoſitis, Dominus Canis cum ſuo exercitu Vicentiam equitauit munitis Paduanorum Caſtris. Nam caſtra omnia poſſidebat, exceptis Baſſano, & Pendiſio. Goritiæ vero Comes ſuo pulcherrimo guarnimento grates retulit, & dedit licentiam recedendi. Ab hac die ſtant in parte Imperij Paduani. In Caſtro Baſſanelli pro Domino Cane erat Poteſtas Simon Philippus de Piſtorio, qui diſtrictum Paduæ totaliter gubernabat, & in Villis habebat ſuos Rectores: etiam antè portas Ciuitatis ſtabant procurantes, ne aliquis cum victualibus Ciuitatem intraret, niſi ſoluto maximo vectigale, quod eſſe poterat dimidium rei conductæ. His anguſtijs, & maioribus ſtimulati, in parlamento Bolzani ſpem habebant. Suadente Domino de

Baſſanum. Pendiſium.

Simon Philippus de Piſtorio.

Val-

Valſe die XIII. Ianuarij Comes Goritiæ muniuit Baſſanum Theotonicis de beneplacito Paduanorum. Fuerunt hæc Poteſtate Domino Marco Gradenico de Venetijs.

Baſſani munitio.
Marcus Gradenico Poteſtas Padue.

Eodem Anno, Menſe Ianuarij.

De tregua, & captione Aſoli, & Montis Bellune. *Cap. XII.*

AMbaſſatores Paduæ, Nicolaus de Carraria, Rolandus de Plazola, Io: de Campo Sancti Petri, Alcardus de Baſilijs cum Domino de Valſe iuerunt Bolzanum, vbi eſſe debebat parlamentum; ſed ibi Duces Auſtriæ, & Karintiæ non potuerunt intereſſe: habebant enim tractare arduа facta cum Ludouico Duce Bauariæ, qui etiam ſe ſcribebat Romanorum Regem. Quare Auſtriæ Dux hoc retulit. *Nos Federicus Romanorum Rex noſtris fidelibus Paduanis facimus manifeſtum, treguas dilatas ad Octauam Paſchæ, & nos Vicario Veronæ ſimiles literas deſtinaſſe.* Paduani, cupientes Regis obtemperare mandatis, miſerunt Veronam ſuos Legatos, offerentes obſeruare treguas à Maieſtate Regis ſtabilitas. Tunc Dominus Canis, de Regibus, & Ducibus parùm curans, ait. *Volo treguas hac forma, quod Altenerius de Azonibus Padua Poteſtas, regimine priuetur omnino. Item, quod ſtipendiarij omnino caſſentur à ſoldo Paduæ, & quod Domus Campi Sancti Petri nobis reſtituatur, occupata ab intrinſecis Paduanis.* Sed notum omnibus ſatis erat, quod dictam domum poterat faciliter rehabere. Ab hac die ruptę ſunt treguæ, & furor guerrarum fremit vbiquè, vt ſuperius dictum eſt. Dominus Canis Comiti Goritiæ dedit Aſolum, & Montem Bellunæ, ſperans Comitem inuadere Paduanos, & ſic deſiderium ſuum totaliter adimplere. Sed data Padua Duci Auſtriæ, cęperunt inter eos inimicitiæ capitales. Itaquè Comite abſente, occaſione Parlamenti de Bolzano, Dominus Canis neptem ſuam Dominam Verdam dedit in vxorem filio Domini Guezilionis de Camino, & Vnicam filiam Domini Guezilionis dedit in vxorem Domino Chechino della Scala Nepoti ſuo. Hoc facto Dominus Guezilus cum Domino Chechino hoſtiliter equitauit, & Caſtra Aſoli, & Montis Bellunæ faciliter abſtulit Theotonicis. Paduani cum Taruiſinis trepidantes nuncios mittunt feſtinanter Duci Auſtriæ, Comiti, & Domino Vlrico de Valſe, à Germanis auxilium implorantes. Fuit hoc eodem anno menſe Martij.

Nicolaus de Carraria.
Rolandus de Plazola.
Io. de Campo S. Petri.
Alcardus de Baſilijs & Dominus de Valſe Oratores pacis ad Federicũ.
Literę Federici.
Altinerius de Azonibus Poteſtas Padue.
Aſolum.
Mõs Bellunę.
Inimicitia inter Goritię Com. & Canẽ.
Nuptię inter Scaligeros, & Caminates.
Verda neptis D. Canis.
Chechinus Scaliger.

MCCCXX. Menſe Madij.

De prędа Boionis, & morte Rainaldi Scrouegni. *Cap. XIII.*

VAndus, & Ioannes Ruzerius de Vigontia fratres, oſtendentes communi Paduæ ſe rebelles, fortificauerunt ſuam domum de Boione. Quidam verò intrinſeci ſecretè miſerunt Boionem ducentum pedites, qui Villam ſubitò inuadentes, ſpoliauerunt prędictos armis, & equis, & eos compulerunt turpiter in fortilicia latitare. Villa verò fuit totaliter ſpoliata.

Duo fuerunt fratres Raynaldus, & Gaboardus de Scrouegnis. Gaboardus vero fuit cum D. Cane contrà Paduam, & iſte mortuus fuit, dum de Vicentia equitaret Veronam. Raynaldus venit ad mandata D. Iacobi de Carraria, & videbatur circà Ciuitatis cuſtodiam vigilare: ſed Dominus Nicolaus de Carraria reuerſus à Parlamento Bolzani, afferens eum partem Imperij ſubleuare, & eum accuſaſſe falsò Domino de Valſe, quod hoſtiliter conueniſſet de Ciuitate prodenda, in Rainaldum ipſum fecit inſultum, eumquè peremit in platea Eccleſiæ Cathedralis. Cauſa prędicta Franciſcus de Vigontia frater prędictorum iuit Venetias ad confinia, & quia non paruit confinibus conſignatis, eius fideiuſſor, & Patruus D. Ioannes de Vigontia, qui Poteſtas erat Vincentiæ tempore captionis eiuſdem, fuit turpiter carceratus: & ſolutis libris mille iuit Venetias. Tandem bannitus, & publicatis bonis omnibus, aliquo tempore mendicauit. Fuerunt hæc MCCCXX. menſe Madij. Item eodem menſe fuit Parlamentum in Tridento.

Vandus, & Io. Ruzerius de Vigontia rebelles.
Boio diripitur.
Raynaldus, & Gaboardus de Scrouegnis.
Mors Gaboardi.
Raynaldi Scrouegni cades.
Franciſcus de Vigontia.
Io. de Vigõtia, Poteſtas Vicẽtię.
Parlamentum Tridenti.

Eodem Anno, Die III. Iunij.

Qualiter D. Canis preſumpſit intrare Paduam furtiuè. *Cap. XIV.*

DOminus Canis ſemper cogitans Paduam occupare vi, vel fraude, de Vicentia ſecretè equitauit ad Caſtrum, & ait quibuſdam Paduanis extrinſecis. *Hodie poteſtis in Ciuitate propria triumphare. Placeat ergò vobis circà introitum Ciuitatis vires veſtras oſtendere.* Qui ſtatim

Allocutio Canis ad extrinſecos Paduanos.

Stipendiarius Parmenſis.

ſtatim per roſtam, factam iuxtà viridarium S. Iuſtinæ, Ciuitatem intrauerunt furtiuè, quoſdam verò cuſtodes dormientes occiderunt. Cum iam Ciuitas eſſet iuxtà mortem, Stipendiarius quidam Parmenſis verſus eos ſubito inſultauit, & ad reſiſtendum inhabilis, terga vertens Domino Nicolao de Carraria obuiauit, cui ait. *Occurrite ſubito contrà hoſtes, ne Ciuitas ſubmergatur.* Tunc ille cum quibuſdam in hoſtes fecit inſultum, & Dei auxilio mediante compulit eos fugere ſine ponte, quorum aliqui in foueis ſummerſi fuerunt, aliqui deformiter truncati, nudi tracti fuerunt per plateas, nec traditi ſepulturæ. De quorum numero fuerunt Rugerius de Vigontia, Antonius de Santo Vito, & vnus de Brudigine: multi autem redierunt ad Caſtrum mortiſerè vulnerati. Paduani ex hoc triumpho habentes ſpem ſalutis, ſtatim ſequenti die fecerunt magnum feſtum in Eccleſia S. Iuſtinę in honorem Virginis Glorioſę. Fuit hoc M CCC XX. die III. Iunij.

Nicolai de Carraria vobur. Rugerij de Vigontia, & Antonij de S. Vito cæder.

Ira plenus D. Canis, qui ſe appellabat Vicarium Imperij, voluit colligere omnes fruges Paduani diſtrictus, vt ſic Paduani quaſi fame necati currerent ad mandata. *Vnde fieri iuſſit* magnam foueam à Ponte Baſſanelli vſque ad flumen, per quod itur Venetias, & ibi iuxtà pontem de Graicijs fecit fortiliciam quaſi Caſtrum. Nullus amodo exire poterat Ciuitatem. Paduani videntes extrinſecos colligere fruges ſuas, & de Theotonicorum auxilio deſperantes, inierunt conſilium iuxtà mortem defendere Ciuitatem.

Foueæ Baſſanelli à quo ducta Venetias vſquè.

Eodem Milleſimo.

De defenſoribus Ciuitatis, & Paduanis, qui cum D. Cane fuerunt contrà Paduam. Cap. XV.

Familiæ Tantum pro Libertate Patriæ decertantes.

THeotonicorum auxilio Paduam defendebant Nobiles Ciuitatis, Domini Iacobus de Carraria, Philippus cum ſuis de Peraga, illi de capite Vaccę, de Zacchis, de Cortuſijs, de Sanguinacijs, de Vicoargeris, de Polafriſana, de Macharuffis, de Muſſatis, de Pedeligno, Tartarus de Lendenaria, Gulielmus Dente. Tito Nouellus de Campo Sancti Petri impubes, cum matre ſua Domina Cuniſſa de Carraria ſtetit Venetijs, Gulielmus eius Nepos ſtetit in caſtro de Triuili. Omnes verò nominare eſſet impoſſibile, quia vniuerſaliter omnes Populares Ciuitatem libentiſſimè defendebant. Henricus de Scrouegnis cum vxore ſua, filia Marchionis Eſtenſis, iuit Venetias maximis diuitijs derelictis.

Tito Nouellus de Campo S. Petri.

Cuniſſa de Carraria.

Gulielmus de Cãpo S. Petri. Al. Treuillę.

Henrici Scrouegni vxor.

Contrà Paduam cum Domino Cane fuerunt infraſcripti Nobiles, & Burgenſes. Domini Nicolaus de Lutio, Lifancer, & Nicolaus de Caſtronouo dicti de Maltrauerſis, Martius, & Iordanus de Forzate, Gaboardus de Scrouegnis, Macharuffus cum omnibus de Macharuffis. Omnes de Deleſmaninis, Conradus de Vigontia, de Tempo, de Vitalianis, de Caligine, de Capite liſtæ, de Carturio, de Villacomitis, de Sancto Vito, de Rubeis, de Frabianis, de Ronchis, de Altechinis, de Enſelminis, de Capite Nigro, de Brudigine, de Parrenopeo, de Vngarellis, de Terrarſa, de Malfattis, de Montagnone, de Aluarotis. Item Gregorius, Odoricus, & Bonifacius de Poiana, de quibus Dominus Canis confidebat. Erat enim Poteſtas Montiſilicis Bonifacius, in Montagnana Gregorius, poſteà in Baſſano poſuit Odoricum Poteſtatem: ità Dominus Canis hos ſummo honore tractauit. Cęteri extrinſeci Paduani nobiles, & Burgenſes, vix ſe poterant victualibus ſuſtentare.

Familiæ fauẽtes Cani.

Maltrauerſi de Caſtronouo.

Fratres de Poiana.

M CCC XX. Die VII. Iunij in die SS. Hermagoræ, & Fortunati.

De captione Poteſtatis Caſtri. Cap. XVI.

Comes de Falimbergh. Vlricus iunior.

COmes de Falimbergh cum centum militibus Theutonicis, de mandato Domini de Valſe, intrauit Paduam. Vnde Paduani cum eo, & Vlrico iuuene, filio Vlrici de Valſe exiuerunt per Portam pontis Curui: & firmatis ſuis banderijs iuxtà Eccleſiam S. Iacobi, iuſſerunt pedites accedere ad ſplanandam foueam, quam fecerant inimici, ne aliquis accederet ad Plebatum. Tunc Simon Philippus Poteſtas Caſtri cum quingentis militibus equitauit, vt reſiſteret, qui in tantum terruit Paduanos, quod pedites quaſi omnes cęperunt fugere verſus portam: imò etiam quidam milites effœminati, de victoria deſperantes. Diuina tamen maieſtas voluit in tanto diſcrimine prouidere, quod Altenerius de Azonibus de Taruiſio, Paduæ Poteſtas,

Simon Philippus.

Altenerij Paduæ Poteſtatis virtus.

Digitized by Google

ſtas, cum militia Paduana, & forſan ſex Theotonicis, ſe exponens fortunæ, equitauit in hoſtes, & victoriam habuit glorioſam. Benè ducenti milites vltramontani remanſerunt in campis, in quibus D. Canis multùm confidebat. Extrinſeci Paduani tractabantur, vt Canes, vt patuit in Ioanne de Vigontia, Landone de Enſelmis, Marſilio de Sancto Vito, & alijs. Paduani intrinſeci omnes hilares D. Simonem Philippum cum multis duxerunt Paduæ carcerandum. In huius rei teſtimonium in palatio poſuerunt banderias XIV. illorum, qui paſſi fuerant tantam ſtragem. Admodum gratulantur Paduani, expectantes Dominum de Valſe. Fuerunt hæc M C C C X X. XI I. Iulij in Feſto Sanctorum Hermagoræ, & Fortunati. Propter hanc Victoriam in ſignum honoris perpetui facta fuit Statua, ſignificans Dominum Altenerium de Azonibus, quæ eſt ſupra plateam in palatio Poteſtatis. Altenerius de Azonibus recepit etiam maximas poſſeſſiones quorundam, qui fuerunt pro rebellibus Paduæ forbanniti.

Paduanorum victoria.
Io: de Vigõtia.
Al. Lando de Anſelminis.
Lando de Enſelmis.
Marſilius de S. Vito, & Simon Piſtoriẽſis capti.
Statua Altenerio ponitur, & bona rebellium aſſignantur.

Prędicta die Dominus Canis de Vicentia equitauit ad Caſtrum. Qui, vt melius includeret Paduanos, dictam foueam fortificauit belfredis, & alijs neceſſarijs, in qua etiam poſuit de aqua fluminis, quod labitur verſus Montem ſilicem, quæ producebatur in flumen, quod labitur verſus Clugiam. In dicto flumine fecit roſtam, & ſic aqua, quæ naturaliter debet currere verſus mare, cępit currere verſus Paduam per obliquum. Die XIV. Iulij Bruſaporco datum fuit Comiti de Goritia.

Bruſaporcum Comiti Goritiæ datum.

M CCC XX. Die VI. Auguſti.

De fuga D. Canis capto Caſtro. Cap. XVII.

CVm Paduani iam quaſi omnibus carerent victualibus, Abbas Sancti Cypriani de Murano, & Ambaſſatores Parmæ, pacem interponere voluerunt inter partes: ſed his fuit denegatus auditus, aſſerentibus Paduanis, ſe velle potius fame necari, quàm fidem frangere Duci Auſtriæ. Die vij. exeunte Auguſti M CCC XX. Henricus Comes Goritiæ, Vlricus de Valſe Capitaneus cum octingentis elmis intrauerunt Paduam per portam Trinitatis. Statim die ſequenti exiuerunt Ciuitatem per portam pontis Curui: ſed dum accederent, vt viriliter tranſirent foueam, quæ Paduanos tenebat incluſos, D. Canis cum paucis exiuit Caſtrum, vt more prouidi omnia prouideret. Qui dum aſpexit ſuos rebelles vltrà foueam in deſtrerijs paratos ad bellum, ſubito redijt ad Caſtrum, iam tamen ſagitta vulneratus in coxa ſuis ait. *O milites, viri fortes, qui mecum longo tempore militaſtis, parate vos ad bellum, nam pro certo hac beli die per gloriam tot nobilibus in prælio ſuperatis, vos faciet viuere in æternum.* Poſt hæc ordinate exiuit ad Campum cum militibus circà mille. Hoc viſo Vlricus Iuuenis, qui iam foueam tranſierat ſine ponte, verſus eos cum centum militibus equitauit. Et quia inhabilis terga dedit, tunc Goritiæ Comes, & Vlricus Maior cum ſuis Theotonicis equitauerunt viriliter contrà hoſtes, & abſque magna occiſorum ſtrage, Dominus Canis fuit de Campo fugatus. Multi tamen fuerunt mortui, & multi etiam incarcerati. Mortui fuerunt duo Principes, ſcilicet Vgo à Paella, & Magiſter Andreas Magiſter militum. Ex parte Paduæ Theotonici duo ſolũmodo occiderunt. Dum verò Dominus Canis fugeret verſus Montem ſilicem per riueriam, quidam Villicus, qui cum blado erat in Molendinis riueriæ, aſpiciens equum Domini Canis valdè feſſum, eidem ſaam equam pręſentauit, cuius virtute captiuitatem euaſit, & in Montem ſilicem ſe reduxit. die ſequenti per terram Eſtenſem equitauit Veronam. Chechinus eius nepos per Caſtrum Baſſanelli fugit Vicentiam, & tunc fortiſſimum caſtrum capitur ſine pugna, ſpoliatur armis, & equis, & omnibus pulcherrimis * fulcimentis. Erat enim omnibus delicijs copioſum. Putabant enim eſſe potius in nuptijs, quàm in bello, ſequè Paduanos fame conuictos habere captiuos. Deſtructum fuit Caſtrum totaliter, & aqua cępit more ſolito labi. Multis diebus Theotonicorum furor diſcurrit per Villas ſpoliandas; ſed huic furori reſiſtere non poterant Paduani.

Abbas S. Cypriani de Murano.
Legati pacis reiecti.
Porta Trinitatis Paduæ.
pontis Curui.
Canis vulnus.
Hortatoria ad Conſiliones.
pugna, & fuga.
Vgo à Paella.
Andreas Magiſter militum Canis.
Al. Formimẽtis.
Baſſanelli captio cum euerſione Caſtri.

Eodem Anno.

De morte Macharuffi, & Noale. Cap. XVIII.

MAcharuffus de Macharuffis cum Carrarienſibus cõtendebat, licet impar, qui capto Mõteſilice iuit Ferrariam, putans Paduæ non poſſe habitare ſecurè, cui creuit inuidia, cum ſciuit

Macharuffus de Macharuffis heres Cani.

ſciuit Paduam eſſe in dominio D. Iacobi de Carraria, Paduanis alacriter annuentibus, & etiam de beneplacito Domini Canis della Scala, cogitans D. Iacobum poſſe eijcere de Dominio Ciuitatis, ſe adiunxit Domino Cani, cuius nunquàm fuit amicus, & cum Domino Cane obſedit Ciuitatem. Capto Caſtro, ductus fuit Macharuffus Paduam, quem aſpiciens Marſilius de Carraria, gladio vulnerauit, vt ſui patrui vindicaret iniuriam, quem Macharuffus optabat amiſſa Padua exulare: & ſic à Tartaro de Lendenaria, & alijs aſtantibus fuit occiſus.

Interficitur à Marſilio de Carraria.
Tartarus de Lendenaria.

Die ſequenti filius Clarelli de Buglis de Monteſilice fuit mortuus iuxtà Puteum Bonellum per * Echardinum de Capite Vaccæ, qui erat captus in Caſtro, & eius ſpecialiter inimicus. Dominus Conradus de Vigontia etiam captus, ductus fuit ſecretè Venetias, & euaſit mortem, quã aliquis Paduanus captus vix poterat euitare.

Clarelli de Buglis filij cades.
puteus Bonellus.
Al. Aycardinum.
Echardinus de Capite Vaccæ.
Conradus de Vigontia captiuus.

Eodem menſe Guezilus Aduocatus de Noale, quem capto Caſtro Comes Goritiæ militem ordinauit, equitauit Noale, quod Articus eius frater dedit Domino Cani, cui Capitaneus de Verona reddidit dictum locum, habita licentia recedendi cum armis & equis. *Huic merito* Dominus Canis fecit amputare caput cęteris Capitaneis in exemplum.

Gueſilus Aduocatus Noale recuperat.

M CCC XX. Die X X. Septembris.

De Obſidione Montisſilicis, & ſpoliatione Terræ de Eſt. Cap. XIX.

COmmunis opinio eſt, ſi Theotonici equitaſſent capto Caſtro, quod Montemſilicem habuiſſent de facili, quod Comes Goritiæ facere recuſauit, fingens cauſam, quod non erat prouiſum ſuis militibus de pecunia. Vlricus de Valſe cum ſuis militibus iuxtà Montemſilicem ſe poſuit in agris, iam combuſtis per intrinſecos ſuburbijs Montisſilicis. Exercitus Paduanorum iuit in Eſt die I I I. exeunte Auguſto. Die I V. Septembris Comes Goritiæ recepta pecunia equitauit Montemſilicem cum machinis machinellis, vbi etiam Paduani conuenerũt, qui erant in Eſt. Impugnabant continuò Montemſilicem, ſed intrinſeci etiam ſuis ædificijs ſe viriliter defendebant. nam quidam pedites intrauerunt Montemſilicem furtiuè intrinſecis ſuccurrentes. Theotonicus furor more ſolito per Villas diſcurrens omnia ſpoliabat: multi tamen mortui fuerunt à ruſticis in Faedo. Dum Dominus Canis ſolummodo cogitaret ſe à tanto periculo liberare, ſui Legati ſolennes, ſcilicet Marchio Malaſpina, Aldrighetus de Caſtro Barcho, Petrus de Marano, conuenerunt in Eſt cum Comite Goritiæ, & Vlrico de Valſe, vbi taliter exſtitit ordinatum, quod Comes Goritiæ relicto exercitu Paduam equitauit. Paduani verò, aſſerentes eſſe Comitem Goritiæ corruptum pecunia, hora noctis, omni ordine prętermiſſo, relictis in agris Montisſilicis omnibus ædificijs ad bellandum. Hoc tamen imputari non debet Domino de Valſe, qui de campo recedere noluit, niſi clara die, increpans Paduanos de ſua feſtinatione. Valde fortè gaudent amodo Paduani incluſi in Monteſilice anteà deſperantes: in Padua verò ante omnes, quid facere dubitantes, non poſtulantes aliquid pręter pacem. Fuerunt hæc M CCC XX. Die 24. Septembris.

Vlricus de Valſe.
Exercitus paduanus ad Eſt. Montisſilicis obſidio.
Legati Scaligeri.
Marchio Malaſpina. Aldrighetus de Caſtro Barco, Petrus de Marano.
Monsſilex obſidione liberatur.

Et ſequenti die ſtatim, audito aduentu Paduanorum, Eſtenſes occiderunt Laurentium iudicem de Terrarſa, Poteſtatem in Eſt pro Domino Cane della Scala. Franciſcus de Sancto Vito cum alijs tribus bannitis, & duobus, qui volebant intrare Montemſilicem, fuit in Eſt furca ſuſpenſus. Item quidam inculpatus velle clàm ſubmittere ignem in Eſt, ſtatim captus, nec conuinctus, nec confeſſus, fuit à Tartaro de Lendenara combuſtus in Eſt. Negreſolus de Anſolinis de Cremona, Paduæ Poteſtas, cœpit quatuor famulos Obizonis de Carraria, qui in platea Communis capere nitebantur vnum, quem aſſerebant fuiſſe cum Domino Cane contrà Paduam, & aſſerens eos turbaſſe Ciuitatis ſtatum abſque mora iuſſit in palatio omnes quinque ſuſpendi.

Laurentij de Terrarſa cades.
Frãciſcus à S. Vito ſuſpenſus.
Negreſolus de Anſolinis, poteſtas paduæ.
Obizo de Carraria.

Poſt receſſum Paduanorum ab obſidione Montisſilicis, Eſtenſes omnes fugierunt, & ſic Eſtenſi terra à ſuis incolis derelicta, ſuperuenerunt extrinſeci Paduani, qui, poſt omnium bonorum ſpoliationem, eam combuſſerunt in totum. Et ſic nobilis Eſtenſis Villa fuit deſtructa eodem milleſimo, menſe Septembri.

Eſt Comburitur à paduanis.

MCCCXXI. De Menſe Ianuarij, & Februarij.

De tertia pace facta cum D. Cane, Cittadella, & Feltre. Cap. XX.

PAduani dicebant amodo ſatis palàm abſquè pace non poterimus ſuſtinere, vnde per D. de Valſe, poſt multa parlamenta habita cum Domino Cane, ac etiam cum Comite de Goritia, ad hoc finaliter eſt deuentum, quod, iniurijs omnibus illatis occaſione guerræ remiſſis, ſit pax inter partes perpetuò duratura. Item, quod Caſtrum Cittadellæ per D. Canem reſtituatur D. de Valſe, & Communi Paduæ. Item, quod bona Paduanorum poſita in Vicentino, ſeu Veronenſi diſtrictu, Paduanis liberè relaxentur, ac etiam carcerati occaſione guerræ. Item de Monteſilice, Turre paſſus de Eſt, Montagnana, & Caſtrobaldo in Dominum Federicum Ducem Auſtriæ fuit liberè compromiſſum: interim Domino Cane in prędictorum caſtrorum poſſeſſione durante, hoc adiecto, quod ſtratæ & nauigia ſint aperta. Item de Paduanis extrinſecis, & eorum bonis fuit in dictum Ducem etiam compromiſſum. Hæc omnia fuerunt ſacramento, poena decem M. Marcharum, & ſtipulatione firmata. Quædam ſecreta poſteà patuerũt, ſcilicet, quod Cittadella data fuit Cõmuni Paduæ: Baſſanũ verò fuit datum D. Cani per Comitem de Goritia, & eidem Dominus Canis reſtituit Aſolum, & Montembellunæ: ſi quid autem ſupererat faciendum, fuit in Federicum Ducem Auſtriæ, tanquam in Romanorum Regem, liberè compromiſſum. Fuerunt hæc poſt multa, & varia parlamenta facta menſe Octobri, & ſequentibus, in anno ſequenti, & menſe Ianuarij fine debito terminata. Itaque in MCCCXXI. die primo Februarij Cittadella fuit Communi Paduæ reſtituta. Eodem anno, & menſe Februarij Manfredus de Colalto, filius Rambaldi, Comitis de Goritia, contrà voluntatẽ Domini Guizilionis de Camino, eodem menſe fuit mortuus in Ciuitate iuſſu Guizilionis de Camino, licet ab eodem fuiſſet receptus in fidem. Poſt mortem Epiſcopi D. Guizilus equitauit Feltre, & omnia obtinuit, excepto Caſtro, in quo Prẹsbyter Gorca viriliter ſe defendebat, qui poſteà opera D. Canis ordinatus fuit Epiſcopus. Statim infrà triduum gens Domini Canis intrauit Feltre, & Dominus Guezilus cum ſuis ſeguacibus fuit fugatus, & D. Canis factus fuit Dominus Ciuitatis.

1321

Conuentio. 1 tertiæ pacis inter Paduanos, & D. Canem.

Pœna violatorium pacis.

Cittadella Paduæ tradita.

Baſſanũ Cani.

Aſolum, & Mont Bellunę Cani reddũtur.

Mãfredus de Colalto.

Mors eiuſdẽ.

Gorca Prẹsbyter.

Feltre occupatur a Cane.

Explicit Liber Secundus.

INCIPIT TERTIVS.

M CCC XXI.

De Ciuitate data Duci Karintiæ. Cap. I.

HIs itaquè diſpoſitis, vt ſuperius dictum eſt, Vlricus de Valſe, Vicarius in Padua, ſociatus Theotonicis, & Paduanis, equitauit verſus curiam Ducis Auſtriæ eodem anno, & menſe Februarij, vbi etiam erant Ambaſſatores Domini Canis, ſed tamen nihil potuit expediri. Dux verò Auſtriæ ex Ambaſſatoribus Paduæ Milites ordinauit Nicolaum de Carraria, Ioannem de Campo Sancti Petri, & poſteà Schinellam de Doto.

Menſe Madij Dominus de Valſe cum nobilibus Ciuitatis equitauit Vicentiam, &, quid tractaſſet cum D. Cane, non potuit benè ſciri.

Menſe Iulij iterum Vlricus iuit in Alemaniam, cum quo iuerunt Dominus Nicolaus de Carraria, Ioannes de Campo Sancti Petri, Ioannes de Vigontia, Muſſatus Poeta, Aleardus, de Baſilijs, perentes inſtanter, rebelles Paduæ à Duce Auſtriæ, vti rebelles Imperij, condemnari, ac etiam caſtra Paduani diſtrictus, quæ D. Canis tenebat inuaſa, Paduanis liberè relaxari. Ambaſſatores D. Canis quamplurimùm reluctabant, aſſerentes Paduanos extrinſecos eſſe fideles Imperij. Proteſtantes etiam, quod Dominus Canis Paduana caſtra iuſto titulo poſſidebat, qui ſimiliter obtulerunt Duci Auſtriæ magnam pecuniæ quantitatem, ſeruitium, & amorem, ſi vellet Dominum Canem in Padua facere ſuum Vicarium. Dum hæc ventilarentur in curia Ducis Auſtriæ, nullus prẹſumebat contra D. Canem recipere dominium Ciuitatis:

Vlrici de Valſe diſceſſus.

Nicolaus de Carraria, Io: de Cãpo S. Petri, Schinella de Doto Equites facti à Cæſ.

Nic. de Carraria, Io: de Cãpo S. Petri. Io: de Vigõtia, Muſſatus P. Aleardus de Baſilijs Oratores ad Cæſ.

Oratorum Canis ſtudia apud eundem.

Petitiones eorundem.

Dux Karintię Padug Vicarius.

uitatis: imò Dominus de Valſe redire Paduam recuſauit. Tandem Dux Karintiæ, ductus precibus Paduanorum, à Duce Auſtriæ Paduæ factus fuit Vicarius, qui iuravit Paduæ diſtrictum à D. Cane liberare. Fuit hoc MCCCXXI. die Sabbati V. Septembris. Menſe Nouembris D. Conradus de Ouenſtagno Vicarius Ducis Karintiæ cum ducentis equis intrauit Paduam.

Conradus de Oueſtagno Rector Padue.

MCCCXXII.

De Vigozolo, & pace Paduæ, & morte Comitis Goritiæ. Cap. II.

ANno reuoluto, dum Dominus de Ouenſtagno cum Ambaſſatoribus Paduæ ad Ducem Karintiæ equitaſſet, vt D. Canis tractaret deſtructionem, & mortem, D. Conradus de Vigontia rebellis Paduæ cum Paduanis extrinſecis, conſilio D. Canis, & etiam Marchionum, ſe caſtramentauit in Eſt, & poſt magnam prędam in Vigozolo ſe collocauit, *muniens locum* in paludibus conſtitutum foueis & belſredis. fuit hoc menſe Februarij. 1321

Eſt ab exulibus occupatur. Comitius de Vigontia. Vigozolum. Arquadam occupant. Paduani deſtruunt Eſt.

Statim hoc Paduani ſcripſerunt Duci Karintiæ. Iam enim extrinſeci occupauerant per vim Arquadam, & eam totaliter combuſſerant. Ad eorum mandata iam venerant Trebanum, Conſelue, Pernumia, & omnes Villæ abſquè Bouolenta. In Paduanorum auxilium venerant CCCC. milites de Karintia. Vnde Paduani refrenare volentes ſuos rebelles, miſerunt in Eſt milites, & pedites pro defenſa, qui maximis ſumptibus tenebantur. Durauit hæc peſtis completo anno.

Reuoluto verò anno, ſcilicet in MCCCXXIII. iterùm Paduani extrinſeci cum gente 1323
D. Canis, & Marchionũ compulerunt poſitos in Eſt, & in S. Maria à Carceribus, Paduam turpiter remeare. Dante opera Frate Paulino Ordinis Fratrum Minorum intrinſeci cum extrinſecis conuenerunt, paxq; conuenit à Duce Karintiæ confirmanda, quæ confirmata fuit Paduæ à quingentis Conſiliarijs nemine diſcrepante die ſecundo Martij. Dum propter hoc Frater Paulinus iret cum Ambaſſatoribus Paduæ in karintiam, obijt in Tridento, cuius morte nunciata Paduani fecerunt magnum feſtum, miſſas ſolemniter ordinatas celebrantes.

F. Paulinus auctor pacis inter Paduanos intrinſ. & foris. Mors eiuſdẽ.

Exiſtentibus in curia Ambaſſatoribus Paduæ, ſcilicet Marſilio de Carraria, Rolando Iudice de Plazola, & alijs, ſubito apparuit Nuntius de Tarviſio, qui Duci karintiæ nuntiauit mortem ſui conſanguinei, ſcilicet Comitis de Goritia, qui poſt magna ſolaria nuptiarum morte ſubita expirauit die XXIV. Aprilis. Cuius mors fuerat Paduæ publicè diuulgata ante iam per triduum, quæ fuit res miranda.

Marſilius de Carraria, & Rolandus de Plazola Legati. Com. Goritia mors.

Spe Comitis de Goritia iam ſublata, qui vigilabat habere dominium Ciuitatis, pacemquè turbare, ad quam ſine dubio peruenisſet in breui, Dux Karintiæ laudauit pacem conditionibus infraſcriptis, ſcilicet, quod extrinſeci populares reſtituantur in integrum abſquè mora: alij maiores ſtare debeant ad confinia per ſex menſes, quibus tamen conceſſum fuit ex gratia redire Paduam antè tempus. Item, quod habentes inimicitias capitales, vt Macharuffi, Deleſmanni, Gaboardus de Scrouegnis, & alij quam plures, per annum, & vltrà ſtare debeant ad mandata, vt interim cum * extrinſecis concordentur, cum quibus habent inimicitias capitales. Iſtis verò non fuit pax ſeruata. Fuerunt hæc Paduæ approbata in maiori Conſilio MCCCXXIII. die XIX. Madij.

Paduanorum pax à Duce Karintiæ confirmata. Conditiones eiuſdem. Puto ex ſeq. Cap. legẽdum, intrinſecis.

Poſt mortem Comitis regnauit in Tarviſio D. Beatrix eius vxor cum filio ſuo aniculo. Quæ, licet nobilis, de Domo Ducum Bauariæ, & iuuenis, fuit cum Comite annos L X. matrimonio copulata.

Beatrix vxor Com. Goritiæ.

Dominus Conradus de Vigozolo oſtendens etiam poſt pacem Communi Paduæ ſe rebellem, venit ad mandata Paduæ, hoc pacto, quod ipſe cum ſuis hæredibus Vigozolum cum ſuis iuriſdictionibus debeat perpetuo poſſidere, & cum ſuis ſequacibus reſtituatur in integrum.

Conradus de Vigontia.

M CCC XXIII.

De Duce Auſtriæ, & captione D. Guizilionis. Cap. III.

FEdericus Dux Auſtriæ in auxilium Romanæ Eccleſiæ miſit Brixiam Fratrem ſuum Henricum, quod multum placuit Paduanis. Sperabant enim auxilio Romanę Eccleſiæ Dominum Canis viribus obuiare. Sed horum rebellium Eccleſiæ ficta cauſa, faciens tranſitum per

Paduani frustrantur auxilijs.

Vero-

Veronam, vbi à D. Cane honorifice fuit receptus, redijt in Austriam in MCCCXXII. mensis Martij.

In Anno sequenti die IX. Ianuarij, dum Dominus Guezilus de Camino fuisset Veronę cũ D. Cane, & rediret, credens pro certo equitare securè, captus fuit cum multis in confinibus Asoli, & Cornude ab Engelmario de Villandres de mandato Conradi de Ouenstagno, & inclusus fuit turpiter in carceribus Cittadellæ, qui post octo menses decem millibus florenis se redemit.

Guezilus de Camino capitur.
Engelmarius de Vilandres.

Statim Domino Guizilione à carceribus liberato, quidam de Ciuie proposuerunt prodere Ciuitatem. Adueniente hora tarda, militię Domini Canis tentauerunt intrare Ciuitatem furtiuè. Sperabant enim tractatores huius sceleris, quia noti erant custodibus, qualibet hora Ciuitatem intrare securè, & sic, aperta porta, & captis custodibus, intra Ciuitatem imponere inimicos. Dum hæc spes iuisset in vanum, gens Domini Canis Ciuitatem obsedit. Itaq; ciues magis arida siti, quàm fame deuicti colla dedere, & sic die XII. Octobris MCCCXXIII. Ciuie datum fuit D. Cani. Dominus Guezilus de Camino recessit de Ciuie, & iuit Seraualle, qui anno sequenti mense Augusti expirauit. Huic successit Rizardus eius filius, qui neptem Domini Canis habebat vxorem. Post mortem Domini Guizilionis, statim die III. exeunte Octobri Bernardus Ramezius de Heriuarijs de Verona cum gente D. Canis de Verona furtiuè occupauit Montem Serranallis, & Ciuitatem postea habuit violenter. Rizardus verò de Camino, qui fugit ad alia sua castra, pro consilio saniori iuit Veronam, & D. Cani obtulit perpetuo seruicium, & amorem.

Ciuie occupatur à Cane.
Guezili de Camino mors.
Rizardus de Camino.
Bernardus Ramezius Serranalle occupat.
Rizardus de Camino Cani se dat.

Eodem Anno, Mense Iunij.

De aduentu Ducis Karintiæ in Marchiam. Cap. IV.

PAduani, pręcipuè Nicolaus, & Marsilius cum alijs de Carraria, Mussatus Poeta, Ioannes de Campo Sancti Petri, Abbas S. Mariæ de Abbatia, volentes de facto Vigozoli sumere vltionem, & impedire aduentum Paduanorum extrinsecorum, qui stare nolebant ad mandata per annum, vt in superiori II. Cap. denotatur, inierunt consilium, & secretè, quòd Conradus de Ouenstagno Vicarius Paduæ ad Ducem Karintiæ equitaret, vt eius aduentum tractaret in Marchiam. Qui tendens illuc, de iniurijs illatis à Domino Cane Paduanis, Ducem taliter informauit, quod primitus Paduam misit prędictum Vicarium cum quadringentis elmis, qui
1324 in MCCC XXIV. die vltimo Madij introiuit Paduam. Ipse verò Dux Karintiæ cum Othone Duce Austriæ, Vlrico de Valse, & multis nobilibus Alemaniæ inuasit Forum Iulij, & circà Pordenon posuit castra sua. Eius Gualdana in paucis diebus Forum Iulij deuastauit. Die III. Iunij intrauit Taruisium, & eius Theotonici extrà portas Taruisij omnia consumpserunt. Dũ postea esset in campanea Castri Franchi, aere turbato, ictus fulminis ter subito percussit exercitum cum tremore. Duces ceciderunt in terram, & quidam milites, & equi perierunt. Fuit hoc die XI. Iulij. Postea exercitus se posuit in campanea Curtaroduli iuxta Brentam, & Villam, & alias totaliter destruxerunt. Nam omnes incolę Paduani districtus timentes Theotonicorum aduentum fugiebant, qui etiam mulieres cum paruulis infantibus spoliabant.

Nicolaus, & Marsilius de Carraria.
Mussatus P. Io. de Campo S. Petri, Abbas S. Mariæ de Abbatia.
Ouẽstagni Legatio.
Karintiæ Dux Forũ Iuly vastat.
Pordenon.
Taruisiũ vastatur.
Portentum.
Cãpanea Curtarodoli.

Dominus Canis, timens Theotonicorum rabiem, & aduentum, conuocatis Forensibus, scilicet Ferrarienſibus, Mantuanis, Mutinenſibus, Mediolanenſibus, & alijs suæ partis eius in auxilium: continuò tamen per Dominum Baylardinum de Nogarolis de Verona, Potestatem Vicentiæ, & alios suos legatos visitabat Duces, volens amore, vel fraude, facere eos à suo proposito declinare. Sic eos continuò tenebat in verbis, & suis negotijs prouidebat. Paduani videntes has inducias, dederunt suis militibus florenos XXX. M. His datis Dux Karintię exercitum suum posuit inter pontem Vici Argeris, & pontem Brentæ de Vigontia; die verò XXI. Iunij intrauit Paduam per portam Omnium Sanctorum, Dux Austriæ per portam pontis Molendinorum, & statim eodem die Ciuitatem exiuit, & sequenti die iuxtà Montem silicem posuit castra sua. Erant etiam cum ipso milites, & pedites Paduani, qui quasi fuerunt spoliati à Theotonicis, qui erant cum XV. M. equis, & vltrà. Gens Theotonica sine lege discurrens religiosas Virgines spoliando; nec ab incendio, & homicidijs abstinentes, compellebant omnes exclamare. *Melius esset Domini Canis bella pati, quàm sine Marte mori.* Multi Theutonici fuerunt mortui à rusticis. Pręcepit enim Dux, vt quilibet * à Theotonicis

Apparatus Canis cõtrà Theutonicos.
Baylardinus de Nogarolis Potestas Vicentiæ.
Aduentus Prĩcipum Paduã.
Porta omnium Sanctorum.
Pontis Molendinorum.
Germanorum rapacitas, libido, strages.
Aliter. A Theutonicis se defẽdat telo impunè.

in bello ſe defendat impune. Die XXII. Iulij Dux verſus Paduam equitauit, & non intrans Ciuitatem, ſe poſuit iuxtà Brentam. Dum verò eſſent in Vico Argeris, fuit rumor falſus, quod Theotonici verſus Paduam equitabant, vt eam totaliter ſpoliarent. Vnde Paduani velociter proſilierunt ad arma, præſumentes Theotonicis audaciter reſiſtere. Quibuſdam etiam Theotonicis illatæ fuerunt iniuriæ. Vnde quidam Paduani non culpabiles in plateis fuerunt in furca ſuſpenſi.

Pugna Paduanorum cũ Theutonicis.

Die XXVI. facta tregua cum D. Cane vſquè ad Feſtum Natiuitatis Domini, cœpit Dux verſus Alemaniam greſſus ſuos, ordinato in Padua Capitaneo Comite de * Falimberg. Sic Dux tantarum gentium nullis illatis iniurijs inimicis, cum damno maximo Paduanorum, turpiter remeauit. Fuerunt hæc M CCC XXIV. menſe Iunij, & Iulij, Poteſtate Domino Raynaldo de Cincis de Ceſena, qui poſtea decapitatus fuit in Marchia, quia de dominio illorum de Malateſta Ceſenam abſtulit fraudolenter.

Al. Saliberg. *Com. de Faliberg Capitaneus Padue. Raynaldus de Cincis Poteſtas Padue. Mors eiuſdẽ.*

M CCC XXIV.

Qualiter D. Canis vindictam fecit de prædictis. Cap. V.

MOrtuo Domino Iacobo de Carraria, * qui in eodem milleſimo XXII. expirauit, & ſibi hæredem voluit Marſilium de Carraria. * Huic commendauit filias legitimas, & filios naturales. Et finitis treguis omnes Villæ Paduani diſtrictus cum victualibus Paduam fugierunt, exceptis Villis Pedeuendæ, vſquè ad Aponum, quas D. Canis recepit in fidem. Hęc Paduani Duci Karintiæ reſcripſerũt, auxilium implorantes, qui literis magnalia promittebat.

Lege, Qui in eodem milleſimo CCC. XXIV. die XXII. Nouẽbris expirauit.

Mors Iacobi de Carraria. Mel. Cui. *Aponum. Bruſaporcum combaritur. Aduocati Tarniſij. Vigozolum acquiritur Cani. Litera eiusdẽ ad Paduanos. Reſponſio Paduanorum. Tribunum. Conſelue. Villa Plebis. Al.* Valtari. *Al.* Opera. *Tregua. Roueredum. Malè in aliquibus.* Secundum quod pœnitet, debeat pœnitere. *Aponum. Meſſatus. & Cãpagnola Legati ad Bauarum. Pulio de Bechadellis Poteſtas Padue. Fortè melius*, cõpromittentes. *Cõpromiſſum Paduanorum, & Canis. Muſſatus è Legatione rediẽs Vicentię ſubſiſtit. Obizo de Carraria Sororem necat.*

Amodo D. Canis volens ſuum deſiderium adimplere, ſcilicet vaſtare Paduanum deſtrictam, ad partes Taruiſij miſit Ribaldum ſuum militem, qui in M CCC XXV. die XIII. Ianuarij cepit Bruſaporco, caſtrum Aduocatorum Taruiſij, & eo igne cremato redijt Vicentiã. Per Marchionem Malaſpinam obſedit Vigozolum, qui dictum locum habuit die XX. Ianuarij, data D. Conrado de Vigontia, & ſuis cum perſonis, & rebus libera licentia recedendi. 1325

His ità diſpoſitis D. Canis exercitum poſuit in Conſelue; Paduam vero miſit literas continentes, quod ad eum mitterentur aliqui populares, cum quibus de pace tractaret, & quod interim ab incendio abſtineret. Paduani reſponderunt, hoc placere, dum tamen expectet, donec renuntietur Taruiſinis, ſine quibus nihil facere intendebant. Hac reſponſione aſſeruit D. Canis velle ſuum propoſitum impedire, & ſtatim iuſſit Tribanum, Conſelue, Villam Plebis cum toto Plebatu, & omnes Villas, quas non habebat in fide, igne cremari. Poteſt amodo veraciter confiteri, D. Canem ſuo tempore extrà portas Ciuitatis omnia ferro, igneq; vaſtaſſe. * Ope Ambaſſatorum Ducis Bauarię, qui ſe dicebat Romanorum Regem, treguę fuerunt factæ in Roueredo vſquè ad Feſtum S. Martini, ſecundum pacta Domini de Valſe, ſcripta ſupra ſecundo Capitulo, tantum adiecto, quod quilibet, * ſecundum quod poſſidet, debeat poſſidere. Vnde D. Canis tenuit occupatas omnes Villas Pediſuendæ vſq; ad Aponum cum multis Villis, quas recepit in fidem. Hæ treguæ nuntiatæ à Muſſato Poeta, & Petro Iudice à Campagnola Legatis Paduæ, licet quaſi in omnibus lachrimoſæ, fuerunt comprobatæ.

Deſperare incipiunt Paduani de auxilio Ducis Karintiæ, qui anteà ſperabant eius auxilio D. Canis dominium euitare. Fuerunt hæc eodem anno, die VI. Iunij, Poteſtate Pulione de Bechadellis de Bononia.

Poſt prædictas treguas conuenerunt in partibus Alemaniæ Legati Ducis Karintiæ, Domini Canis, & etiam Paduanorum, offerentes de ſuis iuribus diſputare coràm Duce Bauriæ, qui ſe dicebat Romanorum Regem, & Duce Auſtriæ, in ipſos libere * promittentes. Qui nobiles obtulerunt, ſe hanc litem ſedare hac forma, quod Padua habere debeat Villas Pediſuendę, & alias, ſecundum quod habebant tempore Vlrici de Valſe, donec ipſi concordes determinauerint inter partes omnes lites, quod facere promiſerunt infrà annum: & quod partes interim nullam facere debeant nouitatem. Hæc omnia promiſerunt partes integraliter obſeruare, iurantes etiam firmam ſeruare ſententiam per dictos Arbitros promulgatam. Hoc Paduam nunciauit Petrus à Campagnola, cuius ſocius Muſſatus Poeta ſteterit Vicentiæ, timens venire Paduam propter ciuile bellum, de quo ſcribetur inferius.

Eodem anno, die III. Iunij, Obizo de Carraria necauit ſororem ſuam deprehenſam in adulterio, pariter & adulterum, ſcilicet quemdam nobilem Theotonicum, Mareſcalchum Comitis de Falimbergh, de quo doluit dictus Comes; tamen hoc delictum fuit inultum.

M CCC XXV.

De Ciuili bello, & morte Gulielmi Dentis. Cap. VI.

VBertinus de Carraria, & Gulielmus Dens affinitate duplici ſociati, & amore mutuo videbantur iuniti. Creuit diſcordia inter eos occaſione cuiuſdam pellicis Gulielmi, ad quam accedebat etiam Vbertinus. Vnde die XVII. Iunij Vbertinus, & Tartarus de Lendenaria Gulielmi Dentis fuerunt occiſores, qui preſumpſerunt armata manu in Ciuitate manere; tamen per Pulionem de Bechadellis de Bononia, Paduæ Poteſtatem, fuerunt banniti, domibus eorum ſpoliatis, conſentiente Marſilio de Carraria pro iuſtitia conſeruanda. Occiſores verò, euerſione domorum, & ſpoliatione turbati, cum Domino Cane conuenerunt contrà Paduam, & ei dederunt obſides filios, & nepotes: precibus tamen illorum de Carraria à ſuo propoſito deſtiterunt. Paulus Dens, frater naturalis Gulielmi Dentis, quaſi vendicaturus mortem eiuſdem, contrà Carrarienſes innocentes, & ad delendam Patriam coniurauit. Die vero XXII. menſis Septembris ad plateas fecit inſultum, exclamando vbique. *Totaliter Moriantur proditores de Carraria*. Huic fauebat Pulio de Bononia Poteſtas Paduæ, qui ſono Campanæ in plateis Populum concitauit ad arma, & in eius parte erant ſigna Communis omnia. Carrarienſes, videntes iniuſtè ſibi mortis periculum imminere, quoniam erant omnibus deſtituti, & ab ipſo Pulione, quem fecerant Poteſtatem, armati in dextrerijs viriliter hoſtibus occurrerunt. Eorum impetus Paulus ſuſcepit audacter. Bello commiſſo per horam ſatis diro Theotonici ſubuenerunt: plus fauentes Paulo & fingentes velle componere partes ad pacem, iuſſerunt Carrarienſes aliquantulùm ſecedere de plateis, aſſerentes Paulum facere illud idem. Paulus verò, volens adimplere, quod optabat, iterùm acceſſit ad bellum. Tunc Carrarienſes, quaſi ſoli pugnauerunt nobiliter, tandem compulerunt Paulum exire plateas, qui poſtea relictis equis fugit Treuille. Hic, ſi non fuiſſet à ſecum coniuranetibus deſtitutus, hanc diem feciſſet Carrarienſibus lachrimoſam. In hoc bello ciuili Dominus Nicolaus de Carraria effoſſo brachio in naſo habuit cicatricem. Marſilius Magnus puguauit viriliter, ſibi duobus equis mortuis ſucceſſiuè, qui multis vulneribus perforatus iacuit infirmus iuxtà mortem; Obizo verò ictu gladij quatuor dentibus fuit priuatus. Marſilius verò minor de Carraria occiſo ſibi dextrerio fuit percuſſus in crure. Poſt ciuile bellum Abbas Sãctæ Iuſtinæ, frater Muſſati Poetę, oppugnatus ad locum ſuum clàm fugit, qui ſpoliato à Theotonicis loco ſacro fuit cum duobus filijs ſpurijs forbannitus. Banniti fuerunt etiam, bonis omnibus publicatis, Conradus de Vigontia, Ecardinus Malitia cum filijs, Paulus Dens cum omnibus de ſua progenie, filius Muſſati, & alij multi. Quibuſdam Carrarienſes pepercerunt, quibuſdam fuerunt extortæ pecuniæ. Muſſatus Poeta, qui erat Vicentiæ, fuit Clugiam confinatus propter delictum fratris, & filij. Dominus Ioannes de Campo Sancti Petri confinatus Venetijs, ruptis confinijs, iuit Ferrariam. Vilitas Theotonicorum non potuit Comiti de Falimberg, qui tunc erat Katinię, imputari, qui ſtatim debebant Paulum Dentem primo tumultuantem de plateis compellere, & pęnis legitimis ſubijcere.

Cauſſa diſcordie inter Vbertinum de Carraria, & Gulielmũ Dentẽ.

Vbertinus de Carraria, & Tartarus de Lendenaria damnati ob eadem Gulielmi. Paulus Dens. Ciuile bellum.

Nicolai de Carraria vulnus.

Marſilij Magni periculum.

Obizonis Carrarienſis iactura.

Marſilius Minor de Carraria.

Abbatis S. Iuſtinæ exilium.

Conradus de Vigõtia, Ecardinus Malitia.

Paulus Dens.

Muſſati P. filius.

Muſſatus Clugiã relegatur.

Io: de Campo S. Petri Venetias.

Sequenti die poſt ciuile bellum occiſores Gulielmi Dentis redierunt Paduam. Et die ſequenti impugnauerunt domum Poteſtatis, quem aſſerebant Paulo fauiſſe, qui abſquè defenſa turpiter latitauit. Eius familia abſquè miſericordia occidebatur: imò quidam abhorrentes horribiles occiſores de ſummo Palatij ſe pręcipitabant ad ima. Iudices ſedes publicas ſanguine polluerunt. ipſe Pulio Poteſtas tractus de vili loco, dum ſuper domum Antianorum ferreis ſtimulis vrgeretur, fugiens de manibus occiſorum, de ſummo domus ſe pręcipitauit ad ima, & adhuc ſemiuiuus fuit crudeliter iugulatus. In hac die ruerunt omnia iura Communis. Nam ſpoliato palatio per gentem ruſticam, & enormem, de publicis ſcrinijs tracta iura Communis fuerunt igne, ac ferro cremata in damnum maximum, & opprobrium Ciuitatis.

Cades Paduæ per tumultum. Pulio Poteſtas, & Iudices aliqui necati.

Die penultima Septembris Conradus de Buchis de Brixia Poteſtas Paduæ iurauit regimẽ Ciuitatis hac conditione, quod non teneretur facere rationem de maleficijs antè ſuum regimen perpetratis.

Scripturæ totius ciuitatis cremate.

Conradus de Buchis Poteſtas Paduæ.

Item die XXI. Auguſti inceptum fuit Caſtrum Mirani per Philippum de Peragi, vbi poſteà iuriſdictione vtebatur. in cauſis criminalibus, & ciuilibus, à ruſticis vltra Brentam pro cuſtodia dicti loci maximas pecunias extorquebat. Hoc Caſtrum fuit ædificatum omnium Villarum opera, & expenſa.

Miranũ condictum à Philippo de Peragio.

Canis obtinet Cenedam.

Eodem menſe Dominus Canis habuit caſtrum Cenedæ. Comiti de Falimberg in Vicariatu Paduano ſucceſſit Conradus de Quenſtagno die XIV. Octobris, de cuius aduentu Paulus Dens multum lętabatur, licet incaſſum. Nam die XIV. Decembris fuit cum ſuis ſequacibus bannitus, expulſis etiam vxoribus extrà Paduam.

Conradus de Quẽſtagno Vicarius Padue.

Pauli Dentis exilium.

Conradus de Vigontia inuadit turrim Curani.

Capitur, & decapitatur.

Reuoluto anno Domini, ſcilicet M CCC XXXVI. die penultima Februarij, Dominus Cõradus de Vigontia cum centum peditibus inuaſit turrim Curani, vt guerram faceret Paduanis, confidens de auxilio Domini Canis, ac etiam Marchionum. Abſque mora Dominus Nicolaus, & Marſilius Minor de Carraria cum Theotonicis acceſſerunt ad locum in paludibus conſtitutum, turrimq; cęperunt, multis ex inimicis mortuis, vel ſummerſis. Ipſe Dominus Conradus ductus fuit Paduam, qui die III. Martij in habitu militari decapitatus fuit in Palatio, &, vt decuit in tali caſu, datus iuxtà Eccleſiam S. Antonij honorificè ſepulturæ. Cęteri captiui fuerunt more ſolito iugulati. 1326

Gaboardi de Scrouegnis cadet.

Eodem anno, & menſe Auguſti Gaboardus de Scrouegnis mortuus fuit in itinere, dum de Vicentia equitaret Veronam. Erat enim de Paduanis extrinſecis.

M CCC XXVI.

De morte Domini Altinerij, & Azzonibus confinatis. Cap. VII.

Tolbertus de Camino.

Samaritana de Malateſtis eius vxor.

Bianchinus de Camino expellitur è Caſtro Porti.

MOrtuo Domino Tolberto de Camino, Domina Samaritana eius vxor de Malateſtis de Arimino cum Bianchino eius filio expulſa fuit de Caſtro Porti Buffoleti per Rizardi filium D. Guizilionis, germanum dicti Bianchini, aſſerentem cuſtodiam dicti loci non conuenire fœminæ, vel pupillo. Dominæ Samaritanæ fauebat in Taruiſio Vgo de Donino Vicarius in Taruiſio per Comitiſſam Goritiæ. Dominus Altinerius de Azzonibus, Tolbertus Calza, Rizardo fauebant Guecilus Aduocatus Taruiſij, Comes Colalti, Gulielmus de Vonico.

Vgode Donino Vicarius Taruiſij.

Altinerius de Azzonibus.

Tolbertus Calza.

Colalti Com.

Gulielmus de Vonico.

Soror Rizardi de Camino deſponſata Iacob. de Carraria.

Aduocati Taruiſij fuga.

Lofmaſtro Vicarius Taruiſij.

Dum Aduocatus Taruiſij maxima conuiuia pręparaſſet Domino Cõrado de Quenſtagno, Marſilio Minori de Carraria, Vgoni de Donino, Altinerio de Azzonibus, & alijs, qui erant in Taruiſio propter ſororem dicti Rizardi, quam diſponſauerat Iacobus Papaſaua de Carraria, clàm exiuit Taruiſium, & fugit ad caſtrum ſuum de Noale. Sciuit enim à Marſilio Magno de Carraria ſibi paratas inſidias per Vgonem de Donino, & Altinerium de Azzonibus. Hac cauſa creuit diſcordia. Vnde Aduocatus Taruiſio reuelauit. poſtremò *vſquè ad Epiphaniam* fuit tregua firmata. Dux Karintiæ, precibus Aduocati Taruiſij, conſtituit ſuum Vicarium Lofmaſtro, reuocato Vgone de Donino. Hic loco ſui fratrem miſit Taruiſium; Taruiſini verò eum recipere recuſabant. Vnde cum Aduocato contrà Taruiſium parauit clam inſidias, & hora noctis cum ſuis militibus, & peditibus equitauit, Aduocatu vſq; per ardua loca abſquè ponte intrauit Taruiſium. Bello parato cum intrinſecis inimicis victor extitit Aduocatus, pauci tamen de ſuis in vndis fluminis ſuffocatis. In conflictu mortui fuerunt Iacobus nepos Altinerij, & Tolbertus Calza. Ipſe Altinerius, dum vulneratus ſe dediſſet in manibus Aduocati, iacens in thoro à Gulielmo de Campo Sancti Petri fuit occiſus. Azzo filius Altinerij fugit Venetias, vbi pater habebat maximam pecuniæ quantitatem. Quoſdam de Azzonibus captos Aduocatus liberè relaxauit. Quidam Theotonici ſpoliati armis, & equis fugierunt. Comitiſſa verò Goritiæ aſſerens hanc iniuriam ſibi factam exiuit Taruiſium in MCCCXXXVI. menſe Iulij.

Aduocatus Taruiſium inſidiatur.

Iacobi Nep. Altinerij, Tolberti Calzæ, et Altinerij mors.

Gulielmus de Cãpo S. Petri.

Azzo Altinerij F.

Diſceſſus Comitiſſæ Goritię Taruiſio.

Reuoluto anno die V. Ianuarij remeauit. In introitu Ciuitatis ſubito ſuperuenit de Padua Hengelmarius de Villandres, de quo doluit Aduocatus. Nam eius timebat inſidias, licet Hengelmarius aſſereret equitaſſe in ſui auxilium de voluntate Marſilij de Carraria.

Hengelmarius de Villandres.

Lofmaſtro Taruiſium intrat.

Item die I. Aprilis Lofmaſtro, qui latinè dicitur *Magiſter Curiæ*, ſiuè *Mareſcalcus*, Vicarius Ducis Karintiæ intrauit Taruiſium.

Marcus, & Zordanus de Forzatè.

Franciſcus de Vigontia.

Proſdocimus de Caligine.

Ruzerius de Fabiano.

Nicolaus de Carraria ex vrbe pellitur.

Eodem anno die XXIII. Decembris confinati fuerunt de Padua Domini Marcus, & Zordanus Forzatè, Franciſcus de Vigontia, Proſdocimus de Caligine, Ruzerius de Fabiano, acceptis ab eis bonis obſidibus, de parendo confinibus eis in Venetijs aſſignatis. Cauſa ſuæ confinationis fuit hæc, quia fuerunt falsè accuſati, quod cum Domino Nicolao tractaſſent de Ciuitate prodenda, & morte aliquorum de Maioribus Ciuitatis. Hac cauſa Dominus Nicolaus de Carraria de ciuitate receſſit, vt patebit inferius.

MCCCXIV.

Digitized by Google

M CCC. XXV. Menſe Madij.

De electione Ducis Bauariæ in Romanorum Regem. Cap. VIII.

DEfuncto Imperatore Henrico de Lucemburg, qui obijt in MCCCXIII. Menſe Auguſti, Barones Alemaniæ, ad quos ſpectat Imperatoris electio, in diſcordia elegerunt Ludouicum Ducem Bauariæ, & Federicum Ducem Auſtriæ. Vnde inter eos creuit diſcordia, licet eſſent germani. Nam vnuſquiſque regnare optabat in Orbe. Poſt multas dimicationes Dux Auſtriæ cum maximo apparatu Theotonicorum, Sclauorum, Vngarorum, Saracenorũ, & aliarum innumerabilium nationum, equitauit iuxtà Ottengar, quaſi cogitans inuadere Ciuitatem. Ibi autem erat Dux Bauariæ ſuis viribus congregatis; ſed non tantis. Fauebat tamen eidem Rex Boemiæ, filius quondam Imperatoris Henrici. Ludouicus tamen exiuit Ottengar, contrà quem Federicus, non expectato fratre ſuo Leopoldo, qui de Sueuia veniebat, & maxima militum comitiua, acceſſit ad bellum, quo * pacto victor extitit Ludouicus, cępitquè Federicum, & fratrem eius Henricum, & Vlricum de Valſe cum nouem nobilibus de Valſe, & multos alios nobiles, & potentes. Mortuorum verò fuit maxima multitudo. Habuit ergò Ludouicus, quod optabat. Fuit hoc in MCCCXXII. die penultima Septembris iuxtà Ottengar per vnum milliare. Poſt hoc Dux Leupoldus non ceſſabat mouere bellum Ludouico. Tandem pax conuenit, & ſic fuit Federicus de carceribus liberatus MCCCXXV. menſe Madij. Amodo Ludouicus ſe dicebat Romanorum Regem.

Henrici VII. obitus.
Bauarus, & Federicus Imperatores.
Ottengar.
Boemiæ Rex fauet Bauaro.
Leopoldꝰ Dux Auſtriæ.
Al. Facto. *Fortè melius.*
Quo peracto.
Federicus à Bauaro capitur.
Leopoldus infeſtus Bauaro.
Pax inter Cæſares.

M CCC XXVII. Menſe Iunij.

De priuatione Ludouici, & geſtis per rebelles Eccleſiæ. Cap. IX.

IOannes Dei gratia Summus Pontifex, aſſerens velle Lombardiam liberare de manibus Theotonicorum, & Tyrannorum, qui ſe appellabant Vicarios Imperij, primo Dominum Maffęum Vicecomitem, cum Galeatio, & Marco eius filijs dominantem in Mediolano, Placentia, Bergomo, Cremona, Laude, Parma, Nouaria, Vercellis, & alibi, Romanæ Eccleſiæ contemptorem, tanquam hæreticum, damnauit, & ijs, vt hoſtibus Romanæ Eccleſiæ bellum indixit: & contrà ipſos miſit ſuos Legatos. Romanæ verò Eccleſiæ fauebant Robertus Rex Apuliæ, cuius conſilio procedebat Summus Pontifex. Poſt bella multoties perpetrata, in quibus Marcus Vicecomes appellari poterat alter Hector, Placentia furtiuè data fuit Eccleſiæ per * Vertium de Lando ciuem Placentiæ. Vbi iam viribus Eccleſiæ congregatis, & mortuo Domino Maffęo Vicecomite, de Mediolano filij fuerunt expulſi. Et dum contenderet Legatus cum intrinſecis Ciuitatem habere liberam, & Turrienſes intrare Ciuitatem, Vicecomites redierunt. Poſt hæc Gens Eccleſiæ Mutinam obſedit, & cępit, & ſe locauit in burgis Mediolani, de quibus tandem receſſit, & iuit Placentiam. Tunc Vicecomites Montiam obſederunt vſquè ad famem, & cęperunt. Bello commiſſo per Vicecomites captus fuit Dominus * Raymundus de Richardem, qui Eccleſiæ regebat exercitum. Hic fugit de carceribus, qui cum exercitu Eccleſiæ, & Florentinis equitauit contra Caſtrutium rebellem. Dominabatur enim in Luca, & Piſtorio. Poſt magnam ſtragem occiſorum victor fuit Caſtrutius, qui Raymundum carcerauit in Luca. Ludouicus cum venit in Italiam eum à carceribus liberauit.

Paſſarinus de Bonacoſſis Dominus Mantuæ, & rebellis Eccleſię, quædam Caſtra Bononienſium cępit. Dum hæc Bononienſes poſteà obſiderent, ſuperuenit Paſſarinus cum Mantuanis, & Mutinenſibus, quibus etiam imperabat. Interfuit etiam Obizo Eſtenſis Marchio cum Ferrarienſibus, qui pugnans multos occidit, duo millia cœpit, cęteroſquè fugauit, & quaſi Bononiam cępit. Datis à Bononienſibus obſidibus pax conuenit. De mandato Legati Eccleſiæ rumpitur pax. In Parma gentibus Eccleſiæ congregatis exercitus Legati obſedit Mutinam, & cępit Burgum Forte Mantuani diſtrictus, & ſic omnia ferro, ignequè vaſtabat. Rebellibus Eccleſiæ fauebant Raynaldus, & Obizo Marchiones, qui * coſſis Guaſconibus cęperunt Ferrariam. Ob hanc cauſam fuerunt tanquam hæretici condemnati. Aſſerebat enim Summus Pontifex, Ferrariam eſſe de patrimonio Sancti Petri. Rebellibus Eccleſiæ fauebat Dux Bauariæ Ludouicus, qui ſe dicebat Romanorum Regem, aſſerens ſe debere Vicarijs Imperij ſubuenire. Summus Pontifex hac de cauſa, & quia aſſerebat cum electum non legitimè in diſcordia

Ioãnes XXII. Pont. bellũ indicit Vicecomitibus.
Dominium Maffei Vicecomitis, & filiorum.
Robertus Rex Apuliæ fauet Eccleſiæ.
Marci Vicecomitis virtus.
Placentia datur Eccleſiæ.
Alij Virginiũ *Vertius de Lãdo.*
Mutina datur Eccleſiæ.
Montia obſidio.
Raymõdus de Richardẽ. Cardonia *alijs.*
Caſtruty dominium.
Pugna cũ Raymondo.
Paſſarini victoria.
Obizo Eſtenſis fauet Paſſarino.
Mutinæ obſidio.
Raynaldus, & Obizo, hoſtes Eccleſiæ.
Fortè. Cœſis.
Bauarus Eccleſiæ rebellis.

dia cum Federico Duce Auſtriæ; ac etiam ante confirmationem adminiſtraſſe iura Imperij, quod non debuit, eius electionem annullauit: quem poſtremò Eccleſiæ Romanæ contemptorem pronunciauit hæreticum. Item interdixit, ne quis præſumeret, ſub pœna excommunicationis, eum Principem nominare. Ludouicus propterea non ceſſabat, aſſerens Summum Pontificem non legitimum, à cuius ſententia appellauit ad futurum Papam, offerens ſe purgare de obiectis in loco congruo coràm Iudice competente. Fuerunt hæc peracta in annis X. & vltrà.

Interdictum eiuſdē Padue publicatum.

Interdictum verò Ludouici publicatum fuit in Padua MCCCXXVII. menſe Iunij, cum iam in Mediolano eſſet Ludouicus. 1327

M CCC XXVII. Menſe Ianuarij.

De aduentu Ludouici in Italiam. *Cap. X.*

Bauarus à Gibellinis in Italiam accitus.

REbelles Eccleſiæ Romanæ timẽtes aduentum vnici filij Regis Roberti, qui Florentiam, venerat, vt Legato ſubueniret, qui erat Bononiæ viribus Eccleſiæ congregatis in vnum, deliberato Conſilio miſerunt in Alemaniam ſuos Legatos, vt Ludouicus Rex Romanorum, quàm citius poſſet, ad partes deſcenderet Lombardiæ, pro Imperio contrà Eccleſiam pugnaturus. Eorum precibus, pace iam compoſita cum Federico Duce Auſtriæ, qui contra eum pro Imperio contendebat, Ludouicus cum centum millibus venit in Tridentum in M CCC XXV I I. menſe Ianuarij. In Tridento magnificè conuenerunt rebelles Eccleſiæ; ſcilicet Vicecomites dominantes in Mediolano, Bergamo, Laude, Nouaria, Vercellis, & alibi (Placentiam amiſerant) Caſtrutius Dominus Lucæ, & Piſtorij, Raynaldus, & Obizo Marchiones Eſtenſes, Domini Ferrariæ, & Argentæ, Paſſarinus de Bonacoſſis Dominus Mantuæ, & Mutinæ. Ijs etiam fauebat Rex Siciliæ. Dominus etiam Canis fuit ibi honorificè vltrà omnes. Dominabatur enim in Verona, Vicentia, Feltre, Ciuie, Monteſilice, & Baſſano, qui coràm Ludouico palàm afferuit, ſe velle cum Romana Eccleſia concordare, niſi ſine mora eidem Vicariatum Paduæ conſignaret, offerens Ludouico ſeruitium, & amorem, & florenos ducentum millia, ſecundum quod Legati Paduæ retulerunt. Hoc Ludouicus facere recuſauit, aſſerens Paduam poſſideri per Auunculum ſuum Ducem Karintiæ; Sic Dominus Canis indignatus ſubito equitauit Veronam, qui tandem precibus rebellium Eccleſiæ redijt Tridentum.

Gibellini Principes. Vicecomites. Caſtrucius. Eſtenſes. Paſſarinus. Scaliger. Scaligeri imperium. Petitio Vicariatus Paduæ.

Inducie inter Paduanos, & Canem.

Inſtantibus Duce Karintiæ, & Ambaſſatoribus Paduæ, Ludouicus die *XII. Martij* iuſſit treguas obſeruari inter Ducem Karintiæ, Vicarium Paduæ, & Taruiſij, & Dominum Canem per duos annos. Ob hanc cauſam Theotonici à Paduanis maximas pecunias extorſerunt. His ſic diſpoſitis, Ludouicus die XIV. Martij exiuit Tridentum, tendens Mediolanum, vbi coronatus

Bauari coronatio Mediolani.

fuit corona ferrea per Epiſcopum Aretinum, & Epiſcopum Brixienſem rebelles Eccleſiæ. Ad hoc ſpectaculum conuenerunt omnes rebelles Eccleſiæ, inter quos Dominus Canis cum mille militibus interfuit honorificè. Fuit hæc coronatio eodem anno die vltimo Madij.

Mutina rebellat Paſſarino. Bauarus Vicecomites in carcerem conicit. Caſtrutius, Vicarius Piſarū.

Menſe Iunij Mutinenſes reuelauerunt Domino Paſſarino. Menſe Iulij Dominos Galeatium, & Luchinum fratres, & Azzonem filium Galeatij, Vicecomites Ludouicus Mediolani carcerauit, viros probos, qui ſpem adeò iactabant in eo, quod ſperabant mediante Imperio poſſe Romanam Eccleſiam ſubiugare. Poſteà Piſam obſedit, & cępit per pacta, & ibi Caſtrutium Vicarium ordinauit.

M CCC XXVIII. Die VI. Ianuarij.

Summula geſtorum per Ludouicum. *Cap. XI.*

Bauari coronatio Romæ.

REuoluto anno Domini, ſcilicet in MCCCXXVIII. die VI. Ianuarij, Ludouicus intrauit Romam, & totius Vrbis cum fortilicijs habuit principatum. Die XVII. eiuſdem menſis coronatus fuit ab Epiſcopo Venetiarum, & alijs Epiſcopis, & Prefecto Vrbis in Eccleſia Sancti Petri. Ludouicus Dux Bauariæ ab hac die voluit eſſe Imperator, licet à Ioanne Summo Pontifice eſſet pro hæretico condemnatus. Contra Summum Pontificem, qui erat in Auinione, formauit ſuos proceſſus, & demum eum pronunciauit hæreticum. Et aſſerens velle de nouo Paſtore prouidere, Fratrem ſuum, vnum de Ordine Sancti Franciſci, Romanæ Vrbis fecit Epiſcopum, qui nominatus fuit Nicola Quintus. Hic ſibi conſtituit hęreti- 1328

Ioannes PP. Hereſis accuſatur.

Antipapa.

cos

eos Cardinales. Ipſe etiam à Summo Pontifice fuit pronunciatus hæreticus. Hæc fuerunt eodem anno, menſe Aprilis.

Galeary Vicecomitis mors. Azo Vicecomes Mediolani Vicarius.

Ludouicus precibus Lombardorum Vicecomites à carceribus liberauit; ſed ſtatim Dominus Galeatius obijt Lucę, cuius filium, ſcilicet Azonem, in Mediolano conſtituit ſuum Vicariũ.

1329 In anno ſequenti die XX. Aprilis Imperator equitauit Marchiam Mantuani diſtrictus, cum quo Dominus Canis fuit in colloquio cum Paduanis, Vicentinis, & Veronenſibus nobiliter, & potenter. Quid factum fuiſſet, non potuit bene ſciri; fuit tamen poſtea diuulgatum, Ludouicum obtuliſſe Domino Cani dominium Mediolani, & totius Lombardiæ. Dum Ludouicus eſſet Marchiæ, in Mediolano Azo Vicecomes reuelauit. Hac cauſa Ludouicus Mediolanum obſedit; ſed mediante pecunia pax conuenit. Cum Parma fuiſſet obſeſſa per Legatum Eccleſiæ, dedit ſe Eccleſiæ: & Rolandus de Rubeis ſponte equitauit Bononiam. Hunc Legatus carcerauit. Hac cauſa Parma, Mutina, Regium reuelauerunt Eccleſiæ eodem anno, menſe Septembris, quarum diſtrictus gens Eccleſiæ continuo ſpoliabat. Cum has Ciuitates Gens Eccleſiæ continuò infeſtaret; quæ fuerunt ſibi in auxilium Ludouicum, qui eodem anno, menſe Nouembri, intrauit Parmam, ibi vero Marſilium fratrem Rolandi de Rubeis ſuum conſtituit Vicarium. Albrigherus de Manfredis patrem, & fratrem expulit de Fauentia, qui tamen compulſus per Legatum eos recepit. Hic, dum eſſet Bononiæ, cum aliquibus Nobilibus de Bononia tractauit dare Bononiam Ludouico. Vnde iuſſu Legati cum ſocijs decapitatus fuit in Bononia.

Lombardiæ premiſſa Scaligero.
Azo deficit à Bauaro.
Rolandus de Rubeis Parmæ pellitur.
Parma, Mutina, Rhegiũ rebellant Eccleſiæ.
Marſilius de Rubeis Parmæ Vicarius.
Albigheti Manfredi mors.

Eodem anno & menſe Ludouicus Parmam, Rhegium, Mutinam, muniuit ſuis Theutonicis, & aſſerens velle maximas Theutonicorum copias conuocare, vt facilius Romanam Eccleſiam valeat ſubiugare, equitauit Tridentum, ibi enim erat Dux Karintię, & alij nobiles Alemaniæ. Ad hoc colloquium pro Dominis della Scala interfuerunt Nobiles viri Marchio Malaſpina, Baylardinus de Nogarolis, & Dominus Marſilius de Carraria, qui non ſine timore, inſcio Imperatore, rediere Veronam. Fuit hoc anno eodem menſe Nouembris.

Bauari colloquiũ Tridẽti. Marchio Malaſpina. Baylardinus de Nogarolis, & Marſilius de Carraria Legati Canis ad Cæſ.

In anno ſequenti MCCCXXX. Ludouicus, nunciata eidem morte Federici Ducis Auſtriæ, menſe Decembri iuit in Alemaniam, promittens pro certo cum maximis copijs armatorum ad Italiam feſtinare.

Bauari reditus in Alemaniã.

Eodem anno, menſe Auguſti, Petrus * de Gornouo, dictus Nicola Quintus, videns expreſsè, quod Ludouici potentia declinabat, eo inſcio iuit Auinionem, & ſe Ioanni Summo Pontifici præſentauit, à quo veniam habuit poſtulatam. Marchiones Eſtenſes, Raynaldus, & Obizo, qui multis annis fuerunt rebelles Eccleſiæ, tenentes Ferrariam, & Argentam, iuerunt ad mandata, & in manibus Domini Legati dederunt Argentam. Fuit hoc Bononiæ in

1331 MCCCXXXII. die X. Ianuarij. Menſe verò Martij Legatus equitauit Furlinium, & habuit, quod aliàs per Eccleſiam fuerat obſeſſum.

* De Cortaria, alijs.

Raynaldus, & Obizo redeũt ad Eccleſiam.
Argenta Legato data.
Furlinium capitur ab eodẽ.

MCCCXXIX. Die II. Iulij.

De Domino Nicolao de Carraria, & terra Eſtenſi. *Cap.* *XII.*

Nic. de Carraria exilium.

PRopter confinationem Paduanorum, de qua feci ſuperiùs mentionem proximo ſexto Capitulo, Dominus Nicolaus de Carraria iuit Venetias, aſſerebat enim eos eſſe confinatos ad eius iniuriam. De Padua exiuit in MCCCXXVII. die II. Iulij; ſocietatem verò fecit cum Domino Cane contrà Paduam, & Paduanis extrinſecis. Vnde domus eius in Padua ſpoliatæ fuerunt, & deſtructæ. Eius filij, Iacobus, & Iacobinus, fuerunt conducti in Alemaniam carcerati. Dominus Nicolaus iuſſit in Ceruareſio gentes aliquas congregari. Vnde Paduani cum Theotonicis equitauerunt ſubito Ceruareſium, & omnes poſuerunt in fugam, & multi fuerunt mortui, & aliqui carcerati; vnus verò de Brudigine captus, in amiſſione capitis fuit condemnatus. Quidam Baſtardus de Campo Sancti Petri, ob reuerentiam ſuæ domus, iubente Marſilio Magno de Carraria, impunè receſſit. Fuit hoc die XX. Septembris.

Iacob. & Iacobinus de Carraria capti. Ceruareſium.
Baſtardus de Cãpo S. Petri.

Die XXVI. eiuſdem menſis Rizardus de Camino per terram Baſſani cum ducentis elmis de Furlinio equitauit Galgegnanum, poſteà exercitum ſuum poſuit in Pernumia, vbi Dominus Nicolaus, & Paduani extrinſeci conuenerunt; cum quibus interfuit etiam Dominus Hector de Soruegnano. Vnde pulcherrimæ domus Dominæ Margaritæ de Zacchis eius vxoris, & germanę Domini Nicolai, fuerunt deſtructæ, & bona eius cętera publicata. Intrinſeci, timen-

Rizardus de Camino.
Galgegnanũ. pernumia.
Hector de Soruegnano.
Margarita Zacca.

Buuolenta.

timentes, ne exercitus se locaret in Apono, partes illas cremauerunt; & ità se posuit Buuolentę.

Die vero XIII. Octobris extrinseci equitauerunt antè portam Sanctæ Crucis, sperantes, quod tumultus esset in Vrbe. His benè intrinseci obuiassent in duplum; sed timor Domini Canis obstabat, qui militiam suam miserat in Montemsilicem. Nam asserebat, se palàm nolle frangere treguas; & extrinsecis clàm fauebat. Cum extrinseci omnia in Plebatu igne ferroquè vastassent, excepta Villa Plebis, quæ pecunia se redemit, facientes transitum per montes iuerunt Ceruaresium, & intra Brentas omnia destruxerunt.

Scaligeneximes paduanos iuuat.
Plebatus vastatur.
Ceruaresium.
Villa paduani districtus tributaria Est.

Die vero XV. Nouembris exercitus iuit in Est, quo fortificato foueis & belfredis, omnes villæ Paduani districtus eius erant tributariæ, exceptis Villis de vltrà Brentam, & Plebanum. Dum exercitus esset Buuolentæ, confinati habuerunt suos obsides, quos dederant pro confinibus obseruandis. Vnde Dominus Canis restituit Vbertino de Carraria, & Tartaro de Lendenaria suos obsides, quos dederant Domino Cani, quando per mortem Gulielmi Dentis fuerunt forbanniti.

Eodem Anno, Die XXV. Nouembris.

De auxilio Theutonicorum. Cap. XIII.

Accessus Conradi de Ouenstagno paduã.

IAm Paduano districtu ab extrinsecis Paduanis crudelissimè deuastato, Conradus de Ouenstagno cum quadringentis elmis Paduam venit, qui cum Paduanis exercitum posuit Cornaledæ, die XXV. Nouembris. Theotonica rabies per montes discurrens, grauius affligebat, quàm fecerant inimici; die verò vltimo turpiter remeauit, relictis multis plaustris oneratis, multis victualibus, & alijs necessarijs ad bellandum. His gestis Dominus de Ouenstagno, & Marsilius Magnus de Carraria, sociatus Philippo de Peraga, Ecardino de Capite Vaccæ, & alijs Nobilibus Paduanis, per viam asperam Montis Crucis equitauerunt Tirole, Duci Karintiæ Paduanorum angustias exponentes. Qui sacramento, & literis promisit, in festo Sancti Georgij personaliter subuenire Paduæ, quod non fecit. Vnde adhuc continuis legationibus instabant Paduani, postulantes Ducis aduentum, vel saltem ab eo procurari pacem, vel treguas. Ducis monitu Ludouicus Romanorũ Rex suum in Tirole de Roma destinauit Legatum, qui pacem vel treguas tractaret; sed multis habitis in Verona colloquijs, in quibus ego legatus interfui, nihil potuit expediri. Suspirant amodo Paduani, videntes extrinsecos colligere fruges suas, Theutonicorum auxilio defraudati, qui tamen non cessabant affligere Paduanos mutuis, & datijs, à Padua exulante iustitia. Dominus de Ouenstagno Iacobum, & Iacobinum, filios Domini Nicolai de Carraria, conduxit in Alemaniam vinculatos die XV. Decembris, quos post duos annos Dominus Nicolaus traxit de carceribus.

Einsdẽ profectio ad Karintiæ Ducem.
Marsilius de Carraria.
Philippus de peraga.
Ecardinus de Capite Vaccæ.
Tirole, & alijs Tyrol:
promissio vana Karintiæ Ducis.
Ductoris Legatio Veronæ.
Iacobus, & Iacobinus de Carraria in vincula coniecti.

M CCC XXVII. & M CCC XXVIII.

De tribulationibus Paduanorum. Cap. XIV.

Hẽgelmarius de Villandres.
Griffus Hengelmarij frater cremat Villam curtis.

HEngelmarius de Villandres pasculandi causa misit ad Villas Plebatus quosdam equos, qui fruges pauperum deuastabant. Vnde duo Scutiferi fuerunt iugulati. Theutonicus simulauit non curare, vt grauius stimularet, qui postea secretè Griffum eius fratrem misit ad Villam Curtis, qui Villam cremauit, omnesquè necauit, quos inuenit, non parcendo sexui, nec ætati. Fuit hæc crudelitas in M CCC XXVII. die III. Iulij.

Nic. de carraria.
Villa comitis.

Die verò prȩcedenti Dominus Nicolaus de Carraria de Ciuitate migrauit, & iuit ad villam Comitis, quem Theutonici capere vel occidere sperauerunt.

Hengelmarij libido.
pudicitia vetrę de Scrouegnis.
paduani miserè vexantur.
Saccorũ ècorio vsus ad prędã.
Episcopatus pat. Venetijs. Dominus.

Mense Augusti Hengelmarius hora noctis violare voluit Petram, nobilem Dominam de Scrouegnis, quæ castitatem suam viriliter defendendo noluit consentire, postea cum matre, & fratribus fugit Venetias maximis diuitijs destitutis. Theutonici cruciabant Paduanos mutuis & datijs, omnes carcerabant: extrinseci extrà portas omnia destruebant. Fiebant enim à quibusdã potentioribus & suis sequacibus absquè pęna violentiæ, furta, adulteria, homicidia, & alia crimina inaudita. Nam non solùm bona, sed homines etiam furabantur, non solum Laici, sed Regulares, & in Capitibus hominum imponebantur facci corei, & sic ducebantur cęci, vel cęcati ad loca secreta, à quibus fures ignoti pecunias extorquebant.

Die vltimo Augusti Theutonici cęperunt concilium habere Castrum Pendisij, & cęperunt Ange-

Angelum, Episcopi seruitorem, qui ductus antè Castrum ait Custodibus: *Castrum Domini mei defendite viriliter, quia potius mori volo, quàm tanto sceleri consentire*. Theutonici vero spe fraudati, iusserunt Episcopatum bonis omnibus spoliari. Ipse Angelus, iubente Marsilio Magno relaxatus iuit Venetias. Intrinseci verò, sperantes defendere Ciuitatem, rusticos carcerabant Paduæ, & in Villis Campi Sancti Petri, & Mirani, quos omnibus diuitijs spoliabant.

Depopulatio eiusdem.

In MCCCXXVIII. Mense Iunij* Gerardus Maurocenus Paduæ Potestas clam fugit Vicentiam, asserens Vbertinum de Carraria sibi preparasse mortis insidias, quòd eo inuito vnũ carceratum traxerat de carceribus; sed causa suæ fugæ potuit esse paupertas. Nam Paduæ, & Venetijs erat tantum debitis grauatus, quod bona sua fuerunt data creditoribus in solutum. Hengelmarius aduenies de Alemania Griffum suum fratrem constituit Potestatem. Hoc facto, mense Augusti Marsilium minorem de Ciuitate fugauit, & domum eius bonis omnibus spoliauit. Asserebat enim, eum verba iniuriosa contrà Ducem Karintiæ protulisse. Hic Hengelmarius introitus Ciuitatis totius anni vendidit vili pretio, vt citò se ditaret: mutua imposuit, & datias: & sic plenus pecunia in Alemaniam equitauit.

Gerardi Mauroceni potestatis Paduæ fuga.

Nicolaus aliquibus.

Veronam, iisdem.

Griffus de Villandres potestas Paduæ.

Marsilius Minor de Carraria Ciuitate pellitur.

Explicit Liber Tertius.

INCIPIT QVARTVS.

Anno M CCC XXVIII.

De causis, quibus Padua data D. Cani. *Cap.* I.

MArsilius Magnus de Carraria, videns manifestè facta Paduæ de malo in peius continuo declinare, dubitans quid in tanto periculo sit agendum, ait sibi. *Extrinseci Proditores extrà Portas disponunt ad libitum. Dominus Canis, auctor tanti sceleris, simulat se nescire. In Ciuitate audio conquerentes: flentes video mendicare: Ciues cruciari non solùm in publicis carceribus; sed etiam in priuatis: exulante Iustitia fiunt maleficia infinita. His resistere non audeo, timens propter auctorum potentiam mihi mortis periculum imminere. In Alemaniam equitani, & Duci Karintiæ supplicaui, vt Ciuitati mortuę subueniret, qui sacramento promisit Paduæ personaliter subuenire: sua promissio expirauit. Dux Austriæ iusta causa auxilium denegauit: obsessus est in Vienna. Conradus de Onenstagno, qui tanta recepit à Padua, denegat auxilium, nisi ego solus sibi fidem faciam de stipendio. Ioanni Summo Pontifici in Auiniene, suo Legato Bononiæ, filio Regis Roberti Florentiæ scripsi Paduanorum iniurias, & auxilium imploraui. Secretè tractaui cum Domino Mantuæ, & Marchionibus, vt Paduæ subuenirent. Hæc tamen omnia nihil prosunt. Audi peius quod Tarnisini constituti nobiscum sub Duce Karintiæ denegant auxilium. Venecti, quasi nobis imperant, quid quid placet.* Dum hæc, & alia cum animo multoties reuoluisset, ait. *Possem in Venetijs in diuitijs viuere abundanter; sed, etiamsi me mori conueniat, volo meę Patriæ subuenire.* Itaquè deliberato consilio cum aliquibus nobilibus Paduanis cum Domino Cane Magno della Scala, de concordia clam tractauit.

Deliberatio Marsilij de Carraria de Padua danda Scaligero.

Eodem Anno.

De Pactis factis cum D. Cane. *Cap.* II.

POst varia parlamenta ait Marsilius nuncio secretissimo.* *Personam meam, & Paduam liberè esse volo in manibus Domini Canis absque vllo pacto: volo tamen, quod matrimonium olim promissum Domino Iacobo Patruo meo de Domina Thadea eius filia, & Mastino eius filio della Scala compleatur. Item, quod placeat Domino Cani omnes iniurias receptas à Paduanis in speciali, vel communi, oblitioni mandare, & Ciues omnes in suis iuribus conseruare, vt sub sua protectione possint securè ducere vitam suam. Item, quod Theutonici, qui sunt Paduæ pro custodia, liberè reuertantur, satisfactione habita plenaria de stipendio, ne de Domino Cane nobilis Dux Karintia causam inueniat conquerendi. Item, quod pęnę solummodo teneantur delinquentes. Nam graue est non solum legibus; sed etiam contrarium æquitati, ex alienis delictis alios molestari. De ijs à Domino Cane nolo sacramentum, nec scripturas; sed suam solummodo quæro fidem.*

Dissertatio eiusdem cum Nuntio de pactis percutiendis cum cane. Al Patrium meã Paduã.

Domi-

Digitized by Google

Dominus Canis, videns ſuum deſiderium adimpleri, dominium Paduæ alacriter accepta-
uit, quod Imperatori, & Romanę Eccleſiæ conueniret: ſua verò fide promiſit, iuſtas preces
Domini Marſilij integraliter obſeruare, & eius inimicos proprios reputare, & ipſum habere
Thadea de carraria nubit Maſtino Scaligero. tanquam fratrem. Poſt hæc Domina Thadea ſecretè iuit Venetias, vbi fuit Domino Maſti-
no matrimonio copulata, pręſentibus tantum Marchione Malaſpina, & Philippo de Peragis.

Eodem anno, Die III. Septembris.

Quo ordine D. Canis intrarit Paduam. Cap. III.

Marſilius de carraria Paduę Dominus. VIa prudentiæ futuros tractat euentus. Marſilius Ciuitatem munijt ruſticanis, fingens cauſam inſultandi cum Theutonicis contrà hoſtes, qui Paduanorum vendemias colli-
Griffus poteſtas. gebant. Qui videns ſe munitum, & cognoſcens Paduanorum voluntates, qui ſub Theutoni-
Marſilij de Rubeis acceſſus Paduam. cis tenebantur inuiti, iuſſit Conſilium Paduæ congregari, in quo omnibus alacriter annuenti-
bus, eidem datum fuit dominium Ciuitatis. Fuit hoc in M CCC XXV III. die III. Se-
ptembris.

Legatio ficta Marſilij carr. Maſtini acceſſus Paduam. Eodem die Griffus, frater Hengelmarij, Paduæ Poteſtas, cum Theutonicis depoſitis armis,
claues Ciuitatis Domino Marſilio pręſentauit, quibus recepto ſuo ſtipendio dedit ſecuram li-
centiam recedendi. Die vero quinto Marſilius de Rubeis de Parma intrauit Paduam cum
ducentum elmis. Die ſequenti Marſilius miſit Vicentiam ſub colore ambaſſariæ aliquos de
Allocutio Marſilij in cõſilio M. paduę. Maioribus Ciuitatis. Die altero Dominus Maſtinus intrauit Paduam cum elmis centum.
Al. Mora. Dominus Marſilius ſciens amodo Ciuitatem ſic munitam, quod rationabiliter nullus eſſet
Iacobus de conigliano Syndicus paduæ. auſus ſuo obuiare propoſito, in Maiori Conſilio Paduæ ait. *Hæc eſt noſtra finalis intentio quod*
Padua cani ſubijcitur. *Padua in manibus Domini Canis liberè conſignetur de veſtra voluntate. Vnde abſquè* motu in-
ter vos ſic placeat reformare. Hoc ſtatim factum fuit, & Syndicus electus Iacobus de Coni-
gliano. Die VIII. D. Marſilius cum multis de maioribus Paduanis Vicentiam equitauit,
Tempus belli inter paduanos, & canẽ. quem cum ſocijs Dominus Canis ſummo honore tractauit. Dato dominio Paduæ à Syndi-
co Ciuitatis, Dominus Canis primo pedites, poſteà milites pręmittendo, ordinatè per portam
Sauonarolæ die X. Septembris introiuit: ſedem verò ſuam poſuit in Eccleſia Cathedrali. De
Eiuſdẽ clades. eius aduentu omnes mirabiliter exultantes, benedicebant nomen ſuum, clamantes & dicentes.
Marſilius Carr. Padua Vicarius. *Cum benedictione viuat, qui nos de tenebris traxit ad lucem.* Sic bellum, peractum cum Domi-
Extat nihilominus in antiquiore M S. no Cane decem & ſeptem annis, menſibus quatuor, & XXV. diebus, ex quo in Marchia fame,
Ruinis, *Vt legi poſſit.* Ex frigore, gladio, carceribus, exilio, & diuerſis peſtibus centum millia perierunt, fuit pacis le-
quo lętatur Padua tot à miniserepta. nitate ſopitum.

Eodem Anno.

De geſtis Paduæ per Dominum Canem. Cap. IV.

Canis benignitas ergà Paduanos. STatim ſequenti die ſumpto prandio Dominus Canis magnificè ſòciatus Paduanis, & alijs
Nobilibus Lombardiæ, omnibus alacriter concurrentibus, in Palatio fecit publicam con
Tiſo, Campi S. Petri Dominus. Phil. de Peraga Dominus Mirani. Thadeæ, & Maſtini nuptiæ. cionem, in qua eidem pręſentatum fuit vexillum Populi Paduani, quod poſuit in manibus
Domini Marſilij de Carraria, & ipſum conſtituit in Padua ſuum Vicarium.

Ex quo lętatur Padua tota * *nimis.*

Filiorum itẽ fratris Marſilij de Rubeis. Poſteà pulchra donafecit Nobilibus Paduanis, cum quibus erat familiariter tanquàm pa-
ter. Tiſoni de Campo Sancti Petri, & Philippo de Peraga claues ſibi pręſentatas Caſtrorum
Marchio Spineta Capitaneus. Mirani, & Campi Sancti Petri reſtituit, quibus benignè pręcepit, vt abſtineant à delictis, offe-
rens perpetuum ſeruitium, & amorem.

De Heruaſijs alijs, Die XIV. Septembris Dominus Maſtinus Dominam Thadeam publicè deſponſauit. Eo-
Bernardinus de Heruaijs Poteſtas Paduæ. dem die Marſilius de Rubeis de Parma promiſit Domino Cani duas filias fratris matrimonio
copulare filio naturali Domini Canis, & filio Domini Baylardini. Capitaneum forenſis mi-
Canis diſceſſus Padua. litiæ cõſtituit Marchionem Spinetam, Poteſtatem fecit Dominum Bernardinum Ramici * de
Heruaijs de Verona. Sic rebus benè diſpoſitis ordinauit facere magnam curiam in Verona,
& multis Paduanis honorem donare militiæ. Die XXVIII. eiuſdem menſis equitauit Vi-
centiam. Padua ergò languida eius feliciſſimo aduentu de tenebris ad lucem reſurrexit.

MCCCXXIX.

Digitized by Google

MCCC XXIX.

De Paduanis Extrinſecis. Cap. V.

DOminus Nicolaus de Carraria de voluntate D. Canis receſſit de Eſt, & iuit Venetias: non fuit tamen ſuis poſſeſſionibus ſpoliatus. Fortilitiæ Eſtenſes fuerunt omnes explanatæ. Dominus Henricus de Scrouegnis, qui abſquè licentia venit Paduam, clàm Venetias fuit compulſus, Muſſatus Poeta, qui ſimiliter ſine licentia venit, * Clugiam turpiter remeauit, vbi obijt in anno ſequenti die vltimo Madij. Illis de Deslemaninis fuit ſolummodo Ciuitas interdicta. Infraſcriptorum omnium fuerunt bona, tanquam rebellium, confiſcata, ſcilicet illorum de Macharuffis, de Dente, de Terradura, de Buglis, de Roncho, de Altechinis, aliquorum de Malitijs, & aliorum. Bona omnium prędictorum, & alias diuitias infinitas Dominus Canis donauit Domino Marſilio de Carraria, ipſumquè in tantum ditauit, vt ab omnibus diceretur ditior tota Padua. Omnes alij extrinſeci Paduani Paduam redierunt de voluntate Domini Marſilij de Carraria, qui de conſenſu Domini Canis de Paduanis extrinſecis ſecundum liberum arbitrium diſponebat. Gaudet amodo tota Ciuitas fulgere Aquilas Imperiales vbique, & inſignia della Scala. Taruiſinos timor inuaſit, iam enim Rizardus de Camino eis ra puit caſtra Soligi, & Vidorij: & Comes Colalti etiam cum alijs reuelauit.

Nicolai Carr. exilium.

Itē Hērici de Scrouegnis. Adde, Paduā Muſſati P. mors.

Deslemaninorum, & aliorū exilium.

Marſilius exulum bonis ditatur.

Aquilæ, et Scalarū inſignia: Colalti Com. à Taruiſinis deficit.

MCCC XXIX. Die Sabbati XXVI. Nouembris.

De publica lętitia facta Veronæ. Cap VI.

DE dominio Paduæ feliciter acquiſito Dominus Canis facere voluit publicam lętitiam in Verona, in cuius ſplendidiſſimum apparatum habere voluit filiam Rolandi de Rubeis, ſponſam eius filij Naturalis. Paduam verò miſit Dominum Baylardinum de Nogarolis, qui cum Poteſtate Paduæ, & omnibus Nobilibus Paduanis, Dominam Thadeam de Carraria vxorem Domini Maſtini ſociauit Veronam. Ad eius aduentum Dominus Canis exiuit Veronam aſſociatus nobili comitiua, ſpecialiter Obizone Marchione Eſtenſi, Marchione Spineta, Rizardo de Camino, Marſilio de Carraria, Marſilio de Rubeis. Sic cum magno gaudio Domina Thadea Ciuitatem intrauit die Sabbati XXVI. Nouembris.

Filia Rolandi de Rubeis nuptia.

Thadea Maſtino ducitur Veronam.

Equites creati à Cane.

Die ſequenti gaudium voluit eſſe ſolenne, & multis nobilibus donauit honorem militiæ, quos ornauit veſtibus aureis, & purpureis, aureis cingulis, deſtrerijs, & pulcherrimis palafrenis. Ad hoc gaudium conuenerunt de diuerſis partibus hiſtriones vniuerſæ nationis, * & omnibus donis, & expenſis Dominus Canis voluit prouidere. Ibi fuerunt Dominę pulcherrimæ, haſtiludia, & torneria, & breuiter, ad perfectum gaudium nihil * defecit. Hoc ſpectaculo non fuit pulchrius in Italia temporibus retroactis. Ex hoc honore Dominus Canis gaudia magna ſumit, & cunctis Nobilibus retulit magnas grates, concedens vnicuique ſponteam licentiam recedendi.

Aliter. Et omniū expenſis. *Vel.* Et omnibus ſuis expēſis, &c. *Mel.* Defuit.

Eodem Anno, & Menſe.

De nominibus militum. Cap. VII.

QVia non eſt bonum, quod veritas occultetur, placet omnibus demonſtrare de honore facto Nobilibus Lombardiæ, ſpecialiter Paduanis, quos ſummo honore tractauit hortatu, & conſilio Marſilij de Carraria, & omnes ſponte, & alacriter acceptantes milites creauit Dominus Canis Magnus della Scala in Verona, Padua, Vicentia, Feltre, Ciuie pro Sacro Imperio Vicarius generalis. Militum autem nomina ſunt hæc. De Verona Dominus Albertus, & Maſtinus fratres, Nepotes prędicti Domini Canis. Franciſcus, & Cagnolus Baſtardi Domini Canis. Nicolaus, & Cagnolus filij Domini Baylardini de Nogarolis. Petrus, & Iacobus de Verme. Petrus etiam Perlle. Galeaſius ſocius Domini Baylardini. Bernardus de Heruarijs: de Padua. Marſilius Magnus de Carraria. Vbertinus, Marſilius, Iacobus, Obizo, omnes de Carraria. Philippus de Peraga. Franciſcus, & Ecardinus de Capite Vaccæ,

D. Canis imperium.

Nomina Equitum creatorū à Cane.

Digitized by Google

Mel. Duxius exijt, qui de Paduanis familijs scribit. Legunt alij. Vinarius Domini Guercij de Viuario. Alij Vinarius dictus Guercius de Viuario. Frāciscus Dādulus Dux Venetiarum.

* Dux de Buzacharinis. Tartarus de Lendenaria, & Tiso de Campo Sancti Petri. Guertius Loti de Montagnana. De Vicentia * Vinarius Dens. Guercius de Viuario. De Venetijs, Nicolaus Foscari. De Feltre Endrighettus de Mongai. De Mantua Ludouicus de Gonzaga. Ioannes Guilenzellus. Reuoluto anno Domini, scilicet MCCCXXIX. die octaua Ianuarij Dominus Franciscus Dandulus fuit Dux Venetiarum.

MCCCXXIX. Mense Iunij.

De obsidione Parmæ, & Taruisij. Cap. VIII.

Marsilius Carr. ferè capt. Simon de Corrigio. Rubei consanguinei Marsilij Carr. Parma, Rhegium, Mutina Ecclesiæ rebellant. Rolandus de Rubeis a Legato Pontificis.

CVm Gens Ecclesiæ cum Bononiensibus extrà muros Parmæ omnia deuastaret (erant nanquè in parte Ecclesiæ Nobiles de Corrigio; ciuitatem verò defendebant Rolandus, & Marsilius de Rubeis, de auxilio Domini Canis quamplurimùm confidentes) Marsilius de Cartaria, iussu Domini Canis, equitare cepit versus Parmam, & insidijs Simonis de Corrigio quasi fuit captus: fugit tamen in Casali Maiori Cremonensis districtus, & postea cum duobus socijs Parmam equitauit incognitus: qui germanis suis de Rubeis de pace consuluit, & Veronam venit; quem Dominus Canis de probitate quamplurimùm commendauit, quia neglecto mortis periculo suis voluit obtemperare mandatis. Post hæc pax conuenit, dataquè fuit Parma Ecclesiæ certis pactis. Postea Rhegium, & Mutina Ecclesiæ se dederunt. Fuerunt hæc MCCCXXIX. mentibus Iunij, & Iulij.

Post pacem Rolandus de Rubeis equitauit Bononiam, quem Legatus Romanæ Ecclesiæ carcerauit. Vnde tres prædictæ Ciuitates reuelauerunt Ecclesiæ. Ludouicus equitauit Parmam cum suis Theutonicis in auxilium. Fuit hoc anno sequenti, & mense Nouembris, Domino Cane iam defuncto.

His sic dispositis Dominus Canis cogitans, quod à tergo nullum manebat obstaculum, volens adimplere, quod optabat, scilicet in tota Marchia habere dominium, literas Paduam misit continentes.

Litere Canis ad Marsilium.

Marsilio de Carraria Fratri nostro dilecto
Canis Maior della Scala salutem.

Vobis significamus, quòd die crastina Paduam veniemus, volentes secundum vestrum consilium inuadere Taruisinos. Vnde vos preparetis militibus, & peditibus Paduanis, vt eos magnificentius insultemus.

Hoc fuit valde gratum Domino Marsilio, propter odium Guizelionis Aduocati Taruisij, & quia Dominum Canem suprà omnes extollere affectabat.

Taruisij obsidio. Nobiles de Castrobarcho. Baylardinus de Nogarolis Capitaneus. Marsilius Carr. Imperator copiarum Canis.

Die IV. exiuit Padua, & sequenti die castra sua posuit circà mœnia Ciuitatis cum exercitu copioso. Erant namquè in hoc pulcherrimo guarnimento milites, & pedites de Verona, Padua, Vicentia, Feltre, Ciuie, Nobiles de Castrobarcho, Rizardus de Camino, Brixienses extrinseci, & stipendiarij diuersarum nationum. Vicentini exercitus constituit Capitaneum Dominum Baylardinum de Nogarolis, Vicentiæ Potestatem: cæteri exercitus D. Marsilium de Carraria. Ea die nobilis, & probus miles Otto de Borgondia persequendo inimicos, equitans vsquè ad portas, quasi de equo cecidit, quodam saxo ciecto de summo portæ percussus, ibiquè statim fuit peremptus. In exercitu Rizardus minor, & Gerardus fratres de Camino, & Gulielmus de Vonico venerunt ad mandata Domini Canis. Aduocatus Taruisij desperans de auxilio Ducis Karintiæ, qui verbis, & literis magnalia promittebat: ac etiam aspiciens potentiam inimicorum, hortatu, & consilio Ciuium Taruisij pacem petit, quam habuit postulatam. Vnde Dominus Canis die XVIII. eiusdem mensis Iulij Taruisium introiuit.

Canis Taruisium obtinet.

MCCCXXIX. Die XXII. Iulij.

De morte D. Canis. Cap. IX.

Idē morti proximus Nepotes, et filios naturales Baylardino, et Marsilio cōmēdat.

TAruisio iam subacto Dominus Canis iacens infirmus, in Ecclesia Cathedrali ad se vocauit Nobiles viros Baylardinum de Nogarolis, & Marsilium de Carraria, quibus ait. *Albertum, & Mastinum Nepotes nostros nobis valuimus esse successores, quos habere dignemini com-*

commendatos : ac etiam noſtros filios Naturales. Poſt hæc non ſine lachrimis Dominum Marſilium de probitate,& legalitate quamplurimùm commendauit, & in eius manibus ſuam banderiam principalem poſuit, cui ait. *Vos Domine Marſili liberè teneatis Paduam cum diſtrictu.* Hoc Dominus Marſilius liberè recuſauit, aſſerens inſtanter, Paduam ſubeſſe dominio della Scala : timens tamen,ne patientis animus turbaretur, dominium acceptauit. His ſit diſpoſitis, cũ tribus diebus iacuiſſet infirmus, expirauit hora ſexta,die XXII. Iulij in MCCCXXIX. De cuius morte ab antiquis Aſtrologis fuerat antè longiſſimo tempore nuntiatum, ſcilicet, quod ſolis tribus diebus habere debebat dominium Marchiæ Taruiſinæ. Eius morte in Conſilio die, & hora noctis per Dominum Marſilium nunciata, fuit omnium tantus luctus,vt omnes doluerint,tanquam in propria orbitate. Fuit autem vir probus, & prudens, qui poſt Veronam ſibi reliquam Marchiam ſubiugauit. Bella ſemper per ſe geſſit,& ſuprà quam dici poſſit dominandi cupidiſſimus,amicis fidelis, quos inuenit contra ſe coniurantes acriter puniuit. Victis inimicis pepercit. Nam Paduanis,quibus fuerat duriſſimus inimicus, fuit pater. Multum enim gloriabatur, cum dicebat ſtatum Paduæ ſub ſuo dominio reformari anteà deſolatũ. Semper diues armis, & equis in venationibus, & auibus delectabatur,adeò aut falcones trecentos habuiſſe tradatur. Vir tamen tantarum virtutum, qui etiam Iuſtitiam diligebat, victus luxuria, ejecta Domina Ioanna de progenie Regis Antiochiæ,ex vili fœmina, quæ antè ſe proſtituit,filios procreauit, quos infantes milites fecit. Obijt ætatis ſuæ anno quadrageſimo primo.

Marſilius Dominus Padue.

Mors Canis. Vaticinium de illius imperio, & morte.

Mores eiuſdẽ.

Magnificentia. & luxus. Falconum ſtudium. Liberi ex meretrice. Moritur ætatis ſuæ anno XLI.

Eodem Anno, & Menſe.

De geſtis poſt mortem Canis. *Cap.* X.

MOrte Domini Canis in Conſilio Paduæ nunciata, Dominus Marſilius de Carraria nomine Dominorum Alberti, & Maſtini Nepotum Domini Canis, Paduæ dominium poſtulauit,qui ſtatim obtinuit,quod optabat. Die verò ſequenti Ciues Nobiles,& Potentes, & Forenſes Domino Marſilio Dominorum iurarunt honorem & ſtatum. Die XXVII. Iulij vexillum Populi datum fuit Domino Alberto in publica concione: in Taruiſio verò ad eius mandata venerunt Coniglianum,& Aſolum, & omnia caſtra Taruiſina.

Marſilius domini Padue recipit.

Vexillũ Populi, ſignum dominij.

Rebus ità diſpoſitis, vt in Marchia nullum foret obſtaculum, Dominus Albertus, & Maſtinus, Dominum Marſilium conſtituerunt Vicentiæ Poteſtatem, qui alter Dominus Marchiæ dicebatur. Die X. Nouembris Galeotus de Manzijs intrauit regimen Paduæ. Hic die XVIII. Aprilis turpiter deſcendit Palatium, cui ſtatim ſucceſſit Dominus Baylardinus de Nogarolis de Verona. Zilberrus,& Dominus Bartholomęus, filij naturales Domini Canis,exiuerunt Veronam, qui tamen reuerſi conuicti ſunt contrà ſuos germanos conſpiraſſe. Vnde
1330 ſtatim in anno ſequenti, ſcilicet in MCCCXXX. menſis Ianuarij fuerunt in carceribus in perpetuum condemnati: medicus* vnicus Domini Canis fuit furca ſuſpenſus.

Marſilius Vicẽtie Poteſtas. Galeotus de Manzijs, Poteſtas Paduę. Baylardinus de Nogarolis Poteſtas Paduę. Zilbertus, & Bartholomeus filij Naturales D.Canis.

Eodem menſe Dominus Albertus in Taruiſio coniurationem contrà ſe, & fratrem ſuum detexit, & ſic duos fratres Gerardum,& Albertum de Bacholinis damnauit ad mortem, bonis omnibus publicatis. Die XXIX. Ianuarij quoſdam carcerauit, & quoſdam ad confinia iuſſit equitare Veronam.

Al. Autem.

Coniuratio Gerardi, & Alberti de Bacholinis.

Poſt mortem Domini Canis caſtrum Mirani acceptum fuit ab hæredibus Domini Philip-
1331 pi de Peraga & in MCCCXXXI. die VI. Februarij deſtructum. Die verò XI. Martij tenebræ factæ fuerunt ante horam tertiam per duas horas. Item XXVI. Madij Domino Marſilio in regimine Vicentiæ ſucceſſit Federicus ab equis.

Miranũ æquatur ſolo.

Federicus ab Equis Vicentiæ Rector.

Poſt mortem Domini Canis Gerardus de Camino, qui in Verona curialiter tenebatur inuitus, ſub ſpecie ſcutiferi fugit Caminum, & cum auxilio Venetorum reuelauit : tamen hortatu Domini Marſilij de Carraria die XVIII. Aprilis Paduæ redijt ad gratiam Dominorum della Scala, quem receperunt ad ſuam gratiam gratioſè. Pro ſecuritate prędictorum Rizardus eius frater, filium ſuum pulcherrimum dedit obſidem illis della Scala die III. Madij. Die vero IX. Septembris filius Naturalis, & infans Domini Alberti della Scala ſororem dicti obſidis duxit in ſponſam, quæ poſteà nupſit Bertoldo Marchioni.

Gerardi de Camino rebellio,& fuga. Reditus in gratiam. Nuptię filij naturalis Alberti Scaligeri.

Google

Anno M CCC XXIX.

De quibusdam natis nouitatibus in Lombardia. Cap. XI.

Galeatij Vicecomitis obitus. Azo, Marcus, & Luchinus Vicecomites Domini Mediolani.

GAleatius Vicecomes de Mediolano cum alijs nobilibus Lombardiæ auctor aduentus Ludouici, à dicto Ludouico fuit carceratus, dominioque priuatus in carcere obijt Lucæ M CCC XXVIII. menſe Auguſti. Poſt cuius mortem in Mediolano dominium habuerunt Azo eius filius, & Domini Marcus, & Luchinus, fratres dicti Domini Galeatij. Marci verò bellicoſi, quo nullus magis floruit in armis, Nepos, & Frater fuerunt occiſores, aſſerentes eum contrà ſe cum Romana Eccleſia coniuraſſe. Paſſarinus de Bonacoſſis, Dominus Mantuę & Mutinæ, Franciſcum de Mirandula, qui ei ſubiugauit Mutinam, cum duobus filijs ſtrangulauit in carcere, qui poſtremo propter nefanda, quæ exercebat in Mutina, vnà cum filio fuit hoſtis Romanę Eccleſiæ iudicatus. Hic cum Marchione Eſtenſi, & Azone Vicecomite contrà Bononienſes dimicauit hoſtiliter in campanea Montiſuegli. Multos occidit, duo millia cępit, Bononiam vſquè ad mortem fecit trepidare. Pax conuenit, quæ citò rumpitur. Iubente Legato à gente Legati capitur Burgum Forte, & in Mantuano diſtrictu omnia igne, ferroq; vaſtantur. Deinde Paſſarino Mutina reuelauit. Tandem capitur Burgum Forte per Paſſarinum, auxilio Ludouici rebellis Eccleſiæ. Die vero XV. Auguſti Paſſarinus iugulatur. Huius ſceleris autor fuit Ludouicus de Gonzaga, eius germanus, de quo plurimum confidebat, qui poſt eius mortem Mantuæ dominium inuaſit. Franciſchinus verò filius Paſſarini, donatus Zapino à Mirandula, in eodem carcere, quo Dominus Franciſcus à Mirandula fuit ſtrangulatus, fuit dira morte peremptus. Caſtrutius * de Tornellis de Luca ſtipendiarius fuit, & pedes, qui tempore aduentus Imperatoris Henrici Lucam redijt: Vgutio verò della Faſola, qui poſt mortem Imperatoris inuaſit dominium Piſæ, & poſteà Lucam accepit cum auxilio Caſtrutij, & ipſam totaliter expoliauit, auſerendo theſaurum infinitum Romanæ Eccleſiæ, qui fuerat à multis Principibus collocatus, Caſtrucium carcerauit in Luca. Qui dum de Piſa equitaret ad Lucam, vt Caſtrutium damnaret ad mortem, Piſa reuelauit. Hoc timore Caſtrutium liberauit à carcere, quem de Ciuitate fugauit. Qui veniens Veronam, fuit à Domino Cane ſummo honore tractatus, & Vincentiæ obijt. Caſtrutius verò Piſtorium obſedit, & cępit. Caſtrutio exiſtente cum Ludouico in Roma, qui eum conſtituit ſuum Vicarium * in ipſis, Luca, & Piſtorio, Piſtorium reuelauit. Caſtrutius verò ſubito rediens gentem Eccleſiæ compulit turpiter redire Florentiam, & Piſtorium obſedit, & cępit. Dum ſic omnia ſubiugaſſet eodem anno, menſe Septembris obijt Lucæ. Item menſe Auguſti Parma, & Rhegium reuelauerunt Eccleſiæ.

Legendũ De Interminellis.

Caſtrucius. Vgucio de Faſſola theſaurum Eccleſiæ occupat.

Caſtrucij capit.

Luca pulſus, et Piſa a Cane excipitur.

Obit Vicẽtius. Al. Piſa, Luca, & Piſtorio.

Mors Caſtrucij.

Parma, et Rhegium rebelles Eccleſiæ.

Explicit Liber Quartus.

INCIPIT QVINTVS.

M CCC XXX.

De Rege Boemiæ, & Brixia. Cap. I.

Maſtinus contra Brixiam.

POſt mortem Domini Canis, Domini Albertus, & Maſtinus cum Duce Karintiæ fuerunt in concordia ſapienter. Amodo animus eorum cogitat ad maiora. Vnde Dominus Maſtinus menſe Iunij contrà Brixiam hoſtiliter equitauit, caſtra multa cępit. Ad eius mandata erant omnes extrinſeci Brixienſes. Secundo verò menſis Septembris cum validiſſimo exercitu totius Marchiæ Taruiſinæ Brixiam circundedit. Duce exercitus D. Marſilio de Carraria ſibi omnia ſubiugauit extra mœnia, Ciuitatem etiam expugnauit. Poſt magnam victoriam Veronam venit. Fuerunt hæc M CCC XXX. 133?

Iĩ Marſilius.

Cuniſſa de Carraria viriliter audet.

Mortuo iam Domino Tiſone de Campo Sancti Petri, vxor eius Domina Cuniſſa de Carraria peperit Tiſonem, quem cum auctoritate nutriuit. Aliquando enim arma induens in caſtro

castro Sancti Petri merum,& mixtum imperium exercebat. Hæc Emum militem de Borgondia fratrem illius Ottonis, qui in obsedione Taruisij fuit extinctus, inhonestè dilexit. Eorum stupro detecto, ambopariter ingulantur,mandato Domini Marsilij de Carraria fratris dictæ Dominæ,sed matris filius fuit occisor. Fuerunt hæc Veronæ die XXVIII. Octobris.

Emus Borgundus miles.
Cunissa ckiles.

Dum Brixia infestaretur à Dominis della Scala, Ioãnes Rex Boemiæ,filius quondam Imperatoris Henrici, descendit in Tridentum. Huic, quia nurum habebat filiam Ducis Karintiæ,fidelitatem iurauerunt Nobiles de Karintia; iussu Ducis. Brixienses etiam, propter infestationem illorum della Scala, Regi liberè se dederunt mense Nouembri. Reuoluto Anno
1331 Domini MCCCXXXI. die penultimo Decembris, Rex Brixiam intrauit. Domini della Scala,timentes eius aduentum,secum fuerunt in concordia, primo tamen restituris * omnibus Brixiensium castris, quæ occupauerant, propter guerram. Quibus Rex in fide promissis Brixiam introducere omnes extrinsecos Brixienses.

Boemie Regis aduentus in Italiam.
Qui se illi dederint.

* *Al.* Omnibonis Brixiensium, quæ occupauerant, &c.

Post hæc Bergamum,Crema,Parma,Mutina,Rhegium, Luca, & aliæ Ciuitates dicto Domino Regi liberè se dederunt. Dominus Azo Vicecomes ductu Ludouici Comitis * de Sauona, eius soceri, fuit obediens dicto Regi,retinendo semper dominium suarum Ciuitatum. Mense Aprilis Rex Ioannes fuit in colloquio cum Domino Beltrando Legato Romanæ Ecclesiæ,iuxtà mœnia Castri Franchi de Bononia,sociatus Marchione Montisferrati, & Comite de Sauoia. Rex Ioannes relicto filio suo Domino Carolo, qui sororem Regis Franciæ habebat vxorem, in Parma,in Alemaniam equitauit mense Iulij.

* *Al.* De Sauoia.

Colloquiũ Boemie Regis cũ Legato Ecclesie.
Marchio Mõtisferrati, Comes Sabaudie.
Carolus F. Boemie Regis.
Reditus Boemie R. in Alemaniam.

MCCC XXXII.

De Brixia data Domino Mastino, & Bergamo dato Domino Azoni Vicecomiti. Cap. II.

REx Ioannes cum iam esset in Francia, Dominus Mastinus ait. *Capiamus Brixiam. Quis vltrà poterit nostris viribus obuiare?* Cui ait Marsilius Maior. *Hæc periculosa res est.* Tunc Dominus Mastinus ait. *Omnino volumus habere Brixiam.* Eius iussu Dominus Marsilius cum Nobilibus Brixiensibus, mediante auro & promissionibus infinitis, hoc etiam addito, quòd omnes de parte Imperij iugulentur impunè, habere Brixiam secretè tractauit. Post hæc Dominus Marsilius simulans,se nuntium Domini Legati, qui diligebatur in Brixia, cum signis Romanæ Ecclesiæ, & Rolandi de Rubeis intrauit Brixiam fraudolenter. Tunc omnes de parte Imperij de Mazis expelluntur. Fiunt cædes etiam pupillorum. His peractis Dominus Mastinus intrauit Brixiam, qui iurauerat nunquàm se depositurum barbam, nisi
1332 prius Brixiam obtineret. Fuit hoc M CCC XXXII.

Maſtinus Scaliger Brixiam occupat.
Marsilius eãdem intrat.
Mazi hodie Madij Brixia pulsi.
Arx Brixie.

Die XV. Iulij Castrum Montis per custodes Regis traditum fuit Dominis della Scala. Post hæc iuxtà mœnia Vrceorum in colloquio conuenerunt Domini della Scala cum Domino Marsilio,Azo Vicecomes, Marchiones Estenses, Ludouicus de Ganzaga, qui omnes contrà Regem Boemiæ iurauere. In hoc colloquio Dominus Azo donauit Dominis della Scala mœnia Vrceorum.

Fœdus contrà Regem Boemie.
Azo Bergamũ obtinet.
Guilelmus de Castro Barco Vicarius Bergami.

Statim mense Septembri Dominus Azo cum Dominis Mastino, Marsilio,& omnibus suæ ligæ, Bergamum obsedit hostiliter. In hoc exercitu Dominus Marsilius iussit furca suspendi quosdam Theutonicos propter prædam. Vnde Theutonici, viriliter inquirentes dictum D. Marsilium, pugnauerunt contrà exercitum Brixiensem. Tercentos occiderunt, & vltrà. Relicto verò exercitu quidam equitauerunt Cremonam. Eodem mense Bergamum datum fuit Domino Azoni,existente Vicario pro Rege Ioanne, Domino Guilelmo de Castrobarco.

Raynaldus Estensis contrà Mutinam.
Ioannes de Cãpo S. Petri Dux exercitus Estẽsis.
Ei aduersatur filius Boemię Regis.

Eodem mense Raynaldus Estensis Marchio cum gentibus Dominorum della Scala, de Mantua, de Mediolano, equitauit contrà Mutinam. Mense verò Nouembris Burgum S. Fœlicis per gentem suam obsedit, ductore exercitus Domino Ioanne de Campo Sancti Petri. Hoc præcito Dominus Carolus, postea Imperator, filius Regis Ioannis, cum suis Theutonicis, quos habebat in Parma, sociatus Marsilio, & Petro de Rubeis,& Manfredo de Pijs de Mutina,contrà exercitum equitauit: iussu verò Domini Caroli, eius aduentu in exercitu nunciato, vtraquè pars se parauit ad pugnam. In primo impetu gens Marchionum obtinuit, vltimo auxilio peditum,qui circà occisiones equorum instabant, Rex obtinuit, sexcentum milites cepit, & Ioannem prædictum. Zinus de Macharuffis cum multis fuit occisus. Sic cum magno

Manfredus Pius Mutinẽsis.
Io. de Cãpo S. Petri.
Zini de Macheruffis cędes.

Marſilius Car. Rector Brixiæ.
Thadeus de Vbertis Poteſtas Paduæ.
Petrus del Meſſa Poteſtas Paduæ.
Vldrinandinus Epiſcopus Paduæ.
Treuille.
Papia deficit à Boemia Rege.
Martinus de Cuce Papiæ Poteſtas.

gaudio Dominus Carolus Burgum S. Fœlicis à perſecutione hoſtium liberauit. Aliquo tempore ſubſequuto Dominus Ioannes pro tribus millibus florenis ſe redimit.

Dominus Marſilius Rector Brixiæ, timens aduentum Regis Ioannis, Brixiam diuiſit maximo muro, Caſtra Brixienſium iuſſit deſtrui, Ciuitatem & Caſtra muniuit militibus, & cęteris neceſſarijs. Die primo Maij Thadeus de Vbertis incępit regimen Ciuitatis Paduæ. Die Dominico primo Nouembris Dominus Petrus del Meſſa ſucceſſit Thadeo de Vbertis. Die IX. Nouembris Vldrinandinus, Comes Romanus, Epiſcopus Paduæ, intrauit Paduam, & in anno ſequenti, die viij. Auguſti receſſit. Menſe Decembris Tiſo de Campo S. Petri furtiuè intrauit Caſtrum de Treuille nepotis ſui Domini Gulielmi; mandato verò Domini Maſtini Dominus Gulielmus rehabuit Caſtrum ſuum. Eodem anno Ciuitas Papiæ Ioanni Regi fuit rebellis excepto Caſtro Ciuitatis. Tunc Domini della Scala Dominum Martinum de Ciuie, Papiam miſerunt Poteſtatem. In anno ſequenti, & menſe Iunij Theutonici, qui erant in Caſtro, de voluntate Regis, defectu victualium, & pecunia mediante, Caſtrum reddiderunt Ciuitati.

M CCC XXXIII.

De Obſidione Ferrariæ. Cap. III.

Legatus Eccleſiæ contra Ferrariam.

EXpulſis Guaſconibus de Ferraria, Raynaldus, & Obizo Marchiones Eſtenſes, quatuordecim annis rebelles Eccleſiæ, ad mandata Legati Bononiæ honorifice ſunt recepti. Qui Domino Legato dederunt Argentum. Paruo tempore ſecuto, Dominus Legatus, aſſerens Marchiones cum rebellibus Eccleſiæ coniuraſſe, duxit exercitum copioſum de Guaſconibus, Bononia, Romandiola, Marchia contrà Ferrariam. In oppoſitum, iuſſu fratrum, Nicolaus Marchio in Villa Conſandali ſe oppoſuit, ibiquè pugnant. Gens Eccleſiæ iuxtà exercitum copioſum de Guaſconibus Bononiæ capit campum: & Domino Legato præſentatur captus Nicolaus Marchio, qui cum gaudio Domini Legati Bononię iubetur honorificè cuſtodiri. Fuit hoc M CCC XXXIII. die vj. Februarij. 1333

Nicolaus Eſtẽſis capitur.

Die ſequenti iuxtà Ferrariam exercitus ſe locauit: die verò octauo gens Eccleſiæ cum auxilio quorundam intrinſecorum Ciuitatem cępit intrare. * Fracto ponte introitus, gens Eccleſiæ retroceſſit. Vnde Marchiones cum Domino Guecilione Aduocato Taruiſij, qui erat Ferrariæ cum ducentum militibus Theutonicis de Verona, ea die * Ferrarienſes defenderunt, compellentes inimicos turpiter remeare.

Al. Finito, facto, non recte.
Guecilo Aduocatus fauet Eſtenſibus.
Al. Ferrariã, Palazolum.
Florentini Eſtenſium ſocij.
Copiæ Pontificis ab Eſtenſibus fuſæ.
Equites ab Aduocato Taruiſij facti.
De Miniato.
Malateſta, & Galeotus de Malateſtis.
Malateſtinus Oſtaſius de Polenta.
Franciſcus de Ordelaſſi.
Vgolinus de Cumo de Bagnacauallo.
Galeotus de Bagnacauallo.
Lupus de Alcdoſijs.
Iacobinus de Aldigerijs, Forliviensis.
Malateſtæ, Ordelaſſius & Oſtaſius rebelles Eccleſiæ.

Menſe Aprilis rebelles Eccleſiæ conuenerunt in Palazolo Brixiano, & cum eis Ambaſſatores Florentiæ, & deliberato conſilio miſerunt Marchionibus mille milites. Marchiones, qui erant incluſi cum Aduocato Taruiſij, & tota militia, exeuntes Ferrariam, & pugnantes contrà inimicos, qui exercitum ſuum fortificauerant extrà portas, fortilicias inimicorum intrauerunt violenter. Tunc Comes de Miniato, qui Legati regebat exercitum, ſecum ſuis Guaſconibus oppoſuit inimicis. Poſt dirum bellum, & multas ſtrages occiſorum, Marchiones obtinuerunt totum Campum. Ea die Raynaldus Marchio recepit honorem militiæ à Domino Aduocato Taruiſij, qui poſteà milites fecit Obizonem Bertoldum cum filio. Per Marchiones, & alios nobiles de Ferraria capiuntur ſex galeę, & nauilium verſum. Capitur dictus * Comes, & cum eo ſex milites de Guaſconia. Duo Nepotes Domini Legati, Dominus Raymundus de Valle cum filijs duobus, & multi nobiles de Guaſconia: Banderarij verò xiiij. Domini Galeotus, & Malateſta de Arimino, & Malateſtinus Oſtaſius de Polenta de Rauenna, Franciſcus de Ordelaſſis de Forliuio, Vgolinus de Cumo de Bagnacauallo, Galeotus de Bagnacauallo, Lupus de Aleduſijs de Imola. Omnes quaſi prędicti erant Domini Ciuitatum in obedientia Romanæ Eccleſiæ conſtituti. Iacobinus de Aldigerijs de Parma, filius Poteſtatis Bononiæ, etiam capitur cum ſexaginta Nobilibus de Bononia. Omnes prędicti, licet captiui, à Marchionibus honorificè tractabantur: alia verò multitudo captiuorum ducebatur, vtpote, quos Marchiones iuſſerunt liberè relaxari. In Pado multi fuerunt ſummerſi, & fracto ponte, quem fecerant inimici, quidam Ferrarienſes capti, & rebelles, fuerunt ſuſpenſi. Fuerunt prędicta eodem anno die Mercurij xxiiij. Aprilis, ſtylo [illegible]

Poſt hæc à carceribus liberati Domini Malateſta, & Galeotus de Malateſta in Arimino, & Franciſcus de Ordelaſſis in Forliuio reuelauerunt Eccleſiæ. Legatus verò Dominum Oſtaſium de Polenta cum mero Imperio miſit Rauennam, qui ſimili modo expulſis Guaſconibus reuclauit.

reuelauit. Legatus ſtans Bononiæ in Caſtro ſuo, de conſilio Regis Ioannis, qui eum perſonaliter viſitauerat, offerens ſe pro Eccleſia contrà rebelles Eccleſiæ pugnaturum, caſum aduerſum Ioanni Summo Pontifici nunciauit.

Rex Boemię fauet Legato.

1334 Reuoluto anno Domini, ſcilicet MCCC XXXIV. Nicolaus Marchio, qui erat in carceribus D. Legati, relaxatur. pro eius cambio Marchiones dederunt Nepotes Domini Legati, & alios nobiles de Guaſconia, retento ſolo Comite de Miniato, qui ſolutis L. mill. florenis fuit à carceribus liberatus, à ſua captione XXXIII. menſibus iam elapſis.

Nicolaus Eſtẽſis liberatur.

Comitis de Miniato redẽptio.

M CCC XXXIII.

De ſecundo aduentu Regis Ioannis, & alijs. Cap. IV.

CApta Brixia, vt ſupra dictum eſt, Rex Ioannes, qui erat in Francia, deliberato conſilio cum Philippo Rege Franciæ, Ludouico Imperatore depoſito per Eccleſiam, ac etiam cum Summo Pontifice, ductis ſecum duobus mill. galeatis, Parmam ſubito introiuit in MCCC XXXIII. menſe Februarij. His Rex oſtendit palàm ſe vemiſſe, putans habere campeſtre bellum: cum militia enim ſua equitauit, & Caſtrum Papiæ muniuit, ſed non profuit in futurum, vt ſuprà aſſertum eſt in ſecundo Capitulo. Per Campaneam Mediolani ſe publicè exhibuit, optans cum inimicis bellum habere campeſtre. Aduerſarij ſuſtinendo deliberauerunt vincere ſapienter. Rex Ioannes videns aduerſariorum aſtutias, volens * in Bytiniam remeare, in Piſcheria Veronenſis diſtrictus miſit ſuos Legatos, Marſilium Rubeum de Parma, & alios nobiles Theutonicos. Vbi etiam conuenerunt Domini Maſtinus, & Marſilius de Carraria, Ambaſſatores Mediolani, Ferrariæ, Mutinæ, & multi nobiles Lombardiæ. Conſenſu omnium fiunt treguæ, ſcilicet inter Regem Ioannem, Parmam, Mutinam, Rhegium, Cremonam, Lucam ex vna parte: & Regem Robertum, qui tunc fauebat Dominis Lombardię: Dominos della Scala dominantes in Marchia Taruiſina, & Brixia: Azonem Vicecomitem Dominum Mediolani, & aliarum Ciuitatum: Marchiones Eſtenſes: Ludouicum de Gonzaga Dominum Mantuæ: Franciſcum Ruſcam Dominum Comi, & inter omnes alias Ciuitates ſuæ ligæ.

Credo legendũ, i Boemiã. Peſcheria.

Inducię Principum. Roberti R. fauet cum Lombardis. Frãciſcus Ruſca Comi Dominus.

Menſe Auguſti Rex Ioannes primò miſit filium ſuum Dominum Carolum Veronam, qui honorificè receptus, muneribuſquè receptis à Domino della Scala, & Marſilio de Carraria, quæ ſuis militibus diſpenſauit, equitauit Tridentum. Rex Ioannes ſimulans ſe velle manere, fuit Bononiæ cum Legato, qui Capitaneum ſuæ militiæ conſtituit Petrum de Rubeis, qui cū exercitu Legati, & Theutonicis Regis contrà rebelles Eccleſiæ fecit egregia. Rex verò, cum eſſet in Parma, Rolandum Rubeum ibi conſtituit ſuum Vicarium: Marſilium etiam Dominum voluit eſſe in Luca. Quartus verò frater, ſcilicet Dominus Vgolinus de Rubeis Epiſcopus eſt in Parma. In Mutina conſtituit ſuum Vicarium Dominum Manfredum de Pijs: in Regio Dominos de Foiano: in Cremona Ponzonum de Ponzonibus. His ità diſpoſitis die xviiij. Octobris veniens Veronam, fuit ſummo honore receptus, omnibus alacriter obuiam occurrentibus. In apparatu omnis menſa argento fulgebat, & auro. Domini Albertus, & Maſtinus ipſi Regi dextrerios, & dona nobiliſſima ſunt largiti. qui ſtatim ea permiſit ſuis Comitibus. tanta enim largitatis erat, vt omnia propria diſpenſaret. Dominos della Scala, & Marſilium de Carraria, ità familiariter habuit, ac ſi factum Brixiæ non fuiſſet: palàm tamen dixit, ideò in Alemaniam ſe feſtinare, vt de voluntate Regis Franciæ pacem intra Eccleſiam, & Imperium duceret ad effectum. Die verò XXI. Octobris cum centum equis exiuit Veronam, ſociatus Domino Marſilio vſque ad Cluſam.

Carolus F. Boemię Regis Veronam, et Tridentũ tendit. Petrus de Rubeis Regij. & Eccleſiaſtici exercitus ductor.

Manfredus Pius Vicarius Mutinæ Finanenſes Vicarij Regis. Pon Zonus Cremonę Vicarius. Boemię Rex Verona excipitur. Laudatur. Redit in Alemaniam.

Eodem anno, & menſe Iunij Gentes della Scala reperunt Grignum violenter contrà Xicum de Caldenacio ſuum rebellem.

Grignum capitum à Scaligeris. Xicus de Caldenacio.

M CCC XXXIV. Die VI. Martij.

Quando Legatus dominium Bononiæ acquiſiuit, & de eius expulſione. Cap. V.

BEltrando Epiſcopo Cardinali Legato Romanæ Eccleſiæ in Placentia, Bononia ſupplicauit auxilium implorando. Infeſtabatur enim duriſſimè à Marchionibus Eſtenſibus, &

Beltrandi Legati geſta.

Paſſarino

Bononiam liberat. Passarino de Bonacossis, tunc Domino Mantuæ, & Mutinæ: qui Bononiæ Dominis nomine Romanę Ecclesiæ constitutus, à persecutione hostium eam totaliter liberauit: Romandiolam, & Marchiam ad mandata reduxit Ecclesiæ: Ferrariam subiugasset omnino, si in eius obsidione non fuissent proditores: Bononiam muro circundedit, vbi construxit forte Castrum. *Romãdiolam, & Mutinam ad Ecclesiã reuocat.* expulsos reduxit ad Patriam, quorum in numero fuerunt Thadeus Pepulus, & Brandalise de Gozadinis, & hos milites fecit, & nobilissimo honore tractabat: alijs ciuibus iustitiam conseruabat: Ciuitatem cum Studio reformauit in totum. *Bononiam munit.* *Thadeus Pepulus.* *Brandalise de Gozadinis.*

Cum verò Marchiones obsidione superatam iam haberent Argentam, & exercitus Legati esset ex oppositio Ferrariæ iuxtà Turrim, & multæ Ciuitates essent iam rebelles Ecclesiæ, Brandelise de Gozadinis, immemor beneficij iam accepti, coniurationem palàm direxit, contrà Legatum populum commouendo. Fiunt cædes, expelluntur Guascones: ipse Legatus in opprobrium Summi Pontificis latuit in Castrum. Interim Episcopus Florentiæ cum Ambassatoribus, & militibus de Florentia Bononiam iuit, qui Dominum Legatum secum duxit Florentiam, vbi fuit summo honore receptus. Qui transiens per Pisas iuit Arnionem. *Legatus Bononia pellitur.* *Ducitur Florentiam.* *Arnionẽ tendit.*

Bononienses verò * venientes in se arma, multos expulerunt extrà propriam Ciuitatem. Fuerunt hæc in MCCC XXXIV. die XVI. Martij à principio sui Dominij septem annis iam elapsis. Die verò II. Iunij domibus igne crematis, homicidijs commissis, expelluntur de Bononia Becadelli, Baterij, Gallucij, Rouarij, & alij maxima multitudo. Soli amodo Pepuli, & Gozadini regunt Ciuitatem. Ex hoc furore Summus Pontifex cum Domino Legato gaudia magna sumit. *Lego.* Vertentes. *Familiæ Nob. Bononienses patria pulsæ.*

Ioannis XXII. Pont. obitus. Eodem anno, die IV. Decembris Ioannes Summus Pontifex migrauit ad Dominum, anno Pontificatus XIX. Cessauit Episcopatus diebus XV. De consensu omnium Cardinalium, qui conuenerunt in Auinione, eligitur Iacobus Cardinalis de Tolosa de Ordine Cisterciensium, dictus postea Benedictus XII. Hic Ioannes obscurissimè natus, sua bonitate & scientia, operam tamen dante Rege Roberto, per multos gradus ascendit ad Papatum. Qui Ludouicum Ducem Bauariæ Romanorum Regem excommunicauit, & deposuit. Multa bella gessit per suos Legatos contrà rebelles Ecclesiæ in partibus Lombardiæ. De Bononiensibus, & processibus factis contrà eos dicetur inferius. *Benedictus XII. PP.* *Ioannis XXII. PP. mores.*

M CCC XXXV.

De obsidione Columnij, & alijs. Cap. VI.

STatim eodem anno, & mense Ianuarij Dominus Mastinus cum militia, & peditibus Marchiæ Taruisinæ, & omnibus suæ ligæ, scilicet Ferrariensibus, & Mantuanis, Mediolanensibus, & Florentinis, quibus promissum fuit per omnes de liga recuperare Lucam, equitauit contrà Parmam, & exercitum posuit iuxtà Columnium. In oppositum verò Marsilius de Rubeis cum militibus Theutonicis, & Latinis de Parma, Matina, Rhegio, Luca, palàm steterit in campis, contrà inimicos alacriter pugnaturus. Dominus Mastinus distulit pugnam sapienter. Interim eius exercitus in tantum creuit, vndique gentibus conuocatis, quod inimici de campo * ciuiliter recesserunt. Amodo illi de Columnio de omni auxilio desperantes mense Octobris Domino Mastino se dederunt. *Confœderati Mastini.* *Pacis cũ Florentinis.* *Mastinus contrà Parmam.* *Columnium.* *Marsilius de Rubeis contrà Mastinum.* *Aly*, Curialiter. *Columnienses Mastino se dedunt.*

Mense verò Septembris Dominus Mastinus antiquos * factores illorum della Scala, iussit incarcerari, inter quos fuit Dominus Conradus de Imola, qui X L. annis fuit Iudex Maleficiorum in Verona, ipsos etiam in tormentis fecit reddere rationem, & maximis diuitijs eos priuauit; aliqui verò in carceribus perierunt. *Al.* Fautores. *Mastini immanitas.*

Die primo Nouembris incepit regimen Federici de Vbertis, qui successit Domino Petro del Messa de Verona: Hic Federicus in suo regimine Paduæ extitit gratiosus. *Federicus de Vbertis Potestas paduæ.*

Reuoluto anno Domini, scilicet in MCCC XXXV. mense Martij Nobiles de Fleico expulsi fuerunt de Ianua. Eodem mense obijt Henricus Dux Karinthiæ, cui successit Ioannes filius Regis Boemiæ, eius gener. Postea exercitus ducitur contrà Rhegium, quod fuit defensum per Dominos Guidonem, & Gibertum de Foiano, auxilio Theutonicorum Regis Ioannis. Hi Domini de Foiano Dominis della Scala, & de Corrigio iungebãtur maxima parentela, quod non profuit, quoniam prędicta fiebant in fauorem Ludouici de Gonzaga, qui prædictis auxilium promiserat contrà Parmam. Hi tamen expulsi de Rhegio facti sunt stipendiarij Dominorum della Scala. *Fleisci Genuæ pulsi.* *Obitus Henrici Karinthiæ Ducis.* *Rhegium defenditur abillis de Foiano.* *Iidẽ stipẽdiarij Scaligerorum.* 1335

Mar-

Marchiones Eſtenſes contrà Mutinam duxerunt exercitum, vbi dominabatur Manfredus de Pijs, Vicarius Regis Ioannis, qui Ciuitatem tunc defendit contrà hoſtes.

Eſtenſes Mutinã adoriuntur.

Vltimo Dominus Maſtinus cum toto ſuo guarnimento ſe poſuit iuxtà flumen Lenize, pugnaturus contrà Dominos de Rubeis, & Theutonicos Regis, qui erant in Parma, hortatu Auunculorum ſuorum de Corrigio. Luchinus Vicecomes, Dux exercitus Mediolani, declinare recuſauit ad pugnam. Fit in exercitu tumultus Theutonicorum pugnantium inter ſe. Vnde Dominus Maſtinus timens proditionem, & inimicorum potentiam, inordinatè equitauit Veronam: poſt cuius receſſum Petrus Rubeus cum Theutonicis circuiuit omnia caſtra Dominorum de Corrigio, & ſecum contulit magnam prędam.

Manfredus Pius Vicarius Mutinę.

Luchinus Vicecomes.

Maſtini reditus Veronã.

Pet. Rubeus de prędatur Caſtra DD. de Corrigio.

Eodem anno, Menſe Decembris, die penultimo, extrinſeci de Coìno cum militibus Mediolani furtiuè intrauerunt Ciuitatem, & Dominum Rauizam vulnerauerunt, qui poſt triduum expirauit. Cuius frater Dominus Franceſchinus Ruſca, dominus Ciuitatis, auxilio Populi fecit inimicos turpiter remeare. Fuit hoc auxilio Pagani Aduocati, de quo dictus Franceſchinus plurimum confidebat. Fauebat enim Domino Azoni Vicecomiti.

Rauizę Comẽſis cades.

Frãceſchinus Ruſca Comi Dominus.

Paganus Aduocatus.

Duo fratres fuerunt de Camino, nobiliſſimi milites; Bianchinus verò duos habuit nepotes Rizardum, & Tolbertum; Tolbertus verò vnicum filium habuit Bianchinum, natum ex Domina Samaritana de Malateſta. Hic Bianchinus pulcher, & iuuenis in Caſtro Motę ſtrangulatur per Gerardum ſuum Nepotem. Hunc Bianchinus viſitauerat, vt ſecum feſta Paſchalia celebraret. Hoc facto eius occiſores inuaſerunt Ceſaltum, Portum Bufoleti, & Motam, communia prędictorum caſtra, matre Bianchini expulſa.

Genealogia Nobilium de Camino.

Bianchini de Caminocades.

Statim eodem anno menſe Iunij Dominus Malateſta cępit Dominum Ferrantinum, Patrem dictæ Dominæ, ſuum germanum, & Arimini dominium occupauit.

Ferrantinus.

Malateſta Arimini dominus.

M CCC XXXIV.

De Nuptijs, & Curia Domini Marſilij de Carraria. Cap. VII.

BArtholomęa de Scrouegnis, vxor Domini Marſilij, in Brixia ità ſubito expirauit, quod venenata ab omnibus dicebatur publice. Dictus Dominus Marſilius, qui tunc erat Veronæ, cum lacrimis eius interfuit ſepulturæ: corpus poſtea Paduæ in pretioſa Capella iuxtà Sanctum Antonium eſt ſepultum. Dominus verò Marſilius ſolus ſedens in thalamo, ait. *Brixia mihi ſubeſt, diuitias poſſideo infinitas, quod pręcipio, obtemperatur. In Marchia vnum ſolum nobis poſſet eſſe periculum. Nam Domini Guido, & Azo de Corrigio, Auunculi Dominorum della Scala, expulſi de Parma per Germanos meos de Rubeis, de me ſuſpicionem habentes, ne eis dominium Parmę impedirem, procurare poſſent mortem noſtram cum Dominis della Scala. Accipiamus ergo vxorem de voluntate Dominorum Beatricem, filiam Domini Guidonis de Corrigio.* Alij dicunt, etiam viuente vxore dictum matrimonium ordinatum diſpenſatione Papali. Veronæ fit curia generalis; ibiquè conuenerunt Nobiles cum Iudicibus Brixiæ, & totius Marchiæ Taruiſinæ cum pulcherrimis veſtimentis Dominarum, hiſtrionum, & militum curialium maxima comitiua. Fiunt dona à Ciuitatibus, Caſtris, Ciuibus, Clericis, & Priuatis. Fuerunt etiam haſtiludia, gioſtræ, torneria, & omnia ſolatia cogitata. Fuit decem diebus Curia generalis, & omnium victualium tanta copia, quod leuiter tota Verona potuit ſatiari. Quadringentæ veſtes fuerunt Curiæ pręſentatæ. Nuptijs celebratis Dominus Marſilius Dominabus Paduæ donauit multas liſtas, hiſtrionibus pulchras veſtes, quibus deficientibus omnibus in auro, vel argento voluit prouidere. Vltimo referens omnibus de donis, & honore grates magnas, cunctis dedit licentiã recedendi. Fuerunt prędicta Veronę in MCCCXXXIV. die Mercurij XIII. Iunij.

Bartholomęa Scrouegna Marſilij Car. vxor.

Obitus eiuſdẽ.

Capella Carrarienſium.

Marſilij opes, & potẽtia ſub Scaligeris.

Beatricem de Corrigio vxorem ducit.

Liſta Matrimonij, Veſtes Hiſtriombus donata.

1334

Abbas Sanctæ Iuſtinæ de Padua, cuius poſſeſſiones Marſilius tenebat in totum, ad eius mandata iuit Veronam, ſupplicans, vt ſe cum ſuis fratribus de parte redituum valeat ſuſtentare. Qui videns ſe eſſe Veronæ quaſi captum, menſe Auguſti clàm receſſit, & fugit.

Abbas S. Iuſtinæ nihil à Marſilio exorat.

Die XX. Octobris, Beltrandus de Sancto Geneſio de Guaſconia, Aquileienſis Patriarcha, intrauit Paduam honorificè, in Aquileiam tranſiturus.

Beltrandus de S. Geneſio Patriarcha Aquileienſis.

Eodem

Eodem Anno.

De Brixello, & alijs. Cap. VIII.

Confederati contrà R. Boemiæ renuntiãt treguas.

EOdem Anno menſe Auguſti Dominus Maſtinus della Scala, Azo Vicecomes, Ludouicus de Gonzaga, Marchiones Eſtenſes, qui ſimul coniurauerant contrà Regem Boemiæ, & Azonem de Corrigio, qui erant Auunculi Dominorum della Scala, miſerunt literas Regi, qui erat in Baueria, nunciantes, cum eo amplius nolle treguas. Similia nunciata fuerunt Parmæ, Mutinæ, Regio, & Cremonæ. Poſt hæc Rizardus de Camino, qui ſororem Dominorum della Scala habebat vxorem, & Guido de Corrigio duces exercitus totius Marchiæ Taruiſinæ, totum exercitum duxerunt in Brixello. Facto verò ponte ſuprà Padum, & ædificato ligneo magno Caſtro, diſcurrentes vſquè ad Portam Parmę damnificabant quàmplurimum inimicos.

Rizardi de Camino vxor. Duces exercitus Marchiæ Taruiſinæ.

& Brixelli obſidio.

Briſellũ *alijs.*

Menſe verò Februarij C C C. milites equitauerunt contrà Regium, quos Petrus Rubeus Capitaneus Theutonicorum, qui erant in Parma, in quodam campo foueis circundato taliter incluſerunt, quod abſquè pugna cum armis, & equis ſe dederunt. Hoc facto fit turbatio Dominis antedictis. Vnde exercitus ducitur contrà Cremonam. Ponzonus verò de Ponzonibus, Vicarius Regis Ioannis, promiſit dare Cremonam dictis Dominis, ſi Rex Ioannes non eidem in fine menſis Iulij ſubueniret. Vnde per dictum Dominum Ponzonum data fuit Cremona Domino Azoni Vicecomiti menſe Iulij M CCC XXXIV. Mortuo duce Carintiæ ſuc-

Stratagema Petri Rubei.

Exercitus Confederatorum Cremonã recipit a Ponzono.

Baylardinus de Nogarolis Poteſtas Paduæ.

ceſſit Ioannes filius Regis Boemiæ, cius gener.

Die Martis IX. Madij Baylardinus incępit regimen Ciuitatis Paduæ. Eodem menſe prędictum fuit paſſaggiũ contrà Saracenos, quod in effectu non fuit aliud, niſi pecuniã cumulare.

Bellũ in Saracenos.

Menſe Ianuarij elapſo die XXII. Nicolaus Eſtenſis Marchio vxorem duxit filiam Ludouici de Gonzaga. Ferrariæ fuit Curia generalis. Eodem anno filia Regis Siciliæ, Neptis Regis Apuliæ, futura nurus Imperatoris Ludouici rebellis Eccleſiæ, intrauit Paduam, ſociata vxore Domini Alberti della Scala, & alijs nobilibus Dominabus. Die VII. Iunij recepit ſimilia in Verona.

Nuptiæ Nic. Eſtenſis.

Ingreſſus filiæ Regis Siciliæ Paduã, & Veronam.

M CCC XXXV.

De diſcordia Venetorum, & Patriarchæ, & morte Rizardi. Cap. IX.

MEnſe Martij Beltrandus Aquileienſis Patriarcha furtiuè abſtulit Venetis Caſtrum Vallis. Veneti indignati, congregauerunt exercitum ſuum militum, & peditum iuxtà Polam. Diſcurrit exercitus deſtruendo Forum Iulij. Semel verò Patriarcha cum Furlanis, & Theutonicis contrà gentem Venetorum occurrens multos cępit. Dum hæc geruntur, Rizardus de Camino cum exercitu obſedit Sacile, oſtendens ſe contrarium Patriarchæ. Domini della Scala, gaudentes de ijs diſcordijs, partes incitabant ad guerram, & cuilibet clàm fauebãt. Partes eorum inſidias timuerunt, & inter eos pax conuenit, Venetis reſtituto Caſtro Vallis.

Patriarcha Aquileiẽſis occupat Caſtrum Vallis.

Veneti iuxtà Polam.

Rizardus de Camino Sacile obſidet.

Pax inter partes.

Pace facta cum Venetis, Patriarcha ſine mora equitauit contrà Rizardum, qui fortis, & audax, ſe contrà cum direxit ad pugnam: ſed poſt multas ſtrages occiſorum, relicto campo fugit Serualle. Rizardus volens de Patriarcha ſumere vltionem, à Dominis della Scala, quorum ſororem habebat vxorem, auxilium perſonaliter implorauit, qui auxilio denegato de Verona rediens Serauallum, feſſus verberibus belli, triſtitia captus, febre correptus, menſe Septembris ſine hærede maſculo ſoluit debitum naturale. Fuiſſe tamen hunc Nobilem veneno extinctum publica fuit opinio. Ea die defecit nobilis progenies de Camino. Nam Gerardus, primò expulſo Gerardo à Caſtellis, dominium habuit in Taruiſio, omnibus gratioſus. Poſt eum Rizardus eius filius, qui propter ſtupra gladio perijt. Fuit tamen miles largus, fortis, & audax. Eo mortuo ſucceſſit in dominio D. Guecilus alter filius, qui ab occiſoribus fratris expulſus fuit de Taruiſio: qui Dominam Verdam della Scala recepit in nurum, quam habere poſteà recuſauit. Hic per Dominum Canem della Scala expellitur de Feltre, & obijt Serualle. Filius eius Rizardus ſimili modo expellitur de Serualle, qui rediens ad mandata Domini Canis reduxit vxorem. Mortuo vero Domino Cane, Rizardus per Dominum Albertum, & Maſtinum reſtitutus fuit ad dominium Serauallis. Per potentes igitur fratres della Scala Serualle, & per Dominam Verdam apprehenditur hæreditas Domini Rizardi, nomine filiarum.

Rizardi mors, & occaſus familiæ de Camino.

Stẽma, & Genealogia eiuſdem.

Caminates domini Taruiſij.

Verda Scaligera.

Serualle Caminatium.

Digitized by Google

rum. Ex descendentibus verò nobilis Viri Bianchini de Camino, sunt duo fratres Rizardus, & Gerardus, qui se Dominis Venetis coniunxerunt, vt dicetur inferius. Eodem anno, scilicet
1335 MCCCXXXV. mense Septembris, Dominus Marsilius renunciauit regimen Brixiæ, cui succesſit Manfredus Marchio Malaspina.

Marsilius renunciat Prætur. Brixiensi.

Eodem Anno, & mense Madij.

De Parma, & Luca, & Morte Raynaldi Marchionis. Cap. X.

EOdem Anno, & mense Madij venerunt iuxtà mœnia Vrceorum Azo Vicecomes, Mastinus della Scala, Obizo Marchio, filius Ludouici de Gonzaga, Ambassatores Florentiæ, qui optantes omnino nomen Regis Ioannis deficere in partibus Lombardiæ, Ciuitates Regis inter se taliter diuiserunt. Azoni Vicecomiti assignarunt Placentiam, & Burgum Sancti Dominini: Marchionibus Estensibus Mutinam: Ludouico de Gonzaga Regium: Dominis della Scala Parmam: Communi Florentiæ Lucam. Quæ omnia iurauerunt recuperare, & totaliter adimplere.

Conspiratio cõtra Bœmũ R.

Dum hæc geruntur, Marsilius de Rubeis festinanter equitauit in Franciam, & Regis Ioannis auxilium implorauit, qui ait. *Sumus maximis negotijs impediti, quæ procurabimus expedire, vt valeamus vestris necessitatibus subuenire:* Post hæc in Auinione Benedicto Summo Pontifici ait. *Sancte Pater, Legatus vester turpiter est expulsus de Bononia, inimicorum Ecclesiæ crescunt vires: nisi ei succurratur, deficiet nomen Ecclesiæ in partibus Lombardiæ, quoniam Luca, Parma, Regium, Mutina crudeliter infestantur.* Ex opposito pro Dominis della Scala, coram Summo Pontifice supplicabant Domini Azo de Corrigio, & Marchio Malaspina, allegantes, Ciuitates prædictas, & Dominos de Rubeis fuisse rebelles Ecclesiæ temporibus retroactis, ac etiam cum Ludouico Imperatore contrà Ecclesiam coniurasse.

Marsilius de Rubeis auxiliũ eiusdẽ iplorat. Itẽ Sũmi Põt.

Legati Scaligerorum ad Pontificem.

Mense Iunij Dominus della Scala cum copioso exercitu totius Marchiæ, & omnium Ciuitatum suæ ligæ equitauit contrà Parmam. Domini de Rubeis, scilicet Rolandus, Marsilius, Petrus, Vgolinus fratres deliberauerunt se, & Parmam dare domino Azoni Vicecomiti, vel Cõmuni Florentiæ, quod * non profuit, recusantibus Florentinis, & Domino Azone Vicecomite, & nolentibus aliquid facere contrà ligam. Ex pacto enim ligæ Domini della Scala habere debebant Parmam. Vltimo de omni auxilio disperantes, tractatu Domini Marsilij de Carraria sui Germani, & promissionibus infinitis, Parmam dederunt Dominis della Scala. Die verò XXI. Iunij Dominus Albertus Parmam intrauit, ibiquè constituit suum Vicarium Dominum Guidonem de Corrigio suum Auunculum, & Socerum Domini Marsilij de Carraria, Dominorum de Rubeis inimicum. Cum Domino Alberto venerunt Veronam Marsilius, & Rolandus; Petrus verò Rubeus rebellis erat in Luca.

Albertus Scaliger contra Parmam.
Rubei Parmẽses.
Legunt alij, Nõ cõuenit.

Parma data Scaligeris.
Guido de Corrigio Vicarius Parmæ.
Rubei Veronæ recepti.

Mense Iulij *, Domini Guidus, & Gibertus de Foiano dederunt Regium Dominis della Scala, qui illud D. Ludouico de Gonzaga, Domino Mantuæ, dederunt iure feudi. Ludouicus indignatur, asserens se debere habere Regium liberum ex pacto ligæ. Qui iram dissimulauit in totum.

In aliis Domini Guidus, Ritius, & Gibertus.
Regium datur Lud. Gõzagæ.

Eodem mense Dominus Azo Vicecomes equitauit cum exercitu contrà Comum, vbi dominabatur Franceschinus Rusca, qui ab omni auxilio destitutus, se & Ciuitatem dedit. Mense Augusti Dominus Azo equitauit versus Laude, qui, apertis Ianuis à Ciuibus, Ciuitatem intrauit: Monarium, qui dominabatur ibidem, omnibus odiosum, Mediolanum secum duxit.

Azo Vicecomes Como potitur, & Laude.
Monarius Comensis.

Domini della Scala, contrà pacta suæ ligæ, voluerunt habere Lucam, vbi dominabatur Petrus Rubeus. Vnde tractatu Domini Marsilij, precibus, precio, & promissione, mense Nouembris Dominus Petrus, qui Ciuitatem defendere non sperabat, quam etiam Florentini recusauerant, non volentes facere contrà ligam, carens amodo omni spe, ciuitatem dedit Dominis antedictis; dictus verò Petrus Paduam venit.

Scaligeri Lucam occupant.

Statim mense sequenti, nobilis legatio de Florentia, Veronæ coràm Dominis sapienter exponit, Commune Florentiæ ante omnia desiderare amicitiam, & honorem, & statum Dominorum Alberti, & Mastini della Scala. Veruntamen erat secundum pacta ligæ, Lucam esse debere in Dominio Communis Florentiæ. Vnde cum omni reuerentia postulauit Lucam dari Dominis, & Communi Florentiæ. Pro expensis autem factis circà recuperationem Lucæ, obtulit magnam quantitatem, & vltrà expensas centum mill. florenos, aliter enim inter

Florẽtinorum. Legatio ad eosdem.

Oblationes eorundem.

partes

Mel. Potuisset. partes * posset oriri discordia. Domini della Scala, consilio Marchionis Spinetæ, qui regnare desiderabat in Luca, se excusantes, & dicentes Lucam à Domino Petro ex causa pignoris recepisse, & se obligatos ad restitutionem etiam vinculo sacramenti, postulata facere recusabant. Florentini de fide rupta conqueruntur, & se coniunxerunt in ligam cum Venetis contrà Dominos della Scala, de quo dicetur inferius.

Responsio Scaligerorum.

Florentinorū, & Venetorum confœderatio contra eosdē.

Prædicto mense Iunij Raynaldus, & Obizo Marchiones Estenses exercitum posuerunt circà Mutinam, & cum bastijs, seu castris intrinsecos incluserunt. Manfredus de Pijs, Vicarius Regis Ioannis, Mutinam defendebat. In hoc exercitu Raynaldus Marchio infirmatur morbo cancri iuxtà oculum, qui mense Decembri Ferrariæ expirauit. Eo defuncto Obizo, & Nicolaus Marchiones durius incluserunt Mutinenses. Manfredus de Pijs, videns se victualibus carere, & omni auxilio se priuatum, retentis fortilitijs S. Felicis, & castro Carpis cum suis iuribus, Domino Mastino dedit Mutinam, quam habere permisit Marchionibus iure feudi. Vnde reuoluto anno Domini, scilicet M CCCXXXVI. die XIII. Madij Obizo Marchio introiuit Mutinam. 1336

Mutinæ obsidio.

Mānfredus de Pijs, Vicarius Mutinæ.

Raynaldi Estensis mors.

Obizo, & Nicolaus Estēses.

Mutina subijcitur Mastino.

Eodem anno de Mense Martij Burgum S. Domnini datur Domino Azoni Vicecomiti per Dominos della Scala. His ità dispositis, fama Regis Ioannis Boemiæ, filij quondam Imperatoris Henrici, euanuit vt fumus in partibus Lombardiæ.

Datur Estēsibus.

Al. Vicecomes obtinet Burgum S. Dōmn.

Explicit Liber Quintus.

INCIPIT SEXTVS.

De potentia Dominorum della Scala, & alijs. Cap. I.

Status pessimus Paduanorum.

OPprimebatur Padua mutuis, & datijs, & Ciues etiam cogebantur exire Ciuitatem, & stare in Villis, specialiter cum Domini della Scala hostiliter equitabant. Breuiter, circà expensas nullus ordo. Vnde Dominicus Iudex de Agrapatis, & ego, Legati exposuimus Veronæ coràm nobili Viro Marchione Malaspina querimoniam de prædictis, ac etiam de iniustitia supplicantes. Ibi enim vidimus potentiam, & statum Dominorum della Scala, qui cælum excedere videbantur. Erant enim in eorum Curia Veronæ primò Legati Aretini, qui Dominis prædictis obtulerunt claues, & dominium Ciuitatis. opprimebantur enim Aretini à Perusinis, & Florentinis. Dominus Marsilius, Rolandus, & Petrus de Rubeis, domini etiam Parmæ, & Lucæ: Domini Marsilius, & Vbertinus de Carraria, domini etiam Paduæ: Guezilus Aduocatus, dominus etiam Taruisij: Domini Azo & Guido fratres de Corrigio, auunculi Dominorum: Dominus Ribaldonus, dominus etiam Nouariæ: Varius Guertius de Viuario de Vicentia: Coradinus de Confalonerijs de Brixia: Gulielmus de Castrobarcho: Manfredus de Pijs, etiam dominus Mutinæ, qui postea fuit ad mandata Marchionum: Guido Ricius, & Gibertus de Foiano domini etiam Regij: Martinus de Castello de Ciuie: Lodrisius Vicecomes expulsus de Mediolano: Marchio Spineta: Comes de Chiaramonte, expulsus per Regem Siciliæ, Capitaneus Forensis militiæ, & rebellis Ecclesiæ: Tres filij Castrutij de Interminellis, domini quondam Lucæ, Pisarum, & Pistorij: Ambassatores Florentiæ: Nuncij Ludouici Imperatoris etiam rebellis Ecclesiæ. Erat enim eorum Curia militibus prædictis, & alijs nobilibus copiosa. Fuerunt hæc M CCCXXXVI. mense Februarij.

Dom. de Agrapatis.

Auctor Legatus ad Scaligeros.

Curia, & auctoritas Scaligerorum.

Viuariēses Vicentini.

Confalonerij Brixienses.

Foianēses Domini Regij.

Al. Ludouicus.

Mutatio fortunæ Scaligerorum.

Sed quia fortuna non cessat mutare summa infimis, & infima summis, statim mense Aprilis cœperunt eorum facta in aliquo declinare. Nam Rolandus, & Marsilius de Rubeis fugierunt Venetias; Petrus verò frater, simulans se ire in auxilium Regis Ioannis Boemiæ contrà Ludouicum Imperatorem, fugit Pontremulum, qui fuerunt de Parma tanquam rebelles forbanniti, & sic facti sunt exules in Venetijs. Causa enim suæ fugæ dicebatur, quod Domini de Corrigio, qui dominabantur in Parma, eorum amicos opprimebant iniustè. *Ipsi* etiam à Dominis della Scala minus honorificè tractabantur. Asserebant etiam, Dominos de Corrigio esse in Parma contrà pacta, ac etiam sibi mortis periculum esse sub Dominis della Scala.

Rubei deficiūt à Scaligeris.

Gulielmus de Castrobarcho contrà Germanos.

Gulielmus de Castrobarco, qui neptem Domini Vbertini recepit in nurum, & filiā quondam Raynaldi de Scrouegnis, dum esset in Curia Dominorum della Scala, cum gentibus prædictorum

Digitized by Google

dictorum equitauit contrà suos germanos. Roueredum cremauit, & alias Villas; ipse verò non sustinuit idem in suis Villis. Ex hoc gaudent Domini della Scala. Nam in ipsos per ambas partes fuit liberè compromissum. Fuit hoc mense Madij.

Roueredi cõbustio.

Die VIII. Iunij. Dominus Baylardinus Potestas Paduæ descendit de Palatio de mandato Dominorum, cui successerunt in regimine de Verona Daniel Iudex de Bocasolle: De Padua, Dominicus de Agropatis, Leonardus de Pincotis* Vizerius de Titulo, Gulielmus de Cortusijs Iudices. Die Dominico XXXIII. successit in regimine cum pleno arbitrio Federicus ab Equis de Verona.

Iudices Paduæ regebant tẽpore interregni. Daniel de Bocasolle. Dominicus de Agropatis. Leonardus de Pincatis. Ruzerius aliis. Vizerius de Titulo. Gulielmus Cortusius, Iudex. Federicus ab Equis Potestas Padue.

Eodem mense Dominus Petrus Rubeus reuelauit in Pontremulo, contrà quem cum exercitu mittitur Marchio Malaspina. Die VIII. Iunij hora galli cantus fuit terræmotus, forsan pronosticatio futuri metus in Marchia Taruisina. Die XX. Augusti Dominus Henricus de Scrouegnis exul obijt, cuius corpus sepultum est Paduæ in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Arena, quam fundauit, & dotauit in M CCC XXX.

Petrus Rubeus rebellis. Henrici Scrouegni obitus, Conditor Ecclesiæ S. Mariæ de Arena.

Eodem Anno.

Qualiter Domini della Scala cęperunt declinare, & de captione Gerardi de Camino. Cap. II.

RVbeis iam fugatis, cępit in quatuor locis discordia contrà Dominos della Scala. Primo Pontremuli, in quo Dominus Petrus Rubeus reuelauit. Secundo propter Lucam, quam Florentini asserunt habere Dominos della Scala contrà fidem: qui Petrum Rubeum eligerunt contrà Lucam Capitaneum suæ militiæ. Tertio, cum Venetis denegantibus dare sal propter quædam pacta non seruata Dominis de Venetijs; & contentionibus ortis in partibus Salinarum, ac etiã propter catenam positam à Dominis della Scala in Pado iuxtà Hostiliam. Quarto propter Castra Motæ, Portus Busoledi, & Cumani Gerardi, & Rizardi de Camino, quæ Domini della Scala volebant auferre, asserentibus Venetis, dicta Castra esse in protectione Domini Ducis. Propter hoc Dominus Marsilius iuit Venetias, tenuit curiam generalem, pacem postulauit à Venetis denegatam. Vnde die XXVI. Madij, iussu Dominorum della Scala, Federicus ab Equis equitauit hostiliter ad loca Salinarum, & tunc cępit reædificatio Castri Salinarum sumptuosa. Veneti in oppositum fecerunt aliud castrum. Amodo ex vtraquè parte congregantur exercitus. Veneti verò se coniunxerunt in ligam cum Dominis de Florentia, & Capitaneum constituerunt suæ militiæ Marsilium de Rubeis, qui iussu Venetorum equitauit ad Castra Dominorum de Camino.

Castrum Salinarum. Societas Venetorum, & Florentinorum. Rubeus Veneti exercitus Imp.

Die XVI. Iulij Gerardus de Camino furtiuè intrauit Castrum Opitergij. Vnde statim Dominus Albertus, sociatus Dominis Marsilio, & Vbertino de Carraria, Aduocato Taruisij, Marchione Malaspina, & militia, & peditibus Marchiæ Taruisinæ, ac etiam cum auxilio Mediolani, inuasit Opitergium. Gerardus exiuit, volens defendere molendina, qui se sentiens inhabilem pro defensa, terga dedit. Eum verò sequebatur Comes de Claramonte, qui vnà cum eo intrauit Opitergium cum Theutonicis, & Latinis. Spoliatur in totum. ipse Gerardus, qui erat in summo turris, fit captiuus. Qui dum esset in Taruisio carceratus, auxilio cuiusdam pupilli fugit de carceribus: verùm captus, pedibus, & manibus catenatur, postea verò mittitur Veronam: pupillus sententia capitali damnatur. Fuerunt hæc M CC CXXXVI. die XXVI. Iulij.

Gerardus Camina Opitergium occupat. Claramontis Com. Gerardi de Camino captio.

Secundo Dominus Marsilius iuit Venetias. die XI. Augusti, in cuius aduentum occurrerunt honorificè Domini Veneti vsque ad Oriagum. Cum intrauit Venetias variæ voces populi clamabant: *moriatur, moriatur*. Vnde timuit ibi habere perpetuam sepulturam. Fuit solus cum domino Duce, vnde, quid fecerit, ignoratur. In reditu verò à Nobilibus Venetis fuit honorificè sociatus.

Marsilij Carrarien. secũda profectio Venetias.

Capto Opitergio, ducitur exercitus contrà Caminum. Capitaneus, qui erat Venetus, nisi infrà X. dies succurreretur, promisit Domino Alberto dare Castrum. Marsilius de Rubeis, qui erat in Mota cum gentibus Venetorum, parauit se ad pugnam: tamen destitit à proposito; Nondum enim exercitum suum congregauerat, expectans dominum Petrum eius fratrem cum Florentinis, Theutonicis, & Furlanis. Vnde datur Caminum Dominis della Scala XXV. Augusti.

Caminum datur Scaligeris.

Eodem Anno.

De Meſtre, & aduentu exercitus Venetorum. Cap. III.

Bellum inter Scaligeros, & Florentinos.

PEtrus Rubeus, Capitaneus militiæ in Florentia, contrà Lucam duxit exercitum. Gentes illorum della Scala exeuntes Lucam viriliter occurrerunt. Fuit bellum acre nimis, rediit vtraquè pars victrix, & victa. Abſtulit enim pars Florentiæ vexillum Imperiale cum multis alijs inimicis: ipſe verò Petrus amiſſa ſua banderia cum multis alijs vix euaſit. Fuit hoc menſe Septembris.

Propter occupationem Opitergij, & Camini, & captionem Geraidi, inter communia Venetiarum, & Florentiæ, & Dominos della Scala multiplicatur incendium. Precibus dominorum Venetorum, Dominus Petrus Rubeus auocatur de Florentia, qui cum omni gaudio, omnibus occurrentibus, cum ipſo Duce Venetiarum, ſe in Ducali Palatio preſentauit, à Domino Franciſco Dandulo, Duce Venetiarum, omnibus annuentibus, Capitaneus exercitus ordinatur. Fuit hoc primo die Octobris.

Pet. Rubeus Venetorum Imperator.

Franc. Dandulus Dux Venetiarum.

Comites Tarviſij deſiciunt a Scaligeris.

Tertiò verò die Comites Taruiſij & in Colalto, & Sancto Saluatore fuerunt rebelles Dominorum della Scala. Veneti, & Florentini, vigilantes circà deſtructionem illorum della Scala, fecerunt edictum, quod quilibet capiens, vel occidens vnum ex Dominis della Scala, habere debeat florenos decem millia. Poſt hæc Capitaneum de Meſtre pecunia corrumpere tentauerunt, qui ſuis Dominis omnia reuelauit. Tunc ſecretè munierunt Caſtrum de Meſtre militibus, & peditibus. Veneti verò, qui obſides receperant à Capitaneo dicti Caſtri filium, & vxorem, de Capitaneo confidentes recipiunt in caſtrum circà centum. Vnde prodigio turrexerunt, ſexcenti ſtipendiarij ſuperuenerunt volentes intrare Burgum, contrà quos equitauit Dominus Albertus della Scala, qui cum gentibus ſuis ibi extitit in occulto. Fiunt cædes. quaſi enim omnes gladio perierunt; multi tamen ſuffocantur in aquis. Sic Veneti, qui ſimulato ſigno gaudebant, fine cognito doluerunt. Dominus Albertus Paduam reuertitur cum victoria. Fuit hoc MCCCXXXVI. die XVI. Octobris. Eodem menſe, die XXIV. comburitur Meſtre, excepto Caſtro, iuſſu Dominorum della Scala.

Prefectus Meſtris pecunia corrumpitur.

Cladis Venetorum ad Meſtre.

Meſtre comburitur.

Eodem die, ducibus Domino Marſilio, & Petro de Rubeis, * Ziroldo de Bardis de Florentia, Andrea Mauroceno de Venetijs, & alijs nobilibus Theutonicis, & Latinis, exercitus Venetorum, & Florentiæ copioſus & potens, congregatus in Mota, tranſiuit flumen Plauis, & ſe poſuit in Quinto. Deinde tranſitum faciens per Miranum, & Vigontiam peruenit ad Brentam. Poſt tranſitum Brentę in Paluello exercitus requieuit. Gentes exercitus, diſcurrentes vſquè ad Portas Ciuitatis Paduæ, omnia trahebant in prędam, tunc tamen abſtinentes ab homicidijs, ſtupris, & incendijs. Fuit hoc die Lunæ XXVIII. Octobris.

Geraſio in aduſt.

Ziroldus de Bardis.

Andreas Mauroceni.

Venetæ, ac Florentinæ copiæ Paſauinum agrum.

Die verò vltimo, Dominus Petrus, totius exercitus Capitaneus Generalis, cum eſſet in Villa Plebis Sacci, Domino Maſtino ſuis literis deſtinauit, ſe paratum ad pugnam, qui indignatus, viſis literis noluit reſpondere, Dominum Petrum aſſerens proditorem, quem aſſerebat de ſua Curia ſine cauſa debita receſſiſſe rebellem.

Pet. Rubeus Maſtinū prouocat.

Die prędicto Turris Curani comburitur, & deſcritur à cuſtodijs Paduæ. Hanc Veneti poſteà tenuerunt. Die V. Nouembris totus exercitus Venetorum, & Florentiæ in Bouolenta congregatur, vbi ædificatur forte Caſtrum. Veneti exercitum victualibus, & alijs munichant. Diſtrictus Paduæ deuaſtatur vbique.

Curani turris. Bouolenta.

Tempore huius tempeſtatis Pontremulum, obſedione famis ſuperatum, datur Dominis della Scala. In hoc Dominus Petrus Rubeus primo reuelauit, fugiens de Verona. Eodem menſe Nouembris Caſtrum Salinarum fortiſſimum cum nauibus circueerunt. Clugienſes, exiſtentes in Caſtro, de omni auxilio deſperantes, conſenſu Dominorum della Scala, ſaluis perſonis dederunt caſtrum in manibus Venetorum. Hoc caſtrum, factum in opprobrium Venetorum, cauſa faciendi ſal in confinibus Paduanorum, à Venetis deſtruitur, & in ſignum victoriæ Venetias exportatur.

Pontremulum Scaligeris ſe tradit.

Caſtrum Salinarum euertitur.

Eodem menſe Cuniglianum reuelauit Dominis della Scala. Sic cęperunt amodo declinare ad ima.

Cuniglianum deficit à Scaligeris.

MCCC XXXVI.

De furore, & rabie Theutonicorum, & alijs. Cap. IV.

EXercitu Venetorum, & Florentiæ in Bouolenta laudabiliter congregato, Domini della Scala, qui iuxtà Brentam obuiare de facili potuiſſent, cum tribus millibus galeatis ſe parauerunt ad pugnam, & populo copioſo. Erat autem Padua plena Theutonicis, & Latinis totius Marchiæ Taruiſinæ, de Brixia, Parma, Ferraria, & Mantua, de Caſtrobarcho, & alijs multis locis Contrà eorum intentum impugnabant timor ſubiectorum, quos offenderant, & Theutonicus furor. Diſcurrentes enim Theutonici per ciuitatem Ciues cum vxoribus de proprijs domibus expellebant, eorum bona in proprium vſum conuertentes: ſtupra, & homicidia committendo. Die primo Nouembris ducentos occiderunt, & vltrà. His, & ſimilibus nunquàm Paduæ fuit tantus timor, & tremor. Non ſolum ſubditi; ſed etiam Domini timuerunt. Per Villas modo ſimili diſcurrebant, trahentes ruſticos captiuos, vt oues. Triſte ſpectaculum Paduanis extrinſecus exercitus vndiquè diſcurrebat. Abſque ſpe ſalutis ſtat Padua in tenebris conſtituta.

Exercitus Scaligerorum.

Germanorum libido, & immanitas.

Dum hæc geruntur, D. Marſilius Maior de Carraria, palàm ait Domino Maſtino: *niſi tantis crudelitatibus obuietur, Gens noſtra tota perit, & nos omnes.* Sic eius conſilio mille quingenti milites Theutonici mittuntur ad Eſt, qui terram Eſtenſem cum ſuis Villis vltimo deſtruxerunt. Poſt hæc die XVIII. Nouembris Theutonici ſpoliabant Ciues in Burgo Sanctæ Crucis. His Dominus Vbertinus de Carraria ſubito ſuperuenit, volens ſuis Ciuibus ſubuenire. Contrà eum quingenti Theutonici pugnauerunt, vltimo Theutonici eum fugauerunt. Hoc rumore commotus Dominus Maſtinus equitauit ad locum tumultus cum Theutonicis, & Latinis: in auxilium verò Vbertini tota Ciuitas ſuperuenit. Quaſi ea dies Domino Maſtino, & Theutonicis lacrimoſa fuit. Erant enim Ciues timore Theutonicorum muniti armis, militijs, & fortilicijs. Per contratas tumultu iam ſedato, Dominus Maſtinus timens potentiam Paduanorum, & ſuſpicans de Domino Vbertino, Theutonicos de Eſt voluit reuocare. Eius iram Dominus Marſilius Maior mitigauit, afferens, Dominum Vbertinum, & cæteros de Carraria, & ciues omnes eſſe legales, & velle in omnibus obedire, cupientes ſolummodo à furore Theutonicorum liberari.

Marſilij Carrarienſis Conſilium.

Eſt à Germanis euerſum.

Seditio Paduæ Vbertini Carrarienſis pugna.

Marſilius Ienit Scaligeris.

Eodem anno, die XXVI. Decembris, Dominus Petrus Rubeus, Capitaneus exercitus Venetorum, in Pernumia victoriam obtinuit contrà Theutonicos, qui erant in Eſt. Trecentos cæpit, qui more Theutonico, ſola promiſſione habita redeundi, omnes liberè relaxauit.

Germani vincuntur Pernumiæ.

Tempore huius tempeſtatis Azo Vicecomes de Mediolano Placentiam obſidione premebat. Hoc velamine Dominis della Scala negabat auxilium. Hanc diu obſeſſam ſubiugauit menſe Decembri.

Azo Vicecomes Placentiæ capit.

MCCC XXXVII.

De quibuſdam geſtis à Theutonicis, & alijs. Cap. V.

1337 REuoluto Anno Domini, ſcilicet MCCC XXXVII. die V. Ianuarij, Dominus Guido Riccius de Foiano iurauit regimen Ciuitatis Paduæ. Die verò XIII. Theutonicorum treſdecim banderiæ, quæ erant in Eſt, voluerunt intrare proditoriè Montemſilicem. Spe fraudatæ iuerunt Boubientam. Non multo tempore ſecuto viginti banderiæ, quæ erant in Eſt, deſeruerunt Dominos della Scala. Domini verò della Scala à Ludouico Rege Romanorum implorauerunt auxilium cum promiſſionibus infinitis. Ipſe Dominus Maſtinus Cremonæ Domino Azoni Vicecomiti de auxilio perſonaliter ſupplicauit. A Marchionibus Eſtenſibus, Ludouico de Gonzaga, & vndiquè poſtulantur auxilia. vltimo videbantur auxilia ab omnibus deſtituta: nouem tamen Ciuitates erant in eorum dominio conſtitutæ.

Guido Riccius de Foiano Potestas Paduæ. Theutonicorũ geſta.

Scaligerorum Vrbes.

Die vigeſimo primo Ianuarij Caminum fuit totaliter deſtructum mandato Dominorum della Scala. Gerardus de Camino manibus, & pedibus catenatus die III. Februarij mittitur Veronam. De eius liberatione dicetur inferius.

Caminũ euertitur.

Gerardi de Camino captio

Eodem menſe Legati quaſi totius Lombardiæ numero ſexaginta in Venetijs conuenerunt, ſpecialiter Domini Azonis Vicecomitis, Ludouici de Gonzaga. Tractatu habito de pace inter

Legati LX. p pace inter Venetos, & Scaligeros.

Digitized by Google

Commune Venetiarum, & Dominos della Scala, poſtulantibus Venetis Paduam, Taruiſium, Parmam eſſe in propria libertate; Lucam verò dari Florentinis à Dominis della Scala, nihil potuit expediri. Licet prædicti colore pacis conuenerunt in Venetijs, tamen clàm tractabant Societatem cum Venetis, & Florentinis contrà Dominos della Scala.

Petrus Rubeus contrà Paduã. Portę leuatura, ſeu Saracenęſca.

Eodem menſe, die XXIX. Dominus Petrus de Rubeis cum militia equitauit contrà Portam omnium Sanctorum, quam combuſſit. Dum verò Porta ab intrinſecis clauderetur, miles vnus Theutonicus ſe oppoſuit, qui, calata portę leuatura, ſeu Saraceneſca, inter vtramquè partem viuus remanſit incluſus. Menſe Februarij die VI. in nocte ſequenti, tres audaces tractu Venetorum, captis cuſtodibus, aperuerunt Portam Sancti Ioannis, & pontem clauerunt. Sic facilis fuit ingreſſus. Dominus verò Petrus venire in tantum diſtulit, quod quidam * tornarius clamando, Ciues, & Theutonicos excitauit. Tres prędicti Venetias fugierunt, vbi habuerunt pręmium poſtulatum. Iuxtà portam vnius filius, & pupillus fuit ſuſpenſus.

Proditores portę S. Ioannis. Al. Furnati.*

Rãbaldonus, & Ribaldonus alius.

Hubaldonus Torniellus Poteſtas Taruiſij.

Eodem menſe, die nono Dominus * Hubaldonus de Torniellis de Nouaria ſucceſſit in regimine Taruiſij Domino Petro del Verme de Verona, qui Poteſtas Taruiſij fuit annis ſeptem. Eodem menſe die XX. Theutonici de Bouolenta, ruſticis ſuperatis iuxtà Peragam, tranſierunt Tergulam, & abſtulerunt magnam prędam. Dum prędam ducerent iuxtà Sanctum Lazarum ab intrinſecis ſuperati, capti fuerunt circa centum. extrinſeci circà Paduam continuò diſcurrebant.

Theutonicorũ captio. Peraga. Tergula.

Eodem Anno.

De quibuſdam rebellibus, obſidione Taruiſij, & alijs. Cap. VI.

Illi de Campo S. Petri deficiunt à Scaligeris.

GVlielmus de Campo Sancti Petri primus fuit rebellis Dominorum della Scala in Caſtro ſuo de Treuille, quòd furtiuè abſtulit. Diſolinus de Campo Sancti Petri primus fuit rebellis Dominorum della Scala in Caſtro Sancti Petri, qui furtiuè abſtulit ipſum Caſtrum Domino Marſilio de Carraria, mortuo Clarioto Capitaneo. Incolæ Cittadellæ reuelauerunt etiam mortuo Montenario de Verona Vicario Cittadellæ. Reuelauerunt ſimili modo Domini de Vonico de Monſumo, caſtrum Sancti Zenonis, & Aſolum. Illi de Montebello, mortuo Hendrigeto della Rocha Capitaneo, reuelarunt. Qui habita confidentia redierunt ad mandata; ſed contrà fidem ſpoliantur, poſteà comburuntur. Fuerunt hæc anno prędicto, menſe Martij.

Treuille eripitur ijſdem. Item Caſtrum S. Petri. Clariotus Capitaneus. Cittadella rebellat Scaligeris. Montenarius Vicarius Cittadellę. Domini de Vonico. Hendrigetus. Capitaneus in Mõtebell na.

Eodem menſe fuerunt Paduæ tres ſuſpenſi, volentes per flumen Sancti Bernardi introducere inimicos.

Proditores tres Paduæ ſuſpenſi.

Menſe Martij die XXVI. Ciues Conigliani, expulſis Rectoribus Dominorum della Scala, fuerunt in propria libertate, ſumminittentes ſe protectioni Dominorum de Venetijs, recipiendo etiam Poteſtatem. Menſe Aprilis reuelauerunt caſtra Vidorij, Sancti Petri in Tuba, & Regizoli: & ſic Venetorum creſcunt vires.

Coniglianũ à Venetis in fidẽ receptum. Vidorium. S. Petrus in Tuba. Regizolum.

